Tomus Quartusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expositionem

In Sanctum IESV Christi Euangelium secundum Matthæum, et secundum Ioannem.

ROMAE MDLXX.

Tomus Quartusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expoſitionem

In Sanctum IESV Chriſti Euangelium ſecundum Matthæum, et ſecundum Ioannem.

ROMAE MDLXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN MATTHAEVM EVANGELISTAM EXPOSITIO.

PROOEMIVM.

MATTHAEVS ex Iudæa &c. Euãgelio Matthæi Hie Bnymus premittit prologum in quo tria facit. Primo enim ipsum authorem describit. Secundo, euangelii mysteria aperit, ibi [Duorum in se &c.] Tertio suam intentionem ostendit, ibi. [Nobis autem in hoc studio.] Auctorẽ vero ipsum describit ex quatuor. primo, ex nomine cum dicit [Matthæus.] Secũdo, ex origine, cũ dicit [ex Iudæa.] Tertio ex scribendi ordine, ibi [Sicut ĩ ordie] Quarto, ex uocatione, ibi [Cuius vocatio ad dominũ] idest ad Christum &c. Et nota quòd glossa interlinearis quæ dicit primus. i. ante quem nullus &c. Videtur velle quòd alii post Matthæ. scripserunt in Iudæa, quod non est verũ. Solus enim Matth. scripsit in Iudæa. Marcus in Italia. Lucas in Achaia. Ioannes in Asia. Cõsequenter ipsius euãgelii mysteria aperit. Et primo, aperit mysteria circa principiũ euangelii. Secundo, ostendit eadem mysteria requirenda esse & in medio & in fine, ibi [In quo euangelio vtile est &c.] In principio autem euãgelii duo tanguntur. Primo, ponitur quasi quidam titulus, cum dicitur. Liber generationis. Secundo, generationis cuiusdam series describitur, cum dicitur. Abraham genuit &c. Primo ergo ponit mysteria tituli, vel quæ tanguntur in titulo. Secundo, mysteria generationis, ibi [Sicque quaterdenario] In titulo autẽ dicitur. Liber generationis &c. Vbi tanguntur duo principia scilicet Dauid & Abraham. Et hoc quia Abraæ prius datum est præceptum de circuncisione. Signum accepit circuncisionis: signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio vt sit ipse pater omnium credentium. Dauid autem electus est 1. Reg. a domino. 13. Inueni virum secundum cor meum. Vnde propter hoc isti duo tanguntur, vt denoterur quòd Christus traxit originem ex circuncisis patribus & electis. Et hoc est [duorum] hominum, vel duorũ principia idest duo principia scilicet Dauid & Abraham. Consequenter ponit mysteria quæ tanguntur in genealogia. Et primo, tangit mysteria ipsius euangelii, vel euangelistæ. Secundo, ipsius Christi, ibi [Quarũ omnium rerum &c.] Et est mysterium quod euangelista genealogiã Christi per tres tessaredecades distinxit. Quarum prima, est ab Abraham vsque ad Dauid. Secunda, a Dauid vsq; ad trãsmigrationẽ. Tertia, vsq; ad Christũ, vt ostẽderet Chrm eẽ & de circũcisis, & de electis, & de trãsmigrãtib⁹. Et hoc est [triformiter posito]. i. tripr repetito, sup. in genealogia [a credendi fide] idest ab ipso Abraham, qui fuit primũ exẽplar credendi. [In electionis tẽpus porrigẽs] idest vsque ad ipsum Dauid deducẽs. [Et ab electione]. i. ab ipso Dauid [In trãsmigrationis die dirigẽs] [Et a trãsmigrationis die &c.] patet [decursam]. i. breuiter & cursorie tactã [aduẽt⁹ dñi ostẽdit generationẽ ut numero &c.] patet [Quarũ oĩum rerũ &c.] Nota q̃ in hac generationis serie quatuor tãgũtur [Tẽp⁹, nũer⁹, & ordo, & dispositio, siue rõ] Quia ab Abrahã vsque ad Dauid &c. Omnia ista nil aliud ostendunt nisi quòd deus Christus est. Hoc enim intendit secundũ dispositionẽ & rõnem allegoricã q̃ Christus est deus, quod est fidei necessarium scilicet q̃ [Christus deus est] idest in omnibus non est plus de necessitate fidei nisi q̃ Christus est deus [Qui factus &c.] Nota & expone & signa capitula [Et omnia in cruce fixit] idest peccata secundũ quòd de medio tulit qd̃ aduersum nos chirographum erat. Itẽ melius. Christus ẽm deũ & hominem qui est omnia, secundũ illud. Ego si exaltat⁹ fuero a terra omnia traham ad meipsum. Io. 12. & Phil. 2. vt in nomine dñi omne genuflectatur cælestiũ terrestriũ & infernorũ [vt triumphans &c.] quia per trophæũ crucis omnia sibi subiecit, & de quolibet triũphauit [Et patris nomen &c.] Ad euidentiam autẽ huius notandũ quòd in serie generationis ponuntur quidã patres & quidam filii, sicut patet. Itẽ, ponitur, ibi quidã pater sine patre, sicut Adam quidã filius sine filio, sicut Iesus. Item ponuntur quidam qui sunt patres & filii, sicut omnes intermedii. Per hoc autem mistice designatur quòd in trinitate est pater & filius sicut in hac genealogia sunt quidã patres, quidam filii. Item per hoc quod primus pater non habet patrem in hac serie, nec vltimus filius filium, ostẽditur quòd isti sunt ab æterno. Item per hoc quòd vnus & idem in persona est pater & filius respectu diuersorum, tangitur quòd isti sunt vnũ, non quidem in persona sed natura. Et hoc est quod dicit. [Et patris nomen resistuens filio in patribus] idest quòd filius habeat patrem [in parribus] idest per hoc quòd ponuntur, ibi quidam patres. [Et nomen restituens patri] idest quòd pater habeat filium, & hoc [in filiis] idest per hoc quòd ponuntur, ibi aliqui filii sine principio & sine fine: quia pater primus non habet patrem: nec vltimus filius filium [Ostendens se vnum esse cum patre] idest vnius naturæ, quia vnus in persona scilicet pater & filius, respectu tamen diuersorũ in dicta genealogia. Nota interlinearem quæ dicit [Vnus] Christus quod nihil est dictum. Consequenter ostendit consimilia mysteria requirenda esse in dicto euangelio, nõ solũ in principio, sed etiã in medio & fine. Et hoc est [In quo euangelio] scilicet Matth. [vtile est desiderantibus deum sic &c.] idest eodem modo sicut diximus, cognoscere [prima] idest principium [vel media vel perfecta [finem] & consummationem [Vt & vocationẽ Apostoli &c. [scriptum est Phil. 3. Sequor autem si quo modo cõprehendam [Nobis autem] hic ostendit intentionem suam scilicet quod intendit quòd ea quæ hic dicuntur vera sunt in historia, & tamen spiritualiter intelligenda. [Nobis autem fuit hoc] idest hæc intentio [in studio argumenti] idest prologi.

MATTHÆVS ex Iudæa sicut in ordine primⁿ ponitur, ita euangelium in Iudæa primus scripsit, cuius vocatio ad dominũ ex publicanis actibus fuit, duorum in generatione Chri principia præsumẽs: vnⁿ cuius prima circũcisio in carne, alterius cuius secũdũ cor electio fuit. Ex vtrisque enim patribus Christus. Sicque quaterdenario numero triformiter posito, principium a credendi fide in electionis tẽpus porrigẽs, & ex electione vsque in transmigrationis diem dirigens, atque a trãsmigrationis die vsque in Christum definiens, decursam aduentus domini ostendit generationem vt numero satisfaciens & tempori; & se quid esset ostendẽret, & dei in se opus monstrans ẽt in his quorum genus posuit, Christi operantis a principio testimonium non negaret. Quarũ omniũ rerum, tempus, ordo, numerus, dispositio, vel ratio, quod fidei necessariũ est deus Christus est, qui factus ex muliere, factus sub lege, natus ex virgine, passus in carne, omnia in cruce fixit: vt triũphans ea in semetipso, resurgens in corpore & patris nomen in patribus filio: & filii nomen patri restituẽs in filiis, sine principio sine fine, ostendens vnum se cum patre esse quia vnus est. In quo euangelio vtile est desiderantibus deum, sic prima vel media vel perfecta cognoscere, vt & vocationem Apostoli & opus euãgelij, & dilectionẽ dei in carne nascentis per vniuersa legentes intelligãt, atque id in eo in quo reprehẽsi sunt & apprehẽdere appetunt, recognoscãt. Nobis .n. in hoc studio argumẽti fuit: & fidẽ factę rei tradere et operãtis dei intelligẽdã diligẽter eẽ dispõnẽ a quærentibus non tacere.

INCIPIT EXPOSITIO
DIVI THOMAE IN EVANGELIVM
MATTHAEI EVANGELISTAE.

INTER euangelistas Matthęus præcipue versatur circa humanitatem Christi: vnde secundum Greg. per hominem significatur in figura quatuor animalium: per humanitatem autem Christus in mundum introiuit, progressus est, & exiuit. Et ideo diuiditur totũ euangelium in tres partes. Primo enim agit euangelista de Christi humanitatis in mundum ingressu. Secundo, de eius processu. Tertio, de eius egressu. Secunda pars incipit in cap. 3. ibi [In diebus autem illis &c.] Tertia, cap. 21. [Et cum appropinquasset Hierosolymis &c.] In prima parte duo facit. Primo describitur Christi generatio. Secundo, ipsius generationis subditur manifestatio. 2. cap. ibi [Cum natus esset] In prima parte tria facit. Primo enim quasi titulus totius libri præponitur. Cum dicitur liber generationis. Secundo, patrum series texitur. Abraham genuit Isaac. Tertio, cum dicitur. [Christi autem generatio sic &c.] Generatio Christi in speciali describitur. Titulus autem qui præmittitur est iste [Liber &c.] Et videtur esse oratio imperfecta. Ponitur enim ibi, Nominatiuus sine verbo: sed non est. Matth. enim euangelium Hebræis conscripsit, & ideo in scribendo, morem Iudæorum seruauit. Consuetum est autem apud Hebræos sic loqui, sicut cum dicitur. Visio Esaiæ filii &c. subauditur, hæc est: nec oportet apponere, ita hic cum dicitur. [Liber generationis] subauditur, hic est. Et hic etiam modus loquendi consuetus est apud nos. Si enim velimus aliquem librum intitulare, dr, Priscianus maior vel minor. Nec oportet apponere hic est, vel incipit. Item quæritur, cum parua particula istius libri sit de generatione Christi, quare intitulauit librum suum sic. Et dicendum quòd Matthæus qui scripsit Hebræis, in scribendo modum Hebræorum seruauit. Consuetũ ẽ autem apud Hebræos, libros suos a principio intitulare, sicut dicitur Genesis: quia ibi agitur de generatione. vnde. Gen. 5. Hic est liber generationis Adam. Et liber Exodi: quia in prima parte agitur de exitu filiorũ Israel de Aegypto. Sed quæritur quare additur Iesu Cristi. Et dicendum quòd secundum Apostolum. 1. Corinth. 15. sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Videtur autem Matth. librum primum veteris testamenti in quo agitur de generatione in quo dictum est cap. 5. Hic est liber generationis Adam. vt ergo nouum testamentum, in quo agitur de regeneratione, & restauratione, ei responderet per oppositum, dicit [liber generationis Iesu Cristi] vt ostenderet quòd idem est author vtriusque. Hic autem quæritur de hoc, quod hic dicitur. Liber generationis &c. Contrarium enim habetur Esaiæ. 53. vbi dicitur. Generationem eius quis enarrabit? Sed sensus est secundum Hieron. quòd in Christo est duplex generatio scilicet diuina, quæ enarrari non potest: quia & si aliquo modo dicimus filium genitum: sed modum quo gignitur nec homo nec angelus potest comprehendere. Alia autem est humana de qua agit: sed tamẽ in hac ẽt generatione sunt multa difficilia. Et ideo secundum Remigium perpauci sunt qui possint eã enarrare. Item quæritur de hoc q̃ dicit [generationis] cum hic plures texantur generationes. Sed dicendum quòd licet multæ enumerentur generationes, omnes tamen introducuntur propter vnam scilicet propter generationẽ Christi de qua inferius. Christi autem generatio sic erat. Describitur autem cuius generatio texitur, Primo, a nominẽ cum dicitur [Iesu] Secundo, ab officio, cum dicitur [Christi] Tertio, ab origine, cum dicitur [Filii Dauid filii Abraham] Quãmuis autem fuerint & alii, qui vocati sunt Iesus, sicut Iesus filius naue, de quo. Eccl. 46. Fortis in bello Iesu naue, successor Moysi in prophetis, & alius circa ædificationem templi, de quo in Zach. 3. Isti tamen fuerunt Iesus nominales & figurales, inquantum scilicet figurabant istum. ille Iesus introduxit populum Israel in terrã promissionis, sed iste Iesus idest saluator noster, non in terram carnalem, sed introducit nos in cælestem. Heb. 12. Ipsum enim habemus authorem & consummatorẽ in

Incipit euangeliũ Matthæi. Cap. I.

LIBER generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham.

sanguine eius &c. & recte dr Iesus, quod nomen conuenit ei secundum vtramque naturam scilicet diuinam & humanam. Secundum quidem humanam in carne sua passus est, & expleuit mysterium nostræ redemptionis: & cum passio illa non haberet efficaciam nisi ex virtute diuinitatis adiunctæ, propter hoc dicitur infra. Vocabitur nomen eius Iesus. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Sed quæritur quare dicit Christi. Nonne sufficisset Iesu? Respondeo hoc ideo factum esse: quia vt dictum est & alii vocati sunt Iesus. Ab officio autem describit eum cum dicit [Christi] idest vncti. Nota autem tres vnctiones in veteri lege. Vnctus enim est Aaron in sacerdotem. Leuit. cap. 8. Vnctus est Saul a Samuele in regem. 1. Reg. 10. Et Dauid. 1. Reg. 16. vnctus est & Helisæus in prophetam. 3. Reg. 19. quia ergo Christus fuit verus sacerdos, in psalm. 109. Tu es sacerdos. &c. & rex & propheta: ideo dicitur recte Christus, propter tria officia quæ ipse exercuit [Filii Dauid filii Abraham] Hic est duplex quæstio scilicet de numero & ordine. Ad primum, quare istos duos nominauit, propter illam rationem quæ in prologo, dicta est, q̃ Abraham propheta fuit. Genes. 20. Dixit dominus ad Abimelech regem yerare. Redde vxorem viro suo: quia propheta est. Item fuit sacerdos. Genes. 15. Dum impleuit officium sacerdotis offerendo scilicet hostiam domino. Sume inquit mihi vaccam triennem &c. Dauid autem propheta fuit, sicut patet. Act. 2. Fuit etiam rex: sicut patet. 2. Reg. cap. 2. Quia ergo Christus fuit rex & propheta & sacerdos: ideo recte dicitur filius istorum. Si enim solum Abraham nominasset non significaretur quòd Christus rex fuisset. Item si solum Dauid: non denotaretur in Christo sacerdotalis dignitas, & ideo vtrũque posuit. Ad secundum dicendum, quòd secundum Hieron. Dauid præponitur & commutatur ordo propter necessitatem texendi genealogiam, si enim primo, diceret filii Abraham, Secundo, filii Dauid, oporteret secundo repetere Abraham vt continuaretur ordo genealogiæ. Secundum Ambr. autem dicendum q̃ Dauid præponitur ratione dignitatis. Ad Dauid enim facta est repromissio de ipso capite, cum dicitur. psalm. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam &c. Sed ad Abraham de membris scilicet de ecclesia: vnde Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ &c. Hic notandum quòd multi fuerunt errores de Christo. Quidam enim errauerunt circa eius diuinitatem: sicut Paulus Samosatenus, Fotinus, & Sabellius: quidam circa humanitatem, & quidam circa vtramque, alii autem errauerunt circa eius personam. Circa humanitatem eius primus errauit Manichęus, qui dixit eum non verum corpus: sed phantasticum accepisse. Contra quod est quod dicit dominus, Luc. vltimo. Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet: sicut me videtis habere & cæter. Secundo, post eum errauit Valentinus qui dixit eum corpus cæleste secum attulisse: non de virgine assumpsisse, sed per eam sicut aquã per canale transisse. Sed contra est quod dicitur Roman. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Tertius error fuit Apollinaris, qui dixit eum tantum accepisse corpus, & non animam, sed loco animæ habuisse diuinitatem. Sed contra est quod frequenter dicitur. Nunc anima mea turbata est. Sed propter hoc ipse idem mutauit postea opinionem, & dixit Christum habuisse vegetabilem & sensibilem, non

non tamen rationalem: sed loco eius diuinitatem. Sed tunc sequeretur inconueniens, quòd Christus nõ esset plus homo quàm vnum brutum. Hos autem errores quasi quadam sorte diuiserũt sibi quatuor euangelistæ. Marcus enim & Ioannes principaliter errores illos qui sunt circa diuinitatem destruxerunt, vnde Ioannes in principio statim dixit. In principio erat verbum. Et Mar. exorsus est sic. Initium euangelii Iesu Christi filii dei, non dixit filii Abraham. Matthæus autem & Lucas illos qui circa eius humanitatem sunt errores destruunt in principio. Vnde nota quòd in hoc quod dicitur filii Dauid, filii Abraham omnes errores qui fuerunt circa Christi humanitatem excluduntur. Filius enim non dicitur alicuius aliquis, nisi per generationem vniuocam, quæ est secundum conuententiam in specie. Quantumcumque enim aliquid generetur ex homine, nisi participaret eandem specie naturam, numquam dicitur filius, sicut patet de pediculis & huiusmodi. Si igitur Christus est filius Dauid & Abraham: oportet eum habere eandem naturam, ratione eiusdem speciei, non autem haberet eandem naturam secundum speciem, si non haberet corpus verum & naturale, nec si illud de cælo attulisset, nec etiam si careret anima sensitiua, siue rationali, vnde patet exclusio omnis erroris.

b ¶Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zarã de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Arã. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason.

b ¶ Proposito titulo, hic series genealogiæ texitur. Et diuiditur in partes tres, secundum tres quaterdenarios quibus dicta genealogiæ series texitur. primus quaterdenarius est ab Abrahã vsque ad Dauid, qui procedit per patriarchas. Secundus, procedit a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, qui procedit per reges. Tertius, a transmigratione Babylonis vsque ad Christum: qui incipit a ducibus, & procedit per personas priuatas. Secunda, ibi. [Dauid autem rex &c.] Tertia, ibi [Et post transmigrationem Babylonis &c.] Prima diuiditur in tres. Primo enim ponuntur patres qui fuerunt ante ingressum in Aegyptum. Secundo, ponuntur illi qui fuerunt in ipso exitu, & terræ promissionis ingressu. Tertio, illi qui fuerunt post ingressum terræ promissionis. Dicit ergo primo. [Abraham &c.] Hic considerandum est antequam vlterius procedamus, quòd duo Euangelistæ generationem Christi secundum carnem prosequuntur scilicet Lucas & Matthæus: sed differenter. Et hæc differentia attenditur quantum ad quinque. Primo enim differunt quantũ ad situm. Secundo, quantum ad ordinem. Tertio, quantum ad modum. Quarto, quantum ad terminum. Quinto, quantum ad personas muneratas. Primo, dico quod differunt quantum ad situm: quia Matthæus generationem Christi in principio euangelii incipit texere. Lucas autem non in principio, sed post baptismum: & ratio huius est secundum August. quoniam Matthæus generationem Christi carnalem suscepit describendam. Et ideo statim in principio debuit eam ponere. Lucas autem maxime intẽdit cõmẽdare in Christo personã sacerdotalẽ ad sacerdotẽ aũt pertinet expiatio peccatorum. Et ideo post baptismũ in quo fit peccatorum expiatio: conuenienter a Luca ponitur Christi generatio. Secundo autem Lucas & Matthæus in texendo genealogiam Christi differunt quantum ad ordinem: quia Matthæus texit Christi generationem incipiendo ad Abraham & descendẽdo vsque ad Christũ. Lucas aũt incipit a Christo, & ascẽdendo procedit vsque ad Abraham: & etiam vltra. Et ratio est, quia secundum Apostolum. Rom. 4. In Christo fuerunt duo scilicet humilitas suscipiendi defectus naturæ nostræ, & potestas diuinitatis & gratiæ: per quam nos ab huius defectibus expiauit. Rom. 8. Misit deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati: propter primũ, & de peccato damnauit peccatum in carne propter secundum. Matthæus ergo qui intendit generationem Christi carnalem, per quam descendit vsque ad infirmitatis nostræ assumptionem: congrue eius generationem descendendo describit. Sed Lucas qui in ipso commendat sacerdotalem dignitatem, per quam deo reconciliamur, & ipsi Christo vnimur: congrue ascendendo procedit. Tertio, differunt quantum ad modum: quia in enarratione genealogiæ Matthæus vtitur hoc verbo genuit, sed Lucas hoc verbo fuit. Et hoc est quia Matthæus in tota enarratione sua non ponit nisi patres carnales, sed Lucas ponit multos patres secundum legem, siue per adoptionem. Præceptum enim fuit in lege quòd si aliquis moreretur sine filiis, quòd frater eius acciperet sponsam eius & generaret sibi filios: vnde filii illi non erant eius qui generabat: sed per quandam adoptionem imputabantur priori, vnde Lucas qui ponit multos filios genitos per adoptionem: nõ dicit genuit, sed fuit, quia quàmuis ipsi eos non generassent: eorum tamen per quandam adoptionem erant. Matthæus autem qui ponit solum patres carnales, dicit genuit. Ratio autem huius est: quia sicut dictum est, Matthæus versatur maxime circa Christi humanitatem. Et quia secundum carnem natus est ex patribus carnalibus: ideo in genealogia Matthæi nullus ponitur, qui non fuerit pater carnalis. Lucas autem commendat maxime in Christo sacerdotalem dignitatem per quam adoptamur in filios dei. Et ideo non solum carnales: sed etiam legales patres posuit. Quarto, differunt quantum ad terminum, quia Matthæus generationem suam incipit ab Abraham & protendit vsque ad Christum. Lucas autem a Christo, non solum vsque ad Abraham: sed etiam vsque ad deum. Cuius ratio potest sumi ex hoc quòd Matthæus scripsit Hebræis. Hebræi autem maxime gloriabantur de Abraham. Ioan. 8. Semen Abraæ sumus: qui fuit primum credendi principium. Et ideo Matthæus ab Abrahãm incœpit, Lucas autem scripsit græcis: qui nihil de Abraham sciebant, nisi per Christum: si enim nõ fuisset Christus, nihil vnquàm sciuissent de Abrahã. Et iõ Lucas incœpit a Christo, & terminauit non solũ in Abraham, sed in deũ. Quinto, differunt quantum ad personas enumeratas: quia in tota serie genealogiæ Lucæ nulla prorsus de muliere fit mentio, in Matthæo autem aliquæ interponuntur mulieres: cuius ratio est secundum Ambros. quia Lucas (sicut dictum est) commendat maxime sacerdotalem dignitatem, in sacerdote autem maxima requiritur puritas. Matthæus autem eius texit generationem carnalem: & ideo, ibi ponuntur aliquæ mulieres. Notandum tamen quòd in tota genealogia Matthæi non ponuntur nisi mulieres peccatrices, vel quæ in aliquo fuerant peccato notatæ: sicut Thamar quæ fornicata est. Gen. 38. Et Ruth quæ fuit idolatra quia gentilis: & vxor Vriæ quæ fuit adultera 2. Reg. 11. Et hoc ad designandum secundum Hieron. quòd ille cuius genealogia texitur intrauit propter peccatores redimẽdos. Alia ratio tangitur ab Ambrosio scilicet vt tolleretur confusio ecclesiæ. Si enim Christus ex peccatoribus nasci voluit: non debent infideles irridere si peccatores ad ecclesiam veniant. Alio ratio potest assignari credo secundum Chrysost. vt ostendatur imperfectio legis: & quòd Christus venit legem implere. Per hoc enim quòd tanguntur quædam mulieres peccatrices denotatur quòd illi qui erant maximi in lege erant peccatores: sicut Dauid & Iudas, & in hoc designat imperfectionem aliorum. Si enim isti fuerunt peccatores, multo magis & alii. Roma. 3. Omnes peccauerunt: Et ideo isti ponuntur in generatione Christi, vt designetur quòd ipse legem impleuerat. Nota tamen quòd istæ mulieres quàmuis fuerint omnes peccatrices, non tamen pro tempore illo quo texitur earum genealogia: sed iam erant mundatæ per pænitentiam. [Dicit ergo. Abraham genuit Isaac] Notandum primo, quòd hic duo sunt consideranda secũdum literã, siue sensum literalem. Primo, q̃ per patres istos positos designatur Christus. Secundo, quòd etiam ista referuntur & possunt referri ad instructionem nostram. Dicit ergo primo [Abraham genuit Isaac] Et hoc habetur. Genes. 21. [Isaac autem genuit Iacob] Gen. 25. [Iacob autem genuit Iudam & fratres eius] Hic quæritur cum Abraham alium habuerit filium quàm Isaac sicut Ismael, & similiter Isaac, quare non fit mẽtio de eis, sicut hic dicitur Iudam & fratres? Item quare magis exprimitur Iudas ex nominẽ quàm alii? Ratio est quia Iudas & fratres eius sub cultura vnius dei permãserunt. & ideo de eis fit mentio in generatione Christi, non autem Isaac & Ismael: nec Iacob & Esau. Ad secundum quòd hoc fuit vt impleri oportẽ deretur in Christo prophetia Iacob. Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Manifestum enim est quòd de Iuda ortus est dominus vt dicitur Heb. 7. & ideo fit magis mentio de ipso quàm de aliis. [Iudas autem genuit Phares &c.] Hic quæritur. Cum dominus non sit natus de Zare, sed de Phares, quare fit mentio de eo. Item quare nominaliter exprimitur? Prius enim dixit fratres eius, quare ergo expressit nomen Zaræ? & dicendum secundum Ambros. quòd hoc in mysterio factum est. Ad cuius euidentiam nota historiam quæ habet Gen. 38. quòd in partu Thamar prior apparuit Zaram, in cuius manu obstetrix ligauit filum coccineum dicens. Iste egredietur prior, & ideo vocauit nomen eius Zaram: post ea illo retrahente manum egressus est alter, dicente obstetrice. Quare propter te &c. Zaram autem qui prior apparuit significat populum Iudæorum in cuius manu obstetrix filum coccineum ligauit, hoc est circuncisionem quæ fiebat cum sanguinis effusione. Sed illo retrahente manum &c. egressus est

est alter: quia cæcitas ex parte contigit in Iudæis. Sic enim populus gentilis diuisos intrauit in lucem fidei, egressus de vulua ignorantiæ & infidelitatis. Secundo, notandum quòd per patres positos in generatione Christi signatur Christus rōne vel nominis vel facti, vel alicuius alterius, sicut per se patet. Abrahã enim interpretat pr multarũ gẽtiũ & significat Christũ de quo. Heb. 2. Qui multos filios in gloriã adduxerat. Itẽ Abrahã ex pre cepto domini exiuit de terra sua. Genes. 12. Et Christus est qui dixit. Hierem. 12. Reliqui domum meam dimisi hæreditatem meam &c. Similiter Abraham qui risit dicendo. Nunc risum fecit mihi dominus. Gen. 21. Et ideo Christus est, in cuius natiuitate non solum vni personæ sed toti mundo gaudium nuntiatur. Luc. 2. Ecce euãgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator qui est Christus dominus &c. Similiter per Iacob, & ratione interpretationis & ratione facti: sicut patet in hoc quod suppositi lapidem idest duritiem crucis capiti suo. Similiter per Iudam & Phares qui interpretatur diuisio, ipse enim diuidet oues ab hædis, infra. 25. Moraliter autem in istis generationibus designatur status nostrę iustificationis, secundum sex quæ requiruntur ad iustificationem scilicet fides per Abraham iustificatum ex fidei institia. Alibi enim ipse principiũ dicitur fidei. Ro. 4. Vt sit pater omnium credentium per præputium. Isaac spes: quia interpretatur risus. Ro. 12. Spe gaudentes. Iacob charitas qui duxit duas vxores Lyam quæ interpretatur laborans, & Rachel, idest duas vitas: quæ sunt in charitate secundum duo præcepta. Contemplatiua enim delectatur in deo, actiua autem est per quam subuenitur proximo. Iudas confessio quæ duplex est, fidei. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, & peccatorum, confitemini alterutrum peccata vestra. Iac. 5. Ex hoc autem sequitur duplex effectus scilicet destructio vitiorum, quæ per Phares designatur, & origo virtutum quod significatur per Zaram. Et ista oriuntur de Thamar quæ interpretatur amaritudo. Esa. 38. Recogitabo &c. [Phares autem genuit Eſron] Hic ponitur series genealogiæ patrum, qui nati sunt in Ægypto vel in exitu eius, sicut enim per Phares, qui interpretatur diuisio, significatur Christus infra. 25. Separabit agnos ab hædis, ita per Eſron qui interpretatur sagitta vel atrium. Dicitur enim sagitta propter efficaciam prædicationis, qua audiẽtium corda penetrauit, psalm. 44. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis, Atrium autem propter latitudinem charitatis, qua non solum amicos sed etiam inimicos dilexit. Rom. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Esa. 53. Ipse pro transgressoribus rogauit. Et idem, Luc. 23. Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. [Eſron autem genuit aram] Aram autem interpretatur electus, vel excelsus. Esa. 42. Ecce puer meus, & ipse est excelsus super omnes. Ephes. 2. Ipsum constituit super omnem principatum. [Aram autem genuit Aminadab] qui interpretatur spõtaneus. Ipse est in cuius persona dicit, psalm. 53. Voluntarie sacrificabo tibi & confitebor nomini tuo quoniam bonum est domine. & Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit, & non apperuit os suum &c. Io. 6. Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. [Aminadab autem genuit Naaſon] Qui interpretatur augurium vel serpentinum: quia Christus non solum præsentia, sed etiam præterita & futura cognouit. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Item serpentinum propter prudentiam. Prudentia enim attribuitur serpenti. infra. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Iob. 12. Ipse nouit decipientem & eũ qui decipitur. Nota quòd iste Naaſon fuit in tempore Moysi & exiuit cum eo de Aegypto, & fuit vnus princeps in tribu Iuda in deserto, sicut habetur in Num. 70. cap. Sed aduertendum ꝙ Exod. vbi nostra litera habet, filii Israel ascenderunt armati de Aegypto, Aquila transtulit, instructi, propter æquiuocationem, melior est autem litera. 70. filii Israel quinta generatione exierunt de Aegypto. Sed contra. Naaſon iste non fuit quintus a Iacob sed septimus, sicut patet computando Iacob Iudas &c. vsque ad Naaſon. ergo non quinta sed septima generatione: sed dicitur ꝙ nõ est computandũ per tribũ Iuda sed per tribũ Leui, sub cuius ductu exierũt filii Israel de Aegypto, psal. 76. Deduxisti sicut oues populum tuũ in manu Moysi & Aaron. Et patet ꝙ tantum sunt quinque generationes. Iacob enim genuit Leui. Leui autem genuit Caath, Caath genuit Aniram. Aniram autem genuit Moysen & Aaron sicut patet. Exod. 2. Et sub Moyse exierunt de Aegypto, vbi nota quòd inter omnes tribus magis multiplicatur tribus Iuda. Et hoc quia ex ea erant reges futuri: qui debebant pugnare. Inter omnes autem minus multiplicabatur

Naaſon autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid regem.

tribus Leui. Et hoc quia ordinata erat ad officium diuinum & sacerdotium, ad quod pauciores sufficiebãt. Et ideo vult quòd etiã computando per tribum Iuda, sic verum quod dicitur. Gen. 5. quinta generatione reuertentur huc. Dicit ergo Hieron. Illud quod ibi dicitur intelligendum esse computando per tribum Leui, quod autẽ hic dicitur per tribum Iuda. Phares enim ipse cũ Iacob & Iuda patre suo intrauit ĩ Aegyptum. Et ideo istæ generationes non sunt computandæ a Iacob sed a Phares qui & ipse intrauit in Aegyptum. Et patet quòd Naaſon fuit quintus a Phares, similiter Leui ipse intrauit in Aegyptum cum patre suo Iacob. Et ideo a Leui & non a Iacob cõputandæ sunt generationes. Clarum autem est quòd Moyses fuit quartus a Leui. [Naaſon autem genuit ſalmon] Salmon interpretatur sensibilis: & significat Christum in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi. Moraliter hic notandum quòd sicut in prima generatione significatur ordo nostræ iustificationis quantum ad statum incipientium, ita in ista secunda generatione quæ similiter continet quinque, significatur profectus proficientium. Primum enim quod sequitur ex quo homo est iustificatus a peccato est quòd ipse habet zælum animarum. Et ideo bene Phares genuit Eſron: qui interpretatur sagitta propter efficaciam prædicationis qua penetrantur corda auditorum. Esa. 40. Posuit me quasi sagittam electam. Et ita adapta alia. [Salmon autem genuit Booz &c.] Hic ponuntur patres qui fuerunt nati post ingressum terræ promissionis. Salmon enim fuit genitus in deserto, & intrauit cum Iosue in terram promissionis, & accepit vxorem Raab meretricem, de qua genuit Booz. Booz interpretatur fortis. 2. Reg. 22. Dominus fortitudo mea & robur meum. Raab autem interpretatur fames, vel latitudo, & significat ecclesiam: quia ad ipsam pertinet illa beatitudo. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabũtur &c. Interpretatur etiã latitudo: quia ecclesia per totũ orbẽ dilatata est. Esa. 54. Dilata locũ tẽtorii tui & pelles taberna culorũ tuorũ extende &c. Itẽ interpretatur impetus: quia impetu prædicationis reges & philosophos cõuertit. Itẽ significat ecclesiam rõne facti. Raab filũ coccineũ misit in fenestrã, ſper quẽ liberata est a subuersione Iericо. Iosue. 2. ca. Fenestra nostra est os: filũ ergo in fenestra est confessio passionis Christi: per quã ecclesia liberata est a morte. Itẽ, ratione coniugii, quia sicut Raab iuncta est in matrimonio Salmon qui fuit princeps in tribu Iuda: sic Christus desponsauit sibi ecclesiam. 2. Corinthiorũ. 11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo &c. Sed hic quæritur secundum literam, cum Raab fuerit meretrix: quomodo tanto principi, qui erat maior inter alios desponsata est? Et est dicendum quòd Raab maximum quid fecit eo quòd contempto populo suo & ritu paterno, cultum dei Israel elegit. Et ideo quasi pro maximo honore nobilissimo principi data fuit. [Booz autem genuit Obed ex Ruth] hoc habetur Ruth vltim. cap. Obed interpretatur seruiens vel seruitus, & significat Christum. De quo per prophetam. Seruire me fecisti peccatis tuis. Esa. 43. Ruth autem significat ecclesiam de gentilibus natam ratione loci: fuit enim moabitis. Moab interpretatur ex patre. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & iterum ratione coniugii, vt patet in glossa. Sed quæritur quare istæ mulieres hic nominantur cum fuerint peccatrices. Hieron. assignat rationem de Ruth, vt scilicet impleretur vaticinium. Esa. 16. Emitte agnum &c. Petra deserti est scilicet mali: & significatur Ruth moabitis. Ambros. autem assignat rationem dicens. Futurum enim erat vt ecclesia congregaretur de gentibus infidelibus, & ideo poterat erubescere & cõfundi nisi viderent Christum etiam de peccatricibus nasci. Vnde vt tolleretur eorũ erubescentia & confusio nominandæ sunt. Sed quæritur. Deut. 23. dicitur. Moabitæ & amonitæ non intrabũt ecclesiã, cũ ergo Ruth fuerit moabitis, quomodo recepta est in ecclesia? Sed dicendum per Apostolũ ad Gal. 5. quòd qui spiritu ducuntur nõ sunt sub lege. Semper enim in lege magis debet obseruari intẽtio legislatoris quàm verba legis. quæ enim fuit causa quare prohibuit dominus vt non intrarent ecclesiã? quia scilicet inuenit in eis idolatriam, ne scilicet pertraherent Iudæos ad idolatriam. Vnde ista quæ iam erat conuersa non erat idolatra, & ideo non erat subiecta prohibitioni. [Obed autem genuit Ieſſe] Ruth. vltim. Ieſſe autem interpretatur sacrificium vel incendium, & significat eum qui obtulit semetipsum hostiam deo in odorem suauitatis. Sed quæritur cum iste alio nomine vocatus sit Isai, sicut pater. 1. Reg. in multis locis, & illud nomen esset solemnius: quare non nominauit eum Euangelista sic? Et dicendum quòd hoc fuit vt ostenderetur in Christo impletum esse quod di-

stum est per prophetam Esa. 11. Egredietur virga de radice ieſſe. [Ieſſe autem genuit Dauid regem] Dauid interpretatur manu fortis & aspectu desiderabilis, quæ omnia competunt Christo, sicut patet. Ipse enim fortis est, qui diabolum superauit. Luc. 11. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Item, ipse speciosus forma præ filiis hominum. psal. 44. Sed hic quæritur cũ plures alii fuerint reges, quare solus iste dicitur rex? Et dicendum quòd iste primus rex fuit in tribu Iuda, de qua ortus est dominus, quàmuis enim Saul fuerit rex. Ipse tamen fuit de tribu Beniamin. Secunda ratio: quia alii propter meritum ipsius Dauid regnauerunt. psalm. 88. Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli. Tertia ratio, vt ostenderetur impleta prophetia. Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiẽs erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra & Esa. 9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit &c. Moraliter vero in ista generatione designatur fructus perfectorum, sicut in aliis fructus incipientium, & proficientium. Primum enim quod requiritur in homine perfecto est quòd ipse sit fortis ad aggrediẽdum aduersa, vt scilicet non retardetur propter aliquã difficultatem: & hoc significatur per Booz. Interpretatur enim fortis. Esa. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Prouer. vlt. Mulierem fortem quis inueniet &c. Secundum est humilitas seruientis: vt quanto scilicet magnus est, tanto humiliet se in omnibus, & hoc significatur per Obed, qui & ipse interpretatur seruiens vel seruitus. Luc. 22. Qui maior est vestrum fiat sicut minister. Tertium est feruor charitatis, quod significatur per Ieſſe, qui interpretatur incensum vel incendium. psalm. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo &c. & ex hoc peruenitur ad regnum & ad gloriam: quia Ieſſe genuit Dauid regem. Apoc. 1. Fecit nos deo nostro regnum & Sacerdotes deo patri suo. 1. Petr. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitionis.

c ¶ Posita serie genealogiæ patrum, quæ cucurrit per patriarchas: hic ponit seriem patrum quæ procedit per reges. Et diuiditur in duo. Primo, ponuntur reges, qui nati sunt ex Israel sine commistione seminis alieni. Secundo, ponuntur reges qui secuti sunt coniunctionem alienæ copulæ, ibi. [Ioram autem genuit &c.] Hic est duplex quæstio. Lucas enim computando generationem Christi ascendit per Nathan, Matthæus autem descendendo procedit a Dauid ad Christum per Salomonem. Vnde videtur esse quædam contrarietas. Sed dicendum sicut dictũ est. Lucas in genealogia Christi ponit multos patres qui nõ fuerunt patres carnalis originis pet propagationem: sed secundum legalem adoptionem. Matthæus autem nullum ponit, qui non fuerit pater carnalis. Et verum est quòd secundum carnem dominus descendit a Dauid per Salomonem, & non per Nathan, & tamen secundum August. non vacat a mysterio quod Matth. a Dauid per Salomonem descendit ad Christum, Lucas autem a Christo ad Dauid per Nathan ascendit. Matthæus enim generationem Christi carnalem susceperat describendam secundũ quã Christus vsque ad similitudinem carnis peccati descendit: & iõ recte Matthæus in eius generatione a Dauid per Salomonem descendit, cum cuius matre ipse Dauid peccauit. Lucas autem qui maxime cõmendare intendit in Christo sacerdotalem dignitatẽ per quam fuit peccatorum expiatio recte per Nathan ad Dauid ascendit qui fuit vir sanctus. Nota tamen quòd secundum eundem Augustinum in libro retractationum non est intelligendum quòd idem fuerit Nathan propheta qui eum reprehendit, & filius quem genuit: sed solum quod fuerunt similes in nomine. Secundo. Quæritur quare Bersabee non nominatur ex nomine sicut Tamar, Raab, & Ruth. Et dicendum quòd aliæ quàmuis per aliquod tempus fuerint peccatrices: tamen postea fuerunt conuersæ & pœnitentes, hæc autem turpiter peccauit crimẽ adulterii & in consensu homicidii: & ideo propter verecũdiam subticetur eius nomen. Nota tamẽ ꝙ in scriptura recitantur aliquãdo peccata magnorum sicut Dauid & aliorum. Et hoc quia diabolus non solum paruos & inferiores: sed etiam magnos prostrauit. Aduersarius enim noster est. Et ideo propter cautelam recitantur: vt qui stat, videat ne cadat. Alia ratio est, ne aliquis putaret eos plusquam homines esse. Si enim aliquis solam in eis perfectionem consideraret, decipi posset per idolatriam, sed cũ videt eos per peccatum corruisse, nõ credit iam aliquid amplius ab homine in eis esse. Nota etiam hoc secundum Greg. quòd aliquando factum literale est malum & significatum est bonum: aliquando vero factum bonum & significatum malum. Vrias enim fuit vir bonus & iustus, nec de aliquo in scriptura reprehenditur, & tamen significat diabolum. Bersabee autẽ fuit peccatrix; & tamen rẽ bonã significat scilicet ecclesiam, vt notat glo. 2. Reg. 12. Et etiam glo. q̃ dicitur exponere figuram secundum sensum allegoricum. Vrias enim interpretatur lux mea deus, & significat diabolum qui lucẽ diuinitatis appetiuit. Esa. 14. Ero similis altissimo. Bersabee interpretatur puteus septem vel puteus societatis, & significat ecclesiam de gentibus propter septiformem gratiam baptismalem, hanc sibi desponsauerat primo diabolus. sed Dauid idest Christus abstulit eam ab eo & copulauit sibi, & ipsum diabolum interfecit. Aliter Bersabee significat legẽ, per cuius vias populus inductus est, qui non vult ingredi in domum per spiritualem intelligentiam: & ideo defert literas mortis suæ: quia litera occidit. 2. Corin. 4. Sed Dauid idest Christus abstulit a Iudæis legem, quando docuit eã spiritualiter intelligendam. [Salomon autem genuit Roboam &c.] Sicut autẽ Dauid interpretatur manu fortis: vel aspectu desiderabilis, ita Salomon pacificus: & hoc est rectum, quia ex fortitudine operationis bonæ, prouenit pax conscientiæ, psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Contingit autem quòd ex pace conscientiæ homo velit alios ad bonum venire, Vnde Salomon genuit Roboam: qui interpretatur impetus: quia impetu prædicationis mouetur habens pacem conscientiæ ad dilatandum nomen Christi: sicut legitur de Apostolo. Esa. 27. Qui ingredientur impetu a Iacob florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Vtrumque autem significat Christũ: quia ipse est pax. Item, ipse Roboam qui populum impetu prædicationis conuertit. [Roboam autem genuit Abiam] qui interpretatur pater deus: quia ex hoc quòd homo studet ad perfectũ aliorum spiritualem vel corporalem per opera misericordiæ efficitur dignus paternitate dei, vt infra. 5. Benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filii patris vestri, qui in cælis est &c. Et Luc. 6. Estote misericordes. Hoc etiam competit Christo cui dicit. Ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filium. Heb. 1. [Abias autem genuit Aſa] qui interpretatur attollens, quia quãdoque homo ex hoc quòd efficitur pater & superior aliorum incurrit quãdam negligentiam securitatis, ideo [Abias genuit aſa] vt scilicet homo sit in continuo profectu & attollat se semper ad maiora, hoc etiam competit Christo, qui dicitur attollens idest crescens, Luc. 2. Puer autem crescebat, vel attollens, quia abstulit peccata mundi [Aſa autem genuit Ioſaphat] qui interpretatur iudicans, quia ex hoc quòd semper crescit homo spiritualis efficitur iudicans. 1. Corinth. 2. Spiritualis homo omnia diiudicat, & hoc Christo competit, quia pater omne iudicium dedit filio [Ioſaphat autem genuit Ioram] qui interpretatur habitans in excelsis, quia ille qui iudex constituitur, debet in excelsis habitare. Esa. 33. Iste in excelsis habitabit. Quomodo autẽ hoc sic dicit Apostolus. Nostra conuersatio in cælis est. Et hoc competit Christo, quia excelsus super omnes gentes dominus. psalm. 112. [Ioram autem genuit oziam] Hic est quæstio literalis. Nam. 2. Paral. dicitur ꝙ Ioram genuit Ochoziã, Ochozia autem genuit Ioras. Ioras autem genuit Amasiam, qui & Azarias dicitur. Amasias autem genuit Oziam. In duobus ergo videtur Euangelista in genealogiæ serie defecisse. Primo, quia Ioram non genuit Oziam, sed amasias. Secundo, quia omisit tres generationes. Et dicendum ad primum quòd generare aliquem alium potest intelligi dupliciter, Mediate vel immediate. Immediate sicut pater carnalis immediate generat filium: & sic Ioram non genuit Oziam. Alio modo mediate, sicut dicimur filii Adam, & sic filius potest dici genitus ab auo vel proauo, quia ab ipso per generationem mediatã descendit. Quare autem omisit tres reges triplex ratio assignatur. primo, a Hieron. qui dicit [sicut scriptum est. Exod. 20.] Dominus visitat peccata patrum in tertiam & quartam generationẽ, his qui patrum sceleris efficiuntur imitatores. Ioram autẽ duxit vxorem filiã Iezabel scilicet Attaliã, quæ traxit eũ ad idolatriã. Ochozias ẽt magis quàm pater idolatriæ deditus fuit. Et fitr Ioras, qui cũ scelere idolatriæ etiam Zachariam filium Ioiade occidit, & ideo isti tres quasi indigni excludũtur a generatione Chri Chrys. aliam assignat rationem. Præcepit enim dñs, 4. Reg. 9. Hieu filio Nansi, quòd ipse extirparet domum Achab, qui dili-

c ¶ Dauid autem rex genuit Salomonem: ex ea quæ fuit vriæ. Salomon autem genuit Roboã. Roboam autẽ genuit Abiam. Abias autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan. Ioathan autem genuit Achaz. Achaz autem Eze-

gens fuit in executione præcepti, & tamen cultura deorum non recessit. Adorauit enim vitulos conflatiles: & quia diligenter perfecit domini imperium destruendo domum Achab, dictum est ad eum, quòd filii eius vsque in quartam generationem sederent super thronum domus Israel, vñ sicut Hieu meruit regnum Israel vsque in tertiã, vel quartam generationem, ita per oppositũ Ioram qui cõmiscuit se feminis gẽtilibus, & transtulit iniquitatẽ domus Israel ad domũ Iuda, debuit amittere nomẽ postera

chiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autẽ genuit Amon. Amon autem gennit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.

titatis in genealogia Christi vsque in quartã generationẽ, facta expiatione peccati. Aug. in quæstionibus noui & veteris testamenti, aliam assignat rationem. Dicit enim quòd quidam fuerunt boni, & bonos inuenerunt patres, sicut Isaac & Iacob: quidam mali, & tamen bonos inuenerunt patres, sicut Salomon qui peccator fuit, & tamen Dauid virum iustum & sanctum habuit patrem: quidam nec boni fuerunt, nec bonos patres habuerunt, sicut fruerunt isti tres, vt patet per prædicta. Ioram peccauit, & peccatum eius continuatum fuit vsque ad Oziam, qui pene nihil mali fecit, nisi cp incestum adeuitcõtinuatio aut peccati cã, vel ratio est destructionis. Et ideo isti tres qui sit peccato idolatriẽ permanserunt, excludũtur a genealogia Christi. Ratio autem mystice assignatur propter tres quaterdenarios, per quos Matthæus genealogiam Christi discribere intendit. Ozias autem interpretatur robustus domini, & signat Christum de quo in psalm. 117. Fortitudo mea, & laus dominus factus est mihi in salutẽ &c. Mystice autem, Iorã genuit Oziã, quia qui in excelso habitant, debent esse fortiter operantes. Nota cp sub hoc Osia prophetauit Isaias, vt patet Esa. 1. Propter n. peccatũ principum, & regũm, & etiam populi, abstulit deus prophetiam & doctrinam: vnde sub rege bono cœpit iterum emanatio prophetiæ [Ozias autem genuit Ioathan] qui interpretatur profectus, & significat Christum, per quem ecclesia proficit quotidie. Et sic bene Ozias genuit Ioatham, quia qui fortiter operantur, sunt in continuo profectu, psalm. 85 Ibunt de virtute in virtutẽ. [Ioathan autem genuit Achaz] qui interpretatur comprehendens: quia per continuum profectum virtutum venit homo ad cognitionem dei, psalm. 118. A mandatis tuis intelligi, propterea odiui omnem viam iniquitatis, psalm. 63. Annuntiauerunt opera dei, ostendendo in opere, & facta eius intellexerunt. Propter quod Paulus ad Philip. 3. Sequor, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu, & hoc competit Christo qui solus perfecte diuinitatem comprehendit, Luc. 10. Nemo nouit patrem nisi filius &c. [Achaz autem genuit Ezechiam] idest fortis dominus: quia talis habet fortitudinem a domino, 2. Reg. 22. Dominus fortitudo mea, & robur meum: & hoc competit Christo, qui fortis est in prælio. [Ezechias autem genuit Manassen] & interpretatur obliuio: quia qui ita perfecte deũ cognoscit, istorum temporalium obliuiscitur, psalm. 48. Obliuiscere populum tuum & domum patris tui, Gen. 41. Obliuisci me fecit dominus deus: & hoc Christo conuenit, de quo dicitur Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quę operatus est, omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor [Manasse autem genuit Amon] idest, fidelis & nutriẽs: quia vere est ille fidelis qui contemnit temporalia. Secundũ enim Greg. Fratus est filia auaritiæ: & ideo qui temporalia perfecte cõtẽnit, non iam curat de infidelitate: vnde recte Manasses genuit Amon: hoc etiam interpretatur nutriens, quia qui temporalia contemnit, debet inde nutrire pauperes per misericordiam. infra. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes. ecce cõtemptus: & da pauperibus, ecce nutrimentum. hoc autem Christo competit, qui vere fidelis est, psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis: & iterum nutritius, Osee. 11. Ego quia nutritius Effraim portabam eos in brachiis meis, & nesciebant quòd curarem eos infra. 23. Quemadmodum gallinæ congregant pullos suos sub alas, & noluisti [Amon autem genuit Iosiam] qui interpretatur salus domini, vel incensum, quia ex hoc consequitur homo salutem, quod etiam temporalia obliuiscitur & largitur, sue distribuit: vel incensum hoc competit Christo, psal. 73. Qui operatus est salutem in medio terræ, & se obtulit sacrificium deo in odorem suauitatis, Ephes. 5. [Iosias autem genuit Ieconiam, & fratres eius] qui interpretatur præparatio domini, vel resurrectio, & significat Christum, qui præparauit nobis locum. Ioan. 14. & qui dicit, Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita, & per hũc venimus ad resurrectionem. Hic enim triplex est quæstio secundum literam. Primo quæritur, quomodo dicatur Iosias genuisse Ieconiam, & tamen non ipsum, sed patres eius Ioachim genuit.

F Et ad hoc est duplex responsio. Secundum enim Chrys. cui consentit Aug. nomen Ioachim prætermittitur omnino, & hoc quia non per diuinam ordinationem regnauit, sed per Pharaonis potentiam, qui ipsum in regno instituit, incarcerato primogenito fratre eius Ioathan, qui regnauerat ante eum. Et ad hoc nota hi

d ¶ Et post transmigrationem Babylonis. Ieconias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autẽ genuit Azor.

storiã. 4. Reg. 22. Et 2. Paral. 36. Habuit etiam Iosias tres filios, Zacha, Ioachim qui & Eliachim, & Sedechiã. Si enim vt dicit Aug. illi tres reges remouẽtur de genealogia, qa per idolatriam deprauati sunt, quanto magis iste qui nõ per deum, vel prophetam, sed per gentilis hominis positionem institutus est in regno? Sententia est non verba Hiero. aut vlut & ei cõsentit Ambros. quòd vterque dictus est Ioachim, & ille qui ponitur in fine: quaterdenarii, & qui ponitur in principio tertii, & vterque Ieconias & Ioachim idem sunt. Vnde notandum, quòd Iosias tres habuit filios: Ioachim qui & Eliachim, Ioathan, & Sedechiã. Mortuo autem Iosia regnauit pro eo Iothas, medius scilicet filius, quo capto a Pharaone rege Aegypti & incarcerato constituit fratrem eius primogenitum Ioachim regem, imponens ei tributum, postea Nabuchodonosor rex Babylonis superato rege Aegypti obsedit Hierusalem, & cepit Ioachim, quem sub tributo remisit in Hierusalem. Postea autem cum vellet Ioachim rebellare contra regem Babylonis cõfisus de auxilio regis Aegypti, ascendit Nabuchodonosor Hierusalem, & cepit eum, & occidit, & constituit filium eius pro eo Ioachim, quem & Ieconiam nominauit nomine patris, quo facto timens Nabuchodonosor, ne iste memor mortis patris confederaretur cum rege Aegypti, rediit in Hierusalem, & obsedit eam, & Ieconias vel Ioachim iste, filius scilicet alterius de cõsilio Hieremiæ tradidit se regi Nabuchodonosor & vxorẽ, & filios, & isti proprie dicuntur transmigrasse in transmigrationem. Nabuchodonosor vero constituit regem loco eius Sedechiam fratrem patris eius, & ipsum Ioachim duxit in Babylonẽ, & ille est de quo dicitur post, Et post transmigra. Sed quare nominatus est Ieconias cum nomẽ eius fuerit Ioachim? Et dicendum quòd istud nomen impositum fuit a propheta scilicet Hier. Hieremia. 22. Hæc dicit dominus, si fuerit Ieconias filius Ioachim &c. Et infra. Numquid vas fictile atque contritum vir iste Ieconias: & ideo potius nominatur ab Euangelista tali nomine vt ostendatur euangelistam concordare cum propheta. Nota etiam quòd quãmuis idem sit nomen, diuersimode tamen scribitur. Primi enim Ioachim nomen, scribitur per k & videtur dici Ioakim, sed secundi scribitur per gimel, vnde dicitur Ioachim: & ideo diuersas habent interpretationes, Primum enim interpretatur resurrectio: secundum vero præparatio domini. Secundo quæritur quare dicitur, Ieconiam & fratres eius. Multi enim fuerunt de regibus qui fratres habuerunt, sed numquàm dicitur vel fit mentio de fratribus. Et dicendum secundum Ambr. quòd vbicumque fit mentio de fratribus, sicut cum dicitur Iudam & fratres eius: & Phares & Zaram de Thamar, hoc significat quòd æquales fuerunt in sanctitate, vel malitia. Isti autem tres omnes sunt mali. Aliter potest dici, quòd ideo quia istorũ fratrum quilibet regnauit, sicut patet per ea quæ dicta sunt: sic autem non fuit de fratribus aliorum regum. Tertio quæritur de hoc quod dicitur in trãsmigratione, videtur falsum: quia Iosias numquàm transmigrauit. Et dicendum hoc accipiẽdum esse secundum præscientiam diuinam: secundum quam ordinatum erat eos quos tunc generabat, transmigrandos esse. Vel dicendum, quòd in transmigrationem, idest, propte transmigrationem, siue iam imminente.

d ¶ Hic ponitur tertius quaterdenarius generationis Christi, qui procedit per personas priuatas. De isto Ieconia sicut dictum est supra, fuit duplex opinio. Hieronymus enim & Ambros. volunt quòd alter fuerit ille qui ponitur in fine primi quaterdenarii, & vocatus est Ioachim: alter vero qui dictus est Ioachim: secundum vero August. vt supra. Ista enim transmigratio filiorum Israel significat translationem fidei ad gentes, Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei. In illa transmigratione facta est quasi quædam reflexio Iudæorum ad gentes. Vnde quasi quidam constituitur angulus, & ideo Ieconias iste significat Christum, qui factus est lapis angularis in seipso vtrũque populans populum Iudæorum scilicet, & gentium. Psal. 117. Lapidẽ quẽ reprobauerũt. Sed hic quæritur. Hier. 22. dicẽs. Scribe virũ istũ, Sedechiam virũ sterilem &c. Nec erit qui sedeat de semine eius super solũ Dauid. Quo modo ergo dicitur Christus descendisse a Dauid per Sedechiã, cũ de Christo scripserit sic, Esa. 9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit? Et dicendũ secundum

Sm Ambr. quòd Christus dicitur sedere sup solũ intelligit de regno spirituali, non corporali, nisi inquantum per regnum Dauid corporale significatur spirituale. [Salathiel autem genuit, &c.] Contra. 1. Paralip. 3. dicitur, quòd filii Ieoniæ fuerunt, Asir, Salathiel, & Melchiram, & Phadaia. Phadaia autẽ filios habuit Zorobabel, & Semei, de Abiud autem nulla prorsus fit ibi mentio. ergo videtur, quòd male dicit euangelista, quòd Salatiel genuit Zorobabel, & quòd Zorobabel

Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud aut genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ: de qua natus est Iesus qui uocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham vsq; ad Dauid,

genuit Abiud. Ad hoc tripliciter rndet in glo. Vna responsio cp in libro Paral. multa deprauata sunt, vitio scriptorum præcipue de his quæ pertinent ad numerum, & ad nomina. Vnde istis generationibus vitiatis prohibet Apost. intendere quæ magis quæstionem quàm vtilitatem inducunt. 1. Thim. 1. Alia est responsio, quòd Salarhiel binomius fuit, vocatus est. n. Salathiel, & Caphadara, & ideo liber Paral. dicit, Zorobabel filũ Capha, euangelista vero filium Salatiel. Nulla est contrarietas ergo. Tertia est responsio, & verior, quòd Salathiel, & Caphadara fuerũt fratres, sicut dicit liber Paralip. Caphadara autem genuit filium quẽ uocauit eodem nomine, s. Zorobabel, & iste genuit Abiud. Dicẽdum etiam quòd liber Paral. narrat genealogiam ipsius Capha, euangelista generationem Salathiel, quia de eo erat Christus nasciturus. ¶ Notandum autem quòd de illis qui fuerunt ab Abiud vsq; ad Ioseph, nulla fit mentio in libris sacræ scripturæ, sed ex annalibus Hebræorum, quos Hærodes pro magna parte comburi fecit, vt occultaretur ignobilitas sui generis, accepta sunt: patet litera: sensum mysticum prosequamur. Nota ergo quòd in hac parte genealogiæ ponuntur tres ordines. Primus est ordo doctorum, & continet quatuor generationes, ante orationẽ enim requiritur præparatio secundum illud Eccl. 18. Ante orationem præpara aãm tuam, & ideo de Iechonia qui interpretatur ꝓparatio dñi, sequitur Salathiel qui interpretatur petitio mea, & designant Christum, qui in oibus exauditus est pro sua reuerentia Heb 5. Oratio autem debet præcedere doctrinam secundum illud ad Eph. 6. ca. Orate vt detur sermo in apertione oris mei, & ideo Salathiel sequitur Zorobabel, qui interpretatur magister, Babel. i. confusionis, quia per doctrinam, & prædicationem Apostolorum reuocatę sunt gentes ad deum verum, & hoc fuit ad confusionem idolatriæ, & hoc competit principaliter Christo qui dicit. Vocatis me magister & domine, & bene dicitis. Io. 13. Per doctrinam autem, & prædicationem acquirit homo patris dignitatem. Vnde patres dicuntur eorum qui instruuntur spiritualiter. 1. Cor. 4. Nam, & si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Iesu per euangelium filii sumus, & ideo sequitur. [Zorobabel autem genuit Abiud] qui interpretatur pater meus iste, & hoc competit Christo. Psal. 88. Ipse inuocauit me pater meus es tu. [Abiud autem genuit Eliachim] Hic designatur ordo incipientium, s. auditorum. Primum autem quod fit per prædicationem in auditore, & quod debet prædicator intendere, est quòd resurgant a uitiis ad virtutes, secundum illud Eph. 5. Surge qui dormis. Et ideo [Abiud genuit Eliachim, qui interpretatur resurrectio, & competit Christo qui dicit. Io. 11. Omnis qui credit in me, habet vitam æternam. Non autem resurgens potest peruenire ad statum iustitiæ nisi per auxilium Dei, & ideo postquàm resurrexit indiget homo auxilio dei secundum illud. Ps. 120. Auxilium meum a domino, & ideo sequitur. [Eliachim autem genuit Azor] qui interpretatur adiutus. Et hoc etiam competit Christo, de quo in. Psal. 26. Adiutor meus esto domine, & per hoc auxilium deuenitur ad iustitiam: vnde [Azor genuit Sadoch] qui interpretatur iustus. Rom. 1. Iustitia dei per fidẽ Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Consummatio autem iustitiæ, siue finis est charitas: finis iustitiæ Christus, finis præcepti est charitas. 1. Thim. 1. Tres sunt duo præcepta. s. dilectio dei, & proximi 1. Io. 5. Et hoc mandatũ habemus a deo vt qui diligit &c. Et ideo [Sadoch sequitur Achim] Et [Achim Eliud] Achim interpretatur frater meus: vnde signat dilectionem proximi. Psalm. 133 Ecce quàm bonum Hoc competit Christo, qui caro, & frater noster est. Et quia dilectio proximi non pôt esse sine dilectione dei, ideo sequitur. [Eliud autem genuit Achim.] Eliud interpretatur deus meus, Psalm. 17. Diligam te domine, & hoc competit Christo. Psalm. 117. Deus meus es tu [Achim autem genuit Eleazar.] Hic designatur ordo proficientium. Non potest autem proficere sine auxilio diuino, vnde primum quod requiritur ad proficiendum est auxilium diuinum, & ideo Eliud recte sequitur. [Eleazar] qui interpretatur deus meus adiutor Psalm. 85. Beatus vir cuius est auxilium &c. Sed quia deus multis modis potest iuuare ad salutem, vt remouendo prohibentia, & dando occasiones, potissimum adiutorium est per donum gratiæ suæ. 1. Corinth. 15. Gratia dei sum id quod sum. Et ideo [Eleazar] idest adiutorium dei sequitur [Mathan] qui interpretatur donum, scilicet gratiæ diuinæ. Et hoc competit Christo: qui est etiam donans. Ioann. 3. Sic deus dilexit, mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ephes. 4. Dedit dona hominibus. Sed quia homo posset tantum confidere de dono gratiæ, quòd ipse incideret in negligentiam non cooperando per liberum arbitrium gratiæ, ideo sequitur. [Iacob,] qui interpretatur luctator: propter hoc. 1. Corinth. 15. Gratia dei sum id quod sum. & sequitur, & gratia eius in me vacua non fuit. 2. Corinth. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Nunc autem sequitur [Ioseph] idest, augmentum, quia per gratiam, & liberi arbitri conatum venit homo ad augmentum. Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. vnde [Iacob genuit Ioseph virum Mariæ. ¶ Sed hic oritur duplex quæstio. Primo enim quæritur de contrarietate quæ videtur esse inter Lucam & Matthęum. Lucas enim dicit quòd Ioseph fuit Heli qui fuit Mathar: Mattheus autem dicit quòd fuit Iacob. ergo videtur esse contrarietas inter eos. Sed dicendum est ad hoc, quòd duo fuerunt de eadem stirpe, sed non de eadem familia, scilicet Mathan, & Mathat. fuerunt enim de stirpe Dauid: sed vnus descendit de stirpe Dauid per Salomonem, scilicet Mathan: alius per Nathan a Mathat. Accepit ergo Mathan vxorem Hesta nomine ex qua genuit Iacob: mortuo autem Mathan quia lex non prohibebat viduã nubere, nupsit fratri eius Mathar, qui genuit de ea Heli. vnde Iacob, & Heli fuerunt fratres de eadem matre, sed non de eodem patre. Accepit autem Hęli vxorem, & mortuus est sine liberis, vnde Iacob vt suscitaret semen fratri suo accepit eãdem vxorem, & genuit Ioseph: vnde Ioseph fuit filius Iacob ꝓm carnem, sed filius Heli secundum adoptionem. Et ideo Matthæus qui ponit in genealogia Christi solum patres carnales, dicit Ioseph filium Iacob. Lucas autem qui ponit multos qui non fuerunt patres carnales, dicit eum filium Heli. Ratio autem huius diuersitatis dicta est superius. ¶ Notandum autem quòd quando frater accipiebat vxorem fratris vt suscitaret nomen eius, non est ita intelligendum quòd filius ille qui generabatur, uocaretur nomine fratris defuncti. Booz enim qui accepit Ruth vt suscitaret semen Elimelech, genuit filium quẽ nõ vocauit Elimelech, sed Obeth: sed pro tanto dicitur suscitare nomen eius, quia filius ille et asceribebatur secundum legem: nec est hoc inconueniens, quia sicut dicitur in ecclesiastica historia ipli Apostoli, & Euangelistæ fuerunt instructi a proximis parentibus Christi de genealogia Christi: qui eam partim memoriæ, partim ex dictis libris. 1. Paralip. corde tenebant. Secunda quæstio est. Matthæus intendit scribere generationem Christi. cum ergo Christus non fuerit filius Ioseph sed solum Mariæ, ad quid necesse fuit protendere generationem Christi ad Abraham, vsque ad Ioseph? Ad quod dicendum, quòd consuetum fuit apud Iudæos, & est vsque hodie accipere vxorem de tribu sua: vnde. Num. 36. dicitur quòd accipiat vxorem, &c. Et quamuis hoc non necessario obseruaretur: tamen ex consuetudine obseruabatur. vnde Ioseph Mariam tamquàm sibi propinquissimam duxit vxorem. Et ideo quia erant de eodem genere per hoc quòd ostenditur Ioseph a Dauid descendisse, ostenditur etiam Mariam, & Christum de semine Dauid fuisse. Sed vnde potest haberi hoc quòd Ioseph & Maria fuerint de eadem tribu? patet ex hoc quòd habetur Luc. 2. quia cum debuisset fieri descriptio ascendit ipse Ioseph, & Maria in ciuitatem Dauid, quæ est Bethleem: vnde per hoc quòd eam duxit & reduxit secum, patet quòd de eadem erant familia. ¶ Sed quæritur quare per Mariam non ostendit Christi generationem ex Dauid. Dicendum quòd non est consuetum apud Hebræos, nec etiam gentiles genealogiam texere per mulieres, vnde Christus qui venerat pro salute hominum, noluit in hoc imitari, vel obseruare mores hominum, & sic non per feminas eius genealogia describitur, præcipue cum sine periculo veritatis posset per viros eius genealogia cognosci virũ Marię. Hieronym. Cum audieris virum, suspitio non oriatur nuptiarũ. Contra. Nonne fuit verum matrimonium? Dicendum quod sic, quia ibi fuerunt tria bona matrimonii. Proles ipse deus, & fides quia nullum adulterium, sacramentum, quia indissibilis coniunctio animarũ. Quid ergo dicẽdũ? hoc intelligitur quantũ ad nuptiarũ cõplemẽtũ qđ est per carnalẽ copulã. Iõ aũt

dicit August. nominatur vir Mariæ vt ostendatur matrimonium esse inter pari voto continentes. Sed quomodo fuit matrimonium? Votum enim impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Cum ergo beata virgo vouerit virginitatē nullum videtur fuisse matrimonium. ¶ Præt. Consensit in carnalē copulam si fuit matrimonium. Sed dicendum quòd beata virgo angebatur inter duo. Ex una enim parte angebatur propter maledictum legis cui subiacebat sterilis: ex alia parte angebatur propter propositum seruandæ castitatis, & ideo virginitatem proposuit nisi dominus aliter ordinaret, vnde diuinæ dispositioni se cōmisit. Quod dicitur, q̃ consensit in carnalē copulā. Dicendum q̃ non: sed in matrimonium directe. In carnalem autem copulam quasi implicite si deus voluisset. [De qua natus est Iesus &c.] Hic duplex error excluditur, vnus qui dicit Christum fuisse filium Ioseph. Et hoc excluditur per hoc quod dicitur [de qua.] Si enim fuisset filius Ioseph dixisset de quo: vel saltem de quibus. Alius excluditur error, s. Valentini qui dicit Christum non assumpsisse corpus de beata virgine; sed de cælo apportasse, & per beatam virginem sicut per canale transisse. Contra est quod dicitur [de qua] Si enim ita esset sicut dicit: dixisset euangelista nō de qua sed per quam vel a qua, vel ex qua, vel aliquid tale. Hæc enim propositio de, semper notat consubstantialitatem: non autem hæc præpositio ex, vnde potest dici ex mane fit dies, & quòd arca procedit ex artifice, numquàm dicitur de artifice. Vnde per hoc quod dicit de, denotat quòd de corpore beatę virginis formatum est corpus Christi. Gal. 4. Misit deus filium suum factum ex muliere &c. Hic cauendus est error Nestorii qui duas in Christo personas posuit, & ideo non concedit deum natū vel passum: nec alia quæ sunt Dei vel esse ab æterno, vel creasse stellas attribuit homini. Vnde in quadam sua epistola accipit istam authoritatem ad confirmati onem sui erroris [de qua natus est Iesus] non dicit deus sed Iesus: quod est nomen hominis, & Christus, sed secundum hoc nulla esset vnio in Christo. Nec Christus diceretur vnus. Vnde nota quòd in Christo quia sic vnio duarum naturarum in vna persona fit communicatio idiomatum vt illa quæ sunt dei attribuantur homini, & econuerso, & potest poni exemplum qualecumq; de tribus accidentibus in subiecto, sicut pomum dicitur album, & saporosum. Et quantum ad saporosum dicitur album ratione qua pomum est album, & econuerso [Qui vocatur Christus] Nota simpliciter dicitur Christus sine additione: ad denotandum quòd oleo inuisibili vnctus est non materiali sicut reges, vel prophetæ in lege. Psalm. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. [Omnes ergo generationes.] Posita generatione Christi, hic concludit numerum generationum. Et diuidit eas per tres quaterdenarios. Primus quaterdenarius est ab Abraham vsq; ad Dauid inclusiue, vt scilicet Dauid numeretur in illo primo quaterdenario, & hoc est. [Omnes ergo generationes.] Secundus quaterdenarius protenditur a Dauid exclusiue, ita scilicet quòd ipse Dauid non numeretur, sed incipiatur a Salomone, & terminatur ad transmigrationem Babylonis. Et hoc est [& a Dauid &c.] Tertius incipit a transmigratione Babylonis, & terminatur in Christum. Ita q̃ Christus sit quaterdenarius. Sed quæritur quare euangelista ita diligenter, & attente distinxit generationem Christi per tres quaterdenarios. Chrysost. assignat rationem: quia in istis tribus quaterdenariis semper facta est alta mutatio in populo Israel. In primo enim quaterdenario: fuerunt sub ducibus. In secundo, sub regibus. In tertio, sub pontificibus. Et ipse Christus est dux: est rex, & pontifex. Esa. 33. Dominus iudex noster: dominus legifer noster: dominus rex noster &c. Et de eius sacerdotio dicitur in. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Aliam rationem assignat ipse vt scilicet ostenderetur necessitas aduentus Christi. In primo enim quaterdenario petierunt regem contra voluntatem dei, & legem transgressi sunt. In secundo, autem propter peccata sua ducti sunt in captiuitatem. Sed in tertio, per Christum ab omni culpa, & miseria, & a seruitute peccati spirituali liberamur. Hierony. tertiam assignat rationem quia per istos signantur tria tempora, quibus omnium hominum vita ducitur. Per primum enim quaterdenarium signat tempus ante legem, quia in illo ponuntur aliqui patres qui fuerunt ante legem, & secundum, tempus sub lege: quia omnes illi qui ponuntur sunt sub lege. Per tertium autem, tempus gratię, quia terminatur ad Christum, per quem, s. gratia, & veritas facta est Io. 1. congruit etiā ista distinctio, mysterio, quia quaterdenarius st numerus compositus ex quatuor, & decem. Per decem ergo, vetus intelligitur testamentum: quod datum est in decem mandatis. Per quatuor autem, euangelium quod in quatuor libris distinguitur. Tres autem quaterdenarii designant fidem trinitatis. Vnde per hoc quòd Matthæus genealogiam in tres quaterdenarios diuidit designatur quòd per nouū, & vetus testamentum in fidē trinitatis peruenitur ad Christum. De numero autem generationum est duplex opinio: secundum enim Hierony. qui dicit quòd alius est Ieconias in fine primi quaterdenarii, & in principio secundi, sunt. 42. generationes: tot enim faciūt quaterdenarii tres; sed secundum Augustinum non sunt nisi. 41. & q̃ Christus sit ille vnus, & hoc competit mysterio. Quadragenarius enim numerus consurgit ex ductu quatuor in decem, & econuerso: secundū autem Platonicos etiam quatuor est numerus corporū. Corpus enim componitur ex quatuor elementis. Decem autem est numerus qui consurgit ex aggregatione numerorum linealium. Vnus enim, duo, tres, & quatuor, faciunt decem, & quia Matth. intendit declarare quomodo Christus linealiter descendit ad nos, ideo per. 40. generationes venit ad nos Christus. Lucas autem qui intendit in Christo commendare sacerdotalem dignitatem cui cōpetit expiatio peccatorum. infra. 18. Non dico tibi vsque septies sed vsque septuagies septies, &c. Ponit generationes. 77. Consurgit enim iste numerus ex ductu septem in xi. septies enim xi. sunt 77. Per. xi. ergo intelligitur transgressio decalogi per septem autem septiformis gratia per quam sit remissio peccatorum. Quòd autem secundum Hierony. sunt. 42 generationes etiam non vacat a mysterio, quia per illas duas intelliguntur duo præcepta charitatis, vel duo testamenta nouum, & vetus. [Christi autem, generatio sic erat.] Posita genealogia Christi in generali. Hic describitur generatio eius in speciali. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit quidem titulum. Secundo, euangelista describit generationis modum, ibi. [Cum esset desponsata.] Tertio, probat generationis modum, ibi. [Ioseph autem vir eius.] Dicit ergo [Christi autem] hoc dupliciter legitur: secundū Chrysost. enim, est quasi quidam prologus dicendorum: sed secundum Remigium est quidam epilogus dicendorum. Primo modo, legitur sic. Ita dictum est de genealogia Christi, quomodo Abrahaam genuit Isaac &c. per carnalem admissionem. Sed [Christi generatio sic erat] supple sicut dicetur in sequentibus. Secundo modo, legitur sic, vt sit epilogus precedentium: ita Abraham &c. Vsq; ad Christū [Christi autem generatio sic erat] supple vt ab Abraham per Dauid, & alios protenderetur ad Christum. Consequenter describit generationis modum, & primo describit personam generantem: cum dicit. [Cum esset desponsata.] Secundo, ipsam Christi generationem, cum dicit. Antequàm conuenirent, &c. Tertio, generationis authorem, de Spiritu sancto, personam generantem describit a tribus. Primo, a conditione, cum dicit. Desponsata [Ioseph.] Secundo, a dignitate [mater eius.] Tertio, a proprio nomine. [Maria.] Dicit ergo [cum esset desponsata &c.] Sed hic statim oritur quæstio Cum Christus voluerit nasci de virgine, quare voluit matrem suam desponsari? Ratio secūdum Hiero. triplex assignatur. Prima est vt credibilius esset testimonium virginitatis eius. Si enim non fuisset desponsata, & diceret se esse virginem cum esset impregnata, non videretur ob aliud dicere, nisi vt cælaret crimen adulterii. Sed cum desponsata erat, non habebat necesse mentiri. Et ideo magis esset credendum ei. Psal. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Alia ratio est vt haberet præsidium viri, siue cum fugeret in Aegyptum, siue cum inde rediret. Tertio, fuit vt partus eius diabolo cælaretur, ne scilicet si ipse sciret impediret passionem eius, & fructum nostræ redemptionis. 1. Cor. 2. Si enim cognouissent, numquàm dominum gloriæ crucifixissent. Exponitur de dęmone, i. non crucifigi permisisset. Sed cōtra. Diabolus nūquid nō cognoscit an ista est virgo? Virginitas enim eius erat in carne non corrupta, ergo diabolus potuit scire eam esse virginem. Sed dicendum secundū Ambro. qui etiam istam rationem assignat, q̃ diaboli possunt aliqua subtilitate naturæ, quæ tamen non possunt nisi diuina permissione. Vnde diabolus eius virginitatem cognosceret nisi a diligenti consideratione diuinitus fuisset prohibitus. Secundum Ambro. assignatur triplex ratio. Prima est propter honorem matris domini, conseruandum. Maluit dominus de ortu suo homines dubitare quàm de pudicitia matris. Et ideo voluit eam desponsari vt tolleretur suspitio adulterii. Ipse enim uenerat legem adimplere non soluere. Matthæi. 5. Non veni soluere sed adimplere. Exo. 20. dicitur, Honora patrem tuū, & matrē tuam. Alia ratio est vt virginibus notatis de adulterio auferretur excusatio. Si enim mater domini non fuisset desponsata, & tamen grauida, possent similiter se per eam excusare. Psal. 140. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, &c. Tertia ratio, quia Christus ecclesiam sibi desponsauit, quæ

generationes quatuordecim, & a Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim, & a transmigratione Babylonis vsq; ad Christū, generatiōes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph: anteq̃ conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autē vir eius cū esset iustus; & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicēs. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Maria uxorem tuam. Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Quod est interpretatum nobiscum deus. Exurgens autem Ioseph.] In prima parte sunt tria. Primo, introducitur persona cui facta est reuelatio. Secundo, persona reuelans, ibi. [Hæc autem eo &c.] Tertio ponuntur verba reuelationis, ibi. [Ioseph fili Dauid.] Persona autem cui fit reuelatio commendatur ex duobus, s. ex hoc quòd est iustus, & ideo non mentiretur. Secundo, ex hoc quòd sponsus, siue vir, & ideo crimen in ea non pateretur. Prou. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ. Dicit ergo ita: inuenta est a Ioseph habens in vtero: [Sed Ioseph vir eius cum esset iustus, & nollet &c.] Hic est duplex sanctorum sententia, Ambro. videlicet, & Augustini. Aug. n. vult quod Ioseph qui non erat præsens quando facta est annuntiatio angelica, rediens, & inueniens eam grauidā, habuit suspitionem adulterii. Sed tunc statim oritur quæstio: quomodo iustus erat si eam quam suspectam habebat de adulterio nolebat traducere, i. crimen ipsius propalare. In hoc enim videbatur ei in peccato consentire, & Rom. 1. dicitur quòd Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. Sed ad hoc est triplex responsio. Prima est secundum Chrysost. quòd duplex est iustitia. Vna enim est iustitia quæ est virtus cardinalis, quæ dicitur iustitia specialis. Alia est iustitia legalis quæ includit omnem virtutem, & pietatem, & clementiam, & huiusmodi. Quando ergo dicitur quòd Ioseph iustus erat, intelligendum est de iustitia generali, vt iustitia accipiatur pro pietate. Vnde quia iustus erat. i. pius, noluit eam traducere. Alia est responsio Augustini, qui dicit quòd duplex est peccatum, s. peccatum occultum, & peccatum manifestum: peccatum, n. occultum non est publice arguendum, sed aliter est ei remedium adhibēdū. Suspitio ergo adulterii quam habuit Ioseph, erat suspitio peccati occulti, & non manifesti, quia ipse solus sciebat: & iterum si alii scirent eam grauidam non possent opinari nisi quòd de ipso esset, & ideo crimen eius non debuisset propalasse. Tertia vero responsio est Rabani, quòd etiam Ioseph iustus fuit, & pius. In hoc enim quòd pius, non noluit crimen propalare: sed in hoc quòd noluit eam dimittere apparuit iustus. Sciebat enim quòd qui tenet adulteram, stultus, & insipiens est, vt dicitur. Proue. 3. Secundum autem Hiero. &. Orig. non habuit suspitionem adulterii. Nouerat enim Ioseph pudicitiam Mariæ, legerat in scriptura quòd virgo concipiet. Esa. 7. &. cap. 11. Egredietur virga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet &c. Nouerat etiam Mariam de Dauid generatione descendisse. Vnde facilius credebat hoc in ea impletum esse: quàm ipsam fornicatam fuisse. Et ideo indignum reputans se tante cohabitare santitati, voluit occulte dimittere eam, sicut Petrus dixit. Exi a me domine quia homo peccator sum. Luc 5 Vnde nolebat eam traducere idest ad se ducere, & in coniugem accipere se indignum reputans, vel secūdum aliorum sententiam ignorans finem: ne tamquàm reus haberetur si cælaret, & secum eam teneret. [Hæc autem eo cogitante.] Hic persona reuelans introducitur, & tanguuntur tria. Primo enim, tangitur tempus. Secundo, persona reuelans introducitur. Ecce angelus. Tertio, reuelatiōis modus exprimitur [apparuit in somnis Ioseph.] Dicit ergo [hæc aūt eo cogitante] .i. dum ista secum in mēte reuoluerer, [ecce &c.] Nota quòd duo cōmendantur hic de Ioseph. s. sapientia, & clementia, Sapientia qusdem in hoc, quòd ipse antequàm ageret deliberauit. Prouer. 3. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Hoc est, nihil facias sine iudicio, & deliberatione rationis. Item clementia siue pietas in hoc quòd factum eius non propalauit, vel promulgauit: contra multos qui statim illud quòd habent in corde volunt exterius publicare. Prouer, 25. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui nō potest loquendo cohibere spiritum suū. Et ideo n. erant instrui siue consolari

quæ virgo est. 2. Cor. Despondi enim vos, & ideo de virgine desponsata nasci voluit in signum q̃ ecclesiā sibi desponsauit. [Cū ergo esset desponsata] Sed cui. Ioseph? Secundū Chrysost. Ioseph fuit faber lignarius, & signat Christum qui per lignum crucis omnia restaurauit cælestia &c. [Mater eius,] idest dei. Hic ostēditur ei dignitas. Nulli enim creatu q̃ hoc concessum est: nec homini, nec angelo vt esset pater aut mater dei: sed hoc fuit priuilegium gratiæ singularis, vt non solum hominis sed dei mater fieret, & ideo in Apoc. 12. dicitur. Mulier amicta sole, quasi tota repleta diuinitate, qd negauit Nestorius. Et hoc quia diuinitas non fuit accepta a virgine. Contra quem Ignatius martyr pulchro exemplo vtitur ad ostendendum q̃ fuit mater dei. Constat inquit q̃ in generatione hominum communium mulier dicitur mater: & tamē mulier non dat animam rationalem quæ a deo est, sed ministrat substantiam ad corporis formationem. Sic igitur mulier dicitur mater totius hominis, quia id qd sumptū est de ea vnitur animæ rationali. Similiter cum humanitas Christi sumpta sit de beata virgine, propter vnionem ad diuinitatem dicitur beata virgo nō solum mater hominis, sed etiam dei. Quàmuis ab ipsa non suma diuinitas: sicut nec in aliis anima rationalis sumitur a matre. [Maria] proprium nomen interpretatur maris stella, vel illuminatrix, & sic termone domina: vnde in Apoc. 12. describitur Luna sub pedibus eius. [Antequàm conuenirent, &c.] Hic obiicit Eliuidius: si antequam conuenirent. ergo aliquando conuenerunt, vnde iste negauit virginitatem matris Christi. Non ante partum, nec in partu: sed post partum dicit q̃ fuit cognita a viro. Et respondet Hierony. q̃ sine dubio hoc qd dicitur antequàm, semper importat ordinem ad futurum. Sed hoc potest esse dupliciter: vel secundum rationem, vel secundum intellectus acceptionem. Si enim dicatur antequàm comederē in portu Romæ, nauigaui ad Aphricam, non est intelligendum q̃ postquàm nauigarim ad Aphricam comederim, sed quia propotue. ā comedere, & præuentus nauigatione non comedi. Ita est hic: non est ita intelligendum q̃ postea realiter conuenirent, sicut dicit impius ille: sed quia ex hoc ipso quòd sibi desponsata erat secundum communem opinionem licebat eis aliquando conuenire. quàmuis numquàm conuenerint. Remigius aliter exponit, vt intelligatur de solenni celebratione nuptiarum. Ante enim erat, & fiebat per aliquos dies desponsatio, & interim sponsa nō erat sub custodia viri: postea autem fiebat solennis celebratio nuptiarum, & tunc traducebatur ad domum viri. De his nuptiis loquitur euangelista hic. Et secundum hoc non habet locum obiectio Eliuidii. Nota proprietatem verbi. Propriæ enim illud inuentum dicitur: de quo non sperabatur nec putabatur, & Ioseph tātam habebat opinionem de pudicitia Mariæ q̃ præter æstimationem eius fuit q̃ inuenit eam grauidam. [In vtero habens] supple ab ipso Ioseph qui sicut dicit Hierony. maritali licentia pene omnia secreta eius rimabatur. [De Spiritu sancto.] Hic tangitur actor conceptionis: hoc autem legendum est diuisim ab illo præcedenti. Non enim legendum est aut intelligendum q̃ Ioseph inuenerit eam habentem in vtero de Spiritu sancto: sed solum q̃ inuenit eam grauidam. Et ne oriretur auditoribus interim suspitio adulterii addidit, de Spiritu sancto, idest, de virtute Spiritussancti: non de substātia, ne filius Spiritussancti credatur. Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Quàmuis autem secundum Augu. indiuisibilia sint opera trinitatis, & ideo ipsam conceptionem nō solum Spiritussanctus, sed etiam pater, & filius operati sunt, tamen per quandam appropriationem Spiritui sancto attribuitur, & hoc tribus rationibus. Prima ratio est, quia Spiritussanctus amor est. Hoc autem fuit signum maximi amoris, quòd deus filium suum incarnari voluerit. Io. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. Secunda, quia Spiritui sancto attribuitur gratia. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & fuit maxima gratia. Tertia ratio, assignatur in gestis Niceni concilii, & est quòd in nobis est duplex verbum: verbum cordis, & verbum vocis. Verbum cordis est ipsa conceptio intellectus quæ occulta est hominibus, nisi quatenus per vocem exprimitur siue p verbum vocis. Verbo antem cordis comparatur verbum æternū, ante incarnationem, quando erat apud patrem, & nobis abscondi tum: sed verbo vocis comparatur verbum incarnatum quod iā nobis apparuit, & manifestum est. Verbum autem cordis non cōiungitur voci nisi mediante spiritu, & ideo recte incarnatio verbi per quam nobis visibilis appparuit, mediante Spiritu sancto facta est. Nota hic quatuor rationes quare Christus de virgine nasci voluit. Quarum prima fuit, quia peccatum originale contraxisset: hoc autem asset inconpeniens: cum ipse ad hoc uenisset in mundū vt peccata nostra tolleret: vnde peccati contagione infici non debuit. Secunda, quia Christus præcipuus fuit doctor castitatis. infra. 19. Sunt eunuchi qui se castrauerūt propter regnū cælorum. Tertia, propter puritatem, & munditiam. In malignam animam non introibit sapientia. Sap. 1. Vnde decuit vt venter matris eius nulla corruptiōe polluereturQuarta, p̃ proprietatē uerbi: quia sicut verbum sine corruptione cordis emanat a corde, ita Christus de virgine nasci voluit, & debuit sine corruptione, [Ioseph autem vir eius &c.] Postquàm posuit generationis modum, hic confirmat ipsum per testimonium. Cum enim supra dixerit euangelista, quòd mater Iesu inuenta est in utero habens, & quòd hoc erat de Spiritu sancto, posset aliquis credere quòd euangelista hoc apposuisset ob gratiam Magistri, ideo hic euangelista confirmat generationis modum supradictum. Et primo, prænuntiatione prophetica. [Hoc autem factum est.] Secūdo reuelatione angelica, ibi. [Exurgens autem Ioseph.] In prima parte sunt tria. Primo, introducitur persona cui facta est reuelatio. Secundo, persona reuelans, ibi. [Hæc autem eo &c.] Tertio ponuntur verba reuelationis, ibi. [Ioseph fili Dauid.] Persona autem cui fit reuelatio commendatur ex duobus, s. ex hoc quòd est iustus, & ideo non mentiretur. Secundo, ex hoc quòd sponsus, siue vir, & ideo crimen in ea non pateretur. Prou. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ. Dicit ergo ita: inuenta est a Ioseph habens in vtero: [Sed Ioseph vir eius cum esset iustus, & nollet &c.] Hic est duplex sanctorum sententia, Ambro. videlicet, & Augustini. Aug. n. vult quod Ioseph qui non erat præsens quando facta est annuntiatio angelica, rediens, & inueniens eam grauidā, habuit suspitionem adulterii. Sed tunc statim oritur quæstio: quomodo iustus erat si eam quam suspectam habebat de adulterio nolebat traducere, i. crimen ipsius propalare. In hoc enim videbatur ei in peccato consentire, & Rom. 1. dicitur quòd Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. Sed ad hoc est triplex responsio. Prima est secundum Chrysost. quòd duplex est iustitia. Vna enim est iustitia quæ est virtus cardinalis, quæ dicitur iustitia specialis. Alia est iustitia legalis quæ includit omnem virtutem, & pietatem, & clementiam, & huiusmodi. Quando ergo dicitur quòd Ioseph iustus erat, intelligendum est de iustitia generali, vt iustitia accipiatur pro pietate. Vnde quia iustus erat. i. pius, noluit eam traducere. Alia est responsio Augustini, qui dicit quòd duplex est peccatum, s. peccatum occultum, & peccatum manifestum: peccatum, n. occultum non est publice arguendum, sed aliter est ei remedium adhibēdū. Suspitio ergo adulterii quam habuit Ioseph, erat suspitio peccati occulti, & non manifesti, quia ipse solus sciebat: & iterum si alii scirent eam grauidam non possent opinari nisi quòd de ipso esset, & ideo crimen eius non debuisset propalasse. Tertia vero responsio est Rabani, quòd etiam Ioseph iustus fuit, & pius. In hoc enim quòd pius, non noluit crimen propalare: sed in hoc quòd noluit eam dimittere apparuit iustus. Sciebat enim quòd qui tenet adulteram, stultus, & insipiens est, vt dicitur. Proue. 3. Secundum autem Hiero. &. Orig. non habuit suspitionem adulterii. Nouerat enim Ioseph pudicitiam Mariæ, legerat in scriptura quòd virgo concipiet. Esa. 7. &. cap. 11. Egredietur virga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet &c. Nouerat etiam Mariam de Dauid generatione descendisse. Vnde facilius credebat hoc in ea impletum esse: quàm ipsam fornicatam fuisse. Et ideo indignum reputans se tante cohabitare santitati, voluit occulte dimittere eam, sicut Petrus dixit. Exi a me domine quia homo peccator sum. Luc 5 Vnde nolebat eam traducere idest ad se ducere, & in coniugem accipere se indignum reputans, vel secūdum aliorum sententiam ignorans finem: ne tamquàm reus haberetur si cælaret, & secum eam teneret. [Hæc autem eo cogitante.] Hic persona reuelans introducitur, & tanguuntur tria. Primo enim, tangitur tempus. Secundo, persona reuelans introducitur. Ecce angelus. Tertio, reuelatiōis modus exprimitur [apparuit in somnis Ioseph.] Dicit ergo [hæc aūt eo cogitante] .i. dum ista secum in mēte reuoluerer, [ecce &c.] Nota quòd duo cōmendantur hic de Ioseph. s. sapientia, & clementia, Sapientia qusdem in hoc, quòd ipse antequàm ageret deliberauit. Prouer. 3. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Hoc est, nihil facias sine iudicio, & deliberatione rationis. Item clementia siue pietas in hoc quòd factum eius non propalauit, vel promulgauit: contra multos qui statim illud quòd habent in corde volunt exterius publicare. Prouer, 25. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui nō potest loquendo cohibere spiritum suū. Et ideo n. erant instrui siue consolari

consolari. vnde sequitur. Ecce angelus domini: quasi, in promptu
sit adiutorium dei. psal. 9. Adiutor in opportunitatibus in tribu
latione. Ecce.n. deus adiuuat me, & dominus susceptor est &c. Ni
hil enim melius potuit excusare, quàm ille qui conscius erat vir-
ginitatis seruatæ. Vnde ille idem angelus qui missus est ad Ma-
riã Luc. 1., creditur
missus ad Ioseph.
Psal. Immittit an-
gelus domini in cir-
cuitu timentium eũ
scilicet Mariæ & Io
seph, vt etiam ipsam liberaret ab infamia, & Ioseph in perturba
tione non dimitteret. Sed hic quæritur, quãdo onu principio fa
cta est Ioseph reuelatio: antequàm ita perturbaretur: Item quã-
re Maria ei non reuelauit annuntiationem angelicam quæ sibi
facta fuerat. Et dicendum ad primam quòd hoc fecit vt testimo-
nium eius esset credibilius. Sicut enim dominus Thomam aposto
lum permisit dubitare de sua resurrectione, vt scilicet, dubitans
palparet, & palpans crederet, & credendo infidelitatis in nobis
vulnus amoueret, sic permisit dominus Ioseph de pudicitia Ma-
riæ dubitare, vt dubitans reuelationem angelicam acciperet, &
accipiendo firmius crederet. Ad hoc quod quæritur secundo, di-
cendum, quòd si Maria ei dixisset, ipse nõ credidisset. [Apparuit
ei in somnis.] Ecce modus reuelationis, nota q̃ apparere proprie
est illius rei quæ de natura sua est inuisibilis, tamen in potestate
sua est vt videatur: sicut est deus vel angelus. Illa enim quæ de
sui natura habent vt videantur: proprie apparere non dicuntur.
Vnde dicitur apparitio diuina, vel angelica: vnde proprie loqui-
tur apparuit in somnis. Sed hic quæritur quare in somnis. Ratio
redditur in glo. quia Ioseph quodammodo dubitans erat: Vnde
quasi quodãmodo dormiebat. & ideo recte in somnis dicitur an-
gelꝰ apparuisse ei. Alia ratio potest assignari melior. Sicut enim
dicit Apostolus. 1. Cor. 13. Prophetia data est fidelibus, signa au
tem infidelibus: proprie autem reuelatio quæ dicitur prophetica
fit i somnis. Nume. 12. Si quis fuerit propheta inter vos domini,
in visione apparebo ei: vel per somnium loquar ad illum. & ideo
quia Ioseph iustus erat & fidelis, ipsi tanquàm fideli debuit fieri
apparitio, quæ competit credentibus, scilicet reuelatio quasi pro
phetica. Quia vero apparitio corporalis est miraculosa: talis ap-
paritio sibi nõ competebat, cum ipse crederet & esset fidelis. Sed
tunc quæritur, quare Mariæ facta est visibilis apparitio, cum
ipsa esset fidelissima. Et dicendum est, quòd mysterium incarna-
tionis a principio reuelatum est virgini Mariæ: quando difficil-
lius erat ad credendum. & ideo oportuit quòd sibi fieret; appari-
tio visibilis: ipsi vero Ioseph non est reuelatũ a principio, sed ma
gis quando iam pro magna parte erat impletum cum iam vide-
ret aluũ eius intumescere, vnde facilius poterat credere, & ideo
sufficiebat sibi apparitio, quæ fit in somnis. [Ioseph fili Dauid.]
Hic reuelationis verba ponuntur. & diuiditur in tres partes, se-
cundũ tria quæ facit angelus. Primo enim Mariæ & Ioseph pro
hibet diuortium. Secundo, incarnationis aperit mysterium, cum
dicit, [quod in ea natum est.] Tertio, ipsius Ioseph futurum præ
nuntiat obsequium, quod scilicet puero exhibebat, ibi. [Pariet
autem filium.] Dicit igitur [Ioseph] Vocat eũ vt reddat eum at
tentum ad audiendum, & vt reuocet eum ad seipsum. Hoc com-
mune est in scriptura quòd, scilicet quando præmittitur appari-
tio quæ est de superius, requirit in auditore quandam mentis ele
uationem & attentionem. Ezec. 2. Fili hominis sta super pedes
tuos &c. Et infra. Fili hois audi quæcumque loquor ad te & noli
esse exasperans [Fili Dauid.] Aba. 11. Super filiũ dauid: iõ genus
exprimit vt auertat illud quod dẽ Esa. 7. Audite domus Dauid:
numquid parùm est molestos esse hominibus quia molesti estis
& deo meo &c. Signum.n. datum fuit: nõ vni personæ sed toti tri
bui siue domui, vnde quia de hoc debebat eum instruere iubetur
in expressione generis sui, vaticinium prophetæ ad memoriam re
ducere. [Noli timere.] Omnis apparitio siue sit boni vel mali an
geli, timorem quendam incutit, & hoc quia talis apparitio est in
consueta, & quasi extranea naturæ hominis, & ideo ponit homi
nẽ quasi extra se: sed in hoc est differentia, quia apparitio mali
angeli terrorem incutit, & in ipso terrore hominem dimittit, vt
s. hominem quasi extra se positum facilius pertrahat ad peccatũ:
sed boni angeli apparitio quàmuis terrorem incutiat, tamen sta-
tim subditur conclusio, & assecutio consolationis, vt. s. homo ad
se redeat, & quæ sibi dicuntur aduertat: Vnde Luc. 1. Vbi dicitur
q̃ apparuit angelus. Zachariæ, statim sequitur. Ne timeas Zacha
ria, & similiter in eodem. [Ne timeos Maria. Vnde post apparitio
nem factam Ioseph, statim subditur consolatio. Duplicem habe
bat iste timorem. s. dei. & etiam peccati: ne. s. Mariæ cohabitando
peccaret tãquã conscius peccati: & ideo ne timeas subditur. s. me
tu peccati. [accipere Mariã &c.] Nota q̃ cõiunx dicitur, nõ pro-
pter matrimoniũ, sed propter desponsationẽ. Consuetudo.n. est
scripturæ & sponsas vocare cõiuges, & coniuges spõsas. Sed que-

F ritur, qũo iubetur eam accipere cũ eã nondũ dimisisset? Et dicẽdũ
q̃ licet eã corporaliter nõ dimisisset, tũ in animo causã dimiserat:
& iõ iubet eã accipere, vel ne timeas accipere quãtũ ad solẽnitatẽ
& nuptiarũ celebrationẽ. [Q d.n. in ea natũ est.] Hic aperit incar
natiõis mysteriũ. & nota q̃ cũ tria ibi fuerit. s. ipsa virgo cõcipiẽs,
filius Dei cõceptus,
& virtus actiua spiri
tus sancti, duo bene ex
primit angelus. s. cõ-
cipiẽtẽ & cõceptiõis
actorẽ: sed tertiũ ip-

men eius Iesum. Ipse enim saluum
faciet populũ suũ a peccatis eorũ.
e ¶Hoc autem totum factum est:

sum dei filiũ cõceptũ nõ exprimit nisi indefinite. Q d.n. (inquit) i
ea natũ est. & hoc vt denoteẽ q̃ ipsum est ineffabile & incõprehẽ
sibile, nõ solum homini, sed etiam ipsis angelis. [Quod.n. inquit]
[in ea natum est: Non dicit de ea quia nasci de matre est in lucẽ
prodire: in matre nasci est ipsum concipi [de spiritu sancto est.]
Hoc est ergo testimonium angelicum, quod inducit euangelista
G ad probandum quod supra dixerat, inuenta est in vtero habẽs de
spiritu sancto. Nota q̃ incõceptione aliarũ mulierũ in semine vi
ri est virtus formatiua cuius subiectũ est semen, & per hanc vir-
tutẽ formatur fetus, & vegetatur i corpore mulieris. Hãc aũt sup
pleuit virtus spiritus sancti, & ideo aliquando inuenitur dictũ a
sanctis, q̃ spiritus sanctus fuit ibi pro semine: aliquando tamẽ di
citur: q̃ nõ fuit ibi semen. Et hoc est q̃ in semine viri sunt duo. s.
ipsa corrupta substantia quæ descendit a corpore viri, & ipsa for
matiua virtus. Dicendũ ergo q̃ spiritus sanctus fuit pro semine
quãtũ ad virtutẽ formatiuã: sed nõ fuit ibi pro semine quãtũ ad
corpulentã substãtiã, quia nõ de substãtia spũs sancti facta est ca
ro Christi, vel cõceptio eius: & ideo patet q̃ spiritus sanctus nõ
põt dici pater Christi, quia nec ẽm diuinã naturã, nec ẽm huma
nã. Secũdã diuinã naturã quidẽ, quia quàmuis Christus sit eiusdẽ
gloriæ cũ spiritu sancto. filius tamen ẽm diuinã naturã nihil
accepit a spiritu sancto, & ideo nõ põt dici filius eius: filius.n. ali
quid accipit a patre. Similiter nec ẽm humanã, quia pater & fi-
lius debent cõuenire in substãtia: Christus aũt q̃ uis sit cõceptus
H virtute spiritus sancti, nõ tamẽ de substantia spiritus sancti. Sed
cõtra hoc quod dicitur de spũ sancto, est qd Prou. 6. dicitur, q̃ sa
piẽtia ædificauit sibi domũ. ergo videtur q̃ ipsamet diuina sapiẽ
tia. i. dei filius: sibi humanã naturã vniuit, & ita nõ est facta vir-
tute spiritus sancti. Sed duplex est responsio: ẽm Aug. Prima q̃
verbum illud quod scribitur Prou. 9. Intelligitur de ecclesia quã
Christus in sanguine suo fundauit. Alia est q̃ indiuisa sunt opera
trinitatis, & ideo illud quod facit filius, facit etiã spiritus san-
ctus: sed tamen per quandã appropriationem attribuitur spiritui
sancto. & ratio huius dicta fuit superius. [Pariet quidẽ filiũ.] Hic
prenuntiat obsequiũ: quod exhibebit Ioseph puero iã nato: & fa
cit tria. Primo.n. prænũtiat virginis partũ. Secũdo prẽmõstrat ob
sequiũ ab ipso Ioseph puero exhibẽdũ. cũ dicit, & vocabis no-
mẽ Tertio, ipsi puero aperit nomen impositũ, cũ dicit [Iesum] Di
cit ergo: pariet. ita concepit de spiritu sancto quidem primo: sed
I pariet filium: non dicit tibi, quia ipse puerũ non genuit. Luc. 1.
Dictum est. Zacha. Vxor tua pariet tibi filium, quia ipsum Za-
cha. genuit: vel ideo non dicit tibi, vt ostendatur q̃ pro omnibus
natus est: non solum tibi vel ipsi pariet filium: sed toti mundo.
Luc. 2. Ecce annũtio vobis gaudium magnum, quia natus est vo
bis hodie saluator, qui est Christꝰ dominus in ciuitate Dauid &c.
sed quia Ioseph posset dicere. ita concepit ipsa de spiritu sancto,
& pariet filium, quid ergo ad me, in nullo sum ei necessarius:
Ideo subdit ipsius Ioseph obsequium [vocabis nomen eius,] Con
suetudo erat apud Hebræos, & est hodie q̃ die octaua circunci-
debant puerum, & tunc imponebant ei nomen, & hoc factum
est per Ioseph: vnde in hoc opere minister fuit. Vnde dicitur ei
[vocabis] non dicitur impones, quia iam est sibi impositum. Esa.
62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit.
[Iesum]. Hoc est nomẽ a deo impositũ, & reddit causam [ipse.n.
saluum faciet populum suum [quẽ sibi acquisiuit sanguine suo:
K hoc est populus eius. Dan. 13. dicitur. Non erit populus eius qui
est eum negaturus: vnde est populus domini per fidem. 1. Pet. 2.
Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, popu-
lus acquisitionis [A peccatis eorum.] In libro Iud. frequenter di-
citur q̃ talis vel talis saluauit Israel: sed a quibus? ab inimicis car
nalibus. Hic autem a peccatis remittendo peccata, quod soli deo
competit. Luc. 9. Vt autem sciatis quia filius hominis habet
potestatem in terra dimittendi peccata. Nota quòd hic confun-
ditur Nestorius, qui dicebat quòd illa quæ dei sunt, vt esse ab
æterno, esse omnipotens, vel huiusmodi, non conueniunt illi ho
mini. Ecce quòd ille idem homo qui natus est de virgine, qui
vocatur Iesus, Ipse saluum faciet &c. Vnde cum peccata dimit-
tere non possit nisi solus deus, oportet dicere quòd iste homo sit
Deus, & q̃ ea quæ dei sunt ei verissime conueniunt.
e ¶Præmiserat euangelista quòd mater dei inuenta est in vtero
habẽs de spiritu sancto, & hoc supra probauit per angelicam re-
uelationem

uelationem, hic probat per prophetiæ prænuntiationem: vnde
dicit. hoc totum &c. Et sciendum quòd ista particula dupliciter
potest introduci hic. Chrysost. enim vult quòd totum hoc dixe-
rit angelus, & prophetiam introduxerit. Et ratio est, quia ipse, ne
quod prænuntiabat videretur nouum, subito voluit ostendere q̃
ab antiquo prænun-
tiatum erat, Esa. 48.
qui fecit iam quod
futurum est, secun-
dum aliam transla.
Alii dicunt, & credo
melius, quòd istud,
scilicet hoc totum fa
ctũ est &c. sunt ver-
ba Euangelistæ. Nã
ibi terminãtur verba angeli, & ipse saluum faciet &c. Et inducit
ea Euangelista propter tria. Primo, vt ostendat quòd vetus testa-
mentum est de Christo, Act. 10. Huic omnes prophetæ testimo-
nium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen
eius omnes qui credunt in eum. Secundo, vt facilius Christo cre
dant, Io. 1. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi: de me
enim ille scripsit. Tertio, ad ostendendum conformitatem veto-
ris & noui testamenti, Coll. 2. Quæ sunt vmbra futurorum, cor-
pus autem Christi. Sed ad hoc quòd sciatur quid in ista prophe-
tia contineatur, sciendum, quòd tria annuntiat angelus. Primo,
enim dixit [quod in ea natum est &c.] Secundo, [pariet filium.]
Tertio, [vocabitur &c.] Ista per ordinem in prophetia continẽ-
tur. Et primum probat quod dicit. Ecce virgo. Secundo, pariet au-
tem. Tertio, & vocabitur. ergo de spiritu sancto erat quòd per vir-
ginitatem concepit. Et hoc est, quod dicitur in prophetia. [Ecce
virgo concipiet.] Esa. 35. Germinans germinabitur, & exultabit
letabunda, & laudans &c. Item virgo [pariet filium] quia in pa-
riendo, in nullo læsa est: virginitas. Esa. 11. Egredietur virga de ra
dice Iesse: & flos de radice eius ascendet &c. Christus quidem
flos est. ergo in nullo læsa est virginitas. Sequitur. [& vocabitur
nomen eius Emanuel.] Sed quæritur, quare non consonat hoc cũ
uerbis angeli? dicendo, & vocabitur Iesus? Dicendum quòd ista
repromissio facta fuit Iudæis qui ex aduentu Christi salutem ha-
berent. Et Iesus saluator interpretatur, quòd idem est quòd Ema
nuel nobiscum deus. Est enim deus nobiscum quatuor modis,
per naturæ assumptionem, Io. 1. Verbum caro factum est, per na
turæ conformitatem, quia in omnibus similis, Phil. 2. In similitu
dinem hominum factus habitu inuentus ut homo, per conuersa-
tionem corporalem, Bar. 3. Post hoc in terris visus est, & cum ho-
minibus conuersatus est, per spiritualem conuersationem, infra,
ultimo. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad con-
summationem sæculi. Sed quærendum circa literam, cur Euan-
gelista non utitur eisdem verbis cum propheta, sed utitur nomi
ne Iesu. Sed dicendum quòd eodem spiritu loquebatur. Tamen,
Hierony. dicit quòd ideo Euangelista dixit, habebit: quia iam de
facto loquebatur. Item quærendum, cur in Esa. dicitur, & voca-
bitur: hic autem dicitur, & vocabunt: sed Hierony. dicit quòd hic
dicitur vocabunt: quia quod primo angeli vocauerunt annun-
tiando, Luc. 2. Postea apostoli vocauerunt prædicando, & magni
ficando, vt in nomine Iesu omne genu flectatur &c. Phil. 2. [quẽ
est interpretatum nobiscum deus,] sed quæritur quis apposuit
hanc interpretationem prophetiæ, nobiscum deus? propheta an
Euangelista: Et uidetur quòd non Euangelista: quia hac non in-
diguit, quia scripsit in hebræo. Sed dicendum vno modo, quia
Emanuel est nomen compositum, ideo Euangelista illud etiam
in hebræo interpretatus est. Vel dicendum, quòd ille qui primo
trãstulit de hebræo interpretatus est: & notandum quòd in glo.
dicitur quòd triplex est species prophetiæ, scilicet prædestinatio-
nis, præscientiæ, & comminationis, & differunt. Prophetia enim
dicitur prænuntiatio eorum quæ sunt procul, idest, futurorum:
sed futurorum, quædam sunt quæ solus deus facit, quædam uen-
ro & si deus facit, tamen fiunt per nos, & per alias etiam creatu-
ras: quædam autem sunt quæ nullo modo deus facit, ut mala.
Prænuntiatio illorum quæ solus deus facit? uocatur prophetia
prædestinationis: sicut cõceptus Virginis, Ecce Virgo cõcipiet, est
pphetia pdestinationis Sed ea quæ fiũt a causis secundis possunt
dupliciter considerari, Primo, secundũ quod sunt in præscientia
dei, uerbi gratia de Lazaro. Si enim aliquis consideret causas na
turales, diceret quòd numquàm surgeret, & uerum diceret. Cũ
tamen deberet resuscitari, secundum ordinem diuinæ præscien-
tiæ. Ergo quãdo prophetia est prænuntiatio secundum quòd est
in præscientia diuina, semper impletur: quando autem secundũ
ordinem causarum inferiorum, non semper, sicut patet Esa. 38.
quando Esa. ad Ezechiam dixit. Dispone domui tuæ qm̃ mo-
tieris tu, & non uiues &c. Sed numquid prophetia imponit ne-
cessitatem præscientiæ? Et dicendum quòd non, quia prophetia
est quoddam signum diuinæ præscientiæ, quæ non imponit ne-

A cessitatem rebus præscijis, quia considerat futura in sua præsen-
tialitate. Quicquid enim agitur est deo præsens, quia eius intui-
tus se extendit ad omne tempus. Si enim uideo aliquid præsens,
non imponit necessitatem meus intuitus, sicut quando aliquem
sedere uideo. Et hoc modo istas prophetias quæ in isto libro in-
ducunt, intellexim.

ut adimpleretur quod dictum est
a Domino per Prophetam dicen-
tem. Ecce virgo in vtero habebit,
& pariet filium, & uocabitur no-
men eius Emanuel, quod est in-
terpretatum, nobiscum Deus.

f ¶Exurgens autem Ioseph a som-
no, fecit sicut præcepit ei angelus
domini, & accepit coniugem suã.
Et non cognoscebat eã donec pe-
perit filium suum primogenitum,
& vocauit nomen eius Iesum.

Considerandum est
.n. tres errores fuisse,
Vnus Manichæorum
dicentium, quòd in
toto ueteri testamen
to non inuenit pro-
phetia de Christo.
Et quicquid indu-
ctum est in nouo te-
B stamento de ueteri, totum est ex corruptione. Contra quod
Roma. 1. Paulus seruus Christi uocatus Apostolus segregatus in
Euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos &c.
Et quod loquatur de Iudæorum prophetiis patet, infra c. 9. Quo-
rum patres ex quibus est Christus secundum carnem &c. Alius
fuit Theodori dicentis, quòd nihil eorum quę inducuntur de ue-
teri testamento, sunt ad literam de Christo: sed sunt adaptata si-
cut quando inducunt illud Virgilii. Talia pendebant memorans
fixa usque manebat. Hoc enim adaptatum est de Christo, & tunc
illud, ut adimpleretur, debet sic exponi, quasi diceret Euangeli-
sta, & hoc potest adaptari. Contra quod Luc. ultimo. Oportet
implere omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, &
psalmis de me &c. Et sciendum quòd in ueteri testamento ali-
qua sunt quæ referuntur ad Christum, & de eo solo dicuntur:
sicut illud, Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium. Esa. 7.
Et illud 21. psalm. Deus deus meus respice in me, quare me de-
reliquisti &c. Et si quis aliqum sensum literalem poneret, esset hæ
C reticus, & hæresis damnata est. Sed quia non solum uerba utere-
ris testamenti, sed etiam facta significant de Christo, aliquando
dicuntur aliqua ad literam de aliquibus aliis: sed referuntur ad
ad Christum: quantum illa gerunt figuram Christi: sicut de Sa
lomone dicitur: Et dominabitur a mari usque ad mare &c. Hoc
enim non fuit impletũ in eo. Tertius error fuit, Iudæorum. Scien
dum autem quòd Iudæi specialiter obiiciunt contra istam autho
ritatem, quia in hebræo non habetur virgo, sed alma, quod idẽ
est quòd adolescentula. Vnde ad literam non sunt dicta de Chri
sto, sed de Emanuel. vel de quodam filio Esaiæ secundum alios.
Sed contra hos obiicit Hieron. Et quòd de filio Esaiæ non potue
rit dici probatur, quia iam erat natus, quando hoc dictum fuit.
Item non inuenitur aliquis famosus fuisse tempore illo, qui vo-
caretur Emanuel. Item non est signum quòd iuuencula pariat.
Vnde dicit Hieron. quòd alma est equiuocum: & significat quã-
doque ætatem, quandoque absconditam: & tunc significat vir-
ginem studiose conseruatam: & sic significat hic. Item, obiicũt
D Iudæi quòd illud datum fuit vt signum, Esa. 7. Venient duo re-
ges contra Achaz &c. & promisit quòd liberarentur ab his dã-
do. hoc signum ad Achaz. Sed dicendum quòd dedit hoc signum
non solum ad Achaz, sed etiam ad domum Dauid, quia dicit.
Audite ergo domus Dauid, quasi dicat propheta Dominus
adiuuabit te contra istum regem: quia ipse multo maiora fa-
ciet, quia non solum ipsius liberatio erit, sed totius mundi:
sed reuertamur ad literam. [Hoc totum factum est] Sed con-
tra. Angelus multa præmiserat, scilicet quòd in ea natum est
&c. Pariet &c. Et iterum vocabitur &c, hoc vero non totum fa-
ctum erat. Sed dicendum vno modo secundum Rabanum vt
hoc totum factum &c. referatur ad præterita facta quòd ange-
lus apparuit virgini, & dixit illa verba, Hoc totũ factum fuit ad
conseruationem virginis, vt. ly vt, tenetur causaliter, vel refer-
tur ad ea quæ prænuntiauerat, & potest dici totum factum pro-
pter prædestinationem. Vel dicendum, quòd Euangelista scribe-
bat quando totum factum erat: & ideo refertur ad id. Vnde ly,
vt, tenetur consecutiue: quia non voluit Deus incarnari propter
hoc vt impleretur prophetia, quasi vetus testamentum dignius
fit nouo: sed consecutum est ad prophetiam, hoc quòd Christus
incarnaretur.
f ¶Supra probauit Euangelista quòd mater dei de Spiritusan-
cto concepit ex duobus scilicet ex reuelatione Angeli, & ex præ
nuntiatione prophetæ. Hoc idem intendit ostendere ex obedi-
ẽtia Ioseph, qui non acquieuisset verbis angeli vt Mariam suscipe-
ret in sponsam, nisi cognouisset eam impregnatam de Spiritu-
sancto. Et circa hoc duo facit. Primo, ponitur obedientia ipsius
sponsi ad Angelũ. Secundo, describitur obedientiæ modus, ibi.
[Et accepit] Et nota quòd quia per inobedientiam primi homi-
nis prolapsi sumus in peccatum. Rom. 5. Per inobedientiã vni
hominis peccatores constituti sunt multi, ideo in principio re-
parationis nostræ proponitur obedientia. Et possumus quatuor
notare quæ sunt necessaria ad obedientiam. Primum est vt si
ordinata

ordinata. Et ideo ordinata : quia primo deserenda sunt vitia, & F
postea obediendum est ad operationem virtutum. Hiere.4. Nouate vobis nouale & nolite serere super spinas &c. & ideo hic dicitur; quòd Ioseph [exurgens a somno]pigritiæ scilicet & dubietatis. De hoc somno dicitur. Ephes. 5. Surge qui dormis & exurge a mortuis. Secundum vero[est ꝙ debet esse festina. Et hoc est quod dicitur. Eccl.5. Non differas de die in diẽ &c. Et ideo hic dicitur ꝙ statim [fecit sicut]& glos. quisquis a deo monetur soluat moras surgat a somno faciat quod iubetur. Tertium vero quòd debet esse perfecta vt non solum quod iubetur: sed eo modo quo iubetur fiat : & quo eis imperatur. Vnde hic G dicitur[sicut præceperat]glos. perfecta obediẽtia. Col.3. Filii obedite parentibus per omnia. Quartum, quòd debet esse discreta vt obediatur cui obediendum est : & in quo, vt non fiat aliquid contra deum : vnde dicit qnòd [fecit sicut præcepit ei angelus] non malus : sed dei. 1. Ioan. 4 Nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sint : quoniam multi pseudo prophetæ exierunt in mundum &c. [Et accepit] hic ostenditur in quibus obediuit. Et ponuntur tria. Primo, obedientia quam exhibuit ad angelum. Secundo, reuerentia quam exhibuit ad matrẽ. Tertio, obsequium quod exhibuit Christo nato. Angelus præcepit Ioseph. Noli timere &c. Et fecit Ioseph sicut præcepit &c. Vbi patet quòd inuenit mulierem bonam. Sed numquid non habebat eam in domo? Quare ergo dicit. Exurgens &c. accepit? Respondet Chrysost. quia eam non eiecerat a domo : sed a corde:vel quia primo ducebatur.sed postea celebrãdæ sunt nupciæ, & tũc dicitur, & est coniux, & ne aliquis suspicaretur quòd co- H
pula carnalis interueniret subiungit. [Et non cognoscebat eam] Vbi sciendum quòd hoc verbum cognoscere dupliciter accipitur in sacra scriptura, quandoque pro agnitione. Ioan. 14. Et ammodo cognoscetis eum & vidistis eum, aliquando pro carnali copula : sicut Gen. 4. Adam vero cognouit vxore suã Euã &c. scilicet carnaliter. Sed obiicitur : quia non dicitur simpliciter cognoscebat &c. sed [donec &c.] Ergo postea cognouit : vnde etiã dixit Eluidius. Quãmuis virgo concepit Christum, tamen pòstea habuit alios filios ex Ioseph, & ideo dicit Hieron. quòd donec : aliquando significat aliquid finitum, & determinatum, sicut si dicam : non veniam donec comedo : quia postea significo me venturum: quandoque significat infinite & indeterminate, verbi gratia. 1. Corin. 15. Oportet & illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Numquid postea non regnabit? imo: sed vtitur scriptura tali modo loquendi, quia intendit remouere illud quod potest esse dubium. Dubium enim esse poterat vtrum regnaret quando non posuerat inimicos sub pedibus. Item dubium esse poterat cum beata virgo peperisset, an ante partum fuisset cognita a Ioseph. quia primum nulli debebat venire in dubium scilicet quoniam angeli decantauerunt, Gloria in excelsis deo &c. & ideo hoc intendit Euangelista: & argumentatur optime Hieron. contra Eluidium : tu dicis Eluidi quòd ante non cognouit Ioseph, quia fuit admonitus in somnis ab angelo. Si ergo admonitio in somnis tantum valuit quòd nõ coniungeret se Mariæ: quãto magis angelorum cognitio : pastorum & magorum adoratio, Christost. autem accepit cognitionẽ pro agnitione intellectuali non cognoscebat scilicet quantæ dignitatis esset : sed postquam peperit cognouit. Alii dicunt quòd accipitur pro agnitione sensibili: & sic est satis probabilis horum opinio. Dicunt enim quòd Moyses ex locutione domini habuit K
tantam claritatem,in facie, vt filii Israel non possent intendere &c. 2. Corinth. 2. Ergo si ex consortio Dei hoc habuit Moyses multo magis hæc beata virgo quæ portauit eum in vtero habuit tantam claritatem in facie quòd Ioseph non cognoscebat eam. Sed prima expositio est magis literalis. Item dicit Eluidius ꝙ litera dicit : donec peperit &c. Primum dicitur respectu posterioris, ergo habuit alios. Respondet Hieron. quòd consuetũ est in sacra scriptura quòd primogeniti vocantur illi : quos alii nõ præcedunt. Exod.13.dicitur quòd primogeniti Iudæorum offerentur domino, quærit Hieron. Numquid oportebat expectare quòd non offerrentur donec nasceretur secundus? Ergo primogeniti dicuntur quos alii non præcedunt : & sic intelligitur hic. Sequitur obsequium. Luc. 2. cap. Plenius exequitur hoc : sed Math. breuiter tãgit. Ita enim vult Spiritussanctus, quòd quæ vnꝰ dixit:alius taceat. [Vocauit nomen eius Iesum] Istud quidẽ nomen nõ parum celebre fuit apud antiquos & desideratum. Genpenul. Salutare tuum expectabo domine. Et Abach.3. Ego autẽ in domino gaudebo & exultabo in deo Iesu meo,

a C A P. II.

SVPRA egit Euangelista de Christi generatione : hic intendit manifestare eius natiuitatem. Et primo, testimonio magorum. Secundo, testimonio innocentium, ibi. [Qui cum recessi] Circa primũ, tria ponuntur. Primo.n. annuntiatur Christi natiuitas. Secundo, inquiritur locus. Tertio, inquiritur persona. Secundum, ibi. [Audiẽs autem Hærodes] Tertium, ibi. [Tunc Hæro.] Circa primum, tria facit. Primo enim proponitur Christi natiuitas cui testimonium perhibetur. Secundo, inducuntur testes. Tertio, ponitur testimonium. Secundum, ibi. [Ecce magi ab] Tertium, ibi. [Vbi est qui natus] Circa primum quatuor tanguntur. Natiuitas, nomen nati, locus, & tẽpus.primum, ibi. [Cum ergo natus] Et notandum quòd Lucas plenius exequitur natiuitatem : sicut econuerso Matth. plenius exequitur de adoratione magorum quàm Lucas. Nomen tangitur, ibi. [Iesus] Locus, ibi. [In Bethleem Iudæ] non Iudææ, quia Iudæa vocatur tota regio populi Israeliciti, sed Iuda, ista est terra illa quæ venerat in sortem Iudæ. Dicitur Bethleem Iudæ ad differẽtiam alterius Bethleem: quæ est in tribu Zabulon de qua Iosue. 19. Et nota quòd ista tria verba. Cum natus esset &c. congruè ponuntur. Bethleem enim significat ecclesiã in qua natus est Iesus, qui est verus panis. De quo Io.6. Ego sum panis viuus &c. Nulli ergo prouenit salus nisi sit in domo domini. In his saluator natus est Christus. Esa. 60. Occupabit salus muros tuos & portas tuas laudatio &c. Et addit [regis] ad differentiam alteri Hærodis. Hic enim fuit sub quo natus est Christus, ascalonita. Alius autem qui Ioannem occidit fuit filius huius Hærodis, & non fuit rex. Sed quæritur quare scriptura facit mentionem de isto tempore. Et dicendum propter tres rationes. Primo, vt cõplearn ostendat esse prophetiam Iacob. Gen. penul. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ &c Hærodes enim fuit primus alienigena qui regnauit in Iudæa. Secunda, ratio est ꝙ maior morbus indiget maiori & meliori medico, populus aũt Israel tunc erat in maxima afflictione sub gentili dñio, & ideo indigebat maximo cõsolatore. In aliis enim afflictionibus suis mitebantur eis prophetæ, sed nunc propter magnitudinẽ afflictionis mittebatur eis prophetarum dominus. Psalm. 93. Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo &c. Inde ponuntur testes, ibi. [Ecce magi] Et describuntur tripliciter, a professione, a regione, & a loco, vbi testimonium dederunt. De primo dicit. [Ecce magi] Qui secundum communem vsum loquendi vocantur incantatores, sed lingua persica vocat magos philosophos & sapientes. Isti quidem venerunt ad Iesum. quia gloriã sapientiæ quam possidebant recognouerunt a Christo. Et sunt quidem primitiæ gentium, quia primo venerunt ad Christum. Et impletur secundum August. in istorum aduentu illud Esa.8. Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam auferetur fortitudo damasci & spolia Samariæ coram rege assiriorum &c. Ante enim quàm Christus loqueretur eripuit fortitudinem Damasci, & diuitias & spolia Samariæ idest idolatriã. Dimiserunt enim illi idolatriam, & munera obtulerunt. Item, cõsiderandum quòd ad Christum venerunt aliqui ex Iudæis scilicet pastores, aliqui ex gentibus scilicet magi. Ipse enim Christus est lapis angularis qui fecit vtraque vnum. Et quare magi & pastores? Quia pastores magis simplices, & isti magis peccatores ad significandum quòd Christus vtrosque recepit. Quot autem fuerint illi magi, euangelista non dicit. Videtur autem secundũ munera quòd fuerunt tres reges, quàmuis plures alii in eis repræsentabantur Esa.60. Ambulabunt gentes in lumine tuo. De secundo scilicet de regione dicit [ab oriente] Et notãdum quòd quidam ab oriente exponunt a finibus orientis, sed tunc quomodo in tam paucis diebus venissent, respondetur [vt quidam dicunt] quòd miraculose venerunt, alii quòd dromedarios habuerunt, Chrysostomus tamẽ dicit quòd stella apparuit eis pẽr duos annos ante natiuitatem, & quòd tunc se parauerunt, & venerunt Hierosolymam in duobus annis, &. 13. diebus. Aliter autem potest exponi vt dicatur ab oriente idest a quadam regione quæ erat prope Hierusalem a parte orientali. Dicuntur.n. isti fuisse de secta Balaam: qui dixit numeri. 23. Orietur stella ex Iacob, qui Balaã habitabat iuxta terram promissionis, in parte orientali. Sequitur de loco. [Hierosolymam venerunt] Sed quare venerunt Hierusalem? Duplex est ratio. Vna quia erat ciuitas regia: vnde regem Iudæorum in regia ciuitate quærebãt. Item hoc factum fuit ex diuina dispensatione : vt primo testimonium

a C A P. II.

Vm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Hærodis regis : ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes : Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriente & venimus adorare eum.

b ¶ Audiens autem Hærodes rex turbatus est, & omnis hierosolymacum illo. Et cõgregãs omnes principes sacerdotum & scribas populi scisciitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixe-

moniũ ferretur de Christo in Hyerusalem: vt adimpleretur prophetia Esa.2. De Syon exibit lex & uerbum domini de Hyerusalem &c. Consequenter ponitur testimonium. ibi [Vbi est qui natus.] In quo tria dicunt. Primo, denuntiant regis natiuitatem. Secundo, asserunt Natiuitatis signum. ibi. [Vidimus enim.] Tertio, profitentur Piũ propositũ. ibi. [Et uenimus.] Dicit ergo. [Vbi ẽ] Cõsiderãdum autẽ quòd isti magi sũt primitiæ gentium : & præfigurant in se statum nostrum. Isti enim aliquid supponunt scilicet Christi Natiuitatem: & aliquid quærunt scilicet locum. Et quidem nos fide tenemus Christum: sed aliquid quærimus scilicet spe: Videbimus enim eum facie ad faciem. 2. Corin. 5. Per fidem ambulamus & non per speciem. Sed quæstio est. Cum ipsi audissent regem esse in Hyerusalem: quomodo ista dicebant? Omnis enim qui alium regem profitetur in ciuitate Regis: se exponit periculo. Sed certe hoc zelo fidei faciebant. Vnde in istis nũ tiabatur fides illa intrepida. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Consequenter proponunt signum huius Natiuitatis. [Vidimus.] Et nota quòd in istis uerbis fuit occasio duorũ errorum. Quidam sicut Priscillianistæ dixerunt omnes actus hominum fato agi & regi. Et confirmant per hoc. Vidimus, &c. Ergo natus est sub aliqua stella. Alius error Manichæorum: qui reprobant fatum; & per consequens istud Euangelium: quia dicebant quòd Matthæus introducit fatum; sed excluditur error utriusque. Sed antequam procedamus ad expositionem literæ: oportet primo uidere quid est fatum, & quomodo sunt hæc credendã; & quomodo non. Nota ergo quòd uidemus multa in rebus humanis per accidens & casualiter accidere. Contingit autem aliquid casuale & fortuitum esse relatum ad causam inferiorem: quod relatum ad causam superiorem non est fortuitum: sicut si aliquis dominus mittat tres ad quærendum aliquem; & & unus nesciat de alio: si occurrant sibi inuicem est eis casuale: sed si referantur ad intentionem domini non est casuale. Sed secũdum hoc fuit duplex opinio de fato. Quidam dixerunt quòd ista casualia non reducuntur in aliam causam superiorem ordinantem: & isti sustulerunt fatum; & ultra hoc omnem prouidentiam diuinam. Et fuit secundum Augustinum hæc opinio Tullii. Sed dicemus quòd ista casualia reducuntur in causam superiorem ordinantem. Sed cũ fatum dicatur a for faris; quasi quod dam pronuntiatum & prolocutum, a qua causa fit ista ordinatio: est differentia. Quidam enim dixerunt quod est ex uirtute corporum supercælestium. Vnde dicunt fatum nihil aliud esse quàm dispositio syderum. Alii ista contingentia reducunt in prouidentiam diuinam. Sed primo modo negandum est esse farũ. Actus enim humani non reguntur secundum dispositionẽ corporũ cælestiũ: quod patet ad præsens: cum multæ sint ad hoc rationes efficaces. Primo, quia impossibile est quòd uirtus corporalis agat supra uirtutem incorpoream: quia nihil inferius in ordine naturæ agit in superiorem naturam. In anima autem sunt q̃dam potẽtiæ eleuatæ supra corpus: quædam potentiæ sunt organis affixe scilicet potentiæ sensitiuæ & nutritiuæ: & corpora qui dem cælestia quamuis directe agant supra corpora inferiora, & mutent ea per se: per accidens tamen agunt in potentiis organis affixis. In potentiis autem organis non affixis nullo modo agunt necessitando: sed inclinando tantum. Dicimus enim istum hominem iracundum idest pronum ad iracundiam : & hoc ex causis cælestibus: sed directe electio ut sic in uoluntate est. Vnde nunquam potest fieri tanta dispositio in corpore humano: quin super abundet iudicium liberi arbitrii; unde quicunque poneret liberum arbitrium sub corporibus cælestibus: de necessitate poneret sensum ab intellectu non differre. Secundo, quia per hoc excluditur omnis cultus diuinus. Quia tunc omnia essent ex necessitate : & sic tunc etiam regimen reipublicæ destrueretur : quia nec oporreret consiliari neque aliquid prouidere & huiusmodi. Tertio quia nos attribueremus Deo malitias hominum quod esset ipsum infamare qui creator est stellarum. patet ergo quòd hoc dicere est contra fidem omnino. Et ideo dicit Gregorius. Absit a fidelium cordibus ut fatum aliquid esse dicatur. Si autem uis uocari fatum diuinam prouidentiam: tunc aliquid est. Sed sicut dicit Augu. Quia nihil cõmune debemus habere cum infidelibus, non hoc nomen ei imponere debemus. Vnde dicit. Linguam coarrigas sententiam teneas. Non ergo potest dici: uidimus stellam, idest a qua tota uita eius dependeat : quia secundum Augustin. tunc stella non sequeretur generatum : quia tunc Christus magis diceretur fatum stellæ, quàm econuerso. Et notandum quòd ista stella non fuit de primis causatis. Quod patet ex quatuor. Primo ex motu: quia nulla stella mouetur de septentrione in meridiẽ. Regio autem persarum unde isti magi ueniebant est posita ad septentrionem. Item aliæ nunquam quiescunt; ista autem nõ continue mouebatur. Tertio ex tempore: quia in die nulla lucet. Ista autem de die præbebat lucem magis. Quarto ex situ: quia non in firmamento: quod patet quia isti per eam determinare distinxerunt domum. Ergo dicendum quòd ista specialiter creata fuit ad seruitium Christi. Et ideo dicit. [Vidimus stellam eius] idest ad obsequiũ eius factam. Quidam autẽ dicunt quòd ista stella fuit spiritus sanctus. Qui sicut supe bapti zatum apparuit in specie columbæ: ita & nunc in specie stellæ. Alii dicunt quòd fuit Angelus. Sed dicendum est quòd uera stella fuit: & uoluit ostendi sub indicio stellæ. Primo: quia conueniebat ei Est enim rex cælorum: & ideo per cęleste indicium uoluit manifestari, Psalm. 18 Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum &c. Iudæis quidem per Angelos: Gentilibus per stellam, quia per creaturas in cognitionem dei uenerunt. Ro. 1. Inuisibilia Dei. Secundo quia congruebat his quibus demõstrabatur scilicet gentilibus quorum uocatio promissa fuit Abrae in similitudinem stellarum. Gen. 15. Suspice cælum, & numera stellas si potes, &c. Vnde tam in Natiuitate quàm in passione factũ est signum in cælo, quod omnibus gentibus Christum notum fecit. Item congruebat omnibus, quia ipse est saluator omnium. Sed dicit [in oriente] quod exponitur dupliciter: secundum Rabanum sic. Stella existens in Iudæa; apparuit illis gentibus in oriente. Vel nos uidimus stellam in oriente: Istud melius dicitur. Vnde ecce stella, &c. Item patet ex hoc quòd ista secundum situ erat propinqua terræ: quia aliter non distinxisset locum: ergo nõ potuisset uideri a tam remota regione. Consequẽter ponitur piũ propositum. [Et uenimus, &c.] Hic est duplex quæstio. Dicit.n. Aug. Nunquid isti erant curiosi quòd quandocunque fieret aliquod inditium per aliquam stellam quærerent regem natum? Hoc enim stultum fuisset. Sed dicendum quòd non præstauerũt obsequium regi terreno sed cælesti? in quo uirtus diuina ostendi tur affuisse: quia aliter si terrenum regem quæsissent; totam deuotionem amisissent: quando uilibus pannis inuenerunt inuolutũ. Sed quærit iterum Augustinus. Quomodo ex stella potuerunt scire quòd homo deus natus esset? Et respõdet quòd hoc fuit Angelo reuelante. Qui enim ostendit eis stellam misit Angelum qui hoc reuelaret. Leo Papa dicit: quòd sicut exterius oculi tepleba tur lumine istius stellæ: ita interius radius diuinum reuelabat. Tertia ratio: quia isti erant de stirpe Balaam: qui dixit. Orietur stella ex Iacob. Vnde habuerunt a prophetia eius. Et ideo uidendo tantam claritatem stellæ: suspicati sunt quòd rex cælestis natus esset: & ideo quærebant. Et hoc est. Et uenimus &c. In hoc impletum est illud. Psalmi 71. Et adorabunt eum omnes reges omnes gentes seruient ei.

b ¶ Prænuntiata Christi Natiuitate per Magos: hic inquirit de loco Natiuitatis. Et ponuntur tria. Primo ponitur motiuum ad inquirendum. Secundo, imponitur Inquisitio. Tertio, inuentio ueritatis. Secundum, ibi. [Et congregans.] Tertium ibi. [At illi &c.] In Bethleem &c.] Motiuum fuit turbatio Hærodis. Vnde [audiens.] Et signanter uocat Hærodem regem : ut ostendat esse alium a rege: quem quærebant. Fuit autem triplex causa turbationis. Prima processit ex ambitione quam habebat circa custodiam regni sui: propterea quia alienigena erat. Sciebat.n. uel audiuerat illud Daniel. 2. In diebus regnorum Israel suscitabit deus cæli regnum quod in æternum dissipabitur, & Regnum eius alteri populo nõ tradetur, &c. Sed in hoc decipiebatur: quia regnum illud spirituale erat. Io. 17. Regnum meum non est de hoc mundo &c. Vnde Hærodes turbabatur timens amissionem regni sui, sed magis turbabatur Diabolus timens regni sui destructionem totalem. Io. 12. Nunc princeps mundi huius elicietur foras: & c. Et nota quòd homines (sicut dicit Chrysosto.) in sublimibus constituti ex leui uerbo contra se prolato conturbantur. ps. 88. Exaltatus autem humiliatus & conturbatus. Humiles autem nunquam timent. Secunda causa processit ex timore humani imperii. Statutum enim erat a Romano Imperio quòd nullus deus aut rex diceretur sine eorum consensu, unde timebat, sed iste timor mundanus erat, qui prohibetur, Esa. 51. Quis tu ut timeas ab homine mortali & filio hominis qui quasi fœnum ita arescet. Tertia ex rubore uerecundiæ. Verecundabatur enim coram populo ut alius rex uocaretur, similis in hoc Sauli qui dixit. Peccaui, sed rogo honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel &c. 1. Reg. 15. Sed mirum quod sequitur. [Et omnis Hyerosolyma, &c.] Videbatur enim quòd deberent gaudere. Sed sciendum quòd triplicem causam turbationis habuerunt. Prima fuit ipsorum iniquitas. Iniqui enim erant, quibus semper deteristabilis est conuersatio iustorum. Prouerb. 13. Detestantur stulti eos qui fugiunt mala &c. Secunda ut placerent Hærodi. Ecc. 10 Secundum iudicem populi sic, & ministri eius, &c. Tertia, qui timebant

timebant ne hærodes hoc audito amplius desæuiret in gentem Iudæorum. Mistice autem in hoc significatur quòd iste terrenus erat. Gregorius, Rex terræ turbatus est cæli rege nato: quia ni mirum terrena altitudo confunditur cum cælestis celsitudo apparuit, Esa. 24. Erubescet luna & confundetur sol cum regnauerit dominus exercituum in monte Sion & in Hierusalem. Et notandum quòd sicut dicit Augu. Quid autem erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cuna terrebat isantis? pertimeāt reges ad dextram patris sedentem, quē rex impius timuit matris vbera lambentem. Et congregans] hic ponitur inquisitio [Et sicut dictum est hærodes solicitus erat inquirere. Et propter regnum, & propter timorem Romanorum. Vnde inquisiuit veritatem. Sed ad sciendam certitudinem de aliquo tria requiruntur ab inquirentibus. Creditur enim multitudini, authoritati, & literatis. Vnde congregauit multos: & authoritatem habentes, & sapientes. Et hoc est quod dicit. [Congregans omnes] Quantum ad primum. Sap. 6. Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. [Prin. sacer.] Quantum ad secundum. Malach. 2. Et labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. [Et scribas.] Quantum ad tertium, non ad scribendum tantum dicitur: sed ad interpretandum legis scripturā, per istos qui dem volebat inuestigare veritatem. Eccl. 32. In medio magnatorum loqui non præsumas & vbi sunt senes non multum loquaris. [Scisciitabatur ab eis vbi Christus &c.] Magi regem vocauerunt: sed ipsi Christum quærebant. Sciebant enim ex conuersatione cum Iudæis regem Iudæorum legitimum inūgi. Sed quæritur aut ipse credebat prophetiæ aut non, si credebat: sciebat quòd non poterat impediri quin ipse regnaret. quare ergo interfecit pueros? Si non credebat, quare ergo quærebat? Sed dicēdum quòd non perfecte credebat quia ambitiosus erat: & ambitio hominem cęcum reddit. [At illi dixerunt in Bethleem &c.] Hic inuenitur veritas. Et primo, ponitur veritas. Secundo, confirmatur eius prophetia, ibi [Et tu Bethleem &c.] Et sciendum quòd Christus voluit nasci in Bethleem propter tria. Primo, ad vitandam gloriam, propter hoc enim elegit duo loca: vnum in quo nasci voluit scilicet Bethleem, alium in quo passus fuit scilicet Hierusalem. Et hoc est contra illos qui gloriam quærunt. Quivolunt nasci in sublimibus locis & nolunt pati in loco honoris. Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro. Secundo, ad confirmationem suæ doctrinæ, & ostentationē suæ veritatis. Si enim natus fuisset in aliqua magna ciuitate virtus suæ doctrinæ potuisset ascribi humanæ virtuti. Matth. 9. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi. Tertio, ad ostendendum se esse de genere Dauid. Luc. 2. Ioseph & Maria ibant in Bethleem vt profiterentur &c. eo quòd essent de domo & familia Dauid. Competit etiam mysterio: quia Bethleem interpretatur domus panis. Et Christus est ille panis viuus, qui de cælo descendit &c. Ioan. 6. Consequenter confirmat veritas. Vnde [& tu Bethleem &c.] Ex ista prophetia duo possemus considerare. Magi enim aliquid annunciabant, & aliquid quærebant. Et ex ista prophetia ostenditur vtrumque. Quia quantum ad primum dicit. [Et tu Bethleē] Quantum ad secundum dicit. [Ex te enim exiet &c.] Et ita confirmatur natiuitas Christi duplici testimonio scilicet stellæ & prophetiæ: quia in ore duorum vel trium testium &c. Deut. 19. In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Et nota quòd quando erant omnes infideles data sunt signa corporaliū, quando iam erant fideles data est prophetia. 1. Corin. 14. Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus: sed fidelibus &c. Et sciendum quòd Iudæi dupliciter defecerunt in prolatione prophetiæ. Quia, ibi dicitur. Et tu Bethleem Effrata, & iterum quia non est, ibi: nequaquā minima es. Et potest assignari duplex ratio quare mutauerunt. Vno modo potest dici quòd hoc fecerunt ex ignorantia. Alio modo potest dici quòd isti vsi sunt scienter aliis verbis, & dicunt sententiam, quia cum Hærodes esset alienigena non intellexisset authoritatem prophetæ, & ideo dixerunt illud quod notum erat Hærodi, vnde dicunt terra Iuda, & nequaquam minima es idest tu non es minima inter millia hominum Iuda, vel in principibus Iuda idest inter principales ciuitates Iuda. [Ex te enim exiet dux &c.] De isto duce haberur. Dan. 9. usque ad Christum ducem. Et psalm. 30. Dux mihi eris. Regit enim populum Israel non solum carnaliter: sed etiam spiritualiter. Ro. 11. Nūquid deus repulit populum suum &c. psal. 79. Qui regis Israel intende qui deducis velut ouem Ioseph. Et nota quòd truncantur caudam authoritatis scilicet & egressus eius sicut ab initio, a diebus æternitatis, per quod insinuatur quòd non debebat esse rex terrenus, sed cælestis: quod si sciuisset Hærodes non fuisset impius, vnde fuerūt cautsa necis illorum. Item ex illa etiam cauda patet esse falsam interpretationem Iudęorū: qui exponunt de Zorobabel: qui non conuenit ei, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis Mich. 5. cap Itē non in Iudæa: sed in Babilone natus est. Cōsequenter inquiritur de persona nati cū dicit. [Tūc Hęrodes &c.] Et primo, ponitur inquisitio. Secundo, inuentio inquisiti, ibi. [Inuenerunt eum &c.] Tertio, veneratio inuenti, ibi. [Et procidentes &c.] Ad inquirendum personam ex duobus moti sunt. Ex persuasione Hærodis: & ex ductu stellę. Vnde circa primum ponitur exhortatio. Secundo, studium magorū in mutatione stellę, ibi. [Qui cum audiuissent &c.] Circa primum, tria ponuntur. Primo enim inquirit tempus. Secundo, annunciat locū, ibi [Et mittens &c.] Tertio, iniungit officium inquisitionis, ibi [Ite &c.] Dicit ergo. [Tunc hærodes] Vbi considerandum quòd Iudæi sciebant locum: sed non tempus. Vnde consultantur a domino. Luc. 19. Eo quòd non cognouisti tēpus visitationis tuæ, & Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum &c. Ergo inquiritur tempus, & dicit Chrysost. quòd per biennū ante apparuit istis stella. Alii autem quòd in ipsa die natiuitatis, Annuntiat locū, ibi. [Et mittens] Iungit officium inquisitionis, ibi. [Ite & interrogate &c.] Et admonet duo. Et ad hoc quòd impleant præmittit tertium. Quantum ad primum dicit. [Ite &c.] Et quærit inuidiose ad occidendum, sicut illi quibus dicitur Ioan. 7. Quæritis me & non inuenietis, quantum ad secundum dicit sic. [Cū inueneritis &c.] Et hoc propter malum ēt dicebat. Eccl. 13. Ex multa loquela tērabit te. Quantū ad tertiū dicit. [Vt & ego veniens] Et quidem dolose promittit dei cultum, Hierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est, psalm. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum &c. Et nota quòd cum magi profiterentur regem, iste vocat puerum: quia ex abundantia cordis os loquitur. Nota etiā quòd petiit a Iudæis vbi Christus nasceretur volens experiri & tentare vtrum gauderent. Consequenter ponitur studium Magorum. Duo iniunxerat quòd inquirerent: & reuerterentur. Sed vnum fecerunt magi. Vnde [qui cum audissent &c.] Aliud autem non fecerunt: tales quidem debent esse auditores, quòd bona addiscant, mala vero relinquant. infra. 23. Quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere &c.

c ¶ Supra Euangelista posuit vnum motiuum magorum scilicet persuasionē Hærodis. Hic ponit aliud motiuum magorū ad inquirendum Christum scilicet ducatū stellæ, Et circa hoc, duo facit. Primo enim ponit ducatum stellæ. Secundo, effectum lætitiæ huius ducatus, ibi. [Videntes autem] Et nota quòd stella primū exequitur suo motu: quia directe ducebat magos ad Christum. Item manifestat suo statu pueri locum, ibi. [Vsque dum veniens &c.] Vnde quātum ad primum dicit. [Vsque dum veniens] Ex hoc autem quod dicit. [Ecce stella quā viderant &c.] Datur intelligi quòd quandō magi declinauerunt in Hierusalē: stella disparuit. Recedentibus autem ab Hærode, apparuit. Disparuit autem propter tria. Primo, propter confusionem Iudæorum, qui cum instructi essent in lege, vt Christum quærerent; & gentes non essent instructæ, tamen gentes quærunt, & Iudæi contemnunt. Vnde impletur illud, Esa. 55. Gentes quæ te non cognouerunt ad te current. Secundo, propter magorum instructionem, non enim solum per stellam dominus voluit se eis manifestare, sed etiam per legem, vt sic adiungeretur cognitioni creaturarum cognitio legis. In ore duorum vel trium testiū stabit omne verbum &c. Deut. 19. Esa. 4. Nūquid ad legem? Tertio, propter instructionem nostram, & instruimur de duobus secundum glos. Primo, quòd qui humanum auxiliū quærunt deseruntur a diuino. Illicitum est enim humanum auxilium quærere, non quærendo diuinum. Esa. 31. Væ qui descenditis in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes habentes fiduciā super quadrigis quia multæ sunt, & super æquitibus quia præualidi nerui, & non sunt confisi super sanctum Israel, & dominū non requisierunt. Secundo, instruimur quantum ad hoc, quòd qui fideles sumus non debemus quærere signa, sicut isti qui videntes stellam gauisi sunt &c. Sed debemus esse contenti doctrinis Prophetarum, quia signa data sunt infidelibus. Corin. 14. In hoc etiam est duplex mysterium. Stella enim significat Christum. Apoc. ultimo. Ego sum radix Dauid, stella splendida & matutina &c. Vnde per istam stellam intelligere possumus gratiā Dei: quam amittimus, cū ad Hærodem idest Diabolum accedimus. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Item cū ab hærode idest Diabolo recedimus, stellam idest Christi gratiā inuenimus. simile. Exo. 13. ubi dicitur quòd dominus præcedebat Israel quando exiuit de Aegypto in specie ignis, &c. hic autem præcedebat ī specie stellæ. [Vsque dum ueniens &c.] duo intelligimus hic. Vnum quòd ista stella non erat multum alta, quia aliter non discreuissent domum pueri. Aliud quòd stella completo officio suo redacta est in suam materiam. [Vbi erat puer] Frequenter puerum uocat, ut scias illum esse de quo dicitur Esa. 9. Puer natus est nobis. Consequenter ponitur effectus Ducatus huius, quantum ad magos, unde [Videntes autem stellam gauisi sunt, &c.] Gauisi sunt propter spem quam recuperauerunt, timebant enim (quia de longinquis partibus uenerunt) amittere quod sperabant, Ro. 12. Spe gaudentes. Itē addit gaudio. Aliqui enim gaudent, & non gaudent, quia lætitia humana non est perfectum gaudium, Prouer. 14. Extrema gaudii luctus occupat &c. Verum autem & perfectum gaudium de Deo est. Esa. 61. Gaudens gaudebo in domino & exultabit anima mea in Deo meo. Tertio, addidit magno, quia ista magna iā cognoscebant de Deo, quia Deum incarnatū, & multū misericordē. Esa. 12. Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Quarto, addit, Valde, quia intente gaudebāt. Recuperauerāt. n. quē amiserant. Lu. 12. Gaudiū erit Angelis Dei, &c. Cōsequenter agitur de inuentione pueri. Vnde [Et intrātes &c.] Et tangit tria [Domū] q̄ si q̄rat qualis erat, ostēditur. Lu. 2. Itē si q̄rat qualis puer, in nullo ab aliis differebat, sicut dicunt sancti. Quantū ad apparētiā, nō loquebatur, infirmus uidebatur & huiusmodi. Item si quæratur qualis Mater, Respondetur qualis est uxor Carpentarii. Et hoc ideo dico quia si isti quæsuissent regem terrenum uidendo ista scandalizati fuissent, sed uidentes uilia, & considerantes altissima, moti sunt ad admirationem, & adorauerunt eum. Et hoc est. [Et procidentes &c.] Sed quare nō fit mentio de Ioseph? Dicendum quòd diuina dispensatione factum est quòd non adesset, ne istis qui primitiæ gentium erant, daretur suspitio prauæ opinionis. Consequenter tangitur reuerētia quam exhibuerunt ad puerum, ibi. [Et procidentes] Et fuit triplex. In adorando, offerendo, & obediendo. Dicit ergo [Et procidentes adorauerunt eum] tanquam Deum in homine latentē, Psalmus. 72. Coram illo procident æthyopes. Item offerendo, reuerentiam exhibuerunt. Vnde [Et apertis thesauris suis &c.] Cōsuetudo enim erat apud Persas, quòd semper cum munere adorabant, & hoc est. [Et apertis &c.] Psalmus. 71. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent &c. Esa. 60. Omnes de Saba uenient aurum, & tus deferentes, & laudem domino annuntiantes, &c. Mystice considerandum est quòd isti non in uia, sed tunc primo aperuerunt thesaurum, quā do uenerunt ad Christum. Similiter nos bona nostra in via non debemus manifestare. Vnde reprehenditur hoc infra. 20. De Viginibus, & ca. 13, dicitur. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, &c. [Obtulerunt ei munera, &c.] Aliqui assignant rationem istorum munerum litteralem. Et dicunt isti quòd tria inuenerunt, domum fordidam, puerum infirmum, & Matrem pauperem. Et ideo obtulerunt aurum ad sustentationem Matris, Myrrham ad sustentationem membrorum pueri, Thus ad tollēdum fętorem. Sed dicendum, quòd aliquid mystice hic pretenditur, & potius ista tria, ad tria referuntur quæ offerre debemus scilicet fidem, actionem, & contemplationem. Quantum ad fidem dupliciter primo quantum ad ea quæ in Christo concurrunt scilicet regia dignitas, Hiere. 23. Regnabit rex & sapiens erit, &c. Et ideo in tributum obtulerunt [Aurum]. Sacerdotii magnitudo. Et ideo [Thus] in sacrificium. Hominis mortalitas, & ideo [Myrrham] Item quantū ad fidem Trinitatis, quia designantur in nobis personæ trinitatis. Secundo possunt referri ad actionem nostram. Per aurum enim potest signari sapientia. Prouer. 2. Si quasi thesauros effoderis illam &c: Per thus oratio denota. Psalm. 140. Dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, &c. Per myrrham mortificatio carnis. Coll. 3. Mortificate membra quæ sunt super terram. Cān. 5. Manus meæ distillauerunt myrrham. Quantum autem ad contemplationem, per ista tria possunt significari uel tres sensus sacræ scripturæ scilicet litteralis sub quo comprehēdit allegoricus, anagogicus, & moralis. Vel tres partes philosophiæ scilicet moralis, logica, & naturalis. Omnibus enim his debemus uti ad seruitium Dei. Consequenter ponitur quo modo reuerentiā exhibuerunt in obediēdo. Vnde [Et responso accepto in somnis, &c.] Sed quo modo responsum acceperunt qui non interrogauerunt. Sed dicendum quòd dominus respondet aliquando interrogationi mentali, & isti in tus quærebant quid placeret Deo de reuersione, Exod. Quid clamas ad me? Sed nunquid sunt reuelationes immediate a Deo? Dionysius probat quòd non, nisi mediantibus Angelis. Quare ergo non nominat Angelum? Sed dicendum, quòd quandocunque scriptura facit mentionem de Deo, & non de Angelo, hoc fit per quandam excellentiam illius manifestationis. Gal. 3. Lex ordinata per Angelum in manu mediatoris. Act. 7. Hic est Moyses qui dixit filiis Israel Prophetam suscitabit uobis Deus de fratribus uestris, tanquam meipsum audietis, &c. Vnde quod dicit glo. quòd hoc fuit immediate per Deum, refertur ad modum loquendi scripturæ, [Per aliam uiam, &c.] In hoc ostenditur quòd ad regionē nostram paradisum a qua per peccatum expulsi sumus, per obediētiam peruenimus, Prouerb. 4. Vias quæ a dextris sunt nouit dominus, peruersæ uero sunt quæ sunt a sinistris. Chryso. hic dicit, quòd isti reuersi ęgerunt sanctam uitam, & postea facti sunt coadiutores Sancti Thomæ Apostoli, tamen nihil de eis inuenitur scriptum in sacra scriptura post recessum eorum.

d ¶ Supra habitum est, quomodo nascenti Christo Magi testimonium perhibuerunt: Nunc autem agitur quomodo innocentes testimonium perhibent, non loquendo, sed moriendo. Et circa hoc, tria facit Euangelista: primo, n. ponitur occultatio Christi, secundo interfectio puerorum, ibi [Tunc Hærodes.] tertio ponitur reditus ipsius Christi, ibi. [Defuncto Hærode.] Circa primum tria facit. Primo enim ponitur admonitio Angeli, secundo ostenditur obedientia Ioseph: Tertio, impletio prophetiæ. Secundum, ibi [Vt adimpleretur.] Circa primum tria tanguntur, Primo ponitur tempus apparitionis, secundo describitur ipsa apparitio, & modus apparitionis, ibi [Ecce Angelus.] tertio ponitur ipsa admonitio facta per Angelum, ibi [Surge & accipe] Tempus describitur, ibi [Qui cum rece.] Et intelligendum quòd non statim post recessum Magorum facta est ista apparitio, quia totum quod dicitur, Luc. 2. debet interponi scilicet de purificatione. Postquam impleti sunt dies, &c. Non enim Hærodes statim cogitauit de interfectione puerorum. Vnde cum dicit, Qui cum recessi. debet interponi tota historia purificationis: Consequenter ponitur ipsa apparitio. Vnde [Ecce Angelus apparuit in somnis, &c] In somnis dicitur apparere, quia tunc homines ab actibus exterioribus cessant, & talibus fit reuelatio per Angelos, Psalmus 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Prouer. 3. Quiescēs, & suauis erit somnus tuus. In ista admonitione tria ponuntur, Primo enim persuadet Angelus fugere: Secundo, determinat moram: tertio assignat causam. Dicit ergo surge. Et nota q̄ sicut dicit Hilarius, Beata Virgo ante Natiuitatem ab Angelo nominatur coniunx: Supra Primo, sed post Natiuitatem non. Et hoc propter duo, primo ad commendationem Virginis, sicut enim uirgo concepit, ita uirgo peperit: Secundo, propter dignitatem eius. Erat enim mater Dei, qua dignitate nulla maior. Et de nominatio fit a digniori. Item quòd sicut dicit Chrysosto, puer non uenerat propter Matrem, sed potius econuerso. Et ideo dicit. Accipe puerum, & matrem eius, &c. Sed quare [fuge in Aegyptum?] Nonne dicit. Psalmus. 18. Dominus adiutor meus, & redemptor meus &c? Sed sciendum quòd propter tria fugit, primo ad manifestandam suam humanitatem, sicut enim diuinitas in stella apparuit, ita humanitas in fuga. Phil. 2. In similitudinē hominum factus, &c. Secundo propter exemplū. illud enim exēplo ostendit, quod uerbo docuit, infra. 10. Cum autem persequē-

rum cum Maria Matre eius: & procedentes adorauerunt eū & apertis thesauris suis obtulerūt ei munera, aurum, thus, & myrrhā. Et responso accepto in somnis ne redirent ad hærodem per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.

d ¶ Qui cum recessissent: ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs. Surge & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Hærodes quærat puerum ad perdendum eum: qui consurgens accepit puerum, & Matrem eius nocte, & secessit in Aegyptū, & erat ibi usque ad obitum Hærodis, ut adimpleretur quod dictū est a domino per Prophetam dicentem. Ex Aegypto uocaui filium meum. Tunc Hærodes uidens quoniam illusus esset a Magis: iratus est ualde, & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleē, & in omnibus finibus eius a bimatu & in-

tur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. tertio propter mysterii. Sicut enim uoluit mori ut nos a morte reuocaret, ita uoluit fugere, ut fugientes a facie sua propter peccatum reuocaret, Psalmus 138. Quo ibo a spiritu tuo? [Et esto ibi.] Sed quare potius in Aegypto, quàm alibi in aliam regionem? Dicendum propter duas rationes, prima est, quia propriũ est Dei ut memor sit misericordiæ in ira, Abac. 3. Dominus.n.iratus fuit contra Aegyptios persequẽtes filios Israel, quia filii Israel erant primogenitus dei. Et ideo datũ est ei ut obsequeretur unigenito. Esaia 19. Ecce dominus ascendet super nubẽ leuem, & ingredietur Aegyptum, &c. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis, Io. 1. Vidimus gloriũ eius, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiæ, & ueritatis, &c. Secunda quia ipse induxerat tenebras in Aegypto, ideo uoluit eam primo illuminare. Et ideo bene ibi fugit. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Nota quando aliquis uult fugere peccatum, primo debet excutere pigritiam, Eph. 5. Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christ⁹. Secundo debet accipere fiduciam a matre & filio, scilicet Christo. Ecc. 24. In me omnis spes uitæ, & uirtutis. Tertio, debet fugere a peccato adiutus auxilio matris, & pueri, Psalmus. 54. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solicitudine. Subdit causam huius fugæ [Futurum est enim ut Herodes &c.] Deceptus fuit Hærodes quia uoluit perdere qui uenerat regnum suum communicare, Luc. 22. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Secundo qui non gloriam mundanã quærebat, Heb. 12. qui proposito sibi [Qui consurgens.] Hic ponitur executio mãdati Angelici, & ponit eam quantum ad fugam, & quantum ad moram. Vnde [Qui consurgens, &c.] Et sit mentio de tempore, unde dicit [nocte] propter timorem, & tribulationem, secundum illud Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte idest in tribulatione. In tribulationibus enim recurrendum est ad Deum. Oseæ 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me, &c. [Qui consurgens.] Tunc adimpletum est illud, Esa. 19. Ecce dominus ascẽdet super nubem quod ad literam impletum est [Et erat ibi] dicitur quòd septem annos fuit, ibi. Et habitauit in ciuitate Heliopolim Esa. 19. Quantum autem ad mysterium per Ioseph signantur p̃dicatores; hoc est Apostoli, q̃ ponũt ad expellẽdas tenebras p doctrinam, qui recedentes a Iudæis conuersi sunt ad gentes, Act. 13. Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repellitis illud & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes [Et esto ibi usque, &c.] idest usquequo finiatur in fidelitas Iudæorum, Ro. 10. Cẽcitas ex parte contigit. Consequẽter adhibet testimonium Prophetiæ, unde dicit [ut adimpleatur &c.] Illud est secundum translationem Hieronymi. Oseæ. 11. In translatione autem septuaginta non est ita, Sed [ex egypto uocaui filium eius.] Videtur hic esse quæstio, quia non uidetur hoc facere ad propositum, quia præmittitur ibi puer Israel &c. & sic loqui uiderur de uocatione Israel de Aegypto. Sed dicendum quòd in omnibus auctoritatibus quæ in euangeliis, uel in epistolis ponuntur de Christo quædam distinctio notanda est, quia q̃dam dicuntur specialiter de Christo, sicut illud Esa. 53. Tamquã ouis ad occisionem, quædam autem dicuntur de quibusdam secũdum quod duxerunt figuram Christi, & sic est illa authoritas. Isti enim non fuerunt filii Israel, nisi inquantum similitudinem gesserunt ueri filii unigeniti, & hoc est. Ex Aegypto uocaui filiũ meum, scilicet specialem. [Tunc Hærodes.] Hic agitur de interfectione puerorum. Et circa hoc duo facit, primo ponitur occasio interfectionis. Secundo ponitur interfectio, ibi [Et mittens.] Tertio inducuntur Prophetiæ, ibi [Tunc impletum.] Occasio fuit ira Hærodis, unde tunc Hærodes iratus] Iaco. 1. Ira uiri iustitiam dei non operatur. Et notandum quòd quando aliquis rex amissionem regni suspicatur cito irascitur, & accẽditur. [Videns quia illusus, &c.] Et dicitur iratus ualde propter duo, quia quando aliquis irascitur, de modica occasione fortiter accenditur, unde quia in suspitione erat amissionis regni, & illusus fuit a Magis [iratus est ualde] Eccl. 11. A scintilla una augẽt ignis. [Et mittens.] Mira crudelitas, quantum ad tria, quantum ad locum, quãtum ad multitudinem, & quantum ad tempus, quantum ad multitudinem ut unum quæreret, omnes occidit. Vnde dicitur [& mittens] Et nota quod dicit Aug. quòd iste nunquam profuisset tantum obsequio: quantum profuit odio. Sed quæritur, cum non habuerint liberum arbitriũ, quo modo dicti sunt mori pro Christo. Sed sicut dicitur, Io. 3. Non misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mũdum, sed ut saluetur mundus per ipsum, &c. Nunquam enim deus permisisset eos occidi, nisi fuisset eis utile: unde dicit Augusti. quòd idem est dubitare utrum profuerit illis ista occisio, quod est dubitare utrum pueris prosit baptismus. Passi sunt enim ut martyres; & Christum moriendo confessi sunt: quamuis non loquẽdo, Apoc. 6. Vidi subtus altare animas interfectorum propter ver bum dei. Secunda crudelitas est quia occidit in omnibus finibus. Timebat.n.ne fugeret scilicet ad aliquam ciuitatẽ. Et contigit ei sicut bestiæ uulneratæ quæ nõ attendit quem uulnerare debeat, Prouer. 21. Leo rugiens & ursus esuriens, Princeps impius super populum pauperem. Tertia, quantum ad tempus. unde [a bimatu] idest duorum annorum. Et nota quòd Aug. dicit quòd illo anno quo Christus Natus est, Innocentes sunt occisi. Sed quare dicit a bimatu, &c. Dicunt quidam quòd stella apparuit per duos annos ante, unde Hærodes dubitabat utrum a tempore stellæ natus fuisset, & ideo dicit secũdum tempus quod exquisierat a magis. Alii autem dicunt quòd isti non sunt occisi eodem anno, sed post duos annos. Sed quare tantum distulit triplex rõ redditur a diuersis. Vna est, quia a principio putabat quòd Magi fuissent decepti, & quòd nihil inuenissent. Sed postquam audiuit multa uerba de Christo a Zacharia, & Simeone, & Anna, tunc motus fuit ad quærendum. Alii dicunt quòd hoc fecit ex cautela, timebat.n.ne puerum quem quærebat, parentes occultassent. Vnde primo uoluit eos assecurare. Alii quòd occupatione impeditus, quia misit post Magos usq; ad Tharsum ciliciæ, & fecit incendi naues eorũ. Item fuit occupatus, quia citatus fuit Romæ accusatus a filiis. Et sic post reuersionem incœpit sæuire, & dicit [Et infra, &c.] quia cogitauit illũ esse tantæ potẽtiæ quòd posset cõmutare faciem suam. Per istam occisionem significatur occisio martyrum, quia pueri per humilitatẽ, & innocentiam, infra 19. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me uenire. Itẽ infra 17. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non ĩtrabitis in Regnum cælorum. In Bethleem, & in omnibus, &c. quia per totum mundũ occiduntur. Act. 1. Eritis mihi testes scilicet moriendo. Duo anni sunt duplex charitas Dei, & proximi: quia fides sine operibus mortua est. Iac. 2. Et nota quòd nato Christo, statim persecutio sæuit, quia statim quando quis conuertitur ad Christum incipit tentari, Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ, &c. [Tunc impletum est, &c.] Posita occisione puerorum, hic more suo Euangelista prophetiam annunciantem ponit, quæ est Hier. 31. Vox in rhama audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, &c. Et notandum quòd sicut dicit Hiero. ubicunq; per Apostolos, & Euangelistas introducitur aliqua auctoritas ueteris testamenti, non oportet introducere uerbum ex uerbo semper, sed sicut dedit eis Spiritussanctus, aliquando sensum ex sensu in usu nostro, ita habemus Hier. 31. [Vox in excelsis audita est lamentationis, luctus, & fletus: Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis quia nõ sunt, &c. & sensus idem est. Et considerandum q̃ quantum ad hanc authoritatẽ pertinet, ista est una de illis quæ intruducuntur in Euangelio, quæ tñ sensum literalem habet, qui est figura eius quod fuit in nouo testamento. Vnde ad intellectũ eius cõsideranda est quædã historia quæ legitur Iudicum. 21. ubi dicitur quòd propter peccatum commissum circa uxorem leuitæ fere tota tribus Beniamin extincta est, & dicitur quòd ibi fuit maximus planctus, ita quòd fuit auditus de gralua usque in rhama longe a Bethleem per duodecim miliaria. Hoc dicitur Rachel plorare, quia mater fuit Beniamin, & est locutio figuratiua scilicet ad exprimendum magnitudinem doloris. Sed hæc est prophetia de præterito. Alio modo est de futuro dupliciter, quia uno modo potest referri ad captiuitatem Israel, qui quando in captiuitatem ducebantur, dicuntur in uia iuxta Bethleem plorasse. Et tunc dicitur Rachel plorasse, quia sepulta erat ibi, Genes. 31. Et dicitur hoc eodem modo loquendi quo locus dicitur plorare mala quæ in

fra secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiã Prophetam dicentem. Vox in rhama audita est, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorãs filios suos & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Hærode, ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens. Surge, & accipe puerum: & matrem eius & uade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui consurgẽs accepit puerum, & matrem eius, & uenit in terram Israel. Audiens autẽ quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Hærode patre suo timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galileæ. Et ueniens habitauit ĩ ciuitate quæ uocat Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam, quoniam Nazarẽus uocabitur.

in Christo accidunt, Vult ergo dicere propheta quòd sicut maximus dolor & luctus fuit, quando extincta est tribus Beniamin, ita futurus est maximus alius tempore captiuitatis. Tertio mõ exponitur sic. Euangelista assumit factũ de occisione innocentũ, & exaggerat istum dolorem quadrupliciter. Ex diffusione doloris, & multitudine doloris, ex materia, & inconsolabilitate. dicit ergo [vox in Rama] quædam ciuitas est in tribu Beniamin, Iosue. 48. & potest accipi pro ciuitate Liæ. Hic autẽ accipitur pro excelso, & potest dupliciter exponi, primo sic Vox in excelso pro lata [audita est] quia vox quæ in loco alto est: longè lateque diffunditur, Esa. 40. Supra montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon, exalta in fortitudine vocem tuam. Vel audita est in excelso, idest, in cælo apud deum. Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit & donec propinquet, non cõsolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Et iterum Lacrymæ viduæ &c. [Ploratus] Hoc potest referri ad fletũ infantium occisorum. [Et vlulatus multus] hoc ad matrum ploratus, maior est dolor matrũ quàm filiorum. Item matrũ erat dolor assiduus; puerorum fuit breuis, propter quod dicit Zacha. 12. Plangent eum quasi super vnigenitum & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Item, ex materia doloris, quia de morte filiorum. Vnde Rachel plorat. Sed obiicitur quia Bethleem non erat in tribu Beniamin: sed in tribu Iuda qui fuit filius Liæ. Et soluitur tripliciter, primo quia Rachel sepulta fuit iuxta Bethleem, Gen. 25. Et ita ploraiit pueros eo modo, quo aliquis locus dicitur plorare. Hier. 2. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit dominus. Vel aliter: supra habitum est, quòd Herodes occidit pueros in Bethleem, & ĩ omnibus finibus eius &c. Bethleem autem erat in confinio duarum tribuum, scilicet Iudæ & Beniamin, vnde de pueris Beniamin occisi sunt, & sic cessat obiectio sicut exponit Hiero. Aug. autem aliter exponit, & dicit q̃ consuetudo est quòd quando alicui aliqua prospera succedũt, ille quando aduersitates ueniunt, magis dolet. Lia. & Rachel fuerunt, & isti qui occisi sunt fuerunt de filiis Liæ, Et sic corporaliter occisi sunt, ne æternaliter punirẽtur in facto Gaba. dicitur ergo plorare videẽs filios suos occidi, & damnari, vel per Rachel, ecclesia signatur, quia interpretatur videns deum, & ecclesia per fidem videt, quæ plorat filios suos occisos, non quia occisi sunt, sed quia per ipsos poterat alios acquirere, vel nõ plorat propter occisos, sed propter occidentes. Sequitur de inconsolabilitate doloris [Et noluit] Et exponitur illud multipliciter, primo vt referatur ad populum, qui tunc erat. Consolatio enim debetur quandiu speratur aliquod remedium, sed quando non speratur: non est consolatio, sicut patet in infirmo desperato. & ideo dicit, vt referatur ad opinionẽ matrum, quia non sunt, quia scilicet, non apparent, Gen. 21. Puer non comparet, vel [noluit consolari quia non sunt], tanq̃ si non essent. Consolatio.n. non debetur nisi de malis, vnde ꝓ hoc refertur ad opinionem ecclesiæ, quæ habet eos tamquàm regnarent, vnde sicut de regnantibus, gaudet de eis: Thes. 4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habẽt, vel noluit consolari de præsenti, sed expectat consolationẽ in futuro, infra 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Consequenter agitur de reuocatione Christi [vnde defuncto Hærode] & primo ponit apparitio angeli: secundo mãdatũ angeli: tertio executio mãdati angeli. Circa primũ tria ponũtur, primo describit tẽpus secũdo persona, tertio modus apparitionis. Dicit ergo [defuncto Hærode] Nõ iste q̃ fuit in morte Christi, quia ille fuit filius isti⁹ [Ecce angelus apparuit] Notãdũ q̃ ois turbatio ecclesiæ ꝓ mysteriũ terminatur per mortẽ persecutorũ, Prou. 11. quia in perditione impii erit laudatio. Itẽ, nota q̃ in fidelitate Iudæorũ termi nata, Christus reddibit ad eos, Ro. 11. Et tũc omnis Israel saluus fiet [Ecce apparuit] Notandũ q̃ talis est ordo angelorũ & hominum, vt diuinę illuminationes non fiant nobis nisi per angelos. Heb. 1. Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, vnde etiã Christus secundum quòd homo, voluit per angelos nuntiari. Modus, ibi [In somnis &c.] Mandatum ibi [Surge & accipe puerum.] Non dicit filium, nõ coniugem, sed puerum, vt designetur dignitas pueri, & integritas matris. In hoc significatur quòd Ioseph non fuit ei datus ad carnalem copulam, sed ad ministerium & custodiam. Consequenter assignat causam. [Defuncti sunt enim &c.] Sed quæritur quare dicit sunt? Non enim nisi Herodes mortuus erat, hoc soluitur dupliciter, primo quia iste tot mala fecerat quòd Iudæi gaudebant de morte eius: qui præsentiens mandauit adhuc viuẽs sorori suæ quòd nobiliores de Iudęis interficeret in morte sua, & isti quæsuerant animam pueri cum Hærode. & hoc est. Defuncti sũt &c. Vel aliter. Mos est sacræ scripturæ ponere plurale pro singulari. vnde mortui sũt idest, mortu⁹ est &c. vnde in hoc quòd dicit. [Qui quærebat animã pueri] destruitur error Apollinaris, qui dixit, quòd diuinitas erat in Christo loco animæ. Ponitur executio huius mandati [Qui consurgens] Et circa hoc duo facit. primo ostendit quomodo reuersus est in terram Israel, secũdo quam partem vitauit, tertio qua parte declinauit, ibi [Et admonitus. Dicit ergo [Qui consurgens] Notandum q̃ angelus non dixit, Vade in terram Iuda, vel in Hierusalem, sed vniuersaliter in terram Israel, sub qua etiam Galilæa potest comprehẽdi. Vnde potest dici quòd Ioseph intrauit fines terræ, quam habitabat Iudas. Consequenter ponitur quam partem vitauit, ibi [Audiens &c.] Et notãda est hic historia Hærodis. Iste Hærodes habuit sex filios, & ante mortem suam occidit Alexandrũ, & Aristobolum. In morte autem sua mandauit vt occideretur Antipater, vnde tres remanserunt. Inter quos Archelaus primogenitus fuit, & vsurpauit sibi regnum, sed tandem accusatus a Iudæis apud Cæsarem Augustum, ablatum fuit ei regnum, & diuisum fuit in quatuor partes, & duas habuit Archelaus, duas alias alii diuiserunt sibi, ita quòd vnam tetrarchiã habuit Hærodes, aliã Philippus sicut habetur, Luc. 4. Istæ Archelaus missus est in exilium post nouem annos regni sui. [Et admonitus in somnis] Dixerat primo angelus, quòd iret ad terram Israel: sed quia Ioseph nondum intellexerat, ideo angelus qui prius indeterminate reuelauerat, nũc determinat, & hoc est [Et admonitus, secessit in partes &c.] Sed cõtra. Sicut Archelaus in iudæa, ita Hærodes in Galilęa regnabat. sed dicendum quòd hoc fuit statim post mortem Hærodis, quando Archelaus tenebat totum, quia postmodum facta est diuisio. Sed tunc etiam quæritur, quare non timuit Archelaum. Dicendum quòd in Hierusalem erat sedes regni, vnde ibi quasi semper morabatur. Sed quæritur quare Luc. 2. dicitur quòd singulis annis ducebant puerum in Hierusalem, Et soluit Aug. quòd secure ducebant per turbam magnam, quæ tũc ascẽdebat, sed periculum fuisset si ibi diu moratus fuisset. Item, quæritur, quare innuit Euangelista, quòd quasi per accidens venit Ioseph in Nazareth, sed in Luc. 2. dicitur, quòd in Nazareth habuit proprium domicilium. sed dicendum quòd angelus dixerat ei, quòd iret in terram Israel, quæ strictẽ accepta non continebat Galilæam, nec Nazaret, & sic intellexit Ioseph. Et ideo non proponebat ire in Nazareth. [Vt adimpleretur &c. Quoniam Nazareus] hoc non inuenitur scriptũ, sed potest dici q̃ ex multis locis colligitur. Nazarenus igitꝝ interpretatur sanctus, & quia Chrs dꝝ sctũs, Dan. 9. Donec vngat sanct⁹, ĩõ signãtur dicit [q̃ pphetas] vel pt dici q̃ p Nazarenũ interpretatur floridus. Et hoc hꝝ Esa. 11. Egrediet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet &c. & iõ venit cũ eo q̃ dicitur, Cãti. 2. Ego flos cãpi &c.

a CAP. III.

IN diebus autem illis uenit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens. Pænitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cælorũ. Hic est enim, de quo dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorũ, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius locustæ, & mel syluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Et Baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Videns autẽ multos pharisæorum, & saducæorum, uenientes ad baptismum suum, dixit eis. Progenies uiperarum, quis demõstrabit uobis fugere a uẽtura

CAPVT III.

SVPRA egit Euãgelista de ingressu Chri in mũdũ, nunc autẽ agit de eius processu, qui quidẽ est attẽdendus m̃ processum suæ doctrinæ, ad hoc.n. venit. Io. 18. Circa doctrinã aũt duo considerãtur, primo, n. ponit præparatio ad doctrinã, secũdo ponit ipsa doctrina, c. 5. Ad doctorem autẽ euangelicæ doctrinæ duo requiruntur. Primo, vt sit velatus sacris mysteriis. Secundo, vt probatus sit virtutibus. & sic duo præmittuntur ante doctrinam, s. baptismus eius, & tentatio, c. 4. Circa primum duo facit. Primo, introducitur Ioannis baptismus, ibi [Exibant] Secundo instructio baptizatorum. ibi [Videns aũt &c.] Inuitãtur aũt dupliciter a Ioãne. s. verbo, & exẽplo. Secundũ ibi [Ipse aũt &c.] Circa doctrinã Ioãnis tria facit, siue tãgũtur. Primo, persona doctoris introducit, Secũdo, ponit doctrina. Tertio, cõfirmatio. Secũdũ, ibi [Pænitẽtiã &c.] tertium, ibi [Hoc est. n. &c.] Circa personam quinque ponuntur. s. tempus, persona, officium, studiũ, & locus. primũ ibi [In diebus illis &c.] Et notandum q̃ tempus prædicationis

rationis Lucas describit per Principes reipublicæ, & Iudæorum. Illud ergo quod dicit Lucas, exprimitur hic, cum dicit. In diebus illis. Nec debet hoc referri ad dies de quibus facta est mentio, scilicet ad tempus insantiæ Christi, non enim est intelligendũ hoc fuisse in diebus illis, in quibus Christus reuersus est de Aegypto Sed hoc sic poniturquia Christus habitauit cõtinue in Nazareth, Luc. 2: Puer autem crescebat, & confortabatur plenõ sapientia, & gratia Dei erat in illo 1 secundo ponitur persona, ibi. [Venit Ioanne.] Iuenit. i. apparuit, qui primo occultus erat. Hic est de quo Io. 1. Hic uenit in testimoniũ, ut testimoniũ perhiberet de lumine. Sed quare Christus uoluit eius testimoniũ, cũ haberet testimoniũ operũ. Dicendum quòd propter tria, primo propter nos qui ducimur in cognitionem spiritualiũ per ea quæ sũt similia nobis, Io. 1. Hic uenit ut testimonium perhiberet de lumine, & quare? ut omnes crederent per illum: secundo propter malitiã Iudæorum, quia non solũ Christus sibi testimoniũ perhibet secundum quod ipsi dicebant, Io. 3. Tu de teipso testimoniũ perhibes, sed ẽt alius, Io. 5. Vos misistis ad Ioannẽ & testimoniũ perhibuit ueritati: tertio ad ostendendum æqualitatẽ Christi ad patrẽ, quia sicut pater prænuntios habuit. s. prophetas, ita Christus Luc. 1. Tu puer propheta altissimi uocaberis, præhibis. n. ante faciem domini parare uias eius. Tertio ponitur officium Baptizandi, hoc fuit speciale eius officium, quia primus Baptizauit, & fuit eius Baptismus præparatorius ad Baptismũ Christi, quia si Christus nouum ritum adiunxisset, statim potuissent homines scãdalizari. Et ideo præuenit Ioãnes ut prepararet homines ad Baptismũ, Io. 1. ut manifestetur Israel. Quarto, ponitur studiũ, quia a [uenit] ut diligenter prædicaret. Et hoc est [prædicatis Baptismum] Christus quidẽ Baptizaturus ista adiuxit, Matth. ultimo. Ite docete omnes gentes Baptizantes, in nomine patris, & filii, & spiritussanẽti, &c. Ioannes autem in utroque præparauit uiam. Et non tandum quòd Ioannes in trigesimo anno hoc fecit, in quia ætate, Dauid ẽt factus est 1 ex, & Ioseph gubernacula Regni Aegypti suscepit, Gen. 41. per quod datur intelligi q̃ ad nullum officiũ debet aliquis assumi, ante perfectam ætatẽ. Quarto ponitur locus [In deserto] prædicauit aũt in deserto propter quatuor, primo ut quietius audirent. In ciuitate. n. multi curiosi impedientes cõuenissent, sed in deserto nõ nisi studiosi ibant, Ecc. 12. Verba sapiẽtium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ p̃ Magistrorum consiliũ data sunt a pastore uno: secundo quia congruebat suæ prædicationi, quia ipsæ pœnitentiam prædicabat. Talis aũt debet esse locus pœnitentiæ, uel corporaliter, uel mentaliter, Psalmus. 53. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine: tertio ad designandã conditionem ecclesiæ, quæ p̃ desertũ significatur. Datur. n. intelligi q̃ non est in synagoga prædicatio salutis, sed in ecclesia, Esa 54. Lætare sterilis quæ non paris decanta laudem & himni quæ non pariebas, quoniã multi filii desertæ magis q̃ eius quæ habebat uirũ dicit dns &c. quarto ad designandã conditionem Iudææ quæ iam derelinquebatur a Deo, infra. 23. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Sequitur [Pœnitentiam agite, &c.] Ioannes annunciat quandã nouam uitam, sicut dicit Aug. in libro de pœnitentia. Nullus qui suæ uolũtatis arbiter cõstituitur, põt nouam uitam inchoare, nisi pœniteat ueteris uitæ, quære in gl. Et ideo primo monet ad pœnitentiã, secundo annunciat salutẽ, ibi [Appropinquabit, &c.] Itẽ pœnitentiam agite, per quam est remissio peccatorum. Chrys. Nato filio Dei, deus misit præconem in mundum, &c. Et notandum quòd aliud est pœnitentiã agere, & pœnitere. Ille pœniteat qui peccata deflet, & flẽda non committit. Et sciendum q̃ rotum refertur ad propositum mentis, ut. s. dicatur, & flenda non committit. i. proponit non cõmittere, hoc enim requirit pœnitentia, pœnitentiam aũt agere est satisfacere pro peccatis. Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Et fit hic quæstio. Cum omnia peccata dimittantur in Baptismo quare Ioannes prænuntians Baptismum Christi, incæpit a pœnitentia. Et respõdetur in gl. q̃ triplex est pœnitentia. s. ante Baptismũ, quia oportet ut doleat de peccatis quando accedit: secunda post Baptismũ de mortalibus: tertia de uenialibus, hic agitur de pœnitentia quæ est post Baptismũ: unde Petrus dixit, Act. 2. Pœnitentiã agite. s. ut sitis parati ad salutẽ consequendam. Appropinquabit.] Et nota quod nunquam in scriptura ueteris testamenti inuenit promissum Regnum cælorum. Sed primo Ioannes nuntiat, quod pertinet ad dignitatem eius. Regnum autem cælorum in scriptura quatuor modis accipitur. Quandoq; enim dicitur ipse Christus habitans in nobis per gratiã, Luc. 17. Regnum dei intra uos est &c. Et dicitur Regnum cælorum, quia per inhabitansem gratiam inchoatur nobis uia cælestis regni. Secundo sacra scriptura, infra. 22. Auferetur a uobis Regnum Dei. i. sacra scriptura. Et dicitur Regnum, quia lex eius ducit ad Reguum. Tertio dicitur præsens ecclesia militans, infra. 13. Simile est Regnũ cælorum sagennæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti &c. Et dicitur Regnum cælorum quia ad modũ cælestis ecclesiæ est institutum. Quarto dicitur Regnum cælorum cælestis cura, infra 8 Veniens ab oriente & occidente, & recumbent cũ Abrahã, & Isaac, & Iacob in Regno cælorũ &c. Ante rẽpus aũt Ioannis nõ fiebat mẽtio nisi de Regno Iebusæorum

F

ira. Facite ergo fructũ dignũ pœnitẽtiæ. Et ne uelitis dicere intra uos, patrẽ habemus Abrahã. dico. n. uobis quoniã potẽs ẽ Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Iã securis adradicẽ arborũ posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur. Ego quidẽ baptizo uos ĩ aqua in pœnitẽtiã, qui aũt post me uẽturus est, fortior me est, cui nõ sum dignus calciamenta portare.

Exo. 3. sed modo promittitur Regnũ cælorum suæ cæleste. Consequenter ponitur cõfirmatio huius prædicationis. [Hic est de quo &c.] Et sicut dicit Aug. Istud põt dupliciter exponi, primo quòd hoc. s. hic est de quo scriptũ est, sint uerba Euangelistæ, & tũc sensus est planior. Secundo illud introducitur a Matthæo uelut sint uerba Ioannis, pœnitentiam agentis. Vnde hic est. i. Ego sum, & loquitur de se sicut de alio, sicut Io. 1. loquitur de alio sicut de se sed non est uis, cuius sint uerba, quia sensum eundem habẽt. [Hic est ergo de quo scriptum est, Esa. 40. Vox clamantis, &c.] Tria ponuntur, per quæ confirmantur tria prædicta, primo prænuntiatur locus prædicationis Ioannis, quia uox clamantis [in deserto. secundo regni cælorum, unde [parate uiam.] Tertio pœnitentiam ibi [Rectas facite &c,] Dicit ergo. [Vox clamantis in deserto] Et dicit uox, propter tria, primo quia sicut dicit Grego. Vox uerbũ præcedit. Et Ioan. Christum, Luc. 1. Ipse præcedet ante illum in spiritu, & uirtute Helyæ, &c. Secundo quia per uocem uerbũ cognoscitur, Vox. n. uerbũ deducit in cognitionẽ, ita Ioãnes Christum, Io. 1. ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua Baptizans. Tertio quia uox sine uerbo non facit animi certitudinem. 1. Corin. 14. Si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Et reuelatio diuinorum mysteriorum non facta est per Ioannem, nisi inquantũ annunciauit Christũ, sed p̃ Christũ uerbum, Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Igit uox clamantis, & potest intelligi dupliciter. i. Christi clamantis, qui in Ioãne loquebatur, 2. ad Corin. 13. an expimẽtũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? ita ẽt clamauit in oibus ꝓphetis. Vnde semper dicitur, Factũ est uerbũ dñi ad Hier. uel Esa. &c. Et tamen nullus est dictus uox, qa nõ immediate pœsferũt Christũ, Malach. 3. Ecce ego mitto Angelũ meũ, qui præparauit uiam ante faciem meã. Et statim ueniet ad tẽplũ sanctum suũ dñator quem uos quæritis, &c. Vel uox clamantis, i. Ioannes clamans, Sciendũ quòd clamor sit ad surdos, & tales erant Iudæi, Esa. 42. Surdi auditẽ, & cæci intuemini ad uidendum. Quis cæcus, nisi seruus meus: & quis surdus, nisi ad quẽ nuntios meos misi. Quis cæcus, &c. secundo ex indignatione, Psalmus. 105. Iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Tertio ad distantes. Et isti elongati a Deo. [Parate uiã domini.] Et uidetur magis fuisse consonum quod dixisset, parate uiam uestram ad suscipiendũ dominũ. Et sciendũ quòd nos adeo eramus infirmi, q̃ non poteramus accedere ad dominum, nisi ipse ueniret ad nos. Et ideo supra dixit Ioannes. Appropinquauit enim Regnum cælorum. Et hoc est. [Parate.] Sed quæ est ista uia? Fides quæ est per auditum, Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Gregor. Via fidei, deuotus auditus est, Amos. 4. Præpara te in occursum Dei tui Israel. [Rectas facite.] Fides est communis, est una, sed dirigit in diuersis operibus. Et ideo [rectas facite.] Tunc autem sunt rectæ istæ uiæ operum, quando non discordant a lege diuina, quæ est regula actuum humanorum, sicut secundum uoluntatem figuli est regula bonitatis in uasis fictilibus, ut haberi potest, Hierem. 18. Vel hoc scilicet parate, pertinet ad charitatem, quę est de necessitate salutis, Esaia, 30. Hæc est uia, ambulate in ea, & non declineris neque ad dextram, neque ad sinistram. Ergo uia intelligitur totum illud quod pertinet ad communem salutem. 1. Corin. 7. Adhuc excellentiorem uobis uiam demonstro. Semite uero obseruationes consiliorum, quæ semitæ dicuntur esse rectæ: quia non propter inanem gloriam debent fieri, infra. 6. Non faciatis iustitiam coram hominibus, ut uideamini ab eis. & Prouerb. 3. Viæ eius, uiæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Consequenter ostenditur, quo modo Ioannes testimonium perhibuit Christo in uita, ibi. [Ipse autem Ioannes.] Sed quis perhibuit testimonium de Ioanne, qui perhibebat testimonium Christo? Et dicendum quòd uita sua, quia sicut dicit Chrysosto. Nullus idoneus testis alterius est, nisi sit testis suus, & hoc bona uita, Eccles. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. Vnde hic describitur austeritas eius in uita, & cibo. Et hoc est. [Ipse autem erat indutus pi. &cætera.] Alii de lana, Ioannes de pilis. Reputabat enim uestimentum de lana mollitiem, quæ non conuenit prædicatori, Item zona pellicea. Illud dupliciter exponitur. Hier. dicit, q̃ tũc tẽporis Iudæi habebant cingulum de lana, sed

G

H

I

K

sed Ioannes reputans ad mollitiem, accipit de pellibus imitans Helyam, sicut dicitur, 4, Reg. 1. Rabanus exponit sic, & dicit quòd Ioannes accipiebat pelles crudas non paratas, & urebatur eis, ut refrænaret libidinem, & hoc est. [Et zona.] Sed siue sic, siue sic exponatur, in utroque tamen austeritas uitæ intelligitur. [Cibus autem &c.] Hic cibus non paratur, sed quem natura ministrabat, & sunt locustæ animalia quædam apta ad comedendum. [Et mel sylueſtre.] Hoc dupliciter potest intelligi. Proprie enim mel sylueſtre dicitur illud, quod non recondi tur in alueis artificiose factis, sed inuenitur in syluis in aliquibus arboribus. Alii dicunt quòd est canna mellis, & quòddam quod inuenitur intus in cannis ualde dulce: tamen in omnibus his nihil aliud habetur, nisi quòd simplicibus erat contẽtus, primæ Timo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Consequenter agitur de Baptismo, unde dicitur. Tunc exibant. Et tangit tria. primo quomodo uilitabatur a turbis, Secundo quomodo turbæ Baptizabantur, & tertio quo modo confitebantur peccata sua. Quantum ad primum sciendum, quòd tria sunt quæ inuitabant homines ad exeundum ad Ioannem, primo, noua prædicatio. Nunquam audiuerant fieri mentionem de Regno cælorum, & ideo mirabantur, Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cæli? Et pones rationem eius in terra, &c. Io. 2. Primo docuit quòd ratio Regni cælorũ nõ esset ponẽda in terra, secundo propter uitam, unde dicit. [Tunc] uidentes scilicet uitam ipsius, Iac. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus] & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam, &c. Tertio, quia Iudæa priuata erat instructione prophetarum, Psalmus. 73. Signa nostra non uidimus, iam non est propheta. Et ideo [Exibant] a Iudæa ad uidendum, & hoc est. Tunc exibant & baptizabantur ab eo in Iordane. Sed quare in iordane? quia in Iordane primo, fuit præsignatus Baptismus, 4. Reg. 2. Vbi dicitur de Helisæo quando transiuit per Iordanem, & Helyas raptus est in cælum! Item ibi fuit mundatus Naaman leprosus, qui significat mundatum a peccatis in Baptismo. Item quia ipsa interpretatio conuenit Baptismo, interpretatur enim descensus, & significat humilitatem quam homo debet habere in Baptismo, primæ. Pe. 2. quasi modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite. Tertium ponitur, ibi. [Confitentes peccata sua.] Causa quare cõfessio est inducta supra est ostensa, quia de necessitate salutis, Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata uestra. Et dicit gl. quòd ideo induta est, ut homo habeat erubescentiam. Sed sciendum quòd erubescentia est causa concomitans, sed principalis est propter uirtutem clauium. Nullus enim posset ligare, uel soluere, nisi sciret quid ligandum, uel soluendum esset, unde sicut nullus potest amouere necessitatem clauium, ita nullus posset amouere cõfessionem uocalem. Sed quæritur an accedens ad Baptismum confiteri teneatur, Videtur quòd non indigeat, uirtute clauium, cum omnia dimittantur peccata in Baptismo. Sed dicendum quòd tenetur saltem in generali, & hoc facit quando abrenuntiat satanæ, & omnibus pompis eius, In hoc enim profitetur se esse satanæ obligatum. Videns autem multos.] Ostenso quòd multi a Ioanne Baptizabantur, hic agit de instructione eorum, & circa hoc duo facit, primo ponuntur qui sunt qui instruuntur; Secundo ponitur eorum instructio, ibi, [Quis demonstrauit &c.] Dicit ergo [Videns &c.] Sciendum quòd apud Iudæos sunt aliquæ sectæ inter quas istæ duæ erant præcipuæ. Phariſæi enim dicebantur quasi a communi uita diuisi, propter suas obseruantias. Isti in multis benedicebant, tũ deficiebant, quia ut dicitur, omnia prouenire ex necessitate ponebant. Alii scilicet Saducæi dicebantur iusti propter quasdam speciales obseruantias legis, qui non recipiebant prophetas, nec dicebant animas post corruptionem corporis resuscitari, nec spiritum esse. Vtrique autem ex ipso nomine notabantur, quia Phares, diuisionem significat, quæ opponitur charitati. Et hi omnino erant diuisi ab aliis, quasi haberent superabundantem spiritum sanctum, hoc enim bonum esset. Alii etiam scilicet Saducæi sibi iustitiam usurpabant, contra quos, Ro. 10. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærẽtes statuere iustitiæ Dei non sunt subiecti, &c. Et tamen quãuis magis iusti apparerent, tanquam ad magistrum ad Ioannem uẽniebant, Esa. 49. Reges uidebunt, & consurgent Principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Isti ergo hic conuenienter instruuntur, unde [quis demonstrauit uobis fugere a uentura ira?] Et notandum quòd instructio debet uariari secundum conditiones auditorum. Simplicibus enim sufficit ea quæ ad salutem pertinent breuiter loqui, sed sapientibus debent singula explicari. Quod innuit Apostolus. 1. Corinthiorum, tertio. Non potui uobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus. ita fecit Ioannes breuiter turbas admonuit de pœnitentia, & annunciauit Regnum cælorũ. Ista duo hic explicat per singula Phariſæis, unde primo exhortatur ad pœnitentiam: secundo annunciat de appropinquatione Regni cælorum, ibi. [Ego quidem, &c.] Circa primum duo facit, primo ponit inductionem ad pœnitentiam: secundo remouet ea quæ possent a pœnitentia retrahere, ibi. [Et ne uelitis, &c.] Circa primum duo facit, primo ponit inductionem ad pœnitentiam: secundo ponit perfectæ pœnitentiæ modum, ibi. [Facite ergo, &c.] Duo autem sunt quæ inducunt ad pœnitentiam, Recognitio proprii peccati, Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorum, &c. Secundo timor diuini iudicii. Ista duo annunciat Ioannes, unde dicit. [Progenies, &c.] Et notandum quòd in sacra scriptura dicitur filius alicuius ad imitationem, Ezech. 16. Pater uester amorræus, Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, &c. Isti similes erant uiperis, & ideo dicit [Progenies, &c.] Et sunt similes in tribus, secundum Chrysost. Natura enim illius est quando mordet aliquem, recurrere ad aquam, & si inuenit non moritur, alias moritur. Vnde Ioannes perpendens intentionem eorum, quare ueniebant ad aquam Baptismi dixit. [Progenies, &c.] Sed quo modo uenenati ueniebant ad Baptismum? quia Ioannes promittebat remissionem peccatorum, unde faciebat intrare aquam, deponentes prauam intentionem, ideo dicit. Agite pœnitentiam. Et Baptizabantur ab eo. Secunda proprietas est quòd nascendo occidit parentes, unde dicitur, Quasi uiperiens, & illi similiter, infra 23. Quem prophetarum non occidistis? Tertia ratio est quia est pulchra exterius, interius habens uenenum. Illi etiã pulchri sunt exterius quadam simulata iustitia, interius habentes peccata, infra. 23. Væ uobis quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Et secundum hoc progenies uiperarum sonat in malum, Amb. exponit aliter, & dicit, quòd prudentia serpentibus ascribitur, infra. 10. Estote prudẽtes sicut serpentes, unde Ioannes commendans eos de prudentia, quia ueniebant ad Baptismum, dicit, progenies &c. primum ergo quod inducit ad pœnitentiam est recognitio proprii peccati: secundum est timor diuini iudicii, prouer. 15. Per timorem domini declinat omnis a malo, Iob. 19. Scitote esse iudicium. Et hoc est quod dicit. [Quis demonstrauit, &c.] Et sciendum quòd Ambrosius, & Chrysost. exponunt de præteritis, Rabanus de futuris, unde dicit. [Quis demonstrabit,] & secundũ Ambr. sic. Progenies, &c. quasi diceret, quis demonstrauit ut recederetis a malo quasi dicat. Nullus, nisi Deus, Psalmus, 84. Ostende nobis domine misericordiam tuã, & salutare tuũ da nobis, secundum Chrys. sic, Progenies, &c. quia retinent uolũtatem peccati [Quis demo. uo. fu.] sicut uos ultis? Non quia dixit Esaias, Lauamini, & mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, Esa. 1 Non, quia dixit Dauid, Psalmus. 50. Amplius laua me domine ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me, &c. Et post, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Rabanus de futuro sic, quasi diceret. Bonum est quòd agatis pœnitentiam, quia aliter, Quis demonstrabit, &c. Psalmus 138. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam. Ira de Deo non accipitur pro affectu mentis, sed pro effectu, unde eius ira est ultio. Præmissis his duobus ducentibus ad pœnitentiam, Consequenter concludit euangelista. [Facite ergo.] In arbore fructus sunt post flores. Et si flores non sequantur fructus, arbor illa nihil ualet. Flos enim quidam pœnitentiæ apparet in contritione, sed fructus est in executione, Eccles. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Et notandum quòd alius est fructus iustitiæ, & alius pœnitentiæ: plus enim requiritur ad pœnitentem quàm ab eo qui non peccat. Est autem triplex fructus dignus pœnitentiæ. primus est ut puniat in se quod commisit, & hoc iudicio sacerdotis, Hieremi 31. Postquam conuertisti me, ægi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi femur meum &c. i. carnem meam afflixi. Secundus est ut fugiat peccata, & occasiones peccati, unde dicitur, quòd satisfacere est cãa peccatorum excidere, Eccl. 21. Fili peccasti, ne adiicias iterum sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur &c. Quasi a facie colubri fuge peccatum, Eccl. 21. Tertius est, ut tunc studeat ad bene agendum quantũm studuit ad peccandum, Ro. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis nostræ, Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Consequenter excludit impedimentum pœnitentiæ cum dicit [Et ne. ve.] Duplex impedimentum est pœnitẽtiæ. Præsumptuositas de se, & desperatio de diuino iudicio, primo remouet primũ, secundò secũdũ, ibi. [Iã nunc] Circa primũ duo facit, primo excludit impedimẽtũ, Secũdo, assignat rõnẽ, ibi. [Dico

A

B

C

D

E

enim]Dicit ergo[Et ne uelitis dicere, &c.]Isti secundum carnē F erant de genere Abrahæ, unde poterant credere ꝙ quantuncūq; peccarent, deus misereretur eis propter Abraham, Exod. 32. Cur dñe irascitur furor tuus, &c. & post. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob seruorū tuorū, &c. Et ideo excludit hoc Ioānes. Et ne uelitis dicere. Et est modᵒ loquēdi, quasi diceret, non dicatis hoc, quia nō ualebit uobis, Ro. 9. Nō qui filii sunt carnis hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine, &c. Isti enim multum gloriabantur de Abraham, sed dominus dicit Io. 8. Si filii Abrahæ estis, opera abrahæ facite, &c. Contra tales dicit Chrysost. Quid prodest ei quem mores deturpant generatio clara, &c. Et est etiam hoc in spiritualibus. Consequenter assignat rationem[Dico enim uobis.] Magis est enim magnum imitari patrem, quam nasci ex eo. [Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, &c.] Legitur Iosue. 4. quòd quando G populus Israel transiuit Iordanem siccis pedibus in memoriam miraculi, mandauit Iosue quòd extraherentur duodecim lapides ex fundo fluminis, & ponerentur extra, & duodecim de lapidibus exterioribus ponerentur intus. Ioannes autem in illo loco Baptizans, eos ostendit. potest autem intelligi dupliciter, ad litteram primo. Hoc enim est primum fidei fundamentum, credere omnipotentiam Dei, Iob. 42. Scio quia potes, & nulla te lateat cogitatio: uel possumus intelligere per lapides, gentiles, qui dicuntur lapides propter duo, primum quia lapides adorant: Secundo, propter duritiem, & licet lapides sint duri, tamen diu conseruant impressionem, & licet etiam ædificium ex eis factum tarde fiat, tamen forte est, & durabile. Vnde gentiles quamuis fuerint duri ad recipiendum fidem Christi, tamen tenuerunt fortiter. hoc significatur, Ezech. 36. Auferam a uobis cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meū ponam in medio uestri. Secundum autem Hiero. in uerbis istis uidetur reducere ad memoriam prophetiam, Esa. 51. Attendite ad Abraham patrem uestrum, & ad Saram quæ peperit uos, &c. Nominat enim petram Abraham propter impotentiam generandi, & Saram propter sterilitatem: quasi dicat Deus qui fecit potentē Abraham, & fœcundam Saram [potens est de lapidibus istis, &c. [Iam enim &c.] Possent enim dicere: nec credimus quòd aliqua ira superueniat nobis, & ideo hoc remouet dicens. [Iam enim.] Vnde primo ponit iudicium. Secundo ponit sententiam iudicii. Dicit ergo[Iam enim] Dupliciter enim aliqui pœnitere nolunt, ex desperatione iudicii, quia non credunt iudicium esse, Eccl. 5. Ne dixeris est mihi sufficiens ira, Iob. 13. Fugite a facie gladii quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Aliqui autem ex mora. Secundæ. Pet. 3. Non tardat Deus promissionem suam, sicut quidam æstimant, sed patienter agit propter nos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti. Sed utrunque Io. excludit, primo primam, cum dicit [Iam enim] Secundo secundam, cum dicit. [Iamq;] quasi dicat. Non tardabit. Et tripliciter intelligitur hoc. Chrys. dicit quòd per securim intelligitur districtio diuini iudicii, quæ quandoq; per securim, quē per arcum, & gladium designatur. Psal. 7. Nisi conuersi fueritis gladium suum uibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum &c. Hieron. Per securim prædicatio euangelii intelligitur, quia sicut per doctrinam euangelii aliqui ducti sunt ad uitam: ita contemptores ad mortem. Hiere. 23. Nonne uerba mea sicut ignis, & quasi malleus conterens petram, Luc. 2. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, &c. Iam enim, &c. quasi dicat in promptu est ut ueniat. Secundum Gregorium per securim Redēptor noster intelligitur, qui uelut ex manubrio, & ferro ex humanitate, & diuinitate constat, cuius humanitas quia patienter expectat, quasi tenetur: diuinitas, quasi ferrum incidit. securis ergo ad radicem ponitur, quia iudicium fit per Deum hominem. & dicit ad radicē propter duo, quia in radice fit præcisio uniuersalis, eius etiam quod est in ramis. Item quia quod a radice exciditur, non germinat: quasi diceret uniuersalis erit extirpatio malorum. Sequitur ergo, & ponit primo uniuersalitatē dicens [omnis arbor.] quasi dicat tam Iudæus quam gentilis. Ro. 2. Non est acceptio personarum apud Deum. deinde culpam: quia non facit fructū, propter solā. n. omissionem fit punitio. Matth. 25. Esuriui, & nō dedistis mihi manducare. Tertio ponit pœnā duplicem pœnā. temporalem [excidetur] sc. ex hac uita, Luc. 13. Ecce tres anni sunt ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, succide ergo illam. Et post. Vt quid terram occupat. Et hoc est [Excidetur] cum prosperitate terrena. Item ponit pœnam æternam. Vnde dicitur [In ignem mittetur] Esa. ultimo. Vermis eorū non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et infra. 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. [Ego quidem Baptizo.] Supra Ioannes exhortatus fuit ad pœnitentiam explendam, modo intendit facere quod frequenter dixerat, scilicet annuntiare regnum cælorum. Et circa hoc duo facit. primo ponitur præparatio ad Regnum. Secundo agitur de prænuntiatione Regni, ibi [Qui autem post, &c.] Regnum illud Christus est, de quo Luc. 17. Regnum Dei intra uos est. Præparatio quidem est Baptismus. Vnde. [Ego quidē] Quod mirabile est uobis [Baptizo] in aqua sola scilicet quia sum purus homo. vnde non poterat nisi corpus lauare, nec poterat dare Spiritum sanctum, cum nondum esset solutum pretium pro peccato, Hebr. 9. Non enim fit remissio sine sanguine. Item spiritussanctus nondum descenderat, nec Christus tactu suæ carnis aquam sanctificauerat. Quare ergo Baptizabat? Propter tria. primo ut præueniret Christum Baptizando, Luc. primo. Præibis ante faciem domini parare uias eius. Secundo ut congregatis hominibus haberet opportunitatem prædicandi de Christo, Ioan. 1. ut manifestaretur in Israel: propterea ueni ego in aqua baptizans. Tertio, ut ad baptismum Christi præpararet. Vnde consuetudo est in ecclesia, ut prius catechumini fiant qui baptizari debent scilicet ut fiat quædā præparatio, & accipiant quoddam signaculum, per quod idonei reputantur. Et hoc est quod dicit. Ego Baptizo, ut scilicet sciatis uos aptos esse, qui a Christo Baptizari intendistis. Nota quòd magister in quarto sententiarum dicit, quòd Baptizati a Ioanne non baptizabantur a Christo, nisi illi qui ponebant spem suam in Ioanne. Sed hoc falsum est, unde dicit. Ipse uos Baptizabit. Item nota quòd Augustinus movet quæstionem. si post Baptismum Ioannis rebaptizabantur, quare non rebaptizabantur post Baptismum hæreticorum? Dicendum quòd Ioannes Baptizabat in persona sua: hæretici in persona Christi, unde Baptismus Christi iudicandus est. Consequenter agitur de Regno. Et primo ostendit dignitatem ipsius. Secundo officium eius, ibi. [Ipse uos.] H Dicit ergo[Qui post me uenit.] Nascendo, Baptizando, prædicando, moriendo, ad inferos descendendo. Sed hic de duobus tantum loquitur uidelicet de prædicatione, & baptismo. unde dicit. [Qui post me uenit] ad baptizandum, & docendum. Luc. 1. Ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Eliæ. [Fortior me est] & fortior eius Baptismus. 1. Reg. 2. Non est sanctus ut est Deus, Iob. 9. Si fortitudo quæritur robustissimus est, & ne sic credatur quòd sit comparatio inter eos, Dicit [Cuius non sum, &c.] Quasi dicat incomparabiliter me dignior est, ut exponit Chrysostom. ita ut ei officium non debeam exhibere. Sed sciendum quòd in aliis tribus euangeliis non est sic, quia illic dicitur soluere, hic portare. Vnde dicit Augustinus quòd Ioan. uoluit tantum suam humilitatem & Christi excellentiam ostendere, & tunc idem significatur in omnibus, unde dicit, quòd hoc fuit per spiritussancti inspirationem quòd in talibus Euangelistæ dissonent in uerbis, ut documentum accipiamus quòd non mentimur, si eadem sensu cum aliis loquimur, quamuis non eadem uerba dicamus. Si uero misticum aliquid significare uoluit, tunc differentia est in uerbis Matthæi, & aliorum, & possunt in corrigia calciamenti duo significari, quia per calciamentum humanitatem, Psalmus. 59. In Idumæam extendam calciamentum meum. Corrigia est unio quia humanitas ligata est diuinitati: & quia non reputabat se sufficientem ad explicandum mysterium unionis, ideo dicit. [Cuius non sum, &cæt.] Vel mos erat apud Iudæos, Deuther. 21. quòd si quis nollet accipere uxorem fratris sui deberet soluere corrigiam ab illo, qui uxorem accipiebat. Sponsa Christi ecclesia est, tunc ergo Ioannes reputabat se indignum esse accipere sponsam Christi. Vel aliter secundum Hilarium, calciamentum portant quippe nuntiatores hu- K manitatis Christi per mundum, quod fuit seruatum Apostolis. Esa. 52. Quām pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem. Ergo Ioannes dicit se non esse dignum portare calciamentum quod Apostolis erat reseruatum. Maius enim officium est euangelizare quàm Baptizare, 1. Corin. 1. Non misit me Christus Baptizare, sed euangelizare. Nunquid ergo maiores Apostoli Ioanne? Non merito, sed officio noui testamenti. Et secundum hunc sensum dicitur, infra. 11. Qui minor est in Regno cælorum maior est illo. &c, vel aliter secundum Chrys. pedes Christi sunt Apostoli, & alii eius famuli inter quos Ioannes erat. Calciamentum est infirmitas eorum, quia sicut decor pedum non cognoscitur quamdiu teguntur calciamento, sta decor Apostolorum, 2. Corinthiorum. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabiter in me uirtus Christi [cuius non] quia nec ipse nec Apostoli se dignos reputant, ut sint ministri euangelii Christi, 2. Corinthiorum. 3. Fiduciam talem habemus

bemus per Christum ad Deum, non quòd sufficientes simus A cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est &cæt. Si ergo diuersa significat secundum mysterium, quid horum dixit Ioannes? Dicendum secundū Augustinum, quòd si uerba Ioan. ad diuersa referuntur, sic utrunque dixit. Vel quòd Ioannes turbis prædicans quandoque dixit illud, quandoque aliud. Consequenter agit de officio Christi, & primo de officio Baptizandi: secundo de officio iudicandi, ibi [Cuius uentilabrum.] Dicit ergo. [Ipse uos, &c.] Multi libri habent, & ignis. B Sed loquuntur more græcorum, qui carent ablatiuo, & dicit. [Spiritu sancto, &c.] In quo datur intelligi quòd Baptismus Christi habet amplius quàm Baptismus Ioannis, quia addit super illud, quia Christus in aqua, & spiritu Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto non potest introire in regnum Dei, &c. Sed nota quòd dicit. Baptizabit uos in spiritusancto, insinuat habendam esse affluentiam spiritussancti, quā habentes totaliter abluuntur, Act. 1. Vos autem Baptizabimini spiritusancto, &c. Insinuat etiam facilem immutationem. [Et igne] Istud multipliciter exponitur. Hieronym. dicit, quòd idem designatur per spiritumsanctum, & ignem, Luca. 12. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? idest spiritumsanctum. Et ideo etiam in igne apparuit, Act. 2. Et apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquam ignis secundum Chrysostom. per ignem significatur præsens tribulatio quæ purgat peccata. Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sed sciendum, quòd dicit istud baptisma esse necessarium, quia Baptismus spi C ritussancti continet mentem, ne uincatur a tentationibus, sed non totaliter tollit germina carnis: & ideo necessaria est tribulatio, quia caro tunc attrita non germinabit concupiscentiam. Necessarius ergo est ignis qui reficiat carnem, uel per ignem intelligitur purgatio futura in purgatorio, primæ Corin. 3. Quale sit opus ignis probabit. Hilarius autem exponit de igne inferni, & dicit quòd duo intendit in hoc quod dicit. Ipse uos, &c. salutem scilicet quam efficit in præsenti, & in futuro. In futuro purgabit per ignem inferni, inquantum attrahet malos, & hoc consonat ei quod sequitur. Paleas, &c. Consequenter agitur de iudiciaria potestate. [Cuius uentilabrum, &c.] Et primo tangitur iudiciaria potestas: secundo iudicii effectus: Tertio iudicii modus. Dicit ergo. [Cuius uentilabrum] & utitur similitudine. Area dicitur ecclesia. Fruges, fideles, qui congregabuntur per Angelos, Luc. 10. Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam, Ioan. 4. Qui misit me ut perficiam opus eius. Ventilabrum, iudiciaria potestas Christi, quæ discernet triticum a paleis. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, Act. 10. Ipse est qui constitutus est a Deo iudex uiuorum, & mortuorum. Permundabit idest perfecte mundabit: primo per tribulationes quæ sunt quasi quidam uentus, qui si non est, paleæ sunt cum tritico, ita etiam quamdiu sunt in ecclesia, non discernuntur boni a malis, & licet per minorem uentum paleæ tenues expelluntur, & per fortem grossæ: ita in ecclesia si crescat tribulatio etiam qui firmi uidentur, cadunt, Lucæ. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Secundo, per sententias Prælatorum, quando scilicet excommunicantur. Primæ, ad Corinth. 5. Auferte malum ex uobisipsis. Tertio, in die iudicii quando segregabuntur boni a malis, infra, uigintiquinque. [Et congregauit in horreum suum] scilicet paradisi [triticum] idest electos, Psalmus, 105. Saluos nos fac domine deus noster, & congrega nos de nationibus. [Paleas autem.] Et nota quòd differentia est inter paleas, & zizania. Aliud enim est semen palearum, & zizaniorum, quia palearum est idem semen cum tritico. Vnde per zizania possumus intelligere schismaticos, qui non communicant nobiscum in sacramentis, per paleas fideles licet malos. Sed utrique igni comburentur. [Igni inextinguibili.] Esa. ultimo. Ignis eorum non extinguetur, & dicit inextinguibili ad differentiam ignis purgatorii. De hoc igne, infra uigintiquinque. Ite maledicti in ignem æternum, &c.

b ¶ Tunc uenit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannē, ut Baptizaretur ab eo, Ioānes autē prohibebat eum dicens. Ego a te debeo Baptizari, & tu uenis ad me? Respondēs autē Iesus dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnē iustitiā. Tūc dimisit eū. Baptizatᵒ aūt Iesus, cōfestim ascēdit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & uidit spiritū Dei descēdētē sicut cōlumbā, & uenientē super se. & ecce uox de cælis dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Iordanem ad Ioannem. Iordanis interpretatur descensus, & significat humilitatem, quæ debet esse in Baptizando ad gratiam percipiendam, Iacob. 4. Humilibus autem dat gratiam. Ponitur officium. [Vt Baptizaretur.] Deus uoluit Baptizari a Ioan. quatuor rationibus, primo ut Baptismum Ioan. conseruaretur, quia illi aliqui detrahebant, infra. 21. Secundo, ut suo tactu totam consecraret aquā. Et ideo Baptismus dicitur fieri de fontibus Saluatoris, Esaia. 12. Hauriētis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, &c. Tertio, ut demonstraret in se ueram conditionem hominis, quia sicut fuit in similitudinem carnis peccati, Romanorum octauo, ita uoluit mundari quasi peccator. Quarto, ut aliis imponeret necessitatem Baptizandi. Prius enim uoluit seruare quæ imposuit, Act. primo. Cœpit Iesus facere, & docere, &c. Contra illos de quibus infra, 23. Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea tangere, &c. D Consequenter ponitur admiratio. Et nota tria. Primo enim Ioannes recusat honorem sibi oblatum: Secundo, confitetur suam humilitatem. Tertio, suam infirmitatem. Secundum, ibi. [Ioannes autem.] Eccl. 7. Noli quærere ab homine Ducatum, neque a rege cathedram honoris. Tertium, ibi. [Ego a te, &c.] Cognoscebat enim quòd interius Baptizaret, & ideo dicit. [Baptizari] idest ab originali peccato mundari. Ita dicit gloss. Sed contra, quia erat sanctificatus in utero. Sed dicendum quòd ante aduentum Christi aliqui quodam modo mundati sunt, quantum ad infectionem personæ per circuncisionem, & huiusmodi: sed quantum ad culpam, & infectionem totius naturæ nullus mundatus fuit ante passionem Christi. [Et tu uenis ad me?] Psalmus 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me conformata est, & non potero ad eam &c. Consequenter ponitur Christi satisfactio. Nota quòd Ioan. unum fecerat, quia prohibebat, & duo dixerat. [Ego a te, E &c. Et tu uenis, &c.] Et tamen Christus ad unum non respondit. Ad hoc scilicet [Ego a te.] Sed respondit ad hoc quòd prohibebat. Vnde. [Sine modo.] Et dicit. [modo.] quia secundum Chrysostom. Ioan. postmodum Baptizatus est a Christo, non solum Baptismo flaminis: sed etiam aquæ. Vel [sine modo.] Hoc dicit quia postmodum Baptizatus est Ioan. Baptismo spiritussancti. Vel [sine modo.] ut Baptizer Baptismo aquæ, quia alio Baptismo habeo Baptizari scilicet Baptismo passionis. Luc. 12. Baptismo habeo Baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficitur. Et isto etiam Ioan. Baptizatus est a Christo, inquantum mortuus est pro iustitia, quod idem est quòd mori pro Christo. Vel sine modo, quando gero formam seruilem, implere me humilitatis officium, quia quando apparebo gloriosus, tunc Baptizabo te Baptismo gloriæ. Consequenter respondet Christus admirationi, & dicit. [Sic enim decet nos, &cæt.] Quod exponitur tri-

pliciter. Primo, sic decet nos implere omnem iustitiam scilicet per Baptismum. Futurum enim erat, quòd Christus impleret omnem iustitiam, & legis & naturæ; sed uoluit per istam uiam implere, quia sine Baptismo non impletur, Ioan. 3. Nisi quis natus fuerit denuo non potest uidere regnum Dei, &c. Remigius sic exponit. Sic enim decet, &c. Decet me dare exemplum huius sacramenti, in quo datur plenitudo omnis iustitiæ, quia datur plenitudo gratiæ, & aliarũ uirtutum, Psalmus. 64. Flumen Dei repletum est aquis, scilicet gratiarum. Vel sic. [Sic enim, &c.] idest decet me habere perfectam humilitatem. Primus gradus est non præferre se pari, & subiicere se maiori, quod quidem est necessitatis. Secundus cum subiicit se æquali: perfecta autem quando Prælatus se subiicit inferiori. Et hoc est. [Sic enim decet, &c.] id est perfectam humilitatem implere. Sed cum esset inter eos talis altercatio, Christus uicit. Vnde [Tunc dimisit eum, &c.] Hoc est permisit ut ab eo Baptizaretur. gloss. Vera est humilitas, quam non deserit obedientia, pertinaciter enim resistere, superbiæ est, 1. Reg. 15. Quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Sic enim laudatur Hierem, & Moyses qui finaliter consenserunt. Consequenter cum dicit. [Baptizatus, autem Iesus, &c.] Ponuntur quatuor consequentia ad Baptismum. Et sciendum quòd sicut Christus in suo Baptismo dedit exemplum Baptizandi aliis, ita in consequentibus Baptismum, dedit intelligere quæ nos consequamur. Sunt autem quatuor consequentia scilicet ascensus Christi, apertio cæli, apparitio spiritussancti, & protestatio patris, Primum, ibi. [Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua.] Et ad literam hoc dicit, quia fluuius habebat alueos altos. In hoc tamen significatur, quòd illi qui Baptizantur, ascendunt per bona opera, & dicit [statim.] Quia immediate Baptizati in Christo induunt Christum, Gal. 3. Quicunque enim in Christo Baptizati estis, Christum induistis. Item adipiscuntur hæreditatem cælestẽ, 1. Pe. 1. Regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem in hæreditatem incorruptibilem. Et hoc est, [& aperti sunt cæli.] Hoc non est intelligendum corporaliter, sed imaginaria uisione. [Et aperti sunt ei cæli.] Et significat hoc quòd humano generi clausum erat cælum per peccatum, Gen. 3. Et collocauit ante paradisum uoluptatis cherubin, & flãmeum gladium, atque uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. dicitur quòd posuit seraphim, sed apertum est per Christum. Sed quæritur, quare aperti sunt ei cæli, cum semper fuerint ei aperti? Et dicendum secundũ Chrysostom. quòd euangelista loquitur secundum communem modum locutionis: quia merito Baptismi eius, aperti sunt nobis, sicut rex pro amico suo petenti pro alio gratiam, dicit, Concedo hoc uobis. Et sciendum quòd tria sunt hominum genera, q̃ stati ad cælũ euolãt post mortẽ, Baptizati, ut hic. Martyres, unde Act. 7. Ecce uideo cælos apertos, & filium hominis stantem a destris uirtutis Dei. Et qui peregerũt pænitẽtiam, Act. x. dicitur, quòd Petro oranti apertum est cælum, &cæt. Consequenter ponitur apparitio spiritussancti, Vnde [& uidit spiritum dei descendentem, &c.] Hoc est quod competit Baptizatis, qui accipiunt spiritumsanctum in se, Ioan. 3. Quod natum est ex spiritu, spiritus est. idest spiritualis est. [Et uidit.] non imaginaria uisione: alias ipse solus uidisset. [Spiritum Dei] idest columbam. Et sciendum, quòd nihil corporale dicitur de Deo: secundum substantiam suam, sed uel per imaginariam uisionem, Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, &c. Vel per significationem, 1. Corin. 10. Petra autem erat Christus, &c. Vel per assumptionem in unitatem personæ, Ioan. 1. Verbum caro factum est. Nullo autem istorum modorum spiritussanctus dicitur columba. quòd non per imaginariam uisionem, patet, quia communiter ab omnibus uisa est. Non per significationem, quia non primo extiterat. Non per assumptionem in unitatem personæ. Et ideo est quartus modus, qui est quando de nouo formatur aliqua species ad repræsentationem diuinorum effectuum, sicut in Exo. 3. Apparuit dominus in igne, & rubo, & in legislatione, in fulgure, & tonitruo, Exo. 19. Vnde columba fuit ad repræsentandam influentiam spiritussancti. Et hoc est. [Et uidit, &c.] Apparuit autem in specie columbæ propter quatuor. Primo propter charitatem, Columba enim est animal amorosũ. Chrysost. Alia dona habet etiam seruus Diaboli in simulatione quæ habet seruus Dei in ueritate. solam charitatem sanctispiritus, non potest immundus spiritus imitari. Can. 5. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Secundo propter innocentiam, & simplicitatem, infra 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Tertio, quia habet gemitũ pro cantu, & homo sanctificatus per spiritumsanctũ debet gemere pro peccatis, Naum. 2. Et ancillæ eius minabantur, gementes ut columbæ, &c. Quarto, propter fæcunditatem. Vnde etiam præcipiebatur in lege, ut offerrent columbam: & hoc conuenit Baptizatis, quia sicut dicit, Io. 3. Quod natũ est ex spiritu, spiritus est. [Descendentem, &c.] Semper emanatio donorum diuinorum a Deo in quacunq; creatura ẽ per descensum, quia creatura non potest recipere nisi per descensum in illam, Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est, descendens a patre luminum. [Et uenientem, &c.] Nota missio uisibilis semper est signum missionis inuisibilis, & significat aut gratiam de nouo acceptam, aut augumentum gratiæ, sicut in Apostolis, quando in linguis apparuit spiritussanctus, significauit augumentum gratiæ. Item missio talis uel significat gratiã tunc factam, aut prius factam. In Christo autem non significauit nouum effectum, quia ab instanti conceptionis suæ fuit plenus gratia, & ueritate: sed gratia quæ fuit ante super se, fuit inquantum homo non inquantum Deus. Consequenter cum dicit. [Et ecce uox de cælo, &c.] Ponitur protestatio patris. [Hic ẽ filius meus] nota quòd baptismus non solum facit spirituales, sed etiam filios Dei, Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et sciendũ quòd ista uox, quasi exprimit illud, quod columba significauit, [dilectus] Non sicut aliæ creaturæ, Sap. 2. Sed tanquam filius natura lis, Ioan. 5. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Hoc etiam significat, Psalmus. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te &c. Sed quia sancti etiam diliguntur ab eo addit [filius] per quod distinguit filium secundum unum intellectum ab aliis. [In quo mihi complacui.] In quocunque enim relucet bonum alicuius, in illo aliquid complacet sibimet, sicut artifex sibi cõplacet ĩ pulchro artificio suo, & sicut si homo uideat suam pulchram imaginẽ in speculo. Bonitas diuina est in qualibet creatura particulari, sed nunquam tota perfecta nisi in filio, & spiritusancto, & ideo totum non complacet sibi nisi in filio, qui tantum habet de bonitate quantum pater. Et hoc est. [In quo] idest ego complaceo mihi in ipso, Ioan. 3. Pater diligit filiũ, & omnia dedit, &c. Sed nota quòd contrarietas quẽdam uidetur esse inter istum euangelistam, & alios, quia Marcus 1. ca. & Luc. 3. cap. dicunt [Tu es, &c.] Matth. uero est, &c. & in te. Sed eadem est sententia, quia quod dicitur. [Tu es.] Hoc directe uidebatur dici ad Christum, sed dicebat propter alios, quia Christus certus erat de dilectione patris. Et ideo Matth. expressit intentionem dicentis, & dicit. [Hic est &c.] Vnde demonstrat quasi aliis dictũ esse. Ita dixit Augu. Item quæritur, quare Matth. & Marcus dicunt. [In quo mihi,] Lucas uero, in te. Augu. dicit quòd pater in filio complacet sibi, & hominibus. Propter hoc ergo quòd dicitur. [In quo.] Significat quòd complaceat sibi in hominibus. Vnde complaceat aliis mihi idest ad honorem meum, quia aliquiui dentes filium, glorificauerunt patrem. Vel secundum utrunque sensum. In quo mihi complacui idest placitum meum fuit imple re salutem hominum: Et hoc est [In te] idest per te. Et nota quòd in isto baptismo non solum repræsentatur finis & fructus, sed et forma baptismi, quæ est, In nomine patris, & filii, & spiritussancti, infra ultimo. Filius enim fuit in carne, pater in uoce, spiritussanctus in columbæ specie. Et nota quòd hoc quod seorsum fuit nõ, pertinet ad diuisionem operationis personæ de Trinitate, cũ sicut est communis essentia, ita operatio, sed hoc dicitur propter appropriationem quandam, quia tota Trinitas illud & columbã creauit, & carnẽ creauit, sed referuntur ista ad diuersas personas.

CAP. IIII.

VNc Iesus ductus est in desertum a spiritu ut tẽtaretur a Diabolo, & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, & accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiãt, qui respõdens dixit. Scriptum est, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum Diabolus in Sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum, Scriptum est, Non tentabis dominum Deũ tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde & ostẽdit ei omnia regna mũdi, & gloriam eorũ, & dixit ei, Hæc omnia dabo tibi si cadens adorauero me. Tunc dicit ei Iesus, Vade retro Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.

a CAP. IIII.

SVPRA ostẽsum est, quòd Christus se præparauit ad doctrinã baptismũ accipiendo, nũc aũt tentationẽ superãdo. Circa hoc duo facit. Primo ponitur uictoria, quã de tẽtatione habuit. Secũdo, quõ discipulos ad doctrinã audiendã uocauit, ibi. [Ambulãs aũt &c.] Circa primũ tria facit. Primo p̃mittit q̃dã p̃ambula de tẽtatione. Scẽdo ponitur tẽtationis insultus, ibi. [Et accedẽs &c.] Tertio uictoria, ibi [Tũc reliq̃t &c.] Ponũtur aũt tria p̃ãbula. silẽcus, ieiuniũ, & famis expiẽtia. Quãtũ ad primũ, quatuor tãgũtur tp̃s, & locus, ductor, & finis huius ducatus. Tẽpus. [Tũc.] qn. s. iã declarabatur uoce p̃ña q̃ esset filius dei. In quo dat intelligi, qa illis tẽtatio imminet. qui efficiũtur filii dei per Baptismũ. Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. &c. Istud desertum erat inter Ierusalem, & Iericho, ubi multi occidebantur. De quo Luc. 10. Homo quidam descendit ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Et nota quinque rationes quare quis post acceptam spiritualem gratiam tentatur. Prima ut accipiat experimentum suæ iustitiæ, Eccles. 30. Qui non est tentatus qualia scit? Secundo ad reprimendam superbiam 2. Corin. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, da tus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ qui me colaphizet, &c. Tertio ad confundendum Diabolum. ut sciat quanta sit uirtus Christi, ut eũ superare nõ possit. Huius exẽplum habetur, Iob. primo. Nunquid considerasti seruum meum Iob &c. Quarto ut fortior reddatur: sicut milites fortes redduntur per experientiam, Iud. 3. Quare uoluit dimittere hostes cum filiis Israel? Quinto, ut suam dignitatem cognoscat, quia quando diabolus aggreditur aliquem hoc cædit ad honorem, quia Diabolus sanctos aggreditur, Iob. 40. Cibus eius fænum, &c. & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Sequitur de loco. [Tũc ductus est Iesus in desertum.] Hoc conuenit præcedentibus, & subsequentibus, quia conueniens fuit, quòd post baptismum desertum intraret. Hoc significatur in populo Israelitico, qui post transitum Maris rubri, qui fuit figura baptismi, in terram promissionis uenit per desertum, & solitudinem, Ita Baptizati uitam solitariam, & quieram debent quærere, corpore mundum derelinquendo, uel mente, Oseæ. 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, &c. Psalmus. 54. Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine. Conuentens enim erat ut exiret in deserto, quasi ad singulare certamen cum Diabolo. Chrysosto. Ille in desertum uadit, qui exit extra fines idest uoluntatẽ carnis & mundi, ubi non est locus tentationis. Quomodo enim de libidine tentatur, qui tota die est cum uxore? Sed qui non exeunt, a uoluntate carnis, & mundi, non sunt filii Dei sed filii Diaboli, qui etiam uxorem propriam habentes, appetunt alienam: sed filii Dei habentes Spiritum Sanctũ, ducuntur in desertum, ut tententur cum Christo, de quo sequitur. Ductus est a Spiritu intelligẽ sancto. Sed ille qui ducit, maior est eo qui ducitur. ergo spiritussanctus maior. Christo? Respondendum, si referatur ad Iesum secundum quòd est filius Dei, sic est æqualis spiritusancto, & aliquis potest alium ducere, uel Imperio, & sic est maior: uel exhortatione, & sic est par, Io. 1. Andreas duxit, &c. spũs & sic ductus est Iesus. Hilarius refert ad Christum, secundum quòd homo: Spiritussanctus hominem quem repleuerat, exponit tẽtationi. Homines enim tunc ducuntur a spiritusancto, quãdo charitate mouentur, sic quòd non motu proprio mouentur sed alieno, quia sequuntur impetum charitatis, 2. Cor. 5. Charitas dei urget nos, Et sic filii Dei aguntur a spiritusancto, ut tempus huius uitæ quæ plena est tentationibus, (Iob. 7. Tentatio est uita hominis super terram) transeant cum uictoria per Christi uirtutem. Ipse enim tentari uoluit, ut sicut morte sua uicit nostram, sic tentatione sua superet omnes tentationes nostras. Hebræ. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Gregorius dicit, quòd est triplex tentationis gradus scilicet per sugestionem, delectationem, & consensum. Prima ab extrinseco est, & potest esse sine peccato, Secunda est ab intrinseco, ãn qua incipit esse peccatum, quæ quidem perficitur per consensum. Primus gradus potuit esse in Christo, non alii. Et nota quòd Diabolus non fuisset ausus accedere ad tentandum Christũ, nisi prius Christus accessisset ad eum. Consequenter ponitur, secundum præambulum scilicet ieiunium. [Et cum ieiunasset, &c.] Quod conuenit, & præteritis, & futuris. Præteritis quia conuenienter aliquis post baptismum ieiunat, cum post Baptismũ non est ocio uacandum, sed exercendum in bonis operibus. Galet. 5. Vos autem fratres in libertate uocati estis. Libertas autem uera non est committenda carnali uitæ. Item futuris, competebat ut is ieiunaret quem Diabolus erat tentaturus, quia hoc genus Dæmoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium, Matth. 17. [Quadraginta diebus.] Ad literam hoc intelligendum est, Et addit & [noctibus] ne crederent aliqui q̃ comedere licẽret in nocte, sicut sarraceni faciunt. Et sciendũ quòd hic numerus præfiguratur in ueteri testamento in Moyse & Helia, Exo. 24. & 3. Reg. 19. Et latet in hoc mysterium, se numerus huiusmodi cõsurgit ex denario ducto per quaternarium. Denarius significat legem, quia in decem præceptis tota lex continetur. Quaternarius significat compositionem carnis, quia caro composita est ex quatuor elementis. Quia igitur nos per suggestionem carnis transgredimur legem diuinam, iustum est ut carnem nostram affligamus diebus quadraginta. Secundum autem Gregorium hic numerus est ad ieiunandum ab ecclesia institutus, quòd per hoc decimas soluimus totius anni. A prima .n. Dñica usq; ad Pascha, sunt triginta sex dies ieiunabiles qui sunt decima pars ipsius anni, sex diebus exceptis. Et ideo ab antiquo a quibusdam addita fuit dies media, quia ieiunabant usque ad mediam noctẽ sabbãthi sancti. Tertium additur. Quia [postea esuriit.] Non legitur hoc de Moyse, & Helya, qui homines erant, sed Christus esurire uoluit ut suam humanitatem demõstraret: quia aliter Diabolus aũsus non fuisset accedere ad tentandum eum, Phil. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, &c. Consequenter insultus tentationis ponitur, & est triplex. Primus de gula. Secundus de inani gloria. Tertius de ambitione. Secundum, ibi. [Tunc &c.] Tertium ibi. [Iterum assumpsit, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit insultũ Diaboli. Secundo, quomodo Christus respondit, ibi. Qui respondẽs. [& accedens tentator, &c.] Hoc enim poterat effici, ut ipse ad Iesum accederet in aliqua forma corporea. Et est triplex tentatio, quia Deus tentat ut instruat. Gen. 22. Tentauit Deus Abraham &c. Quandoque homo ut addiscat sicut Regina sabba. 3. Reg. 10. Vbi de ea dicitur, sed & Regina sabba audita fama Salomonis uenit tentare eum in ænigmatibus. Diabolus tentat ut decipiat Thes. 2. Ne forte tentauerit uos is qui tentat. Quicunq; uult tentare de scientia primo de communibus tentat. Communia autem totius generis humani uitia, sunt uitia carnis, & præcipue gula. Item qui uult obsidere castrum, incipit a debiliori parte, homo autem habet duas partes, carnalem & spiritualem. Diabolus ex parte debiliori semper tentat. Vnde primo de uitiis carnalibus tentat, sicut patet in primo parente. Quem primo tentauit de gula. Sed notanda est mira astutia in tentando. [Si filius Dei es.] Ita enim directe de uno tentauit, quòd ex obliquo de alrero. Vnde in primo homine suadebat quòd comederet ẽ ligno, quod ad peccatum carnale. s. gulæ directe pertinebat, sed latenter inducebat ad superbiam & auaritiam quæ sunt peccata spiritualia. Vnde dixit, & eritis sicut dii. Ita ĩ Christo. Audierat enim quòd Christus uenturus esset in mundum, & hic uidebatur esse filius Dei, sed in dubitationem uenerat, utrũ hic esset ille de quo erat prophetatum, quia nihil inueniebat in eo, Ioan. 14. Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicq̃uam. Vnde suggerebat quod homini esurienti delectabile est. Item induxit ad appetendum ea quæ sunt Dei. Et hoc est. [Si filius Dei, &c.] Ecc. 8. Sermo illius, potestate plenus est, & Psalmus. 32. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Ergo potest eius uerbo lapis mutari. ergo uolebat inclinare ad hoc quod si faceret, sciret esse filium Dei. Si non: inducebat ad arrogantiam. Et notandum quòd multi homines sunt qui consentiũt peccatis carnalibus æstimantes, quòd non debeant amittere statũ spiritualem. Sed si in hoc quòd tentatur consentiens homo, non amitteret spiritualitatem, leuis esset tentatio. Ita persuadere uoluit mulieri Diabolus & Christo, promittens spiritualia. [Qui respondens &c.] In ista responsione dat tria documenta quæ facienda sunt tentato. Primum ut recurrat ad scripturæ medicinam, Psalmus. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi, &c. Vnde dixit. [Scriptum est.] Secundum documẽtum ut homo nihil faciat ad arbitrium Diaboli. Vegetius, Nihil unquam sapiens dux debet facere ad arbitrium sui hostis, etiam si bonum uideatur. Et ideo dominus cum posset sine peccato lapides in panem commutare, noluit, quia ille suggerebat. Tertium est, quod non debet facere sine utilitate ad ostentationem suæ uirtutis, quia hoc est uanitas. [Qui respondens &c. Non in solo pane, &c.] Notandum, quòd Diabolus ad duo nitebatur. Primo ducere in affectum carnalium. Item præsumptionis. Christus autem contra utrunque primo uitat iactantiam, quasi dicat. Tu uocas filium Dei, ego nomino hominem. Vnde [non in solo pane, &c.] Item trahit Diabolus in affectum carnalium, Dic ut lapides, &c. Hic trahit se in affectum spiritualium. [sed in omni uerbo.] Quasi dicat, Non tantum uita corporalis affectanda est, quantum uita spiritualis

lis, quæ conseruatur per cibum spiritualem. [Sed in omni uerbo] Ioan. 8. Domine ad quem ibimus, uerba uitæ æternæ habes, Psalmus. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me, &c. Et dicit. [in omni uerbo.] Quia tota spiritualis Doctrina est a Deo, siue ab homine, siue a Deo dicatur, Et iterum de ore. Quia prædicator os Dei, Hiere. 5. Si separaueris prætiosum a uili, quasi os meum eris. Vel aliter; Nõ in solo idest non uiuit solum homo per panem, sed etiam uerbo idest Imperio Dei potest conseruari sine aliquo cibo. Tunc assumpsit eum, &c.] Posita prima tentatione, de qua Diabolus victus fuit; nunc ponitur secunda scilicet de inani gloria. Et ordo congruus est, quòd postquam Diabolus se victum uideret uitio carnali, tẽtaret de inani gloria, uel superbia, quia superbia bonis operibus insidiatur, ut pereant. Augustinus in regula. Circa istam ergo tentationem tria facit. Primo ponitur locus tentationis. Secundo, insultus, siue conatus tentationis, ibi. [Si filius, &c.] Tertio, resistentia Christi, ibi. [Ait ei Iesus.] Sed sciendum quòd Lucas posuit tertiam tentationem hic econuerso, sed non est uis secundum Augustin. Quia omnia quæ narrantur hic, & in Luca narrantur, nec ponitur in Luca uel hic quæ fuit prima, uel secunda. Rabanus uero dicit quòd Lucas attendit ad ordinem historiæ & ideo sic ordinauit, secundum quod factum est. Matthæus uero naturam tentationis secutus est, quia post tentationem de gula, & de inani gloria, sequitur tentatio de ambitione. Ita enim fuit tentatus Adam. Quia primo de gula. Vnde Genesis Secundo. In quacunque die comederis ex eo morte morieris. Secundo, de gloria, Eritis sicut dii. Tertio, de auaritia, siue ambitione. Scientes bonum, & malum. Sed quare dicit, [Tunc assumpsit?] Hoc enim nomen, assumptio, uim importat. & respondet Hierony, quòd hoc dicit euangelista secundum opinionem Diaboli, quia quòd Christus substinuit ex uirtute, Diabolus accepit quasi faceret sua potentia. Dicit [Sanctam] uel quia ibi, agebantur sancta temporalia scilicet sacrificia, & huiusmodi; uel dicit propter Sanctitatem patrum eorum qui ibi fuerunt. Vnde ex antiqua consuetudine uocat Sanctam, licet cessauerit, Esaiæ, primo. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicii? sed post dicit. Vocaberis ciuitas iusti urbs fidelis, &c. Sed sciendum quòd Marci primo dicitur quòd erat in deserto quadraginta diebus, &c. Ex quo uidetur quòd omnes tentationes fuerint in deserto. ergo non uidetur uerum esse quod dicitur. [Tunc assumpsit, &c.] Et est hic duplex responsio. Quidam dicunt, quòd omnes tentationes fuerunt in deserto, & quòd fuerunt secundum imaginariam uisionem scilicet quòd Christus ita imaginabatur, ipso etiam permittente. Alii dicunt quòd fuerunt secundum uisionem corporalem, & quòd Diabolus apparuit ei in specie corporali, hoc uidetur innui, quia dicit quòd assumpsit eum in Sanctam ciuitatem. Quidam dicunt quòd hoc ideo ad desertum pertinet, quia Hierusalem deserta erat a Deo. Sed dicendum melius quòd illud, quod dicitur Marci, primo, non est intelligendum quòd omnes tentationes fuerint in deserto, nec etiam ipse hoc dicit, sed quòd tentabatur a Satana. Et ideo sciendum quòd prima tentatio fuit in deserto: aliæ duæ extra desertum. Sed quæritur quomodo assumpsit. Dicunt quòd deportauit eum supra se, Alii, & melius, quòd exhortando induxit ad hoc quòd iret, & Christus ex dispositione suæ sapientiæ, iuit in Hierusalem [Et statuit eum super pinnaculum templi, &c.] Sciendum quòd legitur. 3. Regu. 6. Quòd Salomon fecit tria tabulata in templo cum tecto plano, & quædam pinnacula iuxta templum per quæ poterant homines ascendere. Et de hoc dicitur hic. [Et statuit &c.] Vtrum autem accesserit in primum, uel secundum, uel tertium hic non dicitur, sed certum est quòd aliquod ascendit. Sed nunquid homines non uidebant quando Diabolus Christum portabat? Dicendum secundum illos qui dicunt quòd eum portabat, quòd Christus sua uirtute faciebat quòd uideri non posset, Vel dicendum quòd Diabolus in figura hominis erat, & consuetudo erat quòd homines sic ascenderent. [& dixit ei, si filius Dei &c.] Semper Diabolus duabus sagittis percutit, ex una parte enim inducit inanem gloriam, ex alia parte homicidium, & hoc est. [Si filius Dei es, &c.] Sed certe ista consequentia Christo non conuenit, quia ei competit ascendere, Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, &c, Et dicit. [Mitte.] Quia eius intentio est semper præcipitare, sicut ipse præcipitatus est, Apocal. duodeci mò Cauda draconis trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eam in terram. Notat etiam Diabolus infirmitatem suam, quia nullus nisi uolens ab eo uincitur. Vnde dicit. [Mitte.] non

F præcipitar, Esaia. 51. Incuruare ut transeamus. Sed quare supra pinnaculum? gloss. Quia in illo loco docebant. Vnde significat quòd Diabolus Magnos de inani gloria tentat. Contra quod Apostolus. 1. Thesalo. 2. capitu. Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab aliis. Et dicit. [Mitte te deorsum, &c.] Quia homines qui quærunt gloriam, oportet quòd in tantum persuadeant ut ostendant dei filia-

nia tibi dabo, si cadens, adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus. Vade Satana: Scriptum est. n. Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eũ Diabolus, & ecce angeli accesserũt, & ministrabãt ei,

tionem in mulieris humilem, & ideo dicit Tullius in libro de officio cauenda est gloriæ cupiditas, eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Consequenter inducit authoritatem. [Scriptum.] Et utitur ista non ut doceat, sed ut decipiat, & ex hoc sumitur argumentum, quòd sicut ipse transfigurat se in Angelum lucis, ita & sui ministri, qui utuntur authoritate Sacræ scripturæ ad simplices decipiendum. 2. Petr. ultimo. Indocti, & instabiles depranant scripturas ad suam ipsorum perditionem, &c. Vnde hoc præfigurabat Diabolus in se sicut in capite. [& quia Angelis.] Nota quòd tribus modis depranat quis authoritatem Sacræ scripturæ aliquando sicut cum dicitur de uno, & exponitur de alio; sicut si dicitur de uno iusto, & exponitur de Christo. Verbi gratia. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, Eccles. 31. Item pater maior me est. Hoc dicitur de Christo, secundũ quòd homo. Vnde si exponatur de eo secundum quòd filius Dei depranatur authoritas. Ita Diabolus hic dicit Angelis, quia Psalmus 91. Dicit hoc de membro Christi, qui indiget custodia Angelorum, quod patet, quia subdit. [Ne forte offendas.] Hoc enim non potest dici de Christo, quia non poterat offendere occasione alicuius peccati. Secundo modo depranat quando inducit quis authoritatem ad aliquid, ad quod non est authoritas. Sicut illud Prouerb. 21. & Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illum, &c. Si enim aliquid facit alicui ut ille puniatur a Deo, hoc facit contra sensum authoritatis. Ita Diabolus, quia scriptura intendit quòd homo iustus ita per Angelos custoditur, quòd in periculo non incidat, Psalmus. 9. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, &c. Diabolus autem exponit quòd homo periculo se ingerat, quod est Deum tentare. Tertio modo, quando illud quod est pro se de authoritate accipit, & aliud quando est contra se dimittit, quod est mos hæretici. Ita fecit hic Diabolus, quia dimisit illud quod subditur, quod erat contra eum scilicet. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Vnde factus est exemplar omnium scripturas depranantium. [Ait illi dominus.] Non uiolentia, sed sapientia se defendit. Sapient. septimo. Sapientiam non uincit malitia. Et ideo contra authoritatem ponit authoritatem quæ exponit præmissam, quasi dicat. Tu dicis ut proiiciam me, ut uideam an Deus eripiat me, sed hoc prohibetur in scriptura. Vnde [non tentabis, &c.] Deuteron. 6. Vel aliter, tu tentas & tentando contra authoritatem facis, non debet autem uti authoritate Sacræ scripturæ, qui contra authoritatem facit. Et scriptura dicit. [Non tentabis, &c.] Sed tu tentas dominum Deum tuum, qui sum ego, Ioan. 13. Vos uocatis me magister, & domine, & bene dicitis sum etenim, &c. Tamen prima est magis literalis. Consequenter ponitur tertia tentatio scilicet de ambitione, uel de auaritia. Vnde [tunc assumpsit, &c.] Et ponitur insultus. Secundo, resistentia Christi, ibi. [Tunc dicit ei, &c.] Tentat autem Diabolus dupliciter facto, & uerbo. Vnde [hæc omnia tibi dabo &c.] In facto duo considerandа sunt, quia primo assumpsit in montem. Secundo ostendit omnia regna mundi. Dicit ergo. [Tunc assumpsit.] De assumptione dictum est supra, sed hoc scilicet [in montem.] Potest dupliciter exponi. Rabanus dicit, quòd iste mons erat in deserto, quia secundum eum omnes tentationes in deserto fuerunt. Dicitur autem excelsus in comparatione ad aliquos qui in circuitu erant. Chrysost. autem dicit, quòd duxit eum ad maiorem montem de mundo, & hoc uidetur littera sonare, cum dicitur, excelsum ualde. In hoc autem significatur, quòd Diabolus semper ad superbiam erigit, sicut & ipse superbus est, Hierem. 13. Antequam offendant pedes uestri ad Montes caliginosos. Vnde etiam dicitur mens Hierem. primo. Ecce ego conuocabo omnes cognationes Regnorum Aquilonis ait dominus. [Et ostendit ei, &c.] Sciendum quòd Regnum mundi dupliciter accipitur. Primo spiritualiter, & sic Diabolus dicitur regnare in eo, Ioan. 12. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Secundo ad literam dicitur Regnum mũdi, secundum quod unus regnat super alium. Hoc autẽ quod hic dicitur, videtur quibusdã quòd dicatur de regno diaboli. Vnde [ostendit omnia regna mundi.] scilicet super quæ regnabat. [Et gloriam

gloriam eorum &c.] Quia quando perfecte regnat super homines, facit eos etiam gloriari, Prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peximis, psal. 51. Quid gloriaris in malicia? & hic est vltimus gradus peccati. Alii exponunt de regno carnali. Sed tunc quæritur, quomodo potuit ostendere omnia regna mundi. Remigi⁹ dicit, q̃ miraculose, quia omnia regna in ictu oculi ostendit, sicut etiam de beato Benedicto legitur, q̃ ostensus est ei totus mundus in vno intuitu. Sed sciendum q̃ istę dluæ non videntur bonæ expositiones, quia non oporteret dicere, q̃ assumpsit in montem excelsum &c. Quia totum hoc potuisset fieri in valle. Vnde dicit Chrysostomus aliter: [Ostendit ei,] non quòd ostenderit ei singula regna, sed ad quam partem singulum regnum esset, & non solum hoc: sed ostendit gloriam &c. Hoc est expressit ei temporalem gloriam mundi, Osææ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Philip. 3. Gloria in cõfusione ipsorum qui terrena sapiunt. Et dixit ei. [hæc omnia] in istis verbis duo facit. Vnum promittit: & aliud expetit: & in promissione est mendax: in expetitione superbus. Diabolus imprimis exploraui si esset filius dei: modo credens iam deprehendisse quòd non esset, dicit. Hæc omnia tibi dabo &c. Vbi mendax est: quia hæc non erant in potestate sua. Prouer. 8. Per me principes regnant, & potentes decernunt iustitiam &c. Dan. 4. Donec cognoscant viuentes: quoniam dominatur excelsus in regno hominum: & cuicũque voluerit dabit illud, alias non dixisset. [Hęc omnia &c.] Nullus enim malus regnat nisi permissione diuina. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hipocritam propter peccata populi. Expetit aliud. Vnde [si cadens adoraueris me.] Nota tria Primo quòd diabolus semper in id quod in principio appetiit peseuerat. Esa. 14 In cælum conscendam, super astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Et propterea inducit ad idolatriam homines volens vsurpare sibi quod dei est. Item nota quòd nullus adorat diabolum nisi cadat, sicut & ipse cecidit. Dan. 3. Cadentes adorauerunt statuam auream, Et ideo dicit. Si cadens &c. Tertio nota hic esse auaritiam. Vnde promittit regnum in quo intelligitur abundantia diuitiarum: & excellentia honorum. Et petit quòd cadat: quia ambitiosi semper humiliant se vltra debitum. Vnde Ambrosius. Habet ambitio domesticum periculum, curuatur obsequio: vt honori donetur. Et dum vult esse sublimis fit deiecta. Consequenter ponit deprehensus hostis. Vnde [tũc dicit ei Iesus [Et circa hoc duo facit. Primo cohibet tentationem, Secundo inducit authoritatem ibi. [Scriptum est &c. Dicit ergo. [Tunc &c.] Nota quòd christus audierat multas iniurias: sed non curauit. Sed hoc. [si cadẽs &c.] non substinuit: quia primæ cedebantur in iniuriã sui: sed hoc ad iniuriam dei. Vnde Chrysosto. Iniuria propria tollerande est: iniuriam dei dissimulare nimis est impium. Et ideo dicit. [Vade retro &c.] 2. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituũ: quia dereliquerunt pactum suum filii Israel, psal. 69. Zelus domus tuæ comedit me. Item quòd non est in potestate diaboli, vt tentet quantum vult: sed quantum deus permittit. Vnde dicit. [Vade:] quasi dicens. Nolo quòd amplius tentes, 1. Corin. 10. Fidelis deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis sed facier etiam cum tentatione prouẽtum, vt possitis sustinere. Iob. 38. Hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Et notandum quòd dominus quasi similia verba dixit Petro: infra. 16. Sed ibi dixit. [Retro.] Vnde alia est sententia hic & ibi: quia sathan interpretatur aduersarius. Voluit ergo dominus, quòd Petrus iret post eum: qui volebat impedire passionem: sed hic dicit. Vade tantum: quia diabolus eum sequi non potest: & ideo dicit. Vade scilicet ad infernum. Infra. 26. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo, & angelis eius. [Scriptum est.] Deut. 4. Et inducit frequenter tales authoritates ex Deut. vt significet doctrinã noui testamenti: per deut. significari. Quod insequitur [dominum deum.] Hoc dupliciter inferri potest, quasi dicat: Tu diabole dicis quòd cadens adorem te: sed lex dicit [dominum deum &c.] Vnde potest induci ad hoc quòd purus homo non debet adorari. Vel accipiendum est quòd loquatur de se tanquam de deo. [Dominum deum tuum adorabis &c.] Quasi dicat. Magis debes adorare me: quàm econuerso: quia [scriptum est &c.] Prima tamen est magis literalis. Et nota, quòd duo dicit scilicet adorabis: & seruies: & est inter ista differentia. Homo enim dupliciter se habere debet ad deum: quia deberet ei subiectus esse: & debet se in eum erigere: sicut in vltimum finem. Quantum ad primum debemus ei omnem obedientiam. Act. 5. Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Tunc enim iunus ei subiecti quando omnem eius voluntatem facimus. In finem autem erigimur dupliciter: quia aliquando trahimus nos

A ad ipsum psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur &c. aliquando alios ad ipsum trahimus. 1. Corin. 3. Dei enim sumus coadiutores. Vtrumque istorum demonstramus sensibiliter: quia dum prostrationes facimus tradimus nemus nos quòd debemus esse subiecti deo. Et ideo dicit [Dominũ deum.] psal. 71. Omnes gentes seruient ei. Item in hoc quòd offerimus sacrificia & laudes: significamus hoc quòd mentẽ nostram debemus eleuare in ipsum: & ad hoc pertinet seruitus. Et hoc est. [Et illi soli seruies.] Et est duplex seruitus: quædam quæ debetur soli deo: & ista in græco dicitur latria. Et hæc est duplex Quædam enim est adoratio quæ soli deo debetur: quæ est vt ei præ omnibus seruiatur. Alia seruitus est vt in ipsum tendamus sicut in vltimum finem. Aliqua enim est adoratio vel seruitus quæ solum subiectorum est: sicut quando superioribus seruiunt inferiores. Ro. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit. sed non debet illi obedire super omnia: quia nunqnam contra deum. Similiter nulla creatura est quæ debeat haberi sicut finis vltimus. psal. 145. Nolite confidere &c. Hier. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Est etiam seruitus secunda quæ debetur prælatis. Quæ in græco vocatur dulia. Consequenter ponitur victoria Christi, & insinuatur i duobus. In recessu diaboli. [Tunc reliquit eum diabolus &c. Ia. 4. Resistite diabolo: & fugiet a vobis. Et sicut consuetudo erat apud antiquos quòd quando aliqui victoriam habebant venerabantur: ita hic celebratur triumphus Christi ab angelis. Vnde [& ecce angeli accesserunt ministrabãt ei.] Non dicit: descenderunt: quia semper cum eo erant: & si ad horam recesserunt de eius voluntate: ad hoc vt diabolus locum tentandi haberet. Exhibebant enim ministerium in exterioribus: scilicet in miraculis, & aliis corporalibus quæ fiunt mediãtibus angelis. In interioribus enim non indigebat. In hoc significatur quòd homines qui vincunt diabolum, merentur ministerium angelorum. Luc. 16. Factum est vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abraæ. Et sciendum quòd diabolus reliquit Christum vsque ad tempus: quia post, vsus est iudæis tanquam membris suis ad eum impugnandum &c.

b ¶ Supra euangelista ostendit quomodo Christus examinatus est & approbatus scilicet vincendo diabolum. Hic ostenditur quomodo Christus docere incœpit. Et circa hoc tria facit. Primo enim describitur locus: in quo prædicat, Secundo ostendit quomodo ministros sue prædicationis elegit ibi. [Ambulans &c.] Tertio Quomodo turbam ad audiendum induxit ibi. [Et circuibat &c [Circa primum describit tempus: locum: & modum prædicandi, Secundo ibi. [Secessit in galilæam &c. Tertium ibi.] Et exinde &c. Tempus istud publicæ prædicationis Christi fuit post incarcerationem Ioannis. Vnde dicit [Cum autem &c.] Traditus deo scilicet quia ipso permittente. Et notandum hoc pro intellectu euangeliorum q̃ hic videtur quædam contrarietas esse inter Ioannem & alios tres. Quia illi dicunt q̃ Christus descendit in Capharnaum: post incarcerationem Ioannis. Ioannes vero dicit quòd descendit in Capharnaum: ante incarcerationem Ioannis. Quæ tamen in galilæa erat. Respondetur quòd Ioannes qui vltimus fuit suppleuit ea quæ ab aliis prætermissa sunt. Sed quare prætermiserunt? Dicendum quòd licet Christus aliqua fecerit primis duobus annis: pauca tamen fecerat respectu eorum quæ facta sunt vltimo anno. ergo dicendum quòd Ioannes loquitur de his quæ fecit, primo & secundo: & aliqua de tertio. Isti vero quæ facta sunt vltimo anno. Item quæritur quot annis Christus prædicauit. Quidam dicunt quòd duobus annis & dimidio vt dimidius computetur ab epiphania vsque ad pascha: licet non sit completus. Io. enim non fecit mentionem nisi de triplici pascha: quia post baptismum dicit quòd fuit in Hierusaiem. Io. 2. Postea facit mentionem de pascha quando factum fuit miraculum de quinque panibus: & post vnus annus fuit vsque ad passionem sed ista opinio non videtur vera pro tanto: quia non concordat opinioni Ecclesiæ. Tenet enim ecclesia quòd tria miracula sint facta in die Epiphaniæ scilicet de adoratione Magorum. De baptismo. De conuersione aquæ in vinum Oportet ergo dicere quòd a baptismo vsque ad conuersionem aquæ in vinum fuerit annus vnus. Vnde videtur quòd Christ⁹ tribus annis prædicauit. Quia vsque ad miraculum de vino fuit vnus annus. Et inde ad pascha fuit medius alius: a purificatione alius vsque ad passionem. Ita enim sentit ecclesia. Et secundum hoc dicendum quòd Io. parum dicit de primo anno. De secundo vero dicit aliquid scilicet q̃ omodo descendit in Capharnaum: & de quæstione quæ fuit de purificatione inter ipsum Christum & iudæos. Sciendum etiam q̃ Ioannes circa pascha occisus fuit: Quia legitur Io. 6. quòd quando factum fuit miraculum de quinque panibus quòd pascha proximum erat. & Matth. 4. Dicitur quòd Christus, audita morte,

B b ¶ Cum autem audisset Iesus q̃ Ioannes traditus esset: secessit in Galilæam, & relicta ciuitate nazareth: venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima: in finibus zabulon & Neptalim: vt adimple-

C Ioannis

Ioānis secessit in Galileā. Patet ergo q̃ Ioannes decollatus fuit circa pascha: & Christus publice prædicationem non tenuit: nisi per vnum annum, Deinde agitur de loco cum dicitur [Secessit &c.] Et primo agitur de loco prouinciæ. Secundo de ciuitate. Dicit ergo [Secessit.] Ista secessio non est prima de qua Ioann. dicit: sed post vnum vel duos annos hoc fuit, quia hanc tacēt euāgelistæ: secessit autē propter duo. Primo vt differret tempus passionis suæ. Io. 7. Tempus meum nōdum aduenit. Secundo propter exemplum nostrum: vt scilicet persecutiones fugeremus. Io 15. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: sed mistice declarat quòd prædicatio Christi transitura erat ad gentes: quia Iudæi persequebanē gratiam dei. Actu. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei sed quoniam repulistis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce cōuertimur ad gentes. Veniens autem in Galileam venit primo in Nazareth sicut dicit Lucas: & ibi intrauit in synagogam: & docuit: spiritus domini super &c. Et inde duxerunt eum Iudæi ad supercilium mōtis & voluerunt eum præcipitare & post Christus fugit & venit in Capharnaum: & ibi statim curauit demoniacum, de quo Marci primo. Sed hoc Matth omittit. Nazareth autē interpretatur flos: per hoc intelliguntur doctores legis qui non veniunt ad maturitatem. Capharnaum enim interpretatur villa pulcherrima: & significat ecclesiam. Can. 6. Pulchra es amica mea &c. Capharnaum est maritima ad literam: quia iuxta lacum quendam dulcem. Iudæi enim omnem congregationem aquarum appellāt mare. & mistice quia ecclesia posita est iuxta tribulationes mūdi. [In finibus Zabulon & Neptalim.] Galilea enim diuisa erat & vna pars erat in tribu Zabulon, & nepta. Indæ enim electi sunt principes ecclesiæ scilicet apostoli [vt adimperetur &c.] Nota q̃ hic non dicitur sicut Esa. 9. Sed ponitur sensus tantum Esaiæ. Sic primo tempore alleuiata est terra Zabulon: & terra Neptalim: & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus qui ambulabat &c. Et exponitur tripliciter secundum Hiero. Primo sic. Primo tempore alleuiata est per prædicationem Christi a peccatis. & nouissime via quæ iuxta mare Galilææ aggrauata est onere peccatorum: quia post prædicationem Christi persecuti sunt apostolos. vel aliter. Primo tempore hystoriam: quia Rex assyriorum Teglatphalassar. Qui primo venit super terram Iudæorum. Primo duxit in captiuitatem illas tribus. Et hoc est primo tempore alleuiata &c: quia tunc peccatores fuerunt primo in captiuitatem ducti. Et nouissimo &c. Quia postea totus populus ductus fuit in captiuitatem: sed quid ad propositum. Dicendum quòd vbi primo incœpit persecutio ibi prius dominus voluit dare consolationem: vel aliter. Primo tempore idest, tempore prædicationis Christi, alleuiata &c. idest, onere peccatorum exonerata per prædicationem Christi: & nouissimo aggrauata est idest, condensata Christi prædicatio: multiplicata per Paulum. Qui ibi prædicauit. Euangelista enim non ponit nisi sensum in constructione [terra Zabulon & terra Neptalim: via maris trās Iordanem] idest iuxta mare. Et dicit [terra] idest populus: ut omnes sint nominati. Et dicit [Galilæę gentium] Quia Galilæa diuiditur in duas partes: vna gentium · alia Iudæorum: & tunc diuisa erat secundum quod dicitur. 3. Reg. 9. Quia Salomō propter ligna quæ Rex tyri misit ad eum in ædificationem templi: dedit ei. 20. oppida. Qui cum essent gentiles ad habitādum, ideo dicitur Galilæa gentium: & erat in tribu Neptalim: Licet alia in tribu Iuda. Alia litera trans Iordanem Galilææ idest in comparatione ad Galileam. Sed prima expositio melior est. [Populus qui ambulabat &c.] Duo dicit. [Qui ambu. & qui sede.] Qui enim est in tenebris a principio quæ non sunt multum condensæ, nec stupefit ab eis, vadit: maxime quando sperat inuenire lucem: & dum stupefactus est a tenebris: stat. Ista est differentia inter Iudæos & gentiles: quia Iudæi quàm uis essent in tenebris: non tamen totaliter oppressi erant ab eis: quia non omnes colebant idola: sed sperabant Christum venturum: & ideo ambulabant. Esa. 50. Quis ambulauit in tenebris & non est lumen ei? Speret in nomine domini &c. Gentiles vero non expectabant: & ideo non erat spes de lūce. Et iterum oppressi erant tenebris, quia idola colebant: quia f̃m psal. 66. Notus in Iudæa deus: & ideo stabant. Et hoc est quod dicitur [populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam.] Lux Iudæorum non magna. 2. Pe. primo Habemus propheticum sermonem cui bene facitis attendentes sicut lucernæ lucenti in caliginoso loco: sed ista magna sicut solis lux. Mal. 4. Vobis autem timentibus nomen domini orietur sol iustitiæ. [Et sedētibus] id est, gentibus [in regione vmbræ mortis.] Mors est damnatio in inferno psalm. 48. Mors depascet eos. Vmbra mortis est similitudo futuræ damnationis quæ est peccatoribus. Magna autem pœna eorum qui in inferno sunt est separatio a deo, & quia peccatores iam separati sunt a deo: ideo similitudinem habent futuræ damnationis: sicut & iusti similitudinem habent futuræ beatitudinis. 2. Cor. 3. Nos autem gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatē. Et nota quòd gentibus lux orta est, quia ipsi non iuerunt ad lucem: sed lux venit ad eos. Io. 3. Lux venit in mundum. [Orta est eis] Et illa terra est in cōfinio Iudęorum: & gentium, vt ostenderet quòd vtrosque vocauit. Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob &c. Et post. Dedi in te lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ Exinde cæpit Iesus &c.] Posito loco vbi Christus primo prædicare incœpit. Hic ponitur modus prædicandi. [Exinde] scilicet post superationem gulæ, inanis gloriæ: & ambitionis siue auaritiæ. [Cæpit prædicare.] Tales enim conuenienter prædicare possunt. Et sic impletur illud. Act. primo Cæpit Iesus facere, & docere. Vel [exinde] idest post incarceratio nem Ioannis, Incœpit publice prædicare. Prius enim occulte & quibusdam. Ioann. 1. scilicet Petro Andręæ] Philippo, & Natanael: sed hic publice. Noluit autem primo prædicare publice, vt daret locum prædicationi Ioannis: aliter nihil valuisset: sicut lumen stellarum offuscatur per lumen solis. Significatur autem per hoc quòd cessantibus figuris legis: incœpit prædicatio Christi. 1. Corin. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Per Ioannem enim significatur lex. infra. 11. Lex & propheta vsque ad Ioannem. Pœnitentiam agite. Notādum quòd eadem verba dicit hic Christus, quæ Ioannes propter duo. Primo enim admonet nos de humilitate: vt scilicet nullus dedignetur verba ab aliis dicta prædicare. Cum ipse fons ecclesiasticæ scientiæ eadem prædicauerit. Secundo quia Ioannes est vox. Ipse verò verbum: idem autem significatur per verbum & vocem: nisi quia verbum est expressiuū vocis. Circa hoc autem duo facit. Vnum admonet, aliud promittit. Primum ibi. [Pœnitentiam &c.] Secundum ibi. [Appropinquabit &c.] Sed quare non admonuit de iustitia in principio suæ prædicationis: sed ad pœnitentiam? Dicendum quòd causa fuit: quia prius admonuit de iustitia: & per legem naturæ: & scripturæ: sed transgressi erant. Esa. 24. Transgressi sunt leges mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. In hoc enim dat intelligere q̃ omnes peccatores inuenit. 1. Ti. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere &c. Ro. 3. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Et hoc est pœnitentiam agite. Promittit autem aliud. Vnde [appropinquabit &c.] Ista promissio in duobus differt a promissione veteris testamenti. Quia ibi temporalia: hic cęlestia, & æterna. Esa. 1. Si me audieritis bona terræ comedetis. Item ibi Regnum Cananæorum: & Iebusæorum: hic regnum cælorum. Vnde [appropinquabit] in vos [regnum cælorū] Et ideo doctrina Christi dicitur nouum testamentum: quia facta est ibi noua pactio inter nos & Deum de regno cælorum. Hiere. 31. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. Secundo quia vetus lex simul cum promissione habebat comminationem Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis: quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit vos. Et Deut. 28. Idem habetur: vbi mulcæ benedictiones promittuntur his qui legem seruauerunt: & multas comminatur Moyses maledictiones trāsgressoribus legis. Et hoc ideo est: quia vetus erat lex timoris, noua vero amoris. Augu. Breuis differentia: timor & amor. Hebræ. 12. Non enim accessistis ad tractabilē & accessibilem ignem, & turbinem, & caligineм & procellam & tubæ sonum & vocem verborum quam qui audierunt excusauerunt se ne eis fieret verbum. Et ideo dicit. Appropinquabit, scilicet beatitudo æterna. Et dicit appropinquabit, quia ille qui dabat: ad nos descendit, quia nos non poteramus ascendere ad deum. Ambulans autem &c] Postquam incœpit prædicare voluit suæ prædicatiōis habere ministros: vnde hic aduocat ad se eos. Et circa hoc duo facit secundum quòd duo paria ministrorum aduocat. Quia primo Petrum, & Andręam. Secundo Iacobum, & Ioannem. Circa primum quatuor facit. Primo enim describitur locus vocationis. Secundo ponitur conditio vocatorum ibi. Erant enim &c. [Quarto ipsorum obedientia perfecta ibi. [At illi &c.] Dicit ergo [Ambulans iuxta mare Galilææ.] Locus congruus: quia sicut dicit gloss. Piscatores vocaturus: ambulat iuxta mare. Quantum autem ad ministerium: sciendum quòd stare dei significat æternitatem & immobilitatem. Ipsius ambulare, temporalem nacuitatem. Per hoc ergo quòd ambulans discipulos vocauit significatur quòd per mysterium suæ incarnationis nos ad se traxit. Psalm. 7. Exurge domine in præcepto quod mandasti idest dispositisti im-

plendum:

plendum, & synagoga populorum circundabit te. Et dicit [Galilææ] per quod intelligitur turbulentia huius mundi. Esa. 57. Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundāt fluctus eius in conculcationem, & lutum. Christus similitudinē habuit peccatoris. Ro. 8. Misit deus filium suum in similitudinē carnis peccati, &c.

Consequenter vocatorum describitur conditio. Et primo quantū ad numerum, Secundo quantum ad nomina. Tertio quātum ad actum. Quarto quantum ad officium. Dicit ergo [vidit duos] Non oculo corporis tantum, sed etiam mētis. Visus enim eius est respectus misericordiæ. vnde Exod. 3. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto &c. Et nota quòd idem significatur per duos, & [fratres.] Vtrumque enim ad charitatem pertinet quæ consistit in dilectiōe dei, & proximi. Et ideo binos elegit: & binos ad prædicandum misit, & voluit significari per hoc charitas spiritualis: quia charitas firmatur magis, quando in natura fundatur: Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum &c. [Symonem qui vocatur Petrus] nunc scilicet sed non tunc: quia Christus postea imposuit ei hoc nomen, sed primo promisit. Io. primo, Tu vocaberis cephas, sed imposuit. Matth. 16. Tu es Petrus. [Et Andream.] Ista nomina debet habere quilibet prędicator. Symon enim interpretatur obediens. Petrus agnoscens. Andreas fortitudo. Et prędicator debet esse obediens, vt alios possit ad hoc inuitare. Prou. 21. Vir obediens loquetur victorias: agnoscens: vt alios sciat instruere. 1. Corin. 14. Volo quinque verba sensu meo loqui vt alios instruam fortis: vt non terreatur comminationibus. Hiere. 1. Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream & in murum æreum. Eze. 3. Dedi faciem tuam valentiorem facie bus eorum & frontem tuam duriorem frontibus eorum vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Sequitur [mittētes &c.] Quærit Chrysosto. quare dominus captauit istam horam? & dicit, vt daretur exemplum quòd nunquam debemus amittere seruitium dei propter occupationes. Vel ideo, quia per hunc actum præfigurabatur actus futurorum prædicatorum: quia per verba prædicantium quasi per retia trahuntur homines. Ponitur officium. [Erant enim &c.] Et sciendum quòd inter omnes homines, piscatores sunt simpliciores, & dominus de simplicissimo statu voluit habere homines, & illos eligere: vt non imputaretur sapientiæ humanæ id quod factum fuit per eos. 1. Corin. 1. Videte vocationem nostram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus &c. Et ideo non elegit Augustinum, aut Cyprianum oratorem: sed Petrum piscatorem. Et de piscatore lucratus est & imperatorem, & oratorē. [Et ait.] Hic ponitur vocatio. circa quam tria consideranda sunt. Primo enim inuitat, Secūdo ducatum promittit. Tertio præmium. Dicit ergo [venite.] Hoc ex sola liberalitate diuina est, vt ad se trahat. Eccle. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me & a generationib̃ meis adimplemini. infra 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos &c. Post me quasi dicat. Ego vado & vos venite post me: quia ego ero dux vester. Prouer. 7. Viam sapientię mostrabo tibi & ducā te per semitas æquitatis quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. psal. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum &c. [Faciam] quasi commutabo vestrum officium in maius. De istis dicitur. Hiere. 16. Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus, & piscabuntur eos &c. Et dicit. [Faciam] quia frustra laborat prædicatio exterius, nisi adsit interius gratia redemptoris. Non enim virtute sua trahebant homines: sed operatione Christi. Et ideo dicit [Faciam.] Ista quidem est maxima dignitas. Vnde Dionysi. Nihil dignius in officio hominum quàm dei cooperatorem fieri. Dignitas enim sola in sua claritate consistit. Ad illam autem dignitatem magis appropinquant qui sic illuminantur quòd alia illuminent: quamquàm vero illuminent homines qui sequuntur Christum: & quantum ad iustitiam magna faciant: sed tamen asserunt dignitatem Christi quantum ad vnum tantum: vita autē prædicatorum quantum ad duo. Dan̄ 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ponitur eorū obedientia. [At illi relictis retibus, & naui &c.] Et ostendit obedientiam eorum quantum ad tria. Primo quantum ad promptitudinem: quia non distulerunt. Vnde [at illi.] Contra illos de qui bo., Eccl. 5. Nec differas de die in diem &c. Gal. 1. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni, & sanguini. Esa. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii. Secundo quantum ad expeditionem, quia reliquerunt: quia non pensandus est census, sed affectus, quia omnia dimittit qui quicquid habere potest dimittit. sed quæ necessitas relinquendi omnia? Chrysost. Nullus potest possidere diuitias, & perfecte ad regnum cælorum venire. Sunt enim impedimentum virtutis. Diminuunt enim solicitudinem æternorum propter quod non perfecte potest homo inhærere diuinis: & ideo dimittenda sunt 1. Corin. 9. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet &c. Tertio quātum ad executionem, quia secuti sunt eum. Non est enim nimis magnum dimittere omnia: sed perfectio consistit in sequela ipsius: quæ est per charitatem 1. Corin. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest &c. Non enim consistit per se in exterioribus perfectio scilicet paupertate, virginitate, & huiusmodi: nisi quia ista sunt instrumenta ad charitatem. Et ideo dicit. [Et secuti sunt eum.] Cōsequenter agitur de alia vocatione. [Et procedens inde vidit alios duos &c.] Et primo describuntur vocati, Secundo ponitur vocatio ibi. [Et vocauit &c.] Tertio obedientia vocatorum ibi. [Illi autem &c.] Vocati quadrupliciter describuntur. Quantum ad numerum, nomina, pietatem, & paupertatem. Dicit ergo. [Et procedens &c.] Nota quòd a principio vocauit fratres, & quàmuis multos alios vocauit: tamen de istis specialiter fit mentio, quia præcipui erant, & quia binos vocauit eos. Lex enim noua in charitate fundatur. Vnde & in veteri testamento duos fratres vocauit, Aaron, & Moysen, quia etiam ibi dabatur mandatum de charitate, & quia perfectior est noua, ideo in principio vocatur duplex numerus fratrum [Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius.] Per istos quatuor designatur doctrina quatuor euangeliorum, vel quatuor virtutes: quia per Petrum qui interpretatur agnoscens virtus prudentiæ, per Andreā qui interpretatur virilis, seu fortissimus virtus fortitudinis, per Iacobū qui interpretatur supplātator, virtus iustitiæ, per Ioānē pp virginitatē, virtus tēperantiæ. ponitur pietas quia erant cū Zebedæo patre. Chrysost. Admiranda est eorum pietas, quia pauperes arte piscatoria panem quærunt, & tamen senem patrem nō derelinquunt. Eccl. 3. Qui timet deum honorat parentes. Paupertas designatur in hoc, quia reficiebant rhetia sua. Nihilominus per istos qui mittebant rhetia, signantur illi qui in prima etate negociantur in mundo, per istos qui iam miserunt, & reficiebant, significantur illi qui diu negociati sunt in mundo: & sunt iam per peccatum absorti, & vocantur ad Christum. Treñ. 3. Bonum est, viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua &c. [Et vocauit eos] interius & exterius. Ro. 8. Quos prædestinauit hos & vocauit. Vocare interius nihil aliud est quàm præbere auxilium humanæ mentī cum vult connertere nos. Sequitur de obedientia. [Illi autem &c.] Nota quòd duo superiores nauem tantum: isti autem reliquerunt rhetia, nauem, & patrem: in quo significatur quòd propter Christum debemus omittere omnes terrenas occupationes, quod designatur per rhete. Tim̄. 2. Nemo militans deo implicat se negociis sæcularibus: diuitias siue possessiones quæ designantur per nauem. infra. 19. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, & veni sequere me, &c. Affectum carnalem qui per patrem psal. 44. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Mistice vero per Zebedæum significatur mundus: qui interpretatur fluxus vehemēs. Sed hic est quæstio. videtur enim quòd isti peccauerunt dimittendo patrem senem, & pauperem, quia filii tenentur subuenire parentibus. Et generaliter quæritur vtrum alicui licear dimittere parentes in vtima necessitate intrando religionem? Dicendum quòd consilium numquam præiudicat præcepto: sed hoc scilicet honora patrem &c. Exo. 20. Est præceptum, & ideo si pater nullo modo posset viuere nisi adiutus a filio, filius non debet intrare religionem. Sed hic casus non erat in Zebedæo, quia poterat se iuuare: & habebat necessaria. Item est quæstio literalis. Matthæus enim videtur hic contrarius Ioan. & Luc. Ioan. enim 1. cap. dicit eos vocatos iuxta Iordanem. hic dicit iuxta mare Galilææ. Item Luc. 5. dicit quòd simul vocauit Petrū & Andream, Iacobum, & Ioannem, licet de aliis duobus non fiat mentio, quia creditur quòd ibi fuerint. Item ibi dicitur quòd omnes simul, hic quòd seorsum. Sed sciendum quòd trina fuit vo-

ratio Apostolorum, primo enim vocati sunt ad Christi familiaritatem, & illud dicitur, Io. 1. Et hoc in primo anno prædicationis Christi. Nec obstat quod dicitur post, ascenderunt cum eo discipuli eius in cana Galilææ, quia secundum Augu. non tunc erãt discipuli, sed futuri erant, sicut si dicatur quòd Paulus apostolus natus fuerit in Tharso ciliciæ, cum tunc non esset apostolus. vel dicendum quòd loquitur de aliis discipulis, qui vocantur omnes credentes in Christo. Secundo, vocati fuerunt ad discipulatũ, & de ista dicitur Luc. 5. Tertia vocatio fuit vt totaliter Christo adhærerent, & de ista hic dicitur, quod patet secundum Augustinũ, quia Luc. 5. de hoc habetur. [At illi &c.] Ergo habebant nauim, & curabãt de ea, quasi ad eam rediturí. Hic vero dicit [At illi relictis omnibus &c.] Et ideo dicendũ quòd ele vltima sequela loquitur hic.

c ¶ Consuetudo est apud reges, quòd congregato exercitu procedunt ad bellum, ita Christus congregato exercitu Apostolorum procedit ad pugnandum contra diabolum per officium prædicationis ad expellendum eum de mundo. Vnde hic agitur de doctrina, & prædicatione Christi, & ponitur primo Christi prædicatio. Secundo effectus prædicationis. ibi [Abiit opinio eius &c.] Circa primum tria tangit, primo solicitudinem docentis, & modum docendi, & propositæ doctrinæ confirmationem: & solicitudo ostenditur in duobus, quia non quærebat propriam quietem. Vnde [circuibat] Ro. 12. Solicitudine non pigri. Secundo quia nõ erat acceptator personarum, terrarum, vel villarum. sed [circuibat totam Galilæam] absque differentia. Marci primo. Eamus in proximas ciuitates vt & ibi prædicem. Psal. 102. In omni loco dominationis eius. Modus. ibi [In synagogis docens] Duo dicit, docens & prædicans, docens quæ agenda sunt in presenti, prædicãs de futuris, vel docens ea quæ pertinent ad instructionem morũ. Esa. 58. Ego dominus doceus te vtilia, prædicans futura. Esa. 52. Quàm pulchri super montem pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem: vel docens naturales iustitias. Quædam enim in theologia traduntur quæ naturalis ratio dictat, scilicet iustitia & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit. [Docens] Quædam vero quæ excedunt rationem sicut mysterium trinitatis & huiusmodi. Et quãtum ad hoc dicit. [Prædicans] Sed obiicitur de hoc q̃ dicit glo. q̃ doceret narrantes iustitias, vt est castitas, & humilitas & hmõi. Naturales enim virtutes, non videntur posse dici virtutes: qa virtutes sunt per gratiam. Et dicendum quòd inclinatio, & inchoatio est naturalis: sed perfectio qua gratus homo redditur, est ex gratia, politica, & ex assuetudine [In synagogas eorum.] Nota duo, primum quia quærebant multitudinem, vt prædicatio magis proficeret. psa. 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna. Item quia solum Iudæis prædicabat. Actu. 13. Vobis primum oportuit prædicari verbum dei &c. [Et prædicans euangelium regni.] Non fabulas & curiosa, sed quæ ad dei regnum pertinebant: & ea quæ hominibus proficerent. Consequenter confirmatur prædicatio miraculis. Matth. vltimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante. & sermonem confirmante sequẽtibus signis. Vnde [sanãs.] Languor potest referri ad infirmitates corporales, infirmitas ad infirmitatem animæ. Non enim minores sunt infirmitates animæ quàm corporis. vel per languores graues infirmitates & diuturnas: per infirmitates, quancumque aliam, Psal. 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Eccle. 10. Breuem languorem præcidit medicus. Datur intelligi etiam in hoc quòd prædicatores debent suam doctrinam confirmare per opera, & si non per miracula, p vitam virtuosam Ro. 15. Non audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium in verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum in virtute spiritusſanctí. Et abiit &c.] Hic ponitur effectus prædicationis. & est triplex scilicet fama circa exemplum, fiducia quam homines de eo habebant, & deuotio qua homines eum sequebantur. Dicit ergo [Abiit opinio eius in totam Syriam.] Syria est regio a Capharnaum vsque ad mare magnum. vnde & in terra gentilium diuulgatum est. Hoc etiam pertinet ad prædicatores, vt habeant testimonium bonum. Eccl. 22. Curam habe de bono nomine. 2. Timo. 2. Solicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem recte tractantem verbum veritatis. Per Syriam autem potest intelligi superbia mundi: quia sic interpretatur. Et fama Christi per totum mundum diffusa est. Fiducia, ibi

F [, Et obtulerunt ei &c.] Sciebant enim quòd sanare poterat. Hier. 17. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Et dicit primo. [Abiit opinio &c.] Et post [Obtulerũt ei &c] Quia quando aliquis habet famam de sanctitate, homines facilius detegunt ei conscientiæ vulnus. [Variis lãguoribus &c.] Per istas graues infirmitates designãtur infirmitates spirituales. Per lãguores possunt intelligi diuturnæ infirmitates, & signat infirmitas diu perseuerans. Eccl. 10. Lãguor prolixior grauat medicũ. Et quia aliqui grauãtur infirmitate: aliq. vero acerbitate doloris, hoc significatur cũ dicit. [Et tormentis comprehensos] Et significantur illi qui habent conscientiam grauatam remordentẽ. psal. 17. Circũdederunt me dolores mortis, dolores inferni circũdederũt me [Et qui dæmonia] Et hoc est, qd dr Luc. 6. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur &c. Per hos intelliguntur illi qui colebant idola. psal. 95. Omnes dii gentium dæmonia 1. Corinth. 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Lunatici proprie dicuntur qui patiuntur infirmitatem cuiusdam amẽtiæ in defectu lunæ Et tunc arripiuntur a dæmonibus, & diabolus tunc magis affligit propter duas rationes, vnã assignat Hier. & est, vt infamet creaturam dei, & hoc etiam fit in effectibus magicæ artis, qua inuocantur dæmones sub certis constellationibus

H & dæmones veniunt ad hoc vt extollant creaturam & inducant ad idolatriam. Secunda ratio est melior, quia diabolus nõ potest aliquid, nisi per virtutes corporis. Non est autem dubium, quòd corpora inferiora immutantur secũdũ diuersas immutationes corporum superiorum. Et ideo tunc diabolus inuocatus libenter venit, quando videt superiora corpora operari ad illum effectum pro quo inuocatur. In defectu autem lunæ sicut patet humiditates deficiunt, & ideo defectus lunæ facit ad talem infirmitatem, quando terra non abundat humoribus: & ideo diabolus tũc magis vexat. Et hoc est [Et lunaticos] Per istos possumus intelligere inconstantes. Eccl. 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Qui habent propositum caste viuendi, sed vincuntur passionib' secundum illud Ro. 7. Non enim quòd volo bonum hoc facio: sed quòd odio malum illud ago [& paralyticos] paralytici proprie dicuntur, qui habent membra resoluta ita quòd nõ possunt

I habere officium membrorum, per istos significantur ignorantes. Et isti omnes a Christo curantur. Vnde [Et curauit eos] scilicet perfecte. Consequenter ponitur tertius effectus scilicet deuotio sequentium. vnde [Et secutę sunt eum &c.] psal. 7. Exurge domine in præcepto quod mandasti & synagoga populorum circundabit te &c. Sciendum autem quòd diuersimode aliqui sequebantur, quia quidam studio salutis scilicet spiritualis, scilicet Apostoli. Vnde supra. Relictis omnibus sequuti sunt eum. Et infra 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Quidam studio salutis corporalis. Luc. 6. Turba copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem & maritima & tyri & sydonis qui venerãt, vt audirent eum. Quidam curiositate tantum videndi miracula. Ioan. 6. Et sequebantur cum multi, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur &c. Alii ad insidiandum, vt pharisæi & scribæ. Hier. 20. Audiui cõtumelias multorum & terrorem in circuitu. Et [De Galilæa &c.] Prouincia est vbi Christus præcipue prædicabat, & interpretatur transmigratio, per hoc significantur illi qui debent transmigrare de vitiis ad virtutes. [Et deca &c.] Regio est vbi sunt decẽ villæ, & significantur illi qui student ad obseruantiam decem mandatorum. [Et de Hierosolymis.] Hierosolyma interpretatur visio pacis, & significat illos qui desiderio pacis ad Christum veniunt. psal. 118. Pax multa diligentibus nomen tuum [Et de Iudæa.] Iudæa interpretatur confessio, & significat illos qui per peccatorum remissionẽ ad Christum veniunt, psal. 113. Facta est Iudæa sanctificatio eius. [Et de trans Iordanem] & significantur illi qui per baptismum ad Christũ veniunt. In Iordane, n. fuit signatus baptismus &c.

paralyticos: & curauit eos. Et secuti sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & decapoli, & de Hierosolymis: & de Iudæa & de trans Iordanem.

a C A P. V.

G IDENS autem Iesus turbas, ascendit in montem & cum sedisset, accesserunt ad eũ discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens.

a C A P. V.

VIDENS &c. Hic dominus suam doctrinam proponit & diuiditur in partes tres. In prima ponitur doctrina Christi. In secunda ponitur virtus doctrinæ. In tertia finis ad quem perducit Secundum in cap. 13. Tertium in 17. Prima diuiditur in tres. In secunda instruuntur ministri doctrinæ. In tertia confunduntur aduersarii, secunda in cap. 10. tertia in cap. 13. Prima diuiditur

uiditur in duas. In prima proponitur doctrina Christi. In secunda confirmatur per miracula, in cap. 8. Prima in duas. in prima præmittitur quasi quidam titulus ad doctrinam, in secunda explicatur ipsa doctrina. ibi [Beati pauperes &c.] Circa primum tria facit. primo describit locum vbi doctrina fuit proposita, secundo, auditores doctrinæ, tertio, ponit modum docendi. Secundum ibi. [Et cũ sedisset.] Tertiũ ibi. [Et aperiens os suum &c.] Dicit ergo ita dixi q̃ secuti sunt &c. [Videns autem &c.] Ista litera duplicem intellectum habere potest, Primo sic. Ascendit ad docendum turbas scilicet non fugiẽs. Vnde Chrysosto. dicit, quòd sicut artifex quando videt præparata tam materiam delectatur operari: sita sacerdos delectatur prædicare quando populum videt congregatum. Et ideo [ascendit.] psal. 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna. Vel aliter ascendit: fugiens

A scilicet turbas vt securius discipulos doceret. Eccle. 9. Verba sapientum audiuntur in silentio. Et notandum quòd legitur quòd Christus habebat tria refugia. Quandoque enim fugiebat ad mõtem: sicut dicitur hic. Et Io. 8. Iesus autem perrexit in montem oliueti. Aliquando ad nauem. Luc. 5. Quod cum turbe &c. Tertiũ in Desertũ, Matth. 6. Eamus eorsum in desertum. Et satis cõuenienter. In tribus enim homo potest habere refugium ad deũ, in protectione diuinæ altitudinis: quæ per montem significatur. psal. 124. Qui confidunt in domino sicut mons syon. In societate Ecclesiastica, quæ per nauem designatur. psal. 121. Hierusalem quæ ædificatur &c. In solitudine religionis quæ per desertũ accipitur, per contemptum temporalium. Osee. 2. Ducam eam in solitudine & loquar ad cor eius. psal. 54. Ecce elongaui fugiẽs & mansi in solitudine. Ascendit autem [in mõtem] propter quinque rationes. Prima ad ostẽsionem suæ excellẽtiæ. Ipse enim est mons de quo psal. 67. Mons dei, mons pinguis. Secunda, ad ostendendum quòd doctor huius doctrinæ debet ad eminentiam vitæ conscendere. Esa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui Euangelizas syon. Chrysosto. Nemo potest in valle consistere, & de cælo loqui &c. Tertia ratio, ad ostendendum altitudinem Ecclesiæ cui doctrina proponitur. Esa. 2. Erit mons domus in vertice montium, & eleuabitur super colles &c. Quarto, ad ostendẽdum perfectionem huius doctrinæ: quia perfectissima psalm. 35. Iustitia tua sicut montes dei &c. Quinto, vt congrueret ista vere ri legislationi quæ data fuit in monte. Exo. 19. Et. 24. Consequẽter ponuntur auditores. [Et cum sedisset &c.] Duo possunt notari in sessione eius. Humiliatio. psal. 13. Tu cognouisti sessionem meam. Quando erat in altitudine diuinæ maiestatis non poterat capi eius doctrina, sed tunc cœperunt homines capere quãdo se humiliauit. Vel hoc pertinet ad dignitatem magisterii. infra. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Ad studium enim sapientiæ requiritur quies. [Accesserunt ad eum discipuli eius &c.] Non tantum corpore sed animo. psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini &c. Deut. 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Et nota quòd quando dominus prædicauit turbis, stetit, Luc. 6. Descendens Iesus de monte steric in loco campestri: sed hic quando discipulis: sedit. Ex hoc inoleuit consuetudo quòd turbis prædicatur stando, religiosis sedendo. Et aperiens os suum &c.] Hic ponitur modus doctrinæ in hoc quòd dicit [Aperiens] significatur quòd diu ante tacuerat. Et demonstrat quòd magnum, & longum erat facturus sermonem: sicut dicit Augu. vel quòd magna, & profunda dicturus erat. Sic enim consueuerunt facere homines. Iob. 3. Post hoc Iob aperuit os suum & maledixit diei suo. Et dicit suum: prius enim aperuit ora prophetarum. Sap. 10. Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Ipse enim est sapientia patris. Sed

B hic est quæstio. hic enim sermo ponitur quantum ad multa: etiã Luc. 6. Sed videtur hic & ibi contrarietas: sicut patet in textu. Et ponit August. duas solutiones vna est quòd iste est alius sermo ab illo. Ipse enim primo ascendit in montem: & fecit hunc sermonem discipulis. Et postea. Descendens inuenit turbam congregatam cui eadem prædicauit, & multa recapitulauit. Et de hoc dicitur. Luc. 6. Vel aliter dicendum, quòd vnus mons erat, & habebat planitiem in latere, illam planitiem eleuabat monticulus alius. vnde dominus ascendit in montem id est, in planitiem illi' montis. Et primo ascendit superius, & conuocauit discipulos: & ibi elegit duodecim Apostolos sicut patet in Luca. Et postea descendens inuenit turbam congregatam, & venientibus discipulis sedit. Et habuit sermonem istum ad turbas & discipulos. Et hoc videtur verius: quia Matth. dicit in fine sermonis q̃ mirabãt &c. tamen quodcumque accipiatur non est contrarietas.

b ¶ Posuit supra Euangelista quasi breuem titulum doctrinæ Christi: nunc ponit ipsam doctrinam, & effectum eius scilicet admirationem turbarum. Considerandum autem quòd secundum Augu. in isto sermone domini tota perfectio vitæ nostræ conti-

C netur. Et probat per id quòd dominus subiungit finem ad quem ducit scilicet repromissionem aliquam. Id autem quod maxime homo desiderat, est beatitudo. Vnde dominus hic tria facit. primo præmittit præmium, quod consequitur istos qui istam doctrinam accipiunt, Secundo ponit præcepta. ibi [Nolite pu. &c.] Tertio docet quo modo aliquis potest peruenire ad obseruãdum ea. ibi [Petite &c.] Circa primum duo facit, quia huius doctrinæ aliqui sunt obseruatores tantum: aliqui ministri, primo ergo describit beatitudinem obseruantium. Secundo ministrantium. ibi [Beati estis cum maledixerint &c.] Notandum autem quòd hic ponuntur plura de beatitudinibus: sed numquã aliquis in verbis domini posset ita subtiliter loqui, quod pertingeret ad propositum domini. Sciendum tamen quòd

B in istis verbis includitur omnis plena beatitudo. Omnes enim homines appetunt beatitudinem: sed differunt in iudicando de beatitudine. Et ideo quidam istud, quidam illud apperunt. Inuenimus autem quadruplicem opinionem de beatitudine. Quidam enim credunt, quòd in exterioribus tantum consistat, scilicet in affluentia istorum temporalium. psal. 143. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Alii quòd perfecta beatitudo cõsistit in hoc quòd homo satisfaciat voluntati suæ. vnde dicimus. Beatus est qui viuit vt vult Eccl. Tertio. Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari &c. Alii dicunt quòd perfecta beatitudo cõsistit in virtutibus actiuæ vitæ. Alii quòd in virtutibus contemplatiuæ vitæ scilicet diuinorum & intelligibilium; sicut Aristo. Omnes autem istæ opiniones falsę sunt: quãuis non eodem modo. vnde dominus omnes reprobat. Opinionem illorum qui dixerunt quòd cõsistit in affluentia exteriorum reprobat. Vnde dicit [Beati pauperes,] scilicet, quasi non beati affluentes. Opinionem vero eorum

C qui ponebant beatitudinem in satisfactione appetitus reprobat: cum dicit [Beati misericordes] Sed sciendum quòd triplex est appetitus in homine, irascibilis, qui appetit vindictã de inimicis. Et hoc reprobat, cum dicit [Beati mites] Concupiscibilis, cuius bonum est gaudere & delectari. Hoc reprobat cum dicit [Beati qui lugent] Voluntatis qui est duplex, secundum quòd duo quærit. primo quòd voluntas nulla superiori lege coarcetur: secundo quòd possit restringere alios vt subditos: vnde desiderat præesse & non subesse. Dominus autem contrarium ostendit quantũ ad vtrumque. Et quantum ad primum dicit [Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam] Quantum autem ad Secundum dicit [Beati misericordes] Ergo & illi qui ponunt beatitudinem in exteriori affluentia, & qui in satisfactione appetitus, errãt. Illi autem qui ponunt beatitudinem in actibus actiuæ vitæ scilicet moralibus, errant: sed minus, quia illud est via ad beatitudinem: vnde dominus non reprobat tanquam malum: sed ostendit ordinatum ad

D beatitudinem: quia vel ordinantur ad seipsum sicut temperantia & huiusmodi, & finis eorum est munditia cordis: quia faciunt vincere passiones: vel ordinantur ad alterum, & sic finis eorum est pax & huiusmodi. Opus enim iustitiæ est pax. Et ideo istæ virtutes sunt viæ in beatitudinem: & non ipsa beatitudo. Et hoc est, [Beati mundo corde &c. Quoniam deum videbunt] Non dicit, vident, quia hoc esset ipsa beatitudo. Et iterum [Beati pacifici] Non quia pacifici: sed quia in aliud tendunt [Quoniam filii dei vocabuntur] Illorum autem opinio qui dicunt quòd beatitudo consistit in contemplatione diuinorum reprobat dominus, quantum ad tempus, quia alias vera est; quia vltima felicitas consistit in visione optimi intelligibilis: scilicet dei. Vnde dicit [Videbũt] Et notandum quòd secundum Philosophum ad hoc, quòd actus contemplatiui faciant beatum, duo requiruntur. Vnum substantialiter scilicet quòd sit actus altissimi intelligibilis quod est deus. Aliud formaliter scilicet amor & delectatio. Delectatio enim perficit felicitatem, sicut pulchritudo iuuentutem. Et ideo dominus duo ponit. [Deum videbunt] & filii dei vocabuntur.] Hoc enim pertinet ad vnionem amoris. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii dei nominemur, & simus. Item notandum quòd in istis beatitudinibus, quædam ponuntur, vt merita, & quædam vt præmia. Et hoc in singulis [Beati pauperes] Ecce meritum [Quoniam ipsorum &c.] Ecce præmium, & sic in aliis. Et notandum est etiam aliquid circa meritum in communi: & aliquid circa præmium in communi. Circa meritum sciendum quòd Philosophus distinguit duplex genus virtutis: vnum communis quæ perficit hominem humano modo: aliud specialis quam vocat hæroicam: quæ perficit supra humanum modum. Quando enim fortis timet vbi est timendum: istud est virtus: sed si non timeret esset vitium. Si autem in nullo timeret confisus dei auxilio: ista virtus esset supra humanum modum, & istæ virtutes vocantur diuinæ. Isti ergo actus sunt perfecti, & virtus etiam secundum Philosophum est operatio perfecta. Ergo ista merita vel sunt actus donorum, vel actus virtutum secundũ quòd

quod perficiuntur a donis. Item nota quòd actus virtutum sunt illi de quibus lex præcipit, merita autem beatitudinis sunt actus virtutum: & ideo omnia quæ præcipiuntur & infra continentur, referuntur ad istas beatitudines. vnde sicut Moyses primo propo suit præcepta: & post multa dixit quæ oia referebatur ad pcepta proposita, ita Christus in doctrina sua primo præmisit istas beatitudines adquas omnia alia reducuntur. Circa præmium autem notandum q̃ deus est præmium eorum qui ei seruiunt. Tren. 3. Pars mea dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Gen. 15. Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum vt darem tibi terram istam, & possideres eam &c. Et sicut August. dicit in Secundo confessio. Anima cum recedit a te bona quærit extra te. Homines autem diuersa quærunt: sed quicquid inuenire potest in qualibet rita: totum dominus repromisit in deo. Aliqui enim ponunt summum bonum, affluentiam diuitiarum per quã possunt peruenire ad maximas dignitates: dominus promittit regnum quod complectitur vtrumque: sed ad hoc regnum dicit peruenitur per viam paupertatis non diuitiarum. Vnde [Beati pauperes] Alii peruenunt ad istos honores per bella. Dominus autẽ dicit [Beati mites &c.] Alii consolationes quærunt per voluptates. Dominus dicit [Beati qui lugent] Aliqui nolunt subdi. Dominus autem dicit [Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam] Aliqui volunt vitare malum opprimendo subditos. Dominus dicit. [Beati misericordes &c.] Aliqui ponunt visionem dei in contemplatione veritatis in via. Dominus autem promittit in patria. Vnde [Beati mundo corde &c.] Et notandum quòd ista præmia quæ dominus hic tangit possunt dupliciter haberi, scilicet perfecte & consumate: & sic in patria tantum, & secundum inchoationem: & imperfectẽ, & sic in via. Vnde sancti habent quandam inchoationem illius beatitudinis: & quia in hac vita non possunt explicari ista sicuerunt in patria: ideo Augustinus exponit secundum quòd sunt in hac vita. Beati ergo pauperes spiritu: non spe tantum, sed etiam re. Luc. 17. Regnum dei intra vos est. Vnde istis præmissis accedamus ad literam. In istis beatitudinibus duo facit Euangelista, primo ponuntur ipsæ beatitudines. Secundo manifestatio beatitudinum. ibi [Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c.] Hoc enim est declaratium omnium beatitudinum. Virtus autem tria facit: quia remouet a malo: operatur, & facit operari bonum: & disponit ad optimum. primo ergo determinat de primo. ibi [Beati pauperes.] de secundo. ibi [Beati qui esuriunt.] de tertio. ibi [Beati mundo corde] determinat. Remouet autem virtus a tribus malis, cupiditatis, crudelitatis, siue inquietudinis, & voluptatis noxiæ. primum notatur. ibi [Beati pauperes.] Secundum. ibi [Beati misericordes] Tertium. ibi [Beati qui lugent.] Dicit ergo [Beati pauperes.] Dupliciter legitur. primo sic. [Beati pauperes] dest humiles, qui se æstimant pauperes. Illi enim sunt vere humiles, qui se pauperes ęstimant, non solum in exterioribus sed etiam in interioribus. psal. 39. Ego autem mẽdicus sum & pauper contra illud Apoc. 3. Dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper & cæcus, & nudus &c. Et tũc hoc quòd dicit. [Spiritu.] potest tripliciter legi. Spiritus enim aliquando dicitur superbia hominis. Esa. 2. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus est, quia excellus reputatus, est ipse. Esai. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. Et dicitur superbia spiritus: quia sicut per flatum inflantur vtres ita per superbiam homines. Coll. 2. Inflatus sensu carnis suæ. Ergo beati pauperes scilicet hi, qui parum habent de spiritu superbiæ, vel accipitur spiritus pro voluntate hominis. Quidam enim sunt necessitate humiles, & isti non sunt Beati: sed qui humilitatem affectant. Tertio accipitur pro Spiritusancto. Vnde beati pauperes spiritu qui humiles sunt per spiritum sanctum. Et istæ duæ quasi ad idẽ redeunt. Et dicit pauperes spiritu: quia humilitas dat spiritum sanctum. Esa. 66. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & cõtritum spiritu & trementem sermones meos &c. Istis pauperibus repromittitur regnum in quo intelligitur summa excellentia. Et licet istud retribuatur cuilibet virtutis spiritualiter tamẽ datur humilitati, quia omnis qui se humiliat exaltabitur. infra. 14. Et Prouer. 29. Humilem spiritum suscipiet gloria &c. Vel aliter secundum Hiero. Pauperes spiritu ad literam in abdicatione rerũ temporalium. Et dicit spiritu: quia quidam pauperes necessitate sunt, sed non debetur illis beatitudo: sed illis qui voluntate. Et isti dicuntur dupliciter: quia & si aliqui diuitias habent; tamẽ non habent eas in corde. psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Aliqui nec habent nec affectant, & istud securius est: quia mens trahitur a spiritualibus ex diuitiis. Et isti dicuntur proprie pauperes spiritu: quia actus donorum qui sunt supra hu-

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati

F manum modum, sunt hominis beati, & quòd homo omnes diuitias abiiciat vt nec aliquo etiam modo appetat, hoc est supra hãmanum modum. Istis autem repromittitur regnum cælorum in quo notatur non solum altitudo honoris: sed affluentia diuitiarũ. Iac. 2. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide? Et nota quòd Moyses primo promisit diuitias. Deut. 28. Facier te dominus deus tuus excelsiorem cunctis

qui exuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi mi-

gentibus, quæ versantur in terra: & infra. Benedictus tu in ciuitate &c. & ideo vt distinguat dominus legem veterem a nouã, primo ponit beatitudinem in contemptu diuitiarum temporalium. Item secundum August. nota quòd ista beatitudo pertinet ad donum timoris: quia timor, maxime filialis, facit G habere reuerentiã ad deum. Et ex hoc contemnit hõ diuitias. ponit Esaias beatitudines descẽdendo. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascẽdet: & requiescet sup eũ Spiritus domini, Spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritu timoris domini. Christus econtrario, a dono timoris scilicet a paupertate, quia Esa. pronuntiauit aduentum Christi ad terram. Christus autem de terra sursum trahebat [Beati mites.] Hæc est secunda beatitudo: sed ne aliquis dicat quòd sufficit paupertas ad beatitudinem, ostendit q̃ non sufficit: immo requiritur mãsuetudo quæ temperat circa iras sicut temperantia circa concupiscentias. Ille enim est mitis, qui nec irritatur. hoc autem poterit fieri per virtutem: vt scilicet non irascaris nisi causa iusta: sed si habeas et causam iustam, & non prouocaris, hoc est supra humanum modum. Et ideo dicit. [Beati mites.] Pugna enim est propter abundantiam exteriorum rerum: & ideo numquam esset turbatio si homo diuitias non affectaret: & ideo qui non sunt mites, non sunt pauperes spiritu. Et propterea statim subiungit. [Beati H mites.] Et nota quòd hoc in duobus consistit: primo quòd homo non irascitur. Secundo quòd si irascatur, iram temperet. Ira dicit Ambrosius Prudentis est iræ motus temperare nec minor virtus dicitur temperate irasci, quàm omnino non irasci: est plurimũq; hoc leuius, illud fortius existimo &c. Chry. dicit. Inter multas promissiones æternas ponit vtiam terrenam: vnde ad literam terram istam possident mites. Multi enim litigant, vt possessiones acquirant: sed frequenter vitam & omnia perdunt. Sed frequenter mansueti totum habent. psal. 36. Mansueti hæreditabunt terram. sed melius exponitur, vt referatur ad futurum. Et potest cũ exponi multipliciter. Hilarius sic, possidebunt terram id est corpus Christi glorificatum: quia erunt conformes in corpore suo illi claritati. Esa. 33. Videbunt regem in decore suo oculi eius cernent terram de longe. Phili. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ &c. Vel aliter ista terra modo est mortuorũ: quia subiecta est corruptioni: sed liberabitur a corruptione secundum Apostolum. Ro. 6. Ergo ista terra I quando est clarificata & liberata a seruitute corruptionis, vocabitur terra viuentium. Vel per terram intelligitur cælum empyreũ in quo sunt beati: & uocantur terra, quia sicut se habet terra ad cælum ita cælum illud ad cælum sanctæ trinitatis. Vel possidebunt terram idest corpus suum glorificatum. Augu. exponit metaphorice. & dicit quòd per hoc intelligenda est quædam soliditas sanctorum in cognitione primæ veritatis. psal. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium. Ista secunda beatitudo adaptatur dono pietatis: quia illi proprie irascuntur, qui non sunt contenti diuina ordinatione. [Beati qui lugent &c.] Positæ sunt duę beatitudines per quas abstrahitur a malo cupiditatis, & crũdelitatis. Hic ponitur tertia per quam abstrahimur a malo noxiæ voluptatis, vel iocunditatis. Et hoc est [Beati qui lugent] In veteri testamento terrena promittebat: & terrenam iocunditatem. Hiere. 31. Confluent ad bona domini super frumento vino & oleo &c. & post. Lætabit virgo in choro iuuenes & senes simul. K Sed per contrarium dominus ponit beatitudinem in luctu. Notandum autem quòd non quicumque ploratus luctus dici potest: sed ille quo quis mortuum plorat sibi dilectũ. Dominus enim per excessum loquitur hic sicut supra [Beati pauperes] Ita hic de maximo luctu mentionem facit: sicut illius nullam recipiunt cõsolationem hi qui mortuum plorant: ita dominus vult vitam nostram in luctu esse. Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum &c. Et potest iste luctus tripliciter exponi. Primo pro peccatis non solum propriis: sed etiam alienis: quia si lugemus mortuos carnaliter, multo magis spiritualiter 1. Re. 16. Vsquequo tu luges Saul. &c. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac noctæ interfectos filiæ populi mei. Ponitur autem satis congrue ista beatitudo post præmissam: posset enim quis dicere. Sufficit non facere malum: & verum est a principio ante peccatum, sed

post

post commissum peccatum, non sufficit nisi satisfacias. Secuudo A potest accipi de luctu pro incolatu præsentis miserie. psal. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolungatus est. Istud est irriguũ superius & inferius de quo Iudic. 1. Pro peccatis plorate: & pro cęlestis patrie incolatu. Tertio secundum Augu. pro luctu quem habent homines de gaudiis sæculi, quæ dimittunt veniendo ad Christum. Homines enim aliqui sæculo moriuntur, & sæculum moritur eis. Gal. vltimo. Per quem mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. Nos autem sicut de mortuis lugemus: ita illi lugent: quia non potest esse quin in dimittendo, aliquem dolorem sentiant. Isti autem tripliciter luctui triplex consolatio respõdet, quia luctui pro peccatis datur remissio peccatorum, quam petebat Dauid dicẽs. Psal. 50. Redde mihi letitiam salutaris tui. B Dilationi cælestis patriæ & incolatui præsentis miserie respõdet consolatio vitæ æternæ, de qua Hiere. 31. Conuertam luctum vestrum in gaudium, & consolabor eos, & letificabo a dolore suo. & Esa. vltimo. In Hierusalem consolabimini. Tertio luctui respõdet consolatio diuini amoris: quando enim aliquis dolet de amissione rei dilecte, consolationem recipit si illam rem magis dilectam acquirit. vnde homines consolantur quando pro temporalibus rebus recipiunt spirituales, & æternas, quod est spiritum Sanctum recipere, quare dicitur paracletus. Io. 15. Per Spiritum Sanctum enim qui est amor diuinus homines gaudebunt. Io. 24. Tristitia uestra conuertetur in gaudium. Et notandum quòd ista beatitudo appropriatur dono scientiæ, quia illi lugent qui miserias aliorum cognoscunt. Vnde de quibusdam talem scientiam non habentibus dicitur Sapien. 14. In magno viuentes in scientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant, econuerso Eccl. 1. Qui addit scientiam addit & laborem. Et notandum q̃ ista præmia ita ordinantur q̃ semper Secundum addit super primum. Primo enim dixit. Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Postea. quoniam ipsi possidebunt terram, plus enim est possidere quàm habere tantum. Item postea, quoniam ipsi consolabuntur. plus enim est consolari quàm possidere. Aliqui enim possident ista, sed non delectantur in eis. Consequenter positis beatitudinibus quæ pertinent ad remotionem mali. Hic ponitur beatitudo quæ pertinet ad operationem boni. Est autem duplex bonum nostrum, iustitiæ scilicet & misericordiæ. Et ideo duo ponit, quantum ad primum, dic. [Beati qui esuriunt iustitiam.] Iustitia tripliciter sumitur secundum Chryso & Philosophum. Quandoque enim pro omni virtute: & dicitur omnis virtus iustitia legalis quæ pręcipit de actibus virtutum. vnde inquantum homo obedit legi, implet opus omnium virtũ. Alio modo secundum quòd est spiritualis virtus, de quatuor cardinalibus, quæ opponitur auaritiæ vel iniustitiæ, & est circa emptiones, venditiones, conductiones, quod ergo dicit hic qui esuriunt iustitiam potest intelligi generaliter vel spetialiter, si intelligatur de generali, hoc dicit propter duas rationes. Prima Hieronymi qui dicit quòd non sufficit quòd homo iustitiæ opus operetur, nisi cum desiderio operetur. Psal. 53. Voluntariæ sacrificabo tibi &c. Et alibi. Psal. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum &c. Amos. 8. Mittam famem in terram istam, non famem panis neque sitim aque sed audiendi verbum dei. Ergo est esuries quando cum desiderio operatur quis. Alia ratio. Iustitia est duplex, perfecta & imperfecta, perfectam in mundo habere nõ possumus: quia si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 1. Io. 1. Et Esa. 64. Omnes iustitię nostræ quasi pannus menstruate. Sed hanc habemus in cælo. Esa. 60. Populus tuus omnes iusti in perpetuum hereditabũt terram. Sed desiderium iustitie possumus hic habere. & ideo dicit. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c. Et est simile ad illud quod Pithago. fecit. Tempore enim Pithagoræ illi qui studebant vocabantur sophi idest sapientes. Pithagoras autem noluit vocari sophos idest sapiens sed Philosophus, hoc est sapientiæ amator, ita vult dominus quòd sui sint & vocentur amatores iustitię. Si autem intelligatur de iustitia spirituali quæ est quòd homo reddat vnicuique quod suum est conuenienter dicitur. Beati qui esuriunt &c. Quia esuries & sitis proprie auaroru est, quia numquam satiantur qui aliena iniuste possedere desiderant. Vnde ista esuries de qua dicit dominus, opponitur huic scilicet auarorum. Et vult dominus quòd ita anhelemus ad istam iustitiam quòd numquam quasi satiemur in vita ista, sicut auarus numquam satiatur. Beati ergo qui esuriunt & iustitiam: [quoniam ipsi saturabuntur. Conueniens præmium ponitur. Saturabuntur, & primum in æterna visione, videbunt enim deum per essentiam. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua Ibi. n. nihil restabit ad desiderãdum. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Prouerb. 10. Desiderium suum iustis dabitur. Se-

sericordiam consequenter. Beati mundo corde: quoniam ipsi deũ videbunt. Beati pacifici: quoniã

cũdo in præsenti. Et hæc est duplex. Vna est in bonis spiritualib̃, hoc est in impletione mandatorum dei. Ioann. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me vt perficiam opus eius. Et de isto exponit Augu. Alio modo accipitur de saturitate rerum temporalium, homines iniusti numquam saturantur, sed homines qui habent terminum suum ipsam iustitiam, vltra non procedunt. Prouer. 13. Iustus comedit, & replet animam suam. Ista beatitudo secundum Augu. reducitur ad donum fortitudinis, quia quod homo iuste operetur hoc pertinet ad fortitudinem. Item superaddit aliquid præmio supra posito, quia saturari est implere totaliter desiderium. Item nota quòd primo dicit. Beati qui lugent. Homo enim quando infirmus est B non appetit comedere, sed tunc appetere incipit; quando iam incipit sanari. Et ita est in spiritualibus quòd quãdo homines sunt in peccato, non sentiunt famem spiritualem: sed quando dimittunt peccata, tunc sentiunt. Et ideo statim subdit. Beati misericordes] quia iustitia sine misericordia crudelitas est, misericordia sine iustitia, mater est dissolutionis. Et ideo oportet quòd vtrũq; coniungatur, secundum illud Prouer. 3. Misericordia & veritas non te deserant &c. Psal. 84. Misericordia & veritas obuiauerũt sibi &c. Beati misericordes &c. Misericordem esse est habere miserum cor de miseria aliorum, tunc autem habemus misericordiam de miseria aliorum, quando illam reputamus quasi nostrã. De nostra autem dolemus, & studemus repellere Ergo tunc vere misericors es quando miseriam aliorum studes repellere. Est autem duplex miseria proximi, prima in istis rebus temporalibus, & ad istam debemus habere miserum cor. 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi & viderit fratrem suum necesse habere & clauserit viscera sua ab eo, quo modo charitas dei manet in eo? Secunda qua homo per peccatum miser efficitur quia sicut beatitudo est in operibus virtutum, ita miseria propria in vitiis. C Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatum. Et ideo quando ad monemus corruentes vt redeant, misericordes sumus. infra 9. Videns autem Iesus turbas misericordia motus est. Isti ergo misericordes beati. Et quare [Quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Et sciendum quòd semper dona dei excedunt merita nostra. Eccl. 35. Quoniam dominus retribuens est: & septies tantum retribuet tibi, ergo multo maior est misericordia quàm dominus impendet nobis: quàm illa quam impendimus proximo. Ista misericordia inchoatur in hac vita dupliciter: quia relaxantur peccata. Psal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. Secundo, quia remouet defectus temporales ita quod solẽ suũ facit oriri: perficietur tamen in futuro: quando omnis miseria & culpe & pene remouebuntur. Psal. 35. Domine in cælo misericordia. Et hoc est quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ista beatitudo reducitur ad donum consilii, quia hoc est singulare D consilium vt inter pericula huius mundi misericordiam consequamur. 1. Thim. 4. Pietas ad omnia vtilis est. Dan. 4. Consilium meum regi placeat. Sic ergo positi sunt actus virtutum & remouemur a malo & operamur bonum. Nunc ponuntur actus quib̃ disponimur ad optimum. Vnde [Beati mundo corde &c. Ista beatitudo corde &c. Ista beatitudo in duebus consistit: in visione dei, & dilectione proximi. vnde primo ponit beatitudinem quæ pertinet ad visionem dei, Secundo beatitudinem quæ pertinet ad dilectionem proximi. ibi [Beati pacifici &c.] Dicit ergo. Beati mundo corde &c. Hic primo est quæstio literalis. Habemus. n. quòd deus videri non potest. Io. 1. Deum nemo vidit vnquam. Et ne aliquis diceret quòd quãmuis nullus videat in præsenti, videbit in futuro. Remouet hoc Apostolus 1. Thim. vltimo. Lucẽ habitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit sed nec videre potest. Sed sciendum quòd circa hoc sunt diuerse opiniones. Aliqui enim posuerunt quòd numquam deus per essentiam videatur: sed in aliqua refulgentia suæ claritatis: sed hoc reprobat E glossa super illud. Exod. 23. Non videbit me homo & uiuet, propter duo primo quia hoc repugnat authoritati sacre scripturæ. 1. Io. 3. Videbimus eum sicut est. Item 1. Corint. 13. Videmus nũc per speculũ in enigmatę tunc autem facie ad faciem. Item rationi, quia beatitudo hominis est ultimum bonum hominis, in quo quieratur desiderium eius. Naturale autem desiderium est quòd homo videns effectus inquirat de causa. vnde etiam admiratio Philosophorum fuit origo Philosophie, quia videntes effectus admirabantur, & quærebant causam. Istud ergo desiderium non quietabitur donec peruenias ad primam causam quæ deus est. scilicet ad ipsam diuinam essentiam. Videbitur ergo per essentiam. Alii plus etiam errauerunt ponentes contrarium: quia dixerunt quòd non solum videbimus oculo mentis: sed etiam corporis essentiam dei: & quòd Christus videt oculo corporali essentiam diuinam. Sed hoc non conuenit, quòd patet primo ex authorita-

te quæ

fe quæ hic ponitur, quia non diceret. Beati mundo corde, sed beati qui habẽt mundos & puros oculos. ergo, dat intelligere, quòd non videtur nisi corde idest intellectu, sic enim accipitur hic cor, sicut & Ephe. 1. Illuminatos oculos cordis vestri Secundo quia sensus corporis non potest nisi in suum obiectum: si autem dicatur quòd tunc habebit maiorem potentiam, Dicendũ quòd tunc non esset visio corporalis, quia oculus corporalis non videt nisi colores, essentiam autem per accidens secundum Aug. libro vltimo cap. 19. de ciuitate dei. Sicut cum video viuens, possumus dicere quòd video vitam, inquantum video quædam indicia quibus indicatur mihi vita sua, ita erit in visione diuina, quia tanta erit refulgentia in cælo nouo & terra noua, & corporibus glorificatis, q̃ per ista dicemur videre deum quasi oculis corporalibus. Ergo beati mundo corde &c. Soluitur vero illud, deum nemo vidit vnquam, tripliciter, primo quia non visione comprehensiua, Secundo, oculis corporalibus, Tertio, in hac vita, quia si alicui datum fuerit quòd videret in hac vita deum, hoc fuit quia totaliter alienatus est, & eleuatus supra sensus corporales. Et ideo dicitur. Beati mundo corde, quia sicut oculus videns colorem oportet quòd sit depuratus, ita mens videns deum. Sap. 1. In simplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. Apparet autem his qui fidem habent in illum, fide enim purificatur cor. Act. 15. Fide purificans corda eorum, & quia visio succedet fidei, ideo dicitur, quoniam ipsi deum videbunt. [Beati mundo corde] qui. s. habent munditiam generalem ab alienis cogitationibus, per quam eor eorum templum Dei sanctum est, in quo Deum contemplandum vident. Templum enim a contemplando dici videtur. Specialiter vero. Beati mũdo corde idest qui habent munditiam carnis. Nihil enim ita impedit spiritualem cõtemplationem sicut immunditia carnis. Pacẽ sequimini & sanctimoniã sine qua nemo videbit deũ. Heb. 12. Et ideo quidam dicunt quòd virtutes morales proficiunt ad vitam contemplatiuã, & præcipue castitas. Et secundum hoc Beati mundo corde, potest intelligi de visione viæ, sancti enim qui habent cor repletum iustitia, vident excellentius quàm alii qui vident per effectus corporales. Quanto enim effectus sunt propinquiores, tanto deus magis cognoscitur per illos. Vnde sancti qui habent iustitiã charitatem, & huiusmodi effectus qui sunt simillimi deo, cognoscũt magis quàm alii. Psal. 33. Gustate, & videte quoniam suauis est dominus [Beati pacifici &c.] Hic ponitur septima beatitudo, & sicut dictum est virtutes ad optimum disponentes disponunt ad duo scilicet ad visionem dei & dilectionem. Et sicut munditia cordis disponit ad visionem dei, ita pax ad dilectionem dei disponit, qua filii dei nominamur, & sumus, & sic disponit ad dilectionem proximi, quia sicut dicitur 1. Io. 4. Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Et notandum quòd hic ponuntur duo præmia beatitudinis. videlicet Beati pacifici, & beati qui persecutionẽ &c. & oĩa præcedẽtia reducuntur ad ista duo, & sunt effectus oĩum præcedentium. Quid enim agitur per paupertatem spiritus, per luctum, per mansuetudinem, nisi vt mundum cor habeatur? quid per iustitiam & misericordiam, nisi vt pacem habeamus? Isa. 32. Fructus iustitiæ pax & cultus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentiũ & securitas vique in sempiternum. Beati ergo pacifici. Sed videndum est quid sit pax, & quomodo ad eam possimus peruenire. Pax est tranquillitas ordinis. Ordo autem est parium dispariũque sua loca cuique tribuens dispositio. Ergo pax est in hoc quòd omnes teneant sua loca. Vnde debet mens hominis primo deo subiecta esse. Secundo motus & vires inferiores quæ sunt nobis & brutis communes subiecta esse homini, per rationem enim homo præest animalibus. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram & præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestiis vniuersæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra &c. Tertio vt homo pacem habeat ad alios, quia sic totaliter erit ordinatus. Ista autem ordinatio non potest esse nisi in hominibus sanctis Psal. 118. Pax multa diligentibus nomen tuum. Esa. 67. Non est pax impiis, pacem enim interiorem habere non possunt. Sap. 14. In magno viuentes inscientiæ bello tot & tam magna mala pacem appellant. pacem talem mundus dare non potest. Io. 14. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Item nõ sufficit totum hoc, sed debet inter discordes pacem facere, Proue. 12. Qui ineunt pacis consilia sequitur eos gaudium. Tamen sciendum quòd ista pax hic inchoatur sed non perficitur, quia nullus potest totaliter habere motus brutales rationi subiectos. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; & captiuantem me in lege peccati, quę est in mẽbris meis. Vnde vera erit in vita ętetna, Psal. 4. In pace in idipsum dormiã

F & requiescam. Phil. 4. Pax dei exuperat omnem sensum. [Quoniam filii dei vocabuntur.] Triplici ratione. Prima est, quia habẽt officium filii dei. Ad hoc enim filius dicitur venisse in mundum vt congregaret dispersos. Ephe. 2. Ipse enim est pax nostra. Coll. 1. Pacificans in sanguine crucis eius, siue q̃ in cælis sunt &c. Secundo, quia per pacem cum charitate peruenitur ad regnũ æternum: in quo omnes filii dei vocabũtur. Sap. 5. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei &cæt. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Tertio, quia per hoc homo assimilatur deo, quia vbi est pax, non est aliqua resistẽtia. Deo autem nullus resistere potest. Iob. 9. Quis resistit ei & pacem habuit? Et notandum quòd istę beatitudines sibiinuicem superaddunt, plus enim est misericordiam consequi quàm saturari: quia saturari est impleri eo quod est sibi proportionatũ, sed misericordia superabundat. Item non omnes qui misericordiam accipiunt admittuntur a rege ad videndum regem. Item plus est esse filium regis, quàm regem videre. Et tamen sciendum quòd per omnia ista vnum præmium designatur Sed quare ita dominus per multa voluit significare illud? Dicendum quòd omnia quæ in inferioribus diuisa sunt, in superioribus congregantur. Et quia in rebus humanis ista inueniuntur dispersa, & nos manducimur per sensibilia, ideo dominus per multa significauit illud præmium æternum. Ista autem septima beatitudo adapratur dono sapientiæ. Sapiẽtia enim facit esse filios dei. Item notandum quòd in septima beatitudine ponitur pax sicut in die septima requies. Gen. 2. Consequenter ponitur octaua beatitudo quæ designat perfectionem omnium præcedentium. Tunc enim homo in omnibus illis perfectus est, quando nullam deseri it propter tribulationes. Eccl. 27 Vasa figuli probat fornax & homines iustos tentatio tribulationis. [Beati ergo qui persecutionem patiuntur &c.] Sed aliquis forte audiẽs. [Beati pacifici] dicet hos non esse beatos propter persecutionẽ: quia persecutio pacem turbat vel totaliter tollit. sed certe non interiorem sed exteriorem. psal. 118 Pax multa diligentibus legem tuam &c. Ipsa autem persecutio non facit beatum: sed eius causa. Vñ dicit [propter iustitiã.] 1. Pe. 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati. Chryso. Non dicit a paganis, & pro fide: sed propter iustitiam.

c ¶ Beati estis cum maledixerint vobis homines &c. Supra ab illo loco. Beati pauperes &c. instruxit generaliter ea quæ erant perfectionis, hic sermonem ad discipulos ditigit, vbi primo monet eos ad passionum tolerantiam, quod opus perfectum habet. Iaco. 1. Secundo ad executionem sui officii diligentiam. ibi [Vos estis sal &c.] Insuper prima in tres, primo monet ad persecutionum patientiam considerando causam propter quam patiuntur, Secundo considerando præmium, quod ex passionibus consequũtur ibi [Gaudete &c.] Tertio exemplo prophetarum quos sic patientes imitantur. ibi [Sic enim persecuti &c.] Tria autem monet sustinenda, duo in præsentia scilicet cõtumelias in verbis, & iniurias in factis. & vnum in absentia scilicet detractiones siue morsiones ex odio cordis. Dicit ergo [Beati estis] idest causa assumẽdæ beatitudinis adest vobis [cum maledixerint vobis homines]. i. peccatores Glo. ex odio cordis in faciem contumelias dixerint. Hiero. Vbi Christus in causa est optanda est maledictio 1. Pe. 4. Si exprobrabimini in nomine Christi, beati [Et persecuti vos fuerint] vim inferendo vel iniuriando secundum gl. [Et dixerint omne malum aduersum vos.] scilicet famam vestram lędendo in absentia per omnia genera verborum malorum. Et sic est triplex persecutio scilicet cordis, operis, & oris [mẽtientes] hoc dicit quia non est gloria de quo vere mala dicuntur [propter me] idest in occasione mei cui inhæretis. Chryso. Qui mendaciter blasphematur & propter deum, Beatus est, sed si alterum deest non est merces beatitudinis. Gaudete &c. Ecce, secundum scilicet consideratio præmii quod consequuntur. vnde dicit. [Gaudete] gloss. mẽte [& exultate] corde [in illa die] scilicet quando sustinueritis illa. Rabanus. Nescio quis nostrũ hoc possit implere, vt laceretur opprobriis fama nostra, & exultemus in domino, hoc qui vanam sectatur gloriam implere non potest. Eleganter enim in quodam volumine legimus quòd si non quæras gloriam, non dolebis cum inglorius fueris. Chryso. Quantum quisque de laude hominum lætatur, tantum de opprobrio tristatur: & infra. Qui quærit tantum gloriam apud deum, non timet confundi in conspectu hominum. Sed est hic quæstio. Quare huiusmodi additur persuasio dicens. [Gaudete, & exultate &c.] & in præcedentibus beatitudibus, non? Respõdio. Hæc beatitudo est circa tolerantiam passionũ quod est difficillimum in comparatione ad alia supra posita. Propter quod indiget persuasione. vel hoc addit ne Apostolos quasi nouitios cito terreat quos alloquitur cum dicit. Beati estis &c.

Quoniam

d ¶ Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi.

[Quoniam merces vestra copiosa est in cælis] scilicet Deus in se. Gen. 15. Ego merces tua magna nimis. Item copiosa respectiue. Ad Rom 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis 2. Corinth. 4. Id, quod in præsenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ põdus operatur in nobis [copiosa est] quia secundum numerum tribulationum, erit & numerus consolationum. psal. 36. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. 2. Corinth. 1. abundant passiones Christi in vobis, ita & per Christum abundat consolatio vestra. Lucas dicit. Multa est in cælo. Et dicit [in cælis] pluraliter propter multitudinem gaudiorum. Glo. In superioribus partibus mundi. Contra, dicit Beda. Cælos non hic dici puto superiores partes aeris. responso. Mundus hic dicitur cælum empyreum cum tota machina mundiali, & non tantum id, quod incipiuditur per primum mobile vt volebant Philosophi. vnde superiores partes mundi dicuntur, quia est supra mundum istum. [Sic enim persecuti &c.] Hic ponitur tertium quòd scilicet debent sufferre passiones exemplo prophetarum. vnde [sic] idest per contumelias iniurias & verba maligna persecuti sunt prophetas. Iac. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, laboris, & patientię prophetas qui locuti sunt in nomine Domini. [Qui fuerunt ante nos] & ideo exempla eorum, vos inuitant. Greg. Si facta præcedentium recolamus, grauia non sunt quæ sustinemus. Hebr. penul. Itaque habentes tantam nubem testium deponentes omne pondus, circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

d ¶ Vos estis sal terre &c.] Hæc est secunda pars vbi monet diligentiam habere in executione sui officii. Et primo in forma exequendi, quæ sub ratione exempli informãtis, eis ostẽditur. Secundo, in modo docendi, qui eis præscribitur. ibi [Sic luceat &c.] Exemplum informans designatur invarietate similitudinum, quarum duę sunt per affirmationẽ, vbi ostenditur ad quod debent esse, quia ad condiendum exemplo vitæ. ibi [Vos estis sal &c.] Secundo ad lucendum vel illuminandum verbo doctrinæ. ibi [Vos estis lux &c.] Inter condimenta nihil sale vtilius. Inter visibilia nihil luce clarius. Duæ autem aliæ dicũtur per negationem in quibus ostenditur ad quod debent non esse, quia nec in abscõsione vitæ, vel personæ. Vnde dicit. [Nõ potest ciuitas &c.] Neque in occultatiõe doctrinæ uel gratiæ. unde dicit. [Neque accendunt lucernã &c.] Inter præsidia nihil ciuitate manifestius. Inter utẽsilia nihil lucerna, conueniẽtius. Ergo debent esse sol in uita & moribus, lux in doctrinis & prædicationibus, Ciuitas in præsidiis & defensionibus, Lucerna in accensionibus. Beda Docet ut sale condiant animas ad incorruptionis sanitatem, ut illuminent ad ueritatis intelligentiam, ut acquisitos, ab hostibus defendãt, defensos ad amorẽ deitatis, accẽdant. Dicit ergo [uos estis] idest esse deberis sal terræ. Glo. Sal optimum cõdiens terrenos exemplo uitæ. Hierony. Sal appellantur Apostoli, quia per ipsos uniuersum hominum genus conditur. Notantur autem hic tria. Primo eorum & omniũ apostolicorũ uirorum officium, cum dicit [uos estis sal terræ] Secundo eorum periculum, cum dicit [Quia si sal euanuerit] Tertio eorum supplicium cum dicit [Ad nihilum ualet &c.] Comparantur autem sali ratione uirtutis, ratione originis, & ratione consuetudinis. Ratione uirtutis. Primo, quia habet uirtutem saporatiuam, quia cibos cõdit sic, sermo apostolicus mentes insipidas condiebat. Col. 4. Omnis sermo uester in gratia semper sit sale conditus. Secundo, habet uim arefactiuam. Vnde August. Sal sterilem terram facit, sic Apostoli destructo regno peccati, germen uitiorum conpescebant. Sapientiæ Tertio, felix sterilis, & incoinquinata quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Tertio, habet uirtutem restrictiuam. unde Aug. Sal carnes deficcat, sic ipsi carnales concupiscentias restringebant. 1. Pe. 2. Obsecro uos abstinere a carnalibus desideriis. Quarto, habet uirtutem mundificatiuam. unde Aug. Sal a uermibus & putredine seruat sic prædicatio uerbi diuini arcet a putredine uitiorum. Rom. 6. Non regnet peccatũ in uestro mortali corpore, ut obediatis cõcupiscẽtiis eius. Quinto, habet uirtutem sanatiuã, sicut habes Quarti Reg. 2. quòd Helisæus sale in uas nouum misso sanauit aquas Hierico, sic infuso sale sapientiæ cælestis in corde apostolorum. sanatæ sunt aquæ idest populi. psal. 106. Misit uerbũ suum & sanauit eos. Secundo cõparantur sali ratione originis. Nam sal ex aqua maris & calore ignis uel solis cõficitur. & apostoli ex aqua tribu-

A ationis & calore dilectiõis facti sunt. psal. 65. Trãsiuimus per ignẽ & aquã. Tren. 1. De cælo misit ignẽ in ossib⁹ meis. Tertio rõne cõsuetudinis, quia usus eius in oĩ sacrificio erat. Leui. 2. cũdo. Oĩs uictima sale salietur, sic honesta cõuersatio erat, & in occulto & in aperto & corã Deo, & corã proximo. Ro. 12. Prouidẽtes bona non tm̃ corã Deo: sed et coram hoĩbus. [Quia si sal &c.] Hic oñdit eorũ periculũ. unde dicit [q̃ si sal]. i. prædicator uel prælatus uel doctor [euanuerit] euanescere dr̃ sal tripliciter. s. liquefactione, qd̃ fit p humidũ & frigidũ 2. infatuatione 3. euanescit qñ oĩno deficit. Expone ergo tripl̃r sic [euanuerit]. i. frigore siue timore aduersitatis, uel humiditate prosperitatis se dissoluerit [ĩ quo salietur]. i. in quo ppl̃s bonis moribꝰ informabit̃. Vel si euanuerit]. i. infatuet deuiãdo a ueritate [in quo]. i. per quẽ ppl̃s erudietur, s̃m Bedã. Tren. 4. Paruuli petierũt panẽ, & nõ erat qui frãgeret eis. Vel [si euanuerit]. i. oĩno defecerit [in quo salietur]. i. per quẽ modũ pæniteritiæ cõdietur ppl̃s? Hiere. 30 Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. De oĩbus his Hiero. Euanescit sal cupiditate effluens, timore succũbẽs, errore subuertẽs, prosperis elatus, aduersis depressus. [Ad nihilũ &c.] Hic notatur eorũ suppliciũ. ubi tria ponũtur. 1. ualoris annihilatio per subtractiõnẽ gr̃æ 1. Cor. 15. Gr̃a dei sum id, quod sum &c. Et quantũ ad hoc dicit [Ad nihilũ ualet ultra] quia ut dicit Beda. suo unctu germina rę prohibet, & fęcũdare nõ finit. unde Luc. 14. Neq; in terra neq; in sterquilinio utile est 2. gloriæ amissio ex defectu negligẽtiæ. Vñ subditur [nisi ut mittatur foras]. i. extra eccl̃iam, uel extra paradisum, uel ab officio docẽdi remoueat. Apoc. 22. Foris canes & uenefici, & impudici & homicidę, & idolis seruientes, & oĩs qui amat & facit mendaciũ. Io. 15. Mittetur foras sicut palmes & arescet &c. 3. dãnatio gehẽnæ ex cumulatione nequitiæ. unde subditur [& cõculcetur ab hominibus]. i. a dæmonibus. Dæmõ, n. aliqñ dr̃ hõ. sicut in psa. 117. Nõ timebo quid faciat mihi hõ. Glo. i. Diabolus. Vel [cõculcetur ab hoĩbus]. i. simul cũ aliis calcetur, uel subtus alios in profundũ inferni proiiciatur. Malach. ulti. Calcabitis impios. Iob 20. Videt & uenięt super eũ horribiles. uel [cõculcetur ab hoĩbus]. i. irrideat. a carnalibus hoĩbus. Oseæ 4. Sicut populus sic & sacerdos &c. Glo. Irrideatur ab hoĩbus. sed ille qui persecutionẽ patitur irridetur ad hoĩbus. ergo calcatur. Cõtra Aug. & Rabanus, Nõ calcatur qui persecutionẽ patitur. Rũfio. Calcari nõ dr̃ nisi q̃ inferior est, & ideo ille qui persecutionẽ patitur, licet in terra multa sustineat in corpore, & a malis irrideatur, tm̃ quia fixus est ĩ cęlo corde, nõ dr̃ calcari, & sic loquitur. Aug. & Rabanꝰ. [Vos estis lux mũdi &c.] Hic ostẽditur q̃ debent illuminare uerbo doctrinæ quo pñt notari tria, quæ debet habere prędicator uerbi diuini. Primũ est stabilitas ut nõ deuiet a ueritate. secũdũ est claritas, ut nõ doceat cũ obscuritate. Tertiũ est, utilitas ut quærat Dei laudẽ & nõ suã. Primũ notatur cũ dr̃ [uos] discretiue. s. qui estis deriuati a me qui sum prima lux Ioã. 8. Ego sunt lux mũdi [estis]. i. esse debetis. Ecce stabilitas quæ notatur in uerbo substãtiuo, in quo excludit̃ lucis defectio, contra illos qui prædicãt falsitatẽ, & lucis fictio, cõtra illos qui se trãsfigurãt in angelũ lucis 2. Cor. 11. Et lucis diminutio, cõtra illos qui timore uel adulatione nõ reprehendũt uitia. Deinde notatur claritas cũ dr̃ [lux] Glo. per quos oĩs illuminãtur a tenebris ignorãtiæ. Cõparãtur aũt luci rõne essentiæ, rõne actꝰ, rõne uirtutis siue efficaciæ. Nã eius essentia est cælestis. Vnde Basilius in exam̃. Lux est natura sibi per oĩa similis & simplex Eccle. 15. Ego feci in cælis orietur lumẽ indeficiẽs. Et ipsi conuersatione debẽt esse cælestes. Phil. 3. Nr̃a conuersatio in cælis est. Itẽ nõ inquinatur ab immũditiis. Sap. 7. Nihil inquinatũ in illã incurrit, & ipsi debẽt esse mũdi. Eccl. 9. Oĩ tẽpore uestimẽta tua sint cãdida. Itẽ oĩbus est cõicabilis. Iob. 25. Super quẽ nõ splẽdet lumẽ eius? Et prædicatores se debẽt oĩbus exponere. Luc. 6. Oĩ petẽti te tribue. Secũdo rõne actus qui s̃m Basiliũ est tenebras illuminare, uias dirigere, latibula manifestare, differentias rerũ ostẽdere. Et ipsi prædicatores debẽt illuminare in credẽdis, dirigere in operãdis, uitãda manifestare, & mõ cõminãdo, mõ exortãdo hoĩbus prædicare. 3. rõne suæ efficaciæ, lux. n. ingerit delectationẽ. Eccl. 11. Dulce est lumẽ, & delectabile ẽ oculis uidere solẽ. Itẽ terræ fæcũditatẽ. Eccl. 43. Radios igneos exufflans &c. Itẽ uiuentibus cognitionẽ. Philo. homo generat hoĩem & sol. Præter hæc secundum Basilium, uenięnte luce diei, ægritudines alleuiantur, homines a somno excitantur aues garriunt, bestiæ ad latibula sua fugiunt. Sic luce apostolorum mundus est ædificatus exemplis, inflãmatus doctrinis fæcundatus bonis operibus, alleuiatus peccatis, excitatus a negligentiis, animatus ad contemplationem

S. Tho. super Matth.

C cælestiũ,

cælestiũ, ereptus de potestate dæmonum. deinde notatur vtilitas, dum dicit [mundi] idest vniuersaliter. psal. 18. in omnem terram exiuit sonus eorum &c. Quæritur autẽ hic, quare præmiserit sal luci. Responsio Chrisosto. quia prius vita, quàm doctrina. Vita enim ducit ad scientiam veritatis.

e ¶ Non potest ciuitas &c.] Hæc est pars vbi ostenditur, quòd non debent esse in abscõsione vitæ. Vnde dicit. [Non potest ciuitas] Glos. idest soliditas apostolicæ doctrinæ vel sancta vita ipsorum munita virtutibus. Hiere. 1. Dedi te in ciuitatem munitam [abscondi] idest celari [supra montem posita] idest sita super Christum vel ecclesiã. Quare non potest celari? Quia ipse mons manifestat eam secundum Glo. Chrisosto. Omni tuba documenta sunt operum clariora, vita quàm munda ipsa est luce fulgentior, nec obscurari poterit etiam si innumeri fuerint obloquentes. Et notandum quòd ex virtute verbi [supra montẽ] notantur tria, quia est secura quod indicat constantiam, quia est inexpugnabilis quod indicat patientiam, quia est in firmo & immobili loco sita, quod indicat perseuerantiam. Deinde, ponit, quòd non debent esse in abscõsione doctrinæ. Vnde dicit. [Neque accendunt] scilicet viri sancti [lucernam] idest doctrinam prædicationis vel feruorem doctrinę. Nam in lucerna est ignis & lumen. Sic & in prædicatione debet esse feruor spiritus interius, & lumen boni exempli exterius. Sicut dicitur, quòd Ioannes erat lucerna ardens & lucens. Ioan. 5. [Sub modio] idest in abscondito. [Sed super candelabrum] idest in manifesto. Glos. Bedæ. idest supẽ ecclesiam. q. d. Non ideo data est doctrina prædicationis vt celatur sub modio timoris, vel comodo vitæ præsentis. Modius enim secundum Isido. lib. Ethimolo. 17. est vas in quo mensuratur, & id, quod mensuratur, secundum Bedam mistice, Christus lucernam incarnationis suæ non includit [sub modio] idest mensura legis vel in terminis vnius gentis. [Sed super candelabrum] idest ecclesiam [vt luceat omnibus qui in domo sunt] idest in ecclesia vel in mundo. Sed est hic quæstio cur Apostoli siue apostolica doctrina dicuntur ciuitas, cum potius sint fundamentum, & ecclesia sit ciuitas cuius sunt fundamentum. Responsio. Dicuntur ciuitas, quia sub Christo fuerunt initiatores ecclesiæ, vel nomine totius intelligitur pars, nomine ciuitatis fundamentum. Mons enim super quem ciuitas ponitur, Christus est. De quo, Esa. 2. erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Et eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Deinde dicit, sic luceat &c. Et est secundum ab illo loco. Vos estis sal &c. Vbi informat eos quo ad modum docendi, & hunc modum describit quo ad tria. Primo quo ad doctrinæ manifestationem. Vnde dicit [sic luceat lux vestra] idest doctrina [coram hominibus. Roma. 10. Prouidentes bona non tantum coram Deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Secundo, quo ad manifestatæ doctrinę per opera bona confirmationem. Vnde subdit. [vt videant opera vestra bona.] Glo. Opera requiro vt videantur, & sic doctrina confirmetur. Iaco. 2. Sic loquimini & sic facite. Chrisosto. Nomen Dei per eos blasphematur, qui non faciunt quod docent. Sed contra hoc videtur esse quod infra eodem dicitur. Cum facis eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Item ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Responsio. Bona opera prohibet fieri in manifesto, quantum ad laudem hominum. Hic autem requirit fieri vt confirmetur doctrina, & Deus glorificetur secundum Glo. Si enim doctrina est bona & prædicator malus, tunc ipse est occasio blasphemiæ doctrinę Dei. Vnde Bernardus lingua magniloqua & manus otiosa, doctrina lucida & vita tenebrosa, est res monstruosa. Tertio, quo ad rectam intentionem. Vnde addit. [Et glorificent patrem vestrum.] Glo. in vobis & nõ vos, quia eius opus est. [qui in cęlis est.] Grego. Sic opus sit in publico, vt intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeamus exemplum. & tamen pro intentione qua soli Deo placere quærimus semper optemus secretum.

f ¶ Nolite putare &c.] Hæc est tertia pars a principio huius capituli, vbi tacitæ quæstioni respondet. Vnde Beda, quia poterant æstimare, quòd veterа præcepta vellet abolere, ante interrogata prius occurrit dicens. [Nolite putare &c.] Vbi tria sa- Primo dicit, cit se non velle legem destruere, sed implere. Secũ

e ¶ Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio: sed super cãdelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

f ¶ Nolite putare quoniã veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat cælum & terra iota vnũ aut vnus apex non præteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit

Vel soluere est non intelligere qd illa declarauit, secundum Glo. Vnde Christus non venit soluere, quia spiritualiter impleuit. Propter quod dicit [non veni soluere legem: sed adimplere] idest perfecte implere. Impleuit autem primo moralia, charitatis dulcedine condiendo, quia plenitudo legis est dilectio. Rom. 13. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Secundo, cæremonialia, figurarum velamen detegendo. Infra. 27. Velum templi scissum est. Apoc. 4. Dignus est agnus aperire librum & soluere signacula eius: idest obseruationes figurarum in lege. Tertio, Prophetias in se completas ostendendo. Luc. vlt. Oportet impleri quæ scripta sunt in Prophetis de me. Quarto, promissiones confirmando: ad Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones. Quinto iudicialia per misericordiam temperãdo Ioan. 8. De Adultera. Nec ego te cõdẽnabo. Sex: o Consilia addendo, infra. 19. Vade & vende oña &c. Septimo promissiones oẽs eis factas de Spiritusanti missione & filii incarnatione &c. persoluendo. Ad Hebræ. 8. Consumabo testamentum nouum. Ioan. 19. Consumatum est. [Amẽ dico vobis &c.] Ecce secũ, vbi ostendit quòd ex parte sui implenda est. Vnde dicit. [Amen] assertiuum veritatis est. Vnde secundum Aug. Nomen Hebræum est, & interpretatur. verum vel vere, secũdum Hierony. Vere vel fideliter vel fiat. [dico vobis donec] idest antequam [transeat cælum & terra.] Contra, Eccl. 1. Terra autem in æternum stat. Responsio. Non dicuntur cælum & terra transire secundum substantiam: sed secundum formam. Vnde 2. Petri. 3. Aduenient dies Domini sicut fur. in quo cæli cum magno impetu transient; & elementa calore soluentur. Vnde [donec transeat cælum & terra] idest elementa mutentur de hac mutabili forma ad immutabilitatẽ secundum Glo. [Iota vnum.] Iota vnum est decima littera græca, & est minima cæteris literis, vt dicit Augustin. Quia vnũ ductu fit. Apex est aliqua distinctio ipsius literæ idest quædam virgula in summitate. Hebræi autem diuersa elementa significant per eandem figuram: sed per quosdam punctos supra, vel infra positos distinguunt. Vnde illi puncti vocantur apices, & secundum Rabanum Iota significat decalogum, secundũ Hierony. significat ea quæ minima putantur in lege, sicut forte erãt aliquæ figuræ. Apex significat minimam particulam præcepti vel minimum significatiuum legis, secundum Rabanũ. Vult ergo dicere qꝑ [Iota vnum] idest vnum de decem mãdatis. [aut vnus apex] idest minimum significatiuum in lege [nõ præteribit a lege donec omnia fiant] idest non remanebit quin impleantur & perficiantur. Glo. in capite vel in corpore. Esa. 28. Consumationem & abbreuiationem audiui a Domino. [Qui ergo soluerit &c.] Hic prouocat ad eius impletionem dicens. [Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis.] Cõtra, Ioan. 10. Non potest solui scriptura. Responsio. Nõ soluitur simpliciter: sed in aliquibus. Vnde Rabanus. Mandata soluit in seipso, & non in ipsis. Soluuntur autem tripliciter. I. nõ agendo, non credendo, alios in errorem trahendo. Minima mãdata sunt moralia vel legalia aliqua, quia minus sunt significatione, vel minima quantum ad remunerationem, in comparatione ad illa quæ Christus dixit. Vnde Chrisо. Mandata Moysi in actu facilia sunt, vt non occidas, & ideo in remuneratione modica, & in peccato magna: sed mandata Christi, vt non irascaris, in actu difficilia, & ideo in remuneratione magna, & in peccato minima [Minimus vocabit in regno cęlorum.] Contra Cassiodorus, Qui maiora negligens docere præsumpserit, consequens est vt non iam minimus in cælo: sed in gehennæ supplicio maximus habeatur. Responsio. Non habebitur, vt dicit Cassiodorus: sed vocabitur, quia erit eo indignus, vt dicit August. Vnde [minimus vocabitur in regno cælorum] idest nullus, quia non erit ibi. Vel ipse non existens in regno vocabit minimus idest despectissimus & vilissimus ab his qui sunt i regno, vel sm Gl. [minimus] i. despectissimus i ecclesia.

Contra

Contra, Immo minimus est qui male facit & male docet. Responsio. Qui male facit & male docet non est in ecclesia quo ad hoc opus: & ideo non vocatur in regno cælorum nec magnus, nec paruus: sed qui male facit & bene docet est in ecclesia quo ad aliquod opus, sed minimus in illa. [Qui autem fecerit] idest seruauerit [& docuerit] sic esse faciendum [hic magnus vocabitur] scilicet merito in ecclesia militante, & magnus præmio. [in regno cælorum] idest in ecclesia triumphãte. Aug. Non dicit determinate qui fecerit minima: sed indeterminate, vt ostẽdat qꝑ maiora & minima oportet eũ facere, q ĩ regno cælorũ vult magnus esse.

g ¶ Dico autem vobis &c.] Hæc est secunda pars a principio huius capituli principalis, in qua ad implerionem nouæ legis monet. Et hæc pars diuiditur in duas. Primo monet ad impletionis executionem. Secundo, monet ad executionis rectam intentionem. 6. cap. Attendite &c. Circa primum duo facit. Primo monet ad *impletionis perfectionem* explanando præcepta. Secundo addendo consilia. ibi [Dictum est antiquis &c.] Oculum pro oculo &c. Circa primum duo. Primo monet ad abundantem iustitiam. Secundo, ostendit modum abundantis iustitiæ. ibi [Audistis quia &c.] Dicit ergo. [Dico autem vobis] idest hic prædico. vnde attendite diligenter, quia [nisi abũdauerit iustitia vestra] Chrisosto. Iustitiam vocat vniuersalẽ virtutem. August. Non solum legis præcepta: sed etiam illa quæ addo. Contra. Act. 15. Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Exo. 17. erant manus Moysi graues. Quomodo ergo dicit abundauerit, Responsio quia specialiter hoc dicitur discipulis & per consequens omnibus & extẽdendum est non solum ad exteriorum operum exhibitionem: sed etiam ad animi cohibitionem. Leuior autem est, quia est lex amoris, & amor omnia facit leuia. Item videtur ex hoc, quòd Moderni teneantur ad maiorem iustitiam quàm antiqui. Contra celibatus Ioannis non præfertur coniugio Abraæ. Responsio. Ad iustitiam maiorem non tenentur: sed abundare in iustitia dicuntur, quia quod occulte dictum est antiquis, expressum est Modernis. Vnde ibi figura hic veritas. Item super illud plusquam scribarum. Chrisosto. Non iniquorum, quia non ei, quæ non erat comparasset illam iustitiam quæ erat. plus enim & minus eiusdem generis sunt. ergo scribę erant iusti? Responsio. Talis iustitia erat apparens. Vnde non ei quæ non erat idest quæ non esse videretur. [Plusquam scribarum & phariſæorum.] quia iustitia horum erat in præsumptione suæ actionis, & in iudicio alterius, sicut patet de illo Luc. 18. Ieiuno bis in sabbatho. Secundo, quia erat in ostentatione operis, nõ in rectitudine intentionis. Tertio, quia erat in lotione, & exteriori munditia, non in opere. Quarto, in afflictione corporis per ieiunia, & nõ in mandatorum obseruatione. Quinto, quia erat in minoribus obseruantiis, relictis grauioribus legis, quasi ergo dicat, non solum si minima quẽadmodum phariſæi faciunt impleueritis: sed etiam illa quæ addo ad perfectionem, non intrabitis in regnum cælorum idest in ecclesiam triumphantem. Prouer. 15. In abundanti iustitia virtus maxima est. [Audistis &c.] Hic ostendit modum abundantis iustitiæ. Abundans autem iustitia est ordinans omnem motum animæ. Propter quod diuiditur in tres. Primo docetur ordinari in suis motibus virtus irascibilis siue animatiua. Secundo concupiscibilis siue affectiua. ibi [Dictum est antiquis, nõ męchaberis &c.] Tertio, rationalis siue intellectiua. ibi [Dictum est antiquis, non periurabis &c.] Item prima diuiditur in duas. Primo, ponit prohibitionem legis circa actum ex indebita inordinatione irascibilis erga proximum. Secundo, ponit superadditionem ipsius prohibitionis secundum perfectionem euãgelicam. ibi [Dico autem vobis &c.] Circa primum iterum duo facit. Quia primo replicat prohibitionem. Secundo pœna legis. ibi [Qui autem occiderit.] Quærit autem primo Chrisо. Quare non incipit a primo mandato. Responsio incipit a generalissimis passionibus, scilicet furore & concupiscentia, quę destruunt charitatem. Nam cõcupiscentia destruit amorem Dei, furor amorem proximi. Iuxta hoc quæritur, cum rationalis sit prior in modo quàm irascibilis, & concupiscibilis, quare non

A prius ordinatur quàm ipsæ. Responsio. Procedit ab *inferiori* ad superius, quia doctrina leuior, & vniuersalior, motus autem iræ & concupiscentiæ sunt motus virtutis animalis, quæ inferior est rationali. Item cum motus iræ sequatur ad motum concupiscentiæ, quare non prius ordinatur virtus concupiscibilis quàm irascibilis? Responsio. Prior est natura, & cõseruatio eius quàm multiplicatio: sed ira est contra conseruationem naturæ, & ideo primo admonet iram: deinde ordinat concupiscentiam quæ est ad multiplicationem naturæ. Dicit. ergo. [Audistis quia dictum est.] Non dicit dixi, vel pater meus: sed simpliciter dictum est, ne sermo eius repelleretur. [antiquis] quibus data est lex. Exo. 2. Non occides. Ecce prohibitio actus qui est destructio naturæ, qui prouenit ex furore iræ. Chrisosto. Nihil ita malitiam & errorem inducit & radicat vt amoris destructio. [Qui autem occiderit, reus erit iudicio] idest punitione legis quæ est *pœna talionis*, de qua Exo. 2. Quæ est occisio actualis. [Ego autem dico vobis] q. d. lex data punit actualiter: sed dico quòd iudicio legis cælestis, non solum qui occidit: sed etiam qui irascitur reus est. Vnde hæc est pars vbi ponitur superaditio, ex qua ordinatur irascibilis in suis motibus. Est autem ira & ad proximum, & ad aduersarium quæ est discordia, quam ibi prohibet. [Esto consentiens &c.] Insuper ira ad proximum est vel subita vel inueterata, quæ est idem quod odium, quam ibi remouet. Si offers munus tuum &c. Ira subita est duplex, vel intus latens vel exterius apparens. Et hæc est duplex, scilicet cum apparet exterius per signum confusum, quando quis prorumpit in vocem indignationis, quam remouet. ibi [Qui dixerit fatri suo. Racha &c.] Vel per signum determinatum, sicut quando prorumpit in sermonem exprimendo affectionem irascibilis cum certa malitia, quam remouet. ibi [Qui autem dixerit fatue &c.] Per hoc enim exprimitur discreta indignatio procedens a ratione. Quantum ad primum, scilicet prohibitionem iræ latentis quæ est motus indignationis siue maleuolentiæ dicit. [Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo] idest quicumque motum malum ad nocendum proximo habuerit & retinuerit secundum Rabanum [reus erit iudicio] idest dignus accusatione. Vnde secundum August. hoc iudicium habet condemnationem & pœnam incertam. Vnde qui habet volũtatem nocendi tantum in animo, debet iudicare se reum. Et hæc ira radix est homicidii, de quo supra. Vnde Chrisosto. Radix occisionis est ira. Qui radicem abscidit destruit ramos. Sed hic est quæstio. Si enim omnis qui irascitur &c. Cum sancti irascuntur malis, peccant, cum nullus excipiatur? Responsio. Duplex est ira, per cælum, & hæc non est peccatum, & talem habent sancti. Et est ira per consensum. Et de tali dicitur hic. Qui irascitur &c. Vnde glo. Ira est omnis malus motus animi ad nocendum. [Qui autem dixerit] Ecce prohibitio iræ per signum indignationis expressiuum [*fratri suo*] per naturæ communionem, vel per fidem, sicut sunt christiani, vel per possibilitatem ad fidei vnitatem, & sic sunt frattes iudæi vel gentiles. [Racha] idest qui motum in voce indignationis proruperit. Vnde Hieron. Racha hebræum est quod interpretatur cenos idest inanis, aut vacuus, quem nos possumus nuncupare absque cerebro, in quo notatur affectus indignantis. [Reus erit iudicio.] Glo. idest consensu in iudicium de danda sententia in eum q. d. dignum est vt sententia proferatur contra eum. Glo. dignus accusatione, quod supra dictum est de homicidio. Ergo semper talis peccat mortaliter? Responsio. Ira quæ est motus animi est duplex, vel subita, vel cum deliberatione. Si subita, veniale. Vnde Hierony. Subitus motus cui non consentitur propassio est. Si cum deliberatione, mortale. Vnde Hierony. Accedente consensu, passio mors in domo. [Qui autem dixerit] Ecce tertius gradus iræ scilicet quæ est per signum certum expressiuum malitiæ. Vnde dicit. [Qui autem dixerit fatue] idest qui vsque ad conuicium processerit, quod est ex certa malitia [reus erit gehennæ ignis] idest punietur æterna pœna. Gehenna secundum Hiero. dicitur a Ge. quod est terra, & ennõ qui est locus iuxta Hierusalẽ, vbi Iudæi idolis immolabant. Sed

B non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo Racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennę ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersũm te, relinque ibi munus tuũ ante altare, &

C tempore

tempore captiuitatis repletus est locus ille cadaueribus mortuorum, cui comparat Christus infernum : vocando pænam æternam Gehennam. Sed est hic quæstio, quia Paulus ad Gal. 3. dicit. O insensati Galathæ. &c. Item Luc. vlt. O stulti & tardi corde ad credendum. Responsio secundum Chrisost. Cum dicit. Racha: & fatue : intelligendũ est sine causa. Nã hoc dicere non est peccatum cũ causa subest. Contra hoc Hierony. inquit: in quibuslibet codicibus additur sine causa: in veris autem non est: & ira penitus tollitur. Vnde radendum est, sine causa, quia ira viri iustitiam dei non operatur. Responsio. Intelligit de ira quæ est inordinatus motus animi ad nocendum cum consensu. Item quæritur, quare ita grauat peccatum linguæ. Responsio secundum Chrysosto. Omnis sermo vanus qui dicitur : immundo spiritu dictante profertur. Vanum ergo dicentes, non tantum ideo peccamus, quia aliquem lædimus, sed quia locum damus in nobis immundis spiritibus agendi quod volunt. Notandum autem circa supradicta quòd iudicium, concilium, & gehenna exprimunt pænam infernalem, sed plus & minus secundum qualitatem culpæ. Vnde Gregorius. Circuit gradus culpæ, circuit ordo sententiæ, quia in iudicio adhuc causa dicitur, in consilio iam sententia apta diffinitur. In gehenna vero ea quæ de concilio sententia egreditur, completur. Propter hoc dicitur Leui. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Et ad Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. Qui ergo motum nocendi habet in animo : debet iudicare se reum. Si autem prodeat in contumeliam aduersus fratrem, eger reconciliatione. Si autem non iudicat se reum, nec fratri vult reconciliari ex contemptu perseuerans in odio, reus erit gehenna. [Si ergo offers] hic prohibet iram inueteratam ex qua odium nascitur, & concludit a maiori secundum Rabanum sic. Si non licet fratri tuo irasci, multo fortius non licet detinere irã vnde nascatur odium. ergo [si tu offers] idest offerre proponis [ad altare] hoc multipliciter exponitur, secundum q̃ altare aliquando accipitur pro materiali templo. Sicut in psal. 25. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuũ domine. Aliquãdo pro Christo. Tre. 2. Repulit dominus altare suum, idest Christum. s. in passione. Aliqũ pro cordis deuotione. Et hoc est tẽplũ interius secundũ Aug. Quantum ad primum [Si offers munus tuum]. i. oblationẽ ad altare materiale, ad literã, vel munus boni operis secũdum gl. [ad altare]. i. Christũ. Vel secundũ Aug. Munus tuũ. i. orationes psalmos hymnos, & huiusmodi. [ad altare]. i. in corde quod est tẽplum vbi oblaturus es, [& ibi]. s. in ecclesia, vel in corde [recordatus fueris q̃ frater tuus habet aliquid aduersum te.] hoc potest intelligi dupliciter. s. de lædente & læso. de lædente, sic secũdũ Aug. [Recordatus fueris]. i. si in mentem, & notitiã tibi venerit q̃ frater tuus quẽ læsisti [habet aliquid aduersum te]. s. pro contumeliæ affectione, pro corporali læsione, pro temporalium subtractione, pro famæ denigratione. [Relinque ibi]. s. coram altare, siue corã deo munus tuũ. [Et vade] si absent est. Non pedibus corporis, vt dicit Aug. Sed animo humili te prosternas in conspectu eius cui oblaturus es: si præsens est, reuocandus est ad amorem petendo veniã ab eo. Vel si [frater tuus] qui te læsit [habet aliquid aduersum te]. i. vnde aduersatur tibi [vade reconciliari fratri tuo.] dimittendo rancorem sibi. Ex hoc enim q̃ dicens si frater tuus habet aliquid aduersum te, non apponit, iuste, dat intelligere q̃ etiam ille cui iniuria facta est: debet quærere amicitiã. Vnde Chry. Si pro gloria salutis tuæ iubet te dominus amicitiã facere, multo magis debes rogare, ut duplicẽ gloriam consequaris, vnã quia innoxius estalterã quia prior rogasti. [Et tunc veniens] quasi placens domino, qui prius non placebas. [offeres munus tuum.] Chryso. Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare: si verbis, verbis, si factis, factis. Et iterũ, nisi quẽ factis læsisti, factis placaueris, sine causa oras ad dominũ, sine causa eleemosynas facis de rebus quibus alios expoliasti. Quid enim prodest, si alius pro te orat ad dominũ, & alius aduersum te interpellat ad dominum. Eccl. 34. Dona iniquorum non probat altissimus. Et nota hic quatuor quæ requiruntur ad dãnationẽ siue oblationẽ, s. mentis hilaritas, vnde dicit. Si offers. Eccl. 35. In omni dato hilarẽ fac. vultũ tuum. Secundo rei proprietas. Vnde dicit [munus tuũ.] Prouer. 3. Honora deũ de tua substantia. Tertio loci opportunitas [ad altare.] Quarto proximorum charitas. Vnde dicit. [Et recordatus fueris.] 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodest. Stultus est qui copiã ciborum perdit pro denario salis. i. charitatis, quæ dat omnibus saporẽ, & decorem, ut aurum aliis metallis. [Esto consentiens &c.] Supra prohibuit habere iram siue discordiam cum fratribus, hic remouet habere discordiã cũ aduersario dicens. [Esto cõsentiẽs]. i. bñuolus vel benignus, vt habetur ex græco, sicut dicit Hieronymus. [Aduersario] ergo est sibi consentiendũ. Responsio. Loquitur de illo qui nobiscum est in via, sed diabolus non est in via, nec potest esse sed est in deuio æterno. Vnde [aduersario tuo] secundum Chrysosto. idest homini aduersanti, siue inimico ad literam. Rom. 12. Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habentes [dum] idest donec [es cum eo in via] idest in statu merendi. Io. 9. Venit tempus quando non licet operari. Vel aduersarius noster est deus. De quo Exod. 23. Ego dominus qui aduersor impium, vel sermo diuinus qui aduersatur peccare volentibus. 2. Tim. vltimo. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, vel conscientiam remordens de qua psalmus. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Et sic iterum omnibus istis modis exponitur. Vnde. esto consentiens aduersario tuo: idest deo & diuino sermoni secundum Augustinum, & Bedam, quibus est consentiendum, in spe promissi, in timore supplicii, in opere præcepti, in declinatione prohibici [cito] idest sine mora. Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad dominum [dum es cum eo] idest cum quo recte graderis [in via.] scilicet Christi, siue pænitentiæ, siue mundi. psal. 118 Viam mandatorũ tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. [Ne forte tradat te] secundum August. ne forte causa sit occasionaliter ut tradaris. Et dicit [forte] secundum Glo. ne auferatur pænitentie locus. Si enim obiisset aduersarius antequam consentiret siue esset beniuolus, videretur q̃ dãnaretur, dicendo simpliciter. [ne tradat te aduersarius] idest sermo diuinus vel deus, vel conscientia remordens [iudici] Gl. in manus Christi. Io. 5. Omne iudicium dedit filio. [Et iudex] idest Christus. Hiere. 29. Ego sum iudex & testis, [tradat te ministro. [Glo. idest angelo, qui colligit zizania ad comburendum. infra. 13. psa. 102. Qui facit angelos suos spiritus, vel [ministro] idest exactori diabolo. Esa. 14. Quomodo cessauit exactor. [Et in carcerem mittaris] idest in abyssum inferni. Esa. 24. Claudentur in carcere. Apo. 20. Misit illum in abyssum &, clausit. [Amen dico tibi] idest certe scias [quia non exies inde donec.] Glo. idest nunquam. Vnde Augustinus. [donec] non significat hic finem pænæ, sed continuationem miseriæ quasi dicat. Semper solues, & nũquã persolues. Sicut in psal. 109. Sede a dextris meis donec ponam &c. idest semper sedebis [sed das nouissimum quadrantem] idest minutissima peccata, secũdum Bedam, & Rabanum: quia nihil remanebit impunitum. Est enim quadrans genus nummi habens duo minuta, Vel secundum Augustinum, & Hieronymum, per quadrantem voluit intelligere terrena peccata. Nam quadrans nouissimum est terra quæ quarta pars elementorum huius mundi est & ea nouissima ab igne, quasi dicat. Quia noluisti esse iguis per charitatem, aereus per boni operis strenuitatem, aqueus per baptismatis sanctificationem, sed fuisti terrenus inhærendo terrenis. [non exibis inde] quia numquàm persolues peccata quæ de terra contraxisti.

h ¶ Audistis quia dictũ ẽ antiquis

ci : & iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris. Amen dico tibi : non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

F G H I K

Quare non dicit de primo mandato? Responsio. Quia incipit a generalissimis passionibus, vt dictum est supra. [Ego autem dico vobis] idest ad hoc mandatum quod solum in actu putatis esse seruandum, addo & explano esse seruandum in voluntate, secundum Augustinum. [Quia omnis qui viderit mulierẽ] idest qui visum infixerit in mulierem. Est aũt quæstio hic: quare præter alios sensus solum visus nominat. Respõsio: quia visus magis est in promptu: vel secũdum Bedam, in visu omnem morũ animi ac delectationẽ intelligit. Itẽ hic quæritur, quare nõ dicit, cõcupierit, sed oĩs qui viderit? Respõsio. Quia cõcupiscere est aliquãdo subito, & nõ deliberate, & sic est veniale, & est propassio secundum Hierony. Sed videre ad concupiscendum est cum deliberatione, & ideo mortale: & est passio secundum Hieronymum. Iuxta hic quæritur, quare non dicit ad mæcandum, sed solum ad concupiscendum? Responsio. Vt det intelligere, quòd non solum operatio vel consensus ad operandum est damnabilis, sed etiam intentio vel consensus ad delectandum. [ad concupiscendum eam] secundum Augustinum, & Hieronym. idest vt eam eo fine videat vt concupiscat interius, ut faceret si facultas se offerret. [Iam mæchatus est eam in corde suo,] idest mẽchię reus est quia iam transiuit in affectum cordis, secundum Rabanum. Gregorius. Non licet intueri, quod non licet concupisci. Trenorũ 3. Oculus meus deprædatus est animam meam, secundum August. Nomine mæchantium omnem carnalem delectationem intelligit : & cum dicit [viderit] visus pro omni motu qui est ad delectationem, non solum corporalis, sed etiam interior qui est concupiscentia ponitur, vt dicit Beda. [Quia si oculus tuus &c.] Hic remouet prouocantia ad ipsum motum, quæ sunt duo principaliter, scilicet visus & tactus. primum remouet dum dicit. [Quia si oculus &c.] deinde Secundum ibi. [Et si dextera &c.] Dicit ergo. [Quia si &c.] quasi dicat, supra prohibui vobis mœchiam in actu & voluntate, sed & plus prohibeo, scilicet omnem occasionem prouocantem ad ipsam. Vnde dico. Quia si oculus tuus dexter &c.] hoc exponitur multipliciter a sanctis, secundum Hieronym, Bedam. & Hylarium. Oculum dicit visum & affectum mentis. Vnde Hieronym. Quia supra de concupiscentia mulieris dixerat, recte nunc cogitationem etiam sensum in diuersa voluentem, oculum nuncupauit. Et Hylarius. In oculo, & dextro, intelligitur affectus quorũlibet aliorum. Secundum August. & Rabanum, & Chrysosto. Oculus dexter potest hic accipi pro amicis & consiliariis, qui quasi iter in agendis demonstrat. Vnde Chrysosto. dexter, apposuit vt discas, quoniam non de membris est sermo, sed de his qui familiariter ad nos se habuerint. Item secundum Aug. & Bedam, & Hyerony. Pro parentibus, & propinquis potest accipi oculus dexter. Vel secundum vnam Gloss. pro vita contemplatiua. Intelligendum est ergo sic. [si oculus tuus.] idest sensus, & cogitatio [dexter] idest sub specie bonæ intentionis [scandalizat te.] illicita concupiscendo [erue eum.] scilicet malũ vsum eius frangendo [& proiice abs te.] scilicet ipsum ex toto annihilando. vnde Chryso. Erat mulier religiosa, respexi & dixi: debeo visitare illam assidue vt instruam illam, & confirmẽ in bono: bonus est iste respectus & oculus dexter. Sed dum assidue visito, decidi in laqueum desiderii eius. Ecce respectus bonus, & dexter oculus factus est mihi in scandalum. Eiiciam ergo illũ bonum respectum qui generaturus est malum: etiam concludit infra. Omne ergo bonum quod nos vel alios scandalizet præscindere debemus a nobis. Item [si oculus dexter] idest amicus & consiliarius in diuinis. [Scandalizet] trahendo in hæresim: talis est eruendus reprobando, proiiciendus, manifeste cõtradicendo. Item si parentes scandalizant vitæ sanctitatem impediendo, talis oculus eruendus est resistendo, proiiciendus a se, separando. Item si vita contemplatiua scandalizat, in tædium vel arrogantiam vertendo, eruendus est, aliquando diminuendo, proiiciendus ad actiuam transeundo. [Expedit enim tibi] idest magis est necesse & vtile tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum idest sensus talis, uel consiliarius, vel propinquus, vel contemplatio. vnde Gloss. Ille quem habes vt membrum quàm totum corpus tuum eat in gehennam idest quàm tu totaliter in anima & corpore mittaris in infernum. Gloss. melius est illo præciso saluari quàm cum illo dãnari. Contra, secundum Canones. Quicumque tali occasione abseciderit sibi membrũ irregularis est Præt. alia glo. Chrysosto. & August.

non mæchaberis. Ego dico uobis: qui a omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm to-

A B C D E

A Nullum membrum ad literam eruĩ præcipitur. Contra. In vitis patrum hoc legitur factum fuisse. Responsio ad primum, quòd nullum membrum intendit debere præcidi propter hoc, sed vocat præcidere vel eruere, vsum vel actũ huiusmodi a se per studiũ pii laboris amouere, vt supra dictũ est. Ad secundũ quod obiicitur de vitis patrum respondetur, quòd hoc excusatur per Spiritum sanctũ in quo inspirãte credtur fuisse factũ sicut dicit Aug. de Sampson in libro de Ciui. dei, quod nõ aliter excusat

B nisi quia Spũsanctus latenter hoc iusserit, qui per eũ miracula faciebat. [Et si dextera manus tua] i. operatio vel tactus exterior cum bona intentione, vel amicus qui tibi ministrat in bonis, vel secundum Chryso. [dextera manus] voluntas animæ, sinistra, volũtas corporis. Hæc autem corporea, ut dicit idẽ organũ est illius manus. Sed quæritur, quare non mentionem fecit de oculo sinistro, & manu sinistra, cum contingat & per illa pati scandalum? Responsio. Remonendo vnum quod videbatur minorem præstare occasionem, remouet & id quod maiorem dat occasionem. Vel secundum Chrysostomum vt intelligas quòd non de membris corporalibus loquitur, sed loquitur de familiaribus vel amicis, vt supra dictum est. [scandalizat te.] idest sit occasio ruinæ tuæ siue scandali [abscide eã] scilicet dimittendo vel fugiendo. vnde. Chrysosto. Ad literam nullum membrum in homine abscidi præcipitur, sed per studium pii laboris si nocet est reuocandum & remouendum, & etiam longe a se faciendum, vt nec in memoria habeatur. Vnde addit & proiice abs te scilicet ex toto relinquendo. [Expedit enim tibi &c. Gloss. idest melius est tibi illo præciso saluari quàm cum illo damnari. [Dictum est &c.] Hic ponitur secundum, scilicet confinatio matrimonii dati in remedium concupiscentiæ. Vnde cum supra remouerit illicitam commistionem contra matrimonii legem, hic remouet illicitam coniunctorum separationem. Et per hoc confirmatio matrimonii est contra hæreticos. Dicuntur autem hic duo. Primo legis Moysi permissio. Secundo legis nouæ iustitia, & prohibitio. ibi. [Dico autem &c.] Dicit ergo. [Dictum est] non dicit a quo, uel quibus, per hoc significans ipsos esse quasi alienos a deo, quibus hoc dicebatur. Deutoron. vigesimoquarto. Vbi scripsit Moyses quòd si uxor non placeret viro propter aliquam fœditatem dimittat eam. [Quicumque] dimiserit vxorem suam] idest dimittere voluerit, & hoc fuit permissum a Moyse non præceptum. vnde Marci. 10. Moyses permisit libellum repudii scribere & dimittere. [det ei libellum repudii] hoc fuit præceptum sub ista conditione si dimitteret. Et in libello repudii (vt dicunt) scripta erat causa diuortii, & dos quam dabat ei, & licentia quam habebat nubendi alii. Vnde secundum Chrysostom. Abdicabat a se, vt non esset in eius potestate ad eam reuerti. Quæritur autem hic quare, hoc permisit Moyses cum non esset ei indictum a domino? Respõsio secundum Ambrosium, & Chrysosto. Permisit ne odio vel alia causa habita in vxores contingeret maius malum scilicet occisio eius. Vnde Ambrosius. Melius est enim diuidi quàm odio sanguinem fundi. Sed notandum quòd est multiplex permissio. Primo concessionis licitæ, vt prior concedit te uisitare parentes. Secundo dispensationis, quando permittit quod tibi non licet comedere, ut comedere carnes. Tertio tollerantiæ, ut quando permittitur inter ter dua mala minus malum ne fiat maius. Et talis fuit permissio Moysi. Dicitur enim permisisse, quia tollerauit ne maius malum facerent scilicet homicidium, vt supra, dictum est. Et ideo dicit dominus, quòd hoc præcepit Moyses ad duritiam cordis eorum. infra 19. Et talis permissio permittenti peccatum non est, quia hoc facit vt resistat maiori malo. Quarto indulgentiæ, quando permittitur aliquid cuius oppositum melius est. Sicut apostoli secundas nuptias, primæ Corinth. 7. permiserunt, cum tamen melior esset continentia vidualis. Quinto sustinentiæ, sicut deus permittit mala fieri vt eliciat bona. [Ego autem dico vobis &c.] idest id determinando, vxorem non dimittendam ex qualibet causa toleratam a Moyse, ne maius malum fieret scilicet homicidium, sic astringo, & explano. [Quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis.] scilicet corporalis, uiri uel mulieris [facit eam mæchari] quia illa nubit alteri. Et hoc non est, coniugium sed adulterium. Vnde addit. [Et qui dimissam duxerit

duxerit, adulterat.] quia debet manere innupta, vel viro reconciliari vt dicit gloss. Quòd si ipsam dimittat ob causam fornicationis vt dicit Augustinus. Ipse non facit eam mœchari: sed ipsa cuius est reatus. Nec dimittens sic, potest illa viuente aliam ducere, vt tangitur. 1. Corinth. 7. Nota quòd qui dimittit siue repudiat, quatuor mala facit vt dicit Chrysostom, quia quantum ad deum existit homicida. Secundo dimittit non fornicantem. Tertio facit eam adulteram, & Quarto accipientem facit adulterari. Item adulterans quatuor peccata committit. Exhæredat filios, fidem violat, virum dimittit, & ex adulterio fornicatur. Propter hoc dicitur. Esa. 50. Quis est hic liber repudii matris vestræ quo dimisi eam? Et ecclesiastici. 23. Omnis mulier relinquēs virum suum peccabit. Item nota super illud [excepta causa fornicationis &c.] Glossa Augustini & Chrysostomi. Causa fornicationis est si vxor cogat ad idolatriam vel auaritiam: vel ad alias illicitas concupiscentias. Non enim fornicatio est tantum stupri: sed generaliter quæ a lege dei aberrare facit. Ergo spiritualis fornicatio soluit matrimonium. Contra. Hieronym. Si mulier peccat in animam suam non est polluta viro quasi dicat. Propter hoc quòd peccat tantum in animam suam, non peccauit contra virum. Et sic per hoc non debet solui matrimonium. Responsio: Vinculum matrimonii consideratur tripliciter. Vel quantum ad mutuam continentiam, vel quantum ad reddendum debitum carnale. vel quantum ad cohabitationem mutui seruitii. Primum vinculum non soluit nisi mors alterius, vel vtriusque, quia consummato matrimonio, alter contrahere, altero viuente non potest. Secundum vinculum soluitur in carnali fornicatione, cum distinctione tamen, nam quædam spiritualis fornicatio corrumpit facientem tantum. Sicut superbia, ira, & similia. Alia quæ corrumpit cohabitantem sicut hæresis, vel furtum & similia. Quantum ergo ad primum modum, non debet solui vinculum cohabitationis. Quantum ad secundum debet solui manente illa fornicatione spirituali, vt si diceret se nolle habitare cum viro, nisi faceret furtum vel talia huiusmodi. Sunt autem sex casus: qui continentur his versibus. Simile, prostituens, vis, mors, & credita forma. Si conuertatur, post nouit, mittere nequit. In istis casibus non licet dimittere vxorem fornicantem. Primus est similitudo idest si ipse vir conuincitur fornicari. Secundus prostitutio. hoc est si ipse vir prostituat ipsam. Tertius est violentia hoc est quando ab altero opprimitur per violentiam. Et intelligitur de violentia absoluta, & non de illa quæ est per metum. Quartus est credita forma, hoc est quando ab alio cognita est sub specie viri sui, quem putabat virum suum. Quintus est mors hoc est cum credit probabiliter virum suum mortuum, & alteri nubit, & viro redeunte statim recedit a priori. Sextus est conuersio hoc est fidelis ab infideli: secundum ritum suæ sectæ dimittatur. Postea vtroque conuerso ad fidem cogitur per ecclesiam eam reci pere. Septimus est reconciliatio hoc est cum reconciliauit eam sibi post commissum adulterium: vel publice adulterantem retinuit. In istis casibus nequit vir mittere idest dimittere vxorē fornicantem. Et sic intelligitur glo. Aug. & Chrys. Quæritur autem hic vtrum similis causa sit in viris, si dimittantur ab vxoribus suis causa fornicationis. Responsio Hiero. Quicquid viris dicitur redundat in fœminas, neque enim adultera vxor dimittenda, & vir mechus retinendus. Aliæ sunt leges Cæsaris, aliæ Christi. Apud illas in viris fræna puditiæ laxātur, apud Christum, quòd non licet fœminis, æque non licet viris, quia eadem seruitus pari conditione censetur. Item super illud faciit eam mechari quæritur quare non dicit, & mulier si nubat alteri, adulterat. Responsio. Mulier vt dicit Chryso. imbecillis est: propterea per minas quas in virum dimittentem eam facit vult emendare illius stultitiam, Sicut habens filium prodigū, illum dimittentes increpat eos qui faciunt eum talem, & prohibet eos non commenire, neque apparere sibi. [Iterum audistis &c.] Supra ordinauit irascibilem, & concupiscibilem ad suas passiones, hic ordinat rationalem respectu veritatis. Est autem duplex veritas creata & increata. Ordinat ergo virtutē rationalem ad veritatem increatam per debitam reuerentiam & honorificationem, Secundo ad veritatem creatam per rectā

tum corpus tuum eat in gehēnam. Dictum est autēm: quicumque dimiserit vxorem suam: det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit vxorem suam: excepta fornicationis causa, facit eam mechari: & qui dimissam duxerit: adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis:

non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis: non iurare omnino: neque per cælum quia thronus dei est: neque per terram: quia scabellum est pedū eius. Neque Hierosolymam; quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuū iuraueris: quia non potes vnum

F interpretationem ibi. [Sit autem sermo noster &c.] In primò dicuntur duo. Quia primo ponit iustitiam legis quæ consistit in duobus scilicet in euitatione periurii, & solutione præstiti iuramenti ibi. [Reddes &c.] Secundo iustitiam euangelii quæ consistit in duobus, in prohibitione assiduitatis iuramenti, cū dicit. [Ego autem &c.] Et in prohibitionis explanatione, cum dicit. [Neque per cælū &c. Dicit ergo. [Iterū audistis, quia dictum est antiquis non periurabis]. i. nō periurium cōmittes. Vnde Leui. 19. Non peierabis, ne polluas nomen dei tui. Quæ

G rit autem Chrysosto. quare furtum præteriens, ad falsum testimonium trascendit. Responsio. Quoniam qui furatur, quādoque peierat, & non econuerso. Quoniam qui non vult mentiri vel iurare, nunquam eligeret furari. Et per hoc id auertit. Vel dicendum quòd furtum puniebatur in lege: mendacium autē non. Et ideo ne putetur licitum: hic prohibet [Reddes autem domino iuramenta tua] Hierony. idest si iurare contigerit per creatorem iurabis, non per creaturam. Vnde [domino] dicit: non idolo vel creaturæ: quia vt dicit Chrysosto. Qui domino non reddit iuramenta sua sed elementis: dupliciter peccat. Primo, quia non reddit deo ius suum. Secundo, quia deificat per quod iurat, & sic idolatriam committit. Gloss. Hierony. Sicut victimas deo immolare iussit ne eas idolis immolarēt: sic paruulis concessum est iurare per deum. Ergo si paruulis, non licet hoc perfectis. Contra Apostolus iurauit. Rom. primo Testis est mihi deus &c. Et angelus Apoc. 10. Responsio. Paruulos dicit qui veritatem dicunt seu humiles deum timentes. Vel paruulis idest pro paruulis, hoc est pro istis temporalibus. [Ego autem dico uobis] idest occasione periurii. etiam iuramenta prohibeo mandans uobis. [non iurare omnino.] idest ex qualibet causa, siue sine legittima causa, quia cum sine causa iuratur, attestatio primæ ueritatis contemnitur, quia assumitur in uanum, quod prohibetur. Exod. 20. Non assumes nomen dei tui in uanum. Contra. Psalm. 119. Iurauit dominus, & non pænitebit eum. Ad Hebræ. sexto. Omnis controuersiæ finis ad confirmationem est iuramentum. Responsio. Prohibet iurare omnino idest assidue. Vel omnino: in sensu composito idest in omni casu. Debent autem in iuramento tria esse. Materia debita scilicet veritas, forma debita: scilicet iustitia. Et finis rectus. Vnde secundum August. & Gregorium, & Origenem. Non penitus iurare prohibuit, sed occasione periurii, quod perfectius est docuit. secundum Alex. Hoc præcipitur solum Apostolis in primitiua Ecclesia: ne imperfecti haberentur. Vel cum dicit. [non iurare omnino] prohibetur affectus iurandi, non effectus. Sicut Iac. 5. Ante omnia fratres nolite iurare idest non appetatis. vt de Hierony. Christus omnino iurare prohibet, ne quis quasi bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi labatur in periurium. Item August. in libro de mendacio dicit. [Omnino non iurare] id est quantum in te est non ames, neque cum alia qua delectatione apperas. Item idem Augu. Iuratio non est bona, non tamen est mala cum est necessaria. Contra. Augustin. in sermone de periurio, falsa iuratio pernitiosa, uera periculosa, nulla secura. Si periculosa ergo mala. Responsio periculosa dicitur respectu iurantis, non quia mala: sed quia de facili potest omitti aliqua conditio iuramenti, quæ est triplex: iuxta illud Hiere. 4. Iurabis uiuit dominꝰ in ueritate in iudicio & iustitia. In ueritate iurat qui secundum ueritatem rei, & conscientiæ, in iustitia qui licite, in iudicio qui pro causa sufficiente. [Neque per cælum.] Chrysosto. Qui per cælum iurat, cælum deificat, & per cælum intelligit omnem creaturam superiorem naturalem. Glo. Non iuremus per creaturas. Contra Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. Gen. 42. Responsio: Iurauit potestatem eius a deo atque salutem cognoscens. Ergo non fuit per creaturam iurare: sed per deum in cuius manu salus est omnium. [Quia thronus dei est.] Esa. ultimo. Cælum mihi sedes est. [neque per terram] per quam intelligitur omnis creatura naturalis inferior. [Quia scabellum pedum eius est.] Esa. vltimo. Terra scabellum pedum meorum. Et ut dicit Aug. In cælo dicitur deus sedere terramque calcare, non quòd membra sic locata habeat, sed quia in corpore mundi maxima species est cæli, minima terræ. Propter quod in cælo dicitur sedere, quia in magna sua potentia reluet. Deinde compre-

comprehendit creatutam artificialem dicens. [Neque per Hierosolymam] Consuetudo erat Iudæis iurare per Hierusalē, & tem plū & hmōi. [Quia est ciuitas magni regis] psal. 76. [Quis deus magnus, sicut deus noster [neque per caput tuum iuraueris] Per hoc intelligitur omnis creatura quæ est idem quod nos. August. Cum quis per salutē meam iurat, salutem suā deo obligat. Cū per filios meos, oppinguerat deo, ut hoc eueniat in caput eorum quod exit de ore eius. [Quoniam non potes unū capillum album facere aut nigrū. Sit autem sermo uester, est est, nō non, quod autem his abundantius est, a malo est.

h ¶ Audistis quia dictum est, oculum per oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & quicumque te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui autem petit te, da ei, & uolenti mutuare a te, ne auertaris. Audistis quia dictum est, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumiantibus uos, vt sitis

A paritatem, putabant Iudæi se posse ulcisci, & ideo inhibetur in Leuitico. Item ibidem Augustinus. Iniustorum iustitia est: non quia iniqua est ultio quam lex statuit. ergo ultio erat licita. Responsio, Vltio amore iustitiæ erat licita ipsi iudici: non amore uindictæ. Vnde sic intelligitur gloss. Vltio iusta iniustorum idest uindictam iniuste exigentium. [Ego autem] quasi dicat illis sic concessum est. [Ego autem dico vobis] idest dicendo, moneo uos [non resistere malo] idest non uelitis repellere iniuriam illa tam ulciscendo: uel animo ulciscēdi. Vnde cum dicit, [malo] intelligit de malo temporali siue pæne, ut dicit Augustinus, & Hieronym. Et non de malo culpæ, cui usque ad mortem resistendum est. Chrysosto. Præcipit istud, non ut nobis mutuo oculos eruamus, sed ut potius innocentes custodiamus, uel contineamus manus sicque comminatione tali, impetum frenauit iniuriæ. Item idem. Iracundia per iracundiam non conpescitur. Et intelligi debet de malo pæne: quod est tripliciter, ut Augustin. dicit, in cruciatu corporum, damno rerum, & angarijs operum. Quæritur autem utrum non resistere malo, sit præceptum vel consilium. Responsio. Iniuria quam appellat hic malum, aut est particularis, & priuata, aut publica. Si publica, tunc repelli debet iussu principis. Roman. 12. Dei minister est, uindex in iram ei qui male agit. Item August. fortitudo quæ a barbaris defendit patriam, uel domi defendit infirmos, uel a latronibus socios, plena iustitia est. Et sic præceptum est subditis, non solum principibus. Vel potest esse iniuria particularis, & tunc iniuria repelli potest tripliciter. Vel impediendo sicut Paulus qui per milites impediuit iniurias Iudæorum. Vel arguendo, sicut dominus fecit danti ei alapam. Io. 18. Et sic licet omnibus tam perfectis quàm imperfectis. Vel reppellitur cogente necessitate, sicut quando non potest uitari læsio, nec per fugam, nec per aliud impedimentum, & tunc aut reppellitur sine armis, & hoc modo permittitur clericis & laycis. Aut cum armis: & sic non licet clericis, & si laycis forte liceat flagrante maleficio cum moderamine inculpatæ tutelæ. Vt dicit lex. Et sic est in præcepto clericis, laycis autem in consilio. Aut repellitur animo vlciscendi, sicue uindictæ libidine, & sic omnibus est prohibitum, & præceptum. Et sic intellectum multipliciter, non resistere malo est in præcepto uel in consilio. [Si quis te percusserit in dexteram maxillam] ad literam [præbe ei, & alteram] idest paratus sis sustinere patienter. Rabanus. Non tantum non repercutias, sed si uult alteram ferire, patienter feras. Et hoc congruebat apostolis pro tempore illo. Nam quia fundaturi erant ecclesiam, uoluit eos debere sustinere primos impetus persecutorum, ut homines uidentes eorum patientiam, conuerterentur ad fidem. Vnde Chrysost. Si diligenter inspexeris quàm illi fuerunt legis auditores, & in qua conuersatione degentes, & quando hæc præcepta susceperint, facile intelliges, maxime miraberis legislatoris sapientiam Vel [præbe ei & aliam] Gloss. totum corpus ad affligendum. Hieronym. Aliam idest dexteram, quia iustus totus est dexter. Ambro. Quid tam mirum quàm percutienti maxillam præbere, non ne omnis impetus indignantis frangitur, ira sedatur, & per patientiam ille qui iniuriatur ad pænitentiam reuocatur? [Et ei qui uult tecum in iudicio] Gloss. altercationis [contendere] idest contentiose agere. [& tunicam tuam tollere.] idest uestes uiliores [dimitte ei & pallium] idest uestes pretiosiores siue exteriores priusquam contentiose agas, & fraudulenter. Et secundum hoc inhibitum est omnibus causam mouere contra aliquem cum fraude, & contentione. Vnde de isto iudicio dicit Chry. Omne iudicium irritatio est cordis, si semel in iudicium ingressus fueris, iam non cogitas ut ueritas causæ appareat, sed ut quoquo modo victor existas. Vel potest esse monitio quo ad perfectos, quia quàmuis infirmis sit licitum mouere causam contra proximum sub iudice, dummodo sit sine fraude, tamen hoc non licet perfectis litem cum proximo habere. Vnde Chrysosto. Qui te uenerari debuerat propter dignitatem filii, iudicat te propter necessitatem causæ, & perdis dignitatem Christi propter negociū mundi. Vnde solent dici hi uersus. Expedit infirmis licet absque dolo sine lite, prælatisque licet non expedit anachoritæ. Non licet uter eum sint res in iure petitæ. Triplex autem est causa qua possunt ablata repeti ab aliquibus uice perfectorum. Prima est

B

C

D

E

malorum refrænatio.Iob,19. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam, Gregorius. Non solum cura debet esse ne nostra subtrahant,sed vt rapientes non sua, semetipsos non perdant, Secunda est pacis conseruatio Esa.33.Erit opus eius iustitiæ pax, Tertia est pauperum consolatio, quibus data sunt illa bona temporalia ad sustẽtationem.[Et quicũque]ecce tertium scilicet monitio in angaria operum. Angaria enim est exigentia indebiti seruitii, vel operis in propria persona. Vnde dicit

filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est.

[Et quicumque te angariauerit]idest seruire te coægerit corporaliter,verbi gratia. Vt vadas cum eo[mille passus, vade cum eo & alia duo]idest ad huc sis paratus vt amplius patiaris.August. Historialiter hoc nec in Iesu:nec in suis inuenimus impletum.Expo nitur ergo[vade]secundum Augustinum,nõ tam pedibus quàm parato affectu & animo.quasi dicat:Si quis cogit te seruire, & solatium impendere,paratus esto compassionis affectu multo plura impendere.[Et qui petit &c.]Hic ponitur perfectio in benificientiæ exhibitione quod fit dupliciter scilicet sine remunerationis spe,donando indigentibus.Et absque vsuris mutuum concedendo petentibus.Quantum ad primum dicit. [Qui petit a te] rem vel correctionem,da ei, Gloss. quæ honeste & iuste possunt dari.Honeste dicit:quia res ita posset esse necessaria quòd honeste non posset dari.Iuste,quia aliena res non potest dari iuste.Augusti.Ita des vt nec tibi noceas;nec alii.Est autem triplex donum quod maxime debemus dare scilicet de corde cõpassionem : Esa. 58.Cum effuderis esurienti animam tuam &c. Gregorius. Plus est compati ex corde quàm dare,quia qui compatitur, de seipso dat.Qui de pecunia de alieno.secundo de ore,dulcis verbi consolationem, Eccle.18.Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbis melius,quàm datum. Tertio de manu temporalem substantiã. Deut.15.Præcipio vt aperias manum fratri tuo egeno. Quæritur autem hic,an ad hoc teneantur omnes & semper. Responsio. Datum potest esse temporale,vel spirituale.Si temporale, vel est de obsequio in opere, & sic tenetur quilibet ad indigentem. Exod.23.Si videris asinum odientis te iacentem sub onere, non pertransibis,sed sub leuabis cũ eo.Vel est de rebus, & rũc vel est de superfluis,vel de necessariis.Ad superflua tenentur clerici. Vnde Ambrosius.Non maioris est criminis habenti tollere, quàm cum possis,indigentibus denegare.De necessariis autem vel superfluis,in casu tenetur quilibet,scilicet posito in extrema necessitate.Vnde Hieronym. super id,Rom.12. Si esurierit inimicus tuus &c. Quisquis in quacumque necessitate moriturò succurrere poterit:si non fecerit,occidit.Si autem non sit diues, cum nõ possit dare temporalia,tenetur ad affectum. Vnde gloss. si deest facultas,da affectum.Si autem est spirituale,tunc vel est compassionis de corde:vel dulcis verbi de ore,vel sapientiæ de mente:& obligat tam pauperes quàm diuites.Vnde Hieronymus. In plerisque pauperibus hoc stare non potest,sed etiam diuites si semper diuidunt:semper dare non poterunt.Præceptum ergo intelligitur de illa pecunia secundum Hierony.quæ dando non deficit:idest de sapientia.Sed quanto plus data fuerit tanto amplius duplicatur.[Et volenti &c.]Ecce secundum genus præstandi secundum Chrysostomum scilicet cum redditurò commodamus. Vnde dicit[& volẽti mutuare a te]idest volenti a te accipere mutuo,ne auertaris.Glossa idest ne alienes voluntatem.Chrysostomus.Similis est pecunia vsurarii morsui aspidis. Percussus enim ab aspide quasi delectatus vadit in somnum. Et per suauitatem soporis moritur,quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit.Sic qui sub vsura accipit,sub tempore quasi beneficium sentit.Sed vsura per omnes eius facultates decurrit, & totum conuertit in debitum.[Auditis:quia dictum est:Diliges proximum tuum &c.]Hic ponit cõsilia respectu moralium. Et quia moralia complenrur in dilectione proximi.Rom.13.Qui diligit proximũ legem impleuit:ideo monet ad dilectionem cuiuslibet tibi proximi, & conformis in natura,sicut sunt & inimici.Dicuntur autem hic tria.Primo legis antiquæ reprobatio,Secundo Iudæorum facta traditio ibi.[Et odio habebis &c.]Tertio legis euãgelicæ perfectio ibi.[Ego autem &c.] Vbi quatuor tangit scilicet inimicorum dilectionem,Secundo monitionis suæ rationem ibi.[Vt sitis &c.]Tertio suæ rationis approbationẽ ibi.[Si.n.&c.] Quarto perfectionis conclusionem ibi [Estote ergo &c.]Dicit ergo.[Audistis quia dictum est.]Leui.19 [Diliges proximum tuum]scilicet affectu & effectu.[Et odio habebis inimicum tuum.] Istud,nunquam inuenitur in,lege:sed additio est ex parte Iudæorum,Putabant enim hoc forte addendum ex multis quæ in lege dicta sunt,Nam deus præcepit vt delerent Amalechitas, & Exo,

F 23.dicitur.Inimicus ero in inimicis tuis,sic de aliis. Et ideo contra hoc ponitur Euangelica perfectio quæ consistit in tribus, in actu cordis,operis,& oris.Quantum ad actum cordis dicit [Ego autẽ dico vobis:diligite inimicos vestros.]ad literam:consulendo, auxiliando,beneficia largiendo.Augusti.de vera religi one. quid ei nocebit qui bene vetiã inimico potest? eius enim præsidio atque merito inimicitias non timescit, cuius precepto & dono diligit inimicos: Quæritur autem si omnes ad hoc tenentur. Responsio : omnes tenentur ad hoc affectu,& etiam effectu in necessitate,vt dictum est supra.Perfecti vero extra necessitatem debent diligere inimicos perfecte,affectu,& effectu.Affectu autem possunt diligere inimicos generalis Ecclesiæ.[Benefacite]in effectu operis[his qui uos oderunt.]tum ex naturæ cõformitate. Esa.58.Carnẽ tuã ne despexeris:tum ex dei & proximi charitate.Ro.12.Si esurierit inimicus tuus ciba illum &c.Chrysost.Si bene feceris inimico:tibi amplius benefecisti.[Et orate.]verbo oris[pro persequentibus vos]per apertam iniuriam[& calumniantibus]per apparentem iniustitiam.[Vel persequẽtibus]facto.[calumniantibus] id est falso criminantibus verbo.Hoc fecit Stephan⁹.Act.7.Et Christus.Luce.23.Pater ignosce illis &cæt. [Vt sitis &c.] Hic ponitur monitionis ratio ex duplici exemplo scilicet diuino, & humano,quantum ad exemplum diuinum dicit.Ita deberis diligere[vt sitis filii patris vestri]idest imitatione.Vnde Rabanus.Filii non degeneres.Carnales filii si similes sunt patribus,nullam laudem merentur.Si dissimiles:nullum vituperium:quia non est in potestate hominis quòd accipiat corporis qualitatem. Filii autẽ spirituales,si similes,laudandi,si dissimiles,vituperandi : quia in potestate cuiuslibet est mensuram iustitiæ faciendi.[Qui in cælis est]per operis sui maiorem relucentiam.Vel[in cælis]:secundum Gloss.idest in electis & sanctis per gratiam . [Qui solem suum,] ecce exemplum humanum.Et dicit signanter,[suum]:id est quem ipsemet fecit contra hereticos[facit oriri super bonos & malos] Ad literam secundum Rabanum[Et pluit super iustos & iniustos]similiter ad literam.Vel per solem potest significari influẽtia diuinæ bõitatis, per pluuiam,manifestatio veritatis:quasi dicat;si es similis patri cælesti,benefacies bonis & malis.[Si.n. diligitis &c] Hic probat rationem & admonitionem suam exẽplo publicanorum quasi dicat.Non est perfectio tantum diligere amicos[quia si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?]quasi dicat nullam.infra 6.Recepistis mercedem vestram[Nonne & publicani hoc faciunt?]quasi dicat:qualis in vobis erit perfectio si in dilectione non superatis exemplum publicanorum qui imperfecti sunt.Secundum Rabanum dicuntur publicani,qui vectigalia publica,vel negocia sæcularia,vel lucra sectantur.Et vt idem dicit.Publicanus nomen traxit a Publio rege qui primus eos ordinauit[Et si salutaueritis fratres vestros] sup. tantum idest si tantum orauerit is pro his,qui aliqua affinitate vel amicitia coniuncti sunt vobis.Nam salutatio, vt dicit gloss, est quædam species orationis[Quid amplius facietis?]idest quid plura facietis quàm gentes siue gentiles,qui ex quodam humano affectu hoc faciunt?quasi dicat: in hoc non eritis gentilibus perfectiores.[Nã & ethnici]Rabanus idest gentiles siue gentilibus dediti: ethnos græce,gens latine[hoc faciunt]idest humano affectu suis compatiuntur & pro suis orant.Chrysos. Si indignum est vt te qui in eodem es honore contemnat,quanto indignum est a te deum contemni?[Estote ergo]Hic ponitur conclusio,quasi dicat; Monui vos ad perfectionẽ Euangelicam[ergo estote perfecti] Gl. In charitate dei & proximi[sicut pater vester cælestis perfectus est]Glo.[Sicut]imitationem notat,non æqualitatem quasi dicat; hoc quod dixi faciatis,vt mereamini esse filii patris cælestis per adoptionis gratiam. Et nota quòd duplex est perfectio scilicet gloriæ & viæ.De prima ad Eph.4.Donec occurramus omnes in virum perfectum &c.perfectio viæ,vel est naturæ de qua Gene, 1.Perfecti sunt cæli & terra &c.vel est gratiæ.Et hæc est duplex, vel status,vel meriti,perfectio meriti est multiplex.prima cordis. Esa.38.Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, Secunda oris.Iacobi.3:Si quis in verbo non offendit,hic perfectus est vir,Tertia operis, & hæc est multiplex: prima innocentiæ.Eccle.31.Beatus vir qui inuentus est sine macula &c.Et sequitur.Qui probatus est in illo;& perfectus inuentus est.Secunda excellentiæ vitæ.Gen.6.Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis.Ad hanc tenentur clerici super laycos.Tertia obedientiæ.Gen.17. Ambula coram me & esto perfectus.Quarta patientiæ.Iaco.5,Patientia opus perfectum habet Quinta perseuerantiæ.1.Pe.1.Sobrii & perfecti.Gloss. Constanter

stanter perseuerando.Sexta est charitatis 1.Io.4.Perfecta charitas foras mittit timorem.Ad hanc tenentur omnes. Perfectio status est duplex Primo]ordinis.Deut.33.dr[Leuitis,Perfectio tua & doctrina tua &c.Secunda prælationis.Luce.6.Perfectus erit omnis si sit sicut magister eius.Tertia religionis.infra 19.Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus &c.

CAP. VI.

ATTENDITE ne iustitiam vestram &c.] Hæc est pars secunda ab illo loco . Dico autẽ vobis &c. In qua postquã monuit ad executionem Euangelicæ perfectionis : monet ad executionis rectam intentionem . Et diuiditur in duas . primo monet ad simplicitatem sanctæ intentionis.Secundo ad puritatem sanctæ conuersationis.ibi [Attendite a falsis &c.] Simplicitas sanctæ intentionis debet esse affectu & effectu.contra duplicitatem effectus de qua Eccl.2.Veh peccatori ingredienti terrã duabus viis, & contra duplicitatẽ affectus de qua Iac.1.Vir duplex animo inconstans est in omnibus operibus suis,primam ergo remouet in hoc cap.Et duplicitatem affectus remouet.ibi[Nolite thesaurizare &c.[Duplicitas effectus est cum quis quod est bonum ex genere facit ex mundano fauore . Remouet ergo primo appetitum mundanũ fauoris ab omnibus operibus generaliter,Secundo specialiter.ibi[Cum ergo facis &c.]Insuper primo ponit mundani fauoris exclusionem . Secundo subiungit rationem . ibi[Alioquin &c.]Dicit ergo[Attendite] idest cauti & attenti estote[ne iustitiam vestram]Gloss.idest opera iustitiæ vestræ[Faciatis]Gl. eo fine[coram hominibus vt videamini ab eis] idest vt humanum fauorem appetatis.Augu.Non prohibet videri vt deus laudetur:sed videri vt ipsi laudentur, Chrysos.Sicut lampas abscondi non potest,sic nec opus iustitiæ celari[Alioquin]quasi dicat si ita non feceritis[non habebitis]mercedem apud patrẽ vestrum qui in cælis est]Gloss.quia humanus fauor vobis deputatur pro cuius mercedis amore fit.Aggæi primo . Qui mercedes congregauit,misit eas in sacculum pertusum.Hiero.Non virtus sed causa virtutis apud deum mercedem habet.[Cum ergo facis &c.]Hæc est secunda pars vbi remouet specialiter humani fauoris appetitum a bonis operibus.Vnde August.in gloss.A toto descendit in partes.Sunt autem tria bona opera maxime scilicet eleemosyna, oratio & ieiunium.Eleemosynam contra oculorum concupiscentiam.Oratio contra superbiam vitæ.Ieiunium contra coucupiscentiam carnis,prima ordinat ad proximum ; secunda ad deum tertia ad seipsum . Excludit ergo appetitum fauoris humani. primo ab eleemosyna, Secũdò ab oratiõe.ibi[Et cum oratis &c.] Tertio a ieiunio.ibi[Cum autem ieiunatis &c.]In prima dicuntur quatuor.primo ponit fauoris exclusionem.Secundo eius rationem.ibi[Amen dico vobis &c. [Tertio dandi modum & discretionem.ibi[Te autem faciente.]Quarto danti promissionem. ibi[Et pater tuus &c.]Dicit ergo.[Cum ergo facis eleemosynã] idest,opera misericordiæ[noli ante te tuba canere]ad literam secundum Ansel.Forte canebant tuba vt omnes venirent,q.ad spectaculũ cum eleemosynas dabant . Vel tuba canere est pompam vanæ laudis appetere.vnde Rabanus.Ante se tuba canit qui ante alios vult laudari.Vel vt dicit Chrysosto. Tuba est omnis actus vel sermo per quem ipsa operis iactantia designatur . Et sic aliquando ipsa etiam absconsio tuba est[sicut hypocritæ faciunt] Hypocrita vt dicit Augu.est qui simulat quod non est,vnde dicitur ab hypos quod est sub,vel supra,& crisis aurum quasi supra aureatus,intus luteus[in synagogis] vt videantur a sapientibus & vicis]vt videantur a turbis.Et per hoc notatur vana eorũ intentio[vt honorificentur ab hominibus]idest eo fine vt honorent eos homines.Ecce vanæ pompæ appetitus.Chrysos,Nõ est ingrata deo quæ ab hominibus visa est eleemosyna:sed quæ ad hoc est facta vt ab hominibus visa sit.[Amen dico &c.]Hic ponit exclusionis rationem[Amen dico vobis] idest certe sciatis[receperunt mercedem suam]Gloss.idest merces sua laus humana est.[Te autem faciente &c.]Hic Tertio ostenditur modus faciendi eleemosynam.vnde dicit.[Te autem faciente eleemosynam] idest cum opus aliquod misericordiæ facis[nesciat sinistra tua]per sinistram intentio peruersa designatur vanæ laudis,per dexteram intentio sancta implendi præcepta dei vt dicit,Augu.vnde [nesciat sinistra tua]idest nõ se immisceat peruersa intẽtio laudis vel ineptæ lætitiæ,vel elationis[quid faciat dextera tua.]idest cũ præcepta

A dei implere contenditis,quasi dicat:quod agit virtus, nesciat elatio vel vanagloria[vt sit eleemosyna tua in abscõdito]idest in se, creto conscientiæ secundum Gloss. In cõscientia dicitur fieri eleemosyna quando propter deum fit:non quia abscondatur aliquãdo ab hominibus.vnde Chrysos.Qui propter deum facit eleemosynam,neminem videt in corde suo nisi deum propter quem facit;& ideo si præsentibus aliquibus faciat, tamen animus eius non videt illos, & si videatur ab eis potest & econtrario fieri vt nemo sit præsens,tamẽ ille in corde suo gerit personas quibus vult ostentare.Eleemosyna in absconsito sit quæ nullis miscetur tenebris.

b ¶ Et cum oratis non eritis sicut hypocritæ,qui amant in synagogis & angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus.

B lux intus est:tenebræ extra.[Et pater tuus] Ecce Quartum scilicet facienti promissio.Vnde dicit[Et pater tuus qui videt in absconsito] idest qui est discretor intentionum . Ad Heb.4.Et.1. Reg.16.Homo videt quæ foris parent:deus autem intuetur cor. [Reddet tibi]scilicet mercedem. Eccl.5 . Altissimus est patiens redditor.Chrysos.Impossibile est vt bonum opus in absconsito dimittat deus,quia gloria eius est.Si vis ergo directiones tuas videre,absconde eas.Si enim studueris,nunc latere:tunc deus famose prædicabit toto orbe terrarum præsente.

b ¶ Et cum oratis &c.]Hic Secundo remouet appetitum humani fauoris ab oratione.Et continet tria . Primo excludit humani fauoris appetitum,Secũdo docet orãdi modum.ibi[Tu autẽ &c.] Tertio orationis debitæ subiungit formam.ibi [Sic ergo orabitis &c.]Prima continet tria.Primo remouet ab oratione , hypocritarum ostentationem,Secundo ostentationis modum & finem. ibi[Qui amant &c.]Tertio subdit eorum condemnationem . ibi [Amen dico &c.]Dicit ergo] Et cum oratis] scilicet ex affectu mentis.Sed hic est quæstio literalis , quare non dixit.cum oras singulariter,sicut superius,Et cum facis &c.responsio pluraliter dicit cum oratis,quia omnium est orare:quia ad hoc non exigitur res temporalis,nisi cordis intentio:sed eleemosynam dare nõ, non est omnium . Vel dicendum quòd oratio dupliciter fit , in communi sicut in choro:& solitarie &c.[non eritis sicut hypocritæ]foris lucentes,intus fœtentes.infra.23.[qui amant]Sed quæritur quare non dicit,qui orant? responsio Chrysosto. quia reuera non orant sed amant videri , ac si orarent . Iuxta hoc quæritur quare non similiter dixit de eleemosyna . responsio quia licet dent eleemosynam mala intentione:dant tamẽ ipsam rem[in synagogis]vbi conueniunt sapientes [orare vt videantur stantes] hoc dicit.quia mos Iudæorum est vt stando orent:quia stando legem acceperunt.Exo.19.Steterunt ad radicem montis &c.[& in angulis platearum]supple amant orare.Chrysos. Quærunt se abscondere vt dupliciter laudentur.primo,quia orant.secũdo, quia latenter orant[vt videantur ab hominibus] Ecce vana intentio. Chrysos. Non in intendunt exaudiri sed videri . Item idem. O insania vanitatis.esse nolunt quod desiderant apparere. Mendaciter orant,cum non orent.Et mendaciter laudantur cum non sint laudabiles.Speciem vacuam religionis vendunt , & verbum vacuum laudis emunt.finito verbo,finitur & bonum quod positum erat in verbo.vnde bene subiungit,[Amen dico vobis:] quasi dicat:pro certo sciatis[receperunt mercedem suam]Gloss.Laudem humanam,sed a me recipient æternam pœnam. [Tu autem cum oraueris &c.]Hæc est Secũda pars vbi dat orandi modum . Et primo ostendit debitum modum . Secundo excludit ab ipso modo ritum gentilium siue multiloquium.ibi[Orantes autem &c.]Prima in duas.primo dat orandi modum. Secundo subdit promissum ibi[Et pater tuus &c.]Modus autem orandi consistit in tribus.primo in secreto meditationis , secundo in exclusione pravæ affectionis.ibi[Et clauso &c.]Tertio rectitudinẽ intentionis ibi[ora patrem &c.]Dicit ergo[Tu autem cum oraueris , intra in cubiculum tuum]idest secretum mentis,& archanum , vt dicit Aug.& Raba. per actum secretæ meditationis. Chrysosto. Deus non voce clamosa pulsandus est,sed conscientia recta placandus:quia non est vocis sed cordis auditor.[Vel intra in cubiculum]ad literam.Et significanter dicit [cubiculum.] quia tunc anima debet ab exterioribus quiescere cum orat.Et tunc est tempus conuenientius,& locus secretior.Chrysosto. Per diem mille te circundederunt causæ,& non permiserunt te esse secretum orationi.Sed quando ad lectum peruenerís.dic animæ tuæ . Anima quomodo expendimus diem? quid boni vel mali fecimus? Roga deum prius,& sic animæ tuæ soporari permitte.Sic faciebat Iudith.8.

dith.8.sic Petrus.Act.10.& Thobias.3.[Et clauso ostio]idest exclusa omni praua affectione & mundana,vel sensibus exterioribus clausis,vt dicit gloss.Esa.26.Vade populus meus in cubicula tua, & claude ostia tua super te[ora patrem]Gloss.qui oratur in spiritu & veritate.Io.4.Ora non de mundanis. Isidorus. Longe est a deo animus qui in cogitationibus sæculi fuerit occupatus. Hiero.Aliud est narrare nescienti: aliud rogare sciẽtem. Illic indicium, hic obsequium:[in abscondito]idest cordis intimo.Chryso. Orans nil noui faciat quod aspiciant homines, nec voce clamet, nec manus expandat, nec impudenter oculos tollat ad cælum vt notabilis fiat.[Et pater &c.]Ecce promissum subdit dicens[Et pater tuus qui videt in abscondito]idest qui inuetur cor.Heb.4.Omnia nuda & aperta sunt oculis eius[reddet tibi]Non dicit dabit]quia iam se debitorem constituit idest pro certo retribuet tibi mercedem.Chryso.Intende dei philantropiã id est amorem quem habet ad homines:& misericordiam dei cũ admiratione considera, cum pro his quoque quæ a nobis rogatur bonis:mercedem se pollicetur daturum.[Orantes autẖ &c.] Hic excludit ab oratione multiloquium.Vbi primo ponit multiloquii prohibitionem.Secundo prohibitionis rationem.ibi[Nolite &c.]Dicit ergo[Orantes autem nolite multum loqui]idest in verbis multis nolite confidere.Contra 1.The.vl.Sine intermissione orate.præterea,Dominus multum stetit in oratione.infra 26.& Luc.6.Responsio secundum Aug.damnat multiloquium de infidelitate, sed non orationes quas in cordis puritate sancti faciunt.vnde Ansel.Non est peccatum orare cum cordis deuotione per multiloquium[sicut ethnici faciunt]gentiles enim multiplicant verba in orationibus, Primo vt indicarent intentionem suam dæmonibus quos adorabant:quia aliter non potuissent cognoscere.vnde Augu.Gentilibus erat necessaria verborum multiplicitas propter dæmones.Secundo vt dæmones absentes, ad seruocarent.Et huic causę alludit Helyas.3.Reg.18.dicens sacerdotibus Baal cum diu orassent.Clamate voce maiore.Deus enim vester est,& forsitam loquitur,aut in diuersorio est,aut forte dormit vt excitetur.Tertio vt verborum persuasione inclinarẽt eos ad miserẽdum.vnde subdidit[putant enim quòd in multiloquio exaudiantur]idest opinantur quòd in multitudine verborum persuasibilium præces eorum effectui mancipentur. Et quia illi ita faciunt[ergo vos]mei fideles[nolite assimilari eis]scilicet in multiloquio vt credatis deum inclinari persuasibilibus verbis. Isido. Non in multiloquio exaudiuntur homines:quasi pluribus verbis conentur deum inflectere.Item vt puretis deum vestrũ ignorare quod petitis[scit enim &c.]Ecce ratio prohibitionis quasi I dicat.Non oportet vos multis verbis orare:sed rebus, & cordis affectu simplici.dicit Rabanus[quia scit pater vester quid opus] idest quid necesse[sit vobis]antequam petatis.Quare ergo oportet orare? Responsio non vt doceas sed inflectas, vt familiaris efficiaris,vt humilieris,vt peccatorum tuorum rememoreris. Et signater dicit[Pater vester]Chryso. Dicendo pater: & veniam peccatorum,& pœnarum interitum,& iustificationem,& sanctificationem, & liberationem: & filiorum adoptionem:& hereditatem dei,& fraternitatem cum vnigenito copulatam,& sancti spiritus dona largissima,vno sermone significauit.Quærit hoc Hieron.& Rabanus.Si nouit deus antequam petamus,ad quid scienti petimus? Responsio. Multiplex est causa quare scienti loquimur & oramus.Prima vt nos profiteamur & sciamus hse nos ab eo quod petimus.vnde Rabanus.Non est opus narrare sed obsecrare,Secunda vt exemplum præstetur.vnde Rabanus.Vult deprogari:vt bonitas eius deriuetur ad populos.Tertia vt mens nostra excitetur.Vnde Hiero.Nos tempore orandi excitamus.4.vt K deuotio excitetur astantibus.Hiero.Loquimur,non vt nostræ faciamus iudicium voluntatis,sed vt excitemus obsequium pia deuotionis.Quinta vt desiderium accendatur.Sexta vt cor purgetur.De his duobus.Gloss.interli.verbis cor accenditur, & præcibus serenatur.Septima vt animus occupatus circa sancta verba retrahatur a superfluis cogitationibus.

c ¶ Dominus dixit[Sic orabitis]non hoc orabitis. Non prohibet aliud ab hoc orare,sed docet sic orare.Vnde hæc oratio habet tria.Est enim breuis,perfecta,& efficax.Breuis est vt omnes possent capere tam docti quàm indocti.Item vt daret fiduciam de facile impetrando.Vnde Esa.10. Verbum abbreuiatum faciet dominus.Item perfecta est.Ipse enim de tradidit hanc, & dei perfecta sunt opera.Item efficax.vnde Apostoli dicebant,Doce nos orare.Ipse autem sic dixit.Sic orabitis.Pater noster qui es in cæ-

F lis &c.Et in hac oratione sicut in oratione rhetorum, duo facit. Primo captat beneuolentiam.Secundo docet quid petendum.Captat beniuolentiam,sed alio modo quàm captet homo hominẖ beniuolẽtiam,vt scilicet flectat eum ad se.Captamus autem nos dei beniuolentiam vt eleuemur ad eum.Requiruntur duo ad dãtem,quod possit, & velit.Et vt velit, dicit [Pater] Si enim est pater,vult vtilitatem filiorum, quòd possit ostendit subdẽs[Qui es in cælis] Si enim est in cælis, pót quod vult. Hoc autẽ quod dicit[Pater noster]valet ad fidei instructionẽ. Et G remouet duos errores,qui destruebant orationem.Quidam enim dicebant deum nõ habere curam de humanis,vt habetur Ezech. Nono Dereliquit dominus terram dominus non videt. Quidam autem dixerunt quòd habet curam,& prouidet de omnibus, sed prouidentia dat necessitatem rebus,& sic non oportet orare,quia si prouidet deus,ita erit.Sed istas opiniones destruit cum dicit. [Pater.]Si enim est pater,prouidet filiis,vt habet Sap.12. Nõ est autem alius deus quàm tu:cui est cura de omnibus. Item pater dicitur ad filium,vt dominus ad seruum. In eo enim quòd ipse pater est:dicimus nos liberos. Non enim dicitur pater aliarum rerum.Si ergo sumus liberi,habemus libertatem, & arbitrii. ergo aliquid est a nobis.Per hoc vero.cp dicit [qui es in cælis]ostendit omnia impertrabilia.quando ipse, ibi immobilis est. Quia sicut ipse qui est in cælis,disposuit effectus produci ex causis,ita prouidit talem petitionem per talem orationem nobis dari,Vnde, valet ad subleuandum spem Luc.11.si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester cælestis &c. H Item Pater,valet ad excitandum charitatem,naturale est, quòd a patre diligatur filius Ephe. 6. filii obedite parentibus vestris in Domino &c.Item inuitamur,ad imitãdũ,sup.5.vt sitis filii patris uestri&c.Itẽ ad humilitatem prouocamur, Malach.1. Filius honorat patrem &c.Si ego pater,vbi est honor meus?Item dicens pater noster,affectus ordinatur ad proximum,quia si vnus pater omnium, non debet contemnere quis proximum ratione generis. Item dicit. Pater noster. Non dicit. Pater meus, quia Christus voluit seruare quod sibi proprium est, quia quadam singularitate est filius dei.vnde dicit.Ioã.20.Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, quia aliter meum aliter vestrum. Item docuit pro toto populo orare. Chrysosto. Dulcior est apud deum oratio quam non transmittit necessitas: sed fraternitas. Secundo ad captandum beneuolentiam dicitur. [Qui es in cælis] non pro corporali loco: quia cælum, & terram ego impleo dicit dominus.Hierem.23.sed propter eminentiam.Vnde per hoc infimis prouidetur, vt considerent per id quod supremum est in corporibus, quòd deo debent obsequi: propter hoc versus orientem oramus, quia ab oriente vertitur cælum. Et sicut cælum supra corpus,ita deus supra spiritum.Vnde sicut corpus conuertitur ad cælum,ita spiritus conuertitur ad deum. Vt ergo spiritus reuocetur a terrenis,dicit.Pater noster,qui es in cælis.Aliter per cælos,sancti intelliguntur.Esa.1. Audite cæli, & auribus percipe terra. & psal.21.Tu autẽ in sancto habitas. Dat enim fiduciam impetrandi,quia non longe sunt a nobis.[Sanctificetur nomen tuũ.]Hic captata beniuolentia accedit ad petitiones,sed omnis petitio habet desiderium. Vnde in hac oratione continetur omne quod homo desiderare potest:& eo ordine quo petere debet.homo enim desiderat consequi bonum, & vitare malum.Quatuor autem petuntur desideranda.Desiderium enim tẽdit in finem.Vnde in vnoquoque quod primo desiderandum est, est finis.Finis autem est deus.vnde honor dei primo est petendus & hoc tangitur.[Sanctificetur nomen tuum.]Item perenda sunt quæ ad nos pertinent.Et primum est gloria dei. Et hæc tangitur [Adueniat regnum tuum]Item virtutes,& merita bona. Et hoc tangitur[Fiat voluntas tua &c.]Item subsidia mortalis vitæ, siue temporalia,siue spiritualia.Et hoc tangitur[Panem nostrum quotidianum]siue intelligas panem temporalem, siue spiritualẖ vel sacramentalem.Item malum est vitandum.Cõtra bona sunt quædam impedimenta,contra primum non est impedimentum, quia semper est honorandus deus,siue velis siue nolis habere beatitudinem impedit peccatum.Ideo peti [Dimitte nobis debita nostra &c.]Virtutes etiam.& operationes bonas impedit tentatio.Ideo dicitur[Et ne nos inducas in tentationem]Habere necessaria huius vite impedit malum.ideo dicitur[Sed libera nos a malo.[Sanctificetur nomen tuum]Semper sanctificatum est: quomodo ergo petimus?Exponitur sic.Sanctificetur idest quod in se sanctum,est, manifestetur in nobis,non quòd accrescat sibi sed nobis

enim quòd in multiloquio suo exaudiantur.Nolite ergo assimilari eis.Scit enim pater vester quid opus sit vobis: antequam petatis eum.

c ¶ Sic ergo uos orabitis. Pater noster qui es in cęlis: sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum

Amẽ dico vobis,receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui: sicut ethnici faciunt. Putant

nobis accrescit manifestatio gloriæ suæ. Aliter Chrysostomus. Sanctificetur &c.idest sanctificetur ex operibus nostris.idest det nobis talia opera facere ut sanctificetur &c.Secundum Cyprianum.Sanctificetur idest sanctifica nos in nomine tuo.Esa. 8.Et erit uobis in sanctificationem.Sed sanctificari est,ut quinõ sunt sancti sanctificẽtur, & ut sancti in sanctitate perseuerent, & si quidem sanctificati non sint,contrarium amoueatur.Sequitur[Adueniat regnũ tuũ] idest fac nos ad regnum tuum peruenire,ut dicitur.Venite benedicti,percipite regnum &c.Aliter,August.in sermone domini in monte. Deus regnare incœpit cum mundum redemit.Adueniat idest veniat consummatio regni tui.Luc.21.Prope est regnum dei. Vel sic. Adueniat regnum tuum idest regnes in nobis,non peccatum. Vnde Ro. 8.Non regnet peccatum in uestro mortali corpore.Sed non potest uenire quis ad regnum cæleste nisi fiat cælestis: ideo petimus ut fiamus cælestes.[Fiat uoluntas tua sicut in cælo] idest fac nos cælestes.Vnde petimus ut uoluntas dei impleatur per nos;& hoc frustra nisi a deo esset: ideo dicitur [Fiat voluntas tua]quia deus operatur in nobis.Sed quid?[Sicut in cælo & in terra]idest sicut angeli faciunt uoluntatem in cælo,sic nos terreni faciamus in terra. Vel aliter. Fiat uoluntas tua.sicut in Christo sic in ecclesia.Vnde.Fiat uoluntas tua.sicut in cælo idest in Christo,& in terra idest ecclesia.Vel aliter.Per cælum sancti,per terram peccatores.Vnde[fiat &c.]idest conuerte peccatores ut seruiant tibi ut iusti,vnde psal. 17. Illuminas lucernam meam domine, illumina tenebras meas. Vel aliter: quia spiritus comparatus ad carnem, ita contrariatur. Vnde Apostolus.Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ.Rom.7.Vnde[fiat &c.]idest Sicut spiritus cõcordat uoluntati tuæ,sic & caro.Et nota quòd dicitur.Sanctificetur nomen tuum & non sanctificemus. Et hoc est, quia ad salutem requiritur persona dei,& liberum arbitrium.Sed si in prima persona peteretur,iam uideretur quòd solum ad liberum arbitrium pertineret,[Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.] Postquam docuit petere gloriam, & beatitudinem, & operationes uirtutum: hic docet petere quæ sunt necessaria ad præsentem uitam,cum dicit.[Panem nostrũ &c.]Hoc autem exponitur quatuor modis, primo exponitur de pane qui est Christus,qui dicit de seipso. Io.6. Panis quem ego dabo,caro mea est pro mundi vita.Sed dicit,nostrum,quia non cuiuscumque sed fidelium solum. Esa.9.Paruulus natus est nobis &c. Vnde ex quo quis baptizatus est, ius habet in isto pane. Sed hoc quod dicit supersubstantialem,loco eius habetur in græco vsion,idest peculiarem,& quòd sit supersubstantialis habetur ad Ephe.primo. Constituens ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum,potestatem, & virtutem, & dominationem. Iste panis est quotidianus qui quotidie debet sumi non a quocumque,sicut in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicit August.quòd quotidie recipere,nec laudo,nec vitupero,sed in ecclesia quotidie debet sumi a fidelibus,& percipiatur si non sacramentaliter tamen spiritualiter.Sed orientales aliam consuetudinem habent, quia in aliquorum ecclesiis non celebratur nisi semel in hebdomada. Et Aug.in sermone domini in monte dicit,quòd illud sustinetur. [Da nobis.]Sed qualiter dicitur,Da nobis,si nostrũ est? Cyprianus.Da nobis,idest da ita viuere quòd per peccatum non reddamur non idonei ad habendum istum panem. Non enim datur ei qui indigne recipit:sed assumit in dãnum suum.Qui enim manducat,& bibit indigne,iudicium sibi manducat, & bibit,vt habetur 1.ad Corinth.11.Sed quid est quòd dicit.hodie.Dicendum quòd hodie aliquando accipitur pro præsenti die,aliquando pro tota vita nostra.Vnde[Da nobis hodie] idest vt in tota vita nostra possimus percipere: quia in hac vita tantum est necessarius.In alia enim habita ueritate,non indigebimus.Vnde in hac vita,& nunc peculiaris est, tunc continuus.Alia expositio,vt per panem deus vel diuinitas intelligatur.In Luc.17.Beatus qui manducat panem in regno cælorum.psal.68.Panem angelorum manducauit homo.Vnde, da nobis hodie,da vt in præsenti vita possimus ea frui.Item aliter potest exponi de pane sapientiæ. Vnde. Venite comedite panem meum.Ille enim comedit panem sapientiæ, qui inquirit documenta salutis qui facit diuina præcepta.Quarto exponitur de pane corporali,dixerat. Sanctificetur &c. Et fiat voluntas tua &c. Vnde docuerat nos cælestes esse, sed memor

A fragilitatis nostræ docet nos petere terrena ad vitam necessaria & non superflua sed necessaria. Vnde habentes alimenta, & quibus tegamur,his contenti sumus. Idẽ petiit Patriarcha Iacob.Si dederis mihi panem quo vescar, & vestes quibus operiar &c.Sed dicit[nostrum] quia de proprio, non de rapina. Alia ratio quare dicit nostrũ quia hoc datur ad necessitatem. Vnde debemus accipere vt communia: vt dicebat Iob. Si comedi bucellam panis solus.Sed quid est quòd dicit supersubstantialem. B Hoc ideo dicit:quia vt dicit Aug.in lib.de orãdo deũ ad probam, id quod est præcipuum in vita hominis est panis. Eccle. 28.Initium vitæ hominis aqua & panis.Vnde per hunc omnia quæ sunt substantialia ad vitam intelliguntur. Sed dicit [quotidianum]idest pro hac vita breui,si enim peteret ad longum tempus,contrariaretur petitioni suæ, quæ dixit.Adueniat regnum tuum.idest ad nos veniat,si ergo longa petitio esset contrariaretur orationi præcedenti. Item vt superfluitatẽ tollat,quia quod necessarium,est ad diem: contra quosdam qui plus expendunt vno prandio quàm necesse esset in multis diebus.Item dicit.[Da nobis,]Chrysosto. Temporalia habent boni & mali.boni ad vtilitatem,mali ad damnum,boni igitur a deo,mali a diabolo.Alia ratio,sicut si aliquis offerret panem sacerdoti ad sanctificãdum,postea peteret a sacerdote iam sanctificatum,sic dicitur.[Da nobis.]idest sanctifica nobis, & sanctificatur per orationem.Et quia noluit vt petatur ad longum tempus,ideo dicit[Hodie]vel hodie idest in vita ista.Sed quæritur quare dominus prohibuit solicitudinem.Vnde dicit.[Nolite solicitẽ esse &c.]Hic autem docet petere. Sed homo licite C potest desiderare quæ necessaria sunt ad vitam, & non solum quæ ad vitam,sed quæ ad statum, quia plura sunt necessaria regi quàm comiti.Vnde licet hæc petere,sed aliud est desiderare,& aliud solicitum esse. Item videtur quòd non petendũ sit nisi ad unum diem,quia dicit hodie.solutio. Non intendit quin cogites de futuro,sic enim periret populus dei, quia sic non esset congregãdum in æstate quod comedendũ est in hyeme,sed solicitudinem remouet de futuro. Sequitur. [Dimitte nobis debita nostra &c.]Hic intendit ponere petitiones quæ fiunt ad remotionem mali, & primo magis principale quod magis impedit.Hoc autem est peccatum:ideo dicit.[Et dimitte nobis &c.] quia contra eum peccauimus,nos enim indigemus de bono dei.Hierony. Indignum est quòd agamus aliquid contra deum:quando tu peccas,tu vsurpas quod dei est: quia voluntas dei est regula omnium,si ergo dimittis voluntatem dei pro voluntate tua,vsurpas quod dei est. Ideo dimitD te nobis peccata.Et hoc ille petebat psal.38. Dimitte mihi vt refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero. Et per hoc duos errores excludit.Error scilicet Pelagii, qui dicebat quòd sine peccato poterat homo viuere,& hoc est falsum, quia esset aliquis qui non posset dicere hanc orationem:sed hanc dominus dedit omnibus,omnes ergo peccatum habent.Et Ioannes in prima canonica, cap.1. Si dixerimus quòd peccatum non habemus,nos ipsos seducimus &c.Itẽ alius error quòd si quis peccauit non potest agere pænitentiam, sed hoc non doceret dominus petere,nisi vellet remittere. Vnde Ioan.1. Dedit eis potestatem filios dei fieri,quod non fieret nisi remitterentur peccata[Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris] Debitores dicuntur duobus modis:vel quia peccant contra nos, vel quia aliquid nobis debent, ut pecuniam & huiusmodi. Non ergo docet vt dimittam debita pecuniæ,sed debitum quo peccauit contra me,vel etiam si offendit me.pro soluenda pecunia,offensam teneor dimittere nõ pecuniam.Indignum enim, E esset quòd peteret misericordiam,si remittere non vellet. Vnde eccle.28.homo homini seruat iram, & a deo petit medelã. Sed sunt multi qui nolunt dimittere,debent ne dicere. Pater noster &c.Quidam enim subtrahebant verbum illud. Sicut & nos &c.sed talis omittens peccat,quia formam ecclesiæ non seruat.Dicendum ergo quòd licet sit in peccato,debet dicere, quia debet facere quicquid boni potest,quia licet non, sint meritoria ad vitam æternam,tamen sunt proficua ad impetrandam gratiam.Item oratio dicitur in persona ecclesię. vnde licet ipse non remittat:tamen ecclesia remittit.Item quærit Augustinus si solum illis qui remittunt offensas dominus remittit.Et vult Augustinus quòd eo tenore dimittamus quo dimittit dominus. Dominus enim rogantibus dimittit, qui ergo paratus est roganti dimittere,fructum recipit orationis [Et ne nos

nos inducas in tentationem]Cyprianus exponit sic.Et ne nos, idest non sinas nos perduci in tentationem.Tentatio enim vtilis est,sed ille inducitur in tentationem,qui tentationi succũbit, multi volunt igne calefieri,sed non igne comburi, Fidelis deus qui non permittit vos tentari vltra quàm possitis . Et per hoc amouetur error Pelagii,qui dicebat quòd homo poterat perseuare per liberum arbitrium . Et hoc amouet cum docet non consentire tentationi . Ad Phil.2. Deus operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Vltimum est[Sed libera nos a malo]præsenti,vel futuro,pęnę,vel culpę.Vnde Augustinus in hoc verbo.Omnis homo lacrhymas fundit,ita dicebat ille psal.58.Eripe me de inimicis meis deus meus.Sequitur autem[Amen.]idest ita fiat.Hebræum est,datur securitas impetrandi,si tales fuerimus q̃ dimittamus &c. In græco adduntur tria verba,quoniam tuum regnum,& veritas,& gloria.Et hæc tria tribus præmissis respondent,vel sic. tu potes quia tuum regnum,tua est virtus quæ potest donare. Item totum ad gloriam dei.psal.117. Nõ nobis domine nõ nobis , sed nomini tuo da gloriam.

d ¶ [Cum autem ieiunatis &c.] Hæc est tertia pars ab illo loco Cum facis eleemosynam &c.in qua excludit appetitum humani fauoris a ieiunio. Vbi primo excludit a ieiunio modũ indebitum.Secundo subiungit modum ieiunandi debitum,ibi [Tu autem cum ieiunas &c.]In prima dicuntur tria . Primo dissuadet hypocritarum simulationem.Secũdo,ponit sue ostẽtationis peruersam intentionem.ibi[exterminant &c.] Tertio subiungit eorum condemnationem.ibi[Amen dico vobis &c.] Dicit ergo[Cum ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritæ]per hoc quòd dicit[nolite]prohibet non solum facere sed velle,quia in voluntate radix merendi,& demerendi est[tristes]signanter dicit fieri tristes,& non esse,quia ista tristitia siue simulatio solum in apparentia est.Chryso.Dum fingunt se ieiunare , non sunt tristes,sed fiunt [Exterminant] Ecce peruersa intentio, quia exterminant idest extra proprios terminos humanæ cõditionis ponunt,secundum Augu.& Rabanum [facies suas] in quibus magis apparent boni.Augustinus.Sicut de nitore vestium iactantia,sic de nimio squalore, & macie[vt appareant hominibus]qui vident solum exteriora 1.Reg.16. [ieiunãtes] idest abstinentes.Isidorus super Amos. Qui cibis abstinent & mala agunt,dæmones imitantur,quibus culpa adest & cibus abest.Chryso.Siquis ieiunat & tristem se facit, hypocrita est. Quanto nequior est qui non ieiunat,sed in facie sua argumentis quibusdam fingit venalem pallorem?[Amen &c.]Hic subiungitur eorum cõdemnatio.Vnde dicit[Amen]idest vere[dico vobis.receperunt mercedem suam]non dei,idest laudẽ quã intendebant.Grego.in homelia.In cassum caro atteritur , si a suis voluptatibus animus non refrenatur.[Tu autem &c.]Hic subdit debitum ieiunandi modum.Et primo hortatur ad ipsum.Secundo ponit promissum.ibi[Et pater tuus &c.]Quantum ad primum dicit.[Tu autem cũ ieiunas vnge caput tuũ] quadrupliciter.primo caput idest mentem oleo nitoris conscię tiæ,ne diabolus per capillos idest cogitationes teneat. Hester. secundo.Virgines oleo mirtyno vngebantur . Secundo oleo charitatis,hoc inunguntur pugiles idest actiui boni. Matt.25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.Item oleo compassionis , & misericordiæ , quo debent inungi prælati.Eccl.9.Oleum de capite tuo nõ deficiat.Chrysosto.Caput tuum Chrystus est.Esurientem ciba,sitientem.potа. & sic caput tuum vnxisti oleo misericordiæ,qui clamat in euangelio. Quod vni ex minimis meis fecistis , mihi fecistis. Item oleo spiritualis lętitiæ,quo inũguntur reges, idest contẽplatiui . Exod.29. Sanctificabis vasa tabernaculi,oleo . vnde Hiero.& Aug.Palestinis mos erat caput vngere.Ergo [caput vnge]idest hilarem,& festiuum te exhibe[Et faciem tuam laua.]Chrysostomus.Facies est conscientia.laua ergo faciem tuã quadruplici lotione.Primo per veram contritionem . Hiere.4. Laua a malitia cor tuum Hierusalem , vt salua sias . Secundo per confessionem. Esa.1. Lauamini mundi estote .&c. Tertio per tribulationum perpessionem.Apoc.7. Lauerũt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni . Quarto per deuotam

F orationem.Genesis.18.Afferam pauxillum aquæ vt lauentur pedes vestri.Vel[Laua faciem]idest intellectum a curiositate, & affectum ab illicito amore[ne videaris hominibus ieiunans] Non prohibet simpliciter videri,sed velle videri quasi dicat: ne velis fauorem vel laudem pro ieiunio ab hominibus captare[sed patri tuo] per creationem & recreationem , & cõseruationẽ] qui est in abscondito] Glossa , idest in corde per fidem. Esa.45.Vere tu es deus absconditus. Et pater tuus.] Ecce promissum[qui videt in abscondito]idest in humili & pura conscientia [reddet tibi.] Sapien. 10 . Reddet deus laborem

d ¶ Cum autem ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas: vt appareant hominibus ieiunantes .Amẽ dico vobis,quia receperunt mercedem suam . Tu autem cum ieiunas , vnge caput tuum , & faciem tuam laua,ne uidearis hominibus ieiunans,sed patri tuo qui est in absconso, & pater tuus qui videt in absconso reddet tibi.

e ¶ Nolite thesaurizare vobis the

G sauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur . Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo,vbi nec ęrugo nec tinea demolitur , & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi est thesaurus tuus , ibi est cor tuum.Lucerna corporis tui,est oculus tuus . Si oculus tuus fuerit simplex,totum corpus tuum lucidum erit. Si autẽ oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuũ te-

sanctorum suorum.

e ¶ Postquam docuit nos de ieiunio,docet nos de eleemosyna,& dicit.[Nolite thesaurizare vobis thesauros in &c.] Sed videtur quòd hoc non sit verum. quia regibus conuenit thesaurizare.Sed dicendum,quòd per thesauros intelligit abundantiam.Et hæc duplex:necessaria,& superflua, quod non est necessarium vni,est necessarium alteri.Et ideo cum rex multis indigeat,multa potest congregare:vni simplici peccatum esset,quod non est regi,quia indiget defendere regnum . Item

H prohibet his,qui videntur habere fiduciam in eis.Vnde primæ ad Thim.vltimo.Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere,nec sperare in incerto diuitiarum suarum. Baruch.3. Vbi sunt principes gentium,qui argentum fabricant siue thesaurizant,& aurum in quo confidunt homines ? Item prohibet propter instabilitatem,quia cito amittuntur. Et ponit tria quæ in diuitiis habentur:metalla & hæc rubigine consumuntur:vestes,& hæc tineis: & quædam quæ neutro modo,vt lapides pretiosi. Alia litera habet,nec commestura.Vnde tripliciter destruuntur.Aut ex principio intrinseco , & sic tinea quæ innascitur vestibus.Vnde[Vbi ærugo & tinea]aut ex luxuria possidentis,ideo[commistura]quandoque ab extraneis. Vnde dicit[vbi fures &c.]Si aliquis dicat quòd hæc non fiunt, Dicẽdum,& si non fiant,tamen sæpe contigit & si non contigit, possibile tamen est contingere · ideo arguit eas incertas esse.

I Item exponitur mistice.Aerugo apparet,tinea latet.Vnde per æruginem peccata corpotalia,per tineam spiritualia.Item quædam sunt peccata quæ per seipsos faciunt homines , quædam quæ cum alio,& illa magis nocẽt.dicit.[Nec fures &c.]Vel dicit propter thesauros absccõditos. Item per æruginem superbi. Eccl.12.Sicut æramentum æruginat nequitia eorum,tinea corrodit vestimenta,& hæc significat exteriora opera quæ per inuidiam corroduntur.Prouer.25 .Sicut tinea vestimento & vermis ligno,ita tristitia viri nocet cordi.Item fures per vanam gloriam.fures idest demones , quia cum non possint decipere homines per alia peccata,decipiunt per vanam gloriam. Item ponit stabilitatem diuitiarum cælestium. Vbi dicit. [Thesaurizate vobis &c.Et hic August.Thesaurizate vobis [in cælo] non in aliquo loco corporali, sed in cælo . idest in spiritualibus bonis idest abundantiam bonorum meritorum acquirite. & dicit[vobis]non deo,quia nihil accrescit ei.Iob.35. Si iuste egeris quid donabis ei,aut quid de manu tua accipiet ? Docet autem dominus,vnde hoc acquirit.[.per eleemosynam , dicens Lu.19.Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.Ibi enim nulla est corruptio , quia

K corruptibile hoc induet incorruptionẽ 1.Corint.15.sequitur. Vbi est thesaurus tuus &c. Docet contrariam conclusionem esse nociuam,[& hoc quia cordis distractionem habet , quia si terrena diligis,ibi erit cor tuũ , ubi enim amor ibi oculus &c. oculi stultorum in finibus terræ.Sed quia pauci sunt qui considerent istud,ideo ostendit quantum sit periculum, per exemplum.[Lucerna corporis tui]Et hoc primo exponitur de oculo corporali,sicut lucerna dirigit gressus hominis,sic oculus. Vnde[si oculus tuus fuerit simplex &c.]idest fortis ad videndũ, corpus totum erit lucidum idest dirigetur ad faciendum, si ne quàm idest lippus & obscurus,[totum corpus tuum tenebrosum erit]idest omnia opera tua fient ad modum tenebrarum. [Si ergo lumen quod in te est &c.]Lumẽ quod in te est,est cor & mens.si ergo ad terram dirigatur, & omnes sensus hominis ad terram dirigentur,Aliter exponitur de oculo spirituali.Lumen enim inducit ad probandum,sicut hominis ratio.Prouer.

20.Lucerna domini spiraculum hominis.Vnde[si oculus tuus fuerit simplex] sic qnòd ratio tua dirigatur in deum [totum corpus tuum]idest omnia membra tua a peccato seruabuntur, si non,inuoluentur in operibus tenebrarum. Vel[lucidum]in resurrectione sanctorum.infra.13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Item per oculũ significatur intentio . Vnde qui vult operari , aliquid intẽdit:vnde si intentio tua sit lucida. i. ad deum directa, totum corpus idest operationes tuę erunt lucidæ.Et hoc intelligitur in simpliciter bonis . Itẽ per oculum intelligitur fides , vnde,si simplex est ita q̃ tendat in deum.i. non vacillet &c. ad Ro. 14. Quod non est ex fide, peccatum est . Itẽ per oculum significat prelatus,qui est oculus subditorum.vnde cũ prælati boni dirigunt plebes tota populi congregatio lucet virtutibus &c.Eccle.10.Secundum iudicem populi sic & ministri eius.Sequitur.[Nemo potest duobus dominis seruire &c.]Quia dixerat quòd thesaurizatio distrahit a deo,ideo fugienda dicitur,quia non solum distrahit , sed alienat a deo,quia nemo &c.seruus est qui ipsum quod est , alterius est,sed impossibile est quòd animus feratur ad duos fines simul & semel (dico contrarios & dissentientes.) Item nota quòd quidam dominantur vt subditi dirigantur . Quidam autem vt timeantur.dominus & diuitiæ sunt contrarii domini,ideo non potestis &c.Sed nota quòd aliud est habere diuitias vt dominus,aliud vt seruus.Habet enim vt dominus qui bene vtitur illis,& inde facit fructum,sed ille est seruus diuitiarum,qui fructum inde non accipit.Eccl.5.Est aliud malum quod vidi sub sole.Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Omne autem in quo quis ponit finem suum,deus suus est.vnde qui ponit finem suum in diuitiis,deus suus est,sicut dicitur de illis Quorum deus venter est.Phil-3.[Non potestis deo seruire & mammonæ]Per mammonam potest intelligi diabolus qui præest diuitiis,& quasi deus suus est,non quia possit dare, sed quia nititur diuitiis homines decipere:vnde sicut est quidam spiritus fornicationis, sic est spiritus diuitiarum . Aliter exponit Augu.Nemo potest &c. scilicet contrariis , sed deus & diabolus cõtrarii sunt,Quæ conuentio Christi ad Belial?2. ad Corin. 6 . & in lib. 3. Reg. 18. Quid claudicatis in duas partes?Et sequitur.[aut vnum sustinebit] idest diabolum , & non dicit,diliget,quia diabolus naturaliter diligi non potest. Deus naturaliter diligitur,diabolus vero sustinetur,sicut ponit exemplum Aug.Si aliquis cupit ancillam alicuius , seruit ei amore ancillæ,non ipsius.Vnde sustinet seruitium domini propter ancillam, sic aliquis sustinet seruitium diaboli propter diuitias.Item posset aliquis dicere.Non pono finem in diuitiis superfluis,sed necessariis.Et hoc prohibet dominus dicens.[Ideo dico ne soliciti sitis animæ vestræ &c.] Non quia anima manducet,sed quia homini conuenit, anima existente in eo:vel animæ idest vitæ animæ.Et destruitur hic error Euthicarum,qui dicebant quòd viri apostolici non debebant laborare.Sed hos reprehendit Paulus dicens.2. Thessal.3. Qui non vult laborare,non manducet.secundum ergo Apostolum omnes tenentur,Sed quæro,aut est consilium,aut præceptum: Si præceptum,ergo omnes tenentur,si cõsilium,constat quòd non omnes,quia ad consilia non tenentur nisi homines perfecti.Dico quòd est præceptũ propter se,aliquid propter aliud : vt cum aliquis cępit crucem vt eat vltra mare,quòd eat vltra mare tenetur,sed non potest ire nisi quærat nauẽ.Vnde quære re nauem est ei necessarium:sic omnes tenentur ad conseruandum vitam, ideo tenentur ad omnia quæ faciunt ad istum finem.vnde tenetur quilibet qui non habet vnde conseruet vitam,laborare vt conseruet.Quid ergo dicit.[Nolite soliciti esse &c.]Dicendum quòd solicitudo nominat prouidentiam cũ studio,studium autem est vehemens applicatio animi . Ut ista

A autem vehementi applicatione potest esse peccatum , quando scilicet ponit animum ibi vt ad finem,& sic non debemus soliciti esse.Et ideo habetur Prouer.11. Expectatio solicitorum peribit.Item potest esse quòd mens intendat ad superflua acquirenda.Et sic prohibetur, vt habetur Eccl.2.Dixi ego in corde vadam , & affluam diuitiis.Itẽ solicitudo potest esse, quia animus nimis solicitatur ad temporalia acquirenda, & necessaria.Et de hoc habetur.1. ad Corinth.2. Item quidam soliciti sunt cum quodam timore, & desperatione , quia timẽt sibi deficere , & hæc solicitudo prohibetur . Sequitur.[Nonne anima plus est &c.] Docuit vitare solicitudinem etiã necessariorum.Ponit rationes. Et primo talem.Qui dedit maiora , dabit minora : sed deus dedit animã

& corpus . ergo qui dedit hæc , seruabit ea [Respicite volatilia cæli &c.] Est hæc est alia ratio : qui prouidet minoribus, prouidebit maioribus : sed deus prouidet brutis . ergo &c.

C Primo, deducit in cibo. Secundo , in vestimento . Docet ergo vitare solicitudinem dicens . [Respicite] idest considerate[volatilia cæli] quia ex his est sapientia , vnde Iob. 12. Interroga iumenta & docebunt. Vnde cum non habeant operationem ad acquirendum panem , attamen &c. Et tria dicit, quo ad tria quæ requiruntur:scilicet serere,metere, & congregare. Et quantum ad hoc tria dicit[Non serunt,neque metũt, neque congregant in horrea · & tamen pater vester cælestis &c.] Et dicit [Vester] Non illorum : quia proprie pater est rationalis creaturæ [pascit ea] de quo in,psalm. 146. Qui dat iumentis escam ipsorum &c.[Nõne vos magis pluris estis illis?]idest maioris valoris? Homo enim omnibus præponitur, vt habetur Gen. 1. Faciamus hominem &c. Et sequitur. Vt præsit piscibus maris & volatilibus cæli . Et non est intelligendum quin apostolici viri non congregent,sed est intelligendũ

D quòd deus in congregatione , a tribulatione liberat iustos , vt Danielé liberauit de lacu leonum. Et tres pueros de fornace. Et non dico,quòd existentes in tribulatione non debeant facere vt eruantur,quia præcepit dominus vt ex vna ciuitate fugerent in aliam : sed est intelligẽdum quòd si faciant iusti quod in se est, quòd liberabit eos dominus. Et ista exempla inducũtur ad sciendum quòd dominus habeat prouidentiam de omnibus,& dat vnicuique secundum modũ suum. Aubus enim dedit quomodo necessaria acquirerent: dedit enim eis naturalem instinctum quo mouerentur ad inquirendum vnde viuerent:ideo non debemus esse nos nimis soliciti.[Quis autem autem vestrum &c.] Hic probat experimento quòd sicut prouidet auibus:ita & nobis . quædam enim est pars animæ quæ subiacet rationi,vt motiua,& sensitiua, quædam quæ non ,vt augmentatiua,& nutritiua, & in his conuenit homo cum brutis, & sicut prouidet brutis in augmento & nutrimento , sic & hominibus. Vnde augmentũ non est nobis ex nobis , sed

E ex deo: vnde de prouidentia dei non debetis desperare.[Considerate lilia agri &c] Instruxit nos de cibo, modo de vestimẽto.vnde habentes alimenta & quibus tegamur &c. Dicit ergo. Considerate &c. Considerate creaturarum debet esse ad laudem dei.psal. 142. Meditabor in omnibus operibus tuis &c. [Nec lilia non laborant neque nent.]Ad vistimentum enim requiritur,& opus virorum & mulierum.Ideo ad amouendum opus virorum dicit ,non laborant . Ad excludendum opus mulierum dicit[neque nent. Dico enim quòd neque Salomõ] quia & si ars imitetur naturam,non tamen consequitur. Vnde nunquam ars faceret colores ita puros,sicut in natura fiũt in floribus.Et dicit[in gloria]quia inter notos apud Iudæos Salomon gloriosior fuit,& tamen vestimentum non potuit ita adaptari ei sicut lilio . Item dicit Chryso. quòd lilium habet ista sine solicitudine.Salomon autem saltem oportuit præcipere,

pere. Hierony. retorquet ad resurrectionem, quia per lilia angeli, & sicut angeli non indigent vestimento, sic in resurrectione, qui reformabit corpus, prouidebit de vestimento. [Si enim fænum agri &c.] Hic commutat lilia in fænum. & argumentatur, quia si minoribus prouidet, prouidebit & nobis, qui potiores sumus quo ad dignitatē substantiæ, quia nos super ista sumus. Item quo ad durationē, quia nos æterni quo ad animam, istud vero [hodie est & cras in clibanū mittit] &c. Psal. 40. Exicatum est fænum & cecidit flos. Itē quo ad finē, quia homo est propter beatitudinem: fænum vero propter vsum hominis. Psal. 146. Qui producit in montibus fænum & herbam seruituti hominum &c. Et ad vilem vsum, scilicet vt in clibanum mittatur, quo ad aliquas terras vbi fit ignis de stipulis. Et si hoc [sic vestit] idest dat necessarium ornatum [quanto magis &c.] Vel sic vt per fænum intelligantur infideles. Si ergo infidelibus qui parati sunt ad clibanum ignis, multo magis de electis [Nolite ergo solliciti esse &c.] Hic concludit de vtraque, & debes exponere solicitudinem quatuor modis, vt superius dictum est, vel sic. Si viuis in aliqua societate, non sis solicitus de cibo ampliori vel vestimentis ampliori-
H bus, immo esto in eis quasi vnus ex eis [Hæc enim omnia gentes inquirunt, quia ibi imponunt finem, quia credunt in eis esse beatitudinem.] Et si hoc non credant, ponunt ibi magnam solicitudinem, quia non credunt prouidentiam diuinam. Et quia in ordinatione ad finem duo requiruntur, scilicet scientia, & voluntas, dicit [Scit enim pater vester &c.] Vnde scit, quia Deus. Item quia pater, vult. Quid ergo facietis? Dicit tria, primum [Quærite regnum Dei] tamquam finem, quia regnum est beatitudo. Regnum dicitur a regendo, cunc enim homo regitur, quando voluntati regentis subditur. Hoc autem erit in cælo. Vnde Luc. 12 Beatus qui manducat panem in regno Dei. Item iustitia perducit ad regnum. Prouerb. 8. In viis iustitiæ ambulabo in medio semitarum iudicii vt ditem diligentes me & thesauros eorum repleam &c. Et ideo dicit [Et iustitiam eius] & dicit eius, & non hominis, quia per iustitiā propriā nullus potest venire ad regnum. Tertio, dicit. [Et hæc omnia &c.] quasi vltra forum, hæc adiicientur. Prouerb. 12. Non affliget Dominus fame animam iusti. Non ergo debemus hæc temporalia quærere, & hoc verum est tamquam finem, aut mercedem. Vnde non debemus euangelizare vt comedamus: sed potius econuerso. Sed contra hoc obiicit Augu, de Paulo, quia dicit. In fame: & siti & nuditate laborauī. Et respondet quòd sicut medicus aliquando abstrahit cibum & potum infirmo, vt curet eum, sic Dominus qui habet prouidere, permittit hominem pati vel vt curetur (si curanda sunt aliqua) vel vt alii exemplum recipiant [Nolite ergo solicitiā esse in crastinum] Sed hoc non videtur quia nullus tenetur ad maiorem perfectionem, quàm Christi & Apostoli. Sed Christus habuit loculos. Apostoli etiam congregabant. Aug. exponit sic. In crastinum idest futurum cogitando nimis de temporalibus, scilicet ibi finem ponendo, vel etiam superflua congregando, vel secundum Hieronymum. Nolite &c. Verum est de his quæ ad Deum pertinent faciendo quæ in nobis sunt. Non enim debemus dimittere laborare si timeamus de pluuia vel huiusmodi quæ ad Deum pertinēt. Vel sic. Nolite illam solicitudinem quam debetis in futuro habere, accipere in præsenti, sicut tempore messium accipere curam de vindemiis non est competens. Quare? [Sufficit enim diei malitia sua] idest tribulatio & angustia, quam habet homo in die sufficere debet ei: non autem accipere eam quam debet habere in futuro &c.

2. CAP. VII.

IMPLEVIT legem quo ad præcepta, & quo ad promissa, nunc quo ad iudicia. Primo ergo ordinat vt non sit temerarium iudicium, & dicit. Nolite iudicare &c. idest ex amaritudine odii. Amos 6. Conuertisti iudicium in amaritudinem. Vel sic. Nolite quantum ad ea quæ nostro iudicio non sunt commissa, Domini est iudicium, nobis commisit iudicare de

Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi.

CAP VII.

NOLITE iudicare & non iudicabimini: nolite condemnare & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides fe-
F xterioribus, de interioribus vero sibi retinuit. Nolite ergo iudicare de eis 1. Corinth. 4. Nolite iudicare ante tempus. Hiere. 17. Prauum est cor hominis, & quis cognoscet illud? Nullus enim debet iudicare de aliquo quòd sit malus homo. Dubia enim in meliorem partem interpretanda sunt. Item iudicium debet esse congruum quātum ad personam iudicantis. Vnde si es in eodem peccato, vel maiori, non debes iudicare. Ad Roma. 2. In quo enim iudicas alterum teipsum condēnas. Item non prohibetur prælatis: sed subditis. Vnde non debent iudicare nisi subditum. Sed
G sanctum dare canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirum-
stucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, frater sine eiciā festucam de oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tūc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Nolite

Chrisosto. Nolite iudicare &c. idest nolite iudicare vosmetipsos vindicando. Vnde si remittitis, nō inde iudicabimini. immo ratione huius misericordiæ, misericordiam cōsequemini. Sequitur ratio [In quo enim &c.] idest pro quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. psal. 7. Conuertetur dolor eius in caput eius &c. Et infra 26. Qui percusserit gladio, gladio peribit. Vel sic, Timere debent qui iudicant, ne hoc iudicio Dominus permittat eos puniri, vt in Esa. 33. Veh tu qui prædaris, nonne & tu prædaberis. [In qua mensura &c.] Hic ponit ra-
H tionem sub similitudine iudicii. Iudex enim est sicut regula animata. Cum enim vis æquare duo, defers ad regulam, & quod superabundat de vno resecas, sic si aliquis habeat de alio no plusquam debeat habere, id resecat, & reddit vnicuique quod suum est, idest pro ista mēsura remetietur nobis. Sed obiicitur. Aliquis peccat temporaliter & inde punitur æternaliter, videtur quòd non sit æquum iudicium. Dico quòd in peccato duo sunt consideranda. duratio, & offensa. & in offensa duo, scilicet auersio, & conuersio. Ex parte couersionis, culpa finita est. Ex parte auersionis infinita, quia auertitur a Deo qui est infinitus, cum ergo auertat se ab infinito, infinite puniri debet. Item ex parte durationis est quod considerare, scilicet actum & maculam. Actus momentaneus est, macula infinita idest æterna: ideo infinite idest æternaliter puniri debet. Vnde si a dæmonibus posset deleri macula, possent liberari
I a culpa & pœna. Similiter a parte pœnæ est acerbitas, & hæc est finita. Itē duratio, & hæc est infinita. [Quid aut vides &c.] Hic dicit quòd non debet esse iudicium inordinatum. Inordinatum enim est quando ab aliquo incipit non plene examinata causa, aut grauitate delicti. In iudicando enim duo sunt necessaria, cognitio causæ, & iudicium. De 1. Iob. 29. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam &c. [Quid autem vides festucam] leue peccatum [in oculo] idest in consciēcia fratris. [Trabem autem] idest graue peccatum [in oculo tuo &c.] Per trabem & festucam docet considerate quantitatem peccatorum. Sæpe enim qui grauia peccata committunt reprehendunt eos qui leuia, sicut contingit in iudicandis religiosis, cum aliqui qui grauia faciunt, quæ vident leuia in religiosis iudicant grauia: sed absorbentur illa sicut vna gutta aquæ in multitudine vini. Item contingit quòd aliquis ex infirmitate peccet leuiter, & male affectus vellet punire illum ex odio, considerat festucam in oculo illius, non autem trabem in oculo suo. [Quomodo ergo,] idest qua fronte dicere potes [frater &c] Verecundari debet. Chrisosto. Quo animo
K diligit homo magis alium quàm se. Si enim corrigis eum animo correctionis, prius corriges te: sed hoc facis odio vel inani gloria ideo &c. Sed quæritur vtrum qui in peccato mortali est possit alium corrigere. Dico quòd aut aliquando fuit in peccato, aut non, si numquam fuit in peccato, debet timere ne cadat, ideo inuite debet corrigere: si aliquando in peccato fuit, cum mansuetudine corripere debet. Et ideo forte Dominus permisit Petrum cadere, qui debebat esse pastor ecclesiæ, vt mitius se haberet cum peccatoribus, & de Christo dicit Paulus Hebr. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Si autem subiacet peccato, aut est publicum, aut occultum. Si occulcum aut ex infirmitate, quia displicet ei quòd peccat, & sic corripere potest, quia quod corripit in alio, corripit in seipso. Si ex malitia numquàm debet corripere. Si autem publicum non debet arguere cum seueritate: sed mansuete seipsum coniungere illi. Vnde contra peccatores non est

obiurgandum

obiurgandum cum asperitate. Sequitur. [Hypocrita &c.] Incipit Dominus arguēdo sicut infertus contra seruum nequā &c. Augusti. Ostendit quòd intendit reprehendere eum qui assumit anthoritatem quæ non est sua psal. 49. Peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os
A tuū? Tu vero odisti disciplinā &c. [Eiice primo &c.] Ieiunando, orando [trabem &c.] [Et tunc poteris videre festucā in oculo fratris tui] sequitur. [Nolite sanctum dare canibus. [In quo ostendit quòd iudicium debet esse discretum. Notandū ergo quid per sanctum, & quid per margaritas. August. Sancta sunt inuiolata, & immaculata, conseruanda. Margaritæque pretiosæ nō debent con temni, per canes qui lacerant dentibus heretici significantur. Per porcos qui conculcant pedimus, immundi. Sancta ergo dare canibus est sancta hæreticis ministrare. Item si aliquid spirituale dicatur & istud contemnitur, porcis datur, vel per sancta, ecclesiastica sacramēta, per Margaritas, mysteria veritatis. Canis est animal totaliter immundum. Porcus partim immundus, partim non, per canes infideles, per porcos mali fideles. Nolite ergo sanctum &c. idest sacramenta dare infidelibus. Margaritæ idest sensus spirituales non debent porcis dari 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ dei sunt idest ne forte contemnant. Prouerb. 25. Anima fatiata, conculcat fauum. Vnde conuersi ad peccata dirumpunt, quia contēmnunt vel calumniam inferunt. Sed quare? Nonne Christus multa bona dixit infidelibus, & illi dirumpebāt verba sua? Dico quòd hoc fecit propter bonos qui cū malis erāt, qui inde proficiebant. [Petite & dabitur vobis.] Dedit suam doctrinam, quæ est completa & perfecta. Hic docet qualiter possit impleri. Ad hoc autem est necessaria oratio, & diligens attentio. Primo ergo docet petere. Secundo, dat securitatem ad impetrandum, ibi [Aut quis ex vobis &c.] Dicit ergo. [Petite.] Et in hoc vide duas falsas opiniones amouēri. Primam scilicet superborum, qui putant suis viribus præcepta complēre. Sed dicit, quòd necesse est petere a deo. Quid enim habes quòd non accepisti. 1. Corin. 4. Item amouet opinionem multorum qui dicunt, quòd Deus non curat de orationibus, & quod non impetrarent si peterent. Ideo addit. [Et accipietis] Item addit. [Quærite & inuenietis.] Et hoc exponitur. Primo vt in istis duobus nihil addatur: sed tantum exprimatur modus. Requiritur enim ad petendum solicita attentio. Item
D seruens deuotio. Et hæc duo innuit, cum dicit. Quærite, idest orate, vel petite, sicut qui aliquid quærunt, totam intentionem ibi ponunt. Vnde ad illud pertinet quod sponsa dicit in cant. 3. Quæsiui quem dilexit anima mea. [Et inuenietis.] psal. 26. Vnam petii a domino hanc requiram. Item quærite ad modum pulsantis. Quia qui clamat ad hostium si nō exaudiatur fortiter pulsat. Cant. 7. Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur. Secundo, exponitur iuxta August: referēdo ad ea quæ Christus dicit de seipso. Ego sum via, veritas, & vita, si vis per hanc viam ire, pete ab eo, vt vias tuas dirigat, dicens cum Psal. 24. Vias tuas Domine demonstra mihi &c. Si vis veritatem cognoscere, quære, & inuenies, sed non sufficit viam nosse. Et veritatē quærere, nisi veniamus ad vitam, idest vt in illā ingrediaris pulsa. Vnde Exo. 15. Introduces. Sed iuxta eūdem longe melius, ad instantissimam petitionem omnia ista referuntur. Item aliter exponitur referendo ad diuersos actus. Petite orando, quærite studendo, pulsate operando.
E Omnis enim qui petit accipit &c. Dicet aliquis. Tu dicis, quòd petamus. Credo quòd dicitur istud sanctis hominibus, sed non sum de numero istorum. Ideo dicit. [Omnis qui petit accipit &c.] Sed videtur falsum esse, quia scribitur Ioan. 9. Scimus quia peccatores Deus non audit. Et August. soluit id si peccatores Deus non audit, quomodo dictum est de. Publicano qui dicebat, Propitius est Domine mihi peccatori? Vnde addit peccatores non audit, scilicet volentes remanere in peccatis. Sed sciendum, quòd oratio est meritoria, & impetratoria, & potest esse meritoria etiam si non sit impetratoria. Sed quid est quòd dicit quòd omnis &c. Videtur esse falsum, quia non semper accipitur quod petitur. Dico quòd in quatuor casibus petit homo, & non exauditur. Quia vel petit quòd non

pant vos. Petite & dabitur vobis quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? Aut
B si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona da-

expedit. Infra. Secundo, nesciti quid petatis. Ideo petēda sunt necessaria ad salutem. Item secundo, quia nō bene petit. Iaco. 5. Petitis & non accipitis, eo quòd non bene petatis. Ideo petendum est pie, idest cum fide. Item humiliter. Vnde Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Item pie, idest deuote.

ta dare filijs vestris quanto magis pater vester, qui in cælis est dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ. Intrate per angustam portam, quia lata porta & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta

Item non aliquādo auditur, cum pro alio oratur cuius merita contra dicunt. Hiere. 15. Si steterit Moyses, & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum &c. Item non exauditur, quia non perseuerat. Luc. 18. Quia oportet semper orare & perseueranter, quia do-
minus vult quòd crescant vota. Item contingit, quòd Dominus exaudit: sed non videtur, quia dat Dominus ad vtilitatē, non ad voluntatem, vt accidit Paulo. August. Bonus Dominus qui sæpe non tribuit quod petimus vt tribuat quod mallemus, & quia nos vocamus eum patrem, tribuit nobis quod pater filio. Ideo subdit. [Quis ex vobis homo &c.] Per panem intelligitur Christus. Ioan. 6. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi &c. Item panis est sacra doctrina. Eccle. 16. Cibabo illum pane vitæ, & intellectus. Item charitas. Esa. 30. Erit panis terræ vberrimus & pinguis. Econtrario lapis est diabolus Iob. 41. Indurabitur cor eius quasi lapis. Item dicitur obduratio. Vnde dicitur. Ezechiel. 36. Auferam a vobis cor lapideum, & dabo cor carneum. Item dicitur falsa doctrina. Iob. 20. Lapidem caliginis. Et vmbrā mortis diuidit torrēs &c.
C Vnde si quis petit a Deo vt a Patre, panem, idest Christum, non dabit diabolum. [Similiter si piscem.] Piscis viuit in aquis & est intelligentia in dogmatibus. Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua non sitiet amplius. Et. 7. Erit fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Itē per aquas tribulationes. Vnde per pisces, viuentes in aquis tribulationis. Vel piscis dicitur fides, quæ latet sub aqua, idest custodia spiritus. Sed per serpentem falsa doctrina hæreticorum. [Dicit ergo. Et si petierit piscem, non dabit ei serpentem.] Aliis Euangelista, ponit tertium, scilicet ouum. Ita quòd per panem charitas, per piscem fides, per ouum spes. Infert. [Ergo si vos cum sitis mali nostis &c.] Sed dicet aliquis? Hoc dixit Apostolis qui non erant mali. Et soluit Chrysostomus. Quia immo ad comparationem bonitatis diuinæ. Esa. 64. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Hieronymus dicit. Et si non omnes mali secundum actū, tamen omnes mali secundum pronitatem ad malum. Vnde
D habetur. Gene. 6. Quia cuncta cogitatio humani cordis intenta est ad malum omni tempore. Et Hiere. 16. Ecce enim vnusquisque ambulat post prauitatem cordis sui. August. Si ergo vos cum sitis mali, non dicitur vos estis mali: sed cum sitis mali, daretis filiis temporalibus temporalia bona, quæ reputatis bona, multo magis ergo pater vester qui est summe bonus. Et hoc est quod sequitur. [Quanto magis pater vester &c.] Dat bona petentibus se: si vultis accipere? [Omnia ergo quæcumque vultis &c.] Idest aliis dimittite si vultis vt dimittatur vobis. Aliqui apposuerunt omnia bona: sed non oportet, quia dicit vultis. Voluntas autem bonorum, & cupiditas malorum; ideo non est necessarium addere bona. Vnde quod tibi vis fieri, aliis facias. [Hæc est enim lex & prophetæ.] & non dicit tota lex & prophetæ, sicut in primis præceptis. Ab illis enim duobus tota lex pendet, & prophetæ. Intrate per angustam portam, quia forte crederet aliquis quòd dixerat petite &c.
E Ne crederet quòd totum haberet a Deo sine operibus bonis. Ideo docet quòd hoc etiam fit per opera bona. Primo, ergo ponit admonitionem. Secundo, rationem. Dicit ergo [Intrate.] idest Conemini ad intrandum. Augustin. exponit dupliciter Christus porta est. Ioan. 10. Ego sum ostium, quia sine ipso non venitur ad regnum. Hæc porta est angusta per humilitatem. Quia humiliauit se vsque ad mortem. Vnde verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram. Rom. 9. Vnde intrate per angustam portam idest per Christi humilitatem. Luc. vlt. Oportuit enim Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: & sic nos oportet. Vnde per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Item hæc porta dicitur charitas. psal. 117. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. Hæc est arctata lege diuina, & per hanc debemus intrare seruando legē & præcepta. Deinde assignat rōnē. [Quia lata porta &c.]

Et

Et describit duas portas, vnam latam, aliam strictam. Lata describitur, quia lata diabolus, lata præsumptio superbiæ. Infra. 16. Portæ inferi &c. Hæc porta lata est, quia latum est quod oēs recipit. Non enim est quod eā repleat. Item hæc porta dicitur iniquitas siue vitium. Et hæc est lata, quia multipliciter cōtingit. Dicitur enim virtus vno modo, vitium autem multifarie. Osææ. 4. Maledictum, & mendacium, & homicidiū, & furtū & adulteriū mūdauerūt, & sanguis sanguinē tetigit &c. Item est via lata: & hoc est op⁹ peccati. Hier. 2. Quid tibi vis in via ægypti. Item hæc via est spatiosa, quia in sui principio videtur esse lata, sed post angustatur, quia exitus eius est ad perditionē, quia stipendia peccati mors est. [Et multi sunt qui intrant per eam.] Hic tangit numerum, quia ad literam. Stultorum infinitus est numerus. [Angusta est porta, & arcta via quæ ducit ad vitam.] Hæc est contraria præcedenti, & hæc est arcta, quia arctata secundum regulam legis, & est via contra viam. Prouer. 4. Vias enim quæ a dextris sunt nouit dominus, peruersæ vero sunt quæ sunt a sinistris &c. Sed potest quæri, quare via charitatis est arcta. Quia videtur ꝙ sit lata. Prouer. 4. Ducā te per semitas æqūitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui. Via autem peccatorum est via stricta. Vnde Sapiē. Ambulauimus vias difficiles. Dicendum ꝙ est via carnis & rationis. Via charitatis in via carnis est stricta via, in via rationis econtra. Et est exemplum de Pedagogo. Quia quanto plus diligit puerum, magis arctat gressus suos. Vnde viæ charitatis in via carnis arctantur, in via rationis econtrario psal. 11. Et cōfige timore tuo carnes meas. [Et pauci sunt qui inueniunt eā] Hic facit mentionem de difficili & rara inuentione in via spiritus: & in via carnis non. Et est ratio. Quia via carnis est delectatio, & hæc est in promptu. Via vero spiritus est occulta. Vnde psalm. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine quam abscondisti timentibus te. Quia enim est in occulto, ideo & parci inueniunt eam. Sed & aliqui inueniunt, & retrocedunt, de quibus dicitur. Luce. 9. Nemo mittēs manū suam ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno Dei.

b ¶ Docet cautelas, a quibus cauendum sit. Describuntur autem a professione. Quia prophetæ. Sed potest quæri, de quibus prophetis, quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Vnde in tempore illo non erant prophetæ de Christo, quia in ipso finiuntur. Ideo dicendum quòd prophetæ sunt doctores in ecclesia & prælati. Sed quid est quod dicit: falsi? Falsi dicuntur qui non mittuntur. De talibus dicitur. Hier. 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Item falsi dicuntur: qui mendacium dicunt. Vnde Hiere. 2. Prophetę eius prophetauerunt in Baal Sic etiam multi fuerunt pseudoprophetæ in populo: sicut & in nobis erunt magistri mendaces. [Attendite] idest diligenter cauete. Quia occulti sunt. Et a laqueis occultis cauendum est. Vnde malignitas eorum intrinsecus latet. Dicit ergo. [Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium &c.] Oues sunt fideles. Nos autem populus eius & oues pascuæ eius. psal. 92. Vestimenta autem eorum sunt ieiunium, eleemosynæ, quibus se tegunt. 2. ad Tim. 3. Habentes speciem pietatis. Virtutem autem eius abnegantes. Sed sciendum, quòd si lupi se tegant pellibus ouium: non tamen propter hoc ouis perdit pellem suam, sic licet illi mali bonis operibus tegantur: tamen multum boni proficiūt [Intrinsecus autem sunt lupi rapaces] Hoc principaliter exponitur de hæreticis, ex consequenti de malis prælatis. Vnde habetur super illud. Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, dicitur quòd quidam est pastor, qui gubernat & regit, quidam lupus, qui perniciem intendit, quidam mercenarius, qui commodum proprium quærit. Vnde pastor est amandus, lupus fugiendus, mercenarius tolerandus. Quod ergo dicitur, quòd intrinsecus &c. Intelligitur de his qui habent intentionem peruertendi plebem, & lupi sunt dicēdi. Item mercenarii, scilicet mali christiani, qui dispergunt malo exemplo, qui vitam habent malam, quantum ad effectum, habent modum lupi. Act. 20. Quoniam intrabunt post discessionem meā lupi rapaces in vos non parcentes gregi &c. Et dicit. Intrinsecus, quia malam habent intentionem occidendi plebem [A fructibus eorum cognoscetis eos &c.] A fructibus, idest operationibus. Sed videtur contra. Quia habent vestes ouium, & fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Ideo ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo denomina eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia numquam noui uos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerūt flumina & flauerunt venti & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat super petrā. Et omnis qui audit verba mea hec & non facit ea; similis erit viro stulto qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia & venerūt flumina; & flauerunt venti &irruerunt in domum illam: & cecidit; & fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat

porta & arcta via est, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

b ¶ Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest autem arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Ideo ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cælorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo denomina eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia numquam noui uos. Discedite a me omnes qui operamini

quia fructus est confessio fidei. Vnde si confitetur fidem, non est hæreticus. Ad Eph. 3. Fructus enim lucis est inomni bonitate, & iustitia, & veritate &c. Si autem exponatur de simulatoribus, tūc sic exponitur, ꝙ per vestes, exterior a opera. Vnde ad Gal. 5. Fructus autē spiritus est charitas gaudium, & pax &c. Sed quæres, qualiter possunt cognosci? Dicēdū ꝙ pōt vix aliquis hypocrita esse ita cōpositus, q̄n appareat aliq̄d malitiæ vel verbo vel facto. Pro. 17. Qūo in aquis resplēdēt vultus prospicientiū, sic corda hoīum manifesta sunt prudentibus. Et Seneca. Nemo potest diu ficta ferre personam. In duobus autem maxime manifestantur. In his quæ subito agenda occurrunt, quia in his quæ cum deliberatione quis facit, cauet sibi. Itē in tribulationibus. Eccl. 6. Et amicus secundum tempus suum & non permanebit in dīe tribulationis &c. Item manifestantur quando non possunt consequi quod volunt, vel cum iam consecuti sunt. Vnde principatus virum ostendit. [Numquid colligunt &c.] Per vuas ex quibus fit vinum intelligitur spiritualis lætitia. Quia vinum lætificat cor hominis. psal. 103. Per ficus dulcedo ecclesiasticæ pacis, quæ est charitas, hæc non possunt nasci de tribulis, idest peccatōribus, quia spinas & tribulos germinabit tibi. Gen. 3. Et hoc probat per exemplum. [Omnis arbor &c.] Ex hoc Manichæi assumpserunt duas naturas, scilicet bonam, & malam. Sed hoc non est verum: quia videmus de mala creatione, bonum fructum, & econuerso. Vnde ad hoc debes intelligere quòd arbor est principiū fructus. Sed principium est duplex. Principium naturæ, & principium moris. Principium naturæ est anima. Et quicquid inde procedit naturaliter, totum bonum est. Principium autem moris est voluntas, ideo si voluntas fuerit bona & opus bonum, cum habeat voluntatem bonam cum intentione bona, quia si vellet furari pro eleemosyna danda, & si voluntas bona est: non tamen intentio est recta. Sed quid fiet de arbore mala? Omnis arbor quæ fructum non facit, excidetur, quia si non facit, vel si omittit facere cum possit, excidetur. Vnde Ioan. 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent & arder. Vnde Luc. 12. Dicitur de siculnea, quam, scilicet præcepit Dominus succidi & tolli. Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Concludit. [Ergo a fructibus eorum cognoscetis eos.] [Non omnes qui dicunt mihi domine domine &c.] Posita doctrina, ostendit quòd oporteat eam obseruare, quia nihil aliud sufficit ad salutem. Et circa mandata siue doctrinam Dei quatuor sunt necessaria siue laudabilia vt ore confiteamur, confirmetur miraculis, & audiatur verbū Dei, & exequatur opere. De primo. Ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam. Ore autem confessio fit ad salutem. De secundo. Marci vlt. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibos signis. Item vt audiatur. Ioa. 8. Qui ex Deo est verba Dei audit. Item quarto requiritur quòd faciat. Iac. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Vnde vult ostendere quòd tria sine quarto non proficiunt. Vnde dicit. [Non omnis qui dicit mihi domine domine &c.] Sed videtur hoc esse contrarium Apostolo dicenti. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritusancto: sed qui habet Spiritumsanctum intrat in regnum cælorum. Soluit August. quòd dicere dicitur multipliciter. Cōmuniter, stricte, & proprie. Et stricte non est aliud nisi manifestare affectum & voluntatem, & sic dicitur ab apostolo. 1. ad Corinth. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi i Spiritusancto &c. Et hoc nihil aliud est quàm credere Dominum & obedire. Item communiter, idest ore qualitercūque nuntiare. De quo habetur Hiere. Populus hic labiis me honorat: Cor autem eorum longe est, a me. Vel sic. Non omnis qui dicit mihi &c. Ingeminat verbum hic. [Domine domine, Ad significandum quòd duplex est confessio, scilicet vocis, & laudis, quarum neutra sufficit. Ideo Esaias 26. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Quis ergo intrabit?

Non qui dicit &c. [Sed qui fecerit voluntatem patris mei &c.] Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo &c. Vnde nemo potest ascendere nisi descendat vt Christus. De quo dicitur. Ioan. 6. Descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Vnde oportet facere voluntatem dei, primæ Thessa. 4. Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra. Vnde dicebat Dauid psalm. 162. Doce me facere voluntatem tuam. Et etiam sicut dominus docuit orare. Fiat voluntas tua. Sed notandum, quòd per hoc quod dicit. [Regnum] tangitur remuneratio æterna. Vnde dicit. [Intrabit.] Illud enim regnum in bonis spiritualibus est, non in bonis exterioribus. Ideo dicit. [Intrabit.] Ideo Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Item dicit. [Cęlorum.] Quia licet aliquis hic diuitias habeat, vel honores, hoc totum est propter illud. Vnde in sublimibus erit remuneratio. Sed poster aliquis dicere quòd facere miracula sufficit ad salutem. Istud excludit, quia multi dicent mihi &c. Et dicit. Multi, significans eos qui ab vnitate recedunt, quia sunt sub multitudine: quia stultorum infinitus est numerus. Ecclesiastes primo. Item introducit hoc ad notitiam eius quod dixerat quòd omnis arbor quæ fructum non facit, abscindetur. Et non dixerat a quo. Ideo dixit mihi, tamquam iudici constituto. Quia omne iudicium dedit pater filio Ioan. 5. Item dicit. [In illa die.] Dies terminum nominat, sed non secundum temporis qualitatem. Quia dies iudicii aliquando nox dicitur. Aliquando autem dies dicitur, aliquando nox: quia incertum est quando veniet. Vnde infra 25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. dies dicit apostolus primæ ad Corinth. 4. Et in psalm. Et educet quasi lumen iustitiam meam, & iudicium meum tamquam meridiem psalm. 36. [Domine domine.] Multiplicat ad significandum maiorem confusionem & timorem. Sapientiæ 5. Turbabuntur enim timore horribili. [Nonne in nomine tuo eiecimus dæmonia?] Hæc est potestas supernaturalis Iob. 41. Non enim est potestas super terram quæ huic scilicet potestati diaboli valeat comparari. Sed tunc quæritur, qualiter qui eiiciunt dæmonia fiunt reprobi? Respondet Chrisosto. Quod isti mentiuntur. Alia responsio est quòd aliquando fuerunt boni, & fecerunt miracula, post facti sunt mali. Sed hoc non potest stare, quia dicit dominus. Numquam noui vos. Alio modo dicendum, quòd dicunt in nomine tuo, non in nomine spiritusancti. Quidam enim in virtute spiritusancti, quidam non. Vt enim habetur Hiere. 2. Quidam prophetauerunt in nomine Baal. Item quidam per artes magicas. Sed quæritur qualiter dæmones faciūt miracula. Dico q̄ nōd non possunt: sed faciunt aliqua quæ videntur miracula, non tamen sunt miracula. Illa dicuntur miracula quando effectus patent, causæ latent. Vnde potest esse aliquod mirum, apud quosdam minus scientes quod non est apud sapientes, vt patet de eclipsi. Vnde cum dæmones veriori modo cognoscant naturalia, possunt facere quæ nobis videntur miracula. Aliter secundum Hieronym. Quia secundum quòd dicit. Inter dona spiritusancti quædam sunt quæ gratis data sunt; sola charitas est, quæ distinguit inter filios dei & filios diaboli. 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio ad vtilitatem, vel ad profectum bonitatis eius vel ecclesiæ. Vt fides quam prædicat manifestetur. Et sic etiam aliquando prælatus male viuens potest miracula facere. [Et tunc confitebor illis, quia non noui vos.] idest non approbaui. Nec etiam cum faciebatis miracula secundæ ad Timot. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Dicit non noui vos, cum dicit. [Discedite a me.] Quia numquam approbati estis. [Omnis ergo qui audit &c. Ostendit quòd sine operibus nihil sufficit. Nec etiam auditus verbi dei. Quia auditus ordinatur ad fidem. Rom. 10. Fides autem ex auditu. Auditus enim non sufficit. Et hoc dupliciter manifestat, quia proponit euentum eius qui audit, & facit, & eius qui audit, & non facit: sub similitudine. Et primo facit tria. Primo ponit ædificationem, secundo impugnationem ibi. [Et descendit, &c.] tertio immutabilitatem, ibi. [Et non cecidit &c.] Dicit ergo quòd non sufficit auditus. Auditus enim est necessarius. Ioannes. 8. Quia qui ex deo est, verba dei audit. Sed non sufficit Rom. 1. Non enim auditores verbi, sed factores iustificabuntur. Item benedicit, [verba mea hæc.] Quia quicquid ad salutem pertinet, ibi continetur. Vnde qui audit verba hæc, & facit [assimilabitur viro sapienti.] Et non dicit quòd sic sapiens: sed assimilabitur. Et potest hęc similitudo intelligi de corporali ędificatore. Et sic plana est litera; vel potest intelligi spiritualiter. Et sic ille vir est Christus. Ecclesiast. 6. Virum vnum de mille reperi. Domus Christi est ecclesia. Scit enim qualiter oportet ædificare. Vnde de ipso Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. Et Prouerb. 14. Mulier sapiens ædificat domum suam [supra Petram] 1. Corinthios 10. Petra autem erat Christus. Vnde Christus super se ædificat. Ipse enim est fundamentum. Vnde primę ad Corinthios 3. Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Hoc enim est fundamentum veritatis æternæ. Hoc autem est omnino immobile. psalmus 124. Qui confidunt in domino sicut mons Syon. Sequitur impugnatio huius domus. [Et descendit pluuia.] Pluuia doctrina intelligitur. Et est bona & mala pluuia. Ergo quæ irruit est mala doctrina. Gene. 19. Dominus pluuit super Sodomam sulfur & ignem. Item flumina suntlbona, & non bona. Esaias 18. Diripuerunt flumina terram eius, & per hoc significantur sapientes qui reputant se, sapientes esse. Ista flumina ex pluuiis generantur. per ventos dæmones. Vnde in canonica Iudæ. Nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur &c. [Et irruerunt in domum] idest in ecclesiam, & non cecidit. Non enim dirumpentur funiculi eius in æternum. Esaiæ 32. Et quare? fundata erat super Petram, idest Christum. [Consequenter ponit similitudinem ponens euentum illius qui audit, & non facit. Et circa hoc primo ponit ædificationem, secundo impugnationem ibi. [Et descendit &c.] Tertio ruinam, ibi [Et cecidit &c.] Dicit [Et omnis qui audit &c.] Similis erit viro stulto, qui cecidit a lumine sapientiæ. Vnde Eccl. 4. Melior est seruus sapiens quam senex insatuatus. Item stultus est diabolus. Domus quam ędificat, est congregatio infidelium. Vnde psal. 73. Repletæ sunt terræ domibus iniquitatum. Et iste [super arenam] per arenam infideles qui infructuosi sunt. Item propter numerositatem, stultorum enim infinitus est numerus. Eccl. primo. Item arena non adhæret, sic isti semper in iurgio sunt. Fundat ergo super arenam, idest finē qui est quasi fundamentum, scilicet intentionem suā, firmat super bonum temporale. [Descendit pluuia] idest bona doctrina. [Venerūt flumina] idest sacri doctores. [Flauerunt venti] idest angeli ps. 103. Qui facit angelos suos spiritus.] Et irruerunt in domum illam, & cecidit] Apoc. 14. Cecidit cecidit Babylon scilicet per prædicationē.] [Et fuit magna eius ruina.] Si velimus adaptare similitudinem. Dicendum est sic, quòd homo debet ædificare sicut Christus. Et hoc docet apostolus primę Cor. 3. Vnusquisque videat quomodo superædificet. Aliquis enim ædificat habitaculum dei. Quidam econtrario, vt infra. Et vt habetur primæ Corinth. 3. Quidam super stipulam ædificant. Fundamentum enim est illud super qd̄ ponit aliquis intentionem suam, quidam enim audiunt vt sciant, & hi ędificant super intellectum. Et hęc est ædificatio super arenam. Vnde Iaco. 1. Qui audit, & non facit, similis est cōsideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Vnde super mutabile ædificant. Quidam autem audit vt faciat, & diligat, & hic ædificat super Petram. Quia super firmum & stabile. Prouerb. 22. Adolescens iuxta viam suam, et cum senuerit, non recedet ab illa. Istud enim fundamentum est super charitatem. Apostolus Roman. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? Sed hic potest quæri: quare fundamentum quod est in intellectu, instabile, & non firmum est, sed quod in affectu? Ratio est, quia intellectus est vniuersalium. Non enim potest scire multa: nisi in vniuersali. Ideo vagando circa vniuersale non est stabilitas. Sed operationes, & affectus sunt circa particularia, & circa consuetudinem bonam. Ideo si tentatio veniat adhæret ei quod consueuit: scilicet operationi bonæ: ideo resistit. Sed nunc quæritur.

citur quid intelligat per pluuiam. Ideo dicendum quod diabolus nunquam tentat primo in maioribus: sed primo in minoribus. Deinde procedit ad maiora. Vnde per pluuiam cogitatio prauа. Tentat ergo in cogitatione prauа, & si consentit, tentat postea in maiori, & sic postea augmentatur. Et ex istis fiunt flumina. Et post totis viribus irruit, & necessario cadit. Ecclesiast. 19. Qui spernit modica paulatim decidit. Vel sic. [Pluuia] tentatio carnis. [Flumina] tentatio mundi. [Venti] Tentatio diaboli. Vel secundum Augustinũ. Pluuia superstitiosa doctrina, cui inhaerens grauissime cadit, & hæc facta est ruina magna, sed non magna quando titubat, & non cadit: quia cum accidit tentatio, timet & dolet. Quidam vero totaliter psal. 36. Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea: vel dicitur ruina magna quia impænitens est cor. Iob. 21. cap. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. [Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, mirabantur turbæ] ponitur effectus. Erat enim triplex modus hominum qui sequebantur dominum Iesum. Quidam enim mirabantur & scandalizabantur, vt pharisæi. De quibus infra 15. Quidam mirabantur, sed non scandalizabantur, vt turbæ. Quidam vero vt perfecti, non mirabantur. Sed quærẽdum de hoc quod dicit. [Turbæ.] Quia non erant ibi turbæ. Et potest dici quod factus est sermo & turbæ, & discipulis, sed in mõte, sub cacumine montis erat quædam planities. Discipuli ergo erant in cacumine cum Christo: sed turbæ in planitie. Vel potest dici quòd principuilis & post turbis. Vel potest dici secutę sunt eum turbæ discipulorum. Sed quæ erat ratio admirationis? Quia erat docens tanquam potestatem habens. Vnde in eo impletur quod dicitur. Eccle. 8. Sermo illius potestate plenus est. Vnde quasi potestatem habens, quia vt dominus loquebatur, vel sicut legislator, vel sicut potestatem habens, cum virtute penetrandi cor. Vnde dicitur psal. 68. Dabit voci suæ vocem virtutis. Vel cum potestate faciendi miracula. Quia quod dicebat miraculis confirmabat. Augustinus dicit. Quod omnia quæ dicuntur in hoc sermone debent reduci ad 7. dona, & ad beatitudines, quia quod primo dicitur, Non occides, Hoc pertinet ad donum timoris, & ad beatitudinem paupertatis. Istud autem quod sequitur esto consentiens aduersario: pertinet ad donum pietatis, per quod impletur mansuetudo. Illud autem non mœchaberis &c. Pertinet ad donum scientiæ, per quam impletur beatitudo luctus. Istud de sustinendo, ad donum fortitudinis, quo impletur, & ad beatitudinem. Beati qui esuriunt, & sitiũt iusticiam &c. Illud autem quod dicitur. Diligite inimicos &c. Ad donum consilii quo impletur beatitudo misericordiæ. Illud vero quod sequitur. In 6. cap. De non habendo solicitudinem vsque ad intrate per angustam portam. Intendit mundare cor. Vnde pertinet ad donum intelligentiæ, & ad beatitudinem quę est munditia cordis, vnde Beati mundo corde. Quoniam ipsi &c. Quicquid autem sequitur ad donum sapientiæ.

a CAP. VIII.



VM autem descendisset Iesus de mõte secutæ sunt eum turbæ multę. Et ecce autem docens eos sicut potestatem habens: & non sicut scribæ eorum & pharisęi.

a CAP. VIII.

OSset videri quòd ex iactantia loqueretur dominus: ideo auctoritatem suam signis commendat. Primo ergo ponuntur signa, quibus liberantur homines, a corporalibus periculis, secundo a spiritualibus cap. 9. Circa primum duo facit. Primo ponit signa ex quibus homines liberantur a periculis prouenientibus ex intrinsecis causis, secundo ex extrinsecis, vt tempestate ibi. [Et ascendente &c.] Commendat auctoritatem quia statim, quia absens, quia perfecte, quia multos: Quia statim in leproso, quia absens in seruo Centurionis, quia perfecte, in socru Petri: quia multos in aliis multis. Circa primum tria. Primo testes miraculi introducuntur, secundo infirmus inducitur ibi [Et ecce] tertio auxilium præbetur, ibi. [Et extendens &c.] Dicit ergo. [Cum autem descendisset Iesus de monte &c. Mons iste est cælum psa. 62. Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Vnde postquam descendit de cælo [secutæ sunt eum turbę.] Phil. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens & habitu inuentus, vt homo &c. Vel per montem altitudo doctrinæ, psal. 35. Iustitia tua sicut montes dei &c. Cum esset in montem idest cum altam duxit vitam secuti sunt eum discipuli sui. Et cum descendisset secutę sunt eum turbæ, primę ad Corinth. 3. Non potuit vobis loqui quasi spiritualibus, secundo persona infirmi introducitur. Et ponuntur duo. Primo infirmitas ostenditur, secundo solicitudo adhibetur. Infirmitas quia est leprosus. Et hoc significat spirituales infirmitates. Quædam enim infirmitates sunt intra latentes: vt febres. Quædam vero & si sunt ab intra eius tamen effectus paret exterius, vt lepra. Ille ergo leprosus est cuius mala voluntas manifestatur per malum actum. Esaiæ 53. Et nos putauimus eum quasi leprosum. Sed quæstio est quia in Lucam habetur, quòd cum veniret Capharnaum mundauit leprosum. Dicendum, quòd Matthæus sequitur historiam, quia cum iret in Capharnaum: in via apparuit ei leprosus. Sequitur solicitudo, quia primo venit, secundo adorauit. Vnde dicit. [Ecce leprosus] sic peccator per fidem venit, sed adorat per humilitatem, psalm. 33. Humiles spiritu saluabit deus. Item confitetur Christi potentiam cum dicit. [Domine si vis: potes me mundare.] Item vocat dominum: si dominus est, potest saluare in psalm. 99. Scitote quoniam dominus ipse est deus. Item confidit de dei misericordia, misericordem non oportet petere: sed solum indigentiam ei monstrare: sic iste. Domine &c. Vnde psalm. 37. Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus. Item ostendit sapientiam Christi: quia non petit nisi voluntatem suam: quia melius scit, quid opus sit tibi quàm ipse. Ideo sapientiæ Christi dimisit. [Deinde tangit auxilium. Primo sanat, secundo instruit. Primo tangitur opus, secundo effectus. [Et confestim &c.] Christus tria facit curando. Extendit manum quando auxilium impedit psalm. 143. Emitte manum tuam de alto, & eripe me. Aliquando extendit manum: sed non tangit. Esaiæ 65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum &c. Aliquando tangit. Et hoc est quando immutat, vt in psalm. 143. Tange montes, idest superbos, & fumigabunt per compunctionem: sed quare tetigit cum esset prohibitum in lege? Hoc fecit vt monstraret se esse supra legem: legitur de Eliseo quòd non tetigit Naaman: sed misit eum ad Iordanem. Vnde iste qui tetigit videtur soluere legem. Sed secundum veritatem non soluit: quia prohibitum fuit propter contagionem: quia igitur infici non potuit: tangere potuit. Item tetigit, vt humanitatem monstraret, quia non sufficit peccatori subdi deo quantum ad diuinitatem: sed & quantum ad humanitatem. [Volo. mundare.] Hierony. dicit, quòd quidam male exponunt. Volunt enim quòd ly mundare sit infiniti modi: sed hoc non est verum: immo quia dixerat, si vis. Respondit volo. Et ly mundare est imperatiui modi. Vnde imperauit qui dixit, & facta sunt. Item tetigit vt daret doctrinam de virtute quæ est in sacramentis: quia non solum requiritur tactus sed verba: quia cum accedit verbum ad elementum fit sacramentum: & per hoc excludit tres errores. Quando tetigit. Ostendit enim corpus verum contra Manichæos. Quia dicit volo: dicit contra apollinarem, per hoc quod est mundare ostendit deum verum contra Fotinum. Et sequitur effectus. [Et confestim mundata est lepra eius] & curatus est. Chrysosto. dicit. Quod citius quàm posset dici hoc verbum, mundare: quia istud in tempore dicitur: illud vero in instanti. [Et ait illi.] Hic instruit eum. Parum enim esset sanare nisi instrueret eum psalm. 31. Intellectum tibi dabo, & instruam te. Primo iniungit ei taciturnitatem. [Nemini dixeris.] Chrysosto. Quia sciebat quòd iudæi calumniabantur de factis suis: dixit. Nemini dixeris: vel aliuer. Quia hoc dixit ad exemplum: quia enim supra docuerat abscondere opera bona: ideo dat exemplum: quòd nullus in bonis operibus gloriari debet. Sequitur [sed vade ostende te sacerdotibus.] Et quare hoc dicit? Quia tetigerat leprosum, ne penitus videretur fractor legum. Ad sacerdotes mittit vt habetur Leuiti. 14. [Et offer munus tuum &c.] Quare? Quia hoc erat præceptum legis, quòd sanatus a lepra offerret duos pullos turturum: Sed secundum hoc videtur, quòd cum dominus præceperit: adhuc sit tenendum. Dicendum quòd figuræ non debebant cessare donec penitus veritas

veritas manifestaretur: Hoc autem non fuit nisi post resurrectionem. [In testimonium illis: & Et hoc exponitur dupliciter. Quia Moyses præcepit in testimonium illis. Et per hoc dicit, quòd præcepta Moysi erant in testimonium Christi: sicut habetur Ioa. 5. Si credideritis Moysi: crederetis forsitan, & mihi. Vel aliter. In testimoniũ illis, idest contra illos: qui viderunt miracula: & nõ crediderunt. Vel in testimonium illis scilicet curatiõis tuę. Quia cũ receperint oblationem tuã non poterunt negare. Itẽ secundum misticum intellectũ tria a Christo iniunguntur. Vt erubescãt de peccato: contra illos de quibus dicitur. Esa. 3 Peccatum suũ quasi Sodoma prædicauerunt: nec absconderunt. Vnde ecclesiast. 4. Est confusio adducens peccatum &c. Item debet ostendere sacerdoti confitendo. Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Et hic videtur dominus iniungere confessionem. Et confestim sanatus est. Quia in ipsa contritione quando dolet: & proponit confiteri & abstinere, remittitur peccatum. Iuxta illud psalm. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Item iniungitur satisfactio. Cum dicit. [Offer munus tuum] Item docet obseruare mandata. Cum dicit. [Sicut præcepit Moyses.]

b ¶ Cum autem introisset Capharnaum. Hic ostenditur virtus Christi, ex absentia. Et primo designatur pietas, Centurionis cum fide. Secundo humilitas, ibi [Et respondens &c. Circa primum duo: quia designatur primo pietas Centurionis: secundo ostenditur Christi benignitas. Et circa primum tria. Primo locus ponitur, secundo oratio describitur ibi [Et ait illi &c.] Locus primo. Cum introisset Capharnaum: qui interpretatur villa pinguedinis, scilicet villa gentium, quæ pinguedine deuotionis defluxit psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Deinde [accessit.] Sed hic potest quæri: quia Lucas posuit quòd misit sacerdotes. Augustin. dicit quòd non personaliter uenit: sed quod dicitur quòd venit, totum refertur ad intentionem: quia ille facit rem cuius auctoritate fit. Chrysosto. Aliter, quia dicit quòd iste constitutus erat super centum milites: & ideo erat præpositus. Vnde iudæi volentes adulari propter beniuolentiam habendam dixerunt ei. Domine nos ibimus & impetrabimus vobis, tunc vt satisfaceret eis: permisit eos abire: sed post ipse secutus est eos. Istud miraculum differt a primo in tribus, quia primum iudæo fuit factũ, secundum Gentili, per quod datur intelligi, quòd non solum pro iudæis sed pro gentibus Christus venit. Item in primo iudæus per se accessit iste non. Et hoc quia misereetur dominus aliquorum per propriam deuotionem, quorũdam per aliorum intercessionem. Item iste Centurio potest intelligi aliquis angelus præsidens ibi ad salutem gentium, vel primitiæ gentium. Item ille fuit leprosus, in quo immunditia quiescit. Paralytici autem qui non possunt membra mouere. Leprosi sunt intemperati, & Paralytici sunt incontinentes. Et sunt paralytici qui ex infirmitate peccant. Leprosi qui ex certa malitia. Per Centurionẽ potest intelligi mens. Ad Ephesi. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Et iste dicit. [Domine puer meus] idest seruus meus. Et in hoc ostenditur benignitas Centurionis, quia ita pro seruo orat. Vnde facit illud quod dicitur in Eccl. 33. Si fuerit tibi seruus fidelis, sit tibi sicut anima tua. Et iste seruus dicitur inferior pars animæ. Dicit ergo quòd [iacet & male torquetur] & loquitur ex affectu, quia quando aliquis diligit aliquem reputat paruam ægritudinem valde magnam. Iacet ergo inferior pars animæ, quando non potest se erigere. Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et torquetur. Homines lasciui gaudent. Lætantur enim cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, sed isti torquentur, quia cum peccent ex infirmitate, cum ceciderint dolent. Et ita torquentur, ex dolore. [Et ait illi Iesus. Ego veniam &c.] idest. Non loquar. Vnde nota quòd nullus auderet tantum petere quantum dominus dare dicit. [Veniam & curabo eum.] Quia præsentia Christi est causa salutis. Sed notandum quòd ad filium reguli noluit ire & ad seruum iuit, quod esset contra multos qui nolunt visitare nisi magnos. Contra illud Eccle. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Sequitur. [Et respondens Centurio.] Posita fuit cum fide benignitas Centurionis. Nunc tangitur humilitas cum fide. Primo ergo ponitur humilitas & fides, secundo benignitas Christi, ibi [Audiens autem &c.] Circa primum tria facit. Primo confitetur suam indignitatem, ibi. [Sed tantum &c.] secundo Christi potestatem. Deinde inducit similitudinem, ibi [Nam & ego &c.] Obtulerat se dominus benignum. Sed quia iste gentilis erat reputauit se indignum dicens. [Domine non sum dignus &c.] Sic etiam Petrus dixit. Luca. 5. Recede a me quia homo peccator sum. Et dicit August. Quod confitendo se indignum reddidit se dignum. Et sicut iste dicit, sic & nos debemus dicere. Non sum dignus vt intres in cor pus meum. Deinde tangitur fides Centurionis confitentis potestatem Christi. Quia [dic tantum verbo, & sanabitur puer meus] vt habetur Sapientię. 16. Non herba non malagma sanauit eos, sed sermo tuus domine, & in psalm. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Deinde inducit similitudinem, & probat a minori. Et describit ordinem primo, secundo potestatem, & dicit. [Nam & ego homo sum sub potestate constitutus &c.] Et tangitur ordo, quia quidam sunt superiores, ita quòd non habent superiorem se. Quidam sunt superiores ita quòd habent superiorem se, quidam vero inferiores qui non habent inferiores se, quidam ergo sunt medii, & de istis erat iste, quia erat sub tributo, sed habebat sub se milites. Habebat enim sub se quosdam quorum erat gubernator. Et isti erant milites. Vnde dicit. [Et dico vni vade & vadit. Et alio veni &c.] In quo commendatur nodis obedientia. Ad Hebr. 13. Obedite præpositis vestris & subiacete eis &c. Item alios habebat seruos quibus cibaria ministrabat. Ecclesiast. 33. Cibaria & virga, & onus asino, panis, & disciplina, & opus seruo. [Et seruo meo &c.] Vnde vult arguere a minori, quia si ego qui sum in potestate constitutus hæc possum: quanto magis dominus dominantium potest &c. Sed videndum quòd rationales creaturæ sunt liberæ, & sunt sicut milites. Iob. 25. Nũquid est numerus militum eius? Et ideo dicitur dominus exercituum. Sed creatura irrationalis habet subiectionem seruilem, quia non habet liberi arbitrii facultatem. Vult ergo dicere, quia tibi natura obedit, dic naturæ, & obediet tibi: quia sermo tuus iudicio plenus est. Videndum est, quòd istud duplex dominium inuenitur in anima. Anima. n. præsidet corpori: ratio vero irascibili & concupiscibili. Prima est dominatiua potestas, quia ad imperium animæ mouetur corpus, secunda præest aliis quadam imperatiua potestate, & dominatiua vel regali. Vnde habent aliquid de motu suo. Et hæc sunt quasi milites. Iac. 4. Vnde bella, & lites in vobis, nonne ex concupiscentiis, quæ militant in membris uestris primo Petr. 2. Hortamur vos abstinere a carnalibus desideriis quę militant aduersus animam. Debemus ergo dicere huic, vade idest malis moribus, & veni scilicet bonis moribus, & seruo huic fac hoc. Vnde corpus debemus operi applicare, vt fiat exhibuimus membra nostra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ &c. Vt habetur. Rom. 6. [Audiens autem Iesus miratus est &c.] Hic tangitur Christi benignitas. Sed quid est quòd dicit admiratus est? Quia admiratio non cadit in deo: quia non fit nisi ex ignorantia causæ quæ non potest esse in deo. Item est apprehensio magnitudinis effectus qd fit ex imaginatione & phantasia alicuius effectus magni, & hic admiratus est idest magnum admirandum reputauit, cum turbis sequentibus ostendit. Et commendat eum. Vnde sequentibus se dixit. [Non inueni tantam fidem in Israel.] Sed quid est: nonne in Abraham, Isaac, & Iacob fuit maior? Dicendum, quòd immo: sed quod hic dicitur intelligitur pro tempore illo. Sed tunc est quæstio de Apostolis, & Martha, & Maria. Et dicendum quòd iste maioris fidei erat, quia nullum præambulum viderat sicut isti qui miracula viderant. Item, Petrus venit ad vocem Andreæ, Andreas ad vocem Ioannis. Item in verbo Marthę fuit aliquid dubietatis, quia dixit. Domine si fuisses hic &c. Quasi non absens posset sed in verbo istius nihil fuit dubietatis. Aliter exponit Chrisosto. Quia magnum, & paruum aliquando dicuntur nõ absolute, sed in comparatione, sicut dicuntur in domo multi in theatro pauci. Vnde non inueni tantam fidem in israel scilicet per comparationem illius gentilis. Deuter. 28. Aduena qui te cum

cum moratur in terra: ascendet super te: eritque sublimior. [Dico autem vobis.] Occasione huius agit de comparatione iudæorum, & gentilium. Et primo de vocatione gentilium. Secundo de reprobatione iudæorum. [Dico quòd multi &c.] Et dicitur istud in comparatione, quia multi sunt vocati pauci vero electi, infra 20 [Ab oriente & occidẽte.] Ita quòd per hoc totus mundus intelligatur. Vel ab oriẽte in tempore prosperitatis. Et ab occidente, scil. in tẽpore aduersitatis: vel ab oriente in tempore iuuentutis, & occidente in tempore senectutis. [Et recumbent.] Iste recubitus, opulentia est rerum spiritualium scilicet in contemplatione. Lu. 22. Ecce dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Et Isa. 65. Serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent & vos sitietis &c. Sed quare cum Abraham Isaac, & Iacob? Quia gentiles per fidem iustificantur, sicut Iudæi, vt habetur. Rom. 4. Et Gen. 12. Item istis facta est repromissio. Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes, Gene. 15. Ideo isti recumbent cum patribus suis. Sequitur [filii autem regni] &c. Hic ostendit reprobationem iudæorum, & describit pœnam damni, quia amittẽt bona & incurrent mala: dicit autem [Filii regni] quia in illis deus regnabat psal. 75. Notus in iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Item figuris legis seruiebant. Item facta est eis promissio, vt habetur. Rom. 4. [Eiicientur &c.] Et hæc est pœna dãni. Consequenter enumerat mala quæ incurrent, & primo quo ad intellectum incurrerunt tenebras interiores, deinde eiicientur, in tenebras exteriores] quia tunc erunt totaliter alienati a deo qui est lux vera. Et hoc est quod dicitur Thobię. 4. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat: & non patietur animas ire in tenebras. Item quantum ad effectum, [Ibi erit fletus] Fletus nuntiat dolorem: Esa. 65. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Item ostenditur passio in corpore, quia [stridor dentium:] Habebunt enim corpora in resurrectione Prouc. 19. Parata sunt deriforibus iudicia, & mallei, & ferrum: Quæ iudicia doloris pertinent ad concupiscibilem: Stridor ad irascibilem: Vel secundum Hierony. vtrumque pertinet ad pœnam corporalem, quia resurrectio non erit solum in anima, sed in corpore. Quia erit & multus calor & multum frigus. Iob. 24. Trãsibunt ab aquis niuis ad calorem nimium. Ostenditur dei benignitas cum dicit, [Et dixit Iesus Centurioni: Vade &c.] Sed sequitur effectus. Et sanatus est puer, quia sermo eius virtute plenus est. Ecclesiastes octauo.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Dixit Iesus Centurioni: vade & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

c ¶ Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacẽtem, & febricitãtem, & tetigit manum eius & dimisit eam febris, & surrexit & ministrabat eis. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit, vt adimpleretur qd̃ dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotatiões

c ¶ Et cum venisset Iesus in domum Symonis Petri &c.] Cõmendata est virtus Christi in curatione leprosi: commendata est etiam in curatione festina serui Centurionis. Hic commendatur in curatione perfecta. Primo ergo describit curationis locum, secundo infirmitatis modum, tertio declarat Christi auxilium, quarto curationis effectum. Dicit ergo [cum venisset &c.] Non tangit euangelista, quando hoc fuit factum. Sed & Lucas, & Marcus transeunt ad alia. Sed sciendum quòd vbi Euangelistæ ponunt statum, vel aliquid ad ordinem pertinens: signũ est quod ad continuationem historiæ pertinet. Vbi vero non, signum est quòd ad continuationem memoriæ. Vnde secũdum quòd recolebant, scribebant. [Venit in domum Petri.] Et tria possumus considerare. Honorem quem intulit discipulis suis: quia noluit ire ad domum Centurionis, iuit tamen ad domum pauperis piscatoris. Vnde psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui deus. Item informauit in humilitate quia nihil plus placet domino. In mansuetudine percipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras &c. Iac. primo: tertio in hoc ostendit reuerentia quam habuit dominus ad Petrum. Quia se obtulit: licet Petrus non rogaret. [Vidit socrum] vidit oculo scilicet mentis. Exod. 3. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto. Socrum Petri. Per hoc potest intelligi synagoga. Qui operatus est Petro in Apostolatu circuncisionis scilicet iudæis operatus est mihi inter gentes. Hæc febricitabat scilicet synagoga, febre scilicet inuidiæ. Vel per istam socrum intelligitur anima æstuans igne concupiscentiæ. [Et tetigit manum eius.] Hic tangit curationem. Quærit Chrisosto, Quare curauit seruum Centurionis solo verbo, istam vero tactu. Et respondet? propter familiaritatem, & in hoc etiam magis ostendebat suam humilitatem: ideo in tactu auxilium dedit. psalm. 72. Tenuisti manum dexteram meam. Sequitur. [Et surrexit.] Consuetudo est febricitantium, quòd quando incipiunt sanari: debiliores sunt quam in infirmitate: sed talis non fuit curatio domini: immo plenam sanitatem reddidit: quia Dei perfecta sunt opera. Deuteron. 32. Aliter enim curat dominus, aliter natura. Ideo, sequitur: [& ministrabat.] Vespere autem facto.] Hic confirmatur dei potestas per multitudine curatorum. Primo ergo tangit Euãgelista multitudinẽ, secundo subiungit auctoritatem scripturæ, ibi [Vt adimpleretur &c.] Dicit ergo quòd curauit dæmoniacos, & male habentes. Et possunt intelligi per dæmoniacos; peccantes ex malitia: & per male habentes, peccantes ex ignorantia. Vnde dicit. [Vespere autem facto.] Quare nota, hoc non factum fuisse die sabbati, in quo habebant pro inconuenienti curare: sed in vespere finito sabbato [obtulerunt &c.] Vel dicitur, vespere, quia saluator noster vespere venit. Oritur sol, & occidit scilicet Christus. Ecclesi. 1. [Eiiciebat] sola increpatione. Vnde ad solam vocem eius fugiebant dæmones. Item [male habentes] ita quòd conueniat ei illud qd̃ dicitur in actibus ca. 10. Liberauit omnes oppressos a diabolo. Vnde notandum, quòd non omnia miracula Christi posuerunt Euangelistæ: sed magis vulgata. Et quia videretur mirabile, quòd tot curaret, ideo confirmat auctoritate quæ habetur Esa. 53. [Infirmitates nostras ipse accepit: & ęgrotationes nostras portauit. [Et quamuis non ita sit in serie textus, exponamus prout iacet. [Infirmitates nostras ipse accepit] idest abstulit. Ita quòd infirmitates accipiantur pro leuibus peccatis. Et ægrotationes idest maiora peccata [portauit] idest asportauit, vel cum ipse sit dei virtus, & sapientia: infirmitates nostras scilicet passionis, & mortis. Vnde passibilitatem accepit ad tollendam infirmitatem, & ægrotationem nostram &c. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo: vt peccatis nostris mortui, iustitiæ viuamus. Sed cum Esaias dixerit de peccatis, quæritur, quare hoc de infirmitatibus corporalibus dicat. Et hoc est, qa plerũque ex peccatis spiritualibus causantur ægritudines corporales. [Videns autem Iesus turbas.] Quia posita sunt miracula contra peccata interiora, hic ponit miracula contra peccata exteriora scilicet contra procellam. Et primo ponit præambulum ad miraculum scilicet de introitu nauis. Deinde miraculum, ibi [Tunc surgens &c.] tertio effectum, ibi [Et facta.] Circa primum, primo ponit præceptionem, secundo mandati adimpletionem. Circa primum, tria. Primo præcepit vt sequantur, secundo vnum est se ingerentem repellit, tertio alium discipulum arguit. Dicit ergo. [Videns Iesus turbas &c.] Sed quare intrauit nauem? Hoc fecit propter duo. Primo vt ostenderet infirmitatem humanæ naturæ, secundo vt placeret discipulis. Vnde aliquando cum discipulis ascendit in montem: aliquando in disertum, aliquando in nauem. Item vt nobis daret exemplum: ne fauores hominum quæreremus. Item ad tollendam inuidiam iudæorum. Esaiæ 41. Lignum fumigans non extinguet: sequitur repulsio. [Et accedens vnus scriba] & videtur quòd iste valde deuote accessit. Et quare repulit? Hieronymus. Quia non habebat bonam fidem. Et hoc patet: quia solum vocauit eum magistrum: sed veri discipuli vocabant eum dominum. Vnde in Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & domine. Item ex mala intentione volebat eum sequi: quia audiebat signum fuisse factum, volebat sequi vt faceret signa, vt dicitur de Symone mago. Item dicit Chrysosto. Quod in alio peccauit scilicet in superbia. Quia seorsum traxit se. Vnde reputabat se digniorem aliis. Hylarius interrogatiue legit. [Magister sequar te] ? Culpa istius est: quia quòd certum erat: interrogauit: & quod debebat facere: posuit sub dubio. Sequitur [Vulpes

Ibi erit fletus & stridor dentium.

nostras portauit. Videns aũt Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire transfretum. Et accedens vnus scriba, ait illi. Magister sequar te quocumq; ieris. Et dicit Iesus: vulpes foueas habent; & volucre cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autẽ de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire: & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam; secuti sunt eum discipuli eius: & ecce

motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: & suscitauerunt eum, dicentes: Domine salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit ventis, & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines

[Vulpes foueas habent.] Hierony. Exponit ad literam quòd deus ad intentionem respondit: vt sępe facit. Volebat sequi: sed intendebat lucrum. Et dominus contra hoc allegat paupertatem: ideo dicit. Vulpes foueas habent &c. [Filius autem hominis &c.] Vt habetur 2. Corinth. 8. Qui egenus factus est cum diues esset &c. Sm Aug. notat eũ de triplici vitio. De vitio dolositatis: quia dulcedinem habebat in ore, & venenum in corde, vt habetur Ezech. 14. Item notauit eum de superbia. Cum dicit, [Volucres cæli,] p quos superbia intelligitur. Vel volucres dæmones vt habetur, infra. 13. Vbi dicitur. Et venerunt volucres & comederunt ea. Item de infidelitate. Quia non erat in charitate quæ habitabat in nobis per fidem. Sequitur. [Alius autem &c.] Primus se ingessit, sed alter se excusauit. Et ponitur reprobatio excusantis, ibi [Iesus autem &c.] [domine Permitte me &c.] Et magna est differentia inter istum & præcedentem. Iste vocauit eum dominum. Ille vocauit eum magistrum. Item ille dolum allegauit, iste pietatem, quia præceptum erat de honoratione patris. Vnde dilationem petiit. Simile habetur. 3. Reg. 19. de Heliseo. Sequitur istius reprehensio. [Sequere me,] quia qui vult sequi Christum, non debet dimittere sequi propter aliud negotium temporale. Vnde psalm. 44. dicitur. Obliuiscere populum tuũ & domum patris tui. Item hoc præcepit ei, quia erant alii qui poterant sepelire. Ideo dixit [Dimitte &c.] Item quia accidit vt sępe, quòd qui impeditur aliquo vno negocio, cum vnum aliud trahat, cito ruit in aliud, sic si iste iuisset sepelire patrem, haberet fortasis post cogitationes de testamento patris. Et ita forte totaliter retraheretur. Esa. 5. Veh qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Vnde hoc non fuit crudelitatis. Vt si videamus aliquem affectum nimis de morte patris: prohibetur a funere, propter periculum, vt habetur Eccl. 30. Multos occidit tristitia. Sed dicit mortuos in plurali, quia mortuus erat duplici morte, scilicet morte infidelitatis, & morte corporis. Vnde mortuus erat & in corpore, & anima. Vnde dat quatuor documenta. Primum scilicet vt qui vocatus est ad statum perfectionis, non cognoscat patrem carnalem per affectionem inordinatam. Infra. 23. Vnus est enim pater vester qui in cœlis est &c. Secundum est quòd inter fideles & infideles retrahitur germanitatis affectus. Vnde Luc. 14. Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus &c. Et hoc verum est vbi pater, & mater retrahunt a deo. Tertium est, quòd infidelium mortuorum non est facienda memoria apud sanctos. Quartum est, quod omnis qui viuit extra Christum mortuus est, quia ipse est vita secundum Gregor. [Et ascendente eo in nauiculam] Positum est præceptum domini de transfretatione. Hic ponitur executio præcepti. Erant enim manifestata miracula in terra, vult manifestare in aquis, vt ostendat se esse dominum terræ & maris. Per istam nauiculam intelligitur ecclesia, vel crux Christi, vnde de ista potest dici illud Sapient. 14. Exiguo ligno committunt animas suas: discipuli domini sequuntur eum in ecclesia per obsequium mandatorum. Item sequuntur eum ascendentẽ in crucẽ. Ad Philip. 5. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Deinde subiungitur miraculum. Et primo ponitur periculum imminens: secundo discipulorum interpellatio, ibi [Et accesserunt] tertio eorum exauditio, ibi [Et dicit eis &c.] Periculum tangitur ex procella & Christi dormitione [Et ecce motus factus est magnus &c.] sicut sancti dicunt, non est facta tempestas ex intemperie aeris, sed ex diuina ordinatione prouenit. Et hoc factum est multiplicrõne, primo vt discipuli qui spãliter dilecti & vocati erat humilia saperent, & non se extollerent. Et hoc significabat futurũ periculũ, quod imminere debebat tpe passionis. Et post vt ait Paulus Apostolus secundæ ad Cor. primo. Grauati sumus supra virtutem, ita vt nos tederet etiam viuere. Item alia causa, vt scirẽt in periculis viuere & vincere, vt habetur Ro. 8. In omnibus his superamus propter eum qui dilexit nos. Itẽ Chry. exponit, quia ipsi erant prędicaturi, quæ de Christo viderant, iõ vt magis in ipsis experti essent miraculis, & essent certiores, voluit dñs eos pati. Vnde in ps. 65. Venite, & narrabo opera domini. Citius. n. poterant recordari de hmõi quæ sibi euenerunt. [Ipse vero dormiebat] Et hoc vt ostenderet se verum hominem, sic enim erat in omnibus, vt vbi volebat ostendere diuinitatem semper ostendebat aliquid humanitatis. Dormiebat, quia habitu inuentus est vt homo. Philip. 2. Secundum enim diuinitatem non dormiebat. Vnde ps. 120. Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Item dormiebat, vt constituerentur inter timorem & spem. Item vt ostenderet singularitatem, quia in tanta tempestate manebat securus. Prouer. 8. Librabat fontes aquarum, quando circũdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis. Sequitur interpellatio discipulorum. ¶ Accesserunt discipuli &c.] Tantus enim erat vẽtus quòd oportuit eum euigilare. Et totum istud dictum fuit in figura de Iona, quia Ionas in naui dormiebat. Et nautę euigilauerunt eum ad interpellationem: isti vero ad saluandum. Vnde dicunt [Domine salua nos &c.] Et primo confitentur potestatem eius, dum dicũt, [Dñe] psal. 88. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Item perfũte auxilium quia sciebant ipsum esse saluatorem Esa. 35. Ipse veniet & saluabit nos. Item periculum terrenorum exprimunt. Et hic signatur mors Christi in dormitione, qui & excitatus est per resurrectionem. Vel dicitur dormire in tribulationibus & tentationibus sanctorum. Et tunc precibus sanctorum euigilat. Vnde dicitur psl. 44. Exurge quare obdormis domine. Item dormit in pigris. Vnde excitandus est vt admonet Paulus ad Eph. 5. Exurge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus &c. Sequitur, quo modo subuenit. [Quid timidi estis &c.] Videtur quòd non essent modicæ fidei, quia dicebant, Salua nos, sed vere modicæ fidei fuerunt, quia non credebant quòd etiam dormiens posset saluare, vel modicæ fidei: quia si ipsi haberent magnam fidem, ipsi possent imperare mari. Tunc surrexit &c. [Imperauit ventis] Tempestas enim oritur ex ventis vt ex causa efficiente, ex aquis vt ex causa materiali. Et vtrobique imperauit. Vnde ps. 106. Dixit & stetit spiritus procellę. Et hoc est quod dicitur [Et facta est tranquillitas magna] Sed consuetudo est quòd quando fit tempestas quòd duobus diebus mare non sedatur totaliter. Ideo vt appareat perfectum miraculum statim facta est tranquillitas magna, quia Dei perfecta sunt opera. Deuter. 32. Porro homines mirati sunt &c.] hic ponit effectus, scilicet admiratio turbarum: quod dicit homines non intelligatis Apostolos, quia nunquam Apostoli sic appellantur: sed per homines intellige nautas. Vel secundum Hier. Si etiã intelligas hoies. i. Apostolos põt esse q̃ dubitare potuerũt vt hoies, dicentes [qualis est hic] Hic Chry. addit [hõ] quia enim ipsum viderant dormientem, hoiem vocabant, quia lignum diuinitatis viderant, ideo dubitabant [Quia venti, & mare &c.] quia oĩs creatura suo creatori obedit ps. 148. Ignis grãdo, nix, glacies, spiritus, procellarum, quæ faciunt verbum eius &c.] Non quia animam rõnalem habeant, sed quia ad modum obedientis se habẽt, vt manus & membra aiæ obediunt: quia statim mouentur ad eius nutum: sic omnia deo obediunt. Sequitur.

d ¶ Sed quia posita sunt miracula quibus dominus liberauit multos a periculis exterioribus. Hic ponuntur miracula quibus fit liberatio a periculis interioribus siue spiritualibus. Et primo ponitur miraculum: secundo effectus, ibi [At illi &c.] Et circa primum ostenditur malitia dæmonum, quantum ad sęuitiam quam in homines exercent: secundo quantum ad nequitiam: quia animalibus brutis nocuerunt, ibi [Dæmones autem &c.] Circa primum, primo locus describitur: secundo sęuitia dęmonũ declaratur: erat quędam regio quę dicebatur regio Gerasenorũ, gerasa interpretatur colonum eiiciens: vel aduena appropinquans: quia prope gentiles [Occurrerunt ei duo habentes &c. Ostenditur sęuitia quia opprimebat eos: secundo quia hominẽs decipere nitebantur. Sed quæritur quare alii euangelistæ non faciunt mentionem nisi de vno: iste de duobus. Dicendum quòd sine dubio duo fuerunt: sed vnus fuit magis famosus. Et erant sęui: quia nocebant non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter. Vnde in monumentis habitabant, vt inducerent hominibus terrorem. Vnde error fuit quem quidam posuerunt quòd dæmones aliquam animam reducerent in corpus mortuum: vt legitur de Symone mago: sed hoc nihil erat: sed fingebant dæmonęs ad homines decipiendum. Vnde dicit Porphyrius, quòd genus dæmonum est fallax. Vnde isti magi maxime

mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, qa venti & mare obediunt ei? d ¶ Et cum venisset Iesus trans fretum in regionem gerasenorũ: occurrerunt ei duo habentes dęmonia de monumẽtis exeuntes sęui nimis, ita vt nemo posset transire per viã illã. Et ecce clamauerũt dicẽtes. Quid nobis, & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus

F

ventuntur corporibus mortuorum : quare habitabant dæmones in sepulchris? Esa. 65. Qui habitant in sepulchris & in delubris idolorum dormiunt. Erant enim tam sæui vt nemo poterat transire per viam illam; quia In via hac quam ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi: superbi, idest dæmones. ps.141. Sed ostenditur eorũ impatientia: quia Christi præsentiam non ferebant. Vnde dicitur [Clamauerunt] Et in hoc ostẽditur impatientia. Esa. 65. Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Item fatentur dei potentiam dicentes [Quid nobis &c.] Vere nulla, quia nulla conuenientia Christi ad Belial. sed quare hoc dicebãt? quia grauiter puniebant homines: & audierant quia Christus deberet eis potestatem amouere. Vnde voluit dicere. Et si alijs nocuimus [tibi non nocuimus: quare non debes nos grauare. Item confitentur filium dei, Et in hoc confunduntur Arriani: quia si non sanctis credunt, saltem dæmonibus credant. Sed contra, quia videtur quòd non cognouerunt eum: quia 1.ad Corinth.2. Si cognouissent nunquam regem gloriæ crucifixissent &c. Sed dicendum, quòd quando dominus volebat, humanitatem ostendebat: ita quòd se eis occultabat. ¶ Quare venisti ante tempus &c.] Sciũt dæmones quòd in die iudicii dæmones debẽt, suscipere maius tormentorum cum dicetur, Ite maledicti in ignem æternum. Item credunt aliqui quòd dæmones vsque in diem iudicii non patiuntur pœnam damni, sed pœnam sensus. Et hoc pro isto verbo, quia venisti ante tempus. Sed contra hoc est, quod dicit Damasce. Hoc hominibus mors, quod angelis casus: sed homines cum moriuntur non statim recipiunt pœnam sensus, sicut angeli qui ceciderunt. Quidam dicunt quòd ignem suum semper secum portant: sed quo modo potest hoc fieri quia iste ignis corporeus est? Dicendum, quod licet hic ignis sit corporalis, habet tamen aliquid spirituale. Vnde cruciat per modum cuiusdam alligationis. Spiritus enim excedit naturam corporis: sed deus alligat spiritus corporibus: sicut cum alligatur anima corpori, datur corpori vt moueatur, secundum voluntatem animę, sicut si datur aliqua prælatura alicui in aliqua ecclesia, ipso non existente in eadem: sic & licet iste ignis sit corporeus, ratione spiritualitatis potest agere. [Torquere nos &c.] Magnum tormentum reputant quod non possint hominibus nocere: sed si essent in inferno non possent ita nocere: & ita tormentum eis magnum est intrare in infernum. [Erat autem non longe ab eis &c.] Hic tangitur malitia. Quia non solum hominibus nocent, sed et brutis: [grex porcorũ]. Vnde patet quòd hoc non erat in iudęa: quia iudæi non vtuntur porcis. [Si eiicis nos, mitte nos in porcos] Sed quare non petierunt quòd mitteret eos in homines? quia ipsi videbant eum solicitum circa curam hominum. Sed quare in gregem porcorum? quia erant magis vicini, Item quia est animal valde immundum, Vnde ad designandam immunditiam permisit intrare in porcos. Et hoc videtur significari Iob.40 Numquid multiplicabit ad te porcos, aut loquetur tibi mollia? Sequitur Christi concessio. Et ait illis [Ite &c.] Sed videtur dominus audisse dæmones. Dicendum q̃ non audiuit: sed ex sua sapia sic fieri permisit & ordiuanit vt ostendatur malitia dæmonum: quia nisi dñs cohiberet, ita ruerent in homines sicut ruerunt in porcos: sed quando dñs permittit aliquibus dæmonibus nõ totaliter permittit, sed imponit eis frenum, vt in Iob. Vñ ad hoc designandum permisit eos ruere in porcos. Item ad designandum q̃ nihil possunt nisi ex dei permissione. Item vt homo suam dignitatẽ cognosceret, vt ad salutẽ vnius hominis tot millia porcorũ permiserit interfici. ¶ Sequit̃ executio mandati [Et magno ĩpetu &c.] In quo denotat q̃ nullus a diabolo totaliter põt extingui nisi paratũ se exhibeat, idest totaliter immundum. Vñ hẖ Apoc.18. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna 2.Pe.2. Hi velut irrationabilia pecora peribũt: percipientes mercedẽ iniustitię &c. Sequitur pastorũ admiratio. Vñ [pastores fugerunt: & nuntiauerunt &c.] Vñ profecti nuntiauerunt triste & lętũ. Triste de porcis: sed lętũ de dęmõiaco curato: per istos pastores signãt̃ principes synagogę: qui p̃ temporalia quantuncunq; possunt contradicũt̃ Chto. Consequenter sequitur totius populi admiratio. [Et ecce tota ciuitas &c.] [Et viso eo &c. Et quare? quia multa damna eis fecerat: timebãt q̃ si plus ibi moraretur q̃ plura eis faceret damna. Sic aliqui p̃ detrimentum temporale timent esse cum Christo: vt habetur Esa.30. Declina a me semitãs: cesset a facie nostra sanctũ? Israel. Vel aliter: quia non ex malitia sed ex deuotione, quia indignos se reputabant. Simile dixt Petrus. Recede a me: quia homo peccator sum.

a CAP. IX.

Supra posuit miracula contra periculacorporalia: hic ponit miracula contra pericula spũalia. Et ẽm hoc duo facit. Primo, ostendit q̃o subuenit sibi occurẽtibus. Secõdo, q̃o inquit quos saluet, ibi [Et circuibat &c.] Circa primum, primo ponit remedium, contra peccatũ. secõdo contra mortem, ibi [Hęc illo &c.] Circa primũ primo ponit remediũ cõtra peccatũ remittẽdo. Secõdo peccatores ad se trahendo, ibi [Et factũ est &c.] Et primo ponit quædã præambula, ad beneficiũ. Secõdo ponit beneficiũ ipsum, ibi [vt aũt sciatis &c.] Et primo ponitur locꝰ: secõdo deuotio offerẽtiũ, ibi [Et ecce &c. Dicit ergo] Ascẽdẽs Iesus &c.] continuatur hæc pars, quia rogabant eum vt ab eis discideret: iõ ascendit nauem. Vnde dat intelligere q̃ si dicant aliqui, Recede a nobis vjam mandatorum tuorum nolumus, Iob 21. statim recedit. Vnde [ascendit in nauiculam] Hęc nauicula significat crucẽ, vel ecclesiam [Et venit in ciuitatem suam]. s. in ciuitatem gentiũ: quæ sibi datę sunt. Vnde in ps.2. Postula a me & dabo tibi gentes &c. Sed est quæstio: quare Mar, & Lucas dicunt istud esse factum in Capharnaum? Hic vero habetur q̃ in Nazareth quæ erat ciuitas sua. Dicendũ q̃ quædam erat ciuitas Christi rõne natiuitatis. Et hæc erat Bethleem: quædam ratione educationis. Et hæc erat Nazareth: quædam rõne conuersationis & operationis miraculorum. Et sic Capharnaum: ideo bene dicitur in ciuitatem suam. Vnde dicitur Luc.4. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. August. aliter soluit: quia Capharnaum inter alias ciuitates Galileæ erat magis famosa: vnde erat quasi metropolis. Et sicut si aliquis esset de aliqua villa iuxta Parrisius, diceretur quod esset de Parrisius propter notitiam loci, sic dominus quia erat de finibus Capharnaum, dicebatur inde esse: vel aliter: quia prætermittunt aliquid euangelistę: vnde aliquid potest addi, quòd videlicet, transiuit per Nazareth, & venit in Capharnaum. Et tunc obtulerunt ei [Ecce offerebant &c.] Hic tangitur deuotio offerentium, vnde in Marco tangitur, quòd quia non poterant transire, posuerunt per tegulas. Iste paralyticus, significat peccatorem in peccato iacentem, vnde sicut non potest paralyticus se mouere, sic nec iste. Illi autem qui portant eum, sunt illi qui suis monitionibus portant eum ad deum [Videns autem Iesus fidem illorum &c.] Ponit beneficium: vbi possumus tria videre. Primo, quid mouit Iesum secũdo, quid sit quod requiritur, tertiũ, disceptationẽ contra beneficium: curat aliquando dominus aliquẽ p̃ fidẽ suam, aliqñ propter preces suas, & aliorum. [Videns ergo fidem illorum dixit] Vñ dicitur Mar.11. Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. [Confide fili] quid ergo requiritur? fides. ps.124. Qui cõfidunt in dño sicut mõs Sion, non cõmouebitur in ęternum qui habitat in Hierusalem. Et act. 15. Fide purificans corde eorum. [Remittuntur tibi peccata &c. Hic tangitur beneficiũ: sed quid est q̃ iste petebat sanitatẽ corporis, & dñs dat sanitatẽ animæ? Rõ est: quia peccatum erat causa egritudinis, sicut in ps.15. Propter iniquitates eorum multiplicatę sunt infirmitates eorum. Vnde fecit deus sicut bonus medicus qui causam curat. Deinde ponit disceptationẽ contra beneficium, ibi [Et cum cognouisset &c.] Dicit ergo [Ecce quidam. [Et quare mirabantur? quia videbant hominem & nõ videbãt deũ: solius autẽ dei est dimittere peccata: ideo dicebant eum blasphemũ, iuxta illud Iob. 34. Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios &c. [Et cũ vidisset &c.] Hic cõfutat eos tripliciter: sua cognitione uerbo, & facto ut cognitione, quia sicut soli deo pertinet dimittere peccata, sic cogneoscere secreta cordis psal.25. Scrutãs corda, & renes deus [cũ vidisset] quia solus scit cogitationes hominũ. Et primo reprehendit eorũ nequitiam [Vt quid cogitatis &c.] quia blasphemum eum dicebant. Esa. 1. Auferte mala de cogitationibus vestris [Quid est facilius &c.] Hic ponit confutationem: sed videtur male arguere dominus; quia arguit a minori affirmando. Facilius enim videtur sanare corpus, q̃

A pus, quàm sanare animam. Sed exponit sic Hierony. Facilius est dicere quàm facere; verum quantum ad factum, fortius est animam quàm corpus sanare, sed quantum ad potestatem, eadem est potestas vtrobique. Sed si ad dictũ referatur, videmus quòd mendaces cito mentiuntur, vbi non possunt deprehendi. In his enim quæ apparent, deprehendi possunt, sed non in his quæ latent. Vnde in his audacter loquuntur vbi deprehendi non possunt. Facilius est, ergo dicere, si non posletis cognoscere Ideo. [vt autem sciatis &c.] Ostendit facto. & primo ponitur finis operationis Secundo modus. Tertio efficientia. Vnde dicit. Et propter hoc [vt sciatis quia filius hominis habet potestatẽ &c.] per hoc manifestat se deum. supra primo. Ipse enim est qui saluum faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Dicit [q̃ filius hominis] & dicit [in terra] & elidit duplicem errorem. s. Nestorii & Fotini. Dicebat Nestorius quòd filius hominis & filius dei erant duo suppposita, nec poterat dici de vno quod dicitur de altero, vnde non poterat dici. Iste puer creauit stellas, ideo dicit hominis: quia dei est dimittere peccata. Item contra Fotinum: qui dicebat quòd Christus acceperat initiũ de virgine Maria. Et merito acquisiuit diuinitatem, & nitebatur super illud. infra. 28. Et data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: ideo dicit. In terra. vnde Baruch.3. dicitur. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. [Habet potestatem.] Videtur quòd ver hoc non ostendatur, quia etiam ipsi Apostoli habebant potestatem. Sed dicendum quòd ipsi habebãt per viam administrationis, nõ authoritatis, hoc autem quod dicitur [Vt autẽ sciatis &c.] Dupliciter potest legi, vel vt sint verba euãgelistæ, & ita fuit narratoria. vel sint verba Christi dicẽtis, vt sciatis &c. Et sic oratio est imperfecta, quia ipsi dubitabant: ideo vt sciatis quòd ego habeo &c. [Ait paralytico. Surge &c.] Vnde ver bo curanit quod proprium est dei, iuxta illud psal.32. Dixit, & facta sunt. Tria habebat infirmus. Iacebat in lecto, portabatur ab aliis, ire non poterat, quia ergo iacebat, dixit [Surge] quia portabatur, præcepit vt portaret [Tolle lectum tuum] quia ire non poterat. dixit [Et ambula] Dei enim perfecta sunt opera. Deut.32. Similiter peccatori in peccato iacẽti dicitur. Surge a peccato per contritionem. Tolle lectum per satisfactionẽ. Michęæ.7. Irã domini portabo, quia peccaui ei. [Et vade in domum tuã] In domũ æternitatis, uel in conscientiã propriã. Sap.8. Intrans in domum meã conquiescam in illa. Sequitur executio [Surrexit & abiit. Videntes aũt turbæ] non scribæ, quia isti dedignabantur [timuerũt] Abacuch.3. Domine audiui auditũ tuum & timui. Sed quo timore? quia [glorificauerunt deũ] quia omnia in deũ retulerunt. psal. 113. Non nobis domine nõ nobis &c. [Qui dedit potestatẽ talẽ hominib̃.] Vnde isti nõ cõtẽnũt, sicut scribæ: sed quia dẽ hoib̃, ideo Hilarius exponit. Qui dedit talẽ potestatem hominibus vt fiant filii dei, vt in Ioan.1. Dedit eis potestatem filios dei fieri.

b ¶ Hic ponitur primo conuersio peccatorum. Secundo, disceptatio pharisęorum. ibi [Et videntes &c.] Et primo dicit, qualiter quendam vocauit ad discipulatum Secundo, quo modo multos ad familiaritatem. ibi [Et factum est &c.] Dicit ergo [Cũ transiret &c.] Quare transiuit? quia insidiabantur ei, ideo nolebat turbari, ut dicitur Eccl.8. Non incendas carbones peccatorũ [Vidit hominem] Vere hominem quia peccatorem. psal.81. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. [Sedentem in theloneo] Theloneus vectigal. vnde erat locus ubi uectigalia recipiebantur. Vnde erat in quodam statu vbi vix homo uiuere potest sine peccato: Matthæum nomine. Alii appellant eum Leui ad seruandum honorem eius: vt non noscatur ille esse peccator, sed ipse vocat se Matthæum, quia iustus in principio accusator est sui, dans intelligere quòd dominus non est acceptator personarum [Et dixit ei. Sequere me] Et hoc magnum est quòd mouerat dominus ad sequelam [Et surgens &c.] Vnde potuit dicere illud Iob.23. Vestigia eius secutus est pes meus, uiam eius custodiui & non declinaui ab ea. Sed obiicitur quòd hoc non potest esse quòd ad unum uerbum iste secutus est eum. Et dicendum quòd fama Iesu ita diuulgata erat, quòd iam beatum se reputabat qui sequebatur eũ, ideo ad unum uerbum iste secutus est eum. Vnde ostendit obedientia, quia statim secutus est eum. sed quare non statim vocauit a principio? Dicendum quòd iste sapiens erat sapientia sæculi. Tardauit autem dominus uocare eum, donec miracula pronocarent. Vel dicendum quòd istud dictum est per reiterationem, quia iste fuit in prædicatione domini in monte. Sed quare ergo sic ponit Matthæus? Dico, ratione humilitatis, quia enim miraculum reputauit uocationem eius ideo inter miracula recitauit. Sed quare plus fit mentio de uocatione Petri & Andreæ, & Matthæi quàm aliorum? Dicendum quòd inter uiliores homines fuerunt piscatores. Item inter peccatores, illi maxime qui uestigal recipiebant, & ideo specialiter fit mentio ad cognoscẽdum quòd deus non est personarum acceptor. Sequitur. [Et factum est, eo discumbente in domo &c.] Hic tangitur quomodo multos uocauit ad familiaritatem. Vnde dicit. [Et factum est &c.] Alii dicunt quòd fecit ei conuiuium. Iste uero tacet. Et uerum est quòd fecit, unde inuitauit multos, ut ad deum traherentur, quia cortina cortinam trahit. Exo.36. Vnde signum est quòd aliquis firmiter conuersus est ad dominum, quando alios trahit, quos magis diligit. Vnde dicit quòd [multi publicani discumbebant & peccatores cum Iesu.] Quia siquis aperuerit mihi, intrabo, & cænabo cum eo, & ipse mecum. Apocalip. 3. [Et uidentes pharisęi, &c.] Dictum est qualiter dominus peccatores inuitat ad sequelam, & ad conuiuium recipit. Hic ponitur disceptatio de societate. Secundo de conuiuio. ibi [Tunc accesserunt &c.] Circa primum ponitur quæstio. Secũdo responsio. ibi. [Ait Iesus &c.] Dicit ergo. [Et uidentes &c.] Notandũ quòd isti pharisęi erant malitiosi, unde uolebant schisma ponere inter discipulos & Iesum, unde discipulis Iesum accusabant, & discipulos Iesu, unde uolentes erga discipulos accusare Iesum dicunt. [Quare cum publicanis, &c.] Isti sunt de numero illorum de quibus habetur. Prouerb. 6. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius scilicet qui seminat inter fratres discordias. Sed quæritur quare Luc. dicit istud esse dictum de discipulis? Et respondet August. quòd eadem est sententia utrobique, licet uerba differant, quia totum imputabant doctrinæ magistri. Vnde Lucas refert ad uerba, sed Matthæus ad sententiam. Sed uidetur quòd isti recte arguebant quia sunt vitanda peccatorum consortia. Sed notandum quòd aliquando sunt vitanda peccatorum consortia propter superbiam & contemptum, vt isti sicut habetur Esa.65. Non appropinques mihi quia immundus es. Alii uero uitant consortia propter peccatorum utilitatem, ut erubescant, & sic conuertantur, & sicut dicit Paulus 1.ad Corinth. 6. Ad uerecundiam uestram dico sic non est inter uos sapiens quisquam. Item aliquis uitat propter cautelam sui, timens ne peruertatur. Eccl. 13. Qui tangit picem coinquinabitur ab ea. & in Psalmo. 17. Cum peruerso perverteris. Econtrario similiter aliqui cõmorãtur cũ peccatoribus ad sui probationẽ, unde tentatio est sui probatio, ut habetur 2.Petri. Secũdo, Aspectu. n. & auditu iustꝰ erat habitãs apud eos. Et Cãt.2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Et ibi dicit glossa. Non fuit bonus, qui malos tolerare non potest. Item aliqui inter malos commorantur propter conuersionem, ut Paulus dicit primæ Corinthiorum.9. Omnibus omnia factus sum ut omnes lucrifacerem. Sed differentia est, quia peccatoribus perseuerantibus, & pœnitere nolentibus non oportet communicare. De illis uero de quibus speratur, distinguẽdum est ex parte illius qui habitat, quia aut est firmus, aut infirmus. Si infirmus habitare cum eis non debet. si firmus comperens est ut cum eis habitet, ut eos ad deum conuertat. Item Iesus medicus erat certus, ideo cum esset cum eis periculum non timebat. ideo &c. Sed sequitur Iesu responsio. Et ponit rationes tres. primo ex similitudine. Dicit. [At Iesus audiens dixit. Non est opus &c.] Et uocat se dominus medicum. Et bene. Psalmus 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas, scilicet tam animæ quam corporis. ideo tangit infirmitates & animæ & corporis. Vnde dicit. [Non est opus ualentibus medicus &c.] Valentes dicuntur qui ex superbia reputant se ualere de quibus Apoc 3. dicitur Dicis diues sum & locupletatus & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis pauper cæcus & nudus. Et talibus non est opus medicus, sed male habentibus idest peccatum recognoscentibus. sicut dicebat Dauid Psalmus 50. Iniquitatem meã ego cognosco &c. Secundo induxit authoritatem dicens. [Euntes

torquere nos, Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens: dæmones autem rogabant eum dicentes. Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis, Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare; & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nuntiauerunt hæc omnia: & de his qui dæmonia habuerãt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu: & viso eo rogabant eum, vt transiret a finibus eorum.

a CAP. IX.

T ascendens Iesus in nauiculam transfretauit: & venit in ciuitatem suam. G Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns aũt Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua: aut dicere, surge, & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum, & uade in domum tuam: & surrexit: & abijt in domum suam. Videntes autem turbę timuerunt & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

b ¶ Et cum transiret inde Iesus: uidit hominem sedentem in theloneo Matthæum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo i domo: ecce multi publicani & peccatores ueniẽtes discũbebãt cũ

autem discite &c.]quasi dicat. Vos nõ intelligitis scripturas, sed ite & discite, quid est, misericordiam volo & non sacrificiũ.]Hoc scribitur Oseæ.6. Et dupliciter exponitur, primo ita quòd intelligatur vnũ alii præferri, quia magis volo misericordiam quàm iudiciũ. Vnde præfertur sacrificiũ sacrificio. Sacrificium est agn⁹.

Itẽ misericordia, talibus enim hostiis miseretur deus. Quid ergo istorum meli⁹? Prouerb. 21. Facere misericordiam & iudicium magis placet deo quàm victimæ. Vel ita q̃ vnũ approbetur, reliquum vero reprobetur, misericordiam volo, sed nõ sacrificium quod facitis. vnde Esa.1. Holocausta noluit quia manus vestræ sanguine plenę sunt. vel aliter [misericordiã &c.] Illud enim dicitur aliquis velle, quod vult propter se & non propter aliud, sicut si medicus diceret volo sanitatem, & sic in operibus quæ offerimus deo: quædam offerimus propter se vt diligere deum & proximum: alia vero propter ista. Michæę.6. Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium : & diligere misericordiam. Tertio inducit dominus aliam rationem ex sui officio, vt si aliquis legatus missus esset & vteretur suo officio, si prohiberetur ab alio, diceret, stultus es quia prohibes quod ad me pertinet. Venerat dominus ad saluandum peccatores. vnde dictũ est. Et vocabis nomen eius Iesum. Hic enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et ideo dicit [Non veni vocare iustos sed peccatores.] Lucas addit ad pænitentiam. Et iusta est hæc additio, quia non venit vocare peccatores vt remanerent in peccatis, sed vt amouearntur ab eis. Sed potest quæri de iustis, quia nullus iustus, nisi solus deus, quia oẽs sumus peccatores. Itẽ videtur falsum quod dicit. quia Ioannes iustus fuit. Symeon iustus. Zacharias iustus. Et tamen eos vocauit. Dicendum q̃ distinguendũ est de iustitia, quia iustus aliquis dicitur qui peccato non est obnoxius, & sic non est iustus quisquam, quia omnes vel mortali, vel veniali, vel originali sunt obnoxii, saltem quantum ad reatum, & istud penitus deleuit, quia Ioan.3. Ipse venit vt vitam habeant. Vnde non venit vocare iustos, inquantũ iustos sed peccatores. Itẽ dicitur iustus qui non est obnoxius peccato mortali. vnde non venit vocare iustos ad pænitentiam, sed ad maiorem iustitiam. vel sic. Non veni vocare iustos idest qui de sua iustitia confidunt, sed peccatores qui pænitent ignorantes suam iustitiam.

c ¶ Hic ponitur quæstio de conuiuio. Et sequitur responsio. ibi [Et ait Iesus] Sed tunc est hic quæstio literalis, quare Mar.2. Et Luc.6. videtur q̃ ab aliis facta fuerit quæstio Vbi dicitur. Quare discipuli Ioannis &c. Ergo discipuli non dixerunt. Augu. soluit ita erat q̃ pharisæi insidiabantur Christo. vnde aliquando secum hærodianos traxerunt: modo vero assumpserunt discipulos Ioannis. Vnde potuit & ab aliis & a discipulis peti. sed vnde hoc q̃ ieiunabant? Respondetur hic ex traditionibus suis, vel ex lege, sicut habetur, quòd in die propitiationis tenebantur ieiunare. Et Zach.8. Ieiunium quarti & septimi &c. Item discipuli Ioannis ieiunabant exemplo magistri sui, qui magnæ fuit austeritatis. Discipuli vero Christi non ieiunabant. [Et ait illis Iesus] Hic respõdet Iesus & subtiliter, primo assignat causam a parte sua, deinde a parte discipulorum. Circa primum duo facit. Primo determinat tempus epulandi. Secundo ieiunandi. ibi [Venient autẽ &c.] Dicit ergo [Nunquid possunt filii sponsi lugere &c.] Vbi iste dicit lugere, alius dicit ieiunare. Licet enim ieiunium quandam habeat lætitiam spiritualem, tamen vt habetur Hebræorũ, 12. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur esse non gaudii sed mœroris. vnde est ieiuniũ spiritualis lætitiæ, vt habetur Dan, 9. Posuit faciem meam ad dominum deum meum deprecari & rogare in ieiunio sacco & cinere. Item est luctuosum & afflictionis vt quando propter dolores. Respondet dominus de vtroque, sponsus Christus est, qui enim habet sponsam sponsus est. Ipse.n. est sponsus totalis ecclesiæ & primordium. Aliud habuit primordium lex vetus & aliud lex noua. Lex enim vetus primordiũ habuit in timore. Lex noua in amore. vnde Ro.8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei. Et Heb.12. Accessistis ad montem syon & ciuitatem dei viuentis Hierusalem. quia igitur primordium nouę legis fuit in amore. Ideo discipulos suos nutrire debuit in amore quodam, ideo se sponsum nominat & discipulos filios, quia ista sunt nomina amoris. vnde bonum est quòd conseruem eos, & ideo nolo aliquid graue eis imponere ne abhorreant, & sic retrocedant. Et ideo qui in religionibus sunt noui, non sunt grauandi. Vnde Ambro. in libro de similitudinibus reprehendit eos qui nouitios grauiter onerant. Et hoc est quòd Christus dicit [Numquid possunt &c.] quasi dicat. Non oportet q̃ ieiunent, sed magis in quadam dulcedine viuere & amore; vt sic legem meam recipiant in amore, vt habetur ad Rom. 6. Quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Vnde a pascha vsque ad pentheco-sten non sunt ieiunia, quia tunc recolit ecclesia nouitatem legis. [Venient autem dies &c.] Et hoc ad literam venient dies quando scilicet vobis procurantibus [auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.] Et hoc prædixit eis dicens Io. 16. Vos plorabitis: mundus autem gaudebit. Illi enim qui ante Christum fuerunt desideraueruntChristi præsentiam, vt Abraham & Esaias & alii prophetæ. Item post mortem eius desiderata fuit ab Apostolis. Vnde Petrus quasi in continuo dolore erat propter absentiam Christi. & Paulus dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. vnde tunc erat tempus ieiunandi. Alia ratio quare in præsentia non tenentur ieiunare, quia ieiunium eligendum est inquantum castigat carnem, ne contra spiritum inualescat, sed cum erat præsens, custodiebat eos ab excessu. ideo non oportebat eos ieiunare. Vnde in Ioan.17. Pater cum eram cum eis, conseruabam eos. Sed Ioannes baptista non habebat hanc virtutem, ideo ieiunare debebant eius discipuli, sed quando Christus ablatus fuit, eos oportuit ieiunare. Vnde Paulus dicit 1.Corinth.9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo &c. [Nemo autem mittit &c.] Hic ponit aliam rationem a parte discipulorum, & ponit duo exempla. vnum secundum August. aliud secundum Hieron. Vnde secundum August. vult dicere, dictum est quòd in præsentia Christi non debebant ieiunare discipuli, nec etiam ex conditione sua; quia imperfectis grauia iniungi non debent. Igitur cum isti sint imperfecti, eis ieiunium iniungi non debet, ut illud ergo significet tangit sub metaphora panni & vini, quia iustitia consistit in operibus exterioribus, & in nouitate affectionis, ideo duo exẽpla ponit. Dicit ergo [Nemo mittit &c.] vt si vellet iungere nouum pannum, non ponet commissuram idest depetiaturam [panni rudis] idest noui [in vestimentum vetus] quia tolleret eius pulchritudinem: sic si aliquis imperfectus habet aliquam consuetudinem vitæ suæ, si vis imponere ei aliud iugum, recedit ab eo quod consueuerat [& efficitur peior scissura] vt habetur infra [Neque mittuntur &c.] Ponit hic aliud exemplum de vino, qua si dicat discipuli mei sunt quasi vtres veteres. Vinum nouum est lex noua ratione nouitatis, vnde [cum recepissent spiritum sanctum dixerunt eos musto madere. Act.2. Vnde [Neque mittunt vinum nouum &c. Alioquin rumpuntur vtres] vnde si homini veteri qui aliquando habet aliquam cõsuetudinem, imponis nouum viuendi modum rumpitur cor per intollerantiam. Item [effunditur vinum] idest non custoditur [& vtres pereunt] quia conculcauerunt mandata dei, & ideo pereunt [Sed vinum nouum &c.] doctrinam spiritualem innouans per affectum, vt dicit Apostolus 1.Corin. secundo, spiritualibus spiritualia comparantes, & Prouerb.2. Si introierit sapientia cor tuum & scientia animæ tuæ placuerit, custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris a via mala, & ab homine qui peruersa loquitur &c. Hieronymus aliter exponit, quia institutum pharisæorum, vocat vestimentum vetus, nouum, doctrinam euangelicam. quasi dicat. Non est bonũ vt seruent documenta vestra, quia sic facerent scissuras veteres: & sic nouam doctrinam recipere non possent, sicut videmus quòd facilius recipit doctrinam suam, qui non est imbutus contraria doctrina quàm qui est imbutus. Et ideo non est bonum quòd vestra imbuantur doctrina.

d ¶Posuit miracula quibus adhibentur remedia contra pericula peccati. Hic ponit illa quibus adhibentur remedia contra pericula mortis. Et diuiditur, quia primo narrat quomodo vitam restituit. Secundo, quo opera vitæ. ibi [Et transeunte &c.] Circa primum

Iesu & discipulis eius. Et videntes pharisæi dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat magister vester? At Iesus audiens ait. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Euntes autem discite, quid est, misericordiam volo & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores.

c ¶ Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicẽtes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere quàm diu cum illis est sponsus? Venient autẽ dies cum auferetur ab eis sponsus : & tunc ieiunabunt. Nemo autẽ immittit commissuram panni rudis in vestimẽtum vetus. Tollit enim plenitudinẽ eius a vestimentis, & peior scissura fit. Neq; mittunt vinum nouũ in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt: & ambo conseruantur.

primum primo ponitur inuitatio ad miraculum peragendum. Secundo, iudicium. ibi [Et ecce &c.] Tertio miraculi præparatio. ibi [Et cũ electa &c.] Circa primum quatuor facit, primo describitur tempus inuitationis. Secundo, persona inuitãs. Tertio, inuitatio. Quarto, admissio inuitationis. Dicit ergo [Hæc illo loquente] scilicet In domo Mathæi. Sed est obiectio: quia Mar. & Lucalio ordine recitãt, scilicet quòd iste accessit ad Iesum postquã transfretauerat. Aug. soluit q̃ quãdo ponitur in euangelistis aliquid ad tẽpus pertinẽs, si statim ponitur, repræsentatur tunc ordo historię, & ideo cum dicitur hic: Hęc eo loquẽte significatur ordo historię: sed in Mar. & Luc. refertur ad ordinẽ memorię suę. Vel pot dici quòd fuit aliquis locus medius vbi istud accidit. Aliquãdo enim non dicunt verum, statim, post, vel quando factum quid sit. Sequitur [Ecce princeps.] Hic ponitur persona inuitãs, scilicet princeps synagogæ, & dicitur Iairus illuminans vel illuminatus. in Gen.23. Princeps Dei est apud nos. Sequitur inuitatio. & duo facit. primo exhibuit reuerentiam, quia personaliter [accessit [Item [adorauit] Item potestatem confiterur quia dicit [Domine] Iste princeps significat antiquos patres, quia isti accesserunt per desiderium, & credentes Christum venturum adorauerunt. psal.131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Item confitebantur. Scitote quoniam dominus ipse est deus. psal.99. Sequitur periculum [Filia mea &c.] Contrarium habet in Luca & in Marco: quia ibi dicitur filia mea in extremis est [Et cum esset in via occurrerunt ei famuli &c.] Soluit Aug. quia quando iste Iairus recessit, iam erat in extremis, & credebat quòd eam non inueniret viuam : ideo magis petebat vt veniret & resuscitaret eam quàm vt curaret. Vnde dicit [Filia mea modo defuncta est &c.] q.d. Credo quòd iam mortua sit. Alii igitur dixerunt secundum quòd fuit. Sed Matth. ad intentionem retulit. ideo August. dat bonum documentum quòd non est necessarium quòd eadem verba referantur: sed sufficit quòd solum intentio dicatur. Sed quare dixerunt famuli. Noli vexare magistrum. Videtur hoc fuisse incredulitatis. Dicendum quòd hoc verum esset si hoc dicerent ex intentione Domini: sed ipsi nesciebant eius intentionem. Chrisosto. sic exponit. Consuetudo est aliquorum quando volunt mouere ad pietatem exaggerant malum, ideo vt magis moueret eum dixit. Defuncta est. Ista filia est synagoga quæ filia est principis, scilicet Moysi, quæ mortua est per infidelitatem. Luc. 19. Nunc autẽ abscondita est ab oculis tuis &c. Sed videtur esse in isto fides infidelitati coniuncta, quia quod credebat quod resuscitaret erat fides: sed quod credebat quòd non absens posset, hoc erat infidelitatis. Vnde ille videtur similis Naaman, qui dixit. Putabam q̃ egrederetur ad me & stans inuocaret nomen Dñi Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ & curaret me &c.4.Reg.5. [Sed veni &c.] Mistice hic significatur appetitus patrũ de venturo Christo, vnde dicebant. Veni impone manum tuam idest Christum, vt in psal. 143. Emitte manum tuam de alto. [Et surgens Iesus secutus est eum] Surgens scilicet a prandio. Hic habetur documentum misericordiæ Christi, quia ad petitionem illius, statim. iuit, vt habetur Eis.30. Statim vt audierit, respõdebit tibi Dominus. Item dat exemplum prælatis de sollicitudine quòd statim soliciti sint ad subueniendum peccatis. Item dat documẽtum obediendi, quia discipulos secum duxit, vt habetur Heb. vlti. Obedite præpositis vestris: sed nõ duxit Matth. quia adhuc infirmus erat. [Et ecce mulier] Dat exemplum virtutis. Et tria facit. Primo describitur eius infirmitas. Secundo, commendatio mulieris. ibi [Dicebat enim &c.] Tertio, benignitas Christi sanantis. ibi [At Iesus &c.] Dicit ergo [Et ecce mulier] vt habetur Leui.12. Mulier quæ patiebatur fluxum sanguinis immunda erat, & non habitabat cum hominibus, ideo non accessit in domo: sed in via, & hæc significat gentilitatem, quæ ingressa est in plenitudinem Iudæorum, vt habetur ad Roma.11. Cęcitas ex parte contigit in israel, donec plenitudo gentium interaret, hæc scilicet synagoga habet fluxum sanguinis scilicet errorem immolaticii sanguinis. Vel potest retorqueri ad peccata carnalia, vnde caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, 1.ad Corinth.15. Hæc mulier patiebatur duodecim annis, & filia principis erat duodecim annorum, vnde hæc incepit pati quando filia principis nata fuit. [Accessit retro &c.] Hic ponitur commendatio ipsius mulieris, ex ipsius humilitate & ex fide quæ maxima est ad impetrandum. [Accessit & tetigit fimbriam] a retro, quare a retro? quia immunda reputabatur, vnde quicquid tangebat immundum erat secundum legem, ideo timebat ne repudiaret eam. Item non est ausa tangere nisi fimbriam. Præcipiebatur in lege quòd in quatuor angulis vestis portarent fimbrias, & ibi habebãt tympana ad memoriam mandatorum dei, & vt sic ab aliis dignoscerentur, & hanc vestem Christus habebat. Mistice hoc significat gentilitatem, quæ accessit per fidem. Sed retro, quia non ipso viuente. Item tetigit vestimentum scilicet humanitatem, & solum fimbriam, quia per Apostolos tantum. [Dicebat enim intra se.] Si tetigero &c. Hilarius dicit. Multa est virtus Christi, quia non solum in anima: sed ex anima in corpus & ex corpore in vestes redundat, & sic omnia quæ tetigerit Christi corpus habere debemus in reuerentiam. psal. 132. Sicut vnguentum in capite quod descẽdit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius &c. idest diuinitas in carne. quod descendit in barbam idest in Apostolos, & in orã vestimenti. [Salua ero] sic si fecerimus & ei adhęserimus, salui erimus. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. [At Iesus conuersus & videns &c.] Hic ponitur Christi benignitas. Et primo ostenditur, facto. quia conuersus ad eam. Et quare? Ne diffideret. quia enim furtiue accesserat, non credebat, quia conuerteretur ad eam. Item vt traheretur ad exemplum fidei istius. Item vt se deum ostenderet. vnde conuersus est conuersione misericordię, & vidit eã oculo pietatis: Zach.1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Item ostenditur eius benignitas verbo, cum dicit [Confide] Quia timens accessit: ideo blande eã alloquitur. Esa.30. Si reuertimini & quiescatis, salui eritis. Item vocat eam filiam, ne diffidat. Ioan.1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Item dat spem [Fides tua &c.] vnde. Nostra salus ex fide est, vt habetur ad Rom.3. Et sequitur effectus [Et salua facta est &c.] Et non ex hora qua Christus dixit: sed ex hora qua tetigit. [Et cum venisset & vidisset &c.] Hic ponitur resuscitatio. Et quatuor facit. Primo, mortis indicia describuntur. Secundo, datur spes. ibi [Recedite &c.] Tertio, ponitur resuscitatio. Quarto, ponitur effectus. Dicit ergo [Cum venisset & vidisset &c.] Et quare venerunt tibicines? Turba venit sicut solet fieri etiam de mortuis modo: sed tibicines quia fuit consuetudo quòd veniebant tibicines & cantabant lugubria, vt alios excitarent ad fletum, vt habetur Hiere. 9. Contemplamini & vocate lamentatrices & veniant ad eos. Hi tibicines sunt falsi doctores, lingua enim eorum adinuentiones eorum contra Dominum. Esa. 3. vt prouocarent oculos maiestatis eius. Turba autem populus Iudaicus. Exo.23. Non sequeris turbam ad faciendum malum. Hanc suscitauit Dominus in domo. Tres enim mortuos suscitauit Dominus, Puellam in domo. Iuuenem in porta. Lazarum in sepulchro. Quidam enim peccato moriuntur: sed non extra feruntur, & hoc est per consensum in peccatum: sed non exeunt ad extra per opera. Quidam autem extra fertur ad actum & hic significatur per eum quem suscitat in porta. Quidam vero ex consuetudine iacet in sepulchro qui significatur per Lazarum. Hæc igitur puella significat peccatorem qui est in peccato occulto scilicet in mente. Tibicines sunt qui fouent eum in peccato. psal. 9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, turba est cogitationes. Et hanc sanat Dominus. vnde dicit [Recedite, non est mortua.] Hic dat spem. Non est mortua scilicet sibi: sed dormit, quia est ita sibi facile resuscitare sicut alicui aliquem excitare a somno, simile habetur. Ioã.11. Lazarus amicus noster dormit &c. Non est mortua. Et quare dixit hoc modo? quia deridebãt eum. sed quare voluit deriderì? hoc fuit vt non possent contra miraculum dicere. Vnde primo aduersarios faciebat confiteri vt post contradicere non possent. [Et cum eiecta esset turba &c.] Et quare eiecta fuit turba? quia videre non fuit digna. Turba sunt Iudæi qui non conuertuntur. Et moraliter ad hoc quòd anima suscitetur, Oportet q̃ turba cogitationũ expellatur, & tunc intrat Dominus. [Intrauit & tenuit manum eius &c.] psal. 11. Dextera Domini fecit virtutẽ. Tenet manum peccatoris quando adiutorium ei præbet. [Et surrexit puella &c.] scilicet ad vitam sic nos per Dei adiutorium a peccato. Sequitur diuulgatio in omnem terram.

d ¶Supra ostensum est qualiter vitam restituit. Hic tangitur quomodo

d ¶Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit & adorabat eum dicens. Domine filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eũ & discipuli eius. Et ecce mulier q̃ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat.n. intra se. Si tetigero tantũ vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus & videns eam dixit. Cõfide filia. Fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domũ principis, & uidisset tibicines & turbam tumultuãtem dicebat. Recedite, nõ est enim mortua puella: sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba intrauit & tenuit manum eius & dixit. Puella surge. Et surrexit puella, & exijt fama hæc in vniuersam terram.

quomodo dedit officia vitæ. Et primo tangitur quomodo visum restituit. Secundo, quomodo loquelam. ibi [Egressis autem &c.] Et primo quatuor facit. Primo, ponitur petitio cęcorum. Secũdo, examinatio credentium. ibi [Et dicit eis &c.] Tertio exauditio. ibi [Tunc tetigit &c.] Quarto, instructio illuminatorum. ibi [Et cõminatus &c. Circa petitionem istorũ quinque notare possumus, quæ faciunt petitionem exaudibilem. Primo, qui congruum tẽpus elegerunt ad petẽdum, quia [transeunte eo] Et in hoc significatur tempus incarnationis quod est tempus miserendi. Vnde in psal. 101. Quia venit tempus miserẽdi eius. Et ideo melius exauditi fuerunt, vt habet Heb. 5. Exauditus est pro reuerentia sua. Item ad hoc vt impetrarent [secuti sunt eum] Qui n. deum nõ sequitur obediendo, non impetrant [duo cæci] Isti duo cæci sunt duo populi, scilicet Iudæorum & gentilium. Cæci enim sunt qui fidem non habent, de talibus dicitur Esa. 59. Palpauimus sicut cæci parietẽ. Item requiritur seruor deuotionis, cum dicitur [Clamantes] vt habetur in psal. 129. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exauditiuit me. Item humilitas petentium, cum dicitur dicentes [Fili Dauid miserere nostri] vt habetur Dan. 9. Exaudi Deus noster orationem serui tui. Item tangitur fides eorum, quia filium Dauid nominant, & hæc est necessaria, vt habetur Iac. 1. Postulet in fide & nihil hæsitans, Deinde petentes examinat. Primo, facto differendo exauditionem eorum. Tunc enim firma fides ostenditur quando statim non impetratur. Abacuch. 2. Si moram fecerit, expecta eum quia veniet. Vnde duxit eos vsque ad domum. [Cum autem venisset domum &c.] Per domum istam intelligitur ecclesia, quia ista est domus dei, vel cælum psal. 113. Cælum cæli Domino. Item examinauit eos verbo [Creditis &c.] Et hoc non petit quasi ignorans: sed vt meritum eorum augeatur. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item petit, vt ostendatur fides aliis, vt sciant quia iuste illuminauit. Item petit vt ad maiora promoueat, magnum enim professi erant, quia filium Dauid. Sed non sufficiebat, ideo magis ab eis petit. Creditis quia possum hoc facere? scilicet propria potestate, quod solius dei est, dicunt ei [vtique Domine] Vnde modo Dominum vocant, quod est proprium solius dei. Sequitur exauditio. Et primo ponitur curatio. Secundo, curationis effectus. ibi [Et aperti &c.] Ponitur curatio, cum tetigit oculos eorum dicens [tetigit] & dixit. Vtrumque tamen per se sufficiebat, tamen vtrumque fecit, vt significaretur quòd cæcitas per verbum incarnatum illuminatur. Ioan. 1. Verbum caro factum est & habitauit in nobis & vidimus gloriam eius. Vnde dixit secundum fidem vestram fiat vobis, quia merito fidei illuminãtur qui sine fide sunt cæci. Sequitur effectus. [Et aperti sunt &c.] Primo, ergo dat lumen, & ita impleuit illud. Et vita erat lux hominum. Sequitur instructio. vnde dicit [Et comminatus est] Et quare hoc? Alibi enim dicitur. Vade ad tuos & annuntia regnum Dei Lucæ. 8. Chrisosto. In bonis nostris duo possumus considerare. Quod dei est, & quod nostri, quod nostri est debemus latere, quod Dei est debemus manifestare, vt Paulus, Philip. 2. Quærentes non quæ nostra sunt: sed quæ Iesu Christi. supra. 5. Vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. vnde dicit [Videte ne quis sciat] vt doceat vitare vanam gloriam. Illi autem non immemores beneficii accepti, exeuntes diffamauerũt eum, vt habetur Esa. 63. Miserationum Domini recordabor. Sed numquid peccauerunt isti, quia contra præceptum Domini fecerunt? Dico quòd non, quia bona fide fecerant. Et vt ostenderent quantum sanctitatis exhibeat Dominus [Egressis illis, Ecce obtulerunt ei hominem mutum] supra Dominus restituit visum cæco. Nunc muto restituit loquelam. Et sufficienter iunguntur ista, quia locutio est signũ visionis interioris. Esa. 35. Ipse veniet & saluabit nos. Et tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebũt. Et in hoc tria facit. Primo, describitur infirmus. Secundo, tangitur curatio. ibi [Et eiecto &c.] Tertio, curationis effectus. ibi [Et miratæ &c.] Dicit ergo. [Egressis autem illis &c.] Ab isto non quæritur fides, sicut a præcedentibus, quia iste erat obsessus a dæmonio; ideo nõ erat compos mentis, & ideo non quæsiuit de fide eius. Et iste si-

d ¶ Et trãseunte inde Iesu: secuti sunt eum duo cæci clamãtes & dicentes. Miserere nostri fili Dauid. Cũ aũt venisset domũ, accesserunt ad eũ cæci, & dicit eis Iesus. Creditis, quia hoc possum facere vobis? Dicũt ei. Vtiq; Dñe. Tũc tetigit oculos eorũ dicẽs. Secundũ fidẽ vestrã fiat vobis. Et apti sũt oculi eorũ. Et cõminatus ẽ illis Iesus, dicẽs. Videte ne q̃s sciat. Illi aũt exeũtes diffamauerũt eũ in tota terra illa. Egressis aũt illis, ecce obtulerunt ei hominẽ mutũ dęmoniũ habẽtem, & eiecto dęmonio, locutus est mutus

& miratę sunt turbæ dicentes. Nũquam apparuit sic in Israel. Pharisæi autẽ dicebant. In principe dæmoniorum eijcit dæmones.

e ¶ Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella docens in synagogis eorum & prædicans euangeliũ regni & curans omnem lãguorem & omnem infirmitatem. Vidẽs autem turbas misertus est eis, quia erãt vexati & iacẽtes sicut oues nõ habẽtes pastorẽ. Tũc dicit discipulis suis. Messis quidẽ multa, operarij ãt pauci. Rogate ergo dñm messis vt mittat operios ĩ messem suã.

alii: sed talis non fuerat, scilicet qui tot faceret. Item qui solo tactu. Item qui statim, ita quòd ei conueniat, quis similis tui in fortibus Domine quis similis tui, vt habetur Exo. 15. Et Ioan. 10. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Item curat per fidem quod lex non poterat facere. vt habetur ad Rom. 8. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis, quod impossibile est legi [Pharisæi autem dicebãt] Pharisæi idest diuisi, quia peruerse interpretabantur, vt Eccl. 11. Bona in malum vertent. Vnde dicebant. [In principe &c.] Hic dicit Aug. quòd est notandum quòd Christus idem miraculum bis fecit. Et hoc patet, quia diuersimode dicunt euangelistæ, vnde cũ inuenimus quasi cõtraria, possumus referre ad vnũ, vel ad aliud, dicendo aliud esse miraculum.

e ¶ Ostensum est qualiter subueneret occurrentibus, hic tangit quòd ad eos ibat. Et hic duo tangit. Primo, qualiter impẽdit quibusdã effectum. Secũdo, quomodo affectum. ibi [Videns aũt &c.] Et circa primum. Primo, ostendit vbi impendit auxilium. Secundo quod docuit. Tertio quod fecit. Dicit ergo [Et circuibat &c.] In quo datur prædicatoribus exemplum, quòd non sint contenti prædicare in vno loco tantum. Ioan. 15. Posui vos vt eatis & fructum afferatis &c. [Omnes ciuitates & castella] Et bene illud ordinatur cum præcedentibus, quia dix erant quòd in principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia. Ideo manifestat se non habere dæmonium, vt ei conueniat. psal. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, dum loquebar illis impugnabant me gratis. Sequitur quid annuntiabat. duo enim faciebat, quia in synagogis erat docens, & prædicans. Docens quæ ad fidem, prædicans quæ ad mores. Item coram multis, quia in synagogis, in psal. 39. Annũtiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, in quo etiam differt a doctrina hæreticorum quæ est in occulto. secus doctrina Christi. Ioan. 18. Nihil in occulto locutus sum vobis. Item tangit quæ docet, quia [Euangelium regni] Ioan. 18. In hoc natus sum & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati &c. Vnde cælestia docebat. Esa. 48. Ego Dominus docens te vtilia, postea ostenditur facto quid fecit [curans omnem lãguorem & omnem infirmitatem [Lãguores] quo ad graues infirmitates [Infirmitates quo ad leues, i psal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et quare hoc? vt confirmaret miraculo quod dicebat verbo, vt in Mar. vlt. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Itẽ vt ostenderet exemplum prædicatoribus vt facerent & docerent. Act. 1. Cæpit Iesus facere & docere. [Videns autem Iesus &c.] Hic ostendit qualiter Dominus quibusdam impẽdit affectum. Et hoc cõtra quosdam. Opinio enim fuit quòd nullus sufficiebat affectus: sed requirebatur effectus: sed hic dicit [Videns Iesus &c.] Et primo tangit quomodo miserebatur. Secundo, ponit exemplũ. Et primo ponit misericordiam Christi. Secundo, causam. Dicit ergo [Videns &c.] scilicet pia cõsideratione [misertus est eis] quia proprium est ei misereri. psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Istud visum desiderabat Dauid dicens. psal. 24. Respice in me & miserere mei, & quibus misertus est, quia [vexati] a dæmonibus. Item [iacentes] scilicet prostrati ab infirmitatibus, vel vexati erroribus, iacentes peccatis [sicut oues non habentes pastorem] vnde prouerb. 11. Vbi non est gubernator populus corruet &c. Et Ezech. 34. Dispersæ sunt oues meæ eo quòd nõ esset eis pastor, & in eodem. Væ pastoribus Israel qui pascebant semet ipsos. Et Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem.

[Tunc

Tunc dicit discipulis suis] Hic inducit aliquos ad miserendum primo assignat causam, secundo inducit ad effectum, ibi [Rogate &c.] Et ponit duas causas, primo multitudinem tendentium ad bonum, secundo paucitatem doctorum, ibi [Operarij &c.] Multi conuenerant. Ideo dicit [Messis quidem multa] Messis non dicitur quando frumentum florescit vel cum est in spica: sed tũc quando iam dispositum est vt colligant: sic homines iam dispositi erant ad credendum per effectum prædicatorum. Simile habetur Ioa. 4. Leuate oculos vestros & videte regiones quoniam albę sunt iam ad messem [Et operarij paucij scilicet boni: vnde Apostolus Dei. n. adiutores sumus. 1. Cor. 3. Impendentes ergo qd̃ vestrũ est. Et quid? [Rogate dominum messis &c.] Quando habemus defectum: debemus recurrere ad deum: cum officium prædicationis non nisi præcibus impetretur: qui enim mittit operarios: est dominus: vnde dicitur. Ego misi vos: & rogat vt rogetur: vt nobis accumulet meritum dum pro salute aliorum oramus. Item talem ordinem posuit: vt sanctitas aliorum aliis prosit: vt 1. Pet. 4. Vnusquisque vt accepit gratiam in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei &c. Vnde vult vt quicquid gratiæ & sanctitatis receperunt: aliis impendant, & ipse rogatus exaudit. Rogat enim vt ipse rogetur vt eos mittat. Ro. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur: acquiritur enim auctoritas. Item gratia: vnde charitas Christi vrget nos. Item [rogate dominum messis vt mittat operarios:] non quæstuarios qui corrumpunt malo exemplo in mestem suam]. scilicet in messem dei. Quæstuarii enim non mittuntur in messem dei: sed in messem suam; quia non quærunt gloriã dei: sed commodũ suum.

a CAP. X.

SVPRA proposuerat doctrinam suam: hic ministros instituit. Et describuntur numero, potestate, & nominum positione. Numero, vnde dicit [Conuocatis duodecim] Et quare dicit duodecim? vt ostenderetur conformitas noui & veteris testamenti: quia in veteri duodecim patriarchę. Et isti similiter duodecim. Secũda rõ vt ostẽderet virtus et effectus futurus per eos. Iste enim numerus ex partibus 4. & 3. in se ductis componitur vt quater ter, vel ter 4. Per trinarium trinitas designatur: per qua ternarium mundus. Ideo signatur quòd in totum mundum debebat eorum prædicatio extendi, vnde dominus Mar. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ &c. Item ad signandum perfectionem, quia 12. consistit ex duplicitate Senarii. Senarius. n. perfect? est numerus: quia ex oibus partibus aliquotis. Cõsurgit. n. p unum duo, & tria: & istæ partes simul iunctæ sunt sex: vnde tot vocauit ad signãdũ, perfectionẽ, supra 5. Estote pfecti sicut & pater vester perfectus est. Sequit de ptãte eorũ: quia [dedit eis ptãtẽ &c.]. s. vt ipsi faciãt, vel facere possint: sicut ipse fecit. Et non solum quæ fecit: sed maiora. Io. 14. Non est enim scriptum quòd ad vmbram Christi curarentur infirmi sicut scriptum est, quòd ad vmbram Petri, multi curabantur. Act. 5. [Immundorum spirituum vt eiicerent eos] Vnde noluit quòd ipsi eiicerent sicut ipse: sed ipse verbo proprio. Ipsi vero in noie Christi, vnde Mar. vlt. In nomine meo dæmonia eiicient &c. Et non solum vt dæmonia eiicerent: sed vt [omnem lãguorem curarent] vt habetur Mar. vlt. Super ægros manus imponent & bene habebunt. Sed si quæras, quare modo prædicatoribus non datur ista potestas, Respondet Aug. quia in promptu est maximum miraculum scilicet quòd totus mundus conuersus est, aut ergo facta sunt miracula, & sic habeo propositum, si non est, hoc ast maximum: quia per 12. vilissimos homines piscatores totus mundus conuersus est. Sequitur nominũ positio. Et quare? ne si veniret aliquis pseudopropheta qui diceret se esse Apostolum crederetur ei: & propter hoc reprobata est epistola fundamenti scilicet Manichæi. Et notandum quòd iste semper binos combinat. Et quare? qtia numerus binarius est numerus charitatis. Item vbicumque ponit aliquem qui duobus nominibus vocatur ponit aliquid per quod notetur differentia. Item sciendum quòd non seruat ordinem dignitatis, tamen Petrus semper ponitur primus: qui etiam dicitur [Symon] idest obediens, vnde dicitur Prouerb. 21. Vir obediens loquetur victoriam [Petrus] a petra dicitur propter eius firmitatẽ: & Cephas, qd̃ sirũ nomẽ est, nõ hebræũ [Andreas] virile, vnde dicitur ps. 26. Viriliter age & confortetur cor tuum. Item [Philippus] os lampadis: talis debet esse prædicator in ps. 118. Ignitum eloquium tuũ vehemẽter [Bartholomæus] filius suspendentis aquas. Et iste dicitur Christus de quo Iob. 26. Qui ligat aquas in nubibus suis. Item [Iacobus zebedæi] qui occisus est ab Herode qui supplantator dicitur. Et [Ioa.] Qui gratia dicit. 1. Cor. 15. gratia dei sum id quod sum. Iste non sequitur ordinem dignitatis sicut Marcus. Item [Thomas, & Matth.] Alii non ponunt Publicanus: sed iste posuit causa humilitatis. Item alii præponunt Matth. Thomæ. iste e contrario. Thomas abyssus dicitur: propter profunditatem fidei. Matth. Donatus: vt habetur: Ephes. 4. Donantes inuicem: sicut & Christus donauit nobis. [Iaco. alphęi: ad differentiam alterius. Iste frater domini dicitur: quia consobrinus [& Thadęus] frater Iacobi. Et dicitur Iudas qui scripsit epistolã & interpretatur cor. Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum. Item [Symon cananęus] a cana villa. [Et Iudas Scariotis,] ad differentiam alterius iudę: & dicitur vel a villa: vel a stirpe de tribu Isachar: qui mors dicitur, [qui tradidit eũ.] Et quare posuit? vt daret documentum: quod dignitas status non sanctificat hominem. Item est alia ratio: ad notandum quòd vix contingit quin in multa congregatione sit aliquis malus. Et ideo ita ponitur vt ostendatur quòd boni aliquando non sunt sine malis: sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Cantic. 2. Et Aug. Non est domus mea melior quàm domus domini &c. [Hos duodecim] elegit deus: & posuit diuulgatores sacræ scripturæ [præcipiens &c.] Hic ponit eorũ instructionẽ. Et primo instruit eos verbo: secũdo exẽplo, ibi [Et factũ est &c.] Verbo tripliciter primo de officio suo: secũdo de sumptibus tertio de periculis. Scdo ibi, [Nolite possidere &c.] tertio ibi. [Ecce ego mitto vos &c.] Circa offm̃ quatuor mãdat primo quo vadãt secdo qd̃ dicãt, ibi [Euntes &c.] tertio quid faciãt, ibi [Infirmos &c.] quarto quo fine, ibi [Gratis &c.] Et primo dicit quo nõ vadãt: secdo quo vadãt, ibi [Sed potius ite.] Et circa primũ duo dicit: primo. [In via genitũ,] & in ciuitates Samaritanorũ &c. Isti erãt medii iter gẽtiles, & iudæos. De quibus habet 4. lib. Reg. c. 17. Et isti retinuerũt partim ritũ iudæorũ: partim gentiliũ: & isti multum erant contrarii iudæis. Vnde prohibet ne vadant ad simpliciter gentiles, nec ad mediocres istos. Sed contrarim videtur quod dixit. Ite docete omnes gentes. Et Esa. 40. Et videbit omnis caro pariter quòd os domini locutum est. Quid ergo dicit. [In viam gentium ne abieritis?] Dicendum quòd missi sunt ad vtrosq; s: sed ordo debebat obseruari. Quia primo iudæis. Et ratiõ est: quia primo fieri debet quod iustitia exigit: quàm qd̃ ex misericordia prouenit: sed iustitia erat q̃ primo iudæis prædicarẽt: quia istud ex promissione habebant: vt habetur. Rom. 15. Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem ad confirmandas promissiones patrum. Gentibus autem tenebatur ex misericordia: vt habetur. Ro. xi. Gentiles oleastri sunt ab oliua recepti, scilicet a fide antiquorum patrum. Vnde ibi dicitur. Tu autem cum oleaster esses insertus es in illis: & socius radicis, & pinguedinis oliuę factus es. Primo ergo oliua nutrienda erat vt aliquid acciperetur ab ea. postmodum oleaster inserendus. Ro. 11. Itera volens fideles in fidem patrum introducere, primo voluit iudęis prædicari fidẽ. Secũda rõ fuit quia dominus infundit omnibus id ad quod sunt dispositi: sed multi iudæorũ erant iam dispositi per fidẽ. Et sicut ignis primo agit in ea quæ sunt propesic dñs ex charitate primo voluit in his, q̃ ppe erãt. Vñ dr̃ Esa. 57. Veniẽt vt annũciẽt pacẽ, his q̃ ppe & pacem his q̃lõge sunt. Itẽ si ad gẽtiles primo iuisset, iudęi qui multũ habebãt gẽtiles odio: reprobassent eũ ex indignatione. Iõ i Act. 13. Vobis primo oportuit p̃dicari regnũ dei. Vñ dicit. In viã gẽtiũ: idest ne appropinquetis ad viã quæ ducit ad gẽtes: vt nõ loquantur de vobis. Sed non dicit in viam Samaritanorum. Et mistice qui sunt discipuli dei: non debent ire in viam gentium, nec hæreticorum. Vnde Hier. 2. Quid tibi vis in via Egypti, vt bibas aquam turbidam [sed potius. Ite ad oues &c.] Et quare oues? quia magis perierũt ex culpa Pharisæorum, quàm ex culpa ipsorum.

Vnde

Vnde psal.94. Nos autem populus eius: & oues pascuę eius. Et 1.Pet.2. Eratis sicut oues errantes: sed conuersi estis ad pastorem & episcopum &c. Sed quid facient discurrentes? [Euntes &c.] Io.15. Posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat &c. Et mittit eos sicut ipse missus est scilicet ad prædicandum. Vnde [prædicate dicentes &c.] Et sicut Iesus incęperat, Agite pœnitentiam: sic præcepit eis. Inceperat: agite pœnitentiam, appropiaquabit enim regnum cœlorum. psa. 118. Longe enim a peccatoribus salus: sed modo sunt propę p passionē Christi. Heb. 9. Per proprium sanguinē introiuit semel in sancta æterna redēptione inuēta &c. Vsi dicit [appropinquabit]. s. p passionē meā, vsi eos fundatur per participationem gratię. Totum enim regnum dei intra vos est. Sed possent dicere. Quomodo confirmabimus quæ dicemus? Certe miraculis: sicut ipse fecit. Vnde dicit [infirmos curate &c.] Sed si quis diceret: quare non fecit modo miracula ecclesia? Et dicendum quòd miracula facta sunt ad probationem fidei: sed iam fides approbata est. Et ideo sicut qui faceret vnam demonstrationem ad probandum aliquam conclusionem non esset alia probatio necessaria: sic ibi. Vnde maximum miraculum est conuersio totius mundi: ideo non oportet quòd fiant alia: & sicut facta fuerunt alia miracula corporalia: ita fiunt quotidie spiritualia: quia infirmi spiritualiter curantur. Infirmi enim sunt qui peccato agitantur: qui proni sunt ad peccatum. Rom.14. Infirmum autem in fide assumite. Et isti a domino sanantur. Qui autem consentiunt: mortui sunt, quia separantur a deo. Et isti resuscitantur a domino, vt Heb.5. Surge qui dormis & exurge a mortuis. Item leprosi mundantur. Leprosi enim dicuntur qui sunt infectiui aliorum. Quia lepra est morbus contagiosus: & isti aliquando curantur 4.Reg.5. Quod lepra Naam adhęsit Giezi. Item dæmones eiiciuntur. Dæmones enim sunt quorum peccatum iam transiit ad effectum. De quibus dicitur Prouerb.2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et vt habetur de iuda. Io. 13. Quod intrauit in eum sathanas &c. Et isti aliquando curantur. Et quia possent dicere apostoli: modo erimus diuites: si facimus miracula, habebimus multa, et hac de causa voluit Symon magus facere miracula, hanc causam excludit dominus dicens. [Gratis accepistis &c.] Magnum est facere miracula, sed maius est virtuose viuere. Vnde amouet ab eis superbiam: quia poteſt superbia accidere duobus modis. Vel ex cupiditate: vel ex meritis. Vna.n. est maxima superbia, quando aliquis bonum quod habuit: sibi ascribit. Ideo excludit: quia [accepistis] primo ad Corinth.4. Quid habes quod non accepisti? Item non debetis superbire: quia non ex meritis: sed gratis. Qui enim ex meritis, non gratis recipit. Item cupiditatem excludit [gratis date] idest non propter aliquod temporale. Precium enim rei vel maius est vel æquale. Illud enim quod per precium tradis non est ita in corde tuo fixum: sicut prætium quod recipis. Nihil autem est dono dei æquale vel maius. Sapiēt.7. Non comparauit illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua. [Nolite possidere aurum &c.] Quia possent dicere. Vnde ergo viuemus? ideo de sumptibus infruit illos. Et primo prohibet ne sumptus deferant secundo docet a quibus accipiant, ibi [In quacunque &c.] Dicit ergo [Nolite possidere aurum.] Et notanda sunt verba quæ sequuntur: quia dicit iste: Nec calciamenta.] Marcus dicit, calciari sandaliis. Item iste dicit, nec virgam. Marcus dicit. Quod virgam: ideo hæc verba sunt dubia & difficilia. Quod enim dicit, [Nolite &c.] aut est præceptum aut est consilium. Sed istud certum est quod est præceptū, quia ita dicitur. Iesus præcipiens eis &c. Sed apostoli, & fuerūt apostoli, & fuerunt fideles, aut ergo fuit eis præceptum inquantum fideles, aut inquantum apostoli. Si inquantum fideles: ergo adhoc tenentur omnes fideles. Et hæc fuit quædam hæresis: vt ait Augu. quæ dicebat quod nullus posset saluari nisi hi qui nihil possident, & hæc fuit hæresis apostolicorum. Item alia hæresis fuit, quòd nullus saluaretur nisi discalciatus pergēs: & hęc fuerunt hæreses: non quia malum præciperent: sed quia non obseruantibus præcludebant viam salutis. Si autem præcipitur eis inquantū apostoli, tunc omnes prælati qui sunt successores apostolorum ad hęc tenentur. Sed esto quod isti non male secerūt,

F nonne Paulus male fecit qui portabat & accipiebat a quibusdam, vt alius daret? Ideo difficultatem habent hæc verba. Et ideo dicendum, quòd fuit vna via secundum Hierony. Exponendo ad literam, quod præcepit aliquid propter officium apostolatus. Et non quòd sit de necessitate simpliciter, sed secundum illud tempus. Vnde ante passionem præcepit nihil ferre. In passione autem Lu. 22. dicit. Quando misi vos sine baculo & pera nunquid aliquid defuit vobis? Et sequitur: sed nūc qui habet sacculum emat similiter & pera. Et qui non habet vendat tunicā, & emat gladium. Vnde ante passionē missi sūt ad iudæos apud autē iudæos erat consuetudo quòd suis debebant prouidere magistris. Ideo nihil ferre præcepit cum mitteret eos ad iudæos. Sed ista non erat consuetudo in gentibus. Ideo cum missi sunt ad gentes, data est eis licentia portandi sumptus. Portabant igitur quando prædicabant aliis quàm iudæis. Et quia quædam sunt ad necessitatem: alia quibus emuntur necessaria. Et hoc est quod dicitur, quòd quędam sunt diuitię artificiales, vt vestes & calciamenta. Ideo vtrumque prohibet. Dicit ergo. [Nolite &c.] Quia omnis pecunia vel est de auro, vel de argento vel ęre. Ideo prohibet ne possideant aurum, nec argentum, vnde dicebat Petrus. Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo hoc tibi do. Act.3. Et quare hoc deus præcepit? Vna ratio est: quia dominus mittebat pauperes ad prædicandum: ideo posset aliquis credere quòd non prædicarent nisi propter quæstum. Vt igitur ista suspitio amoueat ideo præcepit nihil portare. Item ad tollendū solicitudinem, quia si essent circa hoc nimis soliciti impediretur verbum dei. Item prohibet diuitias, quia subueniunt in necessitate. Et quia possent dicere, Non feremus aurum non argentum, sed peram possumus: vbi portabimus oua & panem quæ sunt necessaria ad victum, et istud prohibet. [Non peram in via.] Et quare hoc prohibuit? Dicit Chrysosto. vt ostenderet eis virtutem suam: quia sine his poterat eos mittere, vnde in Luc. 22. Quando misi vos sine baculo & pera: nunquid aliquid defuit, vobis &c. Ergo fecit vt ostenderet virtutem suam. Item quātum ad vestimentum. [Neque duas tunicas] Non quod non haberēt nisi vnam tunicam: sed quod non haberent duo paria vestimentorum: ita quòd vnum reconderent & aliud indueretur. Vnde nomine vnius tunicę intelligit vnum vestimentum. Luc.3. Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti. Neque calciamenta. Et quare prohibuit? Duplex est causa, eadem ratione qua aurum & argentum, dominus mittebat eos, vt apud omnes, pauperes reputarentur. Vnde apostolus. 1. Corinth. 1. Non multum potentes elegit deus: ideo voluit quòd abiecti essent, pauperes. n. in partibus orientis vadunt discalciati: vtuntur tū quibusdā quæ sandalia dicuntur, & fiunt de paleis, ideo volebat vt irent sicut pauperes illius patrię. Alia ratio: ideo quia sicut docuit Plato quòd homines non multum cooperirent nec pedes, nec caput, ideo vt firmatet eos vt magis robusti essent ad sustinēdum, ideo præcepit eos ire discalciatos. Sed [neque virgam] & quæ est ratio? Aliqui enim equis vtuntur. Alii vero virga sustinentur: ideo illud minimum etiam prohibuit vt in ipso totaliter confiderent secundum illud ps.22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Vnde quod dicit aliter, quòd virgam portent, non fuit præceptum, nisi pro loco & tempore obseruandū. K Aug. per aliam viam vadit dicens quòd hæc non sunt præcepta nec consilia; sed sunt permissiones, ita quòd abstinere magis est consilium quàm implere. Vnde sensus est. [Nolite &c.] idest nō est negocium vt alia calciamenta possideatis præter hæc quibus estis calciati. [neque virgam] idest nihil sicut dicitur, neque festucam. Et quare? [Dignus est enim operarius mercede sua &c.] Quia vos habetis potestatem accipiendi ab aliis. Et ideo non est necessariū vt portetis. Vnde quando aliquid est permissum, si non fiat, non est peccatum: quicquid autem plus fit supererogationis est. Vnde & Paulus quamuis posset ab aliis recipere nihil accipiebat, & istud erat supererogatio: vt dicit August. Quia permissis non vti est supererrogationis. Vnde Paulus primo ad Corinth. 9. Melius est mihi mori, quàm euacuare gloriā meam. Et quare? quia non vtebatur isto permisso. Dignus est enim mercennarius &c. Sed quid est quod ferant virgam. Dicit August. Quōd non est inconueniens quòd quædam aliquando dicantur

do dicantur mistice: aliquando ad literam. Vnde quod hic dicit Matthæ. dicit ad literam quòd virgam non ferant. Quod vero Marcus dicit: mistice intelligitur quod scilicet non ferant temporalia: sed habeant potestatem accipiendi ab aliis. Vnde. [Dignus est enim &c. Istud enim non est ibi casuale. Isti operarii sunt de quibus dictum est supra. Rogate dominum messis vt mittat operarios &c. Tertia expositio est. Nolite &c. aurum idest sæcularem sapientiam, argentum, eloquentiam sæcularem. Non peram idest solicitudinem: nec duas tunicas idest duplicitatem, nec calciamenta idest terrenorum affectionem, fiunt enim calciamenta de pellibus animalium mortuorum. [In quācunque ciuitatem aut castellum intraueritis &c.] Supra dominus ordinauit quòd apostoli victualia secum non deferrent. Et ratione probauit, quia dignus est operarius &c. Nunc determinat modum qualiter accipere debent. Et primo dat modum: quia debent a volentibus dare accipere: secundo quid fiat volentibus. Circa primum tria facit, Primo docet eligere hospitem, secundo prohibet mutare hospitium, mandat tertio quòd hospes salutetur. Dicit ergo dictum est quòd dignus est &c. Vt sciatis a quo debetis accipere ne credatis quòd domus cuiuslibet vobis sit concessa: ideo in quamcūq; ciuitatē &c. interrogate &c.] Et hoc ne pp infamiā hospitis vestra prædicatio contemnatur, vt habetur 2. ad Timo. 3. Oportet autem illum testimonium habere bonū ab his qui foris sunt. secunda ratio, quia si bonus aliquis fuerit facilius vobis necessaria ministrabit. Et in hoc prouidet eis. tertia est, vt excludatur suspitio quæstus: quia cum viderent homines tales pauperes non accipientes nisi a bonis signum erat eis, quòd ꝓpter quæstum non prædicabant. Istas duas expositiones vltimas ponit Chrysost. Primam Hierony. Et hoc dicit Apostolus. 2. Thess. 2. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, neque in occasione auaritiæ 1. Thess. 2. Item dicit quis in ea sit dignus & hoc est quia magnum ei reputatur qui tales hospites recipit Vnde Abraę magnum reputatum est quòd hospites recepit, vt habetur ad Hebr. vltimo. Hospitalitatem nolite obliuisci; per hanc enim quidam placuerunt, angelis hospitio receptis. [Et ibi manete.] Hic docet de stabilitate hospitii, ibi manere idest non transite de hospitio in hospitium. Et quare? ne sit tristitia hospiti, & si dignus sit recipiet vos libenter, & ita cum tristitia dimittet. Hiere. 18. Numquid redditur pro bono malum? secunda ratio est: ne incurrāt notam leuitatis: quæ non conuenit prædicatori. In populo graui laudabo te psal. 34. Item vt, euadant notam gulæ, quia si dimitterent malum hospitium pro bono imputaretur gulæ. Ideo dominus dicit, quòd antequam intrent, petent quis fuerit in ea dignus. [Intrantes autem domum &c.] Hic notatur salutatio hospitis. Et primo ponit salutationem, secundo effectum ibi [Et si quidem &c.] Oportebit enim quod eis qui temporalia ministrabant spiritualia ministrarent, & non solum spiritualia: sed quæ sunt necessaria ad salutē dicendo. [Pax huic domui &c.] Et iste erat modus salutandi congruus: quia mundus erat in guerra. In Christo autem mundus est reconciliatus. Isti enim legati erant domini, & ad quid? certe ad pacem: ideo congrua erat hæc salutatio. Sequitur effectus: quo ad bonos & quo ad malos. [Et quidem si fuerit domus illa digna &c.] Possumus dicere quòd domus illa habebit inde quādam vim benedictionis. Vnde apostoli siue episcopi in prima versione ad populum dicunt. Pax vobis. Vnde dicitur. Numeri 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel: & ego benedicam eis &c. [Si autem non fuerit digna &c.] Sed quid est quod dicit? Nonne dixerat quòd primo interrogarent? Ideo ostendit quòd in talibus inquisitionibus falluntur homines. Homo enim videt quæ patent: dñs autem inuetur cor, vt habetur 1. Reg. 16. Non enim adhuc ita perfecti erant quòd possent cognoscere quis esset dignus. [Pax vestra reuertetur ad vos.] & hoc est quòd aliquis aliquando orat & laborat pro salute alterius: & tamen effectum non consequitur: & tamen quod facit non amittit: sed in ipsum redit. Vnde reuertetur ad vos idest fructus referetur ad vos. [Et quicunque non receperint vos.] Hic agitur de his qui non recipiunt. Et primo docet eos quid facere debeant, secundo quid a deo recipient. Dicit ergo. [Et quicunque &c.] Et ponit duas culpas. Vna quòd eos non receperant: Aliam quia missi erant ad prædicandum: quia verbum dei non audiebant. Ideo [exeuntes foras de domo vel ciuitate] quia aliquando recipiebantur in ciuitate, sed non in domo. Aliquando vero nec in ciuitate, sicut habetur in actibus apostolorum. Quid ergo faciendum? Excutite puluerem &c.] Et hoc leguntur Paulus & Barnabas fecisse ad literam, vt habetur Act. 14. Et quare hoc mandat dominus? Puluis enim adhęret pedibus. Vnde hoc præcepit ad ostendendum quod laborem itineris incassum fecerant. Et hoc erat eis in pœnam. q.d. idest estis damnabiles: camen dicit Apostolus. Philip. 2. Non in vacuū laboraui. Item alia ratio est, quia minimū quod potest haberi, est puluis, ideo voluit vt excuterent in signum, quod nihil haberent de eis. Tertia ratio est, quia per puluerem significantur temporalia, per pedes affectus, ad significandum quòd in affectibus eorum nihil debet remanere temporale. Quārta causa est mistica. Pedes sunt affectus eorum, quantūcunque. n. sunt sancti prædicatores, oportet quòd aliquo puluere affectus eorū moueatur vel ex aliqua vanagloria &c. Vt habetur. Io. 13. Vbi dicitur quòd dominus lauit pedes discipulorum & dixit. Qui mundus est, non indiget nisi vt pedes lauet & est mundus totus. Vnde indigebant lotione quo ad venialia. Et quare hoc præcepit dominus? Ad ostendendum quòd prædicator committit se periculo. Vnde si non credunt ei, hoc in damnationem eorum reuertitur. Sed quid est? nonne habebunt peius? immo [dico vobis tolerabilius fiet &c.] Quia sicut habetur Ioa. 16. Si non venissem & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent. Magis enim peccant qui audiunt, & non implent, quàm qui numquam audierunt. Ideo forte quòd isti sodomitę non audierunt: ideo tolerabilius erit eis. Item isti licet immundi, hospites tamē erant. Vnde quantum adhoc tolerabilius erit eis. Sed contrarium habetur Gen. 19. Quòd peccatum sodomorum est grauissimum peccatum, vt patet ex pœna. Et dicēdum quòd in genere peccatorum carnalium illud est grauissimum. Istud autem quod immediate est contra deum sicut idolatria, illo est gravius. Vel dicendum quòd non comparat peccatum ad peccatum: sed ad circunstantiam, quia peccabant isti quibus fuerat prædicatum, illis vero non. Item redarguit quosdam hæreticos qui dicebant quòd omnia peccata erant paria & omnes pœnæ, & merita omnia, & omnia præmia. Ideo hoc excludit cum dicit. [Tolerabilius &c.] Quia quibusdam peccatoribus erit deterius.

b ¶ Supra instruxit dominus de officio suo: & de necessariis ad victum. Modo vero instruit de periculis imminentibus. Et circa hoc duo facit, primo ponitur instructio in figura, secundo exponit illam figuram, ibi [Cauete autem.] Circa primum, primo prænūciat pericula, secūdo quomodo in periculis se habere debent, ibi [Estote ergo &c.] Dicit ergo. [Ecce ego &c. Quia dixerat: in quācunque ciuitatem &c. Et tunc quòd dignus est operarius &c. Possent credere quòd omnes deberent eos recipere. Ideo istud excludit. q.d. non sic erit. [Ecce ego mitto vos sicut oues &c.] Vnde mitto vos ad pericula. Et hoc dicit propter duo, ne imputaretur eius ignorantiæ vel impotentiæ quòd non posset eos tueri. Item dixit eis, ne putarent se deceptos, & comparat eos ouibus, propter mansuetudinem, persecutores vero lupis propter rapacitatem. Ipse enim Christus ouis fuit. De quo Esaiæ. 94. Quasi ouis ad occisionem ducetur. Et discipuli oues psal. 28. Nos autem populus eius & oues pascuæ eius. Sed vt non credatis quòd hoc non sit ex mea voluntate, mitto vos [in medio luporum.] Io. 20. Sicut misit me pater ego mitto vos. Et quare voluit sic deus mittere ad pericula? Hoc fuit ad manifestationem suæ virtutis, quia si misisset aliquos armatos, illud imputaretur violentiæ eius: non virtuti dei. Ideo pauperes misit. Magnum enim fuit quòd per pauperes & despectos & inermes tot fuerint conuersi ad dominum sicut Apostolus 1. Cor. 1. Non multum potentes elegit & nobiles deus: sed quæ stulta sūt mundi elegit deus &c. [Estote ergo &c. Hic ostendit quomodo se debeant habere. Et quia duo mala poterant accidere, quia si apostoli consensissent eis, posset eis malum accidere, si contradixissent posset similiter, ideo ad duo monet eos, ad prudentiam, videlicet, & simplicitatem. Ad prudentiam vt deuitent mala illata, ad simplicitatem vt non inferant mala. Vnde quia mitto vos. [Estote prudentes] Vult eos habere prudentiam serpentis. Prudentia serpentis in hoc consistit quod semper vult defendere caput. Caput Christus est quem seruare iubet. Vnde. 2. ad Timo. vltimo. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. Ité debent seruare caput 1. Cori. Quod est principium totius. Proue. 4. Oī custodia serua cor tuum. Item alia prudentia

Eijcite: gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurum; neque argentum; neque pecuniā in zonis vestris. Non peram in via neque duas tunicas, neque calciamēta, neque virgam. Dignus est. n. operarius cibo suo. In quācunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum: salutate eam dicentes; pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, ueniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna; pax vestra reuertetur ad vos. Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros; exeuntes foras de domo vel ciuitate G excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tollerabilius erit terræ sodomorum & gomorrœorum in die iudicii, quam illi ciuitati.

b ¶ Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę. Cauete autē ab hominibus. Tradēt enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & ad reges ducemini propter me: in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater

prudentia est serpentis: quia quando veterascit transit per foramen arctum, & expoliat vestem siue pellem, sic nos debemus facere in nostra conuersatione. Et dicit Apostolus ad Colo.3. Expoliantes veterem hominem cum actibus suis &c. Item debemus habere prudentiam serpentis in prædicatione, quia sicut habetur Gene.4. Propter asturiam serpentis deiectum est genus humanum, quia inuasit fragiliorem sexũ. Item ostendit ei lignum, sic prædicatores debẽt peccatores conuertere per magis aptos. Item debent suadere de ligno crucis, vt sicut ille profecit in ligno ad malum, ita isti proficiãt ad bonum. [Et simplices sicut colũbę.] Comparauerat autem eos oui, quia non remurmurat, item non nocet, hic compara columbę, quia non habet iram in corde. Item simplices contra dolositatem, quæ aliud gerit in corde, aliud in ore. Iuxta illud psalm.27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus suis. Contra tormenta habete patientiam & simplicitatem. Prouerb.11. Simplicitas iustorum diriget eos. post exponit pericula dicens. [Cauete autem ab hominibus &c.] Et primo in generali, secundo in speciali, quia isti sunt simplices, possent credere quòd mittebat eos in medio luporum, ita quòd hoc diceret ad literam, ideo exponit cauete ab hominibus. Vnũ quodque enim debet denominari ab eo, quod principalius inest ei. Vnde videndum quid principalius mouet in hoie, si rõ hõ est, si ira vrsus, vel Leo est. Si concupiscentia tunc non est homo, sed potius porcus vel canis. Vnde licet sint homines per naturam, tamen lupi sunt per affectionem. In psal. 48. Homo autem cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis &c. Et alibi psal.31. Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. [Tradent enim vos &c. Primo enim tangit quibus tradentur, secundo a quibus tradentur ibi. [Tradet autem &c.] Et primo ostendit quod dictum est, secundo eos confortat, ibi. [Cum autem &c.] Et primo dicit quibus sunt tradendi, secundo quid sequatur ex ista traditione, ibi. [Et synagogis &c.] Circa primum, sic talis erat mos apud Iudæos, quod si aliquis primo diceret, vel faceret contra legem primo vocabatur ad concilium & reprehendebatur, sed si secundo, cum reprehensione flagellabatur, sed si tertio vel occidebatur cum esset eis potestas, vel occidendus tradebatur ei cui potestas inerat. Et illud factum est, sicut dicitur Act.3. & 5. Ibi enim dicitur quòd loquentibus Apostolis ad populum, comminati sunt eis & post hoc cum adhuc loquerentur, cessi nuntiauerunt, quòd non loquerentur, & tertio lapidauerunt Stephanum, & Iaco. Herodi tradiderunt: ideo cauete quia [tradent vos in conciliis suis] psal. 25. Non sedi cum concilio vanitatis & cum iniqua gerentibus non introibo &c. [Et ad præsides & reges ducemini, vt ad Herodem & multos alios. Sed magnam debetis habere consolationem, quia [propter me] scilicet quem diligitis. August. Omnia quasi inania & quasi nulla facit amor. Item beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. Supra 5. Et quid inde sequetur. Hoc erit [in testimonium illis] idest contra illos, idest iudæos, & gentes. Quia enim tradent vos in conciliis, ideo hoc erit in testimonium contra illos. Item quia ante reges & præsides, hoc similiter erit contra illos. Vnde 23. Ecce ego mitto ad vos sapientes & scribas, & ex illis occidetis & flagellabitis in synagogis vestris &c. Vel sic in testimonium illis scilicet iudæis & gentibus, quia mitto vos ad eos, testes fidei meę ad iudæos & gentes. Vnde martyr idem est quòd testis, quia per passionem vestram eritis testes passionis meæ. Act.1. Et eritis mihi testes in Hierusalem & in omni iudæa & samaria & vsque ad vltimum terræ &c. [Cum autem tradent vos &c.] Possent dicere apostoli, nos sumus piscatores insipientes, erimus stupefacti. Et nõ est mirum, quia Moyses qui instructus in lege erat cum mandaret dominus quòd accederet ad Pharaonem dixit. Impeditioris linguæ sum. Exo.3. Ideo vt hoc excludat dicit. [Cum autem &c.] Et tria facit. Primo excludit stuporem, secundo promittit sapientiæ donum ibi. [Dabitur &c.] tertio auctorem doni, ibi. [Non enim &c.] Nolite ergo cogitare &c. Et duo excludit. Et quantum ad id quod dicitur. Et quãtum ad modum loquendi. Primum pertinet ad sapientiam, secundum ad eloquentiam. Sed videtur esse contra hoc quod apostolus Petrus dicit in canonica sua primę Pe.3. Parati semper ad

F satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide & spe, Chrysost. soluit quòd quando aliquis habet necessitatem respondendi & habet tempus deliberandi, non debet expectare diuinum auxilium, similiter Apostoli cum erant in tribulatione non habebant tempus, quare debebant se committere filio dei: sic etiam est quodcum aliquis habet facultatem debet facere quod põt, sed certe si non habet tempus, debet committere filio dei; sed non debet tentare deum si habeat tẽpus cogitandi, ideo dominus non dixit solum nolite cogitare: sed dicit. [Cum tradent vos &c. Nolite cogitare &c. Et sequitur ex illa promissione. [Dabitur

fratrem in mortem & pater filium & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Cum autem persequẽtur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt quantomagis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem nõ possunt occidere: sed potius timete eum qui põt, & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.

G enim vobis in illa hora] quia in manu dei sunt omnes sermones nostri. Sapient.7. & Exo. 4. Ego ero in ore tuo, doceboque quid loqueris. Et Luc.10. Ego dabo vobis os & sapientiam. Et quis est auctor? Certe spiritussanctus. [Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri: qui loquitur in vobis.] Simile est quod habetur.2. Corin.13. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Sed quid est quòd videbantur isti arrepititi? Notandum quòd omnis actio quæ ex duobus causa tur quorum vnum est principale agens, secundum vero instrumentale, debet denominari a principaliori. Isti tuerunt agentes instrumentaliter, spiritussanctus principaliter: ideo tota actio debet denominari a spiritusancto. Sed videndum quòd aliquando

H mouet spiritus perturbando rationem, aliquando mouet confortando. Vnde hæc differentia est inter motum diaboli & spiritus sancti. Homo enim non est dominus, nisi per rationem per quam est liber. Vnde quando homo secundum rationem non mouetur, tunc est motus arrepititius. Quando cum ratione, tunc dicitur motus a spiritusancto. Motio enim diaboli perturbat rationem. Isti autem licet a spiritusancto loquerentur: tamen remabat in eis ratio. Et ideo etiã a se loquebatur non sicut arrepititi. Vnde reducit eos ad veritatem propheticam, vt habetur.2. Pe.1 Et habemus firmiorem propheticum sermonem. Sed possent dicere Apostoli. Quis tradet nos? Non habemus inimicitias. Primo ergo ostendit a quibus tradentur, secundo consolationem adhibet, ibi. [Qui autem &c.] Aliquis potest male cauere a persecutione sibi prænuntiata in vniuersali tantum. Ideo prænunciat in singulari. Et duo dicit quo ad primum. [Tradet autem &c.] Istud secundum literam, aliquando accidit quòd pater tradidit

I filium & econuerso, [& frater fratrem] aut propter timorem aut propodium, quia tanta est virtus fidei quòd inter tot homines qui non sunt eiusdem fidei, vix firma sit amicitia. Et hoc est quod dicit. [Tradet enim &c.] Vnde dicitur & Hierem. 9. Vt vnusquisque in fratre suo non habeat fiduciam. Et ob hoc est necessarium quòd caueant, & propter læsionem quam homo patitur: & propter amissionem amicitiæ. In psa. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique. Item plus, quia non ibitis ad familiares: sed ad extraneos. Et hoc non valebit, quia [eritis odio omnibus hominibus.] Vnde in Ioan. 16. Venit hora in qua omnis qui occiderit vos, reputabit se obsequium præstare deo. Sed nunquid fuit hoc verum? Nonne multi fuerunt qui recipiebant eos? Ideo dicebat de hominibus, qui humanitus viuebant. Alii vero qui dei erãt, eos recipiebant. Sed causa huius assignatur. Ioan.15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum eret diligeret, quia vero de mundo non estis: ideo odit vos mundus. Item promisit dominus consolationem: quia [propter nomen meum.] Hoc enim dulce vobis debet esse pro nomi

K ne meo pati, vt habetur primo Pet.4. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Item alia ratione confortat eos, quia ad magnum fructum eorum debebat venire tribulatio. Quia enim præuidit multos cadere. Ideo monet ad perseuerantiam. Quia [qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.] Vnde 2. Tim. vltimo. Bonum certamen certaui, cursum consummaui fidẽ seruaui, in reliquo reposita est mihi corona &c. Vnde in Leuitico dicitur, quòd cauda offerebatur idest finis [Cum enim persequẽtur vos &c.] Supra docuit pericula, in quo exposuit quod dixerat. Ecce ego mitto vos &c. nunc autem docet quomodo se habere debent. Et diuiditur hæc pars: quia primo docet cauere mala, & periculum quo ad prudentiam, secundo docet habere equanimitatem in periculis ibi [Nolite &c.] Circa primum. Primo docet vitare periculum corporale, secundo spirituale ibi, [Non

[Non est discipulus &c.] Circa primum duo facit. Primo innuit malum periculorum, secundo ad taciam obiectionem respondet ibi [Amen dico vobis &c.] Dicit ergo, Ita dictum est, quòd qui perseuerauerit vsque in finem &c. Et non propter hoc tentationibus exponatis vos, immo [Cum persequentur vos &c.] & hoc infirmis expedit, ne incaute se exponentes deficiant. Prouerb. 14. Astutus considerat gressus suos, stultus transibit, & confidit. Itẽ docet etiam perfectos, & si non propter ipsos, tamẽ propter aliorum salutẽ, vt habetur ad Phil, 1. Manere autẽ in carne necessarium est propter vos. Istud autẽ ostendit dominus quando propter Herodem fugit in Aegyptũ, vt habetur supra 2. Item hoc fecerunt discipuli: sicut habetur Act.8. Sed contra hoc obiicitur, quod habetur Ioan. 10. Quod mercennarius fugit & dimittit oues: ergo videtur quòd ad ipsos non pertineat sed ad mercennarios. Respondet Augustin. quòd persecutio aut imminet singulari personæ, & tunc declinare & dimittere aliquos debet per quos fiat salus, si autem toti ecclesiæ, oportet quòd vel tota ecclesia fugiat ad loca tutiora vt iam factum est, vel quòd aliqui fugiant, & aliqui firmi remaneant, aut pastor cum grege remaneat. Sequitur. [Amen dico vobis &c.] Respondet taciæ obiectioni: posset dicere. Tu mittis nos ad iudæam: si eiiciant, quo ibimus? Dico, dato quòd ab vna ciuitate expellant vos [fugite in aliam,] & non poteritis peragrare ciuitates Iudęæ; [donec veniet filius hominis] idest donec resurgat. a mortuis, & tunc mittet vos ad gentes, vt habetur, infra vltimo Ite docete omnes gentes. Hilarius aliter exponit. Dicit enim quòd loquitur de secunda missione scilicet cum dicit. Cum persequentur vos scilicet de Iudęa, fugite ad gentes, sicut habetur

C Act. 13. Vobis oportebat primum prædicare regnum dei: sed quia repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimus nos ad gentes. sed possent dicere. Quare vis quòd dimittamus nostros? Quia non poteritis consummare vsque in finem, tunc consummabuntur filii Israel. Mistice sic. Cum persequentur vos hæretici cum auctoritatibus suis, eos auctoritatibus repellite, non enim consummabuntur donec mani sestetur veritas. [Non est enim discipulus super magistrum.] Hic monet eos ne deficiant. Et primo exemplo, secundo beneficio ibi. [Ne ergo &c.] tertio ex diuino iudicio. ibi [Et nolite &c.] Primo hortatur ne deficiant exemplo. Et primo ponit similitudinem, secundo applicat ad propositum. Et primo inducit quòd est inconueniens, secundo quòd perfectum est. Dicit ergo. [Nõ est discipulus &c.] Possent enim dicere. Tu dicis quòd erimus odio omnibus hominibus, quomodo poterimus tot odia sustinere? Dederat eis dominus magnam sapientiam & magnam potestatem. Vnde sapientiæ debetur honor, potestati reuerentia: iõ dominus ponit se in exemplum quo ad vtrumque. [Non est discipulus &c. Inquantum discipulus: vnde si honorem mihi non D exhibuerunt qui debetur magistro, nec vobis. Item [nec seruus est maior domino.] Et hoc inquantum ad dominium. Vnde Ioa. 13. Vos vocatis me magister, & domine & benedicitis. sum etenim &c. Debet autem esse gloriæ vnicuique si sit sicut dominus eius vel magister. Ideo subdit [sufficit discipulo vt sit sicut magister eius.] Sicut enim est in rebus quòd vnumquodq; perfectum est quando potest generare sibi simile: sic etiam tunc est perfectus discipulus cum est persimilis magistro, similiter, & de seruo. Ideo non debet vobis esse graue si sitis sicut & ego: vnde habetur infra Pet.2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et Eccle.2. Quis est qui possit sequi dominum suum? Deinde vocat eos domesticos. [Si patremfamilias vocauerunt Beelzebub quanto magis domesticos eius &c.] Et vocat eos domesticos ad maiorem familiaritatem. Vnde magnum est donum pati pro Christo vt habetur Iaco.1. Magnum gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ pa- E tientiam operatur &c. Ibant apostoli gaudentes a conspectu cõcilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati Act.5. Vnde non est magnum domesticum pati pro amico. Ad Eph.2. Vos estis ciues sanctorum & domestici dei. Vnde [si patrem familias vocant Beelzebub], non est mirum si vobis opprobria dicunt. Quid autem dicitur Beelzebub, sciendum quòd Ninus fuisse dicitur filius beli. Vnde imaginem patris fecit honorari & vocauit Bel. Deinde postmodum translatum est ad aliam linguam, & dictum est Belzebub, Zebub, idest musca. Sacrificabatur enim isti cum multo cruore, vbi congregantur mul-

A tæ muscæ. [Nec ergo timueritis eos &c.] Hic hortatur ne deficiant in tribulationibus ex beneficio. Et primo eos confortat, secundo similitudinem dat, tertio ad propositum applicat. Dicit ergo perseuerantur vos: sed ne timeatis: quia nõ debetis timere nisi malum, sed magnum bonum est portare quòd dominus portauit. Vnde, Paulus ad Galatas vltimo. Gloriabatur dicens. Stigmata domini mei in corpore meo porto. [Nihil est enim opertum &c.] Istud potest ad præcedentia referri vel ad sequentia. Ad præcedentia sic. Isti

Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos, Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo qui ĩ cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corã patre meo q̃ in cęlis est. Nolite arbi-

vocabunt vos Beelzebub: sed non est curandum, quia in B fine patebit malicia eorum. Ideo non timeatis, quia nihil opertum &c. Vt habetur primo Corinth.4. Nolite itaque ante tempus iudicare, quousque veniat dominus qui reuelabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium. [Et occultũ.] Differt opertum, & occultum: quia occultum dicit aliquid non manifestum, sicut est illud quod alius habet in corde secundum illud supra 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Opertum autem est etiam aliquid quod & si sit manifestum, operitur tamen per aliquid aliud. Vel potest exponi sic. Non timeatis, quia si statim non pateat veritas vestra, tamen postea patebit. Deinde instruit eos dominus sicut instruitur aduocatus. Quia primo docetur qualiter debeat allegare antequam proferat ante alios, sic dominus discipulos elegerat ad seminandum verbum suum omni populo, ideo primo in occulto volebat eos docere dicens, [Quod vobis dico in tenebris &c.] Duo sunt sensus discipliales. Auditus & visus. Quod in tenebris dicitur occultum est. Similiter quod in auribus auditur. [Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine] quia in lumine omnia manifestantur. Item occultum est quod in aure auditur. Ideo C dicit. Et quod in aure auditis &c.] Sed contra hoc videtur quod dicitur in Ioannes. 18. In occulto locutus sum nihil. Sed hoc intelligendum est sic, Nihil locutus sum in occulto quod non potsit dici in manifesto. Vel sic [quod dico vobis in tenebris] idest inter iudæos qui tenebræ sunt. Vnde Ephes.5. Eratis aliquando tenebræ. Vel quod dico vobis qui estis tenebrę [dicite in lumine] 1. ad Corinth. 4. Qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. [Et quod in aure auditis, prędicate super tecta.] Quod in aure dictum est. Prouerb.10. Sapientes abscondunt scientiam. Et Io.5. Quod auditum est mente pertracta. [Super tecta] quia in aliquibus regionibus est quod tecta sunt planata: ita quòd & ibi potest fieri manifestatio omnibus. Mistice, super tecta prædicat: qui carnem sibi subiiciens, aliis prædicat. [Et nolite timere eos qui occidunt corpus. [Supra ostendit quòd non debebant discedere a confessione veritatis. Tum propter exemplum. Tum propter beneficium. Nunc ostendit, quod debent discedere ex diuino iudicio, quia facta sua sunt iustitiæ diuinæ. Vel potest aliter continuari. Docuit qualiter vitandę sunt persecutiones, nunc autem docet quòd propter aliquid non desistant ab executione officii. Tria autem poterant impedire, opprobria timor mortis affectus carnalis. Docuit ergo quòd non desistãt propter opprobria. Nunc autem quod non propter timorem mortis. Deinde quòd non propter affectum carnalem, ibi. [Nolite arbitrari &c.] Vnde secundum hoc. Primo docet quòd non timendi sunt qui occidunt corpus, ne prædicatio veritatis dimittatur, secundo non sunt timendi, quia parum possunt, ibi [Animam autem &c. Tertio ostendit qui sunt timendi, quia qui multum possunt. Primo ergo dicit. [Nolite timere &c.] Et quare? Quia corpus in se necessitatem habet moriendi, vnde non facit quod non sit aliquando futurum. Rom. 8. Si in vobis est Christus corpus quidem mortuum est propter peccatum. Item quia occisio corporis propter gloriam est optabilis. vnde Rom. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Item quia breuis est & momentanea 2. ad Corinth. 4. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur. Et iõ. [Nolite timere.] Esa. 51. Quis es tu qui timeas ab omni mortali & a filio hominis qui quasi fœnum arescit? [Aiam autem non potest occidere. Vnde spiritus semper viuit. Eccl. 15. Ante hominem vita & mors bonum & malum, quod placuerit dabitur ei. Sicut enim corpus viuit per animam: ita anima per deum. Et ita deus est vita animæ. Non sunt ergo timendi: quia parum possunt. [Nolite ergo eos timere. Sed potius &c.] Si dicitis quòd illi sunt timendi qui corpus &c. Potius illi timendus est &c. Et notandum quòd nomen gehennæ, vt dicit Hieronym. Non habetur in scriptura, tamen assumitur a saluatore a

tore a Hiere. 19. Vbi dicitur. Ecce dies veniunt & non vocabitur locus iste amplius filiorum Ennon: sed vallis occisionis. Vnde Ennon vallis est a radice montis Hierusalem quæ erat vallis pinguissima, & vocabatur vallis Ennon. Contigit autem quòd locus ille esset consecratus idolo: & ideo quia ad voluptates conuersi sunt, commiuatus ē dominus quòd occiderenē, & quod non vocaretur locus Ennon: sed coriandrum idest sepulcrū mortuorum, ideo vocat locum istum gehennæ. Vnde dicit, nō solum timere eos &c. [sed potius &c.] quia deo non est seruiendum propter timorem pœnæ: sed propter amorem iustitiæ, vt habetur Rom. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei. Et notandum quòd hic excludit duos errores. Quidam enim dicebāt quòd anima, mortuo corpore, perit. Et hoc destruit, cum dicit. Qui potest animam mittere in gehennā. Vnde patet q̄ post corpus remanet. Item erat positio quorundam quòd non esset resurrectio sicut habetur primo ad Corint. 15. Et hoc excludit, quia si corpus & anima mittitur in gehennam, constat, quod erit resurrectio. Et hoc habetur. Apoc. 20. Mittentur in resurrectione in stagnum ignis & sulfuris. [Nonne duo passeres &c. Ita dictū est, quòd isti non sunt timendi, quia non possunt &c. Item non sunt timendi, quia illud parum quod possunt, non possunt nisi ex diuina prouidentia. Et primo ponit diuinam prouidentiam circa aues, secundo circa homines ibi. [Vestri autem &c.] tertio in dicit eis securitatem. [Nolite ergo &c.] Dicit ergo. [Nonne duo passeres.] Per passeres dat intelligere omnes aues paruas, [asse veneunt] & in hoc notat vilitatem, quia duo habentur pro asse, quia sicut vnitas est minimum in numeris, ita as in ponderibus, sed nota secundum August. quod aliquid dicitur valere dupliciter, aut secundum dignitatem naturę & sic vnus passer dignior est quàm denarius, vel secundum quod ad vsum nostrum refertur, & sic dignior est denarius. Sed obiicitur quòd Lucas ponit quinque passeres, & duas asses. Dicendum, quòd pauca est differentia, si duo habentur pro asse & quinque pro duobus, non est magna differentia. [Et vnus ex illis non cadet &c.] Sine prouidentia patris. Et quare dicit hoc? quia consonat verbum istud verbo legis. Leuit. 14. Quod cum aliquis curabatur a lepra offerebat duos passeres, & vnus immolabatur, alter vero cum ligno cædrino & Hysopo intingebatur in sanguine occisi, & aspergebatur mundandus, & sic viuus dimittebatur. Vult ergo quod duo accipiuntur, & vnus non occidit, & hoc non sine prouidentia dei. Hilarius sic exponit. Per duos passeres intelliguntur corpus & anima & dantur pro asse idest pro modica delectatione. Esa. 50. Ecce in iniquitatibus venundati estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Et istorum vnus solus cadit in terram scilicet corpus. Anima autem tendit ad iudicium. Sed obiicitur. Non est cura deo de Bobus: ergo nec de passeribus. Dicendum, quòd deo est cura de omnibus, vt habetur. Sap. 12. Non est alius deus quàm tu cui cura est de omnibus. Sed sciendum quòd prouidet omnibus secundum modum suæ naturæ. Hæc autem est diuersitas in rebus creatis, quod quædā sunt naturaliter liberę, aliæ vero non. Illa dicitur creatura libera in cuius potestate est quod faciat, quod vult. Non libera, quæ hoc non habet. Vnde prouidet rationalibus tamquam liberis: sed prouidet aliis tamqnam seruis, sicut pater familias aliter prouidet liberis aliter seruis, liberis prouidet propter seipsos, sed seruis secundum quod sunt in vsum dominorum, & etiam secundū quòd vnusquisque magis aptus est ad seruiendum, sic diuina misericordia rationalibus distribuit propter seipsos, quia totum sit propter bonum eorum, vel propter malum. Vnde eis omnia sunt præmia vel pœnæ meritorum. Quæ autem irrationabilibus fiūt, vel ad salutem hominum fiunt vel ad completionem vniuersi, vt habetur. 3. Reg. 13. Quod quidam propheta occisus est a Leone, & hoc propter culpam. Mus occiditur a Catto, ad seruandū bonum vniuersi. Hic est enim ordo vniuersi, vt vnum animal viuat de alio. Ideo consequenter ostendit aliam curam habere de hominibus & brutis, cum dicit. [Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt &c.] Ostendit quòd differentia est prouidentiæ dei, ex quo diuersimode prouidet. Dixerat enim quòd de passeribus non cadit vnus in terram sine patre. Hic vero dicit, quòd ne dum vos non cadetis, sed nec capilli vestri: & hic notat prouidentiam circa minimos actus, quia omnia quæ in ipsis sunt ordinantur ad eos, & de his prouidet dominus. Sed notandum quòd dicit. [Numerati sunt] sed ratio est, quia consuetū est, quod illud q̄d vult aliquis sibi retinere, illud numerat, quòd vult autem dispensare, alii tradit. Vnde hæc est differentia inter prouidentiam rationabilium & aliorum, quia immediate ordinantur ad deum, quia talis creatura capax dei est, alię uero non. Item quæ numeramus, nobis conseruare volumus, & ideo non dicit superius quòd passeres nūerati sunt: quia non in perpetuū durāt: sed homines ita sunt ut in perpetuum durēt, quia anima perpetua est. Sed hic est quæstio. Si capilli numerati sunt, nonne totum in resurrectione reintegrabitur, quod dē capillis abscinditur? Et si hoc, indecens erit longitudo. Dicunt aliqui quòd non perit materies, sed quod erit superfluum in vna parte cedet in aliam partem. sed dato quòd nihil fuerit diminutum, quid inde fiet? Ideo intelligendum est quod fuit hic triplex opinio. Quidam dixerunt quòd non resurget, nisi quod est de veritate humanæ naturę. Alii vero quòd non resurget nisi quod decisum est ab Adam, quod sic multiplicatum est in tantam magnitudinem. Alii vero quòd non solum quod ab Adam, sed etiā quod decisum est a proximo parente. Vnde quicquid additur q̄d est de veritate humanæ naturæ resurget, sed quod pertinet ad quantitatem partium non resurget. Sed contra hoc videtur, quòd calor agens in humidum nutrimentale agit etiam in radicale, & ita homo non consumit vnum, quin consumat alterum, cum permisceantur adinuicem. Ideo aliter dicendum videtur, quod quic quid est de veritate remanebit solum quantum ad complementum pertinet. Appello autem illud, quod est de veritate humanę naturæ, carnem secundum speciem, aliud autem, carnem secundum materiam. Caro autem secundum speciem resurget, non secundum materiam. Sed quid est dictū carnem secundum speciē? Dicendum quòd partes hominis possunt considerari aut quantū ad formam aut quantum ad materiam. Quantum ad formam semper manent. Si autem consideremus materiam subtractam, aliquid fluit & refluit, vt patet in igne. Si autem igni addantur ligna, ignis secundum speciem manet idem tamen fluit materia secundum subtractionem lignorum. Vnde resurget quod magis perfectum est. Vnde non dicit capilli vestri ponderati sunt: vnde non resurgent in pondere sed in forma. [Nolite ergo timere &c. Hic ostēdit securitatem ex quo non possunt, nisi parum, & illud quod possunt, non possunt sine dei prouidētia. [Nolite ergo &c.] [Multis passeribus meliores estis vos.] Omnia enim subiecisti sub pedibus eius &c. vt habetur in psal. 8. Et Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram &c. Et sequitur. Et præsit volatilibus cæli, & piscibus maris & bestiis, vniuersęque terræ omnique reptili quod mouetur in terra &c. [Omnis ergo qui confitebitur me &c. Hic tangit vtilitatem quæ pro uenit ex ipsius confessione; secundo damnum quod prouenit ex negatione ibi. [Qui autem negauerit me &c.] Dicit ergo. Ita volo quod moriamini & patiamini. Et quare? Certe propter vtilitatem vestram. Quia [qui me confitebitur coram hominibus.] Et elidit errorem cuiusdā, qui dicebat non esse necessarium confiteri fidem nisi coram deo in corde, non autem ore coram hominibus, quod hic patet falsum, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Rom. 10. [Confitebor illum coram patre meo] scilicet cum habebo accessum ad patrem. Qñ dicetur Matth. 25. Venite benedicti patris mei &c. Sed possent dicere. Tu es in terra, hoc potest parum valere: ideo addit [qui est in cœlis] & ille habet potestatem. [Qui autem negauerit me &c.] vt Petrus, vel facto, sicut illi de quibus dicitur, ad Titum primo. Quidam ore confitentur se nosse deum: factis autem negant. [Negabo & ego eos] quando dicet, sicut habetur supra 7. Numquam noui vos idest numquam approbaui vos. [Nolite arbitrari quòd venerim pacem mittere in terram &c.] Supra monuit discipulos, quòd non desisterent a prædicatione veritatis, nec propter opprobria, nec propter timorem mortis. Nunc autem monet, quod non desistant etiam propter affectum carnalem. Et primo ostendit quod eminet eis separatio ab affectu carnali, secundo, quomodo debent se habere ibi. [Qui amat &c.] tertio remedia adhibet ibi [. Qui recipit vos, me recipit &c.] Circa primum tria facit. Primo excludit intentionē opinatā, secundo suum proponit propositum, tertio exponit. secunda ibi. [Non veni &c.] tertia ibi [veni enim separare &c.] Dicit ergo. Possent ita opinari. Quid est domine quòd tot euenient nobis. In aduentu tuo credebamus habere pacem. Et ideo dicit. [Nolite arbitrari &c.] Sed quid est quod dicit? Nonne habetur Luc. 2, quòd nato domino cecinerunt angeli, Gloria in excelsis

trari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere: sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum: & filiam aduersus matrem suam: & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et qui amat filium, aut filiam super me non est me dignus. Et qui nō accipit crucem suam, & sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet illam: & qui perdiderit aīam suā, propter me inueniet eam. Qui recipit uos me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquę frigidæ tm in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et ipse episcopus cum primo vertitur ad populum, dicit. Pax vobis, & supra nunciauit dñs pacē. Ideo dicendum q̄ duplex est pax; videlicet, bona & mala, nomine pacis eō cordia significatur. Est pax mala de qua habetur Sap. 14. Sed etiā magno viuendo in continēti bello, tot & tā magna mala pacem appellāt. Ista pax est carnalis affectuum. Ittā non veni ponere. Vnde Apoc. 6. Datū est ei vt sumeret pacem de terra. Est & pax bona. De qua Ephe. 2. Ipse est pax nrā qui fecit vtraq; vnū, & ideo Angeli cecinerūt. Luc. 2. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo [nō veni mittere pacem sed gladium] Dere gladii est diuidere. Iste gladius est verbū dei, Heb. 4. Viuus est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Vnde etiā gladium spūs quod est verbū dei. Eph. vltimo. Iste gladius missus est in terram. Et quidā crediderūt, quidā nō. Et ideo fit bellū, vt habetur ad Gal. 4. Quō conuertimini iterū ad infirma & egena elementa quibus denuo seruire vultis &c. Vñ venit separare filiā diuisione. Venit ergo mittere gladium &c. s. verbū, sed partim, quia quidam crediderunt, & hoc ex eo fuit. Quidam vero nō & hoc malitia sua. Hoc tñ caufatur etiam ab eo, quia permittit sicut habetur ad Ro. 1. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominię. Sed posset aliquis dicere. Venisti separare, ite? quos venisti? Nōne inter diuersos & extraneos? Et ostēdit q̄ nō, sed inter coniunctissimos. [Veni n. inquit separare hoiem aduersus patrē &c.] Duplex est n. maxima coniunctio, quæda est coniuncto naturalis. Quædam domestica vel iconomica. Ideo cōtra vtrāque mittit gladiū. Amicitia naturalis fundatur super actum naturalem, & hic est generatio vel coniunctio maris & fœminæ. Domestica vel iconomica super affinitatem. Contra primā ergo veni separare hominem aduersus patrem. Sed est qō. Dictū est supra. Non veni soluere legem sed adimplere. Sed lex pcipit. Honora patrem tuum &c. Solutio, dico q̄ debes ei obedire vbi non retrahit a dei amore, sed vbi retrahit, non teneris obedire. [Et filiā aduersus matrem suā.] Et hoc q̄tū ad genetati onē. [Et nurū &c.] Et in hoc cōcat noua lex veteri, vt hñ. Exo. 32. vbi dr. Si quis est dñi, coniungat mihi. Congregatiq; sunt ad eū oēs filii Leui, qb. ait. Ponat vir gladiū sup femur suū. Et sequitur, & occidat vnusq; que fratrē suū & amicū. Et illud reputatū est ad laudē leuitarū, vt hñ. Deut. 33. Vbi dr, Leui quoq; ait. Perfectio tua & doctrina a viro sancto tuo. Et sequit, q̄ dixit pri suo & matri suæ, nescio vos &c. Sed hic, est qō, qa hic enumerat sex psonas. In Luca vero nō enumerauit nisi tres. Et dicendū q̄ idē est vtrobiq;, quia eadē est mr, & sorores vxoris eius. Itē ponit q̄ ad familiaritatem pertinet, vbi dicit. Et inimici hoīs domestici ejus &c. Et hñ. Hiere. 20. Et audini contumelias multorū & terrorē in circuitu, persequimini, & persequemur eum ab omnibus vitis qui erant pacifici mei. Et videte quia totum istud habetur Michæe. 7. Filius contumeliā facit pri, & filia consurgit aduersus mrem suam. Nurus cōtra socrū suā; & inimici hoīs domestici eius. [Qui amat prem aut matre &c.] Hic ondit quō in ista diuisione se debeat habere. Si vis recipere gladium dñi, oportet q̄ diuidaris ab istis quos dixit. Sed diceret aliquis. Nolo diuidi a pre & hmōi, ideo dicit. [Qui amat &c.] Hortat dñs vt omni amore carnali pponat. Et primo ponit exhortationē: secundo, vtilitatē inde sequentē, ibi [Qui recipit &c.] Et ponit tres gradus. Naturale. n. est q̄ hō diligat prem, sed magis naturale q̄ pater filiū diligat. Itē plus naturale q̄ diligat seipsum. Quare ergo pr plus diligit filiū, q̄ econuerso? Assignās quidā rōnē, qa pater habet plus scire de filio si sit filius, q̄ filius de pre. Itē quanto aliquis diutius adhæret alicui tanto magis radicat in amore ejus. Itē alia rō, qa vnusquisq; magis diligit se q̄ aliū, sed filius est q̄dā pars separata ab eo, pr aūt non est pars filii, ideo &c. Itē naturale est q̄ vnūquodq; diligat facturā suā. Sed diuersitas est ēm aliquos, qa quo ad aliqd filius magis diligit prem. Naturaliter. n. fit descensus a pre in filiū, tñ naturaliter filius subditus est pri, ideo pr naturaliter diligit filiū, etiā pr spiritualis; vt hñ. 1. Cor. 4. Nō vt cōfundā vos hoc scribo, sed vt filios charissimos moneo, sed filii naturaliter subiecti sunt pri, ideo naturaliter honorāt prem, & magis irascunt de iniuria patri illata q̄ sibi, & magis appetūt gliam patri, q̄ sibi. Prou. 17. Gloria filiorū, pres eorū. Vnde [q̄ amat patrē aut matrē plusquā me, nō est me dignus.] Iq̄ a ipse est deus. Deus aūt p cunctis est diligēdus. Iob. 31. Non accipiā psonā viri, & deū homini nō æquabo. Deus. n. ipsa bonitas est, ideo magis amādus. Non est ergo me dignus. Qui amat &c. [Et qui amat filium aut filiam &c.] Quare diligit filius prem. Dicēdū, q̄ quicqd habet filius habet a pre. Habet. n. a patre nutrimentū & doctrinā. Et hoc nō pōt filius dare patri, sed q̄ filius recipit a pre, abundātius recipit a deo. Ipse

n. docet nos, vt habet Iob. 35. Qui docet nos super iumēta terrę, & super volucres cæli erudiet nos &c. Itē pascit nos, vt dicit in Gen. de Iacob. Itē cōseruat nos in ppetuitatē: Et hoc magis habet a deo hō q̄ filius a patre. Iō semp magis ēdiligēdꝰ deꝰ. Scio q̄ redēptor meus viuit. & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circūdabor pelle mea & in carne mea videbo deū &c. Iob. 19. [Et qui nō accipit crucem suā.] Ita dictū est q̄ qui amat patrē &c. immo dico plus, qui amat seipsum plusquā me non est me dignus. Quia nihil potest replere totū affectū nisi deus. Et ideo Deu. 6. Diliges dñm deum tuū, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Vnde dicit. [Qui nō accipit crucē suā &c.] Intelligit q̄ q̄ nō sit paratus suā morte pati pp veritatē, & illā maxime mortē. s. mortē pati pp veritatē, & illā maxime mortē. s. mortem crucis. [Nō est me dignus.] immo etiā debet gloriari de cruce, sicut habet ad Gal. vi. Mihi aūt absit gliari nisi in cruce dñi. Et in hoc pnuntiat mortē suam & modū mortis. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia ejus. Itē aliter exponit. Qui ille crucē addipit, q̄ carnē affligit, vt hñ ad Gal. 5. Qui Chri sunt carnē suā crucifixerūt cū vitiis & cōcupiscentiis suis &c. Itē crux est in corde, qñ contristat p peccatū, vt dicebat Apls. 2. Cor. 11. Quis scādalizatē & ego nō vror? Itē nō sufficit istud, nisi sequat dñm. [Vñ & sequātur me.] Si ieiunas, si cōparis pximo, nō pp me, [nō es me dignus.] Magnū est. n. sequi dñm, vt hñ. Eccl. 28. Gl'a magna est sequi dñm. Sed possent dicere, q̄d inde habebimus? Ideo ostēdit pœnā inobedientiū. Vñ dicit. [Qui inuenit animā suā, perdet eā.] Anima sumit pro vita, aliquis qñ est in periculo amittēdi denarios, consueuit dicere amisi denarios, & si liberatur a periculo dicit se inuenisse denarios, similiter si aliquis est in periculo corporis, & aliqua occasione liberatur, dicit inuenisse vitā suā. Qui ergo inuenit vitam suā & in periculo fuerit propter me, & neget me vt inueniat vitā, [nō est me dignus.] [Et qui perdiderit animā] i. vitam. i. si ex posuerit se mort, pter me. [inueniet eā.] Prou. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitā, & hauriet salutē a dño. [Qui recipit vos, me recipit.] Hic pohit remediū. Tu dicis q̄ ita faciamus: Vnde poterimus viuere? da nobis indulgentiā. Sicut papa dat legatis potestatē indulgendi. Ita dat dñs mercedē recipientibus eos. Et ponit tria, quorum duo pertinent ad minores. Dicit ergo. [Qui recipit vos &c.] Qa dñi habebunt, quia vos estis membra mea, quia membrū de membro. Vnde [me recipit.] Sed possent dicere. Tu es pauper, nō est magnū recipere pauperē, sine te, immo [qui me recipit, recipit & eū, qui me misit.] Quia sicut habetur Ioan. 5. Qui honorificat filium, honorificat & patrem meum: Magnum est deum habere hospitē, sicut Abrahæ reputatum est ad laudem, vt habetur Heb. 13. Item aliud consequetur, scilicet mercedē prophetæ. Vnde [Qui recipit prophetam &c.] Duo excellentia sunt in propheta. s. prophetia. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnē carnē & prophetabūt filii vestri, & filiæ vestræ &c. Itē domū iustitiæ. 1. ad Corin. 1. Ex ipso aūt vos estis, qui factus est nobis sapientia, & iustitia. [Qui recipit prophetam in nomine meo &c.] Potest sic intelligi. Qui recipit &c. i. eo q̄ propheta est. [mercedem prophetæ recipiet.] Vel aliter. Tu dicis q̄ recipiamus apostolos. Sed venient aliqui pseudo prophetæ, vel pseudo Apostoli, ideo dicit. Non facio vim de veritate, sed de nomine. Quia qui in nomine prophetæ recipit mercedem habebit. Et quam eandem quā haberes si verum prophetam recipieres. Vnde dicit. [mercedem prophetæ]. i. quam haberet pro propheta. Item non facit vim quis sit ille, vtrum vnus vel alter. Qui. n. recipit prophetā, recipit mercedem prophetæ, quia propheta inde prior est ad exercendum opus suum, quia nō solum qui faciunt, mercedem recipiunt, sed etiam qui facientib consentiunt, vt habetur Rom. in fine. Vnde si cooperaris ad bonum, de bono illo recipis mercedem. Si ministras subsidia vitæ, accipis mercedē, quia aliter non posset officium implere. Et idē est quod sequitur. [Qui recipit iustum &c. Sed posset dicere aliquis. Si veniret Petrus vel Helias, libenter reciperem eum, ideo subdit. [Et quicunque potum dederit vni ex minimis] i. fidelibus, vt habetur infra. 25. Amen dico vobis, quod vni ex his fratribus meis minimis fecistis: mihi fecistis &c. quasi dicat. Non curo vtrū magni vel parui sint. Posset aliquis dicere. Pauper sum. Non habeo quid dare ideo addit. [Calicē aquæ frigidæ.] Non dicit aquæ calidæ propter inopiam lignorum, ne possit se sic excusare. Vnde vult dicere. Quicquid minimum fecerit, habebit mercedem suam, & hoc confirmat, dicens. [Amen dico vobis non perdet mercedem suam.] Esa. 40. Ecce dominus veniet. Et sequitur. Et merces ejus cūm illo, & opus illius coram illo.

HIs dictis, transiit dñs vt doceret & prædicaret, et hoc ppria. Vna ratio est, vt quod verbo dixerat, mõstraret exemplo, Act. 1. Cepit Iesus facere & docere, Ifa. vt ostenderet q̃ etiã impiis est prædicandũ. Vnde, ad Ro. 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Item, vt aliis daret locum prædicandi, vt habetur 1. Cor. 14. Quòd si aliquid fuerit reuelatum sedẽti, prior taceat. [Ioãnes aũt cum audisset &c.] Posita est doctrina Christi, & confirmata: & instructi sunt prædicatores, Hic confutantur rebelles. Et primo confutat discipulos Ioannis: secundo, scribas, ibi [Illis autem &c.] Circa primum tria facit. Primo dubitates confutat: secundo arguit turbas, ibi [Cui aũt similẽ &c.] Tertio, persoluit grãs de fide apostolorum, ibi [In illo tpe &c.] Circa primũ. Primo ponitur q̃ ꝛ secundo, quæstionis solutio, ibi [Et respondens &c.] Dicit ergo. [Cũm audisset.] Ponitur occasio, quare misit istos. Idem habetur, Luc. 7. tñ alio ordine, dicit, n. q̃ erat [in vinculis.] vt supra. 4. Tunc incẽpit Iesus miracula facere. Et hoc erat conueniens vt sol non appareret dum nubes esset, infra. 11. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem [opera] ii. miracula. [Christi mittens duos &c.] Quidam volunt ex hoc condemnare Ioannẽ, quia dubitauit an esset Christus, & constat q̃ dubius in fide est infidelis. Ambrosi. super Lucam dicit, q̃ hæc quæstio nonfuit infidelitatis, sed pietatis: non n. loquitur de aduẽtu in mundũ, sed de aduentu ad passionẽ. Vnde miratur si venerat ad patiendũ, sicut dixit Petrus. Propitius esto tibi dñe, supra. 16. Sed contra dicit Chryso. quia, Ioannes a principio psciuit, cum dixit. Ecce agnus dei, Ioã. 1. Constat ergo q̃ sciuit eum fore hostiã immolandam, vnde commendatur hic a dño, q̃ sit plusquam propheta, sed prophetã nouerunt futura, Alia ratio est Gregorii, q̃ non est quæstio de aduentu in mundum, nec ad passionem; sed de descensu ad inferos, quia Ioannes propinquus erat de eundo ad inferos, ideo voluit certificari. Tu es qui venturus es &c. Sed contra hoc obiicit Chryso. Apud illos qui sunt apud inferos nõ est status pœnitentiæ, vnde videtur q̃ frustra diceret istud. Sed hoc non est contra Greg. quia voluit non vt nuntiaret captiuis conuertionem, sed iustis vt gauderent. Alia responsio. Legimus quòd dñs multoties interrogaret, non quia dubitaret, sed vt calumniam tolleret, vt in Ioan. 11, interrogauit de Lazaro, vbi posuistis eum? non quia ignoraret, sed vt illi qui ostenderent sepulcrum, non possent negare, nec calumniari, ideo hic fuit de Ioanne, quia discipuli eius calumniabantur de Christo, ideo ipse misit, non quia ipse dubitaret, sed ne ipsi calumniarentur, sed confiterentur. Sed quare non ante miserat? quia ante semper erat cum eis, & ideo certificabat eos, sed cum voluit discedere ab eis, voluit quòd ipsi per Christum essent certi. Dicit ergo [Tu es &c.]: Verum est quòd patres nostri expectauerunt te, vt habetur Exod. 4. [Et respondens ait illis &c.] Hic tangitur Christi responsio. Ioannes habuit multos discipulos, vt habetur Ioan. 4. Erat ergo inter eos contentio, quia videntes opera Christi præferebant Christum Ioanni. Item videntes absti nentiam Ioannis, præferebant Ioannem Christo. Vnde primo quæstionem ponit: secundo commendat Ioannem. Circa primũ respondet, secundum aduentum ad passionem. Venit ergo ipse quo deus passurus est, & multi scandalizabuntur, quia iudeis scandalum, 1. Cor. 1. Vnde respondet quando hoc erit? Secundũ Chryso. ostendere vult quòd ille venit, quẽ prophetæ prædixerunt. Vnde per prophetas tria erant promissa. Aliquando promittebatur aduentus dei, in aliquibus aduentus noui doctoris, in aliquibus aduentus sanctificationis & redemptionis. Quomodo ergo cognoscemus q̃ ille veniet, & respondet eo modo quo respondetur? Esa. 35. Ecce deus veniet, & saluabit nos &c. Vnde videbitis ista miracula. Nuntiate ergo Ioanni quæ audistis] in doctrinis [& vidistis] in miraculis. Item, promittebatur doctor, Ioelis, 2. Filii Sion exultate. Et sequitur, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. [Cęci vident &c.] Et hoc ad literam. Item, si quæris quando veniet? Esa. 61. Spiritus dñi super me, ad annuntiãdum mansueti misit me, vel ad, euangelizandum, et hoc significatur, cum dicit. [Pauperes euangelizantur.] Aliquid proprium voluit significare, q. d. venit ponere nouam doctrinam. [Pauperes euangelizãtur] idest, euangelizatur paupertas, vnde supra. 5. Beati pauperes spiritu &c. et Luc. 4. Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Item, veniet aliquis sanctificatus sanctificans peccatores. Vnde, Esa. 8. Dominũ exercituum, ipsum sanctificate. Vnde aliquibus promittebatur sanctificatio, quibus sanctificatis alii scẑdalizabuntur, vnde dicitur. [Et beatus qui non fuerit scandalizatus i me] Vñ. ad Hebr. vlti. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per proprium sanguinẽ populum, extra portam passus est, ideo ostẽdit signa de aduentu. Et si moraliter loquamur, per hoc significatur totus processus sanctificationis hominis. Primo, n. peccatori accidit cæcitas, quando ratio obtenebratur, psal. 57. Supercecidit ignis, & nõ viderunt solem, & Esa. 43. Ed uc foras populum cæcum, & oculos habentẽ, Claudus dicitur, quando ad diuersa mens trahitur, vt dicitur. 3. Reg. 18. Vt quid claudicatis in duas partes? Item, sic vlcerosus in iniquitatibus. et leprosus, quia tunc retrahi non potest, & alios inficit. Et post surdus efficitur, quia castigatio non auditur. Vltimo moritur, Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis; et omnes istos sanat dominus. Vltimo fit pauper spiritu, ita quòd nõ est in eo sanitas, psal. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea &c. Et istos dominus sanat, & sanati in quandam soliditatem mentis conscendunt, vbi est vera pax, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum psal. 118. [Illis autẽ abeuntibus &c.] Hic satisfacit dubitationi turbarum. Turbæ autem audierant testimonium Ioannis de Christo: sed modò videbantur dubitare. Tria enim poterant habere in corde, quia triplici ratione mutat aliquis verbum suum, vel propter animi leuitatem, vel propter aliquod commodum, vel quia ex humano spiritu quando nesciat veritatem, & post cognoscat illam, psal. 94. Scit enim deus quoniã cogitationes hominũ vanę sunt: ideo primo excludit ab eo leuitatem: secundo appetitum commodi, tertio ostendit eum prophetica habere veritatem. Dicit ergo [Illis abeuntibus &c.] Docet nos dominus magnam curialitatem, quia noluit Ioannem laudare discipulis suis præsentibus, sicut nec alium quem in sua præsentia, sicut habetur Prouer. 27. Laudet te alienus, & non os tuum, Extraneus & non labia tua: quia si bonus est qui laudatur, erubescit, si malus est, adulatur [Cœpit Iesus dicere ad turbas. Quid existis in deserto videre? Nunquid existis ad videndum [arundinem?] Non. Sed existis videre hominem firmum. Arundo autem de facili mouetur, vnde animus cito mutabilis ventus reputatur. Ad Ephe. 4. vt non simus iam paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento. Item, non est leuis pro aliquo commodo [Sed quid existis videre] Omnes enim diuitiæ ad aliquam vtilitatem pertinent corporis, et hoc vel in cibo, vel in vestitu. et constat quòd in nullo horum facit vim. Non est ergo credendum quòd pro aliquo cõmodo hoc dicat, vnde dicit [Quid existis videre [Hominem mollibus vestitum?] Et quare non facit mentionem de cibo, quia poterat esse dubium. Vestiebatur autem de pilis camelorum. Vnde qui mollibus vestiuntur, non sunt in deserto, sed in domibus regum. Aliter exponitur secundum Chry. Aliqui ex natura leues fiunt, aliqui ex delitiis, vt Osee. 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Primũ amouet per prius dictum: secũdum per hoc quod dicit, mollibus vestitum, ideo nõ est inconstãs ex delitiis vitæ. Sed hic potest fieri quæstio de delitiis vestitus, utrum sit peccatum, quia si nõ est peccatũ, non imputaretur illi diuiti, qui quotidie induebatur purpura & byso, Luc. 16. Respondet August. quòd talia non sunt consideranda, sed affectus ventis. Quilibet enim debet indui ad modum simul conuiuẽtium, ideo magis enucleanda est consuetudo. Nam in aliquibus terris oẽs, aut plures induuntur serico. Vnde aliqui strictius induunt, aliqui latius, & vtroque modo distinguitur si restrictius, aut intentione bona, & hoc est bonũ, aut propter vanam gloriã, & hoc malum. Si latius aut propter superbiam, & hoc malum, aut propter significationem, vt pontifex & sacerdos, & hoc bonum. Mystice, per homines qui mollibus vestiuntur significantur adulatores. Ille, n. mollibus vestitur, qui verbis blandis molitur, vt in ore homines fupethi quærant gloriam. Et Prouer. 29. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet

T factum est cum cõsummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. Ioãnes aũt cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: Cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizãtur, & beatus est qui non fuerit scãdalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? Harundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur in

tur] idest, euangelizatur paupertas, vnde supra. 5. Beati pauperes spiritu &c. et Luc. 4. Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Item, veniet aliquis sanctificatus sanctificans peccatores. Vnde, Esa. 8. Dominũ exercituum, ipsum sanctificate. Vnde aliquibus promittebatur sanctificatio, quibus sanctificatis alii scẑdalizabuntur, vnde dicitur. [Et beatus qui non fuerit scandalizatus i me] Vñ. ad Hebr. vlti. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per proprium sanguinẽ populum, extra portam passus est, ideo ostẽdit signa de aduentu. Et si moraliter loquamur, per hoc significatur totus processus sanctificationis hominis. Primo, n. peccatori accidit cæcitas, quando ratio obtenebratur, psal. 57. Supercecidit ignis, & nõ viderunt solem, & Esa. 43. Ed uc foras populum cæcum, & oculos habentẽ, Claudus dicitur, quando ad diuersa mens trahitur, vt dicitur. 3. Reg. 18. Vt quid claudicatis in duas partes? Item, sic vlcerosus in iniquitatibus. et leprosus, quia tunc retrahi non potest, & alios inficit. Et post surdus efficitur, quia castigatio non auditur. Vltimo moritur, Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis; et omnes istos sanat dominus. Vltimo fit pauper spiritu, ita quòd nõ est in eo sanitas, psal. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea &c. Et istos dominus sanat, & sanati in quandam soliditatem mentis conscendunt, vbi est vera pax, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum psal. 118. [Illis autẽ abeuntibus &c.] Hic satisfacit dubitationi turbarum. Turbæ autem audierant testimonium Ioannis de Christo: sed modò videbantur dubitare. Tria enim poterant habere in corde, quia triplici ratione mutat aliquis verbum suum, vel propter animi leuitatem, vel propter aliquod commodum, vel quia ex humano spiritu quando nesciat veritatem, & post cognoscat illam, psal. 94. Scit enim deus quoniã cogitationes hominũ vanę sunt: ideo primo excludit ab eo leuitatem: secundo appetitum commodi, tertio ostendit eum prophetica habere veritatem. Dicit ergo [Illis abeuntibus &c.] Docet nos dominus magnam curialitatem, quia noluit Ioannem laudare discipulis suis præsentibus, sicut nec alium quem in sua præsentia, sicut habetur Prouer. 27. Laudet te alienus, & non os tuum, Extraneus & non labia tua: quia si bonus est qui laudatur, erubescit, si malus est, adulatur [Cœpit Iesus dicere ad turbas. Quid existis in deserto videre? Nunquid existis ad videndum [arundinem?] Non. Sed existis videre hominem firmum. Arundo autem de facili mouetur, vnde animus cito mutabilis ventus reputatur. Ad Ephe. 4. vt non simus iam paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento. Item, non est leuis pro aliquo commodo [Sed quid existis videre] Omnes enim diuitiæ ad aliquam vtilitatem pertinent corporis, et hoc vel in cibo, vel in vestitu. et constat quòd in nullo horum facit vim. Non est ergo credendum quòd pro aliquo cõmodo hoc dicat, vnde dicit [Quid existis videre [Hominem mollibus vestitum?] Et quare non facit mentionem de cibo, quia poterat esse dubium. Vestiebatur autem de pilis camelorum. Vnde qui mollibus vestiuntur, non sunt in deserto, sed in domibus regum. Aliter exponitur secundum Chry. Aliqui ex natura leues fiunt, aliqui ex delitiis, vt Osee. 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor, Primũ amouet per prius dictum: secũdum per hoc quod dicit, mollibus vestitum, ideo nõ est inconstãs ex delitiis vitæ. Sed hic potest fieri quæstio de delitiis vestitus, utrum sit peccatum, quia si nõ est peccatũ, non imputaretur illi diuiti, qui quotidie induebatur purpura & byso, Luc. 16. Respondet August. quòd talia non sunt consideranda, sed affectus ventis. Quilibet enim debet indui ad modum simul conuiuẽtium, ideo magis enucleanda est consuetudo. Nam in aliquibus terris oẽs, aut plures induuntur serico. Vnde aliqui strictius induunt, aliqui latius, & vtroque modo distinguitur si restrictius, aut intentione bona, & hoc est bonũ, aut propter vanam gloriã, & hoc malum. Si latius aut propter superbiam, & hoc malum, aut propter significationem, vt pontifex & sacerdos, & hoc bonum. Mystice, per homines qui mollibus vestiuntur significantur adulatores. Ille, n. mollibus vestitur, qui verbis blandis molitur, vt in ore homines fupethi quærant gloriam. Et Prouer. 29. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet

bet impios, sed diceret. Non est inconstans, sed humano spiritu loquitur, ideo hoc amouet. [Sed quid existis videre? prophetã &c.] Vnde testimonium perhibet q̃ non humano spiritu, sed prophetico loquebat. vnde primo ostendit eum esse prophetam: secundo plusquã prophetã. Fuit. n. propheta, vt habetur. Luc. 1. Et tu puer propheta altissimi vocaberis &c. Item exclusit eum super prophetas dicens. [Dico vobis. Etiã plusquam Prophetã] & hoc quantũ ad tria. Primo, quia prophetæ est futura prædicere. Iste aũt nõ solũ futura, sed etiam præsentia ostẽdit dicens. Ecce agnus dei &c. Item non dicitur solum propheta sed etiã Baptista, vt supra tertio. Item præcursor, vt habetur Luc. 1. Præibis. n. ante faciẽ dñi parare vias eius &c. Item quãtum ad modũ. miraculosius. n. egit q̃ propheta, quia iste ex vtero prophetauit, alii non, vt habetur Luc. 1. Ecce. n. vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo &c. [Hic est. n. &c.] Hic probat dñs excellentiam Ioannis. Et primo per auctoritatem: secundo per specialia eius priuilẽgia, ibi [Amen dico vobis &c.] Dicit ergo, dixi q̃ est plusquã propheta de quo habet Malachi 3. [Ecce ego mitto angelum meũ qui præparabit viam tuã ante te &c.] In hac auctoritate ponuntur excellentiæ Ioannis, quia primo vocat eum angelum. Angelus. n. est supra prophetã, quia sicut sacerdos est medius inter prophetam & populũ, sic propheta inter angelos & sacerdotes. Angelus aũt inter deum & prophetas, vnde Zacharias dicit. Angelus qui loquebatur in mei Zacha. 1. Angelus est nomen officii, non naturæ, vnde Io. angeli dicitur ex officio. Differẽtia est, n. inter angelum & prophetam, quia angeli manifeste vident, vnde habetur infra 18. vbi dicitur. Dico. n. vobis quia angeli eorũ semper vident faciẽ patris mei qui in cęlis est. Angeli semper vident faciem dei, prophetæ vero non. Vnde sicut angeli semper vident faciem patris, sic Ioannes specialiter Christũ vidit, & ideo q̃ specialiter: ideo dicit [meũ] Item dicit [ante faciem meam] quando rex vadit, pcedunt multi, sed magis familiares præcedunt faciem suam, sic Ioannes honorabilior dicitur, quia missus ante faciem eius, tanto. n. honorabilior, quanto propinquior. Item, iste præparabat viam quia baptizabat, vnde dicit. Qui præparabit viam ante te. [Amen dico vobis &c.] Supra commendauit dñs Ioannem per auctoritatem prophetę, nunc intendit eum cõmendare propriis verbis, & auctoritatẽ prophetę exponit. Et tria facit. Primo cõmendat ipsum quantum ad differentiã omnis ordinis & status. Et primo secũdũ differentiam cælestium & terrestriũ: secundo, quantum ad differentiã legis & euangelii: tertio, quantum ad differentiã pñtis sæculi & futuri. Et primo ostendit eũ excellentem inter terrestres: secũdo ostendit eũ minorẽ inter cælestes, ibi [Qui aũt minor &c.] Dicit ergo. dictũ est q̃ Ioannes est angelus, & vt in summa breuiter cõprehendam. [Dico vobis. Inter natos mulierũ &c.] Proprie loquutus est cum dixit [surrexit] Quia omnes nascuntur filii iræ, vt habetur ad Eph. 2. Bramus natura filii iræ sicut & cæteri, quicũque ergo põt ad statum gratiæ peruenire, surgit. Vnde [Inter natos mulierum &c.] Et significanter loquitur, vt ab hac vniuersalitate excludatur Chrs, quia mulier corruptionẽ sonat, sed fœmina sexum, vnde si alicubi inuenitur filius mulieris, vt in Ioanne. Mulier, Ecce filius tuus, sexum tunc nominat, nõ corruptionẽ. Sed quid est quod dicit [Inter natos mulierum &c.] Est ne propter hoc maior omnibus? Dicit Hiero. q̃ non sequitur si non surrexit maior. ergo est maior. Chryso. ergo dicit, q̃ maior est omnibus. Secundũ. n. primã expositionem dico q̃ argumentũ illud in angelis vbi est ordo, valorẽ haberet, q̃ ille quo nõ est alius maior, est maximus, sed inter homines non habet veritatẽ, quia inter homines nõ est ordo ẽm naturã, sed solũ sedm gfam. Itẽ si dicatur maior omnibus patribus veteris testamẽti, non est inconueniens. Ille. n. maior & excellentior est, qui ad maius officium est assumptus. Abraham. n. maior est inter patres, quo ad ꝓbationẽ fidei. Moyses vero quo ad officiũ ꝓphetiæ, vt hñ Deu. vltimo, & nõ surrexit propheta vltra in Israel sicut Moyses; oẽs isti pcursores dñi fuerunt. Nullus aũt fuit in tanta excellẽtia & fauore: ideo ad maius officiũ est assumptus. Luc. 1. Erit. n. magnꝰ coram dño [Qui aũt minor est &c.] Occasione istorum verborum quidã locum calumniãdi inuenerunt. Volũt. n. oẽs patres veteris testamẽti dãnare. Si. n. maior est aliis, sequitur q̃ alii nõ sunt de numero saluandorũ: quia per regnũ cęlorũ præsens ecclesia designatur. Si ergo Ioannes nõ fuit de pñri ecclia, nõ fuit de numero electorũ. ergo minus alii. Et hæc opinio est erronea, quia constat q̃ id qd dñs dicit, in laudẽ Ioannis introducitur. Potest aũt

hæc locutio exponi tripliciter. Primo, vt per regnũ cælorũ ordo beatorũ intelligatur. Et qui inter illos est minor, maior est quolibet viatore. Et ideo pñtem statum appellat dñs puericiam vnde ad Cor. 13. Cum aũt factus sum vir, euacuaui quæ erãt paruuli, vñ nominat viatores paruulos. Et hoc verũ est intelligendo de maioritate actuali. Actũ. n. maior est qui cõprehensior est, secus de maioritate virtuali, sicut vna parua herba maior dr virtute, licet alia maior sit quantitate. Aliter potest exponi, ita q̃ p regnũ cælorũ pñens ecclesia designatur. Et hoc est q̃ minor nõ dicitur virtualiter sed minor tpe. supra 3. Et Ioã. 1. Qui post me venit ante me factꝰ ẽ. Vnde ille qui minor est, maior est illo. Vel aliter põt exponi, q̃ aliquis dñ maior duplr. Vel quantũ ad meritũ, & sic multi pliarchę sunt maiores aliquibus noui testamẽti, sicut dicit Aug. q̃ cælibatus Ioannis nõ pfertur coniugio Abrahæ: aut cõparãdo statũ ad statũ, sicut virgines meliores cõiugatis; non vñ quilibet virgo melior quolibet coniugato, vñ Ioan. habet istã dignitatẽ, q̃ in quãdã coniugio, quia maior viatoribus, sed minor cõprehensoribus, vñ tenet locũ medũ. [A diebus aũt Ioannis vsque nũc &c.] Hic cõmẽdatur quãtũ ad distinctionẽ noui & veteris testamẽti. Et notatur excellentia Ioannis, quia est principiũ noui testamẽti, & finis veteris. Ita dixi q̃ qui minor est in regno cælorũ &c. Et hoc pertinet ad hoc q̃ ipse est principium noui testamẽti; sed [a diebus Ioannis baptistæ] i. a prædicatione Ioannis regnũ cælorum vim patitur] Hoc tripliciter exponitur. Scitis q̃ in raptũ ãdã violẽtia est & q̃dã conatus, vnde oportet q̃ peccator ad hoc q̃ possit venire ad regnũ cęlorũ, assurgat ad spiritualia & conetmultũ. Aliter exponitur. Scitis q̃ rapina est propriẽ q̃n alienũ pter voluntatẽ dñi rapit, pdicatio salutis missa est iudęis & per Christũ vbique. Ipse dicit infra 15. Non sum missus nisi ad oues q̃ pierunt domus Israel. Et cũ ad eos mittebatur, nõ receperũt, tñ illi quibꝰ nõ mittebatur pp humilitatẽ rapiebãt. Vñ supra. 8. Multi venient ab oriẽte & occidẽte & recumbent cũ Abraham Isaac & Iacob in regno cælorum, filii aũt regni eiicientur in tenebras exteriores &c. vt infra. 22. Auferet a vobis regnũ &c. Ideo isti violenter rapiunt. Et hæc est expositio Hylarii. Tertia expõ est, illud qd rapit, cum festinatione rapitur, vñ Iob. 6. Torrens q̃ raptim trãsit in cõuallibus &c. Et hoc propter motus velocitatẽ, & quia pdicatio ita cõmouerat cõrda oium, videbat festinus cursus, ideo dicit [Vim patit] quia p modũ cuiusdã festinationis tẽdunt ad regnũ, vñ ab ipso incæpit euãgeliũ. Et ipse est finis legis, vnde Christus dicit [Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioannem &c.] quia omnes prophetæ propter Christum, & incæperũt impleri a prædicatione Ioannis. Vnde Luc. vlt. Oportet impleri quæ scripta sunt de me &c. & hoc [vsque ad Ioannem] Sed quid est? Nunquid post Ioannem non fuerunt prophetæ? nonne legimus infra 23. Ecce mitto ad vos prophetas sapientes & scribas &c. Dicendum quòd propheta ad duo mittitur. Ad confirmandam fidem, & corrigendos mores. Prouer. 29. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus. Ad confirmandam fidem, vt habetur 1. Petr. 1. de qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel in quale tempus significaret in eis spiritus Christi, vnde prophetia de istis duobus seruiebat, sed iam fides fundata est, quia iam promissa per Christum, sunt completa. Sed ad corrigendus mores numquam deficit, nec deficiet prophetia. Habet ergo excellentiam Ioannes, quia in medio veteris & nouę legis, vnde missus est ante faciem quasi simul cum Christo. [Et si vultis recipere &c.] Hic ponit excellentiam Ioannis quo ad distinctionem præsentis & futuri. Helias enim fuit præcursor domini sicut Ioannes, vnde Malachi. 4. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam &c. [Et Ioan. est Helias.] Sed quid est quod dicit dominus, quia interrogatus Ioannes si esset Helias, dixit quod non. Per hoc autem amouetur quædam hæresis quæ posuit transmigrationem animæ, q̃ anima videlicet, exibat de vno corpore & intrabat aliud corpus, ideo aia Heliæ intrauerat Ioannem vt dicebat, sed hæc opinio falsa est, quia ipse negauit q̃ esset Helias. Christus autem dixit q̃ Ioan. erat Helias propter triplicem similitudinẽ. Primo, quia sicut angelus dicitur similis angelo, quia pares in officio, sic & Helias & Ioannes pares sunt officio, quia vterque præcursor. Luc. 1. Ipse præibit ante faciem domini parare vias eius &c. Item quantũ ad conuersationem, quia vitam austerãm duxit, vt habet. 3. Reg. 19. Item quantũ ad persecutionẽ, quia sicut ille persecutus est a Iezabel, ita iste ab Herode, vnde si vultis accipere

secundum quod accipi debet, ipse est Helias. Et vt ipsi intelligãt q̃ istud dictum est mistice, subdit [Qui habet aures audiendi audiat]. i. qui habet aures spiritualiter audiat, & intelligat.

b ¶ Hic prosequitur increpationẽ turbarum. Et primo ponit q̃stionẽ: secundo quandã similitudinẽ: tertio eã exponit. Procedit ergo sic. Ita cõparatur, Ioannes Heliæ rõne officii, *sed cui* comparabo hãc generationẽ. Et quare dicit hoc hic? Hoc dicit sicut aliqs qñ alicui fecit quicq̃ boni potuit, & ipse est ingratus, nescit cui cõparare eũ, sic dñs omnia bona fecerat generationi huic: vnde Esa. 5. Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci ei &c. Cui ergo poterõ cõparare tantã malitiã? Notandũ q̃ generatio aliquando in scripturis pro cõgregatione bonorum accipitur, aliquando malorũ, aliquando vtrũque. Pro cõgregatione bonorũ, vt in psal. 111. Generatio rectorũ benedicetur. Pro congregatione mala, infra 12. Vbi dr. Generatio mala & peruersa. Pro vtrisque, vbi dr. Eccl. 1. Generatio pteit, generatio vetusta est, terra aũt in æternũ stat. [Similis est pueris sedentibus in foro &c.] Hic ponit quãdam similitudinẽ, & potest exponi ẽm planum literæ, vel ẽm misticum sensum. Primo, ponit similitudinẽ de pueris: secundo adaptat eam, ibi [Venit Io. &c.]. Notandũ, n. quod naturale è hominibus querere delectationes, & semper q̃rit illas, & nisi abstrahatur per solicitudines, statim ruit in malas delectationes, sed pueri nõ habent solicitudines, ideo vacant circa illa q̃ sibi cõpetunt, hoc est ludere. Item, notandum q̃ hõ naturaliter sociale est, & hoc quia naturaliter vnus alio indiget, vnde delectatur in conuictu, vnde Philoso. 1. politicorũ. Omnis hõ qui solitarius est, aut est melior homine, & est deus, aut peior homine, & est bestia, vnde dicitur sedẽtibus in foro, quia nullus per se vult ludere, sed in foro vbi sit congregatio multorũ. Item, notandũ q̃ naturale est homini quod delectatio eius sit i aliqua representatione, vnde si videamus aliquid bene ituluẽ, quod bene repletet quod debet, tunc delectamur, ideo pueri qui delectãtur in ludis semp ludos suos faciunt, cũ aliqua repsentatione vel belli vel hmõi. Itẽ notandũ q̃ ad duas passiones terminãtur oes animi affectus, s. vel ad gaudiũ vel ad luctũ. [Qui clamãtes, &c.] Hoc est ita videndũ. Ponamus q̃ sint pueri ex vna parte, & alii ex alia, ita q̃ quidã debeant cantare, alii saltare, vnũ isti facere, alii eis respondere. Si isti canerent, & illi eis nõ responderẽt, ẽm formã suam iniuriarentur eisdem, vnde dicunt [Cecinimus vobis, & vos nõ saltastis]. Item nihil ita immutat animũ, sicut cantus, vnde cõputat Boetius in musica sua de quodam qui, coram Pythagora cum alio litigabat, & cantu alii loquebantur. Tunc Pythagoras fecit mutari cantũ, & ille quieuit, vnde oes exercebantur in musica. Ideo notandũ q̃ quidã cantus est propter gaudium, sicut habetur. Eccl. 40. Vinum & musica letificãt cor: ideo dicunt [Cecinimus]. i. cantum gaudii diximus [& nõ saltastis.] Itẽ consuetudo est q̃ sicut aliqui immutantur ad gaudium, ita quidã ad fletum, vnde Hiere. 9. Vocate lamẽtatrices, & assumãt super nos lamentũ &c. Ideo dicunt. [Lamentauimus, i. cantur, lugubres fecimus & vos non planxistis] Mistice per pueros significatur populus veteris legis, inter quos quidam fuerunt propheta- G quare elegit dominus per se viri leiores, & per Ioannẽ aspiciẽtes mõstrauit? Ista nõ est, quia dominus cõfirmabat actus suos miraculis Ioã. aut nõ faciebat: ideo si nulla haberet excellentiã, nõ approbaretur eius testimonium, sicut videmus in sanctis, quia vnus habet excellentiã in vno, alius in alio, vt Aug. habuit excellentiã in doctrina, Martinus in miraculis. Itẽ alia rõ, quia Ioannes pus hõ erat, ideo abstinebat se a carnalibus desideriis. Christus aũt deus erat, ideo q̃ suscitatem deueret, non offendereturẽ esse homo, ideo humanam vitã magis assumsit. Itẽ Io. fuit finis veteris, tamen ti cui gratia imponebantur. Sed Chrs. fuit initiũ nouæ legis q̃ procedit per viam mãsuetudinis. [Et iustificata est sapientia] Istud potest dupliciter legi. Vnomodo referendo ad vtrũque quod dictũ est de Ioanne & Chro. & tũc est sensus, quãdo hõ facit quod debet, & aliqs non corrigit, tũc saluat animã suã, & tũc iustificat in sermonib̃ suis [Iustificata est sapientia] hoc est filius dei suus Chrs. i. iustificauit filios suos, quia exhibuit iudæis quod debuit. Abstinẽtia per Ioan. Mansuetudinẽ per Chrũ. Vel aliter potest dici. Ita dicant filii diaboli q̃ vorax est &c. sed filii sapiẽtiæ intelligunt q̃ nõ est vtrq; in cibo & potu, sed in æqualitate animi vtendo cibo loco & tpe, & abstinendo simliter quando debeat, ita q̃ nõ excedant in multo, nec deficiãt in pauco, vt dicit Apostolus ad Phil. 4. Vbi q̃s & in omnibus instructus sum & satiari & esurire, & abũdare & penuriã pati, ideo quia plenã iustitiã non videretur ostendere si totaliter abstineres, quia crederetur tota iustitia esse in abstinentia, sed in hoc nõ consistit, sed in animi æqualitate. Et nota q̃ dicit sapiẽtia, quia vti cibis vel abstinere ẽm moderationem sapiẽtiæ est: vt abstineas quando debeas, & vbi debes.

c ¶ Supra satisfecit discipulis Ioãnis, nũc exprobrat nõ credẽtib̃. Et duo facit. Primo, describit factũ dñi: secũdo verba ipsius, ibi [Væ tibi &c.] Dicit ergo primo tũc cœpit exprobrare &c. Exprobratio è respectu beneficiorũ & respectu deseruiorũ. Magnũ n. bene ñcisi facerat dñs, q̃ fui pñtia eos illuminaueras, vnde ingrati erãt, & ideo merito ex probrabiles, vnde Micheæ 6. Populus meus qd fecit tibi, aut quid molestus fui tibi? q. d. nihil. Et nõ exprobrauit eos q̃ peccata egissent, sed q̃ pœnitẽtiã nõ fecissent, vnde eis cõmenebat qd dr Iob. 24. Dedit ei locũ pœnitẽtiæ, & ipse abusus eo è super hiã. Et Ro. 2. An ignoras q̃ benignitas dei, te ad pniam addurit? Sed hic ethicõ literalis, quia Lucas istud alio ordine ponit. Ponit n. in missione discipulorũ, hic hic. Respõdet Aug. vi dedũ q̃ Lucas magis ordinẽ seruat historiæ, hic aũt seriẽ memoriæ. Sed tũc objicit q̃ hic dr, tũc ergo videt q̃ hic magis series, texatur historiæ. Respõdet Aug. qd tunc tẽpus indeterminũ dicit. vel aliter potest dici, quod bis dixit hæc verba, & ideo potuit esse & tunc ẽm istũ, & tunc ẽm Lucã. [Væ tibi Corozaim &c.] Hic ponuntur verba dñi. Et primo fit sermo de ciuitatib̃ suffraganeis: secũdo de metropoli, ibi [Et tu &c.] Et primo cõparat culpam ad culpã: secũdo pœnam, ibi. [Verũtã &c.] Dicit ergo. Væ tibi &c. Iste aũt sunt ciuitates duæ ville in Galilea, vbi multa signa dominus fecerat, & tamẽ nõ erãt conuersæ. Ideo dicit [Væ tibi &c.] Sed quid est qd facit dominus? immo scriptũ est Ro. 12. Nolite maledicere &c. Dicendũ q̃ est maledicere formaliter, & materialiter, formaliter nullus debet maledicere, sed materialiter potest. Vnde notandũ qd q̃dam coniuncta sunt ẽm tactũ q̃ tamen possunt separari ẽm intellectum, vt in pomo est odor & sapor. q̃ nõ possunt separari ẽm tactum, licet secũdũ intellectũ similiter velle istũ nõ punire, & velle ordinẽ iustitiæ, nõ possunt simul esse nisi secũdũ intellectũ. Vnde si maledico illi, quia delector in eius malo, malũ est. Si aũt nõ q̃ malo eius, sed pro ordine iustitiæ, sic est bonũ, vnde verbum domini nõ erat verbũ delectãtis, sed opus iustitiæ nuntiãtis. [Væ tibi Corozaim] Corozaim interpretatur misericordia in eum, Bethsaida domus fructuum. Cui plus cõmisisti ab eo plus exigitur. Et quare plus ei exhibuit? quia ibi suum ministeriũ implevit: ideo raudara est ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam &c. Rom. 1. Bethsaida domus fructuum, si igitur multum fructũ fecit ibi dominus, & non fecisti pœnitentiam, quid erit eis? Esa. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Væ tibi [quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent] olim, id est ha longinquitatem temporis. Et ostendit modum pœnitẽtiæ, quia in cinere & cilicio quasi ad iniuriam induti ad pniam. Vnde recordatio delictorum, & hoc significatur in cilicio: quod fit de pilis caprarum. Istud enim animai immolabatur pro peccato. Aliud est consideratio mortis, & conditio humanę fragilitatis. vnde dicitur. Puluis es & in puluerem reuerteris. Et Iob vlti. Ideo reprehendo me, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. [Verumtamen dico vobis. Tyro & Sidoni &c.] Hic compar at culpã ad culpã: quia si inuenti sunt grauiores in culpa deterius erit eis: quia quod audierunt nõ fecerũt: ideo grauius erit, secũdum q̃ dr Io. 15.

Sinõ venissem & non eis locutus fuissem, peccatũ nõ haberent. Notandũ q̃ ex istis verbis tres errores excludit. Quidã dicebãt omnia peccata paria, & similiter supplicia, hoc excludit cum dicit: quia istis erit deterius q̃ Tyro & Sidoni. Itẽ quidã dixerũt q̃ nõ saluabuntur nisi quos pscíuit: q̃ a si prædicaret eis, conuerterentur, hoc excludit cum dicit q̃ Tyro & Sidoni male erit, sed tñ deterius istis quibus nuntiatũ est regnũ dei, vñ Aug. in libro perseuerantiæ. Non remunerat dñs p̃ his quæ fecisset, sed p̃ his q̃ facit. Itẽ remouet tertium errorẽ, quia dicebant quidã q̃ dñs misit prophetas & pdicatores iudęis, & nõ aliis: quia sciebat q̃ alii nõ reciperẽt. sed hoc excludit quia si prædicaret eis &c. Sed tunc restat q̃stio: quia si iudæi non credebant videret q̃ dñs non bene fecisset cum nõ misit ad eos si illi credidissent. Dicit Greg. q̃ scire secreta dei nõ est hominis: tñ ẽm q̃ videt: quia p̃misum erat patrib̃, ideo ad confirmandas promissiones patrũ primo prædicauit iudæis. Itẽ vt ostẽderet iustior eorũ condẽnatio. ideo primo eis pdicauit, & post aliis discipulos misit. Remigius solit sic: qa licet ex Tyro & Sidone plures credidissent in maiori multitudine: tñ apud eos erant aliqui peruersi q̃ nõdum erãt parati ad credendũ: ideo nõ misit primo ad eos. Tertiã expositionẽ ponit Aug. q̃ pscíuit dñs quia si credidissent, nõ pseuerassent in tpe passionis, & ideo ad eos non misit. Alia est expositio Augu. quia pdestinatio est pscientia bñficiorũ dei. Vñ q̃cũq; pinent ad saluẽ sunt effect̃ pdestinationis, I pdestinatis. vñ diuersimode distribuit dñs dona sua, qa q̃busdã dat cor docile, & pnitatẽ ad bñ agendũ, sed hoc nõ sufficit nisi sit structor. Itẽ aliqñ è istructor, sed cor est durũ, & sicut illis nõ sufficit facilitas ad credendũ, sic nec ĩsti nocet cor durũ. vñ q̃rere quare istũ elegit, nõ illũ, fatuũ è q̃rere. vñ Aug. quare trahat hũc & nõ illũ, noli iudicare si nõ vis errare. Vñ melĩ̃ è vt totũ torqueat ad ordinationẽ dei q̃ ad humana merita. [Et tu Capharnaũ &c.] In parte ista ex parte cui tati foléniori. Et primo ex pbrat supbiã, & hoc q̃a magni magis supbiũt. Scdo, exprobrat eorũ impniam, ibi [Quia si i Sodomis &c.] Circa primũ primo exprobrat supbiã. Scdo, minat pœnã. Dicit ergo. Et tu &c. Et est ibi duplex Ifa. Vna interrogatiue [Nũquid vsq; in cęlũ &c.] Alia Ifa. Tu es q̃ exaltata es vsq; in cęlũ: quia a dño exaltata est, & pñtia dñi, & multis meritis. Luc. 4. Quãta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic ĩ patria tua. Itẽ a teipsa exaltata es. vnde tu nunqd exaltabaris per superbiã vel doctrinã meã? Quantũcumq; exaltata fueris, tñ [ad inferos descendes.] Iob. 20. Detrahet in die furoris domini, hæc est pars hominis impii a deo. vnde tu q̃ videris tãgere cęlũ, detraheris ad infernũ. vnde ,ppria pœna superbi est deiectio. Esa. 14. contra illũ qui dicebat, Ascendã ad astra cęli, seq̃tur, Ad infernũ detraheris. Consequẽtur arguit de ĩpæniteatia. Et primo cõparat q̃tum ad culpã. Scdo, q̃tum ad pœnã. Dicit ergo [Quia si in Sodomis &c.] Et quare hoc dicit? Ad significandũ libertatẽ arbitrii: quia ante hominẽ vita & mors, nullus illos monuit. Quãuis, n. Loth inter illos esset, tamẽ nõ fecit miracula, sed isti viderũt dñm docentẽ & miracula facientẽ. ideo &c. Capharnaũ interpretat villa dulcissima, & per hãc interpẽtatur Hierusalẽ. [Verũtamẽ dico vobis in die iudicii grauior erit pœna tua q̃ illius terræ, quæ subuersa est.] Vel potest intelligi de habitãtib̃. Luc. 12. Seruus sciens voluntatẽ dñi sui & nõ faciens, vapulabit multis. [In illo rẽpore respondens Iesus dixit. Confiteor &c.] Supra dñs redarguerat infidelitatẽ turbarũ: nunc gratias agit de fide discipulorũ & aliorum credentiũ. Et primo, reddit gratias patri tãquam auctori. Secundo, oñdit eandẽ potestatẽ se habere, ibi [Omnia. n. &c. Dicit ergo [In illo tpe]. Quo accidit &c. [Respondit] sed cui respondit? Conuenit ei quod dicitur. Iob. 15. Nunquid sapiens rñdit quasi in uentum loquens? nõ. Vnde respondet taciræ obiectioni. Posset. n. dicere aliquis. Isti non credunt quibus prædicasti, alii autem credidissent si prædicatum fuisset illis. Ideo respondet, & responsione redarguit quosdam qui causas electionis inquisierũt quare videlicet illi eleuati sunt in cęlum, & isti demersi sunt in profundum: vt Origenes, qui ponebat quod electio ex meritis est. Sed hic reprobat hoc ostendens quod hoc attribuendum est diuinæ voluntati. Dicit ergo [Confiteor &c.] Notandum q̃ triplex est confessio. s. fidei. vnde Ro. 10. dicitur. Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem &c. Item confessio peccatorum. Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Itẽ cõfessio gratiarum actionis de qua in psal. 105. Cõfitemini domino quoniã bonũ &c. de hoc intelligitur. [Confiteor tibi pater cęli & terræ] duæ hæreses excludũtur, hæresis. s. Sabellii qui nõ distinguit filium a patre. vnde dicit. [Confiteor tibi pater &c.] Sic confitetur auctoritatem patris &c. Item quia eiusdem naturæ. Ideo dicit patrem suum contra Arrium. Et vere dominus: quia pater cęli & terræ. Et in psal. 99. Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos. Et dicitur pater non quia eum creauit, sed quia eum genuit psal. 88. Ipse inuocauit me pater meus es tu. Et agit gratias super quandã distinctionem, sc. [Quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus &c.] vnde hic considerare oportet qui sunt paruuli & qui sapientes & qui prudẽtes. Tripliciter aũt dicuntur aliqui paruuli. Ad Ifam paruuli dicuntur abiectĩ. vnde in Abdia. Ecce paruulum dedi te contemptibilis tu es valde. Item dicitur paruulus humilitate: quia parua de se sentit. Vnde dñs infra 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini vt paruuli non intrabitis in regnum cęlorum. Item simplicitate. Vnde Apost. 1. ad Corin. 14. Malitia paruuli estote. vnde potest illud intelligi: quia reuelasti ea paruulis & abiectis piscatoribus. Et quare? Apostolus reddit rationẽ dicens q̃ despecta mundi elegit deus: vt fortia quæq; cõfundat. 1. Cor. 1. Aug. exponit paruulis. i. humilibus non de se præsumentibus. Vbi n. humilitas, ibi sapientia. Hylarius exponit de simplicibus. In simplicitate q̃rite illum. Sapi. 1. Ecõtrario sapientes & prudẽtes: quia in carnali sapientia student. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, istis non reuelauit, sed rusticis non confidentibus de sapientia sua. Eccl. 17. Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me, multo magis q̃ erat. Quare Apostolus ad Ro. 10. Ignorãtes aũt dei iustitiã & suã quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Item per sapientes intelligit superbos iactantes se. Et talibus non reuelauit. Ad Ro. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Item dicit sapientes ẽm carnem viuentes, quæ carnis sunt quærentes, non quæ dei. Item sapientes sunt vt faciant mala & bene facere nesciẽrunt [Et reuelasti] ad Eph. 4. Vt non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui. Vnde abscondisti a sapientibus, reuelando paruulis. Sapientiã abscondit a sapientibus, non apponendo grãm. vnde dicitur ad Ro. 1. Tradidit *eos in reprobum sensum. Sed quid est q̃ gratias reddit, quod abscõdit?* Dico q̃ hoc nõ facit vt gaudeat de cęcitate eorum, sed de iudicio dei q̃ ita sapienter ordinat. Et quare? Hic non est q̃renda causa. In talibus. n. dei voluntas ,p causa est. [Ita pater, quia sic placitum ẽ ante te] Artifex bene potest assignare cãm quare lapides quosdam in fundamẽto quosdam superius posuit. Sed q̃ hũc posuerit hic, alium ibi, non est alia causa nisi volũtas sua. Sic q̃ dñs aliquos saluet, hoc est ad suam misericordiam, q̃ hos dãnet ad iustitiam. Sed quare circa illũ sic misericorditer agit, potius q̃ circa alium, hoc solũ pertinet ad suã voluntatẽ. vñ ad Ro. 9. *Cuius vult misereẽ, & quẽ vult ĩdurat. vñ sic facit pp beneplacitũ*, in psal. 118. Beneplacitũ fac dñe &c. [Omnia mihi tradita sunt a patre meo] Egerat grãs patri q̃a secreta ,pnulis reuelat: posset aliquis credere q̃ non posset ipse reuelare. vñ hoc remouens primo tãgit magnitudinẽ suæ potestatis. Scdo, inuitat ad se q. d. Ecce sum potẽs. Venite ergo ad me &c. Et primo duo facit. Primo, ponit æqualitatem filii ad pr̃em. Scdo, spiritualiter applicat ad id de quo agebat, ibi [Et nemo &c.] Dicit ergo. Posset dicere aliquis. Nũquid oĩa potest? Respõdet [Omnia tradita sunt mihi] Et attende æqualitatẽ, sed tñ a pr̃e originẽ, quod est cõtra Sabelliũ. Sed q. d est qd dicit [oĩa] Tripliciter potest exponi. Oĩa, hoc est super oẽm creaturã, infra vltimo. Data est mihi oĩs potestas in cęlo & in terra. Vel omnia. i. electi & pdestinati q̃ specialiter sunt dati. Ioã. 17. Tui erãt & eos tra didisti mihi. Itẽ oĩa, s. intrinseca. i. oẽm perfectionẽ diuinitatis. Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic filio dedit vitam habere in semetipso. Et nõ debemus intelligere carnaliter: quia si dedit fibi, etiam retinuit. Et hæc expositio est Aug. & Hylarii. sed posset aliquis dicere. qũo dedit? Ideo addit modũ, cũ dicit. a pr̃e meo. Vñ per generationẽ hoc recepit. [Et nemo nouit filiũ nisi pr̃] Modo specialiter ad ,pnositum adaptat, & nõ solũ q̃tum ad æqualitatem ad pr̃em, sed etiam q̃tũ ad consubstantialitatẽ. Substãtia. n. pr̃is superat oẽm

intelligentiam, cũ ipsa essentia p̃ris dicatur incognoscibilis sicut substãtia filii. Vñ hic notat æqualitas, & cõfunditur Arrius qui dicit p̃rem inuisibilẽ, filiũ aũt visibilẽ. [Et nemo nouit filiũ &c.] Sed quid est? Nõne sancti nouerũt? Dicendũ ꝙ attingendo, vel fide, sed cõprehendendo nõ cognoscunt, sed quid est? Nonne spiritussanctus cognoscit? immo. Sed notãdum ꝙ dictiones exclusiuę aliqũ addunt nominib⁹ diuinis essentialibus, alij quãdo p̃sonalibus. Et cũ adiunguntur, p̃sonalib⁹, nõ excludũt illud quod idẽ est ĩ natura: uñ addita patri nõ excludit filiũ. Vñ vbi dicit. Regi immortali ĩuisibili soli deo honor & glia 1. Tim. 1. nõ excluditur alius in natura. Similiter cũ dicit hic, nisi filius, non excludit spiritussanctus q̃ idẽ est in natura. Sed cũ dicit nemo &c. intelligit nullus hõ nisi filius. Et ita habet qd̃ nouit filiũ p̃rem, sed hoc est cõtra Origenẽ. Cognoscit. n. p cõprehensionẽ. Quia ergo pfecte cognoscit, & est cognoscibilis, ideo habet potestatẽ reuelãdi sicut pater, ideo dicit. [Et cui voluerit filius reuelare. Manifestatio. n. fit p verbũ. Ioã. 17. P̃r manifestaui nomẽ tuũ hoĩbus &c. Ioã. 1. Deũ nemo vidit vnq̃: sed ipse nouit. ergo manifestare potuit. Illud ergo quod dixerat de patre, sibi attribuit. Dixerat. n. Abscõdisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis, sic etiã & filius potest, ex quo habet eandẽ potestatẽ. [Venite ad me oẽs &c.] Venite ad mea bñficia. Et primo ponit inuitatio: secundo, necessitas inuitationis: tertio, vtilitas. Dicit ergo [Venite ad me] Quod verbũ etiã sapiẽtiæ est. Eccl. 24. Transite ad me oẽs q̃ cõcupiscitis me, & a generationib⁹ meis adimplemini, vnde ap propinquate ad me idocti, q̃a vult se cõicare. Sed q̃ ẽ necessitas? quia ablq; me hoĩes laborãt nimis [Qui laboratis.] Specialiter hoc potest cõuenire iudæis, quia laborabãt in onerib⁹ legũ & mãdatorũ, vt hr̃ Act. 15. Hoc est onus qd̃ nec nos, nec p̃res nr̃i portare potuim⁹. Itẽ generaliter quantũ ad oẽs q̃ laborãt p̃p humanitatis fragilitatẽ. ps̃al. 87. Paup sum ego, & in laborib⁹ a iuuẽtute mea [Et onerati estis] onere. s. pctõrum psal. 37. Iniquitates meæ sicut onus graue grauatę sunt super me. Et q̃d habebim⁹ si venia m⁹ ad te? [Ego reficiã vos] Ioã. 7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Consequẽtur exponit inuitationẽ. Et primo exponit: scd̃o, rõnem assignat, ibi [Iugũ. n. &c.] Circa primũ sic. Posuerat inuitationẽ, & ad quid. Nunc vult ondere q̃ sit illa inuitatio dicens. [Tollite iugũ &c.] Sed quid ẽ? tu dicis ꝙ vis nos reficere, & a nobis auferre laborẽ, & statim p̃cipis ferre iugũ, & credebam⁹ esse sine iugo. Dico ꝙ verũ est, sine iugo peccati. Esa. 9. Iugũ. n. oneris eius, & virgã humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti, nõ ꝙ sitis sine lege dei, sed sine iugo peccati psal. 2. Proiiciam⁹ a nobis iugũ ipsorũ. Osee vlt. Cõuerte Israel ad deũ tuum, qm̃ corruisti in iniquitate tua &c. Ad Ro. 6. Liberati a pctõ, serui facti estis iustitiæ [Tollite ergo iugũ meũ], s. documenta euangelica. Et dr̃ iugũ, sicut. n. iugũ colla bouũ ad arandũ iungit & ligat, sic doctrina euãgelica vtrũque populũ ligat ad iugũ suum. Et qd̃ est illud? Discite a me &c. Tota. n. lex noua consistit in duobus, in mansuetudine & humilitate. Per mãsuetudinẽ hõ ordinat ad proximũ. Vñ psal. 131. Memẽto dñe Dauid, & oĩs mãsuetudinis eius: per humilitatẽ ordinat ad se & ad deũ. Esa. 66. Super quem requiescet spiritus meus nisi sup quietũ & humilẽ? Vnde humilitas facit hominẽ capacẽ dei. Itẽ dixerat. Et ego reficiã vos. Quę est ista refectio [Inuenietis requiẽ &c.] Corpus. n. nõ reficit, quã diu afficit, & qm̃ vlterius nõ afficit, tũc dr̃ refectũ. Et sicut fames in corpore, sic desideriũ in mẽte, vnde impletio desideriorum est refectio psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuũ: & hæc requies ẽ requies animæ. Eccl. 51. Modicũ laboraui, & inueni multã requiẽ. Sicĩ mũdo mãsueti nõ quietant: vñ, ĩuenietis requiẽ, sempiternã, s. impletionẽ desideriorũ. Sed nõ mirẽmini si inuitovos ad iugũ, quia iugũ meum nõ est onus. Quare? [Iugũ. n. meũ suaue est] & delectabile psal. 118. Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua [Et on⁹ m̃eũ leue] Et hæc pñt retorqueri ad duo. Iugo tenẽtur boues, sed onus portat: vñ iugũ retorquet ad præcepta negatiua, onus ad affirmatiua. Sed vr̃ hoc esse falsum, quia onus legis nouæ vr̃ grauissimũ, sicut supra cap. 5. dictũ est. Audistis ꝙ dictũ est antiqs, Nõ occides: ego aũt dico &c. & sic vr̃ qd̃grauius onus sit. Itẽ dictũ est supra 7. Arcta est via q̃ ducit ad vitã. Item Apls 2. Cor. 11. In laboribus pluimis: vnde vr̃ iugum grauissimũ. Ideo duo sunt consideranda, effectus doctrinæ, & actus circunstantia, & in omnibus est leuis in effectu doctrina Christi

F quia immutat cor, quia facit nos non amare temporalia, sed magis spiritualia. Qui. n. amat tẽporalia, modicũ amittere est ei magis graue, q̃ ei qui amat spũalia amittere multũ. Lex vetus non phibebat illa tẽporalia, ideo graue erat eis amittere: sed modo, & si in principio aliquantulum graue, post tñ parum. Prouer. 4. Ducã te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, nõ coarctabunẽ gressus tui. Itẽ q̃tũ ad actum lex onerabat actibus exterioribus. Lex autẽ nr̃a est in volũtate solum, vnde ad Ro. 14. Regnũ dei non est esca & potus. Item lex Christi iucundat, vnde Apostolus ad Ro. 14. Iustitia, & pax, & gaudium in spiritusanctõ. Item quantum ad circunstantiã, quia multę sunt aduersitates: vnde qui pie in Christo Iesu volunt viuere, persecutionẽ patientur &c. 2. ad Thim. 3. Sed istæ non sunt graues, quia conduntur condimento amoris, quia qm̃ aliquis amat aliquẽ, non grauat eũ quicquid patitur pro illo, vnde omnia grauia & impossibilia, leuia facit amor: vnde siquis bene amat Christum, nihil est ei graue, & ideo lex noua non onerat.

nietis requiẽ aĩabus vestris. Iugum. n. meũ suaue est, & onus meũ leue.

a CAP. XII.

IN illo tempore abiit Iesus per sata sabbatho, discipuli aũt eius esurientes cęperũt velleẽ spicas, & mãducare. Pharisei aũt videntes dixerunt ei. Ecce
G discipuli tui faciunt qd̃ nõ licet eis facere sabbathis. At ille dixit eis.

a CAP. XII.

SVPRA audistis quomodo dominus satisfecit discipulis, & increpauit eos: hic ostendit quomodo pharisæi reprimũtur. Et duo facit. Primo, ostendit qũo redarguit pharisæos: secundo, qũo cõmendantur discipuli. Et primo duo facit. Primo, ostendit
H qũo confutantur detrahentes discipulis: secundo, qũo detrahentes Chr̃o, ibi [Et cũ inde transisset &c.] Circa primũ. Primo ponit occasio reprehẽsionis: secundo, reprehensio, ibi] Pharisæi &c. tertio, Christi excusatio, ibi. [At ille &c.] Ponitur aũt duplex occasio, vna ex parte Christi: secunda, ex parte discipulorũ, ibi [Discipuli &c.] A parte Christi dicit [in illo tempore &c.] Sciebat dominus ꝙ discipuli hoc facturi essent, & tñ elegit dñs hoc fieri, vt iam ĩciperet soluere sabbathũ, vt habet supra. 11. Lex & ꝓphetę vsque ad Ioannẽ prophetauerũt. Sed notandũ est qd̃ dicitur [In illo tpe] quia quæ hic ponitur designatio tpis, vr̃ pertinere ad ordinẽ historiæ, sed Luc. & Mar. alio ordine recitant, vnde post illud qd̃ respõdet dñs discipulis Ioanni, ponitur istud, vnde videntur omnia præcedẽtia ante mortẽ Ioannis facta, hic vero post. Et hoc patet per oĩa quæ dicuntur vsque ad 14. cap. q̃ continuantur, & hic fit mentio mortis Ioannis: ideo intelligendũ est ꝙ imminente passione, misit Ioannes discipulos, & tunc decolatus est, & tunc hæc facta sunt post eius mortem [Abiit Iesus per sata sabbatho] Per huiusmodi sata intelliguntur sacrę literę. Sator Christus est, infra 13. Ipse est qui seminat. Itẽ populũ credentiũ. [Discipuli aũt esurientes &c.] Hic duo consideranda sunt. Primo, necessitas, quia esurientes, & quare? quia pauperes erant, vnde 1. ad Corin. 4. vsque ad hanc horam & esurimus & sitimus &c. Secunda ratio, quia quotidie impediti erãt p̃ turbas, vnde vix habebant locũ comedendi, vt hr̃ Mar. 6. sed qũo satisfecerũt? datur nobis exẽplum abstinẽtię, vnde isti non magna fercula quæsierunt, sed spicas, iuxta illud 1. Thim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti simus. Mystice in auulsione spicarum intelligitur multiplicitas intellectus scripturarum, vel conuersio peccatorum. Deinde ponit reprehensionem pharisæorũ. [Pharisæi aũt &c.] Discipuli duo mala faciebant, quia spicas alienas vellebant: secundo, quia sabbathum violabant, sed pharisæi de primo non reprehendebant, quia illud erat permissum in lege. Deut. 23. ideo quia permissum erat non calumniabantur, sed quia in sabbatho, calumniabãtur. Et per hoc
K destruitur hęresis hebræorum, qui dicebant legalia debere seruari cum euangelio. Et quia Paulus huic sententiæ contrariat, ideo reprobant Paulum. Contra istos arguit Hiero. quia etiam discipuli non seruabant. [At ille dicit eis] Hic ponitur excusatio. Et primo quibusdam exemplis: secundo authoritate, ibi [Si autem &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit exẽplum in quo aliqui sunt excusati propter necessitatẽ: scd̃o, in quo aliqui ꝓp sanctitatẽ, ibi [Aut nõ legistis in lege &c.] Dicit ergo [At ille dicit &c.] Leui. 24. legit ꝙ de pura farinula fiebant 12. panes, & isti ponebantur in mẽsa ꝓpõnis in sabbatho, & in alio sabbatho amouebãtur, & ponebant alii, & illi primi comedebãtur a filiis Aaron. Itẽ habetur. 1. Reg. 21. ꝙ quando Dauid fugit ab Abimelech diuisit illis panes illos. Et hoc est quod dicit [Nonne legistis &c.

stis &c. Iste. n. Dauid erat homo bonus, de quo dicit dominus A quòd inuenit hominem iux ta cor suum 1. Reg. 13. Sed diceret aliquis. Ipse Dauid erat propheta, ideo potuit accipere. ideo addit [Et qui cum eo erant] Panes propositionis dicebantur qui in sabbatho offerebãtur, quibus non licebat vti s̃m præceptũ, vt habetur Leui. 23.

Sed quid ad propositionẽ, quia quãdo hõ fecit sabbathum erat. Et hoc patet, q̃a ibi dicit. Nõ habeo panes nisi quos abstuli de mensa domini &c. & hoc nõ faciebat nisi in sabbatho. Item in die calendarum fiebat festum neomeniæ. ideo si sabbatho accideret, violabatur ex necessitate. Sed adhuc videt quòd non violauit, quia comedere in sabbatho non est peccatũ. vnde videtur quòd non violauit. Sed Chryso. dicit, ꝙ violauit magis sabbatho, q̃a illos panes accepit quos nemini licebat eẽ propter necessitatem: sabbathũ aũt inuenitur violatum a Machabeis ꝓp necessitatẽ. Itẽ notãdum ꝙ dicit Chrys. ꝙ q̃dam sunt præcepta quæ præcipiuntur ꝓp se, & hæc nulla necessitate frangi pñt: q̃dã vero nõ propter se, sed propter figurã, ideo talia loco & tpe pñt, sicut ieiunium potest modo dimitti in necessitate. Ille aũt panis alterius panis erat figura. s. panis altaris, qui nõ solum a sacerdote sed etiam ab alio populo percipitur: ideo Dauid figurat ibi populum, vnde Apoc. 1. Fecisti nos deo nr̃o regnũ & sacerdotes. Itẽ ponit aliud exemplũ quod ponit propter sanctitatẽ. Et hoc, ibi [Nonne legistis in lege &c.] In Leui. præceptũ erat quòd oblatio duplicaretur in sabbatho q̃ solebat fieri in aliis diebus, & tñ in templo fiebat, & in sabbatho, quia fiebant ad obsequium templi & dei. vnde excusabantur sacerdotes. vnde istud exẽplũ applicat, quia Apls totaliter erant dediti maiori q̃ tẽplo, s. Chr̃o, vñ dicit. [Nõne legistis quia sacerdotes violabant sabbathũ] nisi esset propter templum [Dico aũt vobis qm̃ tẽplo maior est hoc.] Hic ponitur aduerbiũ loci, cuius obsequio ipsi faciunt, & ꝙ insit aliquid maius tẽplo patet, quia corpus suum templum est. Item videndum ꝙ in primo exemplo non ponit ꝙ sit sine crimine. In secundo ponit ꝙ si aliquis frangit sabbathũ ꝓp necessitatem, nõ tñ propter hoc omnino caret crimine, sed si ꝓp deũ, penitus excusatur a crimine. Deinde argumentatur ex exemplis. Et primo, quia misericorditer agendum est cum discipulis meis [quia si sciretis quid est misericordiam &c.] Osee. 6. Et quomodo intelligendum est, dictum est superius. Prouer. 21. Misericordiam facere & iudicium magis placet dño q̃ victimæ &c. Est etiam argumentum aliud quod eos facit innocentes. s. obedientia. vnde hæc postunt, quia præcipio eis [quia filius hominis (ita se consueuit nominare) est dominus sabbathi] & legislator nõ subiacet legi. Esa. 33. Ipse est legifer noster, ideo habet potestatẽ quia habet auctoritatem. [Et cum transisset inde venit ad synagogã eorum &c.] Supra positum est, qũo dñs repulit pharisæos derogãtes discipulis: hic qũo repulit se impugnantes. Aduersabantur. n. primo insidiando, Secundo, detrahendo. Tertio, tentando. Et secundum hoc repulit eos tripliciter. Secundo, ibi [Tunc obiatus est &c.] Tertio, ibi [Tũc respondet] Circa primum duo facit. Primo ostendit qũo insidiabantur doctrinę Christi. Secundo, qũo vitæ Christi, ibi [Exeuntes &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponitur insidiosa interrogatio. Secũdo, Christi rñsio, ibi [Ipse aũt dixit &c.] Circa primum tria facit. Primo, locus describitur. Secundo, occasio. Tertio, interrogatio. Dicit ergo, [Et cum transisset &c.] Scd̃m Ism ita discipuli vellebant spicas, quos excusauit Iesus. Vnde cũ dicit [Et cũ transisset] videtur eodẽ die inde transisse. Sed hoc excludit Lucę. 6. quia in alio sabbatho, propter hoc non est eligendum ꝙ statim. vnde dicit [Venit in synagogã, vt prædicaret salutẽ] vt in Ioã. 18. Ego semper docui in tẽplo & in synagoga quo oẽs iudęi cõueniunt, & in occulto locutus sum nihil &c. & in psal. 39. Annũtiaui iustitiã tuã in eccl'ia magna. s. [Et ecce &c.] Sequtur occasio interrogationis, quia [offerebant &c.] dicitur ꝙ iste fuit cæmentarius, & habebat manum atridã. Per istũ significat genus humanũ, cuius manus aruit ꝓ originale peccatũ, vel quilibet peccator, cuius manus & virtus operatiua aruit, & qm̃que dextera, quia impotẽtes ad agendũ bonũ, q̃uis potẽtes ad malũ. Tũc ponitur interrogatio. Scd̃o, respõsio. Dicit ergo [Et interrogabant, si licet sabbatho curare] Videbant hominẽ potentẽ, ideo petierũt si licebat sabbatho curare. Et hoc petebãt tentãtes, vt hr̃ Eccl. 13. Ex multa loquela tẽtabit te. Nõ

Non legistis quid fecerit Dauid, qm̃ esuriit, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sabbathis sacerdotes in templo sab B bathũ violãt, & sine crimine sunt? Dico autẽ vobis, quia tẽplo maior est hic. Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis, & sabbathi. Et cũ ide trãsisset, venit in synagogam eorũ. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes. Si licet sabbathis curare, vt accusarẽt eũ. Ipse aũt dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat ouẽ vnam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est

.n. animo discẽdi, sed potius accusandi petebãt, vt hr̃ in psal. 27. Loquebanẽ pacẽ cũ ꝓximo suo, mala aũt in cordibus eorũ. Sed hic est qõ, quia Mar. 3. hr̃ ꝙ dñs interrogauit, hic aũt dr̃ ꝙ illi interrogauerũt. Rñdet Aug. ꝙ vtrũq; factũ est, q̃a qm̃ ille sterit in medio & petiit sanari, ipsi interrogauerũt & dñs fecit eum surgere, & tũc interrogauit. Vel aliter, q̃a illi obseruabãt eum, vñ parabãt se ad petitionẽ, & tunc petiit, q̃a ipse sciebat ꝙ perebãt vt accusarent eum. [Ipse aũt dixit eis.] Hic ponit rñsio, & primo respõdet verbo. Scd̃o facto. ibi [Tunc ait &c.] in primo tria facit. Primo, allegat cõsuetudinẽ. Scd̃o cõparationem, ibi [Quãto magis etc.]

Tertio, inducit conclusionem. ibi [Itaq; &c.] Dicit ergo primo. [Quis vestrũ &c.] cõsuetudo erat apud eos q̃d̃ si ouis caderet in foueã, ꝙ eã die sabbathi subleuabãt: intãtũ. n. erãt auaritię dediti ꝙ ꝓponebãt dãnum tpale damno spũali. vñ conueniebãt eis qd̃ dr̃ Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Et sequit post parũ. Animã. n. suã venalẽ habet, q̃a. s. se exponit periculo & dãno æterno ꝓ modico lucro tpali. Scd̃o ponit cõparatio [Quanto magis melior est hõ oue] incõparabiliter, quia oĩa sunt ꝓp hominẽ: homini. n. est cõmissum dñium oĩum, vt habet Gen. 1. Faciam⁹ hoiem &c. & sequit. vt pñt piscibus maris, & volatilib⁹ cęli, & bestiis terræ: C & sic qd̃ ẽ ad imaginẽ prędest, sicut hõ oui. Ex his cõcludit [Itaq; licet bñfacere]. s. hominib⁹ pdesse. Esa. 1. Quiescite agere puerse, discite bñ facere, q̃a scriptũ est. Exo. 20. Opus seruile nõ facietis in eo, opus seruile est peccatũ, ideo licet bene facere. Sed tũc est q̃stio. Licet ne oĩa bona opa facere in sabbatho? tunc. n. liceret arare. Ideo dicendũ ꝙ opus seruile põt intelligi ad lsam, & mystice opus seruile ẽ peccatũ. Ioã. 8. Qui facit pctm̃, seruus ẽ pctĩ. Itẽ seruile opus est in quo magis exercet corp⁹ q̃ aĩa. Anima. n. habet dñari corpori. Ideo cõsiliari nõ est op⁹ seruile. Vnde possumus videre q̃ excusant a sabbatho. Dñs. n. excusat discipulos ratione necessitatis, vñ necessitas excusat. Itẽ illa q̃ ad cultũ dei ordinant immediate, vt thurificare &c. Itẽ illa q̃ pertinẽt ad salutẽ corporis, vt facere medicinã, emplastra &c. Vnde isti vituperant quia arctant ꝓceptũ legis. [Tũc ait homini. Extende manũ tuã.] In parte ista rñdet facto, & hoc fuit eũ curare: nõ. n. curaret, nisi licitum esset. Sequitur curatio. [Et restituta est sanitati &c.] Mystice hõ qui habet manũ aridã. i. impotentẽ ad bene agendũ non põt melius curari q̃ extendendo manum suã in subleuationem pauperũ. vñ Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. & Eccl. 3. Ignẽ ardentem extinguit aqua, eleemosyna resistit peccatis. & Eccl. 4. Non sit manus tua porrecta ad accipiendũ, & collecta ad dandũ. Et nota ꝙ primo habebat sinistrã sanam, & restituta est sicut altera dextra. s. Et hoc est, quia primo sunt homines potentes ad malũ, vt habetur Esa. 5. Væ qui potentes estis ad faciendũ malũ: sed post sanãtur per gratiã, & tũc sunt proni ad bene agẽdum. Ro. 6. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete seruire iustitię in sanctificatione &c. [Exeuntes aũt pharisæi &c.] Hic ostendit quomodo insidiabantur ei. Et primo ponuntur insidiæ. Secundo ejus declinatio, ibi [Iesus aũt &c.] Tertio, auctoritas. ibi [Vt impleretur &c.] Dicit ergo [Exeuntes]. s. a synagoga vt impleret quod habetur in psal. Synagoga potentiũ quæsierũt animã meã. Exierunt ergo vt male agerent, sicut Iob. 1. Egressus est Sathan a facie dñi] Consiliũ fecerunt, i. congregationẽ, qũo illũ perderent & occiderẽt, quia verbis eum vincere nõ poterant, psal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. [Iesus aũt sciens. recessit inde.] Hic ponitur qũo insidias declinauit, & primo tangitur declinatio. Secundo, fructus. Vnde recessit, et quare? quia nondũ erat tempus patiendi. Itẽ recessit vt suis occasionẽ daret fugiendi, vt dictum est supra. 10. Item vt se hominem monstraret. Item reliquit eos vt non incitaret eos. Illud enim boni prædicatoris est, cum videt homines motos & incitatos, quòd dimittat eos, vt videtur Eccl. 8. Non incendas carbones peccatorũ arguẽs eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. [Et secuti sunt eum multi] vnde accessit ad eos qui eum diligebant, qui eum libenter audiebant. Vnde Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt [Et curauit eos] Ponitur curatio. Sapien. 16. Non ergo herba neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus qui sanat &c. Et in psal. 106. Misit verbum suum & sanauit eos. Et quomodo [præcepit eis ne manifestum &c.] Et quare?

Vt daret nobis exemplum vitandi humanam gloriam, sicut hꝰ supra 6. Item vt parceret Pharisæis qui de factis suis calumniabantur. [Vt adimpleretur &c.] Hic introducit authoritatem quæ habetur Esa. 42. Et, sciendum quòd alii Apostoli dicuntau ctoritates secundum hebraicam veritatẽ, alii secundũ expõnem 70. alii sensum solum verbis exprimebant. Et tria facit. primo describit naturam humanã, cũ dicit. [Ecce puer meus] qa puer fuit. Luc. 2. Puer autem Iesus remansit in tẽplo. Vocatur autem puer, vel a puritate: quia peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus ĩ ore eius &c. 1. Pe. 11. vel secundum quod puer, dicitur seruus. vnde [Ecce puer] seruus per seruilem formã. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens. [Electus quem elegi] Nota quòd in vnoquoque homine sancto sunt tria diuina, electio, dilectio, & effectus, qui est gratia: & hoc aliter in homine, aliter in deo. In homine præcedit gratia. Secundo, diligit. Tertio, eligit. In deo vero est cõuerso. Et hoc est quia voluntas in homine nõ est causatiua huius effectus, quæ est gratia: sed amor & volũtas dei est causa gratię, ideo primo elegit quem vult esse bonum. Secundo, diligit, deinde gratiam adiungit, vnde secundum hoc tria ponit. Primo, electionem &c. In originali non est ly [electus] Dicit ergo [Ecce puer meus quem elegi &c.] & hoc quãtum ad duplicem electionem, quę omnino Christo conueniunt secundum humanam naturam. Ad duo enim est electus, scilicet ad hoc quod sit filius dei, vt habetur Ro. 1. Qui prædestinatus est filius dei &c. & psal. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Item est electus ad opus redemptionis humanæ. vt Io. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret &c. Item eligit vt diligat, vnde dicitur. [Dilectus meus] Si enim aliquos diligit, multo magis vnigenitum suum, vnde Ioan. 3. Non ad mensuram datus est ei spiritus, & si diligat aliquos, illum tamen speciali dilectione. vnde dicit [in quo complacuit animæ meæ] .i. voluntati meæ: & hæc est specialis dilectio, quia voluntas non quiescit nisi vbi inuenit placitum. Nihil autem placet nisi per gratiam, & nihil gratum defuit Christo, vnde supra 3. Hic est filius meus dilectꝰ, in quo mihi complacui. Deinde ponit gratiæ collationem. Ponam spiritum meum super eum, vt habetur Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem: carnem: sed in Christo non solum de spiritu, sed totum spiritum effundit, vt habetur Io. 3. Non ad mensuram datus est ei spiritus. & Esa. 11. Requiescet super eum spiritus domini. Et hoc in quantum habet formã serui. Sed quid faciet? quod officium habebit. [Iudicium gentibus nuntiabit] .i. docebit gentes iudicia dei. Antiquitus gloriabantur Iudæi se esse populum dei peculiarem, vnde dicebant. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. psal. 147. Sed illud dictum est gentibus. Vnde [Nuntiabit gentibus] materialiter, quia potestatem iudicandi accepit super gentes. Act. 10. Ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum. Et Io. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Item est ne idoneus, quia in iudicio duo sunt necessaria, clemẽtia, & iustitia. & vtrũque ostendit. Et primo ꝙ clementiam habeat, et quia clementia potest esse in verbis, secundo in factis: quia aliqui & si non possint aliquid, conqueruntur verbo, ideo hæc amouet ab eo. vnde dicit [Non contendet] 1. Pe. 2. cum maledicereturnon maledicebat. Et bene cõgruit ei quod dicitur Prouer. 20. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Itẽ aliqui nõ contendũt, sed murmurant, sed hoc nõ faciet iste, quia [nõ clamabit.] Vnde Esa. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram tõdente se obmutescet, & nõ aperiet os suum &c. Clamor ex affectione procedit. Et Apostolus ꝑcipit ad Eph. 4. Omnis indignatio & clamor auferatur a vobis. Aliqui nõ clamant, sed conqueruntur. Et hoc amouetur. [Nec aliquis in plateis audiet vocem eius.] In plateis vocem emittunt, qui ambulant in viis peccatorũ, Tren. 4. Dispersi sunt lapides sanctuarii. Prouer. 1. Sapientia dat vocẽ in plateis, tamen iste inter eos nõ audietur. Vel aliter per plateas intelligimus gentiles, quoniã sunt extra sanctuariũ. Et licet Christus sustineat prędicari gentibus, tamẽ in propria ꝑsona nõ prædicauit eis. vnde in plateis audietur, idest, inter gentiles. Ita ergo erat patiens ſn verbo. Item in facto. [Arundinem &c.] Et hoc dupliciter. potest enim legi primo specialiter quantum ad Iudæos. Secundo, generaliter quantum ad omnes. Quantum ad Iudæos duo erant in eis, scilicet regia potestas, & sacerdotalis dignitas. Regia potestas significatur per arundinem, quę iam quassata erat, quia Romanis erant subditi, ideo facile erat ei ita quassare arundinem. Et bene signatur per arundinem, quia arundo mobilis est. vt habetur supra. 11. Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam. [Et linum fumigãs non extinguit.] Per linum fumigans sacerdotium significatur. vnde sacerdotes lineis vestibus induebantur. Item fumigans, fumus enim extinguitur per ignem. Item fumus fit per debilem ignem, qui plus resoluit quàm consummat, & hinc generatur fœtor. Hi ergo erant sicut linum fumigans, quia non totaliter fidem amiserant: nec tamen tantum habebant quòd cohiberent se a malis. Vnde quamuis posset iuste extinguere, tamen linum fumigans non extinguit. Item alio modo exponitur quo ad omnes, ita quòd per arundinem quassatam intelligantur peccatores. Per linum fumigans quod aliquantulum habet calorem, intelliguntur qui non in peccato sunt, sed tepidi sunt ad opus bonum, & habent aliquid gratiæ. vnde vult dicere. Neque peccatoribus præcludit viam salutis. vnde ipse dicit, Ezechielis. 18. Numquid voluntatis meæ est mors impii. Item si aliquis habet gratiam non extinguet eam. Vnde in hoc datur nobis exemplum quòd non debemus gratiam alicuius quam dominus dedit ei extinguere, sed potius fouere. Item non faciet iudicium. [donec eiiciat ad victoriam iudicium.] Et hoc potest legi specialiter de Iudæis, scilicet quando omnes vicerit, quia imponebant quòd in beelzebub dæmonia eiiciebat, & confutauit eos, tunc imposuit iudicium super eos. Et hoc impletum est per Titum & Vespesianum. Et non solum istud fiet, sed ipsis destructis [in nomine eius gentes sperabunt.] Vnde Gen. 49. Ipse erit expectatio gentium: vel aliter. Ita sustinet voluntatem, & neminem iudicat, sed cum inimica mors destruetur, tunc omnes gentes adhærebunt ei, & hoc erit in die iudicii.

b Supra repulit dominus eos qui calũniabantur & suæ doctrinæ, & suæ uitæ. Hic vero repellit eos qui suis miraculis detrahunt. Et primo ponitur miraculum. Secundo, peruersitas detrahentium. Tertio, cõfutatio eorũ. Secunda, ibi. [Et stupebant &c.] Tertia, ibi. [Iesus aũt &c.] Circa miraculũ duo ponuntur. Primo ponitur multiplex infirmitas. Secundo perfecta curatio, ibi [Et curauit &c.] Dicit ergo. [Tunc oblatus est ei &c.] De hoc habetur Luc. 11. sub aliis verbis. Sed non est incõueniens quod recitatur in uno subticetur in alio. Per istum significatur gentilitas, vel peccator qui dæmonium habet inquãtum seruus, quia qui facit peccatũ, seruus est peccati. Io. 8. Iste est cæcus priuatus lumine gratię. unde Esa. 59. Palpauimꝰ sicut cęci parietẽ, & quasi absque oculis attrectauimus &c. Item mutus a cõfessione fidei. In psal. 38. Obmutui & silui a bonis &c. Et alibi, Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea &c. psal. 31. Sequitur perfecta curatio. [Et curauit eum] expellendo mutitatem [ita ut loquere tur.] expellendo cæcitatem, ita ut [uideret.] Vnde datur perfectio sanitatis. psal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Vnde illum non dimisit nec cæcum, nec mutum. Sequitur effectus miraculi. Turbarum admiratio [Et stupebant omnes turbæ &c.] Item eorum confessio. Vnde [dicebãt] .i. confitebantur. [Nunquid iste est filius Dauid.] Promissum erat in prophetis quòd Christus de semine Dauid nasceretur. Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum. Sed videtur impletum quod supra dictum est cap. 11. Quia abscondisti hæc a sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis &c. vnde turbæ conhtebantur. [Pharisæi autem videntes dixerunt. Hic non eiicit dæmonia nisi in beelzebub.] qui est deus Acharon, ut habetur. 4. Reg. 1. qui dicitur deus muscharum propter turpissimũ ritum sanguinis immolatitii, rõne cuius multæ muschæ cõgregabantur. Ideo credebãt illũ dæmonẽ principem dęmoniorum

moniorum, ideo credebant in potestate illius posse eiici dæmonia. Hiere. 5. Ibo ad optimates &c. Et paulopost, Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula. Iesus autem sciens cogitationes eorum &c.] In parte ista repellit dominus detrahentes. Et primo arguit contra dicta. Secundo contra dicentes. ibi [Itẽ dico uobis &c.] Dictum redarguit quadruplici argumento. Secundum ibi. [Sed si Sathanas &c.] Tertium autem, quomodo &c. Quartum, qui non est mecum &c. Primum expressissime ponitur. [Omne regnum contra se diuisum &c.] Primo ponit maiorem cum dicit. [Omne regnum &c.] Triplex est communitas. Domus, siue familiæ, ciuitatis, & regni. Domus est communitas consistens ex his, per quos fiunt communes actus: ideo consistit ex triplici coniugatione ex patre, & filio: ex marito, & uxore: ex domino & seruo: communitas ciuitatis omnia continet quæ ad uitam hominis sunt necessaria. Vnde est per secta cõmunitas quantum ad mere necessaria. Tertia communitas est regni, quæ est communitas consumationis. Vbi enim esset timor hostium non posset per se una ciuitas subsistere, ideo propter timorem hostium necessaria est communitas ciuitatum plurium, quæ faciunt unum regnum. Vnde sicut uita in quolibet homine, ita pax in regno, & sicut sanitas nihil est nisi temperantia humorũ, sic pax est cum unumquodque retinet ordinem suum. Et sicut recedente sanitate tendit homo ad interitum, sic de pace, si a regno discedit, tendit ad interitum. Vnde ultimum quod attenditur est pax. Vnde Philosophus sicut medicus ad sanitatem sic defensor rei publicæ ad pacem. Ideo dicit. Omne regnum in se diuisum desolabitur, Osee. 10. Diuisum est cor eorum nunc, interibunt. Esa. 3. tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. [Et si Sathanas Sathanam, &c.] Electio importat actionem uolentam, ideo oportet quòd ubi est contradictio quòd sit diuisio, quia inter superbos semper sunt iurgia. Prou. 13. Sed posset quis dicere. Non est eiectio, quia uoluntarie exit. Sed hoc non habet locum, quia talis exitus non est eiectio, sed fit ex obedientia alio imperante. Vnde hic esset uoluntarius exitus Sed ꝙ inuoluntarie exeant apparet per hoc quod dictum est supra, quòd incœperunt gemere & clamare, Fili Dauid &c. Ergo est diuisio. [Quomodo ergo stabit regnum eius.] Quod ad propositum Hierony. exponit sic. Quomodo stabit &c. q. d. regnum diaboli stat in peccatoribus usque ad diem iudicii, quia tunc euacuabitur omnis potestas. Vnde si hoc esset, iam esset finis mũdi. Rabanus sic. Quomodo stabit &c. Quia si pugnatur contra eum. ergo est in casu, ergo a regno suo debetis cauere. Hylarius, quomodo stabit. q. d. de potestate mea est quod ego faciam quòd unus expellat aliũ. ergo ego destruo regnum diaboli, & ex hoc deberis mihi adhærere [Si ego in beelzebub.] hic ponitur secunda ratio. Si ego eiicio, aut hoc facio uirtute dæmonis, aut uirtute spiritusſncti, quid autem horum sit, non debetis mihi detrahere. Et primo prosequitur primam. Secundo, secundam ibi. [Si autem &c.] Dicit ergo. [Si ego &c. filii uestri in quo eiiciunt &c.] Hieronỹ. exponit dupliciter. Vnomodo de exorcistis, de quibus habetur, Act. 19. quòd quidam exorcistæ eiiciebant dæmonia in nomine Iesu Christi. Vnde si ego in beelzebub &c. filii uestri &c. q. d. filii uestri eiiciunt. Si ergo de his non calumniamini, nec de me debetis calumniari. Ideo accipitis personam. Vnde [iudices uestri erunt.] Quod ego eiicio in uirtute dei, ideo ipsi iudicabunt, sicut infra de regina austri quòd ipsa iudicabit. Vel potest exponi de Apostolis. Filii uestri, idest Apostoli, Appellat autem eos filios eorum, & non discipulos, ut magis moueantur ad eos. Item ut derogantes eis seipsos redarguant, quia si isti qui filii uestri sunt eiiciunt, similiter uos facetis, si prępararetis uos. Ideo quia isti sunt conscii quòd hoc facio a potestate mihi tradita, non in Beelzebub. [ideo iudices uestri erunt.] non solum comparatione, sed authoritate, sicut habetur infra. 19. Sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel &c. [Si autem ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in uos regnum dei] q. d. stultus est qui repellit a se quæ in bonum suum cedunt. hoc autem scilicet expellere dæmones, redit in bonum uestrum. Ibi ergo potestis colligere quod in spiritusſancto, quia digitus dei est spiritusſanctus, sic filius manus: nec tamen est ibi aliqua inuocatio, sed solum fit istud ex authoritate. Vnde si in spiritu dei &c. Sed quare dicitur eiectio dæmonum fieri in spiritusſancto. Quia ei amor & bonitas appropriatur, ideo repellere diabolum nulli bene ita conuenit sicut personæ spiritusſancti. [Peruenit in uos.] Luc. 17. Regnum dei in ꝛra uos est. Et quòd sit a Christo, potestis cognoscere, & hoc est uestra utilitas, ideo dicit [in uos.] Vel aliter regnum dei, idest, dominium dei in hominibus, infra ad Cor. 15. Oportet autem illũ regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius. Si ergo dæmones iam supediteri incipiunt, iam peruenit in uos regnum & dominium dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis &c. Hic ponitur tertia ratio, per quã dominus dicta Pharisęorum confutare intendit, & est argumẽtum ex his quæ accidunt erga homines, quia cum aliquis est potens in domo sua, non potest inde eiici, nec uasa eius diripi, nisi fortior superueniat, sed Christus spoliat uasa diaboli, expellendo eum ab hominibus in quibus est ut in uasis propriis. ergo Christus fortior est eo. Et hanc rationem ponit sub his uerbis. [Fortis.] Iste est diabolus qui fortis dicitur ex uirtute. Iob 41. Non est potestas quæ huic ualeat comparari. Et fortior efficitur per consensum, quia qui consentit dat uires supra se. Esa. 19. Pugnabit uir contra fratrem, ciuitas contra ciuitatem, & tradam Aegyptum in manu dominorũ crudeliũ. Domus ista est mundus, uel congregatio peccatorum, non quia mundum creauit, sed quia consentiendo obediuit. Vnde Io. 12. Dicitur Princeps huius mundi. Vasa eius sunt homines. Vas dupliciter accipitur. Vas alicuius quod plenum est illo, ut dicitur uas aquæ, quia plenum est aqua, uel uas olei quia plenum est oleo, sic aliqua uasa diaboli, quia pleni diabolo, & hoc secundum corpus, ut obsessi a diabolo. Secundum animam uero illi quorum corda sunt in plenaria uoluntate diaboli, ut dicitur de Iuda. Aliquando uasa dicuntur quælibet instrumenta ad quodcumque officium deputata, unde dicuntur uas diaboli qui occasionem peccandi alii tribuit. Et quocumque modo sumatur diripit Christus uasa diaboli. Ad Colo. 2. Expolians principatus & potestates, transduxit confidenter palam triumphans illos in seipso &c. Hoc tamen non sufficit, nisi alliget fortem. Vnde [nisi prius alligauerit fortem.] Quæ est hæc alligatio? quia potestas nocendi, quam habet a seipso, cohibetur a deo. Vnde ex uirtute naturæ suæ potest. multa facere, sed ex uirtute dei cohibetur, sicut homo ligatus cohibetur ne impleat quod uult. Vnde psalm. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus. Et tunc domum eius diripiet, quia eo ligato homines ligati disrumpentur. Esa. 49 Captiuitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit a robusto saluabitur. [Qui non est mecum, contra me est.] Hic ponitur quarta ratio, & hic dat firmitatem omnibus. Posset enim aliquis dicere. Si per uictoriam auferres, posset procedere ratio, sed non facis per uiolentiam, sed per passionem, ideo non est signum quòd alligaueris. Ideo ponit quartam rationem. Ratio talis est. Quæ conueniunt in uno aliquo, opus simile habent: unde qui opera similia faciunt, non se adinuicem impediunt. Sed ego contraria opera facio eis. Ideo qui non est mecum &c. Primo ponit rationẽ in generali. Secundo exemplificat in speciali. Dicit ergo. [Qui non est mecum &c.] Et diabolus apparet quòd non est mecum, quia contrarius est operibus meis. Primę ad Cor. 6. Quæ conuẽtio Christi ad Belial. Quòd autem sit contra eum habetur, Ecc. 33. Contra uitã mors, & contra uirum iustum peccator, sic contra hominem diabolus, qui est pater peccati. Sed in quo contrariatur ei? [Et qui non congregat mecum, spargit.] dominus enim congregat. Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit eos, fœtas ipse portabit. Diabolus autem dispergit. Vnde Ioan. 10. Lupus rapit & dispergit oues. Sed Luc. 9. Habetur qui non est aduersus uos, pro uobis est &c. Hic autem dici uidetur contrarium. Chrysosto. dicit quòd utrumque particulariter dictum est: unde non intelligitur uniuersaliter, sed in casu & specialiter quòd qui non habet pactum mecum, contra me est. Vnde ibi uocabat discipulos, hic diabolos. Vel aliter possumus dicere, quòd aliter est de deo & de homine. Constat quòd deus naturalis est finis in quem omnia tendunt, ideo qui non est cum deo, oportet quòd sit separatus ab eo. Vnde 3. Regũ. 18. Vt quid claudicatis in duas partes. Si dominus est deus, sequimini eum. Sed de homine ad hominem non est ita, quia qui non est pro me, non propter hoc contra me est. [Ideo dico uobis, omne peccatum & blasphemia &c.] Postquàm confutauit dictum ipsorum, hic inuehitur contra eos. Primo ex grauitate peccati. Secundo ex mala intentione. Tertio ex futuro iudicio. Secunda, ibi [Aut facite &c.] Tertia, ibi. [Dico autem uobis &c.] Circa primum facit duo. Primo præmittit quasdam sententias generales. Secundo explicat, ibi. [Et quicunque &c.] Dicit ergo. Ita factum est sicut dicitis. [Ideo dico &c.] Et ponit duas sententias. Primo de remissione generaliter peccati. Dico [Omne peccatum] scilicet facti,] & blasphemia] scilicet dicti

[remittetur

[remittetur hominibus]ſcilicet ſi pæniteant. Vnde in Pſal.102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. Et alibi. Pſal. 31. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Et in hoc deſtruitur opinio Nouatii, qui dicebat quòd non omnia peccata ſint remiſſibilia. hic autem dicitur quòd omne peccatũ eſt remiſſibile. Secundo ponit ſpeciale qd non remittitur dicẽs [Spiritus autẽ blaſphemiæ non remittetur] ideſt, uoluntas blaſphemandi, ſcilicet, quando ex certa malitia blaſphemat. Et hæc dicta ſunt generaliter. Deinde accedit ad ſpeciem, et exponit, & primo primũ dictum exponit. Ita dictum eſt, quòd omne peccatum &c. Et q̃ hoc ſit uerum, oſtendo de iſto, quia blaſphemia quæ eſt contra filium, remiſſibilis eſt. Vnde [quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei] ſcilicet ſi pæniteat. [Qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum uerbum, non remittetur ei neq; in hoc ſęculo, neque in futuro.] Et ut dicit Auguſt. Hæc uerba ita ſunt difficilia, quòd non ſunt fortiora uerba in euangelio. Dicendum ergo, quòd triplex eſt modus exponendi. Quidam exponũt ad literam, quia ipſi uidebant ipſum miracula facientem, & opera ſpirituſſancti, & dicebant eum habere ſpiritum immundum, ideo blaſphemabant contra Spiritum ſanctum. Et in hoc diuerſa eſt expoſitio. Quidam dicunt quòd utrũque debet referri ad perſonam filii. Sed in filio duplex eſt natura diuina, & humana, & ſecundum diuinam, & ſpiritus eſt, & ſanctus eſt. Vnde filius dicitur ſpirituſſanctus non ſecundum quòd ſumitur in rationeuniuocabuli, et ſic exponit Hylarius. Et eſt ſententia. Quicumq; dixerit uerbum contra filium, & contra humanam naturam, motus ex infirmitate, habet excuſationem, ſed quicumque dixerit contra diuinam, hoc non habet rationem ueniæ. Alii exponunt de ſpirituſſancto ſecundum quod eſt tertia in trinitate perſona. Vnde quicumque dixerit contra filium hominis, ideſt humanam naturam, remittetur ei. Sed qui contra ſpirituſſanctum operantem, hic non habet ueniam. Hæc uidetur plena expoſitio, & hanc uidetur dicere textus. Sed Auguſtin. obiicit ſic. Conſtat quòd omnes Pagani blaſphemant, quia non credunt ſpiritumſanctum eſſe in eccleſia. Item multi ſunt hæretici, & tamen iſtis non præcludit uia ueniæ. Item multi iudæi, &c. Sed poſſet aliquis dicere, intelligendum eſt poſt acceptam fidem. Sed ad hoc, ſi hoc ſic eſt, eſt ne neganda ei pœnitentia, ſi pæniteat. Item non dicit, quicumque Chriſtianus, ſed generaliter, quicumque. Quomodo ergo ſolus erit. Auguſt. Soluit dupliciter. Vna eſt expoſitio in ſermone domini in monte, & illam retractat. Aliam uero ponit in libro de uerbis domini. Vnde intelligere debetis, quòd peccatum in ſpiritumſanctum non dicitur blaſphemia Spirituſſancti, ſed accipitur ex modo peccandi. Spiritui ſancto attribuitur bonitas, charitas & amor, bonitati malitia reſpondet, charitati inuidia. Si quis ergo cognoſcens ueritatem ex malitia deroget ueritati, peccat in ſpiritum ſanctum. Item ſi aliquis uideat opera ſanctitatis in aliquo, & ex inuidia deroget, inuidia enim ſanctitatis non perſonæ peccatum irremiſſibile eſt, non quia impoſſibile ſit quòd remittatur, ſed quia tanta labes eſt peccati, quòd ex diuina iuſtitia ſit quod non pœniteant. Vnde illi qui dicebant quòd in Beelzebub dæmonia eiiciebat, non peccabant in ſpiritum ſanctum, ut ait Auguſt. quia ad profundam malitiam non uenerant &c. Sed hoc incœpit dicere, non quia hoc facerent, ſed ut ipſi qui incœperant, cauerent ne ad hunc ſtatum uenirent, hunc ſenſum reprobat & retractat Aug. quia ſic eſſet aliquis ſtatus, pro quo non eſſet orandum, quod non eſt uerum in uia. Ideo aliter exponit in libro de uerbis domini, & eſt talis. Notate quòd non dixit, quicumque dixit uerbum blaſphemiæ, ſed uerbum, infinite ſed tale quod infinite ponitur, non uniuerſaliter tenetur, ſed aliquando particulariter, ut Io. 15. Si non ueniſſem, & locutus non fuiſſem eis, peccatum non haberent, non ſimpliciter ſiue uniuerſaliter, ſed non haberent peccatum infidelitatis. Ita ſimiliter qui dixit uerbum non quodcumque uerbum, ſed tale uerbum eſt, quod ſi dicatur, irremiſſibile eſt. Quod autem ſit illud, dicit Auguſtnus. ſpirituſſanctus charitas eſt, per quam mẽbra eccleſiæ capiti Chriſto uniuntur, & omne peccatum remittitur per ſpiritumſanctũ. Quod & ſi remittit tota trinitas, tamen ſpiritui ſancto appropriatur propter amorem. Ille ergo qui habet cor impœnitens, loquitur contra ſpiritumſanctum. Vnde ipſa impœnitentia opponitur charitati ſpirituſſancti. Vnde non quicumque quodcumque uerbũ dixerit, ſed iſtud uerbum, ſcilicet uerbum impœnitentiæ, & iſtud

eius diripere, niſi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit. Ideo dico uobis, omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur.

Et quicumque dixerit uerbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritũ ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius

F irremiſſibile eſt. Et dicit uerbum, non uerba, quia conſuetudo eſt in ſcriptura, multa uerba, unum uerbum dicere. Vnde in Eſa. Dominus ſæpe dicit. Dices uerbum meum, licet & multa uerba ei diceret, unde non contradicit quod dictum eſt ſupra, ibi [Dico uobis, omne peccatum, & blaſphemia &c.] Quia qui contra ſpiritumſanctum, dixerit uerbum, blaſphemat. Vnde quidã magiſter interrogatus. Quid eſſet peccatum in ſpiritumſanctum dixit. Impœnitentia theſaurizat ſibi iræ. Sed quid eſt quòd nõ remittitur neque in hoc ſæculo, neque in futuro? Numquid aliqua peccata remittentur in futuro? Aug. dicit quòd non. Ergo nõ dicitur quòd aliqua in præſenti, & alia in futuro remittantur: ſed ideo quòd ſic hic remittitur peccatum, ut ualeat in futuro, uel aliter. Quia quædam peccata ſcilicet mortalia in præſenti remittũtur, ſed alia ſcilicet uenialia in futuro, ſicut ſi aliquis moriẽ in aliquo ueniali, conſtat quòd remittatur. Vnde aliqua miſericordia erit in futuro, quia tunc adhuc erit uiator. Chryſoſt. ualde plane exponit & dicit, quòd hic loquitur de duplici blaſphemia contra filium hominis & ſpiritumſanctum. Iſti blaſphemabant filium hominis, quia dicebant quòd potator erat uini. Item alii eorum blaſphemia erat contra ſpiritumſanctum, quia dicebant quòd in ſpiritu dæmoniaco eiiciebat dæmones. De prima habebant excuſationem, quia non ſciebant. Sed de hoc quòd contra ſpiritumſanctum dicebant, non habebant excuſationem, quia ſciebant per ſcripturas, et ideo non remittetur. Sed quidẽ quod dicit, neque in hoc ſæculo, neq; in futuro. Dicitur hoc, quia aliq̃ peccatũ puniẽ in hoc ſæculo, aliquod in alio, aliquod hic, & ibi. Quoddam in hoc ſæculo tantum, ut pater in pœnitentibus. Quoddam in futuro tantum, ut illi de quibus dicitur Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, quod uero hic & in futuro, eſt peccatum in ſpiritumſanctum. Vnde [nõ remittetur neque in hoc ſęculo.] Nõ quia fiat remiſſio in futuro, ſed quia pœna erit in futuro. Vnde ſenſus eſt quòd non remittetur quin pœnam patiatur in hoc ſæculo, & in futuro. Sic loquuntur ſancti de peccato iſto. Notandum autem quòd magiſter in ſententiis. diſt. 43. lib. 2. Ponit diſtinctionem, & aſſignat ſex ſpecies peccati in ſpiritumſanctum. Deſperationem, præſumptionem, impœnitentiam, obſtinationem, impugnationem ueritatis agnitæ, & inuidiam fraternæ gratię. Vnde dicuntur in ſpiritumſanctum peccare, qui contra appropriata ſpiritui ſancto peccant. Patri appropriatur potentia, filio ſapientia; ſpiritui ſancto bonitas. Ille ergo in patrem dicitur peccare, qui ex infirmitate peccat. Ille in filium qui ex ignorantia. Ille in ſpiritumſanctum qui ex malitia. Sed ſciendum quòd peccare ex malitia eſt quando uoluntarie peccat, quod eſt ex certa malitia. Et hoc dupliciter, uel quia habet inclinationem ad peccatum, uel quia non habet. Quando enim aliquis homo peccata committit multa, ex hoc relinquitur in eo habitus peccandi, & ſic peccat ex electione. Item aliquis peccat, quia remouetur id per quod retrahebatur a peccato. Retrahitur autem a peccato per ſpem uitę ęternę. Vnde qui non ſperat in uitam ęternam, peccat ex certa malitia. Ad Eph. 4. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitię. Vnde qui peccat ex inclinatione, peccat in ſpiritumſanctum, ſcilicet ex hoc quod recedit ab eo quod retrahit a peccato. Hoc autem fit ſex modis. In deo enim ſunt miſericordia, & iuſtitia. Ex contemptu miſericordiæ, fit deſperatio. Ex contemptu iuſtitię præſumptio. Item ex parte auerſionis, quia conuertit ſe ad bonum fragile, ſic fit obſtinatio. Item a parte auerſionis, quia non proponit ad deum reuerti fit impœnitẽtia. Item ex parte remedii ſcilicet ſpei & charitatis, fit impugnatio ueritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ dilectionis. Hęc ſunt peccata in ſpiritumſanctum. Si ergo ſit impœnitentia actualis, ſic non remittitur, non quia non remittatur omnino, ſed quia non facile remittitur, quia nõ habet aliquam rationẽ remittendi, ſed ex ſola gratia dei, ut ſi aliquis habeat febrem, ut pote tertianam, habet unde ſanari poteſt, ſed ſi habet emitriteum, non habet unde ſanari poſſit de ſe, quia non ſanatur niſi ex diuino adiutorio. ſequitur. [Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut &c.] Supra dominus conſutauit Phariſęorum ritum, prout erant contra ipſius opera loquentes, oſtendens grauitatem peccati, nunc contra ipſos dicens, prauam eius eſſe doctrinam. Et primo ponit ſimilitudinem. Secundo adaptat. Tertio rationem aſſignat. Secunda, ibi. [Progenies &c.] Tertia, ibi. [Ex abundantia cordis &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit ſimilitudinem. Secundo inducit probationem, ibi [Ex fructibus eorum &c. Dicit ergo. [Aut facite &c.] Iſtud dupliciter exponitur. Vna expoſitio ſecundum Chryſoſt. & Hieron., alia ſecundum Aug. Secundum Ioan. Chryſoſt. ſic exponitur. Vult oſtendere uituperationem eorum eſſe rationabilem, unde comparat actus ad uitam, ſicut fructus ad arborem. Si aliquis uidet fructum bonum iudicat arborẽ eſſe bonam, ſimiliter conuerſo ſi malum. Iſti uidebant actus Chriſti puta expellere dæmones, & hoc erat bonum, ideo uale de irrationabile eſt quod dicitis. Et optime procedit ab effectu in cauſam, ut dicit Apoſtolus Ro. 1. Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciũtur &c. Vnde uult dicere, Aut uos ſcilicet phariſei facite ideſt concedatis, quia ſi fructus bonus eſt, quòd arbor bona eſt: aut facite ideſt dicite quòd fructus malus eſt, & ita arbor mala. Et hoc non poteſtis dicere. Auguſt. autem refert ad intentionem. Iſti dicebant quòd in Beelzebub dæmonia eiiciebat. Vult ergo oſtendere ex qua radice hoc proceſſerit, quia ex malitia cordis, ideo dicit. Aut facite. Hic ponuntur duo, unum meritorium ut fiat, facite, &c. Et date operam & ſtudium ut ſitis arbor bona, quod non poteſt homo ſine præparatione. Vnde facite ut ſitis arbor bona, & tunc erit fructus bonus, & uerba bona. Quod autem ſequitur eſt ut caueant ſcilicet, aut facite &c. Aut ſtudebitis malitiæ, & ſic eritis arbor mala & fructus malus. Hiere. 2. Ego plantaui te uineam meam electam, quomodo conuerſa es mihi in prauum uinea alienа &c. Secundum autem utramque lecturam conuenit probatio quæ ſequitur. Si quidem ex fructu arbor cognoſcitur &c. quia per fructum bonum bona, per fructum malum mala. [Progenies uiperarum &c.] Et hoc diuerſimode ſubditur præmiſſis ſecundũ diuerſas expoſitiones, ſecundum Aug. eſt quædam applicatio ad propoſitum ſic, dictum eſt, Aut facite &c. Et uos facitis malum. Vos eſtis arbor mala, & quia arbor mala, mala facitis, quia nõ poteſtis bona loqui. Secundum expoſitionem aliorum oſtendit ex quo procedat hæc malitia, et uocat phariſæos progenies uiperarum, quia qui a pueritia malitiam habent, firmius tenent, ideo malitia uiperę dicitur malitia eorum. Prouer. 22. Addoleſcens iuxta uiam ſuam cum ſenuerit non recedet ab ea. Ideo pluries qui parentes habent malos, promptiores ſunt ad malum. Hier. 14. Cognouimus iniquitates patrum noſtrorum. Vnde bonũ eſt quòd homo a conſuetudine ſubdat ſe bono operi. Item natura ſerpentum eſt quòd cum lingua uenenum eiiciunt, ſic malt faciũt. Iob. 20. Occidit eum lingua uiperę. Et in pſal. 139. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, ideo dicit. [Quomodo poteſtis bona loqui.] Non dicit bona facere, ſed loqui, quia filii eſtis uiperæ quæ nocet lingua, ideo cum ſitis imitatores patrum ſceleris, quomodo poteſtis bona loqui, q.d. non poteſtis. Et aſſignat rationem. Et primo in generali. Secundo in ſpeciali. ibi [Bonus homo &c.] Dicit ergo. Ita non poteſtis loqui. Vnde? [quia mali eſtis.] quare? [quia ex abundantia cordis os loquitur] quia uox eſt ſignum intellectus. Dicit ex abundantia cordis, quia ſecundum Chryſoſt. Cum aliquis ex malitia loquitur, ſignũ eſt quòd maior malitia ſit in corde, quia de hoc quod intus retinet, nullum timet. Dum ergo aliquid ex malitia profert, ſignum eſt quòd magis ſit intus, quod proferre non audet. ideo dicit. Ex abundantia cordis, &c. Et ex abundantia malitiæ interius os loquitur, et hoc eſt in bono, & in malo. Vnde Hie. 20. Factus eſt ſermo domini in me quaſi ignis &c. Item in malo ſimiliter, quia aliqui ex malitia concipiunt aliquid quod non poſſunt retinere. Iob. 32. Coarctat me ſpiritus uteri mei &c. [Bonus homo de bono theſauro. &c.] Quod dixerat ex abundantia cordis &c. exponit in particulari. Verbũ quod egreditur de cogitatione eſt ſicut donũ quod egreditur de theſauro. Vnde ſi cogitatio eſt bona, uerbum eſt bonum, & econtrario. Bonus theſaurus eſt ſcientia ueritatis, & timor domini. Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia, timor domini ipſe theſaurus eſt. Item, malus theſaurus eſt mala cogitatio, & de hoc non procedit niſi malum. Prouer. 10. Nil proderunt theſauri impietatis. Vide te] quod de uerbis ibi dicitur, iſtud etiam intelligitur de operibus. Sicut enim cogitatio eſt radix ſermonis, ita intentio operationis, ideo ſi intentio eſt bona, opus eſt bonum. Vnde ibi Glo. Tantum facis, quantum intendis. In bono uidetur habere inſtantiam. Ponatur quòd aliquis uelit furari ut det eleemoſynam, actus eſt malus, & intentio bona. ergo &c. Dico intentio, & uoluntas quãdoque diſtinguuntur, quando ſcilicet in uno & eodem aliud eſt uoluntas, & intentio. Voluntas eſt de obiecto uolito, intentio de

A fine: uoluntas eſt ſicut ſi uolo ire ad ueritatem ut uideam tranſeuntes, hæc eſt intentio quaſi extra tentio, unde oportet quod uoluntas & intentio unum ſint. Vnde poſſumus large conſiderare intentionem, & uoluntatem, et ſic in iſto. Si uoluntas eſt mala, actus eſt malus: ſi ſi excludatur, & ſumatur proprie, nõ eſt uerũ, ſed poſito quòd intẽtio & actus uoluntatis unum ſint, quid inde? eſt dicendum, q̃ principalitas meriti conſiſtit circa charitatem, ex conſequẽti circa meritum alia rum uirtutum. Meritũ enim reſpicit præmium eſſentiale penes quod conſideratur charitas. Sic unũ quodque opus quod in maiori fit charitate, magis habet demeritũ, ſola charitas habet deum pro obiecto & fine. Vnde meritum charitatis reſpondet præmio ſubſtantiali, meritum aliarum uirtutum præmio accidentali. Quia igitur charitas informat intentionem, quanto aliquis ex maiori charitate aliquid intendit, tantum facit, ſed quantum ad præmium accidentale non. [Dico autem uobis &c.] Dominus iſtos reprehendit propter grauitatem peccati, & propter malitiam eorum, nunc propter futurum iudiciũ quod fide tenemus. Dicitur enim Iob. 19. Fugite a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius eſt. Et ſcitote eſſe iudicium. Eccleſias. 12. Cuncta quæ fient adducet dominus in iudicium pro omni errato. ſiue bonum, ſiue malum ſit. Item 2. ad Corinthios. 5. Omnes enim nos oportet manifeſtari ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque &c. Vnde ibi erit examinatio, quia reddet unuſquiſque rationem de factis ſuis, ideo addit etiam de uerbis, dicens. [Dico autem uobis de omni uerbo &c. Et hoc dicitur Sapien. 1. Qui loquitur iniqua, non poterit latere. Et ſubditur quòd ſermo obſcurus in uacuum non ibit. Sed quid eſt quod dicit [de uerbo ocioſo.] Verbum ocioſum dupliciter dicitur. Vno modo, omne uerbum malum dicitur ocioſum, quia illud dicitur ocioſum, quod non conſequitur finẽ, ſicut ſi aliquis quærit hominem, & non inuenit, dicitur ocioſe quæſiſſe. Verbum autem datur ad inſtructionem. Quando ergo proficit, non eſt ocioſum. Ad Eph. 4. Omnis ſermo malus ex ore ueſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus &c. Et ſecundum Chryſoſto. Reſpicit ad propoſitum, quia dixerant quòd in Beelzebub &c. Iſtud uerbum erat perniciosum, ideo dicitur ocioſum, ſecundum Hieronymũ. Differt quidem perniciosum & ocioſum, quia perniciosum eſt quod nocumentum infert, ocioſum uero quod non affert utilitatem. Gregor. dicit quòd ocioſum dicitur, quod caret pia utilitate, uel neceſſitate. Vnde quodlibet uerbum quod profertur leuiter, dicitur ocioſum niſi habeat piam utilitatem, uel piam neceſſitatem. Sed conſtat quòd iſti dixerunt uerbum perniciosum. Quare ergo non facit mentionem niſi de ocioſo? quia uult arguere a minori, quia ſi de ocioſo oportet reddere rationem, multo magis de pernicioſo. Deinde oſtendit rationem. [Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis &c.] In iudicio mundi aliquando innocentes puniuntur, & mali liberantur, quia iudicium ſit ſecundũ dicta teſtium. In iudicio dei ex homine ipſo ſeipſum accuſante, ſcilicet ex ſui confeſſione. Vnde ut non credas, quòd iudiceris per ea quæ alii dicent de te, ſed per ea quæ tu dices de te, ideo dicit. [Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. &cæt.] Sicut infra 25. Ex ore tuo te iudico ſerue nequam.

malum. Siquidem ex fructu arbor agnoſcitur. Progenies uiperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro proferit bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem uobis, quoniam omne uerbum otioſum quod locuti fue-

rint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.

c Tunc reſponderunt ei quidam de ſcribis, & phariſæis dicentes. Magiſter, uolumus a te ſignum uidere, qui reſpondens ait illis. Generatio mala & adultera ſignum

B quærit, & ſignum non dabitur ei

c ¶ Supra dominus confutauit detrahentes ſuis miraculis, & doctrinæ, hic arguit tentantes. Et hic duo facit. Primo ponitur interrogatio tentatiua: ſecundo reprobatio, ibi [Reſpondens &c. Dicitur ergo. [Tunc reſponderunt.] Hoc eſt poſtquam multa miracula uiderant, & poſtquàm multa uerba ſapientiæ audierant, ita quòd impletum eſt in eo quod dicitur Eccleſ. 22. Cum dormiente loquitur qui narrat ſtulto ſapientiam. [Magiſter uolumus a te ſignum uidere.] Magiſter dicunt tentando. Pſalm. 27. Loquuntur pacem in ore ſuo, mala autem in cordibus eorum. [Volumus &c.] Nonne multa ſigna uiderant? Ita, ſed alius euãgeliſta ſic exponit dicens. Volumus ſignum de cælo uidere, ſicut legitur lib. 1. Regum cap. 12. Quòd Samuel fecit tonitruum: et Helias qui fecit ignem deſcendere. 4. Reg. 1. Proprium enim iudæorum eſt ſignum petere, ut habetur. 1. ad Corinthios. 1. Iudæi ſignum petunt. Sed cum ſigna dediſſet terrena, non credebant, etiam ſi daret cæleſtia non crederent. Joañ. 3. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo ſi dixero cæleſtia credetis. [Qui reſpondens &c.] conſequenter repellit eos, & duo facio

cit, Primo petitionem negat. Secundo indignitatem ostendit, ibi [Viri Ninuite.] Primo designat quod quærebant: secundo denegant. Dicitur ergo, [Qui respondens &c.] Generatio mala &c. Malos enim dicit quia insidiatores erant. Dicitur quia malus quia nocet proximo. Generatio ergo mala, & iniqui filii dicitur adultera generatio Esa. 57. Vos autem accedite huc filii augurarricis, semen adulteri, & fornicariæ. Ita ergo ista generatio iniquitati subiecta. [Signum quærit, sed non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ.] Esa. 7. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni siue in excelsum supra &c. Petebant ergo signum de cælestibus, sed non erant digni uidere. Hoc enim dedit Apostolis suis, qui uiderunt eum ascendentem, qui gloriam dei uiderunt in monte. Sed illis non dabitur nisi signum in inferno, quantum ad animam, & de terra, quantum ad corpus. Vnde non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Vnde signatur mors Christi, & ostenditur charitas dei, sicut dicit Apostolus, ad Rom. 5. Cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est &c. Item ostenditur potestas resuscitantis, ut habetur, 1. ad Corinthio. 15. Et hæc sunt signa eorum quæ in nobis esse debent. Per mortem Christi significatur nobis quod nos mori debemus peccato, per resurrectionem uero quòd nos debemus a peccato reiurgere. [Et sicut Ionas fuit in uentre ceti, &c.] scilicet secundum ueritatem, [sic filius hominis erit in cordæ terræ.] Et in hoc confunditur error Manichæi dicentis quòd non in ueritate mortuus est. Et dicit in cordæ terræ, quia sicut cor hominis est in profundo, ita Christus in profundo terræ, uel in cordæ terræ idest in corde terrenorum, & discipulorum qui desperabant de eo, ut habetur Luc. vltimo capit. Nos autem sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel. [tribus diebus, & tribus noctibus.] Sed hic est quæstio literalis. Videtur hoc esse falsum, quia hora nona expirauit, & sepultus est in uespere, resurrexit autem in mane tertiæ diei. Dicit Augustinus. quòd aliqui uolunt dicere quod computanda est hora qua positus fuit in cruce. Vnde primam noctem dicunt illam tenebrositatem quæ apparuit, secunda fuit nox diei ueneris, tertia, diei sabbathi. Sed secundũ Augustinum, non ualet: posset tamen non suppetere, si tota die Dominica fuisset in sepulchro. Ideo aliter dicendum, quòd dies naturalis pro die, & nocte, sumitur pro spatio 24. horarum. sed sicut dicit Augustinus in scriptura aliquando sumitur pars pro toto. Sic ergo dicendum, quòd Christus per synecdochen fuit tribus diebus, & tribus noctibus in sepulchro, quia sexta feria pro tota die, & etiam pro præcedenti nocte sumitur. De die uero secunda non est dubium, tertia uero nox pro nocte, & die sequenti. Tamen si secundum ueritatem inspicimus fuit duabus noctibus, & uno die integro, ad signandum quòd suum simplum destruxit nostrum duplum. In nobis erat pœna & culpa, in eo pœna solum, ideo &c. [Viri Niniuitę &c.] Hic ponit indignitatem. Hic est quæstio literalis. Nonne multa miracula fecit? nonne Lazarum resuscitauit, & multa alia? Quid est ergo, non dabitur &c. Respondeo, non dabitur tale signum quale petebant, uel non dabitur signum ad utilitatem eorum. Sciebat enim quòd non reuerterentur, quia indurati erant. Sed signa fecit propter fideles, & electos, quales post multi fuerunt. Viri Niniuitæ, &c. Hæc est indignitas. Et primo præferuntur gentiles: secundo ponitur ratio, ibi [Cum autem immundus &c. Videre. Aliquis est bonus uel quia non peccat, uel quia pœnitet. Primo ergo præfert eos qui pœnituerunt scilicet gentiles: secundo qui peccatum non fecerunt, ibi [Regina austri &c.] Comparauerat dominus resurrectionem suam Ionæ: ideo possent credere quòd istis accideret sicut Niniuitis qui liberati sunt, sed isti non solum non fuerunt liberati, sed fuerunt etiam dispersi. [Vnde uiri Niniuitæ surgent.] In uerbis istis excluditur unus error Iudæorum quòd resurrectio erit ante iudicium, & quòd in medio reædificabitur Hierusalem. Et adducunt pro se quod dicitur. Esa. 25. Faciet dominus in monte hoc conuiuium pinguium. Alii dixerunt quòd iusti & martyres resurgent ante alios per mille annos, & adducunt pro ipsis quod dicitur Apoc. 20. Vidi Angelum, &c. Et sequitur, & apprehendit draconem serpentem antiquum qui uocatur diabolus, & ligauit eum ut non amplius gentes decipiat, donec consumentur mille anni. Vtrumque excluditur cum dicit. [Surgent cum generatione ista.] Simul boni, & non boni, & condemnabunt, comparatione non authoritatę, quia inter condemnando resurgent. Ezec. 5. Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras: contempsit iudicia mea ut plus fecit impia quàm gentes, & præcepta mea ultra quàm terrę quæ in circuitu eius sunt. Et in quo condemnabunt? [Quia pœnitentiã egerunt] isti uero noluerunt facere pœnitentiam. Dominus incœpit prædicationem suam a pœnitentia. Ioannes similiter, & non audierũt. Hier. 8. Nullus ē qui agat pœnitentiam super peccato suo. Item illi fecerunt pœnitentiam in una prædicatione Ionæ. Iesus autem multas prædicationes eis fecerat, & tamen non sunt conuersi. Ioan. 15. Si opera non fecissem quę nullus alius fecit, peccatum non haberent. Item conuersi sunt in prædicatione unius Prophetæ, sed isti non solum habuerunt Prophetam, sed filium dei. Vnde habetur Hebr. 1. Multifariãe multisque modis olim deus loquens patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit hæredẽ uniuersorum per quem fecit, & sęcula &c. Nouissime autem locutus est nobis in filio, & sequitur. [Ecce plusquàm Ionas hic.] ut habetur ad Hæbr. 3. Amplioris gloriæ enim iste præ Moyse dignus est. ergo Niniuitæ præferuntur quia pœnitentiam egerunt. [Regina austri &c. Et condemnabit eam] scilicet in sapientia quã isti noluerunt recipere. De ista habetur. 3. Reg. 10. quòd uenit audire sapientiam Salomonis. Per istam signatur ecclesia ex fidelibus. Psalm. 44. Astitit regina a dextris tuis inuestitu deaurato, circundata uarietate &c. Regina dicitur, quia regere se debet. Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo &c. Et dicitur austri ratione spiritus sancti. Cant. 4. Surge aquilo, & ueni auster per sta hortum meum &c. Ista regina surget in iudicio cum generatione ista. Nota quòd non dicitur quòd non peccauerit, sed non fuit rebellis. quare? quia uenit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis sicut habetur 3. Regum 10. Et non oportuit quod uos uenireris a finibus terræ, quia hic est. Vnde [ecce plusquam Salomon hic,] quia illæ Rex temporalis erat, & peccator, iste uero innocens, & æternus. Dan. 7. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum æternum quod non corrumpetur. [Cum autem immundus spiritus exierit ab homine &c.] Ostendit supra gentiles esse potiores iudæis. Hic uult confirmare exemplo. Et primo ponit exemplum: secundo, adaptat, ibi [Sic erit &c.] Exemplum ponit de spiritu immundo. Notare debetis quòd aliquando ponitur exemplum ex re gesta, aliquando ex parabola. Et quando ponitur ex re gesta, oportet quòd unumquodque seorsum exponatur, ita quod utrumque indiget expositione sua, sicut hic positum est exemplum de Iona. Aliquando ponitur exemplum de parabola, ut dicitur, Simile est regnum cælorum, &c. Hic non oportet ponere quid sit in regno cælorum. Possumus ergo dicere secundum Hieronym. quòd sit similitudo, & parabola, & sic est unus sensus uel ex re gesta secundum August. Et sic est duplex sensus. Immundus spiritus exit ab homine dupliciter, quia hominem aliquando torquet corporaliter, aliquando spiritualiter: tertio quomodo pertineat ad propositum. Quatuor ergo dicũtur. Primo liberatio a spiritu immundo: secundo iterata uexatio: tertio grauitas: quarto secundæ uexationis occasio. Dicit ergo. [Si spiritus immundus.] Omnis res quæ commiscetur uilirei, immunda dicitur, quæ puriori, puriori, ut si argentum plumbo iungatur fit uilius, sic spiritus creatus, si adhæreat inferiori se, dicitur spiritus immundus. Et iste exit aliquando ab homine quẽ corporaliter uexat, aliquando quem spiritualiter, ut in baptismo. Consequenter ponitur iterata uexatio, & occasio. Et primo ex parte dæmonis. secundo ex parte eorum qui uexantur. Ex parte dæmonis, Primo quantum ad illos alios: secundo quantum ad istos. Hæc enim est consuetudo dæmonis quod non potest quiescere nisi noceat, quia ab initio peccatum dilexit. Vnde cum ab aliquo expellitur, quærit ubi uexet. Vnde dicit. [Ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit.] Vnde aliquando requiem non inuenit. In quibus autem inueniat dicit Iob. 40. Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Loca humentia sunt corda uoluptatibus dedita, loca arida sunt qui contemnunt uoluptates, qui a prosperitatibus declinant. Et de hæc. Ezech. Aruerunt ossa nostra & periit spes nostra. Dicit, ambulat, & explorat quemcumque hominem quẽ decipiat. Vnde pro hoc quod dicitur ambulat, solicitudinem ostendit 1. Petr. 5. Sobrii estote, & uigilate quia aduersarius uester diabolus tamquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Quærens requiem, & nõ inuenit nisi in locis humentibus. Ita fuit de tuderis quòd exiens a iudæis, iuit ad gentiles qui aridi sunt ab humore gratiæ diuinæ, sed non inuenit requiem, quia expulsus est quia uerbum dei receperunt. [Fuĕ dicit. Reuertar &c.] Ex uerbo isto potestis colligere quòd si diabolus, aliquando expellitur ab aliquo, quia agit pœnitentiã, non tamen, totaliter dimittit eum: sicut de Christo, legitur Luc. 4. quòd dimisit ad tempus, hoc ergo est intelligendum, ut semper solicitisint homines ne reuertatur. Et hoc est quod dicit. [Reuertar &c. Et ueniens inuenit eam uacantem.] Hic ponitur occasio ex parte eius qui secundo affligitur. Si uolumus ad iudæos retorquere, planum est quadiem expelleretur a gentibus rediit ad iudæos. Vnde triplex ponitur occasio. scilicet, ociositas. Vnde dicit uacantem Eccles. 33. Multam malitiam docuit ociositas. Ideo Hieronym. semper aliquid boni facito ut ne diabolus inueniat occupatum. Vnde uacantem idest ociosum. Item. 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha sua [scopis mundatam.] quia quod mundatur scopis, non mundatur nisi quia leuiter adhæret. Vnde idem est scopare quòd leuiter mundare, & inde scopatio imperfecta mundatio. Item [ornatam] & hoc est superficialis ornatus. Mundatio perfecta debet cũ igne fieri, sicut habetur in lege, quòd uasa igne debebant mundari. Itã illud quod ornatur, aliam habet ex se pulchritudinem, aliam ex ornatu tantum, de qua in Psalm. 103. Filiæ eorum compositę circumornatæ ut similitudo templi &c. Sed quiuolunt esse securi debent habere pulchritudinem interiorem. Psalm. 44. Omnis gloria eius filię regis ab intus, in fimbriis aureis, circumamicta uarietatibus, &c. Sed quando fit ornatus solum in exterioribus non relinquitur a dæmonibus. Ita est de iudæis, quianihil seruabãt sabbatha in quibus magis uacabant a bonis quàm a malis. Item totam eram ponebant in minimis legis. [Tunc uadit, & assumit septem alios spiritus &c.] Hic ponitur de secunda uexatione grauiori, & ostenditur grauior. Primo quantum ad numerum, secundo quantum ad durationem, tertio quantum ad effectum. Quantum ad numerum, [quia assumit septem.] Secundum Christę exponitur ad literam, quia cum aliquis cadit, & non cauet, tunc deterius accidit ei. Ioan. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. Secundum Augustinum, Assumit septem, & hoc dupliciter. Aliquando enim pœnitens agit pœnitentiam sed negligenter se habet, & tunc fit procliuior. Rom. 1. Propter quod tradidit illos dominus in reprobum sensum. Et per hoc quòd dicit septem, uniuersitas uitiorum signatur. Aliter secundum beatum Augustinum. Aliqui peccant aliquo peccato, & in statu pœnitentiæ addunt simulationem, & sicut septẽ sunt dona spiritus sancti, sic septem simulationes. Vnde primo erant uitia simplicia, tunc adduntursimulationes uitiorum quæ sunt deteriores, & dicuntur septem uel propter uniuersitatem uitiorum, uel propter sabbathum. Et qui hoc modo peccant fient perseuerantiores in malo. Vnde dicit. [Et intrantes habitant ibi.] quia inde recedere nolunt. Hier. 8. Populus in Hierusalẽ auersus est auersione cõtentiosa, apprehenderũt mendaciũ, & noluerunt reuerti. Si exponatur de iudæis patet qd habitat in eis & discedere ab eis nõ uult. [Et fiunt nouissima illius hominis, peiora prioribus.] Hic ponitur aggrauatio quãtũ ad effectum ad literam. Qui magis punitur, magis aggrauatur. Vnde 2. Pet. 2. Melius erat uiam ueritatis non cognoscere quàm post agnitionem retrorsum reuerti. Item quantum ad iudæos, quia peius egerunt blasphemando Christum quàm colendo idola. Ideo sequitur. Sic erit & generationi huic pessimę, quia deterius erit eis quàm unquam fuerit eis in Aegypto.

d. ¶ In parte præcedente dominus consuetauit aduersarios, nunc commendat discipulos credentes, &c. præsentia assumpta matris & fratrum. Primo ponitur præsentia: secundo denuntiatio, tertio discipulorum commendatio. Dicit ergo. [Adhuc eo loquẽte.] Sed hic est quæstio literalis, quare Luc. xii. Vbi ponuntur eadem uerba quæ dicta sunt; non ponuntur uerba quæ sequuntur sed subditur. [Factum est autem cum loqueretur, extollens uocẽ quædam mulier, &c.] Et ita uideur esse contrarietas. Soluit August. Quòd absque dubio ita dictum est ut Matthæus narrat, quòd adhuc eo loquente idest dum esset in narratione &c. Sed potest esse quòd contigerit quod Lucas dicit, & quod iste. Et potest esse quod Lucas præoccupet uel ad ordinem suæ memoriæ refert. [Ecce mater eius, & fratres stabãt foris &c.] De matre nulla dubitatio quin sit illa de qua dictum est 1. capitis. De fratribus autem potest esse quæstio. Et quia sit mentio de fratribus, ideo est occasio hæreticis quòd cum uirgo genuisset Iesum, Ioseph cognouit Mariam, & genuit inde filios, quod hæreticum est, quia post partum uirgo inuiolata permansit. Fuit etiam opinio quòd isti essent filii Ioseph, de alia uxore. Sed hoc nihil est, quia credimus quòd sicut mater Iesu fuit uirgo, sic Ioseph, qui uirginitatem uirginitatis commendauit, & sicut in fine, sic etiam, & in principio. Qui sunt ergo isti fratres? Hieronym. Dixi quod fratres dicuntur multis modis. Aliqui enim fratres natura sicut supra primo. Iacob genuit Iudam, & fratres eius. Aliquando fratres qui sunt unius gentis. Deut. 17. Non poteris constituere Regem qui non sit frater tuus. Aliquando religione ut omnes Christiani, ut infra 23. Et istud hoc inoleuit consuetudo quòd homines eiusdem religionis dicuntur fratres. Aliquando homines de una parentela, ut Iosue secundo, Dic isque mihi signum ut saluetis patrem meum, & matrem, & fratres. Aliquando omnes homines qui ab uno patre scilicet deo. Malach. 2. Numquid non est pater unus omnium? Numquid non deus unus creauit nos? Quare ergo unusquisque despicit fratrem suum? Nullo istorum modorum dicuntur hic fratres domini, idto uno modo dicuntur fratres, quia consanguinei. Vnde Gen. 13. dixit Abraham ad Lothi, fratres enim futuri quamuis Lothi nepos esset Abraham; Sic isti fratres erant, quia consobrini erant. Consequenter ponitur denuntiatio pœnitentiæ eorum. [Dixit autem quidã. [Ecce mater tua &c.] Quare hoc dixerit & quia necessitate exponitur in Luca, quia tanta erat multitudo quòd non poterant intrare. Mysticè per matrem significatur synagoga. vnde Cant. 3. Egredimini, & uidete Regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater sua. Et fratres idest iudæi qui foris stant derelinquentes Christum. Tob. 6. Fratres mei deseruerunt me, quærunt sed non inuenient, ut habetur Rom. Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. [At ille respondens &c.] Ponitur responsio Christi. Et duo facit. Primo confutat interrogantem: secundo commendat discipulos ibi. [Et extendens &c.] Dicit ergo ipse &c. [Quæ est mater mea &c.] Ex isto loco quidam negauerunt Christum sumpsisse carnem uere, sed phantastice. Vnde ex ponebant non est hæc mater mea neque hi fratres mei, quod est contra Apostolum ad Gal. 4. Misit deus filium suum factum ex muliere &c. Item ad Rom. 1. Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Item dominus est recognouit in Cruce, Mulier ecce filius tuus, ut habetur Ioan. 19. Gaudio sosto. Quare inquit dominus, quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei &c. Et dicit duo, quorum unum est sanum, aliud nõ. Dicit enim quòd mater, & fratres aliquid humanum passi sunt uidentes Christum prædicantem, & turbam sequentem, et admirationem habuerunt, ideo uolebant quasi quandam gloriam habere, ideo dominus uolut ostendere quòd illud quod faciebat, non habebat ex eo quod assumpserat ex matre, sed ex patre. Hæ possitio partim sana est. Nam quantum ad fratres sana est, quia sic habetur. Ioan. 7. Neque enim fratres eius credebant in eum, sed de matre domini non sana est, quia creditur quod nunquam peccauit nec mortaliter, nec uenialiter. De ea namque dicitur. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et Augustinus. Cum de peccato agitur nullam prorsus uolo de ea fieri mentionem. Soluit ergo aliter Hieronymus, quòd iste qui denuntiauit, insidiose denuntiauerat. Volebat enim exploratę ãsira intenderet spiritualibus quòd non curaret de temporalibus. Ideo affectui respondet. Vnde nec matrem plus dilexisse nisi plus spiritualitatis habuisse. Vnde dicit [quæ est mater mea?] Non eam matrem esse negat, sed intendit prohibere inordinatum affectum. Vnde supra 10. capit. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, &c. Consequenter ponitur commendatio discipulorum. Et primo commendat discipulos secundo uniuersaliter omnes credentes. Dicit ergo. [Et extendẽs manum in discipulos dicit, Ecce mater mea, q. d. plus diligo istos quàm affectus matris meæ uel fratres. Præponendus enim est affectus spiritussancti. Et non solum extendit ad istos, sed ad omnes. Vnde dicitur. [Quicumque fecerit uoluntatẽ patris mei &c.] Habebat enim generationem cælestem, & temporalem. Vnde præponit cælestem temporali. Illi enim qui faciunt uoluntatem patris mei, illi attinent ei secundum generationem cælestẽ. Vnde Ioan. 8. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Ipse enim

enim uenit ut faceret uoluntatem eius, ut habetur Ioan. 4. 5. & 6. [Frater] dicit. Quantũ ad firmiores. [Et soror] quantum ad debiliores. Sed quid est quod dicit. [& mater est?] Dicendum q̃ quilibet fidelis qui facit uoluntatem patris scilicet qui simpliciter obedir, ille frater est: quia similis est ei qui uoluntatem patris impleuit. Qui autem non solum facit, sed alios conuertit, generat Christum in aliis, & sic fit mater. Sicut e-cõtra occidit Christũ in aliis qui prouocat eos ad malum. Apostol. ad Gala. 4. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis.

dens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater soror, & mater est.

CAP. XIII.

SVPRA proposita est doctrina euangelica, & confutati sunt aduersarii. Hic ostendit uirtutem euangelicę doctrinæ. Et primo uerbis: secundo, factis in 14. c. Et circa primum. Primo ponitur circunstantiæ doctrinæ: secundo, Christi doctrina, tertio, effectus. Secũda, ibi. [Ecce qui exit &c.] Tertia ibi. [Intellexistis &c.] Et primo ponit quatuor circunstantias. s. locum, tempus, disponẽ audientium, & dispositionẽ loquentis. Tempus tangit cum dicit. [In die illo.] Ex quo datur intelligi q̃ tangit ordinem rei gestæ. Aliter. n. non posset intelligi, nisi ly, die, sumatur pro tempore. Deinde tangitur circunstantia loci. [Sedebat secus mare &c.] Et hoc potest exponi secundum expositionem literalem, & misticã. Literalem tangit Chrys. Quia. n. supra dixerat quod loquente eo ad turbas, dixit quidam. Ecce mater tua &c. Ibi exposuerat Chrys. Quòd aliquid humanum sensérant, ideo dominus uoluit exire, ut eorum. s. fratrum nequitiam reprimeret. Et exiuit etiam ut matri honorẽ deferret. Vnde Exo. 20. Honora patrẽ, & matrẽ tuam. Mystice per domum iudæa intelligitur, de qua exiens propter infidelitatẽ. Venit ad mare. s. ad gentes quæ turbatæ erant per infidelitatem, infra 23. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: sicut Hier. 12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Mare dicitur mundus. Psalm. 103. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus illic reptilia quorum non est numerus, &c. Vel aliter p̃ domum intelligitur interior mens. Sap. 8. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa. Vnde aliquando exit de secreto contẽplationis ad publicum doctrinæ. [Et congregatæ sunt ad eum turbæ.] Hic ponit auditores. Cum enim mens exit ad publicum doctrinæ, tunc multi possunt audire, & proficere. Ecc. ultimo. Appropinquate ad me indocti, & congregate uos in domum disciplinæ. Deinde ponitur dispositio docentis, & audientium. Vnde dicitur [Ita ut in nauiculam ascendens sederet.] Et quare in nauiculam? potest esse ratio literalis, quia multi auditores erant, ideo uoluit eos habere ante faciem, ut melius intelligerent. Omnia enim ante ipsum, Iob. 13. Ecce omnia uidit oculus meus. Alia ratio mystica est, quia per nauem ecclesia ex gentibus collecta significatur. Vbi sedit per fidem, & docet eos qui stant in litore scilicet cathecuminos, qui parati sunt ad fidem. uel aliter, quòd Iesus in mari, auditores autem in litore stant. In hoc dat exemplũ prædicatoribus, quòd scilicet non exponant subditos suos periculis. Et hoc significatur Exo. 13. Quòd cum Moyses educeret populũ suum, non eduxit eos per uiam terræ phylistiim, reputans ne forte pæniterent, & reuerterẽtur in Aegyptũ. Ideo Iesus in turbine sedit, alios autem extra dimisit, ideo dicitur. Et omnis turba stabat in litore. Sequitur modus doctrinæ. [Et locutus est eis multa in parabolis.] Ratio duplex est. Vna est, quia per huiusmodi parabolas abscondunturſacra. ab infidelibus, ne blasphement. supra enim dictum est capit. 7. Nolite sanctum dare canibus, ideo quia multi blasphemabant, ideo uoluit loqui in parabolis. Vnde infra eodem. Vobis datum esse nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis. Secunda ratio est, quia per huiusmodi parabolas homines rudes melius docentur. Vnde homines scilicet rudes quando diuina sub similitudinibus explicantur, melius capiunt, & retinent. Ideo dominus loqui uoluit in parabolis ut melius memoriæ commendarent, quia enim nouerat quòd digni doctrinam suam reciperent, uoluit eam sic tradere ut magis memoriter tenerent. In Psalm. 77. Aperiam in parabolis os meum. Et quare multas proposuit parabolas? Ratio una est quia in multitudine hominum diuersi diuersimode sunt affecti: ideo diuersificare debuit ut congruat diuersis affectibus. Alia ratio est, quia spiritualia semper sunt occulta, ideo per temporalia non plene manifestari possunt, ideo per diuersa habent manifestari. Iob. xi. Vtinam loqueretur deus tecum, & aperiret labia sua ti-

F bi, ut ostenderet tibi secreta sapientiæ. [Exiit qui seminat seminare, &c.] Hic ponitur parabolica doctrina. Et intendit tria. Primo ponit impedimentum euangelicæ doctrinę: secundo, profectum: tertio, dignitatem, secundo ibi. [Simile est regnum cælorũ, &c.] tertio ibi. [Simile est regnum cælorum homini quærenti bonas Margaritas &c.] Circa primũ. Primo ponit impedimenta ab intra: secundo, quæ ab extra in sequenti parabola. Prima intres, quia primo ponitur parabola: secũdo assignatur, tertio exponitur: secunda exponitur: secunda ibi. [Et accedentes discipuli &c.] tertia ibi. [Vos autem &c.] In primo tria facit. Primo describitur studium seminantis: secundo impedimentum seminis, tertio fructus. secunda ibi. [Et quum seminat &c.] tertia ibi. [Alia uero &c.] Dicit ergo. [Exiit &c.] Qui exit est Christus. Exit enim tripliciter ab occulto patris, non mutans locum. Item exiit a Iudæa ad gentes. Item a profundo sapientiæ ad publicum doctrinæ. Exiit ergo. [Qui seminat] scilicet semen doctrinæ. Vnde Christus seminat sicut baptizat, ut habetur. Ioan. 4. Semen enim est principium fructus. Vnde omnis bona operatio est a deo. Philip. 1. Qui in cæpit in nobis opus bonũ perficiet &c. Et in hoc remouetur error dicentium quod initium boni operis est a nobis, quod falsum est. Vnde Greg. In uanum laborat prædicator, nisi intus insit gratia saluatoris. vnde dicit. [Exiit qui seminat seminare &c.] Videtur ista inuoluere uerba, sed non inuoluit, quia seminator exit aliquando ad seminandũ, & aliquando ad merendum, sic Christus in principio exit ad seminandum. Prouer. xi. Seminanti iustitiam merces fidelis. [Exiit ergo qui seminat, seminare,] & quid? [Semen suum.] Quidam enim exeunt seminare iniquitatem. Iob. 4. Vidi eos qui operãtur iniquitatem, & seminant dolores, & metent eos, sed iste exiit seminare semen suum. Istud semen est uerbum dei, quod procedit essentialiter. Vnde est uerbum patris. Eccl. 1. Fons sapientiæ uerbum dei. Sed quid facit? Simile ei a quo procedit, quia facit filios dei. Psalm. 81. Ego dixi: dii estis, & filii excelsi omnes. Si illos dixit deos, &c. Et Io. 1. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri, &c. Exiit ergo &c. Sed uideamus de impedimẽto seminis. Tripliciter enim impeditur quia tria requiruntur. Requiritur enim quòd memoria cõseruetur. Vnde Prouerb. 6. Liga eas in corde tuo iugiter. Describe ea tabulis cordis his. Secundum est, quòd radicetur per amorem. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud &c. Tertio requiritur solicitudo, 1. ad Ti. 6. Sectare iustitiam pietatem fidem charitatem patientiam mansuetudinem &c. Hæc tria, per tria tolluntur. Memoria per uanitatem, amor siue charitas per duritiam, solicitudo per germinationem uitiorum. Vnde dicit. [Et dum seminat quædam ceciderunt secus uiam.] Via patens est omni uiatori, sic cor quod cuilibet exponitur cogitationi. Ezec. 16. Ad omne caput uiæ ædificasti signũ prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum. Vnde quando in corde nano, & instabile cadit uerbum dei, cadit secus uiam, & subiacet duplici periculo, sed Matth. non ponit nisi unũ scilicet [uolucres cæli comederunt illud.] Lucas uero ponit duo. Videlicet, quia conculcatur. Item rapitur a uoluerib us. Sic quando uani recipiunt uerbum dei, conculcatur per uanam cogitationem uel prauam societatem. Et quare multum gaudet diabolus, quando potest auferre, & conculcare semen istud? Abacuch 1. quare respicis contemptores, & taces impio conculcante iustiorẽ se? Secundum est cordis duritia. Iob. penult. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris intus, & hoc opponitur charitati, quia amoris est liquefacere. Cant. 5. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est &c. Durum enim est quod est in se constrictum, & propriis mœtis arctatum. Amor facit transferre amantem in amatum. Vnde diffundirur. Dicit ergo. [Alia ceciderunt in petrosa loca &c.] Ezech. 36. Auferam a uobis cor lapideum &c. Aliqui enim sunt qui ita habent cor priuatum omni amore, quòd omni carne carent. Aliqui uero habẽt bonum affectum, sed parum habent. Vnde non habent profundum. Habere profundum, est quum finis, & affectus est profundus. Ille ergo habet profundum amorem, qui omnia diligit propter deum, & nihil præponit amori dei. Vnde aliqui bene delectantur in deo, sed magis in aliis rebus. Et isti sunt liquefacti. Et tales non habent terram multam. Et per terram significatur mollities. Vnde sumitur pro mente indurata. Sequitur. [Et continuo exorta sunt &c.] Quia illi qui profunde cogitant, diu cõgitant, sed qui non profunde statim in opus prorumpunt. Vnde cito exeunt. Esa. 18. Ante messem enim totus efflorui t, & immatura perfectio germinabit. Vnde cito audiunt, sed non radi-

Nillo die exiens Iesus de domo sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad deum turbæ multæ, ita ut in na-

radicentur in illo, quia non habebant altitudinem terræ amoris, & charitatis, Ad Ephe. 3. In charitate radicati & fundati &c. Tertium est destructio fructus, quia si magis amat diuitias cum tempus uenit tribulationis, accipit quod magis amat. Vnde [Sole orto æstuauerunt &c.] Scilicet per impotentiam, Apoca. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, hoc est patientia iustorũ. [Et quia non habebant radicem, aruerunt.] quia deus nõ erat radix. Aruit tãquam testa virtus mea, Psalm. 21. Aliquando in scriptura petra accipitur pro bono, aliquando pro malo. Similiter terra, & Sol. Vnde aliqui sunt qui afficiuntur bene, sed post negligenter se habent. Non autem sicut Paulus qui dicebat. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. 1. Corinthior. 9. [Alia autem ceciderunt in spinas.] Spinæ autem sunt solicitudines, ires, rixæ, & huiusmodi, Hierem. 4. Nolite serere super spinas, Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transui, & sequitur. Et operuerunt superficiem eius spinæ [& creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea.] Sed posset aliquis dicere. Stultitia fuit seminantis. Potest dici, quòd si fieret sermo in terra sensibili, uerum esset, sed fit mentio de spirituali, ideo non ualet, quia ad diuersas materias referetur. Positis impedimentis agitur de seminis fructu. [Alia ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum.] Terra quæ non secus uiam, quæ non petrosa, quæ non spinosa, est terra bona, scilicet cor bonum, et si ibi seminatur, fructum affert, Psalm. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Sed quem? [aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud uigesimum.] Quidam retorquent istud ad præmiũ quod est in cælo, quia quidam habent centesimum, &c. Sap. 5. Bonorum labiorum gloriosus est fructus. Alii retorquent fructum trigesimum ad fidem trinitatis, sexagesimum ad fructum boni operis, centesimum ad contemplationem cælestium. Sed hoc non potest esse, quia auditor est qui facit fructum. Item præmium recipitur, unde oportet retorqueri ad perfectionem iustitiæ. Fructus igitur est proprie ultimum quod expectatur. in arbore, sicut fructus iustitiæ qui habetur ex prædicatione. Et hæc est centesima, &c. quia triplex est perfectio; minor, maior, & media, ita quòd centesima martyrum. 60. uirginum. 30. est coniugatorum, & quare? quia &c.] Sed perfectio uirginum 60. quia tunc debebant uacare a malitia, ideo perfectio uirginum, & quiescentium, qui separati sunt a mundo. Per trigesimum perfectio militantium in hac uita, quia tales apti sunt ad bellum. Alii assignant per computationem in manu &c. ut in glossa habetur. Aliter potestis secundum numerum numerorum. Semen enim fructificat in perfectione. Videatis ergo quòd semen est mãdatum dei: trigesimus numerus ex trinario & denario componitur: sexagesimus ex sex & decem: centesimus ex ductu denarii in seipsum: ternarius est numerus completus, & habet communem perfectionem: senarius similiter est numerus perfectus, quia nihil deest ei, habet enim perfectionem integritatis. Denarius est numerus perfectus, quia est primus limes numerorum, unde habet perfectionem finis. Sic triplex est perfectio, communis iustitia, & sic est perfectio trinarii, quæ habetur per tricenarium numerum, sed cum plus habet ultra communem, tunc dicitur facere sexagesimum fructum: sed quando perfectus est, & iam præguſtat suauitatem, tunc pertinet ad centesimum fructum. Vel aliter secundum Augustinum, secundum quòd tripliciter homines se habent ad tentationes. Quidam enim grauiter tentantur, sed resistunt fortiter, & hi habent fructum trigesimũ; alii qui parum tentantur, sed surgunt, & hi habent sexagesimũ: Centesimum uero habent qui iam in quieta pace manẽt. Et quia hoc parabolice dictum est, ideo subdit. [Qui habet aures audiẽdi, audiat] scilicet cordis, interius audiat per intellectum. [Et accedentes discipuli, &cæt.] Supra posita est parabola, hic assignatur ratio. Et circa hoc ponuntur duo. hic. Primo ponitur interrogatio discipulorum: secundo responsio, ibi [Qui respondens &c.] Dicit ergo. Accedentes &c: Incidit quæstio literalis, quoniam ipse erat in nauicula, quo modo ergo accesserunt ad eum. Sciendum quòd ipsi erant in nauicula cum Christo. Accesserunt autem per solicitudinem mentis, uel etiam corporaliter, quia cum parum distarent ab eo uenerunt magis propeuel cum essent extra, uenerunt ad eum, sic nos si uelimus

A accedere ad eum, illuminabimur, Psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Et duo attenduntur. Primo datur exemplum nõ importune interrogandi, unde dum doceret turbas, non interrogauerunt eum, Eccles. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. [Quare in parabolis loquaris eis.] Et hic considerandũ est, quòd debet semper fieri quod de salute hominum est, unde sequitur responsio. [Qui respondens ait illis.] Et primo ponitur dei ordinatio: secundo quędã ratio assignatur. Dicit, ideo dico quòd in parabolis loquor, quia [uobis datum est &c.] in quibus uerbis tria ponũtur. Primo quòd quidam sunt intelligentes, quidam non. Et non est attribuendũ alicui, sed deo ordinãti, ideo datum est uobis, alis non: Et ideo est diuina ordinatio. Item, magnæ utilitatis est, quia est quædam notificatio beatitudinis: unde magna est utilitas in quantum dat uobis, cognitionem de mysteriis diuinis, Hierem. 9. Qui est uir sapiens qui intelligat hoc? Sed & ad uerbum oris domini fiat, ut annuntiet illud. Item, est signum diuini amoris, Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Item, hoc fit ex dono, non ex merito, Philip. 1. Quia uobis datum est pro Christo &c. Et hoc est [mysterium regni cælorum] dei; & hoc a deo. 1. ad Corinthiorum. 4. Quid autem habes, quid non accepisti? [Qui enim habet, dabitur ei; & abundabit.] Aliquid enim est quod habet hõ cui datur. Et quid est illud? Dicendum quòd quatuor sunt præparatoria ad hoc quòd detur aliquid. Primum est desiderium. Vnde si uis habere scientiam præoccupat desiderium, ut habetur Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum, vt supra 7. capit. Petite, & accipietis: unde qui habet desiderium dabitur ei; & abundabit, quia ipse est qui dat abundanter omnibus, & non improperat, Iaco. 1. Qui autem non habet, & si aliquam uideatur habere aptitudinem ad sapientiam, uel iustitiam, & sit tepidus, id quod uidetur habere, & nõ habet, auferetur ab eo: Vnde Chrysostom. Si uides tepidum, debes admonere quòd desistat, & si nõ uult, dimitte eum, Apoca. 3. Vtinam calidus esses, aut frigidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiam te euomere ex ore meo. Secundum quod requiritur est studium, & hæc est expositio Remigii. Vnde qui habet bonum ingenium, & non studet, non proficiet: unde qui habet studium, illi dabitur sapientia, & abundabit, Prouer. 2. Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies. Qui autem non habet studium, quod uidetur habere, scilicet ingenium naturale, non proficiet, sed auferetur ab eo. Tertium est quod requiritur charitas; quia charitas omnium uirtutum radix est, & omnium bonorum operum. Apostol. ad Eph. 3. In charitate radicati, & fundati. Vnde si habes scilicet charitatem, prorumpes in omne opus bonũ, Apost. 1. Corinthio. 13. Charitas patiens est, benigna est: unde si non habes, totum siccatur. Vnde quodcumque bonum habet homo sine charitate, nihil est, quia qui non diligit, manet in morte. 1. Ioan. 3. Quartum quod requiritur est fides, quia qui fidem non habent, alia bona parum ualent, Sap. 1. Apparet autem eis qui fidem habent in illum. Et Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Et qui non habet iustitiam fidei, id quod uidetur habere siue naturale, siue morale, auferetur ab eo. Apostol. ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Dico ergo quòd datum est uobis, quia uos habetis fidem, illi autem non est datum. Sed hic cauendum est de quodam errore, quia uidetur quòd ex studio, & bonis naturalibus possemus acquirere gloriam æternam. Sed Paulus dicit, quid habes quod non accepisti? Vnde & desiderium, & studium, & charitas, & fides, omnia hæc sunt a deo. [Ideo in parabolis loquor eis &c.] Hic adaptat ad propositum, & duo facit. Primo applicat quãtum ad iudæos: secundo quo ad Apostolos, ibi [Vestri autem beati oculi &c.] Et primo duo facit. Primo adaptat ne ex odio uideretur dicere: secũdo inducit authoritatem, ibi. [Vt impleretur &c.] Notare quòd monens ad salutem, manifestat doctrinam suis actibus. Vnde Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Et in Ioan. 15. Si opera non fecissem quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Item alibi. Si locutus non fuissem eis, peccatum non haberent. Vnde ante sine parabolis locutus est eis; sed modo post operationem miraculorum. In parabolis loquor eis, quia uidentes, non

uiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce, exiit qui seminat seminare, et dum seminat, quædam ceciderunt secus uiam, & uenerunt uolucres, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? qui respondens ait illis. Quia uobis datum

B

C

D

E

F

G

H

I

K

non uident]uident miracula, non uident affectum. Vel sic. Videntes scilicet exterius, non uident interius. Esa.43. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem, surdum & aures ei sunt, &c. [Et audientes, non audiunt, nec intelligunt.] Audiunt uerba quibus excitari deberent ad bonum, tamen non audiunt idest, non habent effectum.

Ezech.2. Si forte audiant, & quiescant. Et capit.33. In canticum oris sui uertunt illos. Et quid est q̃ non uident? quia nõ intelligunt. Psalm. 81. Nescierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulant. Consequenter inducitur authoritas Esaiæ prophetæ. [Et adimpletur. Auditu audietis, &c.] quod scribitur Esaiæ 6. quia ibi dicitur interrogatiuæ, hic prænunciatiuæ: & nolite intelligere, & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Et tanguntur tria. Primo iudæorum duritia, secundo causa, tertio illius causæ effectus. Secunda ibi. [Incrassatum est, &c.] Tertia, ibi [Ne aliquando uideant, &c.] Et quia duo dixerat, scilicet de auditu, & de uisu, ideo duo dicit. [Audietis] auditu scilicet exteriori audietis doctrinam Christi, [& non intelligetis] mysteria. Psalm. 35. Noluit intelligere ut bene ageret. Osee. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. [Et uidentes uidebitis, & non uidebitis.] Videbitis carnem Christi uisu exteriori, & non considerabitis uirtutem eius. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis ambulauimus, &c. Esaiæ, 59. Sequitur ratio. [Et incrassatum est cor populi huius, &cæt.] Quia enim de auditu fecerat mentionem, & intelligere propriæ est mentis, ideo cor populi huius idest mens, incrassatum est, idest, excæcatum. Quare? quia sicut ad uisionem corporalem puritas requiritur, sic ad spiritualem. Vnde intellectus dicitur uis superior, quoniam maxime spiritualis. Incrassatur intellectus, quando applicatur grossis, & terrenis, sed quãdo abstrahitur, subtiliatur, sicut fuit in Apostolis, 2.ad Corinth. 4. Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Vnde isti non considerabant nisi terrena. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei, Apost. 1. ad Corinthios 2. Deut. 32. Incrassatus impinguatus dilatatus, dereliquit deum factorem suum, & recessit a deo salutari suo &c. Item sciendum quòd quando homo audit quæ non placent, non potest de facili intelligere, ergo isti male intelligebant, quia eis non placebant uerba sua. Ideo dicitur. [Et auribus grauiter audierunt.] Ioan. 6. Durus est hic sermo, & quis potest hunc audire? [Et oculos suos clauserunt &c.] Contingit quòd aliquis habet oculos, & non uidet, quia claudit oculos. Vnde ipse sibi facit impedimentum. Aliqua uero sunt ita occulta, ut nisi multum infigat intuitum nõ potest uidere, sed si res sit in medio sicut paries, non potest homo nõ uidere nisi claudat oculos. Ideo si dominus non fecisset miracula aperta, non esset mirum si non crederent, sed apertissime fecit, ideo ipsi cognoscerent, nisi claderent oculos. Dan. 13. Declinauerunt oculos suos ut non uiderent cælum, &c. Vnde notandum quòd in ista obduratione causa per se est homo, deus uero non indurat nisi in non impartiendo gratiam. Deus ergo indurat, quia non dat gratiam, sed homo, quia imponit sibi impedimentum lumini, ideo istis imputatur quòd oculos clauserunt. [Ne quando uideant oculis, hic ponitur damnum quod consequuntur. Vnde potest intelligi dupliciter. Ita quòd ne quando, referatur ad totum sequens, ut sit sensus, ita clauserũt oculos, ne quãdo &c. & hoc modo intelligitur quòd sit ex eorum malitia, quidã enim peccãt ex infirmitate, quidam ex industria sue ex certa malitia, unde isti hoc attendentes clauserunt oculos ne intelligant, unde tacita est eorum malitia. [Ne conuertantur, & sanem eos] scilicet si conuertantur. Hierem. 3. Conuertimini filii reuertentes, &c. Et hæc expositio est Chrysostomi. Et ponuntur tria, ne uideant, ne audiant, ne corde intelligant, & respondent tribus supradictis. Aug. aliter exponit dicens. [Ne quando uideant] cõ modo non uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos, unde dicit Augus. quod possunt hæc uerba habere duplicem sensum, quia aliquando ponitur, ne quando, pro eo quod est ut possit accidere, ut habetur 2. ad Timot. 2. Ne quando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem. Aliquando uero ponitur pro eo quod est ne possit contingere, idest hoc contingeret nisi arguerem us, &c. Et quid est ergo qd dicit incrassatum est? Soluit August. quod aliquando contingit quod homo superbus est, & uidetur ei quòd sit ualde bonus, & permittit dominus cadere in alia peccata, ut sanet eum a superbia sua. Tales sunt præsumptuosi de quibus Rom. 10. Ignorantes dei iustitiam & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quia igitur isti superbi erant, ideo permisit ut excæcarẽntur, ut uideant, & audiant, & sanem eos. Et hæc expositio habetur ex litera Marci. 4. Sed litera Ioan. 12. contradicit, quia ibi dicit. Propterea non poterant credere, quia Esa. dicit. Excæcauit oculos eorũ, & induratum est cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Non ergo sunt excæcati ut crederent sed ut non crederent. Sed secundum Aug. hic est quæstio grauis, quia si excæcati sunt, ut non credant, ergo non debet eis imputari. Soluit August. Possumus dicere quòd hoc quod excæcati sunt ex præcedentibus peccatis meruerunt. Rom. Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes mundo esse sapiẽtes stulti facti sunt. Et sequitur post, propter quod deus tradidit eos, &c. Ideo propter peccata indurauit. Et aures aggrauauit non indurando, sed non impartiendo propter peccata eorum. Et possumus aliter dicere secũdum Aug. Incrassatum, &c. ut non uideant, & conuertantur. Iste tamen, sed permanentes crucifigant Christum, & post uidentes miracula conuertantur. Et dicit August. quòd uidetur hæc sententia exorta, si non uidemus ita accidisse de facto. Aliqui enim non reducuntur, ad humilitatem nisi in graue peccatum, cadant, sic dominus istis fecit. [Vestri autem beati oculi qui uident, & auresue stræ quæ audiunt, &c.] Supra ostendit dominus miseriam iudæorum qui uidentes non uidebant, hic ostendit beatitudinem Apostolorum qui uidebant, & audiebant. Et primo ostendit beatitudinem, secundo signum ostendit. ibi [Amen, &c.]. Dicit ergo quòd uidentes non uident, sed [uestri oculi sunt beati.] Sed si illud referatur ad oculos exteriores, & aures, ita beatificantur oculi iudæorum sicut Apostolorum. Ideo dicit Hieron. quod oportet intelligere duplices oculos, scilicet exteriores, quibus communiter omnes uiderunt, & de his non loquitur, uel interiores quibus Apostoli soli uiderunt. Ad Eph. 1. Det uobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius illuminatos oculos cordis, unde militer, & sunt aures quædam exteriores, quædam interiores, de quibus supra, qui habet aures audiendi audiat, Esa. 50. Dominus mihi aperuit aurem. ego autem non contradico, retrorsum non abii. Beatitudinem tribuit in uidendo, quia hæc beatitudo in uia non consistit nisi participatione beatitudinis æternæ, quæ consistit in uisione. In uisione enim dei est gloria hominis. Hierem. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & sequitur, sed glorietur qui gloriatur scire, & nosse me. Deinde ponit signum. [Amẽ quip pe dico uobis, &c.] Dicit Augustinus. Beatus est qui habet omnia quæ uult. Vnde beati quibus sunt data omnia quæ antiqui uoluerunt, scilicet prophetæ, & iusti. Quilibet enim iustus rex est, unde habetur Prouer. 20. Rex qui sedet in solio, dissipat omne malum. Et hoc est ideo quia [cupiuerunt uidere quæ uidetis.] Si ergo illi desideraueruntur, & non habuerunt, & uos habetis, ergo iam quandam participationem beatitudinis percipitis. Sed quid est quod dicit [&. non uiderunt?] Nonne habetur Io. 8. Abraham desiderauit uidere diem meum, uidit & gauisus est? Item, Esaiæ. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Et idem de passione. Vnde capit. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus. Vna solutio est quòd aliqui uiderunt, aliqui non. Sed ut dicit Hieronym. periculosum est hoc dicere. Vel aliter, quòd uiderunt, sed non ita manifeste. Ad Ephe. 3. Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis. Vel aliter, quòd totum referatur ad uisionem, & auditum præsentiæ corporalis, quia uidere in carne desiderabile fuit iustis. Exemplum habetur in Symeone. Luc. 2. Vnde uestri oculi sunt beati qui uident, &c. Et nonne iudæi uiderunt? Dico quòd de ipsis dicitur quòd non uident, quia solum exterius uident. Sed contrarium habetur in Ioan. 20. ubi dicitur. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Dicendum, quòd est beatitudo rei quæ habetur per participationem, & beatitudo spei quæ habetur in merendo. Vnde beati qui non uiderunt beatitudinem spei sue meruerunt, & beati qui uident, beatitudine rei sue participationis, unde de Abraham dicitur, Ioan. 8. Exultauit ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est. [Vos autem audite parabolam seminantis &c.] Hic ponitur expositio. Et primo concludit quòd ipsi erant digni: secundo exponit. Dicit ergo, Vos audite &c. quia. Sestis digni uos audire, & non solum audire, sed per me audire, Prou. 1. Audiens sapiens sapientior erit. [Omnis qui audit uerbum regni &c.] Hic exponit, & quæ fecerat mentionem de duplici terra, ideo primo exponit quod dixerat de terra mala: secundo de terra bona, ibi [Qui in terram bonam &c.] Item, in terra mala posuerat tres differentias, quæ quædam secus uiã, quędam in petrosa, quędam in spinosa, Et hoc exponit. Et ad huius intellectũ debetis scire, q̃ audire uerbum dei debet habere effectũ unum, ut insigatur in corde: vnde. Beatus qui in lege domini meditatur die ac nocte, psal. 1. Alibi 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Item, alius effectus est ut perducatur in opus. In quibusdam enim impeditur primus: in quibusdam secundus. De primo primo ponitur, & sciendum quòd litera habet interpositionem, & debet sic intelligi. [Omnis qui audit &c.] Et hic est qui est secus uiam. Et quare non intelligit? Quia uenit malus homo &c. vnde [Omnis qui audit uerbum regni] .i. Christi prædicantis regnum cælorum, quia Christus solum regnum dei prædicauit: Moyses enim terrenum regnum prædicauit, unde Petrus, Ioan. 6. Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Aliqui sicut infideles non audiunt, Esa. 65. Locutus sum, & non audiuistis &c. Aliqui sunt qui audiunt. Beati qui audiũt uerba dei, Luc. 11. [Sed non intelligit.] Glo. Quia audit nõ ex affectu, unde non recondit in corde, psal. 35. Noluit intelligere ut bene ageret. Et quid erit de isto? Capitur a furibus, quia detinetur mens a cogitationibus, & ita rapitur, & hoc est quod dicit. [Venit malus]. .i. diabolus, quia malus non natura, sed peruersitate, & rapit, .i. occulte, seducendo, & inducendo uanam cogitationem [Et rapit quod seminatum est in corde eius]. .i. semẽ [hoc est quod seminatus est secus uiam.] Seminatus, aliquãdo nominat quod seminatur, aliquando qui seminatur. Vnde cum dicit, q̃d seminatum est, intelligitur semẽ: cum uero dicitur, qui seminatus est, intelligitur ager. Homo enim dicitur ager, de de quo agro habetur, Prouer. 24. Diligenter exerce agrum tuum &c. Et quomodo secus uiam? Quoniam non custoditur, cõtra illud, Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Sic homo dicitur seminatus secus uiam, qui totum recipit, sed non custodit. Secundus effectus est producere in opus, unde Iaco. 1. Estote factores uerbi, & non auditores tantum. Effectus autem iste impeditur per prospera & aduersa. De eo qui impeditur per aduersa dicit. [Q̃ui autem super petrosa seminatus &c.] Primo ergo ponit principium boni: secundo, occasionem mali, ibi [Non habet &c.] tertio malum, ibi [Facta autem &c.] Petra est malum cor, in quod non potest penetrare uerbum, sicut in terra petrosa, & ubi est parũ de terra, sic aliqui non exponunt cor suum penetrabile. Tunc enim dicitur penetrabile, quando nihil præponit uerbo, ita quòd uerbũ habeat ut radicem principalem, unde Ezech. 11. Auferam a uobis cor lapideum &c. [Hic uerbum audit, & continuo cum gaudio suscipit illud]. .i. delectatur de iustitia, & pronus sit ad bonũ, Ad Gal. 3. Qui tribuit uobis spiritum sanctum, operatur in uobis uirtutes & sic delectatur: sed non potest figi, quia [radicem non habet] quia in lapide seminatur. Radix autem charitas est. Ad Eph. 3. In charitate radicati & fundati &c Sap. 1. [Sed temporalis est] & ad tempus gaudet, Eccle. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. hæc est ergo occasio, quia non habet radicem. Et quomodo est quia male figitur. Vnde dicit. [Facta tribulatione & persecutione propter uerbum &c.] ut quando occurrunt aduersantes contra fidem, & tribulationes per interiores, uel exteriores aduersitates propter doctrinam uerbi, uel propter fidem [Continuo scandalizantur] quia a fide recesiunt, psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum &c.] Ille qui perseuerat, est amicus. Et dicit, continuo: quia & si charitatem habeant, ex multa tribulatione possent scandalizari. Sed quando continuo ex parua tribulatione

est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, & adimpletur in eis Prophetia Esaiæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebis.

quæ auditis, & nõ audierunt. Vos ergo audite parabolam seminãtis. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus & rapit quod seminatum est in corde eius: hic ẽ qui secus viam seminatus est. Qui autẽ super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & cõtinuo cum gaudio accipit illud: nõ habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & solicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum.

b ¶ Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnũ cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autẽ dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba & fructum faciebat tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familias dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Ait illis seruus. Vis imperemus ut eamus colligamus ea? Dicit non. Ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utrumque crescere usque ad messem. Et in tempore messis dicam messoribus. Colligite primo zizania & alligate ea fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreo meo.

Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnũ cælorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem crescit maius est omnibus oleribus & fit arbor ita ut volucres cæli habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento quod cum inuenisset mulier abscondit in farinæ sata tria donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas & sine parabolis non loquebatur eis. Vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum. Eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis uenit in domum. Et accesserunt discipuli eius dicentes. Declara nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consummatio sæculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania & igni comburuntur. Sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatem. Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iustorum sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiat.

Iterum simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro quem qui cum inuenisset homo abscondit. Et præ gaudio illius uadit & uendit omnia quæ habet & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita abiit & uendidit omnia quæ habuit & emit eam. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleuisset educentes & sedentes uasa in uasa. Et ita erit in consummatione sæculi. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scribæ doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera. Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas transiit inde. Et cum uenisset in patriam suam docebat eos in synagoga eorum. Et mirabantur & dicebant. Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Nonne hic est filius fabri? Nonne mater eius dicitur Maria? Et fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic hæc omnia? Et scandalizabantur in eo. Dixit autem Iesus. Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Et non fecit ibi multas uirtutes propter incredulitatem eorum.

A ne quis scandalizatur, non est radicatus in charitate, unde 1. ad Corin. 10 Fidelis deus, qui nõ permittit hominem tentari ultra quàm possit, sed faciet etiam cum tentatione prouentum. & ad Heb. 12. Nondum enim restitistis usque ad sanguinem. Et secundum Hiero. dicit, continuo, quia distanter inter ipsum & illum. [Qui aũt seminatus est in spinis &c.] Hic ponit impedimentum bene fructificandi, quod aliquando fit ex prosperitatibus, & aliquando ex aduersitatibus, unde dicit, Qui autem in spinis &c. hic est qui audit &c. Iste spinę sunt solicitudines huius sæculi. Sicut enim spinę pungũt, & non sinunt hominem quiescere, sic nec istæ solicitudines. Ideo nolite seri super spinas [Solicitudo huius sæculi &c.] siue fallacia diuitiarum. Solicitudo quo ad futura. [Fallacia diuitiarum] quo ad præsentia, unde cum abundant diuitiæ, fallaces sunt. 1. ad Thi. 6. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Item, cum desiderantur, fallunt quantum ad satietatem, quia non satiant. Item solicitãt. Ideo dominus Apostolis suis prohiber. Nolite soliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, supra. 6. [Suffocant uerbum] Superius dixit aruit, hic suffocat. Scitis enim quòd candela potest extingui uel propter defectum humoris, & tunc exarsit: aliquando propter superfluitatem, & tunc suffocatur, sic & uita naturalis quæ fundatur in calido & humido, potest deficere propter abundantiam humoris, uel propter defectum. Similiter tribulationes aliquando subtrahunt humores consolationis præsentis, & cũ redditur instabile & arescit. Aliquando accrescunt, & tunc suffocantur, ideo semen est sine fructu, unde dicit. [Et sine fructu efficitur] Ad Rom. 6. Quem ergo fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Et sequitur. Serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationẽ, Ad Eph. 5. Fructus enim lucis in omni bonitate & iustitia & ueritate [Qui uero in terram bonam seminatus est &c.] Exposita triplici differentia ad malum, subiungit ad bona, quã distinguit per tres effectus, quia primo [audit] Item plus [& intelligit] Item [fructum affert, & facit aliud quidem centesimum &c.] Exponatur sicut supra. Sciendum tamen quod Aug. 2. lib. cap. 23. de ciui. dei ponit expositionem quorũdam qui uolebant sic interpretari, quia in die, cum dominus ueniet ad iudicium, multi sancti orabunt pro multis, & secundum quod erunt meliores, plures eis dabuntur. Vnde quibusdam dabuntur triginta, quibusdam sexaginta, quibusdam centum. Sed hoc est contra fidem, quia peccata mortalia non dimittentur, quia sine charitate non possunt dimitti, unde mortalia contraria sunt charitati, uenialia non, ideo &c.

b ¶ Supra posuit parabolam, in qua ostendebatur impedimentum euangelicæ doctrinæ ab extrinseco. Hic ponitur alia parabola, in qua ponitur impedimentum de audienda doctrina, quod est ab intrinseco, quia in hac ad nos trahuntur ea, de quibus ingenia solent solicitari. Primo ergo docet de origine boni & mali: secundo de processu: tertio de fine. secundum ibi [Cum autem creuissent &c.] Tertium, ibi [Et in tempore messis &c.] Circa primum notantur duo. Primo, de origine boni: secundo, mali, ibi [Cum autem dormirent &c.] Dicit ergo [Aliam parabolam &c.] Et quibus, eis? Dico non Apostolis tantum, sed etiam turbis. Vnde cum primam in naui exposuisset Apostolis, conuertit se ad turbas [Aliam] non alteram, quia non solum proposuit duas parabolas, sed plures. Alterum uero unum de duobus dicitur. Plures autem posuit, ut pluribus dispositionibus subueniret. Quidam enim afficiuntur in uno, quidam in alio. [Simile factum est &c.] In regno continetur rex, & hi qui reguntur. Et isti sunt homines cælestes, qui facti sunt æquales angelis, psal. 90. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uiis tuis &c. [Homini qui seminauit bonum semen] Tres parabolæ ponuntur consequenter de semine. Prima de semine seminato: secunda de semine inspirato: tertia de semine multiplicato. Secundum intentionem literæ, aliter quàm supra accipitur semen. Seminatur enim semen quod seminatur in homine, & hoc est uerbum

bum dei, sicut habetur Luc. 22. Hic autem accipitur ipse homo, in quo seminatur. Et hoc patet, quia infra dicit quòd semen istud sunt filii regni, vnde nõ est alia faciẽda expositio ab ea quã dominus fecit. Et dicitur semen, quia sicut semen est principium propagationis, sic homines boni fundamentum totius fidei, vnde ex Apostolis tota ecclesia pullulauit, vnde Esa. 1. Nisi dominus reliquisset nobis semen quasi sodoma fuissemus. Et istud fuit bonum semen, de quo Esa. 6. Semen sanctum erit id, quod steterit in ea. Istud seminauit Christus, et vbi? [In agro suo] idest, in mundo. Mundus enim dicitur ager, in quo sunt boni ac mali, quem dominus per creationem edidit, vnde Ioan. 1. Mundus per ipsum factus est. Et in psal. 49. Pulchritudo agri mecũ est [Cum aũt dormirent &c.] Habito de origine boni, hic agit de origine mali. Et primo ponitur occasio malitiæ illatæ: secundo ordo. Et primo ponitur occasio duplex. Vna est ex parte custodum: secunda ex parte seminantis. Ex parte custodum dicit [Cum autem dormirent homines &c.] idest, præpositi humani generis, qui positi sunt ad custodiendum [dormirent] scilicet per dormitionem mortis. Sancti scilicet Apostoli qui nouerunt quòd hæretici in ecclesia miscuerunt se tritico, vnde Paulus. Scio quòd post decessum meũ &c. Deinde ponitur alia occasio, vnde dicit [Venit inimicus &c.] idest, diabolus, psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper, eorum qui te oderunt, idest dæmonum. Hæc autem inimicitia est secundum peruersitatem voluntatis. Sed est quæstio. Est ne hoc verum quòd aliqua res odiat deum? Dicendum, quòd amor non est nisi rei cognitæ. Dupliciter autem potest cognosci deus, in se, vel in suis effectibus. In se impossibile est quin ametur. Quicquid enim amatur, amatur sub specie boni. Cum ergo sit prima bonitas, odiri non potest. Sed in effectibus suis non est impossibile. Dęmones enim inquantum sunt, eum amant a quo sunt. Sed aliqui effectus displicent eis, quòd scilicet contra voluntatem suam puniantur, quòd non ad voluntatem suam puniant homines, & similia. Sequitur de ordine. [Et superseminauit zizania.] Singula verba habent magnam significationem. Videamus ergo quid est quod seminatur, & qualis est ordo. Quod seminatur est zizania, quæ similis est tritico, & lolium vocatur. Quid significatur per zizaniam? filii nequam, & omnes qui iniquitatem diligunt, specialiter hæretici. Tria sunt genera malorum, prauicatholici, schismatici, & hæretici. Mali catholici per paleas significantur, de quibus supra 3. capit. Paleas comburet igni. Schismatici per aristas. Hæretici per zizaniam. Seminantur ergo in agro, idest, in hoc mundo. Item, zizania habet similitudinem cum tritico, sic isti prætendunt speciem boni, vt habetur. 1. Thimo. 1. Volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Et nota quòd dicitur, supra, seminauit, & hic non, quia prius fuerunt catholici quàm hæretici. Diabolus enim videns ecclesiam dilatari, inuidit & seminauit corruptiuum, & mouit corda hæreticorum vt magis noceret, vnde ex nobis erant, secũdum quod habetur in prima canonica Ioannis, capit. 2. Sed ex nobis non erant, quia si ex nobis fuissent, permansissent vtique nobiscum. Item dicit, in medio tritici. Non curat diabolus quòd aliqui sint hæretici inter gentiles, quia omnes possidet, sed in medio tritici & fidelis populi. Et hoc est quod dicitur Iob. 4. Et in angelis suis reperit prauitatem. Et Augusti. dicit, quòd nulla societas est ita bona, quin aliquis sit prauus. Vnde in societate Apostolorum vnus fuit malus, scilicet Iudas. Item, dicit. [Et abiit.] vbi signatur malitia dæmonis. [Abiit] idest, occultum se reddidit. Quando enim instigat, non semper cooperatur. Si enim ad votum omnia succederent, de facili posset discerni. Ideo aliquando malitiæ suæ cedit, psal. 9. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua &c. Consequenter agitur de processu boni & mali. [Cum autem creuisset herba] Et vt intelligatis, tria considerantur. Primo ponitur manifestatio bonorum a malis: secundo zelus bonorum contra malos: tertio tolerantia. Dicit ergo [Cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania &c.] A principio enim quando seminatur, non apparet, sed cum crescit herba. Et hoc potest ad vtrumque referri & ad triticum, & ad zizaniam. August. exponit de tritico, quia cum homo paruus est, non potest discernere. Sed quando crescit, & facit fructum, & fit spiritualis, tunc cognoscit, 1. ad Corinth. 2. Spiritualis discernit omnia. Chrysostomus exponit de zizania, quia primo non apparet, quia hæretici primo abscondunt scientiam, quia primo aliqua bona dicunt & prædicant laicis, & post inserunt aliqua mala de clericis quæ libenter audiunt, & sic auertunt populum a dilectione clericorum, & sic per consequens ecclesiæ. Sed post cum suscipiunt doctrinã, manifestant malitiam. Primo enim non dicunt nisi leuia, sed post se manifestant & doctrinam suam, quę intelligitur per vinum, de quo vino dicitur, Prouerbiorum 23. Ingreditur blande, retro autem mordebit vt coluber &c. [Accedentes autem serui patrisfamilias &c.] Hic ponitur de zelo bonorum contra malos. Et primo inquirunt de origine mali: secundo mouentur zelo ad extirpationem malorum, ibi [Serui autem &c.] dicit [Accedentes autem &c.] Primo videndum qui sint isti serui. Infra dicit de messoribus: sed isti non serui, sed angeli. Isti sunt homines boni. Et hoc non est inconueniens, cum dominus dicatur & ostium, & ostiarius. Accedentes autem serui per fidem, psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini [dixerunt, domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo &c.] Nonne Apostoli bonam doctrinam seminauerunt? ita vtique. Vidit dominus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, Gen. 1. [Vnde ergo &c.] Quæstio similis habetur Hiere. 2. Ego plantaui vineam electam, quo modo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Respondet dominus [& ait illis. Inimicus homo hoc fecit.] Et notate quòd hoc non ex prima origine, sed de hoc quod in hominibus est a diabolo, Sapient. 2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Homo dicitur diabolus per defectum a deitate, psal. 9. Exurge domine, non confortetur homo &c. Hic homo dicitur inimicus propter consummatam malitiam, Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & ipsum. [Serui autem dixerunt.] Hic dicitur quòd serui mouentur zelo ad extirpationem malorum. [Vis imus, & colligimus ea?] dicuntur hic de ipsis duo laudabilia, quia mouentur ad destruendum malum, 1. ad Corinth. 5. Auferte malum ex vobisipsis. Item aliud laudabile, quia hoc facere nolunt proprio motu, sed iũssu domini. Vnde Tob. 4 Omni tempore benedic deum, & omnia consilia tua in ipso permaneant [Et ait illis] Nota, hoc est tertium, scilicet de sustinentia malorum, de hoc Ecclesiast. 8. Etenim quia cito non profertur contra malos sententia, filii hominum absque timore perpetrant mala. Et primo ostendit propositum: secundo rationem assignat: tertio ponit terminum sustinentiæ, quia semper non sustinebit. Dicit ergo. [Non] idest, non voluquòd colligatis adhuc, secundæ Pet. vltimo. Non tardat dominus promissionem suam, sed patienter expectat [Ne forte] Hic ponit rationem. Et prima fronte notare debetis, quòd bonum est magnum, & victoriosum supra malum, quia bonum potest esse sine malo, malum autem non sine bono: ideo sustinet dominus multa mala vt veniant, vel etiam ne pereant multa bona. Ideo dicit. [Ne forte colligentes zizania] idest, malos, vel hæreticos &c. [eradicetis simul & triticum] Quatuor de causis contingit quare mali non debeant eradicari propter bonos. Vna causa, est quia per malos exercitantur boni, 1. Corinth. 11. Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis, Prouer. 11. Qui stultus est seruiet sapienti. Si non fuissent hæretici, non claruisset scientia sanctorum, Augustini, & aliorum. Vnde qui vellet malos eradicare, eradicaret & multa bona. Item contingit quòd qui modo malus est, postea bonus fit, vt Paulus. Vnde si occisus fuisset Paulus, careremus doctrina tanti magistri; quod absit. Ideo si vis eradicare, eradicabis simul & triticum, scilicet eum qui erit triticum, psalm. 67. Dixit dominus, ex Basan conuertam &c. Tertia ratio, quia aliqui videntur mali, & non sunt, ideo si velles euellere malos, statim multos bonos extirpares. Et hoc apparet, quia noluit deus quod colligerentur, donec ad perfectam maturitatem peruenirent, vnde 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. Quarta ratio est, quia aliquis quandoque est magnæ potestatis, ideo si excludatur, trahit multos secum, & sic cum illo malo multi pereunt. Ideo congregatio non excommunicatur, nec princeps populi, ne cum vno multi cadant. De tali intelligitur quod dicitur in Apocalypsi 12. Quòd draco traxit tertiam partem stellarum secum &c. Et Gene. 18. Absit a te vt hanc rem facias, & occidas iustum cum impio. Sed nunquid semper parcetur eis? Non, sed vsque ad tempus, Vnde dicit. [Sinite vtraque crescere vsque ad messem &c.] Similis sententia habetur, Apoc-

eus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei.

Vis imus & colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad

Apocalyp. vltimo. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. [Sinite &c.] Contra istam sententiam obiicitur, quia dicitur Esaiæ 1. Auferte malum cogitationum vestrarum &c. Item, 1. Corinth. 5. Expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersio sicut estis azimi &c. Quid ergo dicit sinite &c. Chrysostom[a] dicit, quòd loquitur de occisione. Vnde hæretici non sunt occidẽdi, quia inde multa mala sequerentur. Augustinus in epistola quadam dicit, quòd fuit sibi visum aliquando quod non deberent occidi, sed post experimento didicit quod multi conuertuntur per uiolentiam. Dominus enim quosdam uiolenter trahit, sicut traxit Paulum. Vnde iste coacte conuersus plus profecit quàm omnes alii qui uoluntarie crediderunt. Et hanc opinionem tractauit Augustinus. Vnde secundum sententiam Chrysostomi si non posset sine periculo, non debet fieri, sed vbi maius periculum timetur. Et hoc patet inducendo in omnibus, quia & si mali sunt, prosunt ad exercitationem. Quia tamen magis timendum est ne euangelica doctrina per eos in aliis pereat, ideo &c. Item, aliqui qui modo sunt mali, fiunt post boni. Verum est quòd statim non debent occidi, sed sicut habetur ad Titum 3. Hæreticum post primam & secundam monitionem deuita. Ad aliud quod tertio opponitur, quia scilicet multi uidentur mali qui sunt boni, uerum est si fieret in discrete sicut habetur 1. ad Tim. 4. Item, quod dictum est, q̃ princeps populi excommunicari non debet, si uideas quod maius sit scandalum si excommunicetur quàm in eo quod delinquit non debet excommunicari, sed si aliquid egisset quod esset ad periculum fidei, sine dubio excõmunicari debet, quodcumque inde accidat damnum. [Et in tẽpore messis dicam messoribus &c.] Supra dominus exposuit parabolice originem boni & mali, & processum vtriusque, hic agitur de similitudine utriusque. Et primo, ponitur tempus finis: secundo, ponuntur ministri: tertio, modus & ordo quorum unumquodque ordinatur ad finem. Tempus tangitur, cum dicitur. In tempore Messis &c. Tempus Messis est tempus collectionis fructus qui expectatur ex seminibus. Duplex est autem collectio, una in ecclesia præsenti, alia in cęlesti. Et ideo duplex est messis, quędam congregationis fructuum in præsenti. De hac Ioan. 4. Leuate oculos uestros & uidete regiones, quoniam albæ sunt iam ad messem. Item, tempus messi in triumphanti ecclesia, unde infra eodem dicitur q̃ messis est consummatio sæculi, ergo usque ad illud tempus differtur. Qui sunt ministri messores? [Vnde dicam messoribus] Messors primæ messis fuerunt Apostoli. Ipsi enim collegerunt & conuerterunt totum mundum, de quibus Ioan. 4. Misi uos metere quod non seminastis. In secunda messe, messores erãt angeli, Apocalyp. 14. dictum est, cuidam angelo. Mitte falcem tuam & mete: quia uenit hora ut metatur quoniam aruit messis terræ &c. Quæ enim mediante deo fiunt, credendum quod fiant ministerio angelorum. Vnde dicitur de angelis, psal. 102. Ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Sed uideamus ordinem & quo modo assequantur finem & quem finem. Et primo, de malis: secundo, de bonis. De malis sciendum, quòd primo colliguntur: secundo, alligantur: tertio, comburuntur. In primo est separatio malorum a bonis. Quamdiu durat tẽpus istud, mali cum bonis sunt, zizania cum tritico, lilium inter spinas, ut habetur in Cantica 2. infra. Matth 25. Cum uenerit filius hominis, separabit bonos a malis, hędos ab agnis. Vnde dicit. [Colligite primum zizania &c.] Modo quasi indiscrete accidunt bona & mala, bonis & malis. Et hoc est quod dicitur Eccl. 9. Quòd hoc pessimum est inter omnia quæ sub cælo fiunt, quia eadem cunctis euenunt, sed tunc bona redduntur bonis, & mala malis. Ne ergo inuoluantur, oportet quod separentur & alligentur. Vnde [& alligate ea.] In alligatione perpetuitas pœnæ signatur, psal. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus &c. infra 22. Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores, quod signat impœnitentiam & irreuocationem æternæ damnationis. [In fasciculos] Omnes erunt separati a uisione dei, pœna damni erit æqualis omnibus, ideo ponentur in fasciculos, sicut habetur Leuit. 13. vbi docetur discernere inter sanguinem & sanguinem, inter lepram & lepra, & Esa. 27. In mensura contra mensuram. Et ad quid? [Ad comburendum.] idest, igni æterno tradentur. De isto dicitur Lucæ. 16. Quia crucior in hac flamma. Deinde cum dicitur [Triticum autem &c.] Ponitur finis bonorum. Et econtrario tria

comburendum, triticum autẽ congregate in horreum meum.

b ¶ Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est regnum cælorum grano synapis, quod accipiẽs homo seminauit in agro suo, quod minimũ quidem est omnibus semina, sed cum creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut uolucres cęli ueniant & habitent in ramis eius] Item, præest in generalitate doctrinas, quia hæc scientia multos ramos habet, & exhibet homini quæ sunt ne

ponuntur, scilicet puritas, & vnitas, & tranquillitas. Puritas, cum dicitur [triticum] Sed notate quòd zizania fuit colligata, ideo non fuit excussa, triticum vero fuit excussum. Et hoc significat quòd mali cum suis inquinamentis in infernum mittẽtur, sed boni penitus erunt purgati, Esa. 25. Via sancta uocabitur, non transibit per eam pollutus. Item, est inter eos unitas. Vnde [Congregate] Inter malos semp sunt iurgia, ideo non habẽt unitatem, sed boni cõgregant, psal. 49. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia &c. & infra 24. Vbi corpus ibi congregabuntur & aquilæ. Item, erit intes eos tranquillitas. Vnde dicit [In horreum meum.] Horreum fit ad conseruationem messis, sic illa patria erit horreum sanctorũ ubi erunt cum laude & lętitia sempiterna, ut habetur Esa. 35.

b ¶ Per duas ostendit impedimentum euangelicæ doctrinæ. Sed quia posset aliquis dicere, si ita est, quòd ita impeditur, quòd quædam secus viam, quædam super petram &cæt. & ita videtur, quòd non posset proficere, ideo subdit de profectu parabolice, quòd scilicet profecerit propter duo. Primo, propter prauitatem apparentem: secundo, propter occultationem. Ideo duas parabolas ponit. secundo ibi [Aliam parabolam &cæt.] tertio, confirmat modum per auctoritatem prophetæ, ibi [Hæc omnia locutus &c.] Circa primum, primo agit de seminatione: secundo, de paruitate seminis: tertio, de magnitudine fructus, secundum ibi [Quod minimum &c.] tertium ibi [Quod cum creuerit &c.] Dicit ergo [Simile est regnum cælorum grano synapis &c.] In regno est rex, princeps, subdit, & etiam incarcerati. Item, diuitiæ &c. Ideo ad hæc omnia possumus assimilare regnum. Quod ergo dicit quòd simile &c. potest exponi sicut dicit Hieronymus, quòd per granum synapis, doctrina euangelica intelligitur: Et quare? quia granum istud feruidum est. Item, venena repellit. Et hoc significatur quia doctrina euangelica per fidem facit feruescere, infra 17. Si habueritis fidem sicut granum synapis dicetis monti huic transi hinc & transibit, & nihil impossibile erit uobis &cęt. Item, excludit errores, unde utilis est ad arguendum, ut habetur 2. ad Thimoth. 3. [Quod accipiens homo seminauit] Homo istæ est Christus, qui seminauit istud semen. Vel hoc quilibet homo qui doctrinam euangelicam seminat [in agro suo] idest in corde suo quando ei præbet assensum. Christus seminauit, quia fidem dedit in qua salui sumus, Ephe. 2. Quoniam enim saluati estis per fidem, & non ex uobis, dei enim donum est. Item, quilibet qui obedit seminat in agro, idest in corde, Prouerb. 24. Diligenter exerce agrum tuum. In isto agro sunt diuersa semina, quæ sunt diuersa dogmata. Dogmata Hieronymi & Augustini magna uidentur, & confirmantur magnis argumentis. Similiter doctrina legis. Sed doctrina legis euangelicæ modica apparuit, quia prædicabat deum passum crucifixum, & huiusmodi. Et quis posset hoc credere, 1. ad Corin. 1. Verbum crucis, & ideo dicit [Quod minimum quidem est omnibus seminibus] Vnde primo minima apparuit: pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, idest nobis uirtus dei est. Sequitur magnitudo. Et primo, ponitur magnitudo: secundo, confirmatur, ibi [Cum autem creuerit] idest, pullulauerit [maius est omnibus oleribus] quia doctrina euangelica magis fructificauit, quàm doctrina legis, quia doctrina legis non fructificauit nisi inter Iudæos. Vnde dicebatur, psal. 147. Non fecit taliter omni nationi &cæt. Non enim fuit aliquis Philosophus qui aliquam patriam potuerit totam conuertere ad suam doctrinam. Si enim aliquis Philosophus sicut Plato dixisset, quòd talis & talis ueniet, non crederetur ei, psal. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Maior est ergo in soliditate, in generalitate, & in utilitate. In soliditate [& fit arbor] quia aliæ doctrinę sunt olera mollia nihil firmum habentia, quia rationi humanæ subiecta. Sapientiæ 9. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ, sed hæc est arbor firma, psalm. 118. In æternum domine, permanet uerbum tuum. Lucæ 21. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt &c. Ideo sicut hæc arbor se habet ad aliàs arbores, ita hæc doctrina ad alias [ita ut uolucres cęli ueniant & habitent in ramis eius] Item, præest in generalitate doctrinas, quia hæc scientia multos ramos habet, & exhibet homini quæ sunt ne

cessaria

cessaria ad uitam. Vnde si sunt coniugati, habent per istam qualiter se regere debent, sic clerici quomodo uiuant, & sic de aliis; ideo diuersa dogmata sunt diuersi rami. Item, præest utilitate, quia uolucres habitant &c, idest, omnes qui habent animũ in cælis, Ad Philip. 3. Nostra conuersatio est in cælis. Isti ueniũt & meditãtur, & quiescunt. Qui n. habitant in terra, non sunt uolucres, 2. ad Cor. 4. Non contemplantibus nobis quæ uidẽtur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidẽtur temporalia sunt, quæ autem nõ uidenẽ æterna sunt. Chrysosto. exponit de Apostolis, quos comparauit grano sinapis, quia erant spiritui feruẽtes, & istud seminauit homo, idest, Christus in agro, idest, in ecclesia, ex quo tota fructificatio accidit ecclesiæ, & fuerunt modici & abiecti. Nulla enim scientia diuulgata est per tam delectos homines, vnde Apost. 1. Corin. 1. Non multi sapientes, siue potentes non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapiẽtes &c. Sed cum creuerit, maius est effectum omnibus, quia Apostoli maiorẽ fecerunt fructũ, Alexãder conuertit unam partem mundi ad se, Roma similiter: sed nunquam tantum sicut isti qui tantũ fecerunt, ut uolucres cæli, idest boni, requiescant in ramis, idest, in doctrinis eorum, Zach. 8. Apprehendent fimbriam uiri Iudæi dicentes. Ibimus uobiscum. Audiuimus enim quoniam deus uobiscum est. Hilarius exponit de Christo quòd fuit granum sinapis propter feruorem, quia plenus spiritu sancto, quod seminauit postea in morte. In agro, idest, in populo. quod minimum fuit propter contemptum infidelium, Esa. 53. Vidimus eum, & non erat ei aspectus, & desideraiuimus eum despectum & nouissimum uirorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et maius est omnibus oleribus, idest omnibus perfectis. Non adæquabitur &c, Et comparatur perfecti oleribus, quia olus datur infirmis. Qui infirmus est, olera manducet. Sed doctrina Christi perfectis datur. Et fit sic arbor. Et hoc significatur per arborem, de qua habetur Dan. 4. [Aliam parabolam locutus est eis.] Hic ponitur parabola de profectu, et ostenditur mirabilis, quia de semine occulto, unde dicit. [Simile est regnum cælorũ fermento, quod acceptum &c. Notate quòd non est inconueniens idem aliquando in bonum, aliquando in malum interpretari, sicut petra aliquando interpretatur Christus, aliquando contrarium, ut duritia, Ezech. 36. Auferam a uobis cor lapideum de carne uestra, Ita fermentum aliquando interpretatur in malo, in quantum habet corruptionem, 1. ad Corin. 5. Expurgate uetus fermentum &c. Item, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ &c. ibidem. Sed secundum quod habet feruorem & uirtutem dilatandi, sic tonat in bonum. Quid ergo significatur per illud? Significantur quatuor, Chrysost. dicit, quòd istud fermẽtum sunt Apostoli [mulier] diuina sapientia [Abscondit] eos [in farinæ, satis tribus] idest, in tribulationibus oppressit. Sed primo accepit, vnde Ioan. 6. & 15. Ego vos elegi de mundo ut eatis. Quos misit inter fideles, posuit in farinæ satis tribus. Satus est mensura, & valet modium & dimidium, idest, in tribus mensuris farinæ. Et quare in tribus? Ponitur finitum pro infinito, quia inter multas gentes. Vel propter tres partes mundi, quia ad omnes missi, uel propter gentes, quæ a tribus filiis Noe orti sunt. [Donec fermentatum est totum] idest donec omnes conuerterẽtur ad deum, psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum &c. Vel aliter secundũ Augustinũ, per fermentum feruor charitatis significatur, quia sicut fermentum dilatat, sic charitas, psal. 118. Via mãdatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Mulier ratio, uel anima, abscondit in tribus, idest, in toto corde, in tota anima, in totis uiribus. Vel per tria sata, tres status, scilicet prælatorum, contemplatiuorum, & actiuorum, qui per Noe, Iob, & Daniel intelliguntur. Vel possunt referri ad fructum centesimum, quadragesimum, & tricesimum. Hieronymus exponit de doctrina euangelica, quam mulier, idest sapientia abscondit in tribus satis quæ sunt, spiritus & anima, uel irascibilis & concupiscibilis, & rationalis. Vel aliter per mulierem intelligitur fides. Per tria sata, tres personæ in diuinis. Hilarius exponit de Christo, qui est fermentum quod per prouidentiam patris in mundo absconsum est in lege triplici, lege naturæ, lege mosayca, & lege euangelica. [Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis &c.] Positis diuersis parabolis ad turbas, hic confirmat, uel approbat per auctoritatem prophetæ. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur consuetudo Christi circa parabolicam lectionem: secundo, adhibet auctoritas; tertio, ponitur præcedentium expositio. secunda ibi [Vt adimpleretur &c.] tertia ibi [Tunc dimissis &c.] Dicit ergo [Hęc omnia &c.] Quare ergo turbis loqueretur in parabolis. ratio est duplex, quia in turba permisti erãt aliqui fideles, & aliqui infideles: item, aliqui benigni, & aliqui maligni. Propter malignos & infideles loquebatur sic vt non intelligerent, ut supra dictum est, vt uidentes non uideant, Propter fideles, ut melius capiant, melius retineant. Et hoc habetur Marci, 4. Paulus 1. ad Corin. 3. Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et sine parabolis non loquebatur eis &c.] Hoc uidetur falsum, quia in sermone domini in monte, & in multis aliis nõ loquebatur in parabolis. Chrysostomus sic soluit quòd verum est de ista tota locutione, quia istam totam prædicationem ad turbas parabolice loquutus est, Augustinus sic, quòd ideo non sine parabolis, quia aliquam locutionem non est loquutus ad turbas, quin permiscuerit aliquam parabolam. Vnde in sermone domini in monte permiscuit, ubi dixit. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, Et dicit, quòd si aliquando inueniatur sine parabola, dicendum quòd euangelistæ non secundum ordinem narrauerunt, vnde & si non sit scripta parabola intelligi debet, quòd propter hoc quod ibi dicit, quòd sine parabolis non loquebatur eis, & nisi commisceret parabolas [ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, psal. 77. [Aperiam in parabolis os meum.] Dupliciter locutus est dominus humano generi, Primo, in prophetis: secundo, in seipso, Esa. 52. Ecce ego qui loquebar, ecce adsum. Vtrobique parabolice locutus est, in prophetis multipliciter, & p seipsum similiter. Quod. n. factũ est in prophetis, signũ fuit quod faciendum erat per Christum, unde dicitur. Ego dominus qui aperui os prophetarum in parabolis, aperiam in meipso. [Eructabo abscondita a constitutione mundi.] In aperitione oris est manifestatio secretorum ut supra, Eructatio ex intimis est: tunc eructat, quando de profundo sapientiæ emittit, psal. 44. Eructauit cor meum uerbum bonum. Sapientia domini abscondita est, Iob. 28. Abscondita est ab oculis omnium uiuentium, Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam: unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit &c. Eructauit abscondita, & quæ fuerunt occulta a mundi constitutione, Ad Ephe. 3. Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu. Vel aliter, Eructabo ea quæ sunt a constitutione mundi, quæ sunt abscondita, Et quare? quia ipse est a constitutione mundi, & ipse nobis reuelauit seipsum per ea quæ fecit, Rom. 1. Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur &cæt. [Tunc dimissis turbis venit in domum.] Hic exponitur una de præmissis parabolis, & primo describitur locus: secundo, discipulorum interrogatio: tertio, expositio, Dicit ergo [Tunc &c.] In quo datur nobis exemplum, si uelimus secreta inuestigare, debemus in secretum intrare, Sapien. 8. Intrans in domũ meam, conquiescam cum illa, Eccles. 32. Præcurre in domum tuam, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & uerbo superbo &c. Et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. [Edissere nobis parabolã zizaniorum agri &c, quia de ista magis dubitabant. Aliquando præ reuerentia accedere non audebant, ut habetur, Ioan. 4. Quod nemo dixit ei, quare cum muliere loqueretur &c. Sed hic specialem audaciam acceperunt quia audierant. Vobis datum est &c. Sic si aliquid mysticum uelimus acquirere, debemus ad eum accedere. Accedite ad eum, & illuminamini, psal. 33. [Qui respondens ait.] Hic ponit expositio parabolæ zizaniæ. Et primo quo ad primã seminationẽ; secũdo, quo ad supseminationẽ; tertio, quo ad utrũque. Et primo, exponit quid sit seminator, quid ager, quid semen. [Qui seminat bonum semen est filius hominis.] Nominat se filium hominis, tum propter humiliratem, tum ut repellat hæreticos

ticos futuros; quidam enim deum esse negauerunt, quidam vero hominem. Vnde dicit se filium hominis; quod ad hominem pertinet, & seminare spirituale, ad deum pertinet, psal. 4. Signatum est super nos lumen uultus tui domine &c. [Ager est mundus] quem ipse creauit. Vnde supra dixit, in agro suo, Ioan. 1. In ꝓpria uenit &c. Item ibidem mundus per ipsum factus est. [Bonum uero semen hi sunt filii regni] ex quo alii propagati sunt qui fuerunt boni filii. Quòd si filii, & hæredes, Ad Rom. 8. Deinde exponit qd ad superseminationem pertinet, et dicit quid ut semen: zizania autẽ filii sunt nequam, Esaias 1. Væ populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis &c. Deinde quis seminator, dicens [Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus] qui induxit peccatum, Sapien. 2. Inuidia diaboli introuiit mors in orbem terrarum. Consequenter agitur de distinctione, et tria facit. Primo, ponitur tempus: secundo, ministri: tertio, distinctio. tempus ponit [Messis uero, consummatio sæculi est] sicut est dictum collectio prima facta per Apostolos, de qua Ioan. 4. Leuate oculos uestros &c. Alia uero in qua erit fructus collectio, de qua ad Gal. vltimo. Quæ seminauerit homo, hæc & meter. [Messores uero, angeli sunt.] Sicut enim in præsenti ecclesia ministri boni sunt homines, sic tunc erunt angeli. Consequenter ponit finem utriusque, ibi [Sicut ergo colliguntur zizania &c.] Et primo quo ad malos: secundo quo ad bonos: tertio, excitat ad spiritualem sensum. Dicit ergo [sicut zizania colliguntur, & igni comburuntur, sic erit in consummatione &c.] Mittet filius hominis angelos suos. Hæc verba ostendunt eum esse hominem & deum [Et colligent de regno eius omnia scandala] retorquet ad peccata quæ fiunt in proximum. Quod autem sequitur [Et eos qui faciunt iniquitatem] refert ad alia peccata. Quòd autem dicitur, regnum, intelligitur præsens ecclesia, quia in triumphanti non sunt scandala, & homo sciet per tribulationem precedentem finale iudicium. August. dicit q̃ non legimus quòd mali sunt ad remunerandum bonos, sed boni inueniuntur aliquando punire malos. Quod ergo dicit, omnia, intelligendum est in presenti ecclesia immittendo tribulationes, per quas etiam boni & mali punientur. Chrysost. exponit per regnum cælestem patriam. Et q̃ dicitur omnia scandala, non intelligitur quòd ibi sint, sed quòd non sint, unde colligent, & separabunt malos a bonis ne sint cum eis [& mittent eos] in caminum ignis. Pœna damni est carentia diuinæ uisionis, sed tangitur pœna sensus, cum dicitur [& mittent eos in caminum ignis.] Apocal. penul. Non intrabit in eo aliquod coinquinatum [Et mittet eos] idest, filius hominis potestate iudicatoria. [In caminum ignis.] Vnde dicetur, infra 25. Ite maledicti in ignem æternum. [Ibi erit fletus & stridor dentium.] Hoc expositum est, tamen potest ex hoc haberi quòd damnati, & in anima, & corpore punientur, unde supra 10. Eum timete qui potest animam & corpus mittere in gehennam &c. Fletus enim pertinet ad oculos, stridor ad dentes, oculi autem & dentes sunt membra corporalia, in quo significatur ueritas resurrectionis. Item, per fletum qui ex fumo cito generatur, significatur pœna ignis, per stridorem dentium frigus, ad nimium calorem transeat, ab aquis nimium, Iob 24. uel aliter, q̃ fletus ex tristitia, stridor ex ira, unde Act. 7. dicitur, q̃ stridebant dentibus in eũ. Esa. penultimo. Serui mei gaudebunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & pre contritione cordis ululabitis, Luc. 6. Væ uobis qui ridetis, quia plorabitis. Item, in stridore signatur impatientia & rixa, Apocalyp. 16. Qui manducauerunt linguas suas propter impatientiam sustinendi. [Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ.] Hic exponit quo ad bonos, et in eis erit duplex fulgor, scilicet in anima, per quẽ deum uidebunt, psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen, scilicet increatum, Esa. 5. Et implebit splendoribus animam tuam. Et detiuabitur ad corpus. Ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę &c. Sapien. 3. Fulgebunt iusti, & tanquàm scintilę in arũdineto discurrẽt &c. Quod dicit sicut sol, non est intelligendum absolute per omnimodam æqualitatem, maiorem enim habebunt splendorem, sed quia in istis sensibilibus quod magis splendet est sol. Conuenit autẽ cum sole, quia sicut sol nõ mutatur, sic nec iustus, Eccl. 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, stultus autem ut luna mutatur. Deinde excitat ad spiritualem sensum. [Qui habet aures &c.] scilicet interiores, audiat, scilicet intelligẽdo, Esa. 50. Dominus aperuit mihi aurem &c.

b ¶ Supra dominus parabolice ostendit doctrinę euangelicæ & impedimentũ, & profectum. Nũc autem ostendit eius dignitatem per quasdã parabolas, quas discipulis exposuit. Dignitas ostẽditur quantum ad tria. quantum ad copiositatem, quãtum ad eius communitatẽ, secunda ibi [Iterum simile &c.] tertia, ibi [Iterum &c.] Dico ergo, quòd copia doctrinæ euãgelicæ est in similitudine thesauri, quia sicut thesaurus est copia diuitiarum, sic in doctrina euangelica, Esa. 33. Diuitię salutis sapiẽtia, & scientia, timor domini ipse thesaurus eius &c. Circa istud sic procedit. Primo, ponitur thesaurus absconditus: secundo, inuentio: tertio, acquisitio &c. secunda ibi. [Quem qui inuenerit &c.] tertia, ibi. [Et præ gaudio &c.] Iste thesaurus multipliciter potest exponi. Secundum Chrysost. est euãgelica doctrina, de qua 2. ad Corin. 4. Habemus hunc thesaurum in uasis fictilibus, qui absconditus est in agro huius mundi, scilicet ab oculis immundorum sup. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus. Secundũ Gregorium dicitur cælestę desiderium, Esa. 33. Timor domini ipse est thesaurus eius. Iste est absconditus in agro disciplinæ spiritualis, quia exterius uidetur contemptibilis, interius uero dulcedinem habet, Prouer. 24. Diligenter exerce agrum tuum. secundũ Hiero. est uerbum dei, de quo ad Colos. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, quem absconditi in agro sui corporis, quia latebat in carne, Esa. 2. Et non est finis thesaurorum eius. Ideo aliter intelligitur sacra doctrina, quæ absconditur in agro ecclesię, Sap. 7. Infinitus enim thesaurus est hominibus. [Quem qui inuenit homo abscondit.] Inuenitur in omnibus per fidem. Non enim potest in aliquibus esse nisi per fidem, Sapien. 1. Inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autẽ eis qui fidem habent in illum. Sed oportet quòd abscondatur, secundum q̃ dicitur, psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua. Quod autem absconditur, non debet esse ex inuidia, sed ex cautela. Quare autem absconditur debeat, multiplex est ratio. Vna qa magis fructificat & proficit, qa magis exardescit, sicut ignis conclusus magis calefacit, sicut uerbum quando est absconditũ, Hiere. 20. Factum est uerbum domini quasi ignis æstuans claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinẽs. & in psal. 38. Concaluit cor meũ, & in meditatione mea exardescet ignis intra me. Item, est quòd absconditur ob inanem gloriam: si enim fumigat exterius, subiacet periculo. Ideo dominus supra cap. 5. Ora patrem tuum in abscondito. Item, quia sic tutius custoditur, quando enim est in publico, tunc inuenit qui rapit, Esa. 39. Qui ostendit thesauros nuntiis regis babylonis. & subditur, Ecce uenient dies, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt. Sed quid est quod dictum est supra 5. cap. Luceant opera uestra bona? Soluitur ob distinctionem temporum, quia quando primo inuenitur, bonum est quòd abscondatur, sed quando homo confirmatus est, tunc bonũ est quòd manifestetur, Eccle. 41. Thesaurus inuisus, & sapiẽtia abscondita, quæ utilitas in utrisque &c? Gregorius dicit, quòd debet esse apertus in effectum, absconditus in corde. Vnde dicit sic. Opus sit in publico, quamquàm intentio maneat in occulto. [Præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet.] Hoc est tertium de acquisitione, quia gaudet, Iob 3. Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum inuenerint sepulcrum, quando per fidem inuenerit, præ gaudio [uadit] & incipit proficere, [& uendit omnia] idest, cõtemnit, ut spiritualia habeat [& emit agrũ &c.] Hoc est uel bonam societatem sibi exquirit, uel emit sibi otium quod non habet, scilicet pacem spiritualem. Ad Philip. 3. Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifacerem. Cantic. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione quasi nihil despiciet eam &cæt. Item, simile est &c.] Hic ostenditur pulchritudo, uel claritas. Simile est regnum. Ista parabola exponitur multipliciter. Chrysostomus, & Hieronymus exponunt de euangelica doctrina. Multæ sunt doctrinæ falsæ. Istæ non sunt margaritæ. Homo ergo qui quærit diuersas doctrinas, inuenit unam, scilicet euange-

licam doctrinam, quæ una est propter uerita-tem. Virtutes enim multæ sunt, sed necessitas una. Vnde Dionysius dicit ꝙ uirtus diuidit, sed veritas odorem dat, unde ad designandam ueritatem uocat unam. Item, dicitur una propter diuersam doctrinam prophetarum. [Abiit & uendidit] idest, omnes doctrinas & prophetarum, & philosophorũ pro ista dimisit, Prouer. 25. In auris aura & margarita fulgẽs q̃ arguit sapientem & aurem obedientem &cæt. Grego. Istam dicit esse cęlestem gloriã, quia bonum est naturaliter desiderabile, & homo semper uult commutare minus bonum pro maiori bono. Summũ bonum hominis est gloria cælestis, hãc cum inuenerit, debet omnia dimittere pro ista, psal. 26. Vnam petii a domino, hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ &c. August. Tripliciter exponit, Simile &c. idest, quærenti bonos homines a quibus informetur, quia unus pollet in una virtute, alius in alia. Et cum inuenerit eam, scilicet Christum, in quo omnes uirtutes sunt in summo, Abiit &c. Item aliter, per bonas margaritas signantur diuersa præcepta, & omnia ad uitam necessaria. Et dum inuenerit unã, idest, unum mandatum, scilicet charitatis, [Abiit &c.] Ioan. 13. Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem &c. Et Apost. Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio. Item aliter, per margaritas intelliguntur diuersæ scientiæ, quas quærendo inuenimus principium omnium scientiarum, scilicet uerbum dei, de quo Eccl. 1. Fons sapientiæ uerbum dei. Vnde debes omnia uendere pro isto & terrena, & animam, & corpus, quia cum uendis ista, te ipsum habes, & es dominus tui Ad Phil. 3. Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifaciam, unde omnia debes dare pro isto lucro, sicut dabat Paulus 2. Cor. 5. Vnus pro omnibus mortuus est, ut & qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. [Iterum simile est regnum cælorum &c. Hic ponitur alia parabola: secundo ponitur expositio non quãtum ad totũ, sed quo ad partem, ibi [Sic erit &c.] Et in ista duo fiunt. Primo, ponitur communitas huius doctrinæ: secundo distinctio, ibi [Cum impleta &c. Dicit ergo. [Simile &c.] Ista sagena est quoddam instrumentum quod circundat magnam partem maris. Vnde potest per eam significari uel doctrina, uel ecclesia, quia primi doctores fuerunt piscatores, supra 4. Erant enim piscatores. Hæc ponitur in mari, idest, in mundo, psal. 103. Hoc mare magnum & spatiosum &c. [Et ex omni genere piscium congreganti.] Ecce communitas. Lex enim non erat data nisi uni genti, psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Lex euãgelica cõgregat omnes. Ad Ro. 1. Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Et Marci ultimo. Ite, prædicate euangelium omni creaturæ. Sed numquid idem erit finis omnium? Modo omnes simul sunt in sagena, sed in fine omnes separabũtur. Vnde dicit. [Quam, cum impleta esset &c.] idest, quando tot electi intrauerint ut sit completus numerus electorũ, [educẽtes, & secus litus sedentes &c.] Per litus finis mundi significatur, quia non erit apud sanctos turbulẽtia, sed erunt in quiete bona. Et dicit, sedentes, quod pertinet ad iudiciariam potestatẽ, infra 19. Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Israel. [Elegerunt bonos in uasa sua.] Et in cælestia habitacula, Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et dicit uasa pluraliter, propter diuersitatem retributionum, Luc. 16. Recipiãt uos in æterna tabernacula. [Malos autem foras miserunt] quia omnes immundi eiicientur. Sic erit in consummatione sęculi.] Hic exponit parabolam. Et notandum quòd exponit solum quo ad malos. Sed tunc est quæstio, quare magis exponit de malis quàm de bonis? Dicendum, quòd fecerat mentionem de sagena, qua quandoq̃ pisces capiuntur, mali eiiciuntur & uiuunt: boni autem occiduntur & comeduntur. Ideo posset aliquis dicere, quòd ita esset ex parte ista, ideo ut excludat illud, exponit dicẽs. [Exibunt angeli &c.] idest, ibunt ab intimis contemplationis, quia ubicumque sunt, contemplantur deum, sed quia progrediuntur ad exterius ministerium, Daniel. 9. dicitur de quodam angelo, Egressus sum ut docerem te. [Et separabunt malos de medio iustorum.] Mòdo mali sunt inter bonos, zizania in medio tritici, lilium inter spinas, sed separabuntur ex communione bonorum, et ex hoc est mala excommunicatio: ista tamen signum illius, sed tamen alia, quia ecclesia sæpe decipitur, sed tunc non erit deceptio. Hæc est de qua dicit Apost. 1. Cor. 16. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Vnde dicitur, Tollatur impius ne uideat gloriã dei. Sequitur de pœna sensus. [Et mittent eos in caminũ ignis.] Hoc exponitur ut supra. Sed est q̃stio, quare iteraut hoc dominus, quia uidetur idem esse quod parabola de zizania. Dicẽdum, quòd idem est quantum ad aliquid, quia hic per sagenam intelliguntur & boni, & mali: unde significat eos qui non sunt præcisi ab ecclesia. Sed per zizaniam significantur illi qui sunt præcisi per diuersitatem dogmatum, & hi non sunt de ecclesia. [Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, Etiam.] Postquàm dominus compleuit parabolicam doctrinam, & quo ad discipulos, hic determinat de effectu. Et primo in discipulis: secundo in turbis, ibi [Et factum est &c.] Effectus in discipulis fuit intellectus. Vnde tria ponuntur. Primo, examinatio: secundo, professio: tertio, designatio eorum ad futurum officium. Notandum autem, quòd cum multa locutus esset ad turbas & discipulos, quia futuri erant magistri, ideo oportebat quòd intelligerent. Et nota, quòd de tribus examinabantur. Primo, de intellectu. [Intellexisti hęc omnia?] Item, de amore, Ioan. ult. Simon amas me plus his? Itẽ, de possibilitate ad passionẽ, infra. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Bene patientes erunt ut annuntient, psal. 91. Licet humilitatis sit quòd homo non se extollat, ingratus tamen est si beneficium non recognoscat, Esa. 63. Miserationum domini recordabor. Ideo respondent & dicunt ei [Etiam.] Ibi ponitur professio eorum attribuẽtium sermoni Christi, psal. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. [Ideo omnis scriba doctus &c.] hic ostendit officium quod imminebat eis quasi iam examinatis. Et hæc conclusio dupliciter potest sequi ex præmissis. Primo retorquendo hoc quod dictum est de thesauro. Potest ergo esse sensus, ut dominus uelit istud exponere. Vos dicitis, quòd intelligitis. Si intelligitis, potestis scire quòd thesaurus est sacra doctrina. De isto thesauro poteritis proferre noua & uetera. Et notandum quòd isti dicuntur scribæ, quia possunt conferre in regno cælorum, & in doctrina sacra, ubi noua & uetera continentur. Et dicuntur scribæ per idoneitatem, quia scribæ, idest, docti, Daniel 12. Porro docti intelligent, infra 23. Ecce ego mitto ad uos sapientes & scribas. Item, dicuntur scribæ ex officio, quia sunt notarii Christi, quia scripserunt mãdata Christi in tabulis cordis sui, Prouerb. 6. Liga ea in corde tuo iugiter. Item, in cordibus aliorum. Vnde Apost. 2. ad Corin. 3. Epistola uestra scripta est i cordibus nostris [Similis est patrifamilias] scilicet Christo. Ipse enim est dominus, ut habetur supra 13. qui profert de thesauro noua & uetera officia nouæ legis. Noua enim lex nouus sensus addit super ueterem, & Christus hos exposuit, & ideo debet nobis sufficere ut sit similis Christo, sicut supra 10. habetur. Sufficit discipulo si sit sicut magister eius. Vel potest dici, Simile est cuicumque alii patri, qui profert de scientia diuinitus sibi data noua & uetera. Nõ sic Manichæi, quia non proterebant uetera, Cant. 7. Omnia noua & uetera seruaui tibi: ergo potest referri de expositione parabolæ. Secundum August. sic exponitur. [Ideo omnis &c.] Vos intellexistis qualiter locutus sum turbis parabolice, & exercitati estis ut qd parabolice dictum est, secundum sensum spiritualem intelligatis. Vnde debetis intelligere ut ea quæ in ueteri lege leguntur, sciatis exponere per nouam. Vnde quæ in ueteri dicuntur, sunt figuræ noui testamenti, unde Apost. 1. ad Corin. 10. Omnia in figura contingebant eis. Et hæc reuelata sunt in passione. Vnde infra 27. dicitur quòd patiente domino uelum templi scissum est. Vnde Christus ante passionem in parabolis locutus est, ut auditis his intelligant ea quæ in ueteri testamento dicuntur, esse dicta in figura aliarum rerum, licet essent res gestæ. [Omnis ergo scriba doctus &c. profert de thesauro suo noua & uetera. Vel secundum Gregorium,] quòd uetera referantur ad omnia ea quæ ad peccatum referãtur, noua quæ ad gratiam Christi, unde noua dicuntur præmia uitæ æternæ, uetera

pœna inferni. Ille ergo profert noua ut uetera qui non præmia, sed pœnam etiam inferni considerat. [Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas &c.] Hic ponitur effectus in turbis duplex, scilicet & admirationis, & scãdalizationis. Et primo locus describit: secundo, admiratio: tertio, improbatio. Dicit ergo [factũ est &c.] Notandum ꝙ non uidetur, ꝙ statim transierũt. Vnde nõ seruat ordinẽ historiæ, sed transiuit, quia ad intelligendum non erant idonei, ideo ad alia se transtulit, sicut ibi Eccles. 33. Vbi audiri non potest, nõ effundas sermonẽ. & 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam. [Et ueniens in patriam suam.] Patria sua aliquãdo dr̃ Nazareth, ubi nutritus est, & ibi fecit pauca miracula: aliquãdo Bethleem, in qua natus est: aliquando Capharnaũ, quia miracula fecit ibi [Et docebat in synagogis eorum &c.] Sequitur admiratio, & primo, ponitur admiratio: secũdo, causatur effectus. Dicit [ita ut mirarentur.] non erat mirũ si mirabãtur, psal. 118. Mirabilia testimonia tua. Admirabanẽ unde illæ uirtutes essent: admiratio enim ex hoc causatur, quòd uidetur effectus, & nescitur causa. Isti effectum manifestum uidebant, sed causam nesciebant, unde dicebant. [Vnde huic sapientia & uirtutes?] Sed hæc stulta admiratio, quia 1. ad Corin. 2. habetur, quòd ipse est *dei uirtus & sapientia: sed non cognoscebant*, ideo admirabantur, & ponunt admirationem suam & cognitionem suam. Vnde dicebant. [Nonne hic est fabri filius?] Ipse enim putabat̃ filius Ioseph, qui non erat faber ferrarius, sed lignarius: quàmuis etiam posset dici filius fabri, qui fabricatus est auroram & solem psalm. 73. Nonne mater eius dicitur Maria?] Omnia noscebant quæ erant humanitatis. De Maria habetur supra 1. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph &c. [Et fratres eius Iacobus, & Ioseph, Simon & Iudas.] Eluidius intellexit istos esse filios Mariæ. Sed hoc falsum est, sed fuerunt consobrini eius. Vel dicuntur fratres, quia de cognatione Ioseph, qui putabatur esse pater Iesu. Gene. 13. Non sit contentio inter me & te: fratres enim sumus dixit Abraam ad Loth. Cum tamen Loth esset filius fratris, & eodem modo intelligendum est quod sequitur. [Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt?] Ideo ex his quæ secundum carnem erant, in admiratione prodebant dicentes. [Vnde ergo huic omnia ista?] Sed notandum quòd admiratio quandoque habet debitum effectum, scilicet dei glorificationẽ, ut supra. 3. Aliquando uero scandalizationem, unde dicit. [Et sic scandalizabantur in eo.] Sed quæ est ratio, quòd admiratio aliquando pariat gloriam, aliquando scandalum, ratio est quia quidam ea quæ audiunt, interpretantur in peius, ideo tales necessario scandalizantur. In canonica Iudæ. Quæcumq; quidem ignorant, blasphemant. Sed aliqui qui sunt bene dispositi, semper in melius interpretantur. De primis erant isti, ideo eos reprehendit. Et primo uerbo: secundo facto, cum dicit. [Iesus autem &c. Non est propheta sine honore &c.] Dominus seipsum prophetam nominat. Nec mirum, quia Moyses etiam ipsum prophetam nominauerat. Deuter. 18. Prophetam suscitabit uobis de gente tua, & de fratribus tuis &c. Et potest dici, quòd propheta dicitur esse qui aliquid dicit quod est supra humanum intellectum per reuelationem: et sic Iesus dicitur propheta, quia mens eius illuminata est ab angelis & deo. Vel potest dici aliquis propheta a procul & phanos, quod est illuminatio, & sic Iesus non potest dici propheta: siquis fuerit inter uos ꝓpheta domini Tuisione apparebo ei &c. Sic habet textus. Sed si fuerit aliquis propheta, loquatur in ænigmatibus, sic non fuit Christus propheta, quia dixit quæ uere sciuit Ecclesiast. 34. Qui multa didicit, narrabit intellectum. In prophetis ueteris testamenti non inuenimus aliquem honoratum a suis, sed magis ab alienis, ut legitur in Hieremia, qui fuit captus a suis, sed ciuitate capta, ab extraneis liberatus. Sic etiam fuit de Christo, qui ab extraneis honorabatur, a suis despiciebatur. Et quæ est ratio, quare nullus in patria sua honoratur? Vna ratio est, quia quando est in patria sua, multi qui cognoscunt infirma sua, semper reducunt in memoriam infirma: hoc enim est a malitia hominum, ut magis infirma cogitent quàm perfecta. Alia ratio potest assignari, quia dicit Philosophus quòd populus multum paralogizatur, quia credunt quòd in aliquo pares, in omnibus pares sint: unde quando aliquis est in patria sua, cum uident eum parem sibi in aliquo uel in genere, uel aliis, credunt quòd non possit esse maior. Ideo bene dicit. [Non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua &c. Vnde sequitur. [Et non fecit ibi multas uirtutes.] non quia non potuerit, quia omnipotens erat, sed non fecit, quia ad hoc faciebat ut sibi crederetur, sed ipsi eum despectui habebant, quia in malum interpretabantur, ideo non erant dispositi ad fidem: aliquas tamẽ fecit, ut inexcusabiles redderẽtur. et ideo dicit, nõ multas, quia aliquas. Et hoc propter incredulitatem eorum.

CAPVT XIIII.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo. Herodes enim tetuit euangelicæ doctrinæ sub quibusdam parabolis, hic ostendit factis, et tria facit. Primo, ostendit ad quos effectus se extendat per similitudinem factorum: secundo, ostendit sufficientiam euangelicæ doctrinæ: tertio, quò in puritate conseruanda sit ẽm in 15 cap. tertium. in 16. Circa primum. Primo, ponitur falsa opinio: secundo, occasio: tertio, improbatur opinio, secunda, ibi. [Herodes &c.] tertia, ibi. [Quod cũ audisset &c.] Dicit ergo. [In illo tempore &c.] Et non est retorquenda ad illum diem, sed tempus in generali, quia Marcus, & Luc. non eodem ordine narrant, quia istud narrant post missionem discipulorum, ut habetur Marci. 6. Vnde incertum est qui seruent ordinem historiæ, tamen quod dicitur. [In illo tempore.] dicitur, ut denotetur negligentia Herodis: quia post miracula tunc primo audiuit famam de Iesu. Hæc enim desidia solet esse in diuitibus, quòd non curant de paruis rebus. 1. Thi. ultimo. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum &c. [Audiuit Herodes tetrarcha] ad differentiam Herodis regis, sub quo natus est Christus, ut habetur supra cap. 2. Vnde illo defuncto reuersus est Christus de Aegypto. Iste Herodes fuit filius eius, & fuit tetrarcha. Pater eius constitutus est rex a Romanis, & habuit sex filios, quorum duos interfecit in uita sua, alium primogenitum interfecit in morte, cum iam faceret se proferri in regem, patre adhuc uiuente. Ipso mortuo Archelaus accepit sibi regnum, & sequens malitiam paternam, non potuit tolerari a Iudæis. Tunc accesserunt ad Romanos, & diuisum est regnum in quatuor partes. Duæ partes traditæ sunt Archelao, alia Herodi, & alia pars Philippo. Vnde iste erat tetrarcha & princeps super quartam partem regni. [Audiuit famam Iesu.] Ex hoc reprehensibilis erat quòd tanto tempore iam uixerat, & miracula fecerat, & tamen tunc primo audiuit. Vnde impletur illud Iob 28. Perditio & mors dixerunt. Auribus nostris audiuimus famam eius &c.] Et ait pueris suis. [Hic est Ioannes &c.] Aliqui dixerunt quòd ipse tenuit dogma de transfusione animarum. Plato enim & Pythagoras posuerunt, quòd anima exeunte ab uno corpore subintrat aliud corpus. Hanc opinionem Herodes tenens, ut dicunt, credebat quòd anima Ioann. transisset in animam Christi. Sed hoc non potest esse, quia parum ante interfecerat eum. Iesus autem erat triginta annorum, unde hoc non credidit. Item iam miracula fecerat ante decollationem, & ante incarcerationem, ut habetur Ioann. 3. Herodes tamen laudandus est, quia resurrectionem credidit, de qua Iob. 14. Putas ne homo mortuus &c. Item aliam bonam conditionem habuit quod credidit, quòd fiat resurrectio in meliori statu. Ideo credidit quòd tunc operaretur miracula quæ ante resurrectionem non fecerat, ideo dicit, Et ideo uirtutes operantur in eo, quia ad altiorem statum aduenerit, unde resurgent homines in meliori statu, unde Apostolus 1. Corin. 15. Seminatur in infirmitate, resurget in uirtute. Sed hic est quæstio, quia dicit Lucas, quòd audiuit & dubitauit, unde dixit, Ioannẽ ego decollaui? hic autem dicit sine dubitatione, dum dicit, hic est Ioannes. Soluit Augustinus. Quòd non a se, sed audiuit ab aliis. Vnde cum primo audiuit, dubitauit, sed crescente fama consensit. Vnde Lucas primum recitauit, sed secundum Matthæus. Vel aliter potest dici, quòd eiiam Mat. dubitationem Herodis tangit, ita quòd legatur interrogatiue. [Hic est Ioannes? Herodes ante tenuit Ioannem.] Hæc facta sunt ante, unde non sequitur ordinem, sed ex incidenti determinat de morte Ioannis. Sed est quæstio, quare Euangelistæ ex incidenti determinant de Ioanne, & hoc quærit Chrysostomus. Soluit autem, quia principaliter facta christi intenderunt, alia uero solum secundum quòd referebantur ad Christum. Ideo hic ex consequenti determinat mortem Ioan. Et primo determinat incarcerationem: secundo mortem. ibi [Die natali &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit incar

cerationem: secundo causam: tertio decollationem. [Herodes enim tenuit Ioã. &c.] Tangit ordinẽ: quia primo comprehendit eũ ligauit, & incarceraui. Sic autem fuit de Christo. Causam tangit, cũ dicit [propter Herodiadem uxorem fratris sui. Herodes & Philippus fuerunt fratres. Philpp. habuit filiam Arethæ regis Arabum.

Hic habuit inimicitias cum illo rege Arabum, & etiam cum fratre suo Herode, ita quòd rex Arabum in odium Philippi accepit filiam suam, & concessit eam Herodi. De isto Ioanne debetis intelligere q̃ homo fuit magnæ uirtutis: unde de ipso dicitur. Ipse ueniet in uirtute Heliæ. Item notare debetis, q̃ etiam martyr dicitur, q̃ propter redargutionẽ fidei mortuus est, quia pro ueritate, & Christus ueritas est. Dicebat.n. Herodi, Nõ licet tibi habere &c. Sciendum quòd Antipater pater Herodis regis alienigena fuit, sed proselitus fuit, unde filii sui iudæi fuerunt. Sed præceptum erat in lege quòd uiuente fratre, alter non haberet uxorem fratris. Ideo Ioan. quasi emulator legis dicebat. [Non licet tibi habere &c.] Et uolens eum occidere, timuit populum. [Aliquando accidit quòd cum quis non uult uitare peccatum, cadit in maius, Osee 4. Homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit: unde cum noluit uitare adulterium, incurrit homicidium. Et cum uoluit [timuit populum.] Commotio populi multum est timẽda. Eccl. 26. A tribus timuit cor meum, zelaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem. Item timor domini aufert malam uoluntatem, sed timor hominis non, licet faciat differre. Ideo quia non potuit, propter timorem populi distulit. [Die autem natalis &c.] Hic de occisione tria facit, quia nõ potuit propter timorem populi. Primo ponuntur præcedentia: secundo occisio: tertio subsequentia. Circa primum ponũtur præcedentia tria, quia saltatio, promissio, petitio. Dicit ergo. [Die autem &c.] Consuetudo apud antiquos erat, quòd celebrarent diem natalis, contra illud Eccl. 6. Melior est dies mortis, quàm dies natiuitatis. Non legitur quòd aliqui celebrauerunt diẽ natalis nisi ille, & Pharao rex Aegypti, unde [die natalis filia Herodiadis &c.] Sic uocabatur [saltauit in medio] idest, in tricliuio, & in hoc culpabilis redditur, quia in lasciuia oblitus est aulam regiam, in qua non debebant hæc fieri, [& placuit Herodi.] contra illud Eccl. 9. Cum saltatrice non sis assiduus. Et sequitur [Vnde cum iuramento pollicitus est &c.] Ecce incauta promissio, & temerarium iuramentum. Eccl. 23. Iurationi non assuescas os tuum, multi enim casus in illa. [Et præmonita a matre &c. Da mihi in disco &c.] Hic ponitur petitio mulieris. Mulieres aliquando sunt piæ & mobilem affectum habent: unde quãdo sunt piæ maxime sunt piæ, sed quando sunt crudeles, maxime sunt crudeles, Eccl. Non est caput nequius super caput colubri: non est ira super iram mulieris. Et ibidem dicitur. Breuis omnis malitia super malitia mulieris. Vix enim cogitaret homo, quæ cogitat peruersa mulier. Mater ergo petiit ut saturaret iram suã. Item timebat ne aliquando Herodes propter uerba Ioan. conuerteretur, & dimitteret eam. [Et contristatus est rex &c.] Hic determinatur quomodo occiditur. Chrysost. Hic datur exemplum quòd honestas etiam ab impiis honoratur, ut habetur Sap. 8. Hierony. dicit quòd modo est cõtristatus qui ante uoluit interficere, sed timuit populum. Quare ergo dicit quòd est contristatus? Soluit. Consuetudo est hominum ut recitent quod uidetur hominibus: sicut dicebant Christum filium Ioseph, quia ita putabant, ut habetur Luc. 3. Vnde dicit contristatus, quia ita uidebatur hominibus. Sequitur executio. Et primo ponitur præceptum: secundo executio. [Propter iusiurandum, & propter simul &c.] In hoc stultus fuit, quia de re inhonesta non est timendum iuramentum, quia eo quòd iuro, fum periurus. Hiere. 48. Iurabitis in iudicio, scilicet cum discretione in iustitia & ueritate. Item si iurasset quòd in semet faceret, intelligi debebat in honestis. Vnde quòd in se facere non debuit, alii nec præcipere debuit. Zach. 8. Iuramentum mendax ne diligatis. [Et propter simul discumbentes.] ut omnes facerent homicidii participes.

nuit Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioãnes. Non licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis ĩ medio, & placuit Herodi: unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. At illa premonita a matre sua, Da mihi, inquit, hic ĩ disco caput Ioannis Baptistæ: & contristatus est rex. Propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iussit dari, misitque, & decollauit Ioannem in carcere. Et allatũ est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierũt illud, & uenientes nuntiauerunt Iesu. Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauiculam, in locum desertum seorsum. Et cũ audissent turbæ secutæ sunt eũ pedestres de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum.

F Omnes enim rogabãt pro puella [iussit dari, misitque &c.] Hic ponitur executio, hic adimpletur quod dixerat illum oportet crescere, me autem minorari, quia Christus in cruce extensus, iste decollatus. Item decollatio Ioannis signum fuit, quòd auctoritate legis debebant amittere, scilicet Christum & legem. Cõsequẽter ponitur subsequẽtia decollationis. Et primo ponit redditio promissi: secũdo sepultura. Dicit ergo. [Et allatũ est caput eius in disco.] Et m hoc reprehensibilis fuit Herodes, quia crudelitatem exercuit inter uoluptates. vn de dicitur q̃ quidã baliu⁹ amabat quãdam meretriculam, & cum esset in gremio, dixit illa quòd nunquàm uidit hominem interfici. Et cum esset in prãdio fecit adduci quẽdã

G

morte dignum, & fecit coram illa decollari: quod sciuerunt Romani, & exul factus est a Roma. Sic iste etiam missus fuit in exiliũ. [Et accedentes discipuli eius &c.] Hic agitur de sepultura Ioan. & computatur inter opera misericordiæ, & tamen uidetur q̃ misericordia ad mortuũ non pertineat, quia si ad eũ pertineat, uidetur quòd non sit uerum quod dicit dñs. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Quare ergo cõputatur inter opera misericordiæ? Dicendum, quòd & si non seruiatur ei secundũ affectum quem modo habet, seruitur tamẽ ei secundũ affectum quẽ modo habet cum mortuo, unde [tulerunt corpus eius & sepelierunt.] Dicitur quòd apud Sebastem, cum sit ibi prope. Post uidens Iulianus apostata multos uenientes ad eius reliquias, fecit eum cõburi excepto capite. [Et uenientes nuntiauerunt Iesu.] Vnde discipuli Ioan. qui primo calumniabantur Iesum. Ioan. mortuo redierunt ad Iesum, & fuerunt ei familiares: sic aliqui in tempore tribulationis conuertuntur ad Christum. Osee. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. [Et cum audisset Iesus secessit in nauicula in locum desertum seorsum.] Supra posita est opinio Herodis de Christo, & occasione huius introducta est narratio de Ioanne: nunc autem ostenditur opinio Herodis esse falsa. Duo dixerat, quia Christus erat Ioannes quem occiderat: item q̃ resurgens uirtutes operabatur. Dicit ergo quòd cum audisset Iesus secessit inde in nauicula &c. Quare secessit? Assignat quatuor rationes Hierony. Prima, ut parceret inimicis suis, ne ex homicidio in homicidiũ ruerent. Osee. 4. Sanguis sanguinem tetigit. Item, ut passionem differret, unde ipse dicit Ioan. 7. Tempus meum nondum aduenit. Item, ut nobis exemplum daret ne nos ingeramus passionibus. Non enim est uirtus se passionibus ingerere, sed præsumptionis. Vnde supra. x. Si persecuti fuerint uos in una ciuitate, fugite in aliam. Item, ut ostenderet quanta deuotione audiebant turbæ uerbum dei, quia etiam in periculo sequebantur eum. Deuter. 13. Tentat uos dominus deus uester, ut palam sciat utrum diligitis eum. Item notandum, quòd quatuor ponit quæ turbam debeant retrahere a sequela Christi. Primum est, quòd secessit in nauicula, item quòd in loco deserto, item quòd non erant ibi aliqua nemora, quia erat desertum, item non iuxta uiam, ad quam homines libenter se diuertunt, sed iste secessit seorsum. Hoc autem fecit ut magis deuotio turbæ sit approbanda. Item Chrysost. dicit quòd secessit ut hominem approbaret, ideo noluit secedere nisi nuntiata morte Ioannis. sequitur. [Et cum audissent turbæ &c.] Hic agitur de mirabilibus. Et primo tangitur deuotio turbarũ: secundo tangunt ur mirabilia. Dicit ergo. [Et cum audissent turbæ secutæ sunt eũ, & pedestres de ciuitatibus.] Vbi tangitur deuotio turbarum & pauperũ hominũ qui deuotionis causa domibũ sequũtur. Osee. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Et exiens uidit turbam &c. Hic tangit mirabilia quę operatus est dominus exẽs de deserto, & recte; quia dũ in cellis erat, non quærebãt eum turbæ. Ioa. 16. Exiui a patre, & ueni in mũdum. [Vidit turbam.] Vnde excitat ad misericordiã. Vnde sequitur. [Et misertus est eis.] Vnde statim fecit eis misericordiã, psal. 85. Et miserator & misericors dominus pariens, & multę misericordiæ & ueræ &c. Sequitur effectus huius misericordiæ. Et curauit languidos eorũ, scilicet grãtis, & non rogatus psal. 106. Misit uerbum suum, & sanauit eos.

H

I

Post-

b ¶ Postquàm exclusit Herodis opinionem, hic tangit doctrinæ Christi uirtutem. Triplex enim est uirtus eius, reficit, liberat, & infirmos sanat. Prima igitur uirtus ostenditur, qui pascit turbas: secũda quia discipulos a periculis maris liberat: tertia quia multos sanat. secunda, ibi. [Et statim impulit &c.] tertia, ibi. [Et cũ transfretasset &c. Circa primũ tria, quia primo ponitur uoluntas reficiendi: secundo distributio cibi: tertio plenitudo refectionis. Secunda, ibi. [Iesus &c.] tertia, ibi. [Et manducauerũt &c.] Dicit ergo. [Vespere autem facto,] scilicet solis occubitu, per quod significat mors Christi, quia tunc tradidit corpus suum in cibũ. vnde infra. 26. Hæc facite in meã commemorationẽ. Et 1. Corinthio. 11. Mortem domini annuntiabitis &c. Deinde inducit necessitatem ex loco [desertus est locus.] Hic uidetur illa eadem fieri quæstio quæ habetur in psalm. 77. Nam quomodo poterat dominus mensam parare in deserto? Item si iuxta uillam esset locus, potuisset credi quòd inde habuisset cibos, sed locus erat desertus. Item ponitur necessitas ex hora, quia dicit. [Et hora iam preteriit.] qua possint sibi aquirere cibos. [Dimitte turbas.] Ex hoc uidetur, quòd discipuli ita fuerunt intenti suauitati sermonis Christi, quòd magis delectabantur in audiendo Christũ, quàm in procurando sibi uictum, vnde parum curabant de corporis refectione. Habetur enim Luc. 21. Erat autem diebus docens in templo, noctibus autem morabatur in monte. Item alia occasio, quia iam uespere erat. De ista fame habetur Amos. 8. Mittam famem in terra, non famem panis, neque sitis, sed audiendi uerbũ domini, et in hoc significatur deuotio turbarum. Item dilectio & reuerentia ad Christum, quia non recesserunt ab eo, quàmuis uespere esset. Sed hic est quæstio literalis, quia in Ioanne habetur, quòd Iesus interrogauit Philippum. Hic autem habet, quòd discipuli interrogauerunt Christum. Soluit Augu. Non est hoc inconueniens, quòd id quod unus dimisit, alter dicat. Vnde primo dixerunt illi Christo: secundo eleuans oculos Iesus interrogauit discipulos. [Iesus autem dixit eis] Hic ponit distributionem cibi, et circa hoc tria facit. Primo ponitur imperiũ Christi: secundo quantitas ciborum: tertio modus & ordo distribuendi. Secunda, ibi. [Responderunt &c.] tertia, ibi. [Afferte mihi illos &c.] Duo dixerant. Primo ut dimitteret turbas: item quòd quærerent escas sibi. & ad hęc duo respondet Christus. Vos dimittite turbas, sed [non habẽt necesse ire.] quia hic est qui dat escam omni carni. psal. 135. Item uos dicitis quòd quærant escas, sed non est necesse, quia uos potestis dare escas cælestes. Vnde dicit [Date illis uos manducare.] Vnde datur exemplum quòd spirituales escæ præponendæ sunt carnalibus. Sequitur quantitas ciborum. [Responderunt ei. Non habemus nisi quinque panes, & duos pisces.] Ex hoc possumus notare, quòd apostoli ita erant dediti sermoni dei, quòd non curabant etiam de cibis quærendis, ad Rom. 13. Et carnis curã ne feceritis. Mystice per quinque panes doctrina legis, psal. Pauit eos pane uitæ & intellectus. Per duos pisces doctrina psalmorum & prophetarũ importatur. Vel secundum Hila. Per duos pisces doctrina prophetarum & Ioan. Baptistæ, ut duę personæ excellentes in lege, scilicet regalis & sacerdotalis. [Qui ait afferte mihi illos.] Hic ponitur modus distributionis. Et primo ponitur præsentatio: secundo dispositio turbarum: tertio oratio: quarto distributio. Vnde dicit [qui ait.] Ipse qui omnipotens erat, unde creare poterat panes nouos, sed uoluit ex factis panibus reficere. Sed quæ est causa? Ratio literalis secundum Chrysost. est, ut confutaret hæresim Manichæorũ, qui has creaturas a diabolo dixit factas, cõtra illud quòd scribitur 1. ad Thi. 4. Omnis creatura dei bona est. Vnde si a diabolo essent, in eis tanta miracula non fecisset. Item, ut ostenderet se hominum in terra & in mari, illũ qui in Gene. 1. dixit, Germinet terra herbam uiridem, & qui dixit, Producant aquæ &c. ille idem panes multiplicat. Item ad delightãdum quòd legem ueterem non reprobauit, sed in nouam cõuertit: ideo dicit, Afferte mihi, quia quæ in uetere lege scripta sunt, ad nouam debent referri. Vnde ipse dixit, Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. [Et cum iussisset turbam di-

b ¶ Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Desertus est locus, & hora iam præteriit, dimitte turbas ut euntes in castella emãt sibi escas. Iesus autem dixit eis. Non habẽt necesse ire, datæ illis uos manducare. Responderunt ei. Non habemus hic nisi quinq; panes, & duos pisces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli

B

autem turbis: et manducauerunt omnes, & saturati sunt, et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducãtium autem fuit numerus quinque milia uirorum exceptis mulieribus et paruulis. Et statim compulit discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim contrarius uentus. Quarta autem ui-

A scumbere super fœnum &c.] Hic ponitur dispositio hominum, quia fecit sedere super fœnum. Esa. 40. Omnis caro fœnum. Sedere ergo super fœnum non est nisi carnem mortificare. Ad Col. 3. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Item per fœnum significatur lex, quia isti erant Iudæi, subleuabantur per legem, ideo noluit eos sedere in terra. [Acceptis quinque panibus & duobus piscibus &c.] Notandum, quòd dominus faciens mirabilia aliquãdo orat, aliquando nõ orat. Aliquando orat, ut hic, ut uerum hominem se ostendat: aliquando etiam maiora facit, & nõ orat, ut deum se ostẽdat. [Aspiciens in cælũ benedixit.] In cælum, scilicet ad patrẽ. Leuaui oculos meos &c. psal. 120. [Benedixit.] quia per sermonẽ dei omnia benedicũtur. Nota q̃ nostrũ benedicere non est factiuũ, sed significatiuũ, dei aũt benedictio est factiuũ, unde benedictio ad multiplicationẽ pertinet, vnde Gen. 1. Benedixit & dixit. Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Consequenter agit de distributione. [Fregit & dedit discipulis suis.] In quo significatur q̃ prima distributio facta est discipulis a capite Christo 1. ad Cor. 11. Omnis uiri caput Christus est: sed fregit, ut notaret suã distributionem. Esa. 58. Frange esuriẽti panẽ tuũ. [Et dedit discipulis:] quasi mediatoribus. Infra. 26. Accipite & comedite. 1. ad Cor. 11. Et sic probet se homo ut de pane illo edat, & de calice bibat &c. Discipuli autem dederunt turbis, ut distributores. Sed qũo multiplicati sunt? Dicendum, q̃ fragmenta multiplicata sunt. Et dicunt quidã hoc posse fieri naturaliter, sicut enim materia se habet ad quãlibet formam, ita se habet ad quãlibet quantitatem. Sed hoc stultum est, q̃ materia se habeat ad quamlibet quantitatem materialem. Hoc enim non potest fieri nisi per rarefactionem: hæc autem rarefactio determinata est in naturalibus. Quidam dicũt quòd multiplicat, sicut ex paucis granis multa grana, sed ibi per naturam, hic per operationem Christi. Vnde manus Christi fuerunt quasi terra, fragmenta quasi semina: unde sicut semina multiplicantur, sic fragmenta, sed non solum ista, sed per cõuersionem alterius materiæ in ipsa hoc miraculum factum est. [Sequitur de plenitudine refectionis. Et hoc quantum ad duo, quantum ad saturitatẽ, & quantum ad residuum. Vnde dicitur, Manducauerũt omnes, & saturati sunt, secundum illud, psal. 21. Edent pauperes, & saturabuntur &c. [Et tulerunt reliquias fragmẽtorum &c.] Hic tãgitur plenitudo refectionis sub multitudine reliquiarum. Sed quare uoluit dominus colligi reliquias? Literalis causa est quam ponit Chrysost. Voluit primo quòd colligerent discipuli, ne uiderentur phantasma, item ne ab eis daretur obliuioni. Et quod tulerunt. 12 cophinos, hoc fuit secundum numerum 12. apostolorum, ut quilibet tolleret suum, ita quòd essent in memoria omnium. Mystice per fragmenta intelligitur sensus spiritualis, qui a turbis non capitur, sed in cophinis, idest, in sapiẽtibus, infrã ad Cor. 1. Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mũndi elegit deus ut confundat sapientes &c. Deinde ponitur numerus manducantium. [Fuit autem numerus manducantium quinque milia uirorum.] ut de uno pane mille secundum Hila. Hoc etiam post ascensionem factum est, quando ad uocem apostolorum uno die quinque milia cõuersi sunt. [Exceptis mulieribus & paruulis.] Qui sunt ignorantes & computati non sũt digni. Simile habetur in lib. Machabæorum, q̃ paruuli & mulieres non computantur ad bellũ. Item notate, q̃ istud miraculum statim factum est post occisionem Ioan. & erat prope pascha, & Christus iam prædicauerat per annũ, & reuoluto anno passus est Christus. [Et statim impulit Iesus discipulos:] Hic figuratur uirtus doctrinæ Christi, quia liberatiua est a periculis, quia discipulos a periculis liberauit. Vnde tria facit. Primo ponitur occasio subeundi periculum: secundo periculũ: tertio liberatio. secunda, ibi. [Et dimissa.] tertia, ibi. [Quarta uigilia noctis.] Occasio pericli fuit præceptum Christi frequenter ei obedire uoluntati dei periculis exponũtur, ut ait Apost. 2. ad Cor. 11. Periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in

C

D

E

ciuitatibus

ciuitatibus, periculis, in solitudine, periculis in mari, periculis In falsis fratribus, unde statim impulit eos intrare nauiculam. Vnde statim facto miraculo uoluit separari a turbis, et hoc fecit triplici ratione. Primo, ut ostenderet miraculi ueritatem, ne pp eius præsentiam illud accidisse diceret. Ipse enim ueritas est, ut habet Ioã. 14. Secundo, vt doceret nos inanem gloriã uitare, ideo post facta miracula recedit. Ioan. 8. Ego gloriam meã non quæro &c. Item ut discretionis uirtutem ostendat. Discretionis enim est separare se, & quiescere. Sapien. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Sed notãdum quòd utitur impulsione, quia durum erat eis separari a Christo, ut dicit Petrus Ioann. 6. Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Item ostendit affectum turbarum, scilicet cum quo ardore sequebantur eũ. Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te. [Et dimissa &c.] Sequitur de periculo, & ostenditur periculum ex tempore, ex loco, ex uento. Et primo ponitur absentia Christi, quia cum esset cum discipulis [ascendit in montem solus orare.] Ipse uenerat plantare fidem nostram, ideo operabatur aliquando humanum, aliquando diuinum. Quòd enim panes multiplicauit, hoc dei fuit: quòd orauit, humanum fuit, non quòd indigeret, sed ut exemplum daret. Omnis enim Christi actio nostra est instructio. & Ioa. 13. Exemplum dedi uobis, vt sicut facio, ita & uos faciatis &c. Et dat nobis exẽplum quomodo ad orandum & ad orationem requiritur quies mentis, eleuatio, solitudo. Quies ostenditur, quia dimissa turba &c. quæ designat cogitationes perturbantes, cum quibus non potest homo orare, ideo ostium cordis claudere docet, supra 6. Cum autem oraueris, intra cubiculum &c. Item eleuatio. Tren. 3. Sedebit solitarius, & leuabit se supra se. Item solitudo. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Per montem intelligitur cælũ. Cælo enim nihil excelsius. Et dimissis turbis, idest, dimissis mortalibus, iuit in cælum, & ipse solus ascendit, & propria uirtute. Micheæ 2. Ascendit ante eos pandens iter. Item ascendit orare. Ad Hebræos. Per semetipsum accedens. Sed hic uidetur esse quæstio, quia Ioannes, uidetur dicere quòd pauit turbas in montem, ut habetur Ioan. 9. Hic autem dicitur quòd post refectionem turbarum ascendit in montem. Sed respondetur, quòd in monte pauit, sed post in altiorem locũ montis ascendit. Item est alia quæstio, quia habetur Ioan. 5. quòd ipse fugit, quia uoluerunt eum facere regem: hic autem dicitur quòd ascendit orare. August. dicit quòd eadem potest esse causa & fugiendi, & orandi. Post describitur periculum ex tempore, quia nox erat, & in nocte maius est periculũ maris. Ideo dicit. [Vespere autem facto.] Et significatur eius passio, quia in passione solus ascendit. Act. 1. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum &c. [Nauicula autem in medio maris iactabatur fluctibus.] Per nauiculam significatur ecclesia, per mare, mũdus, psal. 103. Hoc mare magnũ & spatiosum &c. Et hęc ecclesia Christo descendente remansit in mari, & in periculis maris mundi. Quando enim aliquis magnus impugnat ecclesiam, tunc agitatur fluctibus, psal. 87. Et omnes fluctus tuos induxisti super me. Sed quia Christus orat, non potest submergi, quàm uis fluctuet & eleuetur. Genesi 7. Et eleuauerunt arcam in sublimẽ a terra. Item, agitatur a uento. Iste uentus est impetus diabolicæ incitationis. Iob. 1. Quia uenit uentus a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus Esa. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. [Quarta autem uigilia noctis &c.] Posito periculo, ponitur liberatio a periculo. Et circa hoc duo facit. Primo, ponitur auxilium: secundo effectus. secunda ibi. [Qui autem in nauicula &c.] Tria pericula posuerat. Primo, obscuritatem noctis, periculum maris, periculum uenti. Et contra primum, ponit uisitationem suam, contra secundum cerritudinem sui, ibi. Statimq; Iesus locutus est &c.] Contra tertium porrigit manum. [Videns autem &c.] Item, tranquillitatem maris. Et cum ascendisset &c. Circa primũ ponitur sua visitatio: secundo effectus suæ uisitationis, ibi [Videntes autem &c.] Dicit ergo. [Quarta uigilia &c.] Hic tangitur & aduentus eius, & tempus, quia quarta uigilia. Hieron. dicit quòd antiqui diuidebant noctem in quatuor partes. In prima quidam uigilabant, in secunda alii, & in quarta alii, & illi qui

F uigilauerant quiescebãt. Vnde dicit quòd in quarta uigilia &c. quia tota nocte fuerant in mari. [Venit ad eos &c.] Et quare? assignat Chrysost. rationem literalem dicens, quòd tantum tardauit, ut magis desideraretur. Esa. 26. Anima mea desideraui te in nocte. Item, vt discerent quòd si statim non haberent auxiliũ, ꝙ non desisterent, quoniã oportet semper orare. Mystice per quatuor horas significant quatuor status. Primo status legis: secũdo status prophetarum: tertio tempus gratiæ: quarto ascensus in cælum, in quo statu cessauit tempestas. Vnde in quarta uigilia uenit sicut in fine noctis, unde Iacob. ultimo. Patientes estote & uos, & confirmate corda uestra, quoniam aduentus domini appropinquabit. Sed qualiter uenit? [Ambulans supra mare.] Et quare sic uoluit uenire? Vt se ostẽderet dominum maris. psal. 88. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Itẽ, ut ostẽderet illusores potestatis huiꝰ sæculi. psal. 103. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Sed istam potestatem dominus fregit. psal. 73. Tu confregisti capita draconis, & significat quòd ecclesia non potest tribulationes sustinere, nisi secundum quòd uoluit ipse. Opinio fuit hic, quòd in hac uita dominus accepit quatuor dotes, subtilitatis in natiuitate, impassibilitatis quando ieiunauit quadraginta diebus, vel transubstãtiãdo sacramentũ eucharistiæ, agilitatis hic, claritatis in transfiguratione. Sed hoc non credo. Credo enim quòd miraculose fecit. [Et uidentes eum.] Hic ponitur effectus præsentiæ Christi, scilicet turbatio discipulorum, unde ponitur turbatio, ponitur causa, ponitur signum, & dicit [Et uidentes eũ turbati sunt &c.] Debetis scire, quòd quãdo auxilium diuinum est magis propinquum, permittit dominus magis affligi, ut tunc magis cum deuotione & gratiarũ actione recipiatur auxilium eius. Item, magis timor creuit, quia frequenter ex timore homines conuertuntur. Et quare? quia crediderunt phantasma esse dicentes [quia phantasma est.] non credentes esse uerum corpus de Virgine. Mystice enim significatur quòd antequã Christus ueniat, multi multa phantastica dicent, ut habetur infra 23. Et præ timore clamauerunt. Clamor enim est signum timoris, sicut etiã in omni tribulatione ad dominum debemus clamare. psal. 119.

I Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me &c. [Statimque locutus est eis &c.] Hic ponitur auxilium, quia in obscuritate erant, ideo certitudinem dat, et tria facit. Primo, certificat uerbis: secundo, petit signum Petrus factis: tertio, concedit ei. Tria posuerat, turbationem timoris, falsitatem opinionis, item desperationem. Et contra ista tria facit, quia statim locutus est eis. Vnde quando quis clamat ad dominum, si opus est, statim uenit. Esa. Ad uocem meam. Item, quia erant desperantes, dicit eis, Nolite timere. Idem habetur Ioannes. 16. In mundo pressuram habebitis, sed cõfidite, quia ego uici mundum. in me autem quietem. Item, quia phantasma credebant, ideo dicit eis. [Ego sum] Et quare dicit sic; quia ex modo loquendi suo, poterant certificari. Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt. Item, vt se uerum deum ostẽderet. simile habetur Exo. 3. Qui est, misit me dixit Moyses. Item contra hoc quod turbati erant, dixit, Nolite timere. Esa. Quis es tu ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis qui quasi fœnum ita arescit? Et Prouerb. 28. Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. [Respondens Petrus dixit, Domine si tu es &c.] Quia auxilium contulerat uerbis, ideo Petrus petit signum factis. Petrus autem in persona totius fiducialiter petiit, & dicit. Si tu es &c. Hic est magna fiducia Petri. Non dixit ora pro me, sed dixit. [Iube me &c.] quia ipse confessus est. Tu es Christus filius dei uiui. Vnde ex fide quam iam conceperat, audacter confidit in eius potestate, Hester 12. Domine in potestate tua cuncta sunt posita, & non est qui resistere possit uoluntati tuæ &c. Et hoc dixit ex solo desiderio, non ut tentaret, nec ex infidelitate, Ad Thess. 1. Memores fidei uestræ, & operis, & laboris &c. Deinde ponitur signum, unde dixit. Veni, & descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam ut ueniret ad Iesum.] Et hoc contra Manichæos qui dixerunt, quòd Christus non habebat uerum corpus, quia si Christus nõ habebat, quia ambulabat super aquas, sic nec Petrus. Per hoc quod post quartam uigiliam adhuc imminebat periculum, significatur, quòd in quarto aduentu quod erit

gilia noctis, uenit ad eos ambulãs supra mare. Et uidentes eum supra mare ambulantẽ, turbati sunt dicẽtes, qa phantasma est. Et præ timore clamauerũt, statimq; Iesus locutus est eis dicẽs. Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondẽs autem Petrus dixit. Domine si tu es, iube me ad te uenire sup aquas. G At ipse ait. Veni. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam ut ueniret ad Iesum. Videns uero uentum ualidum timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicens. Domine saluum me fac, & continuo Iesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi. Modice fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus. Qui autẽ in nauicula erãt, uenerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Et cũ transfretassent, uenerunt in terram Genesaret. Et cum cognouisset eum

erit purgandum, purgabitur in electis, psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius &c. [Videns autem uentum ualidum &c.] Hic ponitur tertium auxilium, quia liberauit Petrum a submersione. Et primo ponitur causa: secundo petitio Petri: tertio auxilium Christi. [Videns autem uentum.] In mari uentus non habet cõtinuum impetũ, similiter nec in terra, unde interpellabatur quãdo Petrus intrauit mare, sed cum fuit, super mare, flauit fortiter, & tunc [eimuit.] Ex hoc est considerandum quod dicit, ꝙ periculosius erat supra mare quàm in naui, ideo dominus aliquando fortes in periculo maris submergi permittit. vñ Apo. 1. ad Cor. 10. Qui existimat sesta re, uideat ne cadat. Sed quare permisit in periculo? Primo præcepit ire, ut uirtus eius ostendatur, quia uterque ambulabat, & hoc uiderunt discipuli. Sed quòd permiserit mergi Petrum, hoc fecit ut experiretur quid posset de se. Vnde quòd iuit supra mare, hoc fuit uirtute Christi; quòd autem cœpit mergi, hoc fuit infirmitatis Petri, sicut Paulus. 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat, me datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ qui me colaphizet &c. Permisit etiam dominus Petrum mergi, quia futurus erat pastor. Voluit ergo & uirtutem ostendere, & infirmitatem. Item hoc fecit ad compescendam emulationem discipulorum, quia enim uiderunt eius periculum, cessauit emulatio eorum. [Et cum cœpisset mergi, clamauit. Domine, saluum me fac.] Simile habetur in psal. 68. Saluum me fac domine, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam &c. [Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum.] Christus, duo facit, quia & auxilium impendit, & infidelitatem arguit. Auxilium impendit, quia manum porrigit, psal. 143. Emitte manum tuam de alto, libera me, & eripe me de aquis multis. Et Iob. 14. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Deinde de infidelitate eũ arguit, et ait illi. [Modicæ fidei quare dubitasti.] In quo significatur quòd si fidem certam habuisset, submergi non potuisset, ideo stabiles esse debemus in fide. Idem habetur supra, 8. Quid timidi estis modicæ fidei [] Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus.] Hic ponitur quartum auxilium contra uentum, psal. 106. Dixit, & stetit spiritus procellæ: unde signum est quòd cum Christus est cum suis, nil peruersi habent. Vnde Apoc. 7. Non esurient, neque sitient ultra &c. Sequitur liberationis effectus. [Qui autem in nauicula erant, uenerunt & adorauerũt eum] scilicet discipuli, uel nautæ, supra. 8. Qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei? Vere filius dei es.] Per hoc autem significatur, quòd quando dominus cum fidelibus est, tunc ueraciter credunt. 1. Io. 2. Filioli manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam & non confundamur ab eo in aduentu eius. [Et cum trãsfretassent, uenerũt in terram Genesaret.] Hic ponitur uirtus Christi. Et primo describitur locus, deinde deuotio hominum, & post uirtus operatiua. Dicit ergo. [Et cũ transfretassent, uenerunt &c.] Qui locus est ex alia parte maris, & interpretatur Ortus, unde post periculum uenerunt ad refrigerium. Deinde sequitur deuotio turbarum. [Et cum cognouissent eum uiri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes &c.] quia non solum suos infirmos obtulerunt, sed miserunt pro exteneis. Vnde [cum cognouissent] per famam, et per doctrinam, miserunt pro infirmis & obtulerunt ei, unde omnes credebant in eum, tantæ erat uirtutis sermo eius. Et hoc significatur Esa. ultimo. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentem in mare &c. Item deuotio etiam demonstratur, quia non solum petebant quod imponeret manus, sed eum tantum [rogabant, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent.] Per fimbriam significantur minima præcepta, uel caro Christi, uel sacramentum baptismi. [Et quicunque tetigerunt.] scilicet per fidem, [salui facti sunt.] Vnde, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Marci ultimo.

a CAPVT. XV.

SVPRA dominus sub figuris uirtutem suæ doctrinæ ostendit, nunc ostendit sufficienciam eius. Ostenditur autem du-

A pliciter. Primo, quòd non requirit obseruantias legis: secundo quòd non solum uni genti iudæorum data sit, sed & gentilibus, ibi. [Egressus Iesus &c.] Circa primum tria facit. Primo tanguntur circunstantiæ accusationis: secundo accusatio: tertio expositio, secunda, ibi. [Quare discipuli &c.] tertia, ibi. [Nõ enim lauãt &c.] Aggrauatur aũt malitia eorũ ex tribus. Primo ex tẽpore, quia tunc quando hæc signa faciebat & miracula, ipsi faciebant signa iniquitatis, unde malignabantur, supra. 11. Abscondisti hæc a sapiẽtibus & prudentibus &c. Itẽ redditur aggrauatio ex loco, quia cũ iudæi essent diffusi per iudæam, illi tamen qui erant in Hierusalem, erant sapientes, & cũ erãt deteriores, Esa. 26. In terra sanctorum iniqua gessit, non uidebit gloriam dñi. Item aggrauatur ex conditione personarum, quia de magnis uenerunt scribæ qui erant magis literati, & pharisæi qui reputabanẽ magis sancti Hiere. 5. Ibo ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt uiam domini. Deinde ponitur id in quo accusabant eos. [Quare discipuli &c.] Præceptum erat, ut habetur Deut. 4. Nõ addetis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. Vnde addẽtes traditiones, contra legem faciebant, non quòd non liceret constitue aliquid, sed quòd ita præcipiebant obseruari sicut legem domini. [Non enim lauant manus suas &c.] Hic exponitur quæ sunt eorum traditiones. Hoc tamen exponitur magis Marci. 7. Ibi enim dicit, quòd cum uidissent quosdam de discipulis &c. Et potest hoc esse ad literam, quia non lauabant manus. Quare? quia ita soliciti erant verbo dei, quòd etiam tempus non habebant. Vnde ex solicitudine circa spiritualia non se lauabant eo modo sicut Iudæi, sicut habetur Marci 7. Quòd omnes iudæi nisi crebro lauent manus, non manducant, ideo discipuli non lauabant secundum ritum eorum. Vnde carnaliter intellige bant quod dicitur Esa. 1. Lauamini, mundi estote. Vnde ipsi ad literam intelligebant, lauantes quod erat exterius, & non quod interius. Ipse autem respondens ait illis.] Dominus duo facit. quia non respondet excusando discipulos, sed ostendit ꝙ ipsi non sunt digni, qui reprehenderent eos, supra 5. 7. Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo. Constat quòd transgredimãdatum dei est grauius quàm traditiones hominum, & ideo qui transgrediebantur mãdata dei, in maioribus delinquebãt. Ideo primo ostendit eos transgressores legis: secundo quod mandatũ transgrediuntur. Dicit ergo. [Quare uos transgredimini mandatum dei, & non obseruatis, propter traditionem uestrã?] Ro. 10. Ignorantes dei iusticiam, & suam quærentes statuere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Esa. 3. Lingua eorum, & adinuentiones eorum contra dominum, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Deinde cum dicit. [Nam deus &c.] ponit quod est istud mandatum quod est, scilicet de honoratione parentum. Et primo ponit mandatum: secundo pœnam. Vnde dicit. [Nam deus dixit.] Exodi. 20. [Honora patrem, & matrem tuam.] Et notandum, quòd honor non est nisi reuerentia exhibita in testimonium uirtutis. Ille enim exhibet reuerẽtiam, qui quæ necessaria sunt administrat: unde non solum tenetur homo assurgere, sed etiam necessaria ministrare, Eccl. 2. Qui timent dominum, custodient mandata illius. Et quòd debeatur talis honor patet, quia Tobias mutuauit Gabelo, quod agere præceperat dominus in Exo. Statim addit pœnã. Vt sis longæuus super terrã. Item Leui. 20. Addit pœnam transgressoribus. [Qui maledixerit patri suo, & matri suæ, morte moriatur.] Et sic in benedictione non solũ intelligitur quòd ore benedicas, sed etiam quòd benedictionem impendas, Prouer. 20. Qui maledixit patri suo, & matri extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Sed quia posuit incitatiũ ex parte pœnæ, quare non posuit præmium ex obedientia? quia homines magis terrentur a pœna, quàm desiderent premium. Nam & brutum a pœna terretur. Ex hoc enim habetur, quòd si qui detrahunt patri & matri, sunt digni morte: ergo qui mouent alios eis detrahere, sunt digni morte, quare non sunt digni accusatione. ergo uos non estis digni accusare eos. [Vos autem dicitis &c.] Hic tangit quo modo transgrediũtur. Et primo hoc ostendit: secundo auctoritatem ponit. Et circa primum ostendit ritum

ducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare & uos transgredimini mandatum dei propter traditionẽ uestram? Nam Deus dixit. Honora patrem & matrem: &, qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicumq; dixerit patri uel matri, Munus quãcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrẽ suum, aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionẽ uestram. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autẽ

ritum suum: secundo quid sequebatur. Dicit. [Vos dicitis. Quicunque dixerit patri uel matri &c.] Multis modis hoc legitur. Vno modo, ut sit constructio perfecta, & tunc sic. Quicunque, idest, quiuis dixerit, idest, dicere poterit. Alio modo, ut sit imperfecta sic.] Quicunque dixerit &c.] supple seruat mandatum, & est imunis a pœna], quid est hoc dictũ? Tripliciter exponitur. Rabanus dicebat, quòd spirituale bonum præferendũ est temporali, ideo dicebant his qui habebant patres pauperes ut dicerẽt eis. Pater nõ displiceat tibi si non do tibi necessaria, quia munus quod offero, proficit tibi spiritualiter. Sed hoc non erat uerum, secundum illud. Dona iniquorum non probat altissimus &c. Et Prouer. 18. Qui subtrahit aliquid a patre suo, & a matre, & non dicit hoc esse peccatum, particeps homicidæ est. Ideo si aliquis habet patrem, uel matrem, & non possent uiuere sine eo, qui diceret ei uade ultra mare, uel intra religionem, in hanc sententiam incidit. Alia est expositio, Hiero. autẽ legit interrogatiue, idest. Nunquid proderit tibi? Habetur Leui. 21. quòd alienigena non poterat sumere quæ consecrata erat domino: ideo filios qui habebant patres pauperes, monebant quòd offerrent deo. Et si patres uellent sustentari ex eis, dicerent eis, Si aliquid accipias ex isto quod deo debeo offerre, nunquid proderit tibi? Non, imo magis erit tibi in damnationem. Aug. sic exponit. Dicebant iudæi, quòd pueri dum erant sub tutela patris, eis tenebantur. Vnde quando parui sunt filii, patres offerunt pro filiis, & ualet eis, sed quando liberi arbitrii sunt, tunc non ualet deuotio aliena, unde dicebant quòd omnis qui ad hunc statum potest peruenire & patri suo dicere. Munus quod ex me est &c. non tenebatur patri. Sed ex ista doctrina sequuntur duo inconuenientia. Vnum contra proximum, aliud contra dominum. Contra proximum, quia qui sic diceret, & qui sic instructus est, non honorificauit patrem suum, unde Rom. 1. Inuentores malorum, parentibus non obedientes. Et sequitur. Qui talia agunt, digni sunt morte. Item contra deum, unde dicit. Et irritum fecistis &c. q. d. Non solum fecistis contra proximum, immo etiam irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. [Hypocritæ] Proprie dicebantur hypocritæ qui intrabant theatrum, & habebant unam personam, & simulabant aliam cum laruis. Isti ergo hypocritæ sunt qui exterius aliud prætendũt quàm habeant interius, unde interius intendebant lucra, exterius mouebant homines ad offerendum deo, Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant irã dei, neque clamabunt cum uincti fuerint. [Bene prophetauit de uobis Esa.] Hoc habetur Esa. 29. Primo ponit duplicitatem eorum: secundo inutilitatem seruitii, ibi. [Sine causa &c.] Dicit ergo [Populus hic labiis me honorat &c.] Et hoc ad literam, quia honorabant labia, sed corde longe erant a deo, quia Christum in nomine dei uenientem non recipiebant. Vel sic. Populus &c. quod enim dicunt, quòd homo debet offerre deo, uidetur quòd honorent deum, cor autem eorum longe est, quia non tendebant ad honorem dei, sed ad cupiditatem, unde quanto cupiditas maior, tanto charitas minor. Hoc habetur Hiere. 12. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. Sed numquid ista fictio ualet eis? Non, quia non placet domino. Vnde sequitur. [Sine causa &c.] Sed quid est hoc dictum? Ieiunare est doctrina hominum, & canones sunt traditiones hominum, nunquid qui hæc docent, sine causa colunt deum? Intelligendum est in præiudicium mandatorum dei, Iob. 32. Deum homini non equabo, Act. 4. Obedire oportet magis deo quàm hominibus. Quare? quia deus decipi non potest, Esa. 1. Ne offeratis sacrificiũ frustra. Ex hoc habemus quòd homo magis debeat sibi conscientiam facere de transgressione mandati, quàm de transgressione ecclesiasticæ constitutionis. [Et conuocatis ad se turbis dixit eis &c.] Supra ostendit dominus Pharisæos calumniantes esse indignos quòd reprehenderunt discipulos, quia maioribus erãt inuoluti peccatis: nunc autem prætermittens eos, instruit alios ut impleatur quod dictum est supra 11. Abscondisti hęc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et primo instruit turbas: secundo discipulos, ibi. [Tunc accedentes discipuli &c.] Et circa primum duo facit. Primo præparat ad audiendũ, secundo dat doctrinam suam, secunda, ibi. [Non quod intrat in os &c.] Notandum quòd ad audiendum aliquem alium requiritur attẽtio, per quam homo ad interiora reuocetur, & in se congregetur. Et hoc facit, cum dicit. [Et connocatis eis] quia oportet, quòd ad ipsum congregemur, Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: secundo necessaria est diligentia in audiẽdo. Ideo dicit. [Audite.] Prouer. 1. Audiens sapiens, sapientior erit. Item requirit intellectũ. Vnde dicit [Et intelligite.] psal. 83. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Consequenter proponit altissimã doctrinam quæ est perfectio moralis vitæ: unde notandum quòd aliqd immutatur ex exteriori, ut aqua calefit ab igne, aliquid ab interiori, ut homo mutatur per peccatum. Quantumcunq; enim moueatur exterius, non est peccatũ nisi consentiat homo interius, Hiere. 37. Ab interioribus peruenit tempestas. Vnde primo ostendit quòd non ab exterioribus: secundo quòd ab interiori. Dicit ergo. [Non quod intrat &c.] Contra. Illud obiicitur quod habetur per ueterem legem. Habetur enim, Leui. 11. quòd multa cibaria prohibentur, unde homines fiebant immundi. Respondet Aug. contra Faustum dicens, quòd aliquid dicitur immundum dupliciter. Vno modo secundum naturam suam, & sic nulla sunt immunda, secundum illud 1. ad Thim. 4. Omnis creatura dei bona est &c. &, Nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur &c. Item, aliquid potest esse immundum secũdum significationem: et sic pót aliqua res esse signũ mundítiæ & mũditiæ, vt si accipiamus porcũ, & agnum in sua natura, utrumque est bonum, tamen sua significatione porcus significat immunditiam, agnus innocentiã, ideo quantum ad significationem unum est mundum, aliud immundum. Et quia ante aduentum Christi erat tempus, in quo uiuebant sub figuris, quia non adhuc patebat ueritas, ideo illæ obseruantiæ erant seruandæ, & cadebant sub præcepto. Sed quia in aduẽtu Christi ueritas manifestabatur, cessabat figura, ideo &c. Sed iterum restat alia quæstio, quia habetur, Act. 15. quòd Apostoli præceperunt, quòd conuersi abstinerent a suffocato, & sanguine, ergo uidetur, quòd ueritate manente debeant teneri illæ obseruantiæ. Antiqui dixerunt, quòd istud ad literam intelligendum est, quòd adhuc ab istis abstinendum est, quia immunda sunt. Sed hoc nihil est, quia contradicit auctoritati Apost. ad Titum. 1. Omnia munda mundis. Aliqui dixerunt, quòd istud partim ad literam intelligendum est, partim moraliter. Quod enim dicitur de fornicatione, illud ad literam prohibuerunt: quod autem a sanguine, hoc intelligẽdum est, quòd sanguis innoxius non effunderetur. Quod uero dicitur de suffocato sic intelligendum erat, ut nullus alii calumniam inferret. Sed nõ debet sic intelligi, quãmuis sit expositio uera. Verisimile enim quęstio, utrũ gentiles conuersi tenerentur ad ista quæ prohibuerunt Apostoli. Ideo aliter dicendum est, quòd Apostoli non considerabant, & prohibebant, uel quia secundum se illicitum, uel quia occasio scandali, unde fornicationem quasi illicitam prohibuerũt. Sanguinem autem ne scandalum aliis facerent, ut, scilicet scãdalum tolleretur. Et hoc sonãt uerba Apostoli, 1. ad Corinth. 8. Videte autem ne hæc licẽtia uestra offendiculum fiat infirmis. Item si obiicitur. Ponatur quòd aliquis in quadragesima comedat carnes, nonne coinquinatur? Dicendum quòd non ex cibo, sed ex uiolatione præcepti, Rom. 14. Regnum dei non est esca & potus. [Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.] Hic uidetur tangere solum peccata quæ ex ore procẽdunt, & hæc coinquinant, Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequàm. Et supra. Ex ore tuo iudicaberis. Sed dicendum, quòd proprium officium oris est dicere. Est autem duplex dicere, ex terius ore corporali, & interius ore mentis, de quo psal. 13. Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Sic ergo per os potest intelligi os cordis, scilicet mens hominis, & sic omne peccatum est ex ore, quia nunquàm est peccatum nisi ex propositio mentis. Sic ergo quod procedit ex ore, scilicet cordis, hoc coinquinat, quia peccatum adeo est uoluntarium, quòd si non sit uoluntarium, non est peccatum. [Tunc accedentes discipuli eius &c. Hic instruit de scandalo uitando & de principali quæstione, ibi. [Respondens autem Petrus.] Circa primum duo, primo ponitur quæstio discipulorum, secundo Christi responsio. Hic intelligendum quòd pharisæi, & discipuli audierunt hoc uerbum, in quo intelligebant, quòd omnes

eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas & mandata hominum, & conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed qd procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia Pharisæi audito uerbo hoc scãdalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio quam nõ plãtauit pater meus cælestis eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & uos sine intellectu estis? Nõ intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uẽtrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem; non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.

omnes suas traditiones subuerteret, non autem præcepta domini, ideo abominantes nihil dixerunt, sed turbationem habuerunt, ideo discipuli dixerunt. [Scis quia pharisæi &c.] Hoc uerbum, scandalum, frequenter inuenitur in scripturis, unde uidendum quid significet. Scandalum in græco idem est quod offendiculum, ut lapis in uia, unde offendiculũ dicitur, ubi est occasio ruinæ; sed aliquando aliquis scandalizatur actiue, aliquando passiue. Actiue scãdalum dicitur quãdo est aliquod factum, quod est non solum in se malum, sed etiam aliis offendiculum. Ideo scandalum dicitur dictum, uel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ. Et non dicit cogitatum, quia oportet quòd sit patẽs. Item, non dicit malum, sed minus rectum, quia oportet quòd habeat speciem mali, 1. Thessal. 5. Ab omni specie mali abstinete uos. Item, est scandalum passiuum, ut si aliquis bonum uerbum dicat, uel oret, alius scandalizetur, & accipiat sibi occasionẽ ruinæ. Vnde dominus non scandalizauit, sed ipsi ceperunt occasionem. Vnde dixerant discipuli sui, quòd pharisæi inde ceperunt scandalum, & hoc pronunciatum erat per Esa. 18. Et erit uobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali. [At ille respondens ait.] Hic ponitur responsio domini, et ostendit eorum scandalum contemnendum. Primo quia alieni a deo: secundo quia nociui hominibus, ibi, [Sinite eos &c.] Dicit ergo, [Et ille respondens ait. Omnis plantatio &c.] Ex uerbis illis illi qui posuerunt duas naturas, uoluerunt confirmare errorem suum, quia malam naturam a malo deo dixerunt, bonam a bono. Vnde dicunt, si aliquis de mala creatione sic, & si uideantur facere bona, non potest perseuerare. Sed non est sic, Nam ut dicit Hierony. contrarium habetur, Hiere. 2. Ego te plantaui uineam electam, omne semen uerum, quo modo ergo conuersa es in amaritudinem? hoc ergo pater, quòd nõ est a deo. Sic ergo conuersa est per istam plantationem non natura, sed aliquid superueniens intelligitur, & hoc est peruersa uoluntas, Vnde natura semper remanet, sed uoluntas peruersa eradicatur, unde potest ista plantatio intelligi de traditione hominum, quæ est eradicanda si sit cõtra deum: sed traditio quæ est a deo, numquàm est eradicanda. [Vnde omnis plantatio, idest traditio quæ nõ est a deo patre meo, eradicabitur. Et hoc habetur Act. 5. de Gamaliele qui dixit. Si fuerit hoc a deo, non poteritis contradicere. Hoc patet etiam in omnibus. Videbis aliquem qui bona opera facit fundata in charitate, ad Ephe. 3. In charitate radicati, & fundati: et hæc non possunt eradicari. Sed alia quæ non habent bonum fundamentum, ut dare elemosynam propter uanitatem, eradicantur. Vnde Eccl. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui facit illud corruet in illo, unde sic intelligendum est, Sapien. 4. Adulterine plantationes non dabunt radices altas. Contra hoc habetur, 1. ad Corin. 4. ubi dicit Paulus. Ego plantaui, Apollo rigauit, ergo Paulus eradicabitur. Dico quòd Paulus non plantauit ut principalis, sed ut minister. Sequitur, [Sinite illos, cæci sunt.] Hic ostendit scandalum eorum uitandum, quia nociui sunt hominibus. Et primo docet contemnendum: secundo præsumptionem eorum: tertio nocumentum. Circa primum, dicitis quòd ita scandalizentur. Sinite eos, & non curetis. Sed nunquid non est curandum de scandalo? Nonne domino ut uitaret scandalum misit Petrum ad mare, ut solueret tributum? Dicẽdum quòd scandalum aliquando oritur ex ueritate, unde illud. Vitandum est scandalum quod potest uitari finæ præiudicio ueritatis uitæ, uel doctrinæ, uel iustitiæ, unde iudex non debet dimittere iudicium, si aliquis inde scandalizatur. Sed tamen distinguendum, quia aliqui scandalizãtur ex infirmitate, aliqui ex certa malitia, scandalum pusillorum uitãdum est, veritate seruata, & tamen potest homo differre, uel remittere. Sed si ex malitia, non: et sic isti scandalizantur. Vnde si non ex malitia scandalizarentur, non dixisset dominus, Sinite illos, sed potius, instruite eos, Ad Titum 3. Hæreticum hominem post secũdam monitionem deuita, Hiere. 51. Curauimus babylonem, & non est curata. Et quare cæci sunt, spiritualiter cæci sunt ignorantes, Esa. 56. ibi. Speculatores eius omnes cæci, Et quia ex certa malitia non solum sunt cæci, sed etiam duces cæcorum, & magistri, Iob. 19. Si ignoraui, mecum erit ignorantia mea. Quod sint duces cæcorum, hoc est bonum: sed quòd cæci, hoc est malum. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt, Iob. 40. Abscondo eos in puluere, scilicet quantum ad corpus. [Respondens autem Petrus.] Instruit eos hic de principali quæstione, ubi tria facit, quia primo ponitur petitio Petri: secundo increpatio: tertio doctrina. secunda, ibi. [At ille.] tertia, ibi. [Nolite &c.] Dicit ergo. Respondens &c. [Edissere nobis parabolam hanc] Petrus consuetus erat audire parabolas multas ab eo, ideo credebat quòd loqueretur parabolice, uel quia Petrus nutritus erat in obseruantiis legalibus, sicut dixit in actibus Apostolorum cap. 10. Absit a me domine, numquàm coinquinatum intrauit in os meum, ideo credebat quòd ad literam non diceret, sed parabolice. Animaduerte parabolam, & interpretationem, & uerba sapientum, & ænigmata eorum, Prouerb. 1. [At ille dixit. Adhuc, & uos &c. Dominus enim omnibus in Petro respondit, qui pro omnibus loquebatur. Hic reprehendit eos, Sed quare? Vna ratio est, quam ponit Hierony. quia quod palam dictum est, parabolice dictum putant. Sicut enim reprehendendus est qui manifestat occulta, sic econuerso qui occultat manifesta, psal. 31. Nolite fieri sicut æquus & mulus, in quibus non est intellectus &c. Alia ratio est Chrysostomi, quia uidebatur zelare pro Iudæis, quia nutritus in legis doctrina, ideo uidebatur inde tristari. Consequenter exponit, et primo exponit quod dixerat, scilicet quod intrat in os. Secundo secundum quod dixerat, scilicet, Sed quod exit de ore &c. Tertio concludit intentionem. Dicit ergo. [Non intelligitis quòd omne quod in os intrat &c.] Et quare sic dicit dominus? Dicit Chrysostom°, quòd loquitur eis quasi assueris in obseruantiis legis. Erat autem intentio legis, quod dum cibus erat in ore indigestus & immundus erat, sed cum digestus, mundus, unde semper dicitur in lege, Immundus erit usque ad uesperum. Ideo ponamus quòd seruari debeant istæ obseruantiæ, nõ tã reddunt hominem immundum nisi ad tempus, unde quod transit, non potest immundare eos, Vel aliter. Nihil potest immundare animam, quod non contingit eam: cibus autem non contingit animam, et hoc est signum, quia in uentrem uadit, & in secessum emittitur. Sed sicut dicit Hierony. contra hoc obiiciunt aliqui, dicentes dominum esse ignarum naturalis scientiæ, quia non tantum in secessum transmittitur. Vnde quidam uolentes sic intelligere, quòd totum emittatur, uoluunt quòd nihil conuertatur in humanam naturam, sed solum quod tractum est ab Adam multiplicatur, & hoc solum resurget, unde quod ex cibis est, secundum eos non resurget. Vnde & artifices plumbum ponunt cum auro, ut plumbum consumatur, aurum conseruetur, sic resistũt cibi ne calor naturalis consumat illud quod est de uirtute naturæ. Sed hoc uidetur impossibile, quia non potest aliquid maius fieri nisi per rarefactionem, quia nihil aliud est rarefieri, nisi assumere maiorem quantitatem. Item, homo communiter se habet cum animalibus in sensitiua & in nutritiua, in negetatiua cum plantis; sed sic est quòd ista augentur & nutruntur ex nutrimento. ergo & homines eodem modo augentur, & nutriuntur. Quid est ergo quod dicit, quòd in secessum &c. Dicit Hierony. quòd non solum intelligitur superfluitas immunda, immo quocunque modo fiat siue per fumum, siue alio modo. Et hoc etiam secundum Philosophum, quia licet secundum speciẽ maneat, tamen secundum materiam fluit, ut si ignis in specie remaneat, sed materia consumitur. Potest etiam sic dici. Omne quod intrat in os, in uentrem uadit aliquid, unde aliquando in scriptura totum pro parte sumitur. [Quæ autem procedunt de ore &c.] Quia dictum est quòd per os intelligitur mens [De corde exeunt &c.] quia peccata cordis sunt cogitationes, & affectus, Esa. 1. Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Item, ponit peccata quæ sunt contra præcepta secundæ tabulæ [Homicidia, furta &c.] Item, peccata oris contra proximum [Falsa testimonia, blasphemiæ] contra præcepta primæ tabulæ, unde hæc sunt quæ coinquinant hominem, quia hæc a mente procedunt. [Non lotis autem manibus &c.] Hic concludit, & ponit hanc conclusionem, ut principali intentioni respondeat, Item, quia discipuli non erant intelligentes, ideo concludit quòd contra traditionem solum dicebatur.

b ¶ Et egressus inde Iesus secessit i partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier chananæa a fin busillis egressa clamauit dicẽs ei, Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea male a dæmonio uexatur: qui non respondit ei uerbum. Et accedentes disci-

b ¶ Supra ostensa est sufficientia eius doctrinæ, quia obseruantiã legis non requirit. Hic ostendit quòd non coarctatur ad unũ populum, sed etiam ad salutem gentilium sufficit. Ostenditur autem triplex effectus in gentilibus. Primo, in liberatione a potestate dæmonis: secundo ab infirmitatibus peccatorum: tertio a spirituali refectione. secunda, ibi [Cum transisset &c.] tertia, ibi] Iesus autem conuocatis &c.] Ostenditur ergo liberatio

ratio a potestate dæmonum, quia mulierem obsessam a diabolo liberauit. Primo locus describitur : secundo instantia mulieris : tertio exauditio : secunda, ibi [Et ecce mulier &c.] tertia, ibi [Et respondẽs &c.] Dicit ergo [Et egressus uenit in partes &c.] Tyrus & Sidon sunt duæ ciuitates gẽtilium. Quia a Iudæis repellebatur, ideo ad gentes secessit, secundum illud Act. 13. Vobis oportebit primum loqui regnum dei &c. Et primo ostendit dominus eminere conuersionem obseruatorum legis, secũdo transitum ad gentes, quod significatũ fuit, Act. 10. ubi dicitur quod cũ Petrus esset apud Cornelium, uidit linteum &c. & dictum est ei. Quod deus purificat, tu ne immundũ dixeris. &c. [Et ecce mulier [Hic ponitur instantia mulieris. Circa cuius petitionẽ tria significantur. Primo pietas : secundo fides : tertio humilitas, & hæc necessaria sunt ad impetrandum : secunda, ibi [At illa uenit &c.] tertia, ibi [At illa &c.] Primo ponitur interpellatio: secundo adiutorium discipulorum, ibi [Et accedentes &c.] Circa primum primo ponitur pietas mulieris: secundo taciturnitas Christi, ibi [Qui non respondit &c.] Dicit ergo [Et ecce &c.] Sex possumus notare. Primo conuersio petentis, Eccl. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat deum, præparat enim animam, quando a uitiis se mũdat. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam uos, manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Et hoc designatur per hoc nomẽ, Chananea, quæ idem est quod mutata, psal. 76. Hæc est, mutatio dexteræ excelsi. Item qui conuertitur debet non solum uitare peccatum, sed etiam occasionem peccati, Eccl. 21. Quasi a facie colubri, fuge peccatum: secundo notãda est deuotio, quia clamabat, clamor magnum affectum designat, psal. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui: tertio notatur pietas, quia alienam miseriam suam reputabat. Vnde dicit [Miserere mei] Et hoc est magna misericordia, Iob. 30. Flebam super eum qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Item tangitur humilitas, quia petiit ex confidentia misericordiæ dei, Dan. 9. Custodiens pactum, & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua: quarto tangitur fides quæ necessaria est ad petitionem, Iac. 1. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Item confitetur diuinam naturam in eo, in hoc quod dicit. [Domine,] psal. 99. Scitote quoniam dominus ipse est deus &c. Itẽ humanam [fili Dauid] quia ex semine Dauid, Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Item expositio proprie necessitatis. [Filia mea male.] idest, grauiter [a dæmonio uexatur] Et potest esse typus totius ecclesiæ gentilium, uel cuiuslibet pro conscientia quæ a dæmonio uexatur, cum contra conscientiam operatur, Luc. 6. Et qui uexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et dicit. Male in quo aggrauat peccatum: secundo Paral. ultimo. Peccaui domine peccaui, & iniquitatem meam agnosco, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis. Consequenter ponitur taciturnitas Christi [Qui non respondit &c.] Sed hoc uidetur mirabile quod fons pietatis tacuit. Et assignatur triplex ratio. Prima ne uideretur ire contra illud quod supra dixerat. In uiam gentium ne abieritis. Ideo prompte noluit exaudire, nihilominus tamen quia multum institit, accepit quod petiuit. Ideo datur intelligi quòd propter instantiam petitionis impetratur quod supra legem est. Erat enim de lege quod soli iudæi saluarentur. Sed ista per instantiam suam impetrauit quod erat supra legem. Secunda ratio est, ut magis crescere et deuotio. Abacuch. 1. Vsquequo clamabo, & non exaudies, uociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem, & dolorem uidere prædam, & iustitiam contra me &c. Tertia ratio, ut daret occasionem discipulis, ut & ipsi intercederent pro ea, quia quantumcunque sit aliquis bonus, indiget tamen orationibus aliorum. Statim sequitur intercessio discipulorum. Et primo ponitur eorum petitio: secundo Christi responsio. Dicit ergo [Et accedentes &c.] Et quare accesserunt? una ratio est, quia nesciebant quare tantum retardabat : secunda moti erant misericordia. Item non poterant pati mulieris importunitatem, Luc. 10. Si perseuerauerit pulsans &c. Discipuli non dicunt sana eam, sed dimitte eam, idest dicas ei. Nihil faciam tibi. Et iste est modus loquendi, quoniam cum intendimus unum, dicitur contrarium. Sed obiicitur quia Marci 7. dicitur quòd ingressa est in domo, & ibi

puli eius, rogabant eum dicentes. Dimitte eã, quia clamat post nos. Ipse autẽ respondens ait. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. At illa uenit, & adorauit eum dicens. Dñe adiuua me. Qui respondens ait, Non est bonũ sumere panẽ filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam & catelli ædunt de micis,

quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respõdens Iesus, ait illi. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

c ¶ Et cũ transisset inde Iesus, uenit secus mare Galileę, & ascendẽs in montẽ sedebat ibi. Et accesserunt ad eũ turbæ multæ, habentes secũ mutos, cæcos, claudos, debiles, &

petiit, Quid est ergo quòd hic dicitur, quia clamat post nos. Augu. dicit quòd sine dubio primo in domo fuit, & ibi dixit miserere mei, & tunc recessit Iesus. Et illa sequuta est eum. Tunc sequitur responsio Christi. [ipse autem respondens &c.] Satis uidebatur mulier pietatem ostendisse, sed hæc uidebatur naturalis, ideo dñs exigebat professionem fidei. Ideo abiiciebat eam, & dixit. [Non sum missꝰ &c.] Hebręorũ erat peculiaris. Vnde dicebant. Nos autem populus eius &c. psa. 94. Et ille oues perierant, quia abducti erant per diuersas obseruantias, unde supra. 9. Videns turbas misertus est eis, quia erant uexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem, psalmus 118. Errani sicut ouis quæ periit &c. Sed quid est quod dicit. [Non sum missus &c.] Nonne habetur, Esa. 49. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ? ergo non solum ad iudæos missus est, sed ad gentes. Dicendũ quod ad omnes missus est, ut omnes in vnum congregaret. Sed missus est primo ad iudæos, ut iudæos ad gentes transferret, Rom. 15. Dico autem Christum &c. [At illa uenit, & adorauit] unde ingerit se. Et primo ponitur professio istius: secundo responsio. Ponitur professio, quia deum recognouit, quia eum adorauit. Licet enim haberet repulsus Apostolorum, tamen ingessit se, & adorauit. In hoc deum recognoscit, Deuteron. 9. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies, psalmus 65. Omnis terra adoret te deus &c. [Adiuua me] Non dicit ora pro me, sed tu adiuua me, quia potes, psal. 120. Auxilium meum a domino, qui fecit cælum, & terram &c. [Qui respondens dixit. Non est bonum &c.] Hoc addit ad probandum humilitatem, quia iam constabat satis de fide, ostendens excellentiam iudæorum ad gẽtes. Tuc enim probatur humilitas, quãdo patitur quòd exprobretur gens sua. Vnde dicit. [Non est bonum &c.] Iudæi uocabantur filii. Vnde. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me &c. Esa. 1. Quia ipsi instructi erant in mandatis dei. Ioan. 10. Panis est doctrina, Eccl. 15. Cibauit eos pane uitæ, & intellectus. Panis istæ potest dici miracula domini uel documenta legis, hunc ergo panem, qui fidelibus, scilicet iudæis debetur. Non est ergo bonum sumere panem filiorum, idest, iudæorum qui iandiu sunt filii [& mittere canibus] scilicet gentilibus, quia sicut canis est animal immundum, sic gentes. Vnde supra. 7. Nolite sanctum dare canibus, unde non adhuc totaliter repudiauerunt, sed sicut dicit Hierony. quòd conueniens est quòd Iudæi canes dicuntur sm illud. psal. 21. Circũdederunt me canes multi. 2. Eph. 3. Nos autem filii sumus [At illa dixit. Etiam domine] Hic tangitur mira humilitas mulieris, & sapientia. Visus est contumeliam inferre genti suæ, sed humilitatis est, quòd concedit contumeliã dictam. Vnde dicit [Etiam domine] Item maior ostenditur humilitas, quia ipsæ dominus dixerat canes, sed ista dixit catellos, unde dicit [nam, & catelli] Item dominus uocauerat filios Iudæos, sed ista dominos, unde dicit [Quæ cadunt de mensa domi norum.] Et ita humiliter seiuit compellere dominum, q.d. non peto domine quòd tot beneficia conferas nobis quot Iudæis, sed de micis des nobis, Eccl. 25. Oratio humiliantis se penetrat cælos. Et psal. 101. Respexit in orationem humilium, ideo dominus exaudiuit. [Tunc respondens Iesus ait illi &c.] Et tria facit. Primo ponitur eius commendatio: secundo exauditio: tertio effectus. Quando se humiliat dicit. [Magna est fides tua.] Magna quia magna credit. Item propter rectitudinem. Iac. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Item magna propter feruorem, unde si habueritis fidem sicut granum synapis & cæt. Ideo sequitur exauditio [Fiat tibi sicut uis] psalmus. 144. Voluntatem timentium se faciet &c. Sequitur effectus. Et sanata est, filia eius ex illa hora, unde principio Genesis primo dixit. Fiat lux, & facta est lux. sic, & hic [fiat tibi] Illud enim uerbum fuit uerbum æternum, Eccles. 8. Sermo eius, potestate plenus est.

c ¶ Supra confirmata doctrina euangelica per liberationem gentilium a potestate dæmonum per uirtutem Christi, nunc confirmat per liberationem ab infirmitatibus spiritualibus per hoc quòd multos curauit. Et tria facit. Primo ponitur locus: secundo oblatio: tertio liberatio: secunda ibi [Et accesserũt:] tertia, ibi [Et curauit.] Describit primo locus in generali quia [cum transisset] scilicet de regione gẽtilium [uenit iuxta mare] quod erat

erat in iudæa, quod aliquando vocatur Genesareth, aliquando mare Galileæ. Per hoc quòd reuertitur ad Iudęos, significatur quia reliquię Israel saluabuntur, Ad Ro. 11. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluę factæ sunt. Deinde describitur locus in speciali dicens. [Et ascendens in montem, se debat.] Per montem significatur altitudo verbi, psal. 35. Iustitia tua sicut montes dei. Sed Iesus nõ stabat, sed sedebat, quia nisi descendisset, non cognouissemus, secundum illud psal. 143. Domine inclina cælos tuos, & descende. Item per montẽ altitudo gloriæ, vt habet Gen. 19. In mõte saluũ fac &c. ad significandum quòd ibi est vera quies, non hic, Ad Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, idest futuram expectamus. Sequitur oblatio. [Et accesserunt ad eum turbæ multæ &c.] Et primo ponitur quantum ad multitudinem turbarum : secundo quantum ad oblationem infirmorum : tertio quantum ad modum. Circa primum [Tunc accesserunt] psal. 85. Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te domine. Et non accesserũt vacui, quia secum habentes &c. Et in hoc significatur quòd qui conuertuntur ad dominum, debent offerre alios domino. Et hoc est quod dicit, habentes mutos, cæcos, claudos, & debiles. Debilis latine significat defectum virtutis, sed grece dicitur, qui habet manum debilem : sicut enim claudus dicitur qui in pedibus læsus est, sic debilis qui manum aridam habet. Per istos significantur diuersa genera morborum spiritualium. Per mutos significantur illi qui deum laudare non possunt, de quibus Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. Claudi dicũtur qui nunquàm firmiter ambulant ad bonum, sed cito ad malum conuertuntur, 3. Reg. 18. Quare claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, sequimini eum. Per cæcos significantur infideles qui priuati sunt lumine fidei, Esa. 59. Palpauimus tenebras. Per debiles qui habent aridam manum, significantur illi qui habẽt debile cor, psal. 21. Aruit tanquã testa virtus mea &c. Et alios multos. In hoc magnam fidem ostendebant, quia non solum suos, sed alios. Item, ostendunt deuotionem suam ex modo : aliquando enim rogauerunt vt manum apponeret, vt supra. 9. Aliquando aũt vt fimbriam tangeret, vt supra eodem, scilicet. 9. & 14. Sed modo sufficiebat ponere ad pedes eius. Et per hoc mystice datur intelligi nobis, quòd peccatores quos cõuertimus, non debemus nobis subiicere, secundum quòd habetur. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Chri, & dispensatores mysteriorum dei. Sequitur de curatione. Et primo ponitur curatio : secundo admiratio : tertio effectus. Dicit ergo. [Et curauit eos.] psal. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Et altbi, psal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, qui sanat omnes infirmitates nostras. Et sequitur admiratio [Ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos &c.] Hic ponitur effectus. Istud prædictum erat, Esa. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt &c. Et in psal. 136. Mirabilia opera tua. Sed quæritur. Quare non facit mentionem de debilibus? quia non erat actus oppositus, cui posset respõdere. Sed videtur quòd aliqui visis miraculis blasphemabant, ut habetur supra. 14. Sed isti collaudabant, vnde [magnificabant deum Israel.] [Iesus autem conuocatis discipulis &c.] Hic ostenditur doctrina Christi laudabilis per refectionem bonorum. Et primo ponitur motiuum : secundo materia : tertio distributio : quarto refectio, secunda, ibi [Et dicunt &c.] tertia, ibi [Et præcepit &c.] quarta, ibi [Et comederunt omnes &c.] Notandum quòd motiuum istud ponitur post præmissa, quia infirmi non possunt cibari, quia omnem escam abominata est anima eorum, psal. 106. Ideo oportet quòd ante quàm cibentur, sanentur: sic etiam in spiritualibus. August. Palato infirmo pœna est panis, qui sano est amabilis &c. Et ideo dominus post sanationem, cibat. Et notandum quòd primo conuocat discipulos vt reddat attentos, vt sint memores miraculi. Item, vt det exemplum nobis quòd quantumcumque sit homo magnus, debet se comportare minoribus, Eccl. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Vnde conuocatis discipulis suis dixit. [Misereor turbę &c.] Hoc fuit motiuum, vnde ostendit humanitatem conuenientem diuinitati. Misericordia est passio, quia misericors est miserum cor habens, quia reputat alienam miseriam, suam. Sed misericordia maxime deo conuenit, psal. 102. Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors &c. Et quam reputat vt suam, repellere debet vt suam. Vnde dominus inquantum repellit miseriã dicitur misericors. Sed ponitur motiuum miserendi triplex. Primo ponit perseuerantiam : secundo inopiam : tertio periculum imminẽs. Primo ponitur perseuerantia cum dicitur [quia triduo &c.] Ex quo potestis cognoscere q̃ qui cum Christo perseuerant, pane suo reficiũtur, quia qui perseueraueritis vsque in finem, hic saluus erit. Per triduum potestis intelligere confessionem sanctæ trinitatis, vnde infra vltimo. Euntes in vniuersum mundum, baptizatẽ in nomine patris, & filii, & spiritus sanctiꝰ vel triplicem actum, scilicet cordis, oris, & operis. Item, triplex tempus sæculi, scilicet tempus legis naturæ, legis mosaicæ, & legis gratiæ & gloriæ in fine, psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua : vel per triduum, triduum mortis Christi. Vnde illi triduo sustinent dominum, qui conformarunt se morti Christi, Osee. 6. Viuificabit nos post triduũ, & in die tertia suscitabit nos. Vnde per mortem Christi expectamus iustificationem, Ad Galat. vlti. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro portantes. Secundum quod tangitur, est inopia, vnde dicit [Non habent quid manducent] Sed quare per triduum expectauit? Ne possent calumniari, quia refecti essent cibo quem secum portauerant. Secundum mysterium, illorum miseretur qui suam miseriam cognoscunt, Apoc. 3. Nescis quia miser es, & miserabilis, & pauper, cæcus & nudus &c. Tertium est periculum.] Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via] Deficiunt enim in uia qui uerbo dei non reficiuntur, Deut. 8. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni verbo &c. Cibauit eum pane vitæ & intellectus. Et dicunt ei discipuli &c [Hic ponitur materia. Et primo, quo modo dedit : secũdo, quãta materia aderat. Vnde dicit [Et dicunt, Vnde ergo in deserto panes tanti?] Hic tarditas & obliuio discipulorum reprehenditur, quia supra dominus satiauerat ex quinque panibus quinque millia. Vnde ex tarditate & obliuione reprehendunt. Secundum mysterium. In hoc gratia dei & misericordia significatur, qui indignis mysteria sua reuelat, & per eos sacramenta ministrat, Hiere. 1. Nescio loqui domine, quia puer sum : cui dominus. Noli dicere quia puer ego sum. Exo. 4. Impeditioris sum linguæ, & tardioris &c. Esa. 3. Nam sum medicus, & in domo mea non est panis, nolite me constituere principem populi. Deinde ponitur quanta materia aderat, unde [Ait illis Iesus. Quot panes habetis] Et non petiit ut ignorans, sed ut miraculum ostenderetur. Vnde & paucos pisciculos supra in alio miraculo commemorari fecit. Et dicitur quòd quinque panes habebant, & duos pisces, in quibus doctrina legis significabatur : et illi panes erant ordeacei, hic sunt septem, & non dicuntur ordeacei, in quibus significatur lex noua septiformis gratiæ dei informata. Item, in illa duo tantum fuerunt pisces, in hac autem multi pisciculi. Vos elegit deus pauperes in mundo, diuites in fide. Et in psal. 8. Volucres cæli & pisces maris qui perambulant semitas maris. i. huius mundi. [Et præcepit turbæ &c.] Hic ponitur dispositio. Et primo, disponit : secundo, materiam accipit : tertio, gratias agit, frangit, & distribuit. Dicit ergo [Et præcepit.] In alia refectione habetur quòd fecit super fœnum recumbere. Per fœnum temporalia significãtur: vnde, Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri, Esaiæ 40. Vnde in veteri lege erat fundamentum super temporalia, in noua solum super stabilitatem gloriæ, Ecclesiast. 1. Terra autem in æternum stat. Vel per fœnum significatur, quòd super temporalia debemus sedere. Vnde possessio non prohibetur, sed dilectio, siue affectio, 1. Ioann. 2. Nolite diligere ea quæ in mundo sunt &c. [Et accipiens septem panes] in quo significatur quòd quicquid de spiritualibus administratum est aliis, primo fuit in Christo, vnde Act. 1. Cępit Iesus facere, & docere. Omnia spiritualia in eo fuerunt. Vnde Ioan. 3. Non dedit ei deus spiritum ad mensuram. [Et gratias agens &c.] Vnde dedit nobis exemplum vt gratias agamus, 1. ad Thessal. 5. In omnibus gratias agentes. Deinde

alios multos, & proiecerũt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbę mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cęcos videntes, & magnificabant deum Israel. Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli. Vnde ergo nobis

in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus. Quot panes habetis? At illi dixerunt, septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbę vt discumberent super terram. Et accipiens septẽ panes & pisces, & grãs agens fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederũt populo, et comederũt oẽs, & saturati sunt. Et qd̃ superfuit de fragmẽtis, tulerunt septẽ sportas plenas. Erant aũt q̃ mãducauerunt

de quia non omnibus omnia, ut habetur 1. ad Corinth. vlti. Item 1. ad Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Consequenter sequitur ordinata distributio, quia [Et dedit discipulis, & discipuli dederunt populo] primo discipulis qui erant mediatores, Deuteron. 3. Ego sequester & medius fui inter deum & uos in tempore illo, ut annuntiarem uobis uerba eius &c. Et 1. ad Corin. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores &c. Consequenter ponitur quo ad plenitudinem refectionis ex abundantia reliquiarum, & ex numero manducantium. [Et comederunt omnes.] Posset aliquis dicere q̃ de pauco pane possunt multi accipere, ita quòd quilibet parum: sed non sic, immo saturati sunt, unde usque ad saturitatem manducauerunt, psal. 77. Manducauerunt, & saturati sunt omnes. Item, multæ fuerunt reliquiæ, quia [tulerunt septem sportas.] Sed quare, cũ pauciores panes fuissent, plures reliquiæ remanserunt, cum. s. saturauerit quinque millia de quinque panibus? Potest dici, q̃ idẽ sunt uel plus, septem sportæ quàm. 12. cophini. Chryso. dicit q̃ diuersa fecit miracula, & modo diuerso, ut discipuli magis memores essent. Primo primi miraculi, in quo tot reliquiæ quot Apostoli. Hic autem secundum numerum panum, in quo significatur quòd spirituales homines refici debent septiformi gratia dei. 1. ad Corin. 2. Animalis enim homo non percipit ea quæ dei sunt. Sequitur numerus comedentium. [Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum &c.] Sed fuerunt quinque millia quia uacabãt quinque sensibus, uel propter quinque libros Moysi. Hic autem quatuor propter quatuor uirtutes cardinales, uel propter quatuor euãgelistas, &c. [extra paruulos & mulieres] Sed quare excipiuntur isti? Quia imperfecti & infirmi a uera doctrina excluduntur, Ad Ephe. 4 Donec occurramus omnes in uirum perfectum &c.

CAPVT XVI.

SVPRA dominus ostendit sufficientiam euangelicæ doctrinæ, quia nec obseruantiis legalibus indiget: item, quia non solum uni populo est necessaria, hic ostendit puritatem & excellentiam. Primo, ostendit eam puram seruandam ab omni traditione: secundo, per altitudinem fidei omnes opiniones humanas transuolare, ibi [Venit Iesus &c.] Circa primum primo describitur calumniosa tentatio: secundo confutat: tertio cauendum docet. secunda, ibi [At ille &c.] tertia, ibi [Et cum uenissent &c.] Circa primum primo commemorat locum: secundo ponitur tentatiua interrogatio. Notandum quòd sicut supra quando pauerat de quinque panibus turbas dimisit, & sic hic. In hoc primo datur exemplum prædicatoribus quando non se ingerant, sed reuertantur, Iob. 39. de onagro. Quis dimisit onagrum liberum? & uincula eius quis soluit &c. [Ascendit in nauiculam] ne sequeretur eum turba. Vnde ponitur impedimentum quare non possent eum sequi. Vnde ascendit in nauiculam, idest, in mentem quæ agitatur fluctibus huius mundi, Sap. 14. Quoniam dedisti in mari uiam, & inter fluctus semitã, ostendens quòd debet ibi intrare, ut ibi requiescat [Et uenit in fines magedan] Magedan, poma interpetratur, & per hunc locum sacra scriptura significatur ubi poma simul. cum aliis fructibus crescunt, Cant. 6. Descendi ut uiderem poma conualium. Sequitur tẽtatiua interrogatio. [Et accesserũt pharisei & saddu cei rogauerunt eũ &c.] Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. [Vt signũ de cælo ostenderet eis.] Et petierunt signum de cælo, habetur Ioã. 6. Patres uestri mãducauerunt mãna in deserto, unde panem de cælo dedit eis. Et infra. 1. ad Cor. Iudæi signa petunt. Et in psal. 73. Signa nostra nõ uidimus &c. Tunc reprehendit eos, & primo de ignauia ad credendum diuina. Si enim aliquis defectum habet ex natura sensuum, excusationem habet, sed cum habet sapientiam in terrenis, & ignauiam in spiritualibus, reprehendendus est, Sap. 13. Vani sunt omnes filii hominum, in quibus non est scientia dei. Et primo ostendit solertiam in terrenis: secundo ignauiam in spiritualibus. Dicit ergo. [At ille respondens ait. Vespere facto &c.] Hoc habet sensum literalem & mysticum. Literalem, quia ex aliqua dispositione poterant cognoscere si-

F gnum serenitatis [Dicitis, serenum erit: rubicundum est enim cælum.] Item tempestatis, quia dicitis [Hodie erit tempestas: rutilat enim triste cælum] quia tristitiam designat. Quando enim aer est turbidus, non sunt homines ita læti. Rubedo enim serotina est signum serenitatis. Ratio est secundum Philosophũ, ex diffusione radiorum solis super uapores. Quando enim uapores sunt multi, tunc radii non possunt penetrare, & tunc fit color niger in aere: quando uero subtiles, penetrant. Sed quando quod est igneũ dominatur, tunc apparet color rubeus, ut apparet in flamma, quia cum magis eleuat, magis apparet rubedo in ea. Ideo significatur quòd uapores non sunt multi, & significatur serenitas. Sed cum mane aliquando resoluitur in rorem, uel in pluuiam, est signum tempestatis. Secundũ mysterium, per uespere significatur passio Christi: uespere sol occidit, sic Christus uespere mundi passus est, Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim quasi ignis, psal. 29. Ad uesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia, unde rutilans apparuit in uespere, & significauit tranquillitatem, Tobiæ. 3. Post tempestatem tranquillitatem facis, & post lacrymationem & fletum, H exultationem infundis. In resurrectione, per quam mane significatur, apparuit rubedo in martyribus, & significat temperiem in peccatoribus. Vel per mane significatur mane diei iudicii, quem præcedet rubor, psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet &c. Vnde estis instructi in istis terrenis [Faciem cęli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis] scire. Duo sunt tempora, unum respondet aduentui primo, aliud aduentui secundo. Quædam signa præcesserunt primum aduentum, Esa. 45. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet saluatorem &c. Et cap. 45. Vere tu es deus absconditus. Sed in fine deus manifeste ueniet, & non apparebunt signa de cælo. Sed non est tempus. Vel aliter. Faciem cæli &c. quasi dicat, uos quæritis signum aduentus. Superfluum est signum petere, ubi sunt multa signa, Supra. 11. [Cęci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur &c. Hoc signum dederat Esa. 35. Ipse dominus ueniet, & saluabit nos, tunc aperientur I oculi cæcorum &c. Quidam ex authoritate ista arguunt, quòd debemus satagere ad cognoscendum secundum aduẽtum. Aug. autem exponit de primo aduentu. Primus aduentus certissimus est, quia est ad salutem, salus per fidem, fides per cognitionem, ideo necessarium est ut agnoscatur. Sed secundus est ad remunerandum, ideo occultatur, ut homines magis sint soliciti. Deinde denegat signum petitum. Vnde dicitur. [Generatio mala &c.] Dicitur autem generatio mala, quia recedit a deo. Malum enim est per recessum a deo. Dereliquit deũ factorem suum, & recessit a deo salutari suo &c. ut habetur Deut. 32. Sed adultera, quia alii se copulauit, psal. Si derelinquam te in uita mea, Esa. 55. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas. [Signum petit] & non debet habere, quia [signum non dabitur ei nisi signum Ionæ] quia sicut Ionas in uentre cęti fuit tribus diebus & tribus noctibus, ita &c. ut supra. 12. habitum est. Sed quare magis ponit signum resurrectionis quàm aliud signum? Dicendum, quòd per resurrectionem nobis salus aduenit, Rom. 10. Si crediderís in corde tuo K quòd Christus resurrexit, saluus eris, quia resurgendo uitam reparauit, quia per resurrectionem Christi resurgemus. Ideo istud signum datum est fidelibus, & omnia alia retorquentur ad istud, quia scilicet resuscitauit Lazarum &c. Vnde istis non est datum aliud signum. Discipulis autem suis dedit signum de cælo, cum ostendit eis gloriam suam, ut habetur infra. 17. Sic ergo ostendit eorum ignauiami. Sequtur pars, in qua confutat facto discedendo ab eis [Et relictis illis, abiit] Non enim habitat cum malignis, Sapiẽ. 2. Separat se a peruersis. Postquàm confutauit, docet eos uitari. Et primo ponitur occasio: secundo, doctrina: tertio, malus intellectus discipulorũ: quarto, reprehensio: quinto, effectus. Dicit, [Et cũ uenissent discipuli eius transfretum &c.] In hoc admirari debemus mentes discipulorum, quia non solent homines obliuisci nisi eorum, de quibus parum curant. Vnde cum obliti essent panes, parum curabant de eis, sed solũ de spiritualibus. [Qui dixit, intuemini & cauete &c.]

Hic

Hic ponitur doctrina. Per fermentum intelligit doctrinam corruptam, unde non intelligit doctrinam legis, sed traditiones pharisæorum, quæ uocantur fermentum, quia sicut ex modico fermento totum corrumpitur, sic ex modico errore tota uita corrumpitur, sicut de uia a qua parum homo recedit, postmodum elongatur, unde Philosophus in primo cæli dicit, q̃ paruus error in principio, magnus fit in fine. Spiritualis intellectus est panis, non fermentum. Vnde per panem uera doctrina intelligitur, Eccles. 15. Cibauit eum pane uitæ, & intellectus, unde dicitur. [Intuemini, & cauete, quia falsa doctrina est periculosa. Dum enim manet fides in homine, non est periculum, sed quando fundamentum ablatum est, non est spes psalm. 36. Exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea, fundamentum est fides. Ad Titum ultimo. Hæreticum hominem post primam, uel secundam admonitionem deuita: quia falsa doctrina habet colorem, ideo dicit. Intuemini, idest, diligenter considerate, Prouerb. 4. Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Consequenter ponitur intellectus discipulorum. [At illi cogitabant, &cæt.] quia enim supra septem sportas fragmentorum acceperant, & non secum tulerant, credebant quòd diceret, non accepistis panes, sed nolo quod a phatisæis accipiatis panes, quia animales erant, & animalis homo non percipit quæ dei sunt 1. Corinthio. 2. In isto intellectu in duobus poterant reprehendi. Primo quia non intelligebant. Item in eo quòd de uirtute dei diffidebant. De primo non reprehendit eos, sed de secundo. Dicit ergo, [Quid cogitatis inter uos modice fidei, &cæt.] quasi dicat. Intelligitis carnaliter quod spiritualiter deberis intelligere. [Non recordamini quinque panum, & quinque millia hominum, &cæt.] Nonne ergo qui tot paui, possum uos pascere? [Quare non intelligitis? quia non de pane dixi uobis] scilicet materiali, sed potius spirituali, qui panis doctrina dicitur in Ioan. 6. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt [Tunc intellexerunt, &c.] Hic ponitur correctio, unde correcti sunt ex sermone eius psalm. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

b ¶ Supra dominus docuit doctrinam euangelicam conseruandam puram a fermento Iudæorum, hic autem docet eminentiam doctrinæ. Et primo quantum ad fidem utriusque naturæ, scilicet deitatis, & humanitatis: secundo quantum ad fidem passionis, ibi. [Exinde, &cæt.] tertio quantum ad fidem iudiciariæ potestatis, ibi. [Filius enim, &cæt.] Circa primum primo exquiritur opinio turbarum de Christo: secundo fides discipulorum, ibi. [Vos autem, &cæt.] Circa primum, primo ponitur locus: secundo interrogatio Christi, ibi. [Quem dicunt:] tertio responsio Petri, ibi. [At illi dixerunt,] Dicit ergo. [Venit Iesus in partes Cesareæ.] Et non solum hoc, sed addidit [Philippi] quia duæ Cesareæ fuerunt, scilicet Cæsarea traconis, ubi missus est Petrus ad Cornelium. Alia hæc quæ dicitur aliter paneas. Prima ab Herode constituta est in honorem Cæsaris Augusti. Istam construxit Philippus in honorem Tyberii. Sed quare fecit hic istam quæstionem dominus? Dicendum, quòd hæc ciuitas in finibus Iudæorum erat sita, ideo antequàm de fide petere uellet a Iudæis, eos extraxit. Simile habetur quòd dominus educens Iudæos de Aegypto, non eduxit eos per sata Philistinorum, ut habetur Exod. 13. Consequenter ponitur interrogatio. [Et interrogabat, &cæt.] Sapiens quando interrogat, docet, ut dicit Hieronymus. Vnde in multis instruimur, ut simus solliciti quid de nobis dicatur, ut si malum, quòd corrigamus: si bonum ut conseruemus, & multiplicemus. Vnde curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni, Ecclesi. 41. Vnde Christus interrogauit quid de ipso diceretur. Item qui diuinitatem cognoscunt, dicuntur dii. Ego dixi dii estis. Hi uero qui humanitatem, dicuntur homines, unde dicitur. [Quem dicunt homines esse filium hominis?] Sed ut dicit Hilar. Christus solum homo uidebatur, ideo uoluit quòd cognoscerent quòd esset aliud quàm simplex homo. Vnde ipse ex hoc dat intelligere aliud esse in eo. Item, ostenditur humilitas Christi, quia se hominis filium confitetur, secundum illud Matth. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis cor-

A de, &cæt. Consequenter ponitur opinio turbarum. [At illi dixerunt. Alii Ioannem, &cæt.] Diuersi de Christo senserunt diuersa. Pharisæi blasphemabant Christum, sed turbæ prophetam dicebant, unde Luc. 7. Propheta magnus surrexit in nobis, &cæt. Dicebant eum Ioannẽ ratione authoritatis, quia Ioannes pænitẽtiam prædicabat, supra 13 Agite pænitentiam, appropinquauit regnum cælorum. Ideo credebant ipsum esse Ioannẽ, quia similiter Christus incipiebat. Agite pænitentiam, appropinquauit regnum cælorũ, ut supra in 4. capit. Item, habebant in reuerentiam Heliam prophetam, Malach. ultimo. Ecce ego mittam Heliam prophetam, antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis, &cæt. Vnde credebant esse Heliam propter potestatem sermonis, & uirtutem prædicationis, Ecclesi. 48. Et surrexit Helias propheta quasi ignis, quia uerbum ipsius quasi facula ardebat. & de Christo dicitur supra, quòd erat docens tamquàm potestatem habens. Item, propter eminentiam uitæ credebant eum esse Hieremiam, de quo dominus ait. Antequàm te formarem in utero noui te, & antequàm exires de uentre sanctificaui te, Hierem. 1. Et Hierem. 40 habetur, quia honoratus erat gentibus, sic in reuerentia ab extraneis Christus habebatur, a Iudæis uero blasphemabatur, ideo Hieremiæ comparabant eum. Sed quomodo Heliam dicebant? quia habetur quarti Regum. 2. quòd C raptus est, & quòd adhuc uiueret, & erat promissus Iudæis ad salutem, ut habetur Malach. ultimo. Quia quidam posuerunt transcorporationem, & ideo secundum hanc opinionem posset esse, quòd anima Heliæ intrasset aliud corpus. [Dixit eis Iesus, &cæt.] Hic exquiritur fides discipulorum, & primo ponitur interrogatio: secundo responsio: tertio approbatio. secunda, ibi. [Respondens Petrus] tertia, ibi. [Respondens Iesus, &cæt.] Dicit eis Iesus. [Vos autem, &cæt.] quasi dicat, ita dicunt turbæ, sed quia magis est uobis commissum, ideo magis a uobis exigitur. Vidistis miracula, ideo magis debetis opinari. Sed quare petiit? Nonne sciebat? immo sciebat, sed uolebat quòd mererentur ex confessione, Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde magis sunt meritoria, quanto magis sequestrata, & quasi turbis infima scientibus, maiora D non respondeant, ideo, &cæt. [Respondens autem Petrus dixit. Tu es Christus filius dei uiui.] Ipse respondet pro se, & pro aliis, sed ipse frequentius respondet, & in hoc perfecta fides tangitur, quia tangitur fides humanitatis. [Tu es Christus,] idest, unctus. Et constat quòd unctus est oleo spiritussancti. Vnctio non conuenit ei secundum diuinitatem, quia ab ipsa procedit, sed secundum humanitatem. Hoc ergo dicit ut humanitatem Christi aliter æstiment, quàm turbæ. Quæritur autem quare prophetam eum dicebant. Vngebatur propheta ut habetur de Helisæo. Vngebantur reges, ut habetur de Saule, item sacerdotes, ut habetur in Leuitico. Et omnia hæc in nomine Christi importantur, quia & rex dicitur, ut Hierem. 23. Regnabit rex, & sapiens erit. Item sacerdos, psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Item propheta. Prophetam suscitabit deus de gente uestra, & de fratribus tuis, &cæt. Deuteron. E 18. Item, non solum confessus est humanitatem, sed testudine penetrata, usque ad diuinitatem transcendit, dicens. [Tu es filius dei.] Alii enim dicebant eum blasphemum. Vnde, Ioan. 10. Non de bono opere lapidamus te, sed de blasphemia, quia homo cum sis, facis teipsum deum. Sed iste filium dei recognoscit, & dicit [uiuum] ad excludendum errorem gentilium, qui quosdam homines mortuos dicebant deos, ut Iouem, &cæt. ut habetur Sapient. 13. Item quidam elementa, &c. mortua, ut terram, ignem, &c. ut habetur Sapien. 13. sed iste filium Dei uiuũ dicit. Sed sciendum quòd cum dicitur deus uiuus, & homo uiuus, de homine dicitur per participationẽ uitæ, sed de deo dicitur, quia fons uitę, psal. 35. Apud te est fons uitę. Et in Io. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. [Respondens Iesus, &cæt.] Hic approbat confessionem eius: secundo mandat tacendam, ibi. [Tunc præcepit, &cæt.] Circa primum, primo approbat istam confessionem per commendationem confitentis: secundo per remunerationem, ibi. [Et ego dico tibi &

Vnde dicit [Respondit Iesus.[Beatus es Simon Bariona.] Bar idem est quod filius. Ionas, idem quod columba suo nomine: unde Bariona, idest, filius columbæ. Et uidetur respondere responsio Christi confessioni Petri, quia confessus erat eum filium dei. Iesus autem dicit eum filium columbæ, scilicet spiritussancti, quia hæc cõfessio nõ potuit fieri nisi a spiritu sancto. Sed creditur quòd primo dicebatur Bariona, idest, Ioannis filius, sed per corruptionẽ scripturę ita dictum est. Sed quid est? Numquid alii non confessi sunt filium dei? immo legit de Nathanaele, Ioan. 1. Item illi qui in naui supra 9. quare ergo hic beatificatur Petrus, & non alii? quia alii filium adoptiuum confessi sunt, hic autem filium naturalem, ideo hic præ cæteris beatificatur, quia primus confessus est diuinitatem. Origenes dicit. Videtur quòd ante non confessus fuerit. Sed quomodo misit eos prædicare? Respondet quòd a principio nõ prædicabant ipsum esse Christum, sed pænitentiam prædicabant. Item, poteſt esse quòd prædicabant Christum, sed hic primo ipsum esse filium dei. ergo hic specialiter remunerat. [Beatus est Simon, &c.] quia beatitudo est in cognitione, Ioan. 17. hæc est uita æterna ut cognoscant te solum uerum deum. Sed duplex est cognitio, una quæ est per naturalẽ rationem, alia quæ supra rationem. Prima non facit beatitudinẽ quia dubia est; unde non satiat intellectum, sed beatitudo debet satisfacere appetitui naturali, & hoc habebitur in patria, Esa. 64. Oculus non uidit, nec auris audiuit quæ præparauit dominus diligentibus se. Ergo in hac uita quanto aliquis magis potest percipere de hac cognitione, magis est beatus, Prouerb. 3. Beatus qui inuenit sapientiã. Vnde dicit. Beatus es, quia incipis esse beatus. [Quia caro & sanguis, &c.] hoc potest exponi ita, quòd caro & sanguis sumantur pro amicis carnalibus. Ad Galat. 2. Continuo non acquieui carni & sanguini, unde caro & sanguis, idest, non habuisti ex traditione Iudæorum, sed ex reuelatione dei. Item, in Christo erat caro, & sanguis, & diuinitas, ideo quia Petrus non respexit ad carnem, & sanguinem, ei dẽ. Beatus es, quia non iudicas secundum quòd caro, & sanguis reuelat, sed secundum quòd pater meus. Vel nõ habes ex naturali industria, sed ex patre meo. Nemo enim cognouit filium nisi pater, Luc. 10. Illius enim est manifestare, cuius est cognoscere. Vnde nemo nouit, nisi cui pater uoluerit reuelare, Dan. 2. Est deus in cælo reuelans mysteria. [Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &cæt.] Hic dat confessionis remunerationem, confessus erat humanitatem, & diuinitatem, ideo dat dominus remunerationem. Primo dat nomen: secundo potestatem. Circa primum, primo dat nomen: secundo nominis rationem, ibi. [Et super hanc petram.] Et ad hoc uenit in hunc mundum ut ecclesiam fundaret, Esa. 28. Ecce ego ponam in fundamento sion lapidem probatum angularem pretiosum in fundamento fundatum: iste signatus est per lapidem quem suppofuit Iacob capiti, & unxit, ut habetur Genes. 28: Iste lapis est Christus, & ab ista unctione oẽs dicti sunt Christiani, unde nõ solum dicimur Christiani a Christo, sed a petra. Ideo specialiter imponit nomen. Tu es Petrus, a petra quæ est Christus. Licet secundum Augustinum uideturd quòd modo non fuerit impositum, sed a principio, Ioan. 1. Tu uocaberis Cephas: uel potest dici quòd tunc fuit promissum, hic datum. In huius signum rei. [Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] Proprietas petrę est, quòd ponatur in fundamento. Item, ut det firmitatem: supra. 7. Similis est homini qui ædificat domum suam super petrã: unde potest exponi de Christo. Et super hanc petram, idest, Christum, ut sit fundamentum, & ut fundata firmamentum recipiat. Augustinus in libro retractationum dicit, quòd multipliciter exposuit, & reliquit audientibus ut acciperent quam uellent. Vel ut demonstret, ly hanc petram, Christum. 1. ad Corinth. 10. Petra autem erat Christus. Et alibi. 1. ad Corinthio. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere nisi id quod positum est, quod est Christus Iesus, &cæt. Alia expositio. Super hanc petram, idest, super te petram; quia a me petra trahes tu quòd sis petra. Et sicut ego sum petra, ita super te petram ædificabo, &cæt. Sed quid est? Est ne Christus, & Petrus fundamentum? Dicendum quòd Christus secundum se, sed Petrus inquantum habet confessionem Christi, inquantum uicarius eius; ad Ephes. 2. Superædificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari Christo Iesu, &cæt. Apocalyp. 21. Fundamenta ciuitatis duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorũ & Agni, &c. Ideo Christus secundum se est fundamentum, sed Apostoli non secundum se, sed per concessionem Christi, & authoritatem datam a Christo, psal. 88. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed specialiter Petri domus, quæ est fundata super petram, non diruetur, ut supra. 7. Sic ista impugnari potest, expugnari non potest. [Et portę inferi non prævalebunt aduersus eam.] Hieron. 1. Bellabũt aduersum te, & non prævalebunt, &cæt. Et qui sunt portæ inferi? Hæretici, quia sicut per portam intratur in domum, sic per istos intratur in infernum. Item tyranni, dæmones, peccata. Etquàmuis alię ecclesiæ uituperari possunt per hæreticos, ecclesia tamen Romana non fuit hæreticis deprauata, quia supra petram erat fundata. Vnde in Constantinopoli fuerunt hæretici, & labor Apostolorum amissus erat, sola Petri ecclesia in uiolata permansit. Vnde Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Et hoc non solum referetur ad ecclesiam Petri, sed ad fidem Petri, & ad totam occidentalem ecclesiam. Vnde credo quòd occidentales maiorem reuerentiam debent Petro, quàm aliis Apostolis. [Et tibi dabo claues, &cæt.] Hic ponitur secundum donum quod Petro dedit Christus secundum humanitatem. Fundauit enim ecclesiam in terris, & Petrum Vicarium suum instituit, ut introduceret in cælum, Ad Hebræos 10. Habentes fiduciam, &cæt. In introitu sanctorum in sanguine: unde Christus Vicarium suum Petrum instituit ut introduceret in cælum, unde illud ministerium dedit, unde claues dedit. Claues enim introducit, unde Petrus habet ministerium introducendi. Et duo facit. Primo claues committit: secundo usum docet. [Et quodcumque &c.] Sed uideamus quæ sunt claues. Domus quando est serata impedit introitum, clauis uero remouet impedimentum. Regnum cælorum habebat impedimentum, sed non ex parte sua, Apocalyp. 4. Vidi, & ecce hostium apertum: sed impedimentum erat ex parte nostra, scilicet peccatum, quia nihil coinquinatum intrabit in illam. Ista impedimenta remouit Christus per suam passionem, quia lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, Apocalyp. 1. Et hanc communicauit ut per ministerium peccata tollerentur, quod expletur per uirtutẽ sanguinis Christi: unde sacramenta uirtutem habent a uirtute passionis Christi. Vnde dabo tibi ministerium, &cęt. Esa. 3. Dabo super te claues Dauid. Sed dicit, Tibi dabo. Nondum enim erant fabricatę, res autem non potest dari antequàm sit. Fabricandę autem hę erant in passione: unde in passione fuit eorum efficacia. Vnde hic promittit, sed post passionem dedit, cum dixit. Pasce oues meas. Sed quare dicit claues? quia absoluere est remouere obstaculum. Duo enim sunt, quia duo requiruntur, potestas, & scientia. Sed quid est? Numquid non aliqui sacerdotes sunt, qui non habent scientiam? Intelligatis quòd habẽt scientiam, quia nullus clauem scientiæ habet nisi sacerdos. Non dicitur hic scientia habitus intellectus, &cęt. sed dicitur authoritas discernendi. Vnde est aliquis iudex qui non habet scientia primo modo, & tamen habet scientiam secundo modo, quia habet authoritatem: aliquis autem habet scientiam primo modo, & non secundo modo, quia non habet authoritatem. Vnde scientia hic dicitur authoritas discernendi, & sacerdos quilibet hanc habet ut discernat in absoluendo. Consequenter ponit usum clauium. [Quodcumque ligaueris, &cęt.] Sed uideturd quòd inconuenienter ponatur, quia usus clauis non est ligare, sed aperire. Dico quòd clauium conueniens iste usus est. Ipsum enim cęlum apertum est, Apocalyp. 4. Vidi ostium apertum. Vnde non est necessarium ut aperiatur, sed ligatus qui debet introire oportet quòd soluatur. Sed hic uitandi sunt aliqui errores. Primus tangitur in glosa, quia quidam usurpauerunt quòd possent omnes quos uellent absoluere, & introducere in regnum cęlorum. Sed hoc non potest stare, quia solius dei est immutare uoluntates. Alius error est quòd sacerdos non ligat, sed ostendit esse absolutum. Sed istud derogat uirtuti sacramenti, eo quòd sacramenta nouę legis efficiunt quod figurant, sacramenta uero ueteris legis non. Vnde si nihil efficeret, nõ esset sacramentũ nouę legis. Tertio aliqui dicunt quòd in peccato sunt tria, culpa, & reatus & pœna. Ab duobus absoluitur homo p se per cõfititionem, sed quando homo ab his absolutus est, remanet ligatus ad pœnam temporalem, quam per se tollere, & euitare homo non sufficit, ideo dantur claues quę minuunt aliquid de ista pœna, & ligant quantum ad pœnam aliquam. Tamen uidetur mihi quòd hoc non sit bene dictum, quia sacramentum nouæ

discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? At illi dixerunt. Alii Ioannem Baptistam, alii autem Heliam, alii uero Hieremiã, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius dei uiui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam, & portę inferi nõ prævalebunt

Hic ponitur doctrina. Per fermentum intelligit doctrinam corruptam, unde non intelligit doctrinam legis, sed traditiones pharisæorum, quæ uocantur fermentum, quia sicut ex modico fermento totum corrumpitur, sic ex modico errore tota uita corrumpitur, sicut de uia a qua parum homo recedit, postmodum elongatur, unde Philosophus in primo cæli dicit, ęq paruus error in principio, magnus fit in fine. Spiritualis intellectus est panis, non fermentum. Vnde per panem uera doctrina intelligitur, Eccles. 15. Cibauit eum pane uitæ, & intellectus, unde dicitur. [Intuemini, & cauete, quia falsa doctrina est periculosa. Dum enim manet fides in homine, non est periculum, sed quando fundamentum ablatum est, non est spes psalm. 36. Exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea, fundamentum est fides. Ad Titum ultimo. Hæreticum hominem post primam, uel secundam admonitionem deuita: quia falsa doctrina habet colorem, ideo dicit. Intuemini, idest, diligenter considerate, Prouerb. 4. Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Consequenter ponitur intellectus discipulorum. [At illi cogitabant, &cæt.] quia enim supra septem sportas fragmentorum acceperant, & non secum tulerant, credebant quòd diceret, non accepistis panes, sed nolo quod a phariseis accipiatis panes, quia animales erant, & animalis homo non percipit quæ dei sunt 1. Corinthio. 2. In isto intellectu in duobus poterant reprehendi. Primo quia non intelligebant. Item in eo quòd de uirtute dei diffidebant. De primo non reprehendit eos, sed de secundo. Dicit ergo. [Quid cogitatis inter uos modice fidei, &cæt.] quasi dicat. Intelligitis carnaliter quod spiritualiter debetis intelligere. [Non recordamini quinquę panum, & quinque millia hominum, &cæt.] Nonne ergo qui tot pauit, possum uos pascere? [Quare non intelligitis? quia non de pane dixi uobis] scilicet materiali, sed potius spirituali, qui panis doctrina dicitur in Ioan. 6. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt [Tunc intellexerunt, &c.] Hic ponitur correctio, unde correcti sunt ex sermone eius. psalm. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

b ¶ Supra dominus docuit doctrinam euangelicam conferuandam puram a fermento Iudæorum, hic autem, docet eminentiam doctrinæ. Et primo quantum ad fidem utriusque naturæ, scilicet deitatis, & humanitatis: secundo quantum ad fidem passionis, ibi. [Exinde, &cæt.] tertio quantum ad fidem iudiciariæ potestatis, ibi. [Filius enim, &cæt.] Circa primum primo exquiritur opinio turbarum de Christo: secundo fides discipulorum, ibi. [Vos autem, &cæt.] Circa primum, primo ponitur locus: secundo interrogatio Christi, ibi. [Quem dicunt:] tertio responsio Petri, ibi. [At illi dixerunt, Dicit ergo. [Venit Iesus in partes Cesareæ.] Et non solum hoc, sed addidit [Philippi] quia duæ Cesareæ fuerunt, scilicet Cæsarea traconis, ubi missus est Petrus ad Cornelium. Alia hæc quæ dicitur aliter paneas. Prima ab Herode constituta est in honorem Cæsaris Augusti. Istam construxit Philippus in honorem Tyberii. Sed quare fecit hic istam quæstionem dominus? Dicendum, quòd hæc ciuitas in finibus Iudæorum erat sita, ideo antequàm de fide petere uellet a Iudæis, eos extraxit. Simile habetur quòd dominus educens Iudæos de Aegypto, non eduxit eos per sata Philistinorum, ut habetur Exod. 13. Consequenter ponitur interrogatio. [Et interrogabat, &cæt.] Sapiens quando interrogat, docet, ut dicit Hieronymus. Vnde in multis instruimur, ut simus solliciti quid de nobis dicatur, ut si malum, quòd corrigamus: si bonum ut conseruemus, & multiplicemus. Vnde curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni, Eccles. 41. Vnde Christus interrogauit quid de ipso diceretur. Item qui diuinitatem cognoscunt, dicuntur dii. Ego dixi dii estis. Hi uero qui humanitatem, dicuntur homines, unde dicitur. [Quem dicunt homines esse filium hominis?] Sed ut dicit Hilar. Christus solum homo uidebatur, ideo uoluit quòd cognoscerent quòd esset aliud quàm simplex homo. Vnde ipse ex hoc dat intelligere aliud esse in eo. Item, ostenditur humilitas Christi, quia se hominis filium confitetur, secundum illud Matth. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, &cæt. Consequenter ponitur opinio turbarum. [At illi dixerunt. Alii Ioannem, &cæt.] Diuersi de Christo senserunt diuersa. Pharisæi blasphemabant Christum, sed turbæ propheram dicebant, unde Luc. 7. Prophera magnus surrexit in nobis, &cæt. Dicebant eum Ioannẽ ratione authoritatis, quia Ioannes pænitẽtiam prædicabat, supra 13 Agite pænitentiam, appropinquauit regnum cælorum. Ideo credebant ipsum esse Ioannẽ, quia similiter Christus incipiebat. Agite pænitentiam, appropinquauit regnum cælorũ, ut supra in 4. capit. Item, habebant in reuerentiam Heliam prophetam, Malach. ultimo. Ecce ego mittam Heliam prophetam, antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis, &cæt. Vnde credebant esse Heliam propter potestatem sermonis, & uirtutem prædicationis, Eccles. 48. Et surrexit Helias propheta quasi ignis, quia uerbum ipsius quasi facula ardebat. & de Christo dicitur supra, quòd erat docens tamquàm potestatem habens. Item, propter eminentiam uitæ credebant eum esse Hieremiam, de quo dominus ait. Antequàm te formarem in utero noui te, & antequàm exires de uentre sanctificaui te, Hierem. 1. Et Hierem. 40 habetur, quia honoratus erat gentibus, sic in reuerentia ab extraneis. Christus habebatur, a Iudæis uero blasphemabatur, ideo Hieremiæ comparabant eum. Sed quo modo Heliam dicebant? quia habetur quarti Regum. 2. quòd raptus est, & quòd adhuc uiueret, & erat promissus Iudæis ad salutem, ut habetur Malach. ultimo. Quia quidam posuerunt transcorporationem, & ideo secundum hanc opinionem posset esse, quòd anima Heliæ intrasset aliud corpus. [Dixit eis Iesus, &cæt.] Hic exquiritur fides discipulorum, & primo ponitur interrogatio: secundo responsio: tertio approbatio, secunda, ibi. [Respondens Petrus] tertia, ibi. [Respondens Iesus, &cæt.] Dicit eis Iesus. [Vos autem, &cæt.] quasi dicat, ita dicunt turbæ, sed quia magis est uobis commissum, ideo magis a uobis exigitur. Vidistis miracula, ideo magis debetis opinari. Sed quare petiit? Nonne sciebat? immo sciebat, sed uolebat quòd mererentur ex confessione, Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde magis sunt meritoria, quanto magis sequestrata, & quasi turbis infima scientibus, maiora non respondeant, ideo, &cæt. [Respondens autem Petrus dixit. Tu es Christus filius dei uiui.] Ipse respondet pro se, & pro aliis, sed ipse frequentius respondet, & in hoc perfecta fides tangitur, quia tangitur fides humanitatis. [Tu es Christus,] idest, unctus. Et constat quòd unctus est oleo spiritussancti. Vnctio non conuenit ei secundum diuinitatem, quia ab ipsa procedit, sed secundum humanitatem. Hoc ergo dicit ut humanitatem Christi aliter æstiment, quàm turbæ. Quæritur autem quare prophetam eum dicebant. Vngebatur propheta ut habetur de Helisæo. Vngebantur reges, ut habetur de Saule, item sacerdotes, ut habetur in Leuitico. Et omnia hæc in nomine Christi importantur, quia & rex dicitur, ut Hierem. 23. Regnabit rex, & sapiens erit. Item sacerdos, psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Item propheta. Prophetam suscitabit deus de gente uestra, & de fratribus tuis, &cæt. Deuteron. 18. Item, non solum confessus est humanitatem, sed testudine penetrata, usque ad diuinitatem transcendit, dicens. [Tu es filius dei.] Alii enim dicebant eum blasphemum. Vnde, Ioan. 10. Non de bono opere lapidamus te, sed de blasphemia, quia homo cum sis, facis teipsum deum. Sed iste filium dei recognoscit, & dicit [uiuum] ad excludendum errorem gentilium, qui quosdam homines mortuos dicebant deos, ut Iouem, &cæt. ut habetur Sapient. 13. Item quidam elementa, &c. mortua, ut terram, ignem, &c. tut habetur Sapien. 13. sed iste filium Dei uiuũ dicit. Sed, sciendum quòd cum dicitur deus uiuus, & homo uiuus, de homine dicitur per participationẽ uitæ, sed de deo dicitur, quia fons uitę, psal. 35. Apud te est fons uitę. Et in Io. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. [Respondens Iesus, &cæt.] Hic approbat confessionem eius: secundo mandat tacendam, ibi. [Tunc prœcepit, &cæt.] Circa primum, primo approbat istam confessionem per commendationem confitentis: secundo per remunerationem, ibi. [Et ego dico tibi.

cauete a fermento pharisæorum, & saducæorum. At illi cogitabant inter se dicentes. Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus dixit. Quid cogitatis inter uos modice fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum, & quatuor milia hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis, quia nõ de pane dixi uobis, cauete a fermẽto pharisæorum, & saducæorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendũ a fermento panũ, sed a doctrina pharisęorũ, & saducęorũ.

b ¶ Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat

Vnde dicit [Respondit Iesus.[Beatus es Simon Bariona .] Bar idem est quod filius, Ionas, idem quod columba suo nomine: unde Bariona, idest, filius columbæ. Et uidetur respondere responsio Christi confessioni Petri, quia confessus erat eum filium dei, Iesus autem dicit eum filium columbæ, scilicet spiritusanctí, quia hæc cõfessio nõ potuit fieri nisi a spiritu sancto. Sed creditur quòd primo dicebatur Bariona, idest, Ioannis filius, sed p corruptionẽ scripturę ita dictum est. Sed quid est? Numquid alii non confessi sunt filium dei? immo legit de Nathanaele, Ioan. 1. Item illi qui in naui supra 9, quare ergo hic beatificatur Petrus, & non alii? quia alii filium adoptiuum confessi sunt, hic autem filium naturalem, ideo hic præ cæteris beatificatur, quia primus confessus est diuinitatem. Origenes dicit. Videtur quòd ante non confessus fuerit. Sed quomodo misit eos prædicare? Respondet quòd a principio nõ prædicabant ipsum esse Christum, sed pænitentiam prædicabant. Item, potest esse quòd prædicabant Christum, sed hic primo ipsum esse filium dei. ergo hic specialiter remunerat. [Beatus est Simon, &c.] quia beatitudo est in cognitione, Ioan. 17. hæc est uita æterna ut cognoscant te solum uerum deum. Sed duplex est cognitio, una quæ est per naturalẽ rationem, alia quæ supra rationem. Prima non facit beatitudinẽ quia dubia est: unde non satiat intellectum, sed beatitudo debet satisfacere appetitui naturali, & hoc habebitur in patria, Esa. 64 Oculus non uidit, nec auris audiuit quæ præparauit dominus diligentibus se. Ergo in hac uita quanto aliquis magis potest percipere de hac cognitione, magis est beatus, Prouerb. 3. Beatus qui inuenit sapientiã. Vnde dicit. Beatus es, quia incipis esse beatus. [Quia caro & sanguis, &c.] hoc potest exponi ita, quòd caro & sanguis sumantur pro amicis carnalibus. Ad Galat. 2. Continuo non acquieui carni & sanguini, unde caro & sanguis, idest, non habuisti ex traditione Iudæorum, sed ex reuelatione dei. Item, in Christo erat caro, & sanguis, & diuinitas, ideo quia Petrus non respexit ad carnem, & sanguinem, ei dr Beatus es, quia non iudicas secundum quòd caro, & sanguis reuelat, sed secundum quod pater meus. Vel nõ habes ex naturali industria, sed ex patre meo. Nemo enim cognouit filium nisi pater, Luc. 10. Illius enim est manifestare, cuius est cognoscere. Vnde nemo nouit, nisi cui pater uoluerit reuelare, Dan. 2. Est deus in cælo reuelans mysteria. [Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &cæt.] Hic dat confessionis remunerationem, confessus erat humanitatem, & diuinitatem, ideo dat dominus re nunerationem. Primo dat nomen: secundo potestatem. Circa primum, primo dat nomen: secundo nominis rationem, ibi. [Et super hanc petram] Et ad hoc uenit in hunc mundum ut ecclesiam fundaret, Esa. 28. Ecce ego ponam in fundamẽto sion lapidem probatum angularem pretiosum in fundamento fundatum: iste signatus est per lapidem quem supposuit Iacob capiti, & unxit, ut habetur Genes. 28. Iste lapis est Christus, & ab ista unctione oes dicti sunt Christiani, unde nõ solum dicimur Christiani a Christo, sed a petra. Ideo specialiter imponit nomen. Tu es Petrus, a petra quæ est Christus. Licet secundum Augustinum uidetur quòd modo non fuerit impositum, sed a principio. Ioan. 1. Tu uocaberis Cephas: uel potest dici quòd tunc fuit promissum, hic datum. In huius signum rei. [Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] Proprietas petrę est, quòd ponatur in fundamento. Item, ut det firmitatem: supra. 7. Similis est homini qui ædificat domum suam super petrã: unde potest exponi de Christo. Et super hanc petram, idest, Christum, ut sit fundamentum, & ut fundata firmamentum recipiat. Augustinus in libro retractationum dicit, quòd multipliciter exposuit, & reliquit audientibus ut accideret quam uellent. Vel ut demonstret, ly hanc petram, Christum. 1. ad Corinth. 10. Petra autem erat Christus. Et alibi. 1. ad Corinthio. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere nisi id quod positum est, quod est Christus Iesus, &cæt. Alia expositio. Super hanc petram, idest, super te petram, quia a me petra trahes tu quòd sis petra. Et sicut ego sum petra, ita super te petram ædificabo, &cæt. Sed quid est? Est ne Christus, & Petrus fundamentum? Dicendum quòd Christus secundum se, sed Petrus inquantum habet confessionem Christi, inquantum uicarius eius, ad Ephes. 2. Superædificati super fundamentum Apostolorum, & propheratum ipso summo angulari Christo Iesu, &cæt. Apocalyp. 21. Fundamenta ci uitatis duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorũ & Agni, &c. Ideo Christus secundum se est fundamentum, sed

F Apostoli non secundum se, sed per concessionem Christi, & authoritatem datam a Christo, psal. 88. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed specialiter Petri domus, quæ est fundata super petram, non diruetur, ut supra. 7. Sic ista impugnari potest, expugnari non potest. [Et portę inferi non præualebunt aduersus eam.]

discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? At illi dixerunt. Alii Ioannem Baptistam, alii autem Heliam, alii uero Hieremiã, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius dei uiui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam, & portę inferi nõ præualeposſunt per hæreticos, ecclesia tamen Romana non fuit hæreticis depraua ta, quia supra petram erat fundata. Vnde in Constantinopoli fuerunt hæretici, & labor Apostolorum amissus erat, sola Petri ecclesia inuiolata permansit, Vnde Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Et hoc non solum refertur ad ecclesiam Petri, sed ad fidem Petri, & ad totam occidentalem ecclesiam. Vnde credo quòd occidentales maiorem reuerentiam debent Petro, quàm aliis Apostolis. [Et tibi dabo claues, &cæt.] Hic ponitur secundum donum quod Petro dedit Christus secundum humanitatem. Fundauit enim ecclesiam in terris, & Petrum Vicarium suum instituit, ut introduceret in cælum, Ad Hebræos 10. Habentes fiduciam, &cæt. In introitu sanctorum in sanguine: unde Christus Vicarium suum Petrum instituit ut introduceret in cælum, unde illud ministerium dedit, unde claues dedit. Claues enim introducit, unde Petrus habet ministerium introducendi. Et duo facit. Primo claues committit: secundo usum docet. [Et quodcumque &c.] Sed uideamus quæ sunt claues. Domus quando est serata impedit introitum, clauis uero remouet impedimentum. Regnum cælorum habebat impedimentum, sed non ex parte sua, Apocalyp, 4. Vidi, & ecce hostium apertum: sed impedimentum erat ex parte nostra, scilicet peccatum, quia nihil coinquinatum intrabit in illam. Ista impedimenta remouit Christus per suam passionem, quia lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, Apocalyp. 1. Et hanc communicauit ut per ministerium peccata tollerentur, quod expletur per uirtutẽ sanguinis Christi: unde sacramenta uirtutem habent a uirtute passionis Christi. Vnde dabo tibi ministerium, &cęt. Esa, 3. Dabo super te claues Dauid. Sed dicit, Tibi dabo. Nondum enim erant fabricatę, res autem non potest dari antequàm sit. Fabricandę autem hę erant in passione: unde in passione fuit eorum efficacia. Vnde hic promisit, sed post passionem dedit, cum dixit. Pasce oues meas. Sed quare dicit claues? quia absoluere est remouere obstaculum. Duo enim sunt, quia duo requiruntur, potestas, & scientia. Sed quid est? Numquid non aliqui sacerdotes sunt, qui non habent scientiam? Intelligatis quòd habẽt scientiam, quia nullus clauem scientiæ habet nisi sacerdos. Non dicitur hic scientia habitus intellectus, &cęt. sed dicitur authoritas discernendi. Vnde est aliquis iudex qui non habet scientiã primo modo, & tamen habet scientiam secundo modo, quia habet authoritatem: aliquis autem habet scientiam primo modo, & non secundo modo, quia non habet authoritatem. Vnde scientia hic dicitur authoritas discernendi, & sacerdos quilibet hanc habet ut discernat in absoluendo. Consequenter ponit usum clauium. [Quodcumque ligaueris, &cęt.] Sed uidetur quòd inconuenienter ponatur, quia usus clauis non est ligare, sed aperire. Dico quòd clauium conueniens iste usus est. Ipsum enim cęlum apertum est, Apocalyp. 4. Vidi ostium apertum. Vnde non est necessarium ut aperiatur, sed ligatus qui debet introire oportet quòd soluatur. Sed hic uitandi sunt aliqui errores. Primus tangitur in glosa, quia quidam usurpauerunt quòd possent omnes quos uellent absoluere, & introducere in regnum cęlorum. Sed hoc non potest stare, quia solius dei est immutare uoluntates. Alius error est quòd sacerdos non ligat, sed ostendit esse absolutum. Sed istud derogat uirtuti sacramenti; eo quòd sacramenta nouę legis efficiunt quod figurant, sacramenta uero ueteris legis non. Vnde si nihil efficeret, nõ esset sacramẽtũ nouę legis. Tertio aliqui dicunt quòd in peccato sunt tria, culpa, & reatus & pœna. Ab duobus absoluitur homo p se per cõtritionem, sed quando homo ab his absolutus est, remanet ligatus ad pœnam temporalem, quam per se tollere, & euitare homo non sufficit, ideo dantur claues quę minuunt aliquid de ista pœna, & ligant quantum ad pœnam aliquam. Tamen uidetur mihi quòd hoc non sit bene dictum, quia sacramentum nouæ

circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo demonstrata est in transfiguratione: secundo quomodo peruenirí possit ad eam in 18. cap. In illa hora &c. Circa primum duo. Primo demonstratur futura gloria: secundo præcipit eą lationem: tertio ponit dubitationem, secunda, ibi. Et descendentibus, &c.] tertia, ibi. [Et interrogauerunt, &c.] Circa primum tria. Primo ponuntur circunstantiæ transfigurationis: secundo transfiguratio, tertio effectus: secunda ibi. [Et trãsfiguratus ẽ &c.] tertia, ibi. [Et audientes &c.] Ponit autẽ tres circunstãtias scilicet tempus, discipulos, locum. Tempus ponit cum dicit. [Post dies sex.] Sed hic est quæstio literalis, quare statim cum dixit Sunt quidã de hic stantibus &c. Non statim transfiguratus est. Soluit Chrysost. Primo ut accenderet desiderium apostolorum: secundo ut mitigaret inuidiam eorum, quia forte post uerbum istud turbati fuerunt. Sed quid est quod hic habetur, post sex dies. in Luca habetur, post octo dies? Planum est quòd Lucas numerat diem quo dixit, & diem transfigurationis. Matth. uero dies solum intermedios: ideo remoto primo, & ultimo non remanent nisi sex dies. per sex dies significantur sex ætates post quas speramus uenire ad gloriã futuram. Item in sex diebus perfecit opera sua, ideoque post sex dies uult dominus se ostendere, quia nisi deuemur ad deum super omnes creaturas quas dominus his sex diebus creauit, non possumus peruenire ad regnum dei. Item [assumpsit Petrum, Iacobũ. & Ioã.] Quare non omnes? Ad designandũ quod nõ omnes qui uocati sunt peruenient. Vnde infra 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Et quare tres tantum? Ad designandum quod nulli peruenient nisi in fide trinitatis Matth. ultimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit hic saluus erit. Sed quare plus istos quàm alios? ratio est, quia Petrus magis feruidus erat. Ioan. quia specialiter dilectus erat. Item Iacobus quia præcipuus debellator erat aduersariorum fidei. Vnde Herodes eum occidit. Primo quia magnũ aliquid credidit facere pro Iudæis ut in Act. 12. Occidit autem Iacobum, &c. Sequitur. Cum uideret quia placeret Iudæis &cæt. [Et duxit eos in montem ex celsum seorsum &cæt.] Quare in montem? Ad designandum quòd non inducitur ad contemplandum nisi qui ascendit in montem, ut in Gen. 19. De Loth. In mõte saluum te fac. Et dicit excelsum ualde, propter altitudinem contemplationis, Esa. 2. Eleuabitur super colles, & fluent ad eũ omnes gentes, & ibunt populi, & dicent. Venite ascendamus ad montem domini, quia super omnem altitudinem scientiæ, & uirtutis, erit illa altitudo gloriæ. Item seorsum, quia se separauerunt a malis. infra. 25. Quia separabunt eos sicut agnos ab hædis. Sequitur transfiguratio [Et transfiguratus est ante eos.] Et primo ponitur transfiguratio: secundo testimonium, ibi. [Adhuc eo loquente &c.] Circa primum ponitur transfiguratio: secundo modus: tertio Petri admiratio. Dicit ergo. [Et transfiguratus est] id-est figuram mutauit [ante eos.] Transfigurari idem est quod a propria figura mutari ut habetur 2. ad Corin. 11. quod Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Ideo non est mirum si iusti transfigurentur in figuram gloriæ, ideo transfiguratus est, quia quod suum est deposuit. Aliqui dixerunt quod aliud corpus assumpsit quod falsum est, sed in figura quisquis immutetur de exteriori aspectu dicitur transfiguratus, sicut cum aliquis est sanus, & rubicũdus, cum infirmus est fit pallidus, & sic dicitur transfiguratus. Sic Christus, quia in alia forma quàm appareret apparuit, q a corpus eius non erat lucidum, sed tantum claritatem accepit, & ideo dicitur transfiguratus, ideo sequitur. [Et resplenduit facies eius sicut sol. ibi tangitur modus. Et primo demonstratur quantum ad claritatem faciei: secundo quantum ad uitorem uestiũ: tertio testimonium. Dicit ergo. [Et resplenduit &c.] Hic futuram gloriam reuelauit ubi erunt corpora clara, & splendentia. Et hæc claritas non erat ab essentia, sed ex claritate interioris animæ plenæ charitate, Esa. 58. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. Et sequitur. Et gloria domini colliget te. Vnde erat quædam refulgentia in corpore. Anima enim Christi uidebat deum, & super omnẽ claritatem, a principio suæ conceptionis, Ioã. 1. Vidimus gloriam eius. Si ergo in beatis aliis deriuatur claritas ab anima ad corpus, quare non in Christo qui deus erat, & homo? Dicendum q̃ quia deus erat, ordo humanæ naturæ erat in sua potestate. Hic autem est ordo q̃ partes sibi cõmunicent ut ęso corpore cõpassio fit in anima, & ex anima afficiatur corpus. Sed hic ordo subiectus erat Christo. Vnde ita perfectũ erat gaudium in parte superiori q̃ nõ egrediebatur extra. Vnde & perfecte erat uiator, & pfecte cõprehensor. Vnde qñ uolebat non fiebat refluxus, sed qñ uolebat re-

A fluxus fuit. Et apparuit splendidus. Sed nonne dos fuit in Christo? Quidam dicunt quod sic, & quod omnes dotes accepit in uia. Dotem subtilitatis in natiuitate, agilitatis, in undarum calcatione, claritatis hic, impassibilitatis in administrando sacramentum altaris. Ego autem hoc non credo, quia dos est quædam proprietas ipsius gloriæ. Vnde quòd sup mare ambulauit, q̃ resplenduit, totum fuit ex uirtute diuina, gados gloriæ repugnat uiatori, sed habuit aliquam similitudinem quia resplẽduit facies eius sicut sol. Apoc. 1. Facies eius sicut Sol refulgeo in uirtute sua. Sed potest obiici quia iusti fulgebunt sicut sol. ergo splendor Christi maior non erit aliis? Dico quòd sic, sed quia in his sensibilibus non est clarius cui possit comparari, ideo soli cõparatur. [Vestimenta autẽ &c.] Hic de uestimentis. Hic apparet quòd non fuit permutationem Christi, nec per dotem, quia uestimenta non sunt perceptiua dotis. Per uestimenta significãtur sanct, Esa. 49. Viuo ego dicit dominus, quia his omnibus sicut ornamento uestieris. Et dicit [facta sunt alba sicut nix.] Nix habet candorem, & frigiditatem, sic sancti habent candorem gloriæ. Sapiẽtiæ. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillę in arundineto discurrent &c. Item habebunt refrigerium ab ardore concupiscentiæ, in psal. 67. Niue dealbabuntur in Selmon. Vel per uestimenta intelligitur litera sacræ scripturæ. [Et ecce apparuerũt &c.] Ponit quare apparuerunt? Chrysost. assignat rationes. Prima ratio est ad confirmandum fidem discipulorum. Quæsierat supra, Quem dicunt homines esse filium hominis' &c. Et dixerunt. Alii Heliam, &c. Vt uero ostenderet differentiam sui ad illos, ideo uoluit eos adducere, psalmus 88. Non est similis tui in diis domine, &c. Secunda ratio est ad confutandum Iudæos. Dicebant enim quòd erat transgressor legis. Item dicebant quòd erat blasphemator, ut habetur, Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, ideo quia Helias omnibus ꝓphetis sanctior fuit, & Moyses legislator, coram Moyse, & Helia ostendit quia non erat deo contrarius, nec transgressor legis. tertia ratio est, ut ostendat se iudicem uiuorum, & mortuorum, quia Helias uiuus erat, Moyses mortuus. quarta ratio est ad certificationem Petri, quia Petrus increpauerat dominum de morte, ideo ostendit quòd non sunt increpandi qui exponunt se morti inuocando istos duos, quia Helias morti se exposuit coram Iezabel, similiter Moyses exposuit se propter legem. quinta ratio est, quia duo erant in eo quæ uoluit ostendere in his duobus, scilicet mansuetudo quam ostendit in Moyse, exemplum zeli dei quem ostendit in Helia de quo dicitur quòd Surrexit Helias quasi ignis, & uerbum ipsius quasi facula ardebat. Eccles. cap. 44. sexta ratio assignatur in glo. quia omnis lex, & prophetæ testimonium dixerunt Christo. Vnde omnia oportet impleri de me quæ sunt in lege, & prophetis. Sed tunc est quæstio. De Helia non est mirum si ibi fuit, quia est uiuus, sed de Moyse est quæstio quomodo ibi erat. Quidam dixerunt q̃ angelus fuit ibi loco ipsius. Sed hoc nihil est, quia Moyses fuit ibi in anima solum. Sed qualiter uisus est? Dicendum quod sicut angeli uidentur. sequitur affectus Petri. [Respondens autem Petrus dixit &c.] Et possumus exponere torquendo ad carnalitatem, uel ad deuotionem. Chrysostom. retorquet ad carnalitatem. supra Christus dixerat se passurum, & Christus increpauerat eum, cũ reprehendit eũ. Vnde apparuerunt Moyses, & Helias loquẽtes de passione eius, ideo cum audiuit Petrus referre, non poterat audire. Vnde non uoluit se opponere: ideo cogitauit quòd si ibi maneret, euaderet mortem: ideo ne cito recederent, dixit faciamus, &c. Et quare dixit. Moysi unum, & Helię unum? quia uidebat eum affectuosum ad mortem, uolebat quòd isti impedirent mortem eius. De Helia legitur 4. Regum 1. quòd quando misit Rex quinquagenarium, fecit descendere ignem de cælo. Item legitur de Moyse, Numeri. 16. quòd quando iurgium occurrit in tabernaculo, quòd descendit nubes. Ideo cogitauit quòd per Moysen poterat impetrari nubes, & per Heliam ignis. Alii uero reducunt ad deuotionem Petri. Et secundum hoc, duo facit. Quia primo tangit affectum: secundo consilium, ibi. [Si uis &c.] Dicit ergo. [Domine bonum est nos hic esse] ex nimio feruore uidens gloriam, ita affectus erat quòd numquàm uoluisset separari, si deus uoluisset. Et quid erit de illis qui in gloria erunt perfecta? Vnde existentes in illa beatitudine numquàm uolẽt separari: psal. 72. Mihi aũt adhærere deo bonum est &c. Secundo dat consilium. Et sicut dicit, Luc. 9. Nesciens quid diceret. Vnde dicit. [Si uis &c.] quia uoluntatem nostram debemus submittere uolũtati diuinæ, ut supra. 6. Fiat uoluntas tua &c. Vnde in isto bene dixit Petrus. In

B mus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Heliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderũt in

F

ſtio uero male, quia credidit quòd gloria ſine morte poſſet habe ri, quod eſt cõtra illud. 2. Cor. 5. Scimus enim ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur quòd ædificatam habemus domum non manu factam ſed æternam in cælis. Item quia credidit in hoc mundo eſſe gloriam ſanctorũ, quæ non eſt hic, ſed in cælis ſupra. 5. Gaude te, & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Item quia credidit domibus indigerent, ſed non indiget hic, ſed habent in cælis. Vt Apoc. 21. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus. Item quia tria tabernacula noluit fieri. Vnum enim ſufficit patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Itẽ quia cõparauit Chriſtum aliis: non aũt ſic debet fieri. Iob. 32. Deũ homini non æquabo. Petre, omnes habent unum tabernaculum quod eſt fides, ſequitur teſtimonium. [Et adhuc eo loquẽte &c.] Petrus inſipienter loquebatur; ideo indignus fuit reſpõſione. Volebat materiale teſtimonium: ideo uoluit dominus oſtendere q̃ ſancti non indigent. Item per nubem oſtendere ſe uoluit, pſal. 77. Magnificentia eius in nubibus. Sed aliquando apparet nubes clara, aliquando nubes tenebroſa. Exodi. 19. dicitur quod apparuit nubes caliginis, ſed hic apparet lucida, quia ſignificat conſolationem gloriæ, quia tunc protegentur ab omni æſtu. Apoc. 21. Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, & mors ultra nõ erit neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra quoniã prima abierunt &c. Sequitur teſtimonium ex uoce patris. Vnde [& uox de nube, &c.] Sed quare de nube? Ad ſignificãdum quod eſt uox patris. Dominus habitat in nube. [Hic eſt filius meus in quo mihi &c.] Tangitur Chriſti dignitas ex proprietate filiationis, ex perfectione dilectionis, & ex conformitate operationis. Vnde dicit [Hic eſt &c.] quaſi ſingularis [filius.] Alii ſunt filii per adoptionem, pſalm. 81. Ego dixi dii eſtis, & filii excelſi omnes. Sed iſte ẽ uerus filius, ſcilicet ſingulariter, ut 1. Ioã. 5. Filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus uerum deum. Item aliter, [dilectus.] Dilectio noſtra ẽ ex bonitate creaturæ. Nõ enim eſt res bona quia diligo eam, ſed quia res bona eſt, diligo eam, ſed dilectio dei eſt cauſa bonitatis rerum. Et ſicut deus perfudit bonitatem in creaturis per creationem, in filio per generationem quia totam filio communicat bonitatem, unde creaturæ benedicuntur per participationem, ſed filio totum dedit, Io. 3. Pater diligit filium, & omnia poſuit in manibus eius. Vnde ipſe amor procedit a patre diligente filium, & filio diligente patrem. Sed contingit quod alicui datur aliquid, & non bene utitur datis: ideo non datori complacet, ſed deus dedit iſti plenitudinem: & bene uſus eſt eis: ideo ſibi complacuit. Vnde dicit [in quo mihi bene complacui.] Idem habetur Io. 8. In quo mihi complacui, & in quo requieſcit animus meus. Quia ergo talis eſt [ipſum audite.] Vnde inſinuat eum datum doctorem omnium, Deut. 18. Propheram ſuſcitabit dominus de gente veſtra, ipſum ſicut me audite. Vel ipſũ audite, non Moyſen, non Heliam, niſi ſecundum q̃ Chriſtum doceat, uel doctrinam Chriſti. Notate quod Chriſtus habuit teſtimonium de cælo a patre, de inferno a Moyſe, & ab Helia de paradiſo, a diſcipulis de terra, Vt i nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium terreſtrium, & infernorum. Philip. 2. Item notandũ quòd duplex eſt regeneratio, una in baptiſmo, alia quando ab omni inquinamento ſpiritus mundabimur. Vnde in baptiſmo deſignatus eſt Ieſus per columbam quæ eſt anima ſimplex ad deſignandum ſimplicitatem. Eſt ẽt animal fœcundum ad deſignandũ aliã regenerationem. Apparuit in nube lucida, ad deſignandũ claritatẽ, & extinctionem omnis concupiſcentiæ. Eſa. 4. Et ubi inuocatus eſt nubem per diem, & fumũ, & ſplendorem ignis flamantis per noctem &c. [Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuã, & timuerunt.] Poſita transfiguratione, hic ponitur effectus in diſcipulis. Et primo ponitur timor: ſecundo confortatio Chriſti contra timorem, tertio effectus, ſecũda ibi. [Et acceſſit &c.] tertia ibi. [Leuantes &c.] Dicit ergo. [Et audientes.] Audierunt uocem patris de nube, ſicut dicitur 1. Pet. 1. Hanc uocem audiuimus cũ eſſemus in monte. Et poſit ſignum timoris, quia [ceciderunt in faciem ſuam.] Sequitur timor [& timuerunt ualde.] Sed quare timuerunt? Ponit Hierony. tres rationes. Prima quia cognouerunt ſe erraſſe, ſicut dicitur de Adam, Geneſ. 3. Domine audiui uocem tuam, & timui, quia nudus &c. Item quia nube erant inuoluti cognouerunt maieſtatis diuinæ præſentiam. Exod. 13. Dñs autẽ præcedebat eos ad oſtendendem uiam per diẽ in columna nubis, &c. Et naturale eſt q̃ unuſquiſq; ex eo quòd non conſueuit, ſtupeſcat. Item propter uocem de nube. Quis eſt ille homo qui audit uocem &c. Et ex hoc fortitudo eorum defecit quia ceciderunt

faciem ſuam, & timuerunt ualde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis. Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos neminem uiderunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit Ieſus dicens. Nemini dixeritis uiſionem, donec

G

filius hominis a mortuis reſurgat. Et interrogauerunt eum diſcipuli dicentes. Quid ego ſcribæ dicunt, quòd Heliam oportet primum uenire? At ille reſpondens ait eis. Helias quidem uenturus eſt, & reſtituet omnia. Dico autem uobis, quia Helias iã uenit, &

in faciem ſuam. Sed notandum quod aliter cadunt impii, aliter ſancti. Impii cadunt retrorſum, ut habetur 1. Regum. 4. de Heli, qui cum audiſſet rumores de arca domini cecidit de ſella, & fracta ceruice expirauit. Sed ſancti in facies ſuas. Apocalyp. 7. [Qui cæciderunt in facies ſuas.] Et ratio eſt, quia nõ uidemus quẽ retro eſt, Eccl. Sapientis oculi in capite eius. [Conſequenter ponitur confortatio Chriſti.] Et confortat eos facto & uerbo. Facto contra timorẽ, & caſum: contra timorẽ, per eius præſentiam, quia [acceſſit Ieſus.] pſalm. 22. Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et ſupra 13. Ego ſum, nolite timere. Item cõfortat per contactum, quia dat laſſo uirtutem. Eſa. 40. et in Daniele legitur capit. 10. Manus eius tetigit me, & erexit. Vnde dicit. [Et tetigit &c.] Item confortat contra caſum. Vnde [dixitque eis. Surgite.] Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus &cæt. Item contra timorem. [Nolite timere.] Timor ille erat puſillanimitas, & illi qui ſurgunt a peccato timorem deponunt, quia Perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4. [Conſequenter ſequitur effectus confortationis. [Leuantes autem oculos ſuos, &cæt.] Et iſte eſt effectus confortationis diuinæ quia a Chriſto confortati non uident niſi Ieſum, nec in ullo gaudent uel confortantur niſi in ipſo. Ad Philipp. 1. Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Item [neminem uiderunt niſi ſolum Ieſum] quia recedente umbra legis, & doctrina prophetarũ quæ per Moyſen, & Heliam deſignantur, ſola doctrina Chriſti tenetur, uel ſecundum aliam literam ſolus remanſit, ne uox uideretur eſſe prolata ad Moyſen uel Heliam. Vnde ipſis non apparentibus certum fuit quod ad eum uox prolata fuit. [Conſequenter ponitur mandatum de differenda huius uiſionis reuelatione.] Vnde dicit. [Et deſcendentibus illis de monte &c.] Sed quæ eſt ratio? Triplex eſt. Prima quia ut dicit Hieronym. futurum erat quòd Chriſtus pateretur, & quòd iudæi ſcandalizarentur. 1. ad Corinth. 1. Iudæis quidem ſcandalum: ideo ſi audiſſent iſtud, magis ſcandalizati fuiſſent. Vnde reputaſſent nihil fuiſſe. Vnde magis eſſent tardi ad credendum reſurrectionem. Remigius ſic exponit, quia ſi nuntiaſſet, numquàm impleuiſſet quod deſiderabat, & ſic fruſtratus eſſet ſuo deſiderio, quia habetur Luc. 21. Deſiderio deſideraui, &c. Hilar. exponit ſic, quia ſpiritualem gloriã non decebat nuntiari niſi per uiros ſpirituales, ſed ipſi nondum erant ſpirituales. Ioan. 7. Nondum erat eis ſpiritus datus. [Et interrogauerunt eum, &c.] In parte iſta ſatisfacit petitioni diſcipulorum. Et primo ponitur petitio: ſecundo reſponſio: tertio effectus, ſecunda, ibi [At illi &c.] tertia, ibi [Tunc intellexerunt &c.] Apoſtoli uidentes eum transformari, credebant quòd ex tunc inciperet regnare. Intellexerant autem quòd Helias debebat prius uenire, Malach. ultimo. Et quia eum uiderant, credebant quòd iam ueniſſet, & appropinquaret regnum eius, ut habetur. Ecce regnum ueniet, &c. Malach. ultimo. Mittam uobis Heliam prophetem antequàm ueniat dies domini magnus, & horribilis &cæt. Sed iſtud neſciebant ex ſcriptura, quia ſimplices erant, ſed ſciebant ex dictis ſcribarum. Vnde dicunt. [Quid ergo ſcribæ dicunt quòd Heliam &cæt.] Scribæ qui ex lege nouerant, ita dicebant ſed peruertebant ſcripturam. Eſt enim duplex aduentus Chriſti ſcilicet, Gloriæ & de hoc aduentu intelligitur quòd Helias præcedet illum. Sed eſt alius aduentus in carne. Vnde ipſi peruertentes exponebant de iſto. Huic dubitationi dominus ſatisfacit. Et primo tangit aduentum futurum: ſecundo præteritũ. Vnde dicit. [Et ille reſpondens ait illis.] Helias quidem uẽturus eſt.] Vnde de duplici Helia loquitur, quia de Helia in propria perſona uenturo. Et hic uenturus eſt ad annuntiandum uiam iuſtitiæ. [Et reſtituet omnia,] & conuertet corda hominum ad Chriſtum, conuertet Iudæos ad fidem patriarcharum qui habuerunt fidẽ de Chriſto, quia ut habetur Rom. xi. Cæcitas ex parte cõtingit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet. Auguſt. aliter exponit. Reſtituet omnia quia ueniente antichriſto omnes ſeducentur, ſed mortuo antichriſto omnes reſtituentur ad fidem per prædicationem Heliẽ. Origenes ſic. Reſtituet, quia ſi aliquis debet quod non ſoluit, debet reſtituere. Sed quilibet debitor eſt mortis; & quia Helias nondum eſt mortuus, cum ueniet reſtituet omnia, & reddet debitum mortis. [Ad ditur de alio Helia. [Dico autem uobis quia Helias iam uenit.] Quis eſt iſte? Io. Bapti. non quòd ipſe ſit in perſona, ſicut habetur Io. 1. cum petebatur ab eo. Helias es tu? R. ſidit, nõ. Sed in ſpiritu & ueritate, quia ſicut Helias ſecundi aduentus erit præcurſor, ita Ioannes primi aduentus. Itẽ ſicut Helias contradicebat Iezabel,

I

K

ſic

ſic Io. Herodiadi, & ſicut Helias fuit heremi cultor, ſic Ioan. Vnde de ipſo dicitur Luc. 1. Ipſe præcedet eum in ſpiritu, & uirtute Heliæ. In ſpiritu, non quia tranſeat ſpiritus Heliæ in Io. ut aliqui poſuerunt, ſed eandem uirtutem habebit. [Et non cognouerunt eum] id eſt, non approbauerunt ut infra habetur 21. ubi quę ſuit dominus ſi baptiſmus Io. eſt de cælo uel de terra, quia ſi de cælo dixiſſent, credere debuiſſent. [Sed fecerũt i eo quæcunq; uoluerũt,] qa eum male tractauerũt, non ſecundũ q̃ iuſtitia exigebat, ſed incarceraueruntẽũ. Simile habẽ de Heremia, Ecc. 69. nã male tractauerunt eum, qui a uentre matris cõſecratus eſt prophetã, ſic & filius hominis paſſurus eſt ab eis, Ioan. præcurſor fuit Chriſti quantum ad natiuitatem, quia ſicut, Io. ex muliere ueteri, & ſterili ſuper naturam, ſic Chriſtus ex uirgine ſupra naturam. Item in prædicatione, quia incæpit prædicare, agite pænitentiam, ſic & Chriſtus, Itẽ quantum ad baptiſmum, ideo requirebant q̃ eſſet præcurſor: quãtum ad paſſionem, quia ſicut ipſe propter iuſtitiam occiſus eſt ſic & Chriſtus. Vnde [ſic filius hominis paſſurus eſt ab eis,] ſed a quibus eis? Videtur quòd nõ ab eis a quibus. Io. quia Io. ab Herode, Chriſtus a ſcribis. Sed poteſt dici quòd ab eiſdem, quia Io. ab Herode, & Iudæis conſentientibus, ſed Chriſtus a ſcribis conſentiẽte Herode. Vnde in partibus illis erat, & oblatus fuit ei. pſalm. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Vel ſic paſſurus eſt ab eis, ita quod ly eis, faciat ſimplicem relationem, quia omnes ſunt in una generatione a quibus paſſus eſt Ioan. & Chriſtus. Conſequenter ponit effectus huius reſponſionis. [Tunc intellexerunt, &c.] Tunc cum dominus locutus eſt eis. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, pſalmus. 118.

b ¶ Hic prænuntiat, tranquillitatẽ gloriæ quæ impugnatur per oppreſſionem dæmonum, & turbationem hominũ, & primo prænuntiat primam ceſſare per curationẽ lunatici: ſecundo ſecundã. Et circa primũ, Primo ponitur curatio lunatici: ſecundo prænuntiat paſſionem, ibi [Conuerſantibus, &c.] tertio de ſolutione tributi, ibi [Et cũ ueniſſent &c.] Circa primũ, Primo ſanat: ſecundo ſatisfacit dubitationi, ibi [Dicit illis &c.] Circa primũ facit duo. Primo ponitur petitio patris: ſecundo ſatisfactio, ibi [Afferte &c.] Circa primum tria facit. Quia primo ponitur tempus: ſecũdo indicatio infirmi, tertio petitio. Tempus ponitur, cum dicit. [Et cũ ueniſſet ad turbam.] Petrus allectus dulcedine gloriẽ, ſemper uelet eſſe in monte, ſed Chriſtus ex charitate quam habuit ad turbas, quia Charitas non quærit quæ ſua ſunt. 1. Corint. 13. uoluit deſcendere de monte ut turbæ haberent acceſſum ad eum. Vnde cum ueniſſet [acceſſit ad eum homo genibus prouolutus.] Si non deſcendiſſet, non ueniſſet ad eum homo ille, & acceſſit humiliter quia genibus prouolutus, quia exaudit deus orationem humilium, pſalmus 101. Per iſtum genus humanum poteſt ſignificari, Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtium terreſtriũ & infernorum, &c. Philipp. 2. Deinde ponitur petitio. Non petit, ſed infirmitatem exponit. Sufficit enim miſericordi, miſeriam exponere. Primo exponit infirmitatem: ſecundo accidentia: tertio quòd remedium non inueniebat. Dicit ergo. [Domine miſere filio meo, quia lunaticus eſt &c.] Notandũ quòd multi pro ſe rogant, ut ſupra de muliere habente fluxum ſanguinis, aliquãdo aliquis pro alio rogat ut hic, aliquãdo uero aliquem curat nõ rogatus, ſicut in ſpirituali infirmitate, ut habetur de Publicano. Luc. 18. Aliquando uero ad petitionem alterius aliquis curatur, ut habetur Iacobi ultimo. Orate pro inuicem ut ſaluemini, aliquando ſine oratione ut in conuerſione Pauli. Act. 9. Sed quid eſt quod dicitur quòd lunaticus eſt? Lunaticus proprię eſt qui ſecundum ſtatum lunæ alienatur. Sed uidetur quòd iſte non eſſet lunaticus ſed dæmoniacus, quia infra habetur, quòd exiuit dæmoniũ ab eo. Poteſt dici quòd non eſt uerbum euangeliſtæ, ſed patris decepti, qui credebat eum eſſe lunaticum, uel quia ſupra. 4. cap. habetur quòd lunaticos curauit, & iſti erant dæmoniaci. Aliqui dicunt ut aliqui medici quod non erant alienati a dæmone ſed ex mala complexione uel corporis diſpoſitione, & hoc quia creſcente luna creſcit omne humidum. Sic cum cerebrum humidiſſimũ ſit luna patiente defectum, defectum patitur, & ipſum cerebrum, & ita malos deficientes patiuntur luna deficiente, & hoc eſt con-

A

tra fidem, quia expreſſe ſcriptura dicit eos dæmoniacos. Et hoc patet, quia ex ſpiritu loquuntur, quia multo ignorantes patiuntur ſic, & tamen loquuntur de ſcripturis. Ideo dicendum quòd ſpiritus maligni intendunt multipliciter inſidiari hominibus, & inſamare uolunt eos: ideo aliqui dæmones inducunt infirmitates

non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quęcumque uoluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis.

b ¶ Et cum ueniſſet ad turbam, acceſſit ad eũ homo genibus prouolutus ante eum, dicens. Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & male patitur. Nam ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam.

Et obtuli eum diſcipulis tuis, & nõ potuerunt curare eum. Reſpondens autem Ieſus ait. O generatio incredula, & peruerſa, quo uſque ero uobiſcum? Vſque quo patiar uos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Ieſus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, & dixerunt. Quare nos nõ potuimus eijcere illum? Dicit illis Ieſus.

B

& uexationes ſecundum quòd uidẽt impreſſionem ſtellarũ. ad hoc conuenientem, ut inducant homines ad errorem ut credant quòd ſolum ex influentia ſtellarum accidat eis ut male patiantur. [Et male patiatur.] Hic ponuntur accidẽtia. In qualibet infirmitate ſunt diuerſi ſtatus, quia quidam habent febrem magis grauem, alii magis debilem, ſic etiam iſte multum grauabatur. [Quia ſæpe cadit in ignem &c.] Ideo in magno erat periculo. Vnde notandum quòd dominus non retrahit manum ſuam in periculis. Vnde iam eſſet mortuus niſi deus manum ſuam extendiſſet, ut de Iob legitur. cap. 1. Quãuis Sathan eum multum cruciaret, tamen præcepit ei dominus ut in animam manum non mitteret. Per iſtum ſignificatur ratio inſtabilis, de quo in Eccl. 27. Stultus ut Luna mutatur. [Et cadit quãdoque in ignem, irãe.] Deut. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferni nouiſſima &cæt. [Crebro in aquam, ſcilicet cupiditatis. Effuſus es ſicut aqua, ne creſcas. Gen. 49. [Obtuli diſcipulis tuis, & non potuerunt &c.] Hic tangitur nequitia iſtius, quia uoluit accuſare diſcipulos. Vnde Eccleſ. xi. Qui in electis ponit maculam. Vnde dominus increpat. [Reſpondens Ieſus ait. Generatio incredula, & peruerſa.] Vnde ponitur reſponſio, & duo facit. Primo increpat uitium: ſecundo exhibet beneficium. Dicit ergo [Reſpoodens &cæt.] Iſtæ uolebat diffamare diſcipulos ad turbas, & etiam Ieſum quòd non haberent iſtam poteſtatem, & multi in hoc conſentiebant, ideo Chriſtus inuehitur contra totam gentem, & arguit eos de infidelitate dicens. [Generatio incredula] quia hoc non erat propter impotentiam diſcipulorum, ſed propter incredulitatem eorum. Item de peruerſitate. [Et peruerſa,] quia culpam ſuam Apoſtolis imponebant. Deut. 33. Generatio praua atque peruerſa, hæccine reddis domino populeſtulte, & inſipiens &cæt. [Quo uſque ero uobiſcum?] Et duo Chriſtus proponit, Primo eorum pænitentiam: ſecundo diuinam patientiã, quia non eſt conueniens ſocietas iuſti ad iniuſtum. Eccl. 13. Sicut communicat lupus agno, ſic peccator iuſto. 2. Corinthior. 6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Vnde uult dicere. Mea ſocietate potimini, & tamen mihi, & diſcipulis meis detrahere non ceſſatis. Et ſicut dicit Hieronym. Dominus hoc non dicit ut iratus, ſed loquitur ad modum medici qui uenit ad infirmum, qui non uult ſeruare mandata ſua, qui dicit. Quamdiu uiſitabo te qui non uis ſeruare mandata mea? Ideo dat exemplum prælatis, quòd licet eis contrarientur homines, tamen beneficia cõferant, ſicut ipſe qui iſtius filium curauit qui ſibi, & diſcipulis detrahebat. Vnde dicit. [Afferte hic illum ad me.] Et primo ponitur curandi modus: ſecundo effectus. Primo ponitur actor ſcilicet Chriſtus. Vnde dicit. [Afferte eum ad me.] Homines multipliciter peccant. Quidam ex ignorantia, quidam ex infirmitate, quidam ex malitia. Qui ex ignorantia, per hominem inſtrui poteſt, qui ex infirmitate ſcilicet ille qui per incontinentiam peccat qui de peccato dolet, & deducitur paſſionibus, iſte non per quemcumque poteſt ſanari, ſed neceſſarium eſt quòd adducatur ad Ieſum qui ſanat omnes infirmitates noſtras. Et hæc eſt uia, quia [increpauit eum,] quia per peccatum ſuum hoc ei acciderat, Prouerb. 6. Illaqueatus es uerbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. Vel increpauit eum ſcilicet dæmonem. ſequitur effectus. [Et exiuit ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora,] quia ipſe dixit & facta ſunt, &cæt. [Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, &cæt.] Supra dominus curauit lunaticum. Hic ſatisfacit quæſtioni diſcipulorum. Et primo ponitur quæſtio: ſecundo reſponſio, ibi [Dixit illis Ieſus, &c.] Ad hoc autem quòd petitionem intelligatis, ſcire debetis q̃ ſupra. x. Dominus dederat poteſtatem eis eiiciendi dæmonia, unde dubitabant ne gratiam datam propter culpam amiſiſſent, ideo [acceſſerunt ad Ieſum, &cæt.] Sed quare ſecreto? Non propter uerecundiam, ſed quia magnum audire debebant, & ſecreta omnibus dici non debebant. ſupra. 13. Vobis datum eſt noſce myſterium &c. [Dixit illis Ieſus.] Hic reſponder. Et primo ſatisfa-

C

D

E

cit:secundo proponit generale documentum,ibi [Hoc autem genus,&c.]Circa primum.Primo quæstioni respondet : et secundo responsionem manifestat,ibi[Amen quippe &c.] Quæsierãt,quæ se non poruimus,&c.Dominus respondet [propter incredulitatẽ uestram.] Vbi considerandum est,quòd antequàm spiritumsanctum recepissent in tãta plenitudine,qua repleti sunt omnes spiritusanctio, Act.2. aliqua infirma patiebantur. Vnde dominus eos redarguit, Luc.ultimo.O stulti & tardi corde ad credendum. Nec mirũ, quia dum dominus fuit in mõte ; illi qui præcipui fuerant in fide,scilicet Petrus, Iacobus,& Ioan.absentes erant. Debilitas enim fidei est cauſã nõ faciendi miracula; quia miraculorũ operatio est ab omnipotentia,quia fides initiur omnipotentiæ. Vnde ubi est infirmitas fidei,est defectus miraculorum. Vnde habetur supra. 13. quòd in patria suã non fecit Christus nisi pauca miracula propter eorum incredulitatem. Aliquando fiunt miracula propter exigentiam petentis,ut supra 15. habetur de muliere Chananæa. Aliquando ad manifestandum sanctitatem alicuius sancti.Et hoc habetur,quarti Regum 13.ubi dicitur, quòd cum latrunculi Syriæ venissent in terra Israel ; iecerunt corpus mortuum iuxta Helisæum,& reuixit,non quia meruisset mortuus, sed ad manifestationem sanctitatis Helisæi.[Amen quippe dico uobis,si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c.]Hic manifestat suam responsionem.Et ponitur quædam conditionalis,cuius antecedens est. Si habueritis,&c.Consequens est[Dicetis mõti huic,&c.]Aliqui dicunt quòd fides comparata grano sinapis sit parua fides. q.d.si habueritis aliquam fidem,dicetis,&c. Sed hoc improbat Hieronymus.quia dicit Apostolus, Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam. Vnde perfecta fides requiritur ad translationem montium. Per hoc quod dicit,sicut granum sinapis,triplex perfectio designatur fidei.Inuenimus enim in grano feruorem, fœcũditatem,paruitatem.Granum antequàm conteratur, nullum feruorem habere uidetur, cum conteritur feruere incipit, sic homo fidelis,antequàm probetur,despectibilis uidetur,quando uero conteritur,tunc apparet eius sanctitas,infra Pet.1.Modicum nunc si contristari oportet, ut probatio fidei uestræ multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur.Item, inuenimus in grano fœcũditatem supra 13. quod quàmuis sit paruum, crescit in segetem magnam, ita quòd uolucres cæli habitant ibi, Ad Hebr. xi. ubi narrantur opera fidei.Et sequitur. Sancti per fidem uicerunt regna,&c.Item inuenimus paruitatem, & potest per hoc designari humilitas fidei. Tunc enim agnoscitur humilis in fide, quando acquiescit sermonibus dei.1.ad Thi.6.Si quis non acquiescit sermonibus dei, superbus est: sic econtrario,qui acquiescit sermonibus dei,humilis est.Vult ergo dicere. [Si habueritis fidem,] & si fidem seruentem indeficientem, in operibus fœcundam, si paruã & humilem [dicetis monti huic &c.] Hic est quæstio,quam mouent infideles. Non inuenitur quòd Apostoli unquãm hoc fecerint.Respondet Chrysosto.Et si non inuenitur de apostolis,inuenitur tamen de apostolicis uiris. Legitur enim in libro Dialog. Beati Grego.quòd cum quidam uellet construere ecclesiam, non habens locum ad ædificandum, præcepit monti quòd cederet ei, & cessit.Vel forte fecerunt, sed non est scriptum. Vel potest dici quòd si non fecerunt,non fuit propter impossibilitatem, sed quia locus non se obtulit.Vnde facta sunt miracula ad necessitatẽ aliquando, aliquando ad utilitatem : & quia non fuit necesse, ideo non fecerunt. Vel ponitur mons pro diabolo,Trãsi hinc,idest, ab hoc corpore,& transibit.Vel secundum Augustin.intelligitur de spiritu superbiæ. [Et nihil impossibile erit uobis.] Et quid est? Erunt ne omnipotentes ? Non, quia ille solum omnipotens uere est,qui ex propria uirtute omnia potest. Ipsi autem non ex propria uirtute,sed sicut aliter præcipit rex & seruus, quia rex proprio nomine,seruus nomine regis. [Hoc autem genus dæmoniorum.]Ly hoc,non demonstrat solum genus lunatici,sed omne genus dæmoniorum, quod non eiicitur nisi per orationem & ieiunium.Chrysos.dicit,quòd quanto anima est magis eleuata, tanto dæmonibus est magis terribilis. Ipse enim Christus dæmonibus est terribilis.Vnde qui coniuncti sunt, fiunt terribiles ei.Eleuatio autem mentis impeditur per grauitatem carnis,impeditur per crapulam,& ebrietatem.Vnde in Luc.21.Videte ne grauetur cor uestrum in crapula,& ebrietate, &c.Vnde non potest habere mentem ad deum,qui aggrauatus est ebrietate, ideo ad eleuationem mentis requiritur ieiunium, unde in Tob.12. Bona est oratio cũ ieiunio &c.Item,Dan.9.Ego Daniel dedi cor meũ, ut orarem in ieiunio. ideo sicut dicit Orige. ad hoc quod expellatur spiritus,non est insistendum conuiuationibus,sed orationibus,& ieiuniis. Vel p lunaticũ instabilitas carnis designatur, uel ille qui deducitur per diuersa desideria,qui sæpe cadit in ignem & aquam,talis non curatur nisi in ieiunio & oratione,Ad Gal. 5. Caro concupiscit aduersum spiritum, & spiritus aduersus carnem. Oportet ergo ut debilites carnẽ & confortes spiritũ : sed spiritus conforta tur per orationem, quia oratio est ascensus mentis in deum :caro uero debilitatur per ieiunium,uel quia non cessat spiritus aduersus carnem, ideo ut cesset talis pugna,requiruntur operationes bonæ,quę significãtur per orationem: & abstinentia mali,quæ significatur per ieiunium.[Conuersantibus autem illis in Galilæa,&c.] Supra figurata est tranquilitas gloriæ per liberationem a potestate dæmonum. Ista liberatio est peracta per mortem Christi ad Hebræ.2. Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, idest, diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti, ideo statim subiungit de prænuntiatione passionis. Et primo ponitur prænuntiatio : secundo effectus,ibi[Et contristati sunt &c.]Dominus noster ante 16. c. prænuntiauerat passionem suam,& modo etiam, & in sequentibus. Et quare toties? quia quæ prędicuntur,minus commouent, ideo quia futurum erat quòd discipuli scandalizarentur in morte domini, ideo noluit eis sæpe prænuntiare, ut minus scandalizarentur.Sed semper addit aliquid. Prius tetigit de occisione, sed non de traditione. Hic uero tangit de traditione dicens.[Filius hois tradetur.]& recte dicit,filius hois, quia & si ille qui traditur, sit dominus gloriæ, tñ secundum quòd filius hominis traditur. Vnde August.Licet aliqua dicantur de filio dei, & filio hominis, tamẽ distinguitur,quia infirma de humana natura dicunt,quæ stabilia de natura diuina. Sed non dicit a quibus traditus est, quia tradidit se, Ad Gal. 2. Qui tradidit semetipsum pro me,traditus est a patre, qui proprio filio non pepercit,sed pro omnibus tradidit illum &c.Ro.8.Item traditus a Iuda,supra 10.Qui, & tradidit eum.Item a dæmonibus, Ioan. 13. Quod diabolus posuit in cor ut traderet eum Iudas. Et sapientiæ, Venite occidamus,&c. Et tertia die resurget, Osee.6.Viuificabit nos post duos dies,i die tertia suscitabit nos,& uiuemus in conspectu eius.Sequitur effectus.[Et contristati sunt.]Attendebant & mortem,& resurrectionem,sed non uidebant utilitatem,Ioan.16. Quia hæc locutus sũ uobis,tristitia impleuit cor uestrum.[Et cum uenissent capharnaum.] Completa tranquilitate gloriæ, ponit solutionem tributi, Esa.14.Quieuit tributum &c. Iob. 3. Seruus liber est a domino suo.Vnde tria facit.Primo ponit exactionem tributi : secundo libertatem filiorum:tertio solutionem tributi. Dicit [Et cum intrasset; &c.] Didrachma duplex drachma dr. Vnde quilibet iudæus debebat quolibet anno duplex drachma.Sed unde erat illud tributum?Quidam dicunt quòd ex lege,Exo. 13. Quòd propter hoc quòd dominus occiderat primogenita Aegypti, ideo statuit quòd omnia primogenita essent sua, & quòd filii redimerentur. Post præcepit quòd ad seruitiũ leuitæ prepararentur. Et post mãdauit quòd numerarentur leuitæ.Et inuenti sunt plures primogeniti quàm leuitæ.Tunc præcepit quòd pro redemptione solueretur pretium.Hieronym.dicit quòd non ex lege dei, sed Imperatoris,iudęa nuper tributaria erat Romanorum,ut pro capite eensum solueret.Et hoc uidetur uerius,quia infra dicitur, Reges terræ,&c. Ideo loquitur de tributo imperiali. Sed quare in capharnaum? Quia a quocumque recipiebatur in ciuitate sua, sed Capharnaum erat ciuitas principalis Galileę. Sed quia Christum in reuerentiam habebant, ideo non accedunt ad eum, sed ad Petrum, & non petierunt eum nisi cum mansuetudine. [Magister uester non soluit didrachma.] Deinde ponitur Petri responsio.[Et ait. Etiam]idest,uerum est quòd non soluit, Chrysosto. dicit quòd ne inquietaretur dixit,etiam soluit.Sequitur Christi, interrogatio, deinde Petri responsio. In interrogatione duo sunt consideranda,scilicet quòd non expauit denuntiationem eius; quia cum esset in tali statu, ad quandam indignitatem tenebatur, & aliqui sunt ita dispositi, quòd cum uident aliquod infirmum in magno, statim scandalizantur. Ne ergo scandalizentur, ideo [præuenit] ideo cum infirmitare appoluit aliquod magnum,scilicet quòd absens sciret quod dictum erat Petro. Omnia nuda,& aperta sunt oculis eius,ad Hebr. 4. Item notandum quòd Petro iudicium committit, quia frequentius ei loquebatur dicens.[Quid tibi uidetur Simon ?] Iob. 12. Nõne aurisverba diiudicat? Reges terræ, &c.] Differentia est inter tributum, & censum. Tributũ enim de agris, & uineis : census autẽ de capite datur. Vnde in signum suę subiectionis debet aliquid homo subiectus, & hoc census dicitur. Ex hoc uult argumentari quòd cum filii regum non soluant tributum, quòd ipse non tenetur. Ipse enim est rex regum &c. per quem omnes regnant. Item secundum carnem erat ex semine regio, Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, Rom. 1. Chrysost.dicit quòd ex hoc possumus considerare,quòd sit filius naturalis, quia prius dicitur, qui naturalis est infra, Ioan.ultimo [At ille dixit. Ab alienis.] Deinde ponitur Christi responsio, quia reges filiis suis parcunt,Esa.3. Quare populum meum atteritis, & facies pauperum commolitis. Iustum enim uidetur, Qui enim præsidet, curam debet habere de subditis, ideo ei seruire debent subditi sicut membra corpori. Sicut enim membra corporis ex sibi proprio seruiunt toti corpori, sic quilibet subditus ex propriis bonis debet seruire communitati, ideo concludit dominus.[Ergo filii liberi.]Origenes. Vno modo.sic. ergo filii regum terræ sunt liberi, sed filii dei sunt liberi apud deum. Sed quid facit hoc ad propositum? Aut loquitur secundum carnem de filiis, & sic ipse non erat filius secundum carnem. Si secundum spiritũ, tunc omnes Christiani erunt liberi. Sed hoc est contra Apostolum.Reddite omnibus debita,cui tributum,tributum,Ro.13.Dico quòd istud ueritatem habebat de illo qui per naturam erat filius. Ille enim uere erat liber, sed liberi secundum spiritum eo modo habent libertatem quo filiationem per conformitatem ad Christum,qui est primogenitus in multis fratribus, &c. Ro. 8.Inquantum conformes primogenito liberi sunt,ad Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ [Vt autem non scandalizemus eos,&c.] Verum est quòd dominus liber est, sed quia formam serui accepit, ut habetur ad Philipp. 2. Ideo non recusauit soluere, et in hoc dedit exemplum humilitatis. Et in hac solutione tria laudanda, & admiranda notantur. Primo eius mansuetudo, unde ipse est mitis, secundum quòd ipse testatur supra. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, &c. Ille proprie dicitur mitis qui nullũ uult offendere. 1. ad Corinthios. 10. Sine offensione estote iudæis, & gentibus, & ecclesiæ dei. Sed contra hoc obiicitur supra 15.habetur quòd discipuli dixerunt.Domine scis quia iudæi scandalizantur in uerbo isto ? Et dominus dixit.Sinite eos,cæci sunt, & duces cæcorum &c. Non curauit tunc de scandalo, hic uero curat. Vnde dicendum quòd scandalum aliquando oritur ex ueritate, & tunc non est curandum : aliquando ex infirmitate,uel ignorantia, & tale est curandum. Sed si ipse non soluisset, scandalum eorum ex ignorantia esset, quia ipsi deum non cognoscebant.Item,admiranda est paupertas Christi, quia ita pauper fuit quòd non habuit unde solueret.2.Corinthio.8. Quia cum diues esset, egenus factus est, ut illius inopia nos diuites essetis. Potest quis obiicere. Nonne loculos habebat ? Verum est, sed omnia data erant in usus pauperum. Rapinam arbitrabatur quod erat ad usus pauperum,in alios usus expendere. Chrysostom. dicit, quòd soluit, ut dum solueret tributum, ex una parte ostenderet eius potentiam, ex altera parte mysterium. [Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem,qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies staterem.] In statere illo erat imago Cæsaris, & significat diabolum qui nihil habebat in eo, Ioannes. 14. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, ideo quia de suo nihil habebat, ideo de suo soluere noluit. Item,eius prouidentia, ideo dicit quòd mirari debemus,quomodo potuit scire quòd statim occurreret piscis qui haberet staterem in ore.Si autem non fuit, sed creauit de nouo, est mirandum, sed si duxit ad hamum magnæ prouidentiæ fuit.Per istum piscem qui primo uenit ad hamum, primus martyr intelligitur beatus Stephanus, qui habuit staterem in ore qui didrachma ualebat, & duplex, & significat ipsum Stephanum qui uidit ipsam diuinitatem, & humanitatem : uel potest intelligi Adam. Item nota,quòd si aliquis sæpe loquitur de diuitiis, & de moneta, staterem habet in ore, unde qui conuertit talem, accipit piscem qui habet staterem in ore. Item, significatur humilitas,unde.[Illum sumens da illis pro me,& pro te.] Et in hoc quod tributum solutũ fuit pro Petro, & pro ipso significatur quòd per passionem Christi,& ipse sibi gloriam resurrectionis acquisiuit, Phili.2. Propter quod exaltauit eum deus,&c.Petrus,& alii redempti sunt a pœna, & culpa. Vel aliter quia passus est pro se,ut corpori suo acquireret gloriam resurrectionis pro populo, ut lauaret eum a peccatis. Ipse enim Apocaly.2.Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, Transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem, & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus. Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget, et contristati sunt uehementer. Et cum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachmam accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei, Magister uester non soluit didrachmam. Ait, Etiam. Et cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus dicens. Quid tibi uidetur Simon ? Reges terræ a quibus accipiunt tributum, uel censum, a filiis suis, an ab alienis ? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illis Iesus. Ergo liberi sunt filii. Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Quis putas maior est in regno cælorum ? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui suscepit unũ paruulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autem scandalizauerat unum de pusillis istis qui

CAP. XVIII.

SVPRA dominus monstrauit futuram gloriam in sua transfiguratione,hic de perfectione ad illam gloriam agit. Et diuiditur in duo,quia primo docet quomodo peruenendum est ad eã : secundo reprehendunturquidã inordinate petẽtes excellentiã in gloria, quæ incipit in 2.cap.Circa primum, primo docet quomodo peruenendum est ad illam gloriam per uiam communem : secundo quomodo per uiam perfectionis,quod incipit 19.cap.Primo quia p humilitatẽ peruenitur ad gloriam, ideo primo ostendit humilitatis modum:secundo prohibet inferre scandalum, ibi [Qui autem &c.]tertio docet quòd illatum est dimittendũ, ibi. [Si autem expectauerit &c.] Circa primum ponitur interrogatio discipulorum:secundo responsio Christi.Occasio interrogationis sumitur ex hoc quod dictum est Petro quòd iret ad mare, & staterem inuentum in pisce soluere pro ipso, & pro Petro, unde uidebatur eum aliis prætulisse: & quia erant adhuc infirmi, ideo aliquem zelum, & inuidiæ motum passi sunt. Sed uidete q̃ quando duxit tres solum in monte, non ita moti sunt, sicut hic cum solum præfert, Vnde quærebant, [Quisputas maior est in regno cælorum,] cum non per maioritatem peruenianturſed per spiritũ humilitatis, Ad Phil.2. In humilitate superiores sibiinuicem arbitrantes &c. In ista petitione est hoc imitandum, quòd non erãt cupidi de terrestribus, sed de cælestibus.2.ad Corinth.4. Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur, &c. Sed quid est ? nonne quęrenda est excellentia in regno cælorum? Dicendum quòd habere eminentiam in regno cęlorum est duplĩciter. Aut ita quòd reputemus nos idoneos, & hoc est superbię, & contra Apostolum Phil.2. In humilitate superiores inuicẽ arbitrantes, &c.Sed appetere maiorem gratiam,ut maior nobis sit gloria,non est malũ,ut ad Ro.11. Aemulamini carismata meliora. Item, Apostoli sciebant quòd in gloria erant diuerię mansiones,sicut stella differt a stella in claritate,ideo quęrebant,quia credebant unum maiorem alio,contra hęreticos aliquos qui contrarium posuerunt. Consequenter ponitur respõsio Christi, & ponitur factum Christi,& dictum. Vnde dicit.[Et aduocans Iesus paruulum.]Quis sit iste paruulus exponitur tripliciter. Chrysost. exponit uere paruulum, qui a passionibus erat immunis, ut exemplum humilitatis pręberet,ut infra. Sinite paruulos uenire ad me,Matth.19.Et dicitur quòd ille fuit beatus Martialis. Aliter exponitur,quòd Christus se paruulum reputans, statuit se in medio dicens.Nisi efficiamini,&c.ut infra.22. Ego sum in medio uestrum sicut qui ministrat. Aliter quia per paruulum intelligitur spiritussanctus,quia tacit paruulos, quia est spiritus humilitatis,Ezech. 20.Ponam spiritum meum in medio uestri. Item notandum est uerbum domini.Et primo tangit necessitatem:secundo efficaciam. Dicit[Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis]ab ista scilicet elatione immunes,Zach.1. Conuertimini ad me &c. [& efficiamini ut paruulus iste]non ętate, sed simplicitate. 1. ad Corin.14.Nolite paruuli effici sensibus, sed malitia paruuli estote.Multæ sunt conditiones paruulorum. Non magna appetunt, Ro.12.Non alta sapientes,sunt immunes a concupiscentia,supra 5.Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam,iam mœchatus est eam in corde suo, &c. & talem concupiscentiam non habent pueri.Item,non recordantur inimicitię,unde [nisi efficiamini sicut paruulus iste]scilicet imitatores proprietatum paruulorum, [nõ intrabitis in regnum cęlorum.]Nullus enim intrabit nisi humilis.Humiles spiritu suscipiet gloria,Prouer.29.vel,Nõ intrabitis

tis in regnum cælorum. [Adest, in doctrina euangelii, sicut infra 21. Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius, &c. Iustoitus enim est per fidem, unde nisi efficiamini. Et si non crediderit is sicut paruuli, non intrabitis, &c. quia Marci ultimo. Qui non crediderit, condemnabitur, Prouerb. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. [Et qui susceperit unum paruulum talem] idest, quicũq; est imitator puerilis innocentiæ, hic maior est, quia quanto humilior, tãto altior, quia Qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18. Sed potest esse quæstio. uidetur enim q̃ hoc non sit uerum quia perfectio est in charitate, ergo ubi maior charitas, ibi maior perfectio. Dicendum, quod charitatem necessario comitatur humilitas. Et potestis hoc uidere si cõsideretis quis sit humilis. Sicut enim in superbia sunt duo, affectus inordinatus, & æstimatio inordinata de se, ita ecõtrario est in humilitate, quia propriam excellentiam non curat. Item non reputat se dignum. Istud de necessitate sequitur ad charitatem. Omnis homo cupit excellentiam quam diligit. ergo quanto magis habet homo de humilitate, tanto magis diligit deum, & magis excellentiam sui contemnit, & tanto minus sibi attribuit, & sic quanto homo plus habet de charitate, habet etiã magis de humilitate. [Et qui susceperit unum paruulum talem me suscipit.] Ex quo paruuli sunt tam idonei, non sunt scandalizandi. Vnde [Et qui scandalizauerit, &c.] Et primo ostendit quòd non sunt scandalizandi propter pœnam: secundo propter diuinam prouidentiam. Secunda. Videte &c. Primo dicit quòd non est inferendum scandalum pusillis: secundo quòd non est negligenter uitandum, ibi. [Si autem &c.] Et primo ponit pœnam in speciali: secundo in generali, ibi. [Veh mundo, &c.] Videndum quòd duplex est pœna scilicet pœna dãni, & pœna sensus. Vtramque tangit. [Qui susceperit unum talem] non propter ipsum, sed propter me [me suscipit.] Sequitur. Qui autem scandalizauerit &c.] Si sit talis, constat quòd maior est, & quomodo qui maior est, scandalizabitur? Perfecti enim nõ scandalizantur Chrysos. dicit, quòd scandalizari idem est quòd iniuriam inferre, & hæc potest perfecto, & imperfecto inferri. Origenes dicit quòd aliqui sunt effecti paruuli, aliqui in fieri. Illi qui effecti sunt paruuli, sunt illi qui ad perfectionem peruenerunt, hi non possunt scandalizari. Illi qui sunt in fieri, quia imperfecti sunt possunt scandalizari, sicut sunt qui conuersi sunt de nouo. Hiero. dicit, quod licet non scandalizentur, aliquis tamen potest eos scandalizare, quia est scandalum actiuum, & passiuum. Dominus uidetur tangere omnes Apostolos, & specialiter Iudam tãgit, sicut infra. 26. Omnes nos scandalum patiemini, &c. Et quæ est hæc pœna? [Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius.] Item sicut dicit Hiero. Loquitur dominus secundum modum Palestinorum, qui non habebant molendina in aqua, sed habebant molendina cum æquis. Vnde mola asinaria dicitur quam æquus uel asinus ducere potest [& demergatur in profundum maris.] Et hæc erat pœna quæ inferebatur ei qui furtum fecerat, quia mola huiusmodi suspendebatur in collo eius, & proiiciebatur in mare, quod etiam in beato Clemente factum est, licet non quia fur esset &c. unde dignus est pœna æterna. Vnde melius est quàm eum que pœnam temporalem sustinere in præsenti, quàm sustinere pœnam æternam. Ad Hebr. 10. Horrendum est enim incidere in manus dei uiuentis. Et Dan. 13. Melius est mihi absque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu domini &c. Aliter mystice. Et hoc tripliciter. Vno modo per molam, excitas gentilium intelligitur, quia animalia quæ ponuntur ad ducendum hanc molam sunt cæca. Iudic. 17. scribitur, quod exuerunt oculos Sansonis, & fecerunt eum molare, unde expediret Iudæis, quòd numquàm uidissent Christum, & essent proiecti in profundum maris idest, in profundũ infidelitatis. Vnde 2. Pet. 2. Melius enim erat illis non cognoscere uiam institiæ quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Aliter per molam asinariam intelligitur uita actiua. Et contingit quòd aliquis ad uitam contemplatiuam transit, & cum est ibi, scandalizat contemplationem, quia non sapit sibi, ideo expedit sibi, ut suspendatur mola, &c. & proiiciatur in profundum maris idest, in profundum causarum temporalium. Aug. dicit sic. Expedit idest, congruit. Et est pœna congrua ei ut mola idest, cupiditas seculi, quia qui scandalizat, cupidus est, suspendatur in collo idest, in affectu, & demergatur in profundum scilicet cupiditatum. [Veh mundo a scandalis.] Posita in pœna in speciali, ponitur in generali. Et tria facit. Primo prænunciat in generali: secundo subiungit necessitatem: tertio tollit excusationem, quia illis qui scandalizant expedit ut suspendatur mola, &c. Et ideo. [Veh mundo a scandalis.] Per mundum intelliguntur mundi amatores, quia quantum aliquis coniungitur mũdo, tanto magis scandalum patitur, unde dominus. In me pacẽ habebitis, in mundo præsuram. Io. 16. Veh mundo & amatoribus mundi. [Necesse est enim ut ueniant scandala.] Quidam hæretici crediderunt quòd esset necessitas absoluta quòd peccata cõtingerent, & ex præscientia diuina, & ex natura stellarum inducereturnecessitas. Sed hoc est falsum, quia deo imputaretur, qui est author naturæ. Chrysost. dicit quòd necesse est quòd ita eueniat, ut necessitas diuinæ prouidentiæ, & necessitas conditionata, unde necessarium est quòd si præuidit istum peccandum, peccabit, sed non sequitur quòd necessario peccet. Origenes dicit, quòd necessitas præupponit malitiam dæmonum, & infirmitatem hominum, unde [necesse quòd ueniãt scandala] quia necesse est quòd diabolus homines decipiat, & homo ei obediat, & ita ex suppositione malitiæ diaboli, & infirmitatis hominum, accidit hæc necessitas. Alii exponunt necesse est, idest utile, quia per scandala probantur homines 1. ad Corinth. 11. Nam oportet hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant in nobis. Vel secundum Haymo. loquitur de scandalo crucis 1. ad Corinthio. 1. Nos prædicamus Christum Crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem, &c. Sed obiicitur. si necesse est, ergo immunes sunt a peccato, cum ita sit necesse euenire. Non dico quòd hoc sit necesse necessitate absoluta, quia [ueh homini illi per quem scandalum uenit.] Vnde licet dæmones instigent, tamen imputatur ei ad pœnam. Rom. 6. Neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato &c. Specialiter dicitur de Iuda qui tradidit illum. Tu dicis quòd ueh homini illi, &c. unde non est pusillis inferendum scandalum. Et quàmuis non debeat inferri, tamen non debent esse negligentes in uitando scandalum, immo aliquis potest uitare per aliquod utile ad actionem uel cognitionem uel supportationem. Vnde ponit sub similitudine membrorum corporis. [Si autem manus tua, uel pes tuus: &c. abscide eum &c.] Non tamen intelligitis quòd debeant abscindi membra corporis, sed per membra intelliguntur amici, & proximi. Est enim homo homini necessarius ad operandum, ad supportandum, ad docendum. Quod corrigit in agendis, sed manus. Quod supportat, est pes, unde Iob. 29. Oculus fui cæco, & pes claudo, unde si manus tua idest, ille qui dirigit operationem tuam, uel pes, idest, ille qui sustentat te, scandalizat te, idest, occasio peccati est tibi, abscide eum, &c. Et reddit causam. [Bonũ est tibi,] quia melius est quodcumque malum temporale pati quàm mereri pœnam æternam. Item aliquis est tibi necessarius ad docendum, unde est tibi oculus. Vnde [& si oculus tuus &c.] Et reddit causam. [Melius est tibi &c.] Vel potest referri ad totam ecclesiam, quia oculi sunt prælati. Manus diaconi. Pes homines simplices, unde magis est deponendus prælatus, uel diaconus abscindendus, quàm ecclesia scandalizetur: uel per oculum accipitur contemplatio, per manum operatio, per pedem processio, unde si uides quod hæc contemplatio, uel operatio, uel processio sit tibi occasio peccati, abscinde eam, & proiice a te.] Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis.] Supra docuerat uitare scandala propter pœnam, hic autem docet uitare ex consideratione diuinæ prouidentiæ. Et circa hoc duo facit. Primo proponit: secundo rõnem assignat, ibi] Dico. n. uobis &c.] Ita dixi q̃ qui scandalizauerit unum ex his pusillis, expedit ei ut suspendatur, &c. [Videte ne contemnatis.] Paruitas. n. cito facit ad contemptum. Ecce paruulum in gentibus dedi te contemptibilem inter homines, Hier. 49. Sed quæritur de quibus pusillis hic loquitur. Dicendũ de pusillis qui pusilli sunt reputatione hominum, sed magni apud deũ. Isti sunt amici dei. Luc. 11. Qui uos spernit, me spernit. Sed contra hoc obiicitur, quia tales non scandalizantur, nec pereunt, & tamen habetur infra in hoc cap. quòd Venit filius hominis saluare quod perierat. Dicẽdum sicut soluit Orige. quòd per paruulos intelliguntur humiles, qui perfecti sunt, & tales nõ scandalizantur, & tamen interdum deficiunt. Vel quàmuis non scandalizentur omnes, tũ aliquis scandalizatur. Secundum Hiero. intelligitur de paruulis in Christo, sicut de nouo conuersis ad Christum. Et tunc continuatur cũ parte præcedenti. Ita dictum est q̃ pars scandalizans abscidenda est, & tunc pusilli, & infirmi, & peccatores q̃uis non scandalizandi, nõ tamen sunt contemnendi. [Dico. n. uobis q̃ angeli, &c.] Hic assignatur ratio ex diuina prouidentia. Primo quantum ad mysterium angelorum: secundo quantũ ad mysterium Christi, ibi [Venit. n. &c.] Ita dictum est q̃ nõ cõtemnatis:

in me credunt, expedit ei ut suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Veh mundo a scandalis. Necesse est enim, ut ueniant scandala. Veruntamen veh homini illi, per quẽ scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. Bonum tibi est ad uitam ingredi debilem uel claudum, quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonum tibi est unũ oculum habentem in uitam intra-

tis: quia illi de quibus dominus habet tantam curam, non sunt contemnendi. [Dico uobis quòd angeli eorum.] Quare eorum? quia deputati sunt custodiæ eorum, quia sicut dicit Hieronymus, Vnicuique homini deputatus est Angelus ad sui custodiam, psalmus 90. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uiis tuis, &cæt. Hebræo. 1. Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium mis si propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Isti habent officium q̃ diuina deferunt, & nuntiant nobis. Item orationes nostras ad deum deportant, & præsentant, Apocaly. 8. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram deo. Vnde si dominus ita large eis prouidet, quòd uult eis seruiri per angelos, non sunt contemnendi. In Ecclesi. capit. 35. de uidua dicitur, quòd eius lachrymæ ascendunt a maxilla usque ad cælum. Vel angeli eorum quia sunt conciues eorum, quia una est societas angelorum, & hominum, unde sunt conciues ciuitatis cælestis, unde tanta est dignitas, quia semper uident faciem patris mei qui in cælis est. Et hic quatuor possunt designari, continuitas uisionis, quia semper uident. Posset aliquis dicere quoniam aliquando mittuntur in ministerium, quare non semper uident faciem dei, & : ideo semper dicit. Item notatur sublimitas uisionis eorum. Non uidemus aliqua de summis, sed in quadam obscuritate, & per creaturas ut habetur ad Roman. 1. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi, &cæt. per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sed angeli in quadam altitudine, unde dicit in cælis. Item notatur manifesta uisio. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. ad Corinthio. 13. Non est dicendum, quòd habeat faciem corporalem, sed dicitur facies eius, aperta uisio. Cum enim aliquis uidetur in speculo, non aperta uisione uidetur, sed quando in faciem, tunc aperte uidetur. Sic deus in speculo uidetur, cum uidetur per creaturas, sed quando in se, & per seipsum, tunc erit uisio faciei ad faciem. Chrysostomus, dicit quòd notatur quædam excellens iocunditas, quia isti sunt uiri perfecti, si angeli sunt administratores eorum, denotatur in esse quædam maior iocunditas eorum quàm angelorum. Vnde uident eum assistentem sibi. Vnde non solum uisio est dos, sed etiam comprehensio. Ad Philipp. 4. Sequor autem si quo modo comprehendam. Sed quare dicit. [Patris mei qui in cælis est.] Ad excludendum errorem eorum qui ponebant angelos, idest, dæmones, unde dicebant quòd angeli in cælo sunt, dæmones in medio, & ideo sunt medii, & administratores nostri. Ideo ad hoc excludendum dicit, semper uident faciem patris mei qui in cælis est. Item alia ratio est ad promouendum nostrum desiderium, quia ipsi uident, & nos uidebimus, hoc sperare debemus. Sed ne uideatur esse parum quòd angeli ad custodiam hominum deputati sunt, probat hoc etiam per ministerium Christi, & primo hoc probat: secundo adducit similitudinem. Dicit ergo quòd pusilli non sunt contemnendi quia [filius hominis uenit saluare quod perierat] 1. ad Timoth. 1. Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere supra. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

b ¶ Hic ponitur similitudo. Et primo ponitur diligens inquisitio: secundo gaudium de inuenta oue. Vnde dicit. [Quid uobis uidetur,] ita dictum est quòd filius hominis uenit saluare quod perierat, quia pastor quærit ouem perditam. [Si alicui fuerint centum oues.] Per centenarium, uniuersitas rationalis creaturæ significatur, nonaginta nouem idem est numerus qui 9. sed solum multiplicatus, quia nouem multiplicata per 10. faciunt nonaginta, qui numerus scilicet 9. deficit a denario in unitate, unde per istas oues, omnes rationales creaturas significat. Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt, &cæt. in psalmo. 94. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Per ouem quæ erraut, significatur humanum genus. Et quare significatur per ouem quæ erraut? quia per unum hominem omnes erraueruntt, 1. Pet. 2. Eratis sicut oues errantes, &cæt. [Nonne relinquit nonaginta nouem in montibus.] Non est litera in deserto, sed in montibus, sicut habetur in græco. Hoc tripliciter exponitur. Primo quia iste 99. significant angelos, qui relicti sunt in montibus, idest, in cælestibus. Ezech. 34. Pascam eos in montibus Israel, uel per 99. significantur iusti, per ouem perditam peccatores, & sic reliquit in montibus, idest, in altitudine iustitiæ, psalmus. 35. Iustitiæ tuę sicut montes dei. Vel per nonaginta nouem, superbi, per ouem humiles. Vnde [nonne relinquit nonaginta nouem in montibus] idest, in superbia sua. [Et uadit quærere eam quæ erraut,] psalmus 118. Erraut sicut ouis quæ periit, require seruum tuum domine. Consequenter agitur de gaudio. [Et si contigerit quòd inueniat eam, &cæt.] Hic etiam triplex ratio potest assignari. Quòd dominus gaudeat de bonis, habetur, Sopho. 3. Gaudebit super te deus tuus in lætitia. Si per nonaginta significentur angeli, per ouem homo, plana est ratio quia dignus erat homo reparatione. Ad Hebræ. 2. Nusquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Si per nonaginta, intelligamus iustos, similiter plana est ratio, quia dux plus diligit militem qui cadit in bello, & post uiriliter pugnat semper, quàm illum qui numquàm cecidit, & semper tepide pugnat. Sic cum aliquis peccauit, & post fortiter resurget, & semper uiriliter se habet, plus eum diligit, 2. ad Corinthio. 7. Gauderi quia contristati estis ad pœnitentiam, ideo plus gauder dominus de eo, &cæt. Cum maioris sunt zeli, tamen non est extendendum ad omnes, quia potest habere iustus tantum uelum quòd plus placet deo, quod non est in pœnitente. Secundum etiam tertiam expositionem patet ratio, quia plus gaudet de eo qui recognoscit tantum, ut patet de publicano, & phariſæo. Concludit ergo. [Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in cælis est ut pereat, &cæt.] minus dicit, & plus significat, quia uoluntas eius est ut saluentur, 1. ad Timoth. 2. Qui uult omnes homines saluos fieri. Si enim non uellet, non mitteret angelos. Ezech. 18. Numquid uoluntatis meæ est mors impii dicit dominus? [Si ergo peccauerit in te frater tuus, &cæt.] hic hic agitur de scandalo dimittendo. Et primo ponitur ordo: secundo numerus, ibi. [Tunc accedens, &cæt.] Circa primum tria. Primo ponit secretam admonitionem: secundo testimonium, ibi. [Si autem &cæt.] tertio annuntiationem, ibi. [Quòd si non &cæt.] Circa primum, Primo dat suum documentum: secundo assignat rationem dati, ibi. [Si autem te audierit, &cæt.] ita dixi quòd non sunt contemnendi pusilli, sed quid faciendum est si aliquis scandalizat, hic docet. [Si autem peccauerit in te frater tuus, &cæt.] Notate primo quod dicit peccauerit. Vnde loquitur de peccato perpetrato, unde aliter procedendum est in peccato perpetrato, aliter in perpetrando, quia perpetratum non potest esse non perpetratum. Vnde in perpetrando est operam dare quod non fiat, Esa. 50. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, &cæt. Vnde in perpetrando, non oportet quòd seruetur talis ordo, in perpetrato oportet. Item dicit [in te] gloss. si iniuriam uel contumeliam intulerit tibi. Vnde unde dicere quòd peccatum factum contra nos, remittamus, sed peccatum quod fit contra deum nos remittere non possumus, ut dicit gloss. 1. Regum. 2. Qui peccauerit contra deum quis orabit pro eo, &cæt. Item debes præcipue curare iniurias a fratre illis qui tecum est in eadem societate, de aliis etiam habenda est cura sed non tanta. Quid nobis de eis qui foris sunt &c. 1. Corinthio. 5. Vade [Et corripe eum, &cæt.] Dominus discipulos ad perfectam solicitudinem, & correptionem ducit. Supra. 7. dominus dixerat quòd si aliquis offenderet fratrem quod relinqueret munus ante altare, &cæt. hic autem plus procedit, quia non solum ille qui læsit: sed qui læsus est, unde

de

de [si peccauerit in te. Vade] psalmus, 119. Cum his qui F oderunt pacem eram pacificus. Et numquid primo remittes? non, sed primo debes corripere, unde non iubet cuique dimittere sed pænitenti. Item dicit [corripe] non increpa uel exaspera, & breuiter ostende. Si cognoscit, tunc debes dimittere, unde Instruite eos in spiritu lenitatis. Ad Galat. 6. Sed numquid peccat qui hãc correctionem dimittit. Augustinus. Si non corripis, peior factus es tacendo, quàm ille peccando. Sed cum hoc sit uerum quòd omnes corripere teneantur, diceret aliquis quòd solis prælatis conuenit ex officio, aliis uero ex charitate. Aliquando dominus permittit bonos cum malis puniri. Quare? quia non corripuerunt malos, Tamen dicit Augustinus, quòd aliquando debemus desistere si times ne proprer correctionem istam non emendentur sed deteriores reddantur. Item si times ne inducat persecutionem ecclesiæ, non peccas. Si uero desistis ne lædaris in temporalibus ne molestia tibi accidat uel huiusmodi, peccas, Prouerb. 9. Argue sapientem, & diliget te, &cæt. [Corripe eum inter te, & ipsum solum.] Et quare? quia ista correctio fit ex charitate, charitas autem est amor dei, & proximi. Si amas debes salutem eius diligere, sed in hoc duo sunt attendenda, scilicet conscientia, & bona fama. Si uis ergo eum saluare, debes famam suam saluare, hoc autem facies corrigendo inter te, & ipsum, si ante omnes corripis, famam eius collis, tamen conscientia præponenda est famæ. tamen frequenter accidit quòd quando homo uidet publicari peccatum suum, ita fit effrons quòd omni peccato se exponit, Hierem. 2. Sub omni ligno frondoso tu prosternaberis meretrix, Ecclesia. 4. Est confusio peccatum adducens. Sed contra hoc obiicitur, quod habetur infra, ad Corinthios. 4. Peccantem coram omnibus argue. Et hoc est uerum si publice delinquatur. Est enim aliquis peccans publice, & tunc publice increpandus est, & aliquis secretus, & tunc secreto est increpandus, & hoc patet, quia dicit Augustinus, quòd si te solo sciente peccauerit, corripe eum inter te, & ipsum, &cæt. [Quòd si te audierit, lucratus es fratrem tuum.] Ad quid hoc dicit? Propter tria, ut *scias quo fine debeas corripere*, quia si propter teipsum corripis, nihil facis, quia ubi priuata est emenda, non est correctio meritoria. Sed si propter deum, tunc ualet. Item hoc est ad quod debes intendere scilicet menti fratris inserere correptionem, & doctrinam. Item posset aliquis dicere quòd perdere fratrem suum non esset iustum. Sed si ita esset, non dixisset, lucratus es fratrem tuum. Item lucratus es quia ipse est cõmembrum tuum, & sicut membrum membro compatitur, sic & tu fratri tuo. Item lucratus quia tibiipsi lucraris salutem, Iacobi 4. Qui iudicat fratrem suum detrahit legi, & iudicat legem, unde Iacobi 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, liberat animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. [Si autem te non audierit, adhibe tecum unum uel duos, &cæt.] Hic inducit testimonium. Adhibe unum uel duos, &cæt. Deutero. 19. In ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Sed hic est quæstio. Quare statim non inducit testes? Dicendum quòd sic debet mundari conscientia quòd non lædatur fama, unde si primo, & per se potest, bene quidem. Si non, tunc aduocet testes. Et Hieronymus dicit, quòd unum primo, & post duos, & quare? ut sint testes correctionis factæ, quia si ulterius procedit, non est tibi imputandum. Hieronymus, dicit quòd etiam ad aliud, ut scilicet conuincat de peccato, quia aliqui sunt ita pertinaces quòd non recognoscunt, ideo debes testes adducere, ut conuincas eum de facto, uel forte iterabit iniuriam, uel secundum Augustinum, ad conuincendum eum. Sed contra hoc uidetur esse quòd Augustinus dicit, quòd antequàm duobus ostendat debet ostendere proposito, & hoc est ostendere ecclesiæ. Ergo uidetur peruertere ordinem. Dico quòd potest ostendi prælato uel ordine iudiciario, uel ut personæ priuate. Intendit ergo Augustinus, quòd debet ostendi proposito primo, ut personæ priuatæ ut tamquàm persona priuata det operam correctioni, unde dicit. [Si eos non audierit, dic ecclesiæ.] Hic ponitur denuntiatio. Et primo denuntiat; secundo ponitur sententia: tertio efficacia. Secunda, si autem. Tertia. Amen dico uobis, &cæt. Dicit [Si autem non &cæt. Dic ecclesiæ,] idest, toti multitudini ut confundatur, ut qui noluit sine confusione corripi, cum confusione corripiatur. Est enim confusio adducens peccatum, & est *confusio* adducens gloriam, & gratiam, Eccles. 4. Vel ecclesiæ, idest, iudicibus ut corrigatur, Deuteron. 21. Si aliquis habeat filium contumacem, & proterum qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus audire contempserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii, &cæt. Deinde additur pœna. [Si ecclesiam non audierit sit tibi, &cæt.] Ethnici sunt gentiles, & infideles: publicani, qui tributa recipiunt qui sunt publici peccatores. Vnde quasi separati excommunicentur per sententiam ecclesiæ, quia ecclesiam non audiuit, unde pro sola contumacia potest homo excommunicari. [Amen dico uobis, &cæt.] Hic ponitur efficacia huius sententiæ. quia posset aliquis dicere, quid curo ego si ecclesiæ dicatur, & sim excommunicatus? Ideo ostendit efficaciam istam. [Amen dico uobis, quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cælo, & quæcumque solueritis, &cæt.] Supra dicta sunt Petro hæc, hic autem dicitur toti ecclesiæ. Et dicitur alligare, uel quia non soluit, uel quia excommunicat. Origenes dicit quòd hic dicit in cælo, cum autem Petro loquutus est dixit in cælis, ad designandum quòd Petrus habet uniuersalem potestatem, hic autem dicit in cælo, quia uniuersalis non est eis potestas, sed in aliquo loco, quia Petro uniuersalem potestatem dedit. [Iterum dico uobis &cæt.] Hic ponit efficaciam orationis. Et primo hoc facit: secundo rationem dat, ibi. [Vbi enim &cæt.] Dicit. [Iterum dico uobis, &c.] Sed contra potes obiicere quia multa petimus quæ non obtinemus. Hoc contingit primo propter *indignitatem petentium*, unde dicit. *Duo* ex uobis scilicet qui secundum euangelium uiuitis. Iacobi 4. Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis. Item quia non consentiunt, quia non habent uinculum pacis. Impossibile est enim preces multorum non exaudiri, si ex multis orationibus fiat quasi una: secundæ Corinthiorum 1. Vt ex multarum personis facierum eius, quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. Item quia quidam petunt quod non expedit eis ad salutem. Petitio enim debet esse de re utili. infra. 20. Nescitis quid petatis. [Fiet illis a patre meo qui est in cælis.] idest, *in altis*, uel *in cælis*, idest, in nobis. [Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, &cæt.] Congregatione sanctorum non terrenorum. psalmus, 110. In consilio iustorum, & congregatione, magna opera domini. [Vbi ergo duæ uel tres.] Charitas non est in uno, sed in pluribus, unde 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, ideo [ego sum in medio eorum.] Tunc accedens Petrus dixit ad eum, domine.] Supra docuit quo ordine fit dimittendum, quia post correctionem, & emmendam, hic agit de numero quoties K sit dimittendum. Primo ergo ponitur Petri interrogatio: secundo Christi responsio: tertio adhibetur similitudo. Secunda, ibi. [Dicit illi Iesus, &cæt.] Tertia ibi. [Assimilatum &cæt.] Dicit ergo. [Tunc accedens.] Tunc scilicet audito hoc uerbo, si peccauerit in te frater tuus, &cæt. tunc motus fuit Petrus an semel, an pluries dimitteret, dixit. [Quoties peccauerit in me frater meus, &cæt. Nonne dimittam usque septies,] quasi dicat, usque septies, infirmitatis est, sed plus malitiæ. Ideo petiit si dimitteret usque septies. Item sciebat illud quod dictum est 4. Regum. 5. quòd Helisæus præcepit Naaman quod septies lauaret se in Iordane: ideo cogitauit quòd septies dimittere deberet. [Dixit ei Iesus. Non dico tibi septies sed septuagies septies.] Vno modo potest teneri hoc quod dico septies aggregatiue ut sit sensus non septies, sed 70. uicibus, uel potest teneri multiplicatiue, ita quòd septem uicibus 70. Et sic exponit Hieronym.

omne uerbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Amen dico uobis, quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata, & in cælo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta, & in cælo. Iterum dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dicit illi Iesus. Non dico tibi us-

quare uoluit dominus sic fieri, scilicet ex uiro & muliere multitudinem hominum? Respondeo, ut significaretur quòd forma matrimonii ex deo esse. Item, ut magis se diligerent. Sed tunc quærit Chrysostomus, quare non semper sic facit ut simul nasceretur uir & mulier. Respondet, quia si ita esset, uideretur necessitas utendi matrimonio. Et quia dominus uult esse licitum uti matrimonio, uel nõ uti, & non esse necessariũ, primo creauit masculum & feminam ad significandum quòd licitum erat matrimonium. Post uero ut sine muliere nasceretur masculus, & econuerso, ut liberam habeant facultatem & utendi matrimonio, & nõ utendi, Secundum hoc excluditur duplex error. Quidam enim dicebant matrimonium non esse a deo: et hoc excludit, quia si masculum & feminam fecit eos, & constat quòd nihil frustra fecit. ergo nec aliquid horum, & non nisi ad societatem matrimonii. Alii dixerunt quòd si non peccasset homo, deus feminam non fecisset, immo alio modo multiplicarentur homines: sed hoc nihil est, quia ante peccatum creati sunt, & singulariter dicit masculum & feminam, ut unus unam habeat. [Propter quod relinquet homo patrem & matrem.] Hic ponitur quem affectum indidit, & dixit. Quis dixit? Ille qui fecit. Sed hoc non uidetur, quia uidetur quòd Adam dixerit. Augustinus dicit quòd immisit dominus soporem in Adam, & tulit unam de costis eius. Sopor iste fuit extasis, unde ibi reuelauit multa bona, unde dominus ei reuelauit etiã quod hic dicitur, unde supra 10. dictum est. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, &cæt. Quia ergo Adam dixit deo imperante, ideo dicitur, quòd deus dixerit, unde Esdræ 2. capit. 4. Homo reliquit patrem qui nutriuit eum, & adhæret uxori. Quæ est ratio? frater & soror nascuntur ex uno, & diuidunt se, sed uir & uxor ex diuersis, & tamen non diuidunt se? Dicit Chrysostomus quòd hoc est ex ordinatione diuina. Item, naturaliter omnis causa habet reductionem ad effectum, ut succus a radice ad ramos, unde patres magis diligunt filios quàm econuerso, ideo uir & D uxor & si sint ex diuersis, uniuntur tamen in effectum unum. [Et erunt duo in carne una.] Hieronymus, scilicet in carne prolis. Et hic est fructus matrimonii. Chrysostomus exponit in una carne, idest, in uno carnali affectu, sicut & in spirituali affectu sit unitas, ut in Act. 4. Erat autem credentium cor unum, & anima una. Vel erunt duo in carne una, idest, in uno carnali opere. Philosophus dicit quòd homo & mulier in opere illo sic semper se habent, quòd sicut uirtus actiua & passiua semper in effectum coniunguntur, sic in actu illo actio & passio coniunguntur. [Itaque iam non sunt, duo sed una caro.] Deinde principalem communionem concludit. [Quod ergo deus coniunxit, homo non separet] quia ex dei uoluntate actum est. Si est ex deo, non potest homo separare, quia si deus coniunxit, deus separet. Potest enim separatio fieri a deo, uel ab homine, & hoc uel propter uoluptatem, uel ut aliquam aliam habeat, & non ualet. Vel propter consensum mutuum, ut deo liberius seruiat, & sic est a deo. [Dicunt illi. Quid ergo Moyses, &cæt.] Hic ponitur obiectio eorum contra generalem E legem. Aperiunt enim quod erat in mente. [Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii, &cæt.] Non mandauit Moyses dimittere, sed indirecte prohibere uoluit, quia Moyses uoluit quòd non dimitteretur, nisi daretur libellus repudii, & hoc magis pertinebat ad prohibitionem, quia libellus non fiebat nisi per manum communem, unde remittebat ad sapientes ut uiderent si haberent causam, quare deberet dimittere eas. [Et ait illis.] Hic obiectioni respondet. Et primo ponit responsionem: secundo confirmationem, quia dominus probat non esse dimittendam ex authoritate dei quę maior est, ideo cõtra Dei authoritatẽ nõ est authoritas Moysi. Sed contra. Nonne dominus dedit legem per Moysen? Videte sicut dicit Apostolo. 1. ad Corinthios. 7. De uirginibus A præceptum domini non habeo, consilium autem do. Vnde aliquando dicebat quòd a dominò acceperat, aliquando ex industria sibi inspirata, sic & Moyses. Istud autem permisit non quòd audisset a domino, sed ab inspiratione diuina, non tamen authoritate firmata. [Ad duritiam cordis, &cæt.] Ipsi dixerant quòd Moyses mandauit, sed non mandauit, sed permisit. *De duritia eorum habetur*, Act. 7. Duraceruice, & incircuncisi cordibus, & auribus uos semper spiritui sancto restitistis, &cæt.] Deista solet esse quæstio, utrum isti peccent mortaliter qui uxores dimittunt. Quidam dixerunt quòd dimittentes peccabant mortaliter. Permisio enim quatuor modis accipitur. Dicitur permitti aliquid quando contrarium non præcipitur, ut minus bonum permittitur, quia maius bonum non præcipitur, ut Apostolus dicit 1. Corinthiorum. 7. Secundum indulgentiam dico uobis. Item, quandoque per priuationem prohibitionis, & sic peccata uenialia sunt permissa. Quandoque autem per priuationem impedimenti, & sic omnia mala quæ fiunt in præsenti, dicuntur aliquando C etiam permissa, quia pœna non adhibetur. Ideo Iudæis quædam permissa fuerunt quæ erant mortalia peccata, quia pœna non fuit eis inflicta. Sed illud habet locum in mundanis rebus: sic enim uidemus q̃ secundum leges humanas non punitur fornicatio simplex, unde si lex uetus solum inspiciat ad uitam præsentem, sic solutio est bona. Sed quia quamuis secundum corticem ad uitam pertineat præsentem, tamen secundum medullam pertinet etiam ad uitam æternã. Exo. Dedi eis præcepta mea. Et dominus dixit iueni, infra eodem. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: ideo dicunt alii quòd male prouisum esset populo illi, si quod esset peccatum ignoraret, cum tamen scriptum sit. Nuntia populo peccata eorum, Malach. 2. Ideo dicit Chrysostomus, quòd a peccato abstulit peccati culpam. Et licet inordinatũ quid esset, noluit tamen quod eis imputaretur ad culpam, ut dominus Osee præcepit ut faceret filios fornicationis, unde permisio non fuit ex præcepto, sed ad uitandum maius malum. Ab initio autem non fuit sic, unde actuale fuit, non ab initio institutum, unde post multos annos nullus dimisit uxorem. [Dico autem uobis, &cæt.] Hic inducit legem. Primo pro uiro: secundo pro muliere. Dicit ergo. [Quicumque dimiserit, &cæt.] Sed excipitur fornicatio. Sed uidete quòd duplex est fornicatio, scilicet corporalis, & spiritualis, unde propter utranque potest dimittere, ut habetur 1. ad Corinthios. 7. Si unus infidelis, alter fidelis, potest dimittere fidelis infidelem: Notandum quòd per nullum impedimentum sequens potest dissolui uinculum matrimonii, quia significat unionem Christi & ecclesiæ, unde cum unio Christi & ecclesiæ dissolui non possit, nec unio matrimonii. Sed propter fornicationem potest a consortio separari, & non debet eam secum dimittere, ne uideatur esse conscius turpitudinis, sed pro aliis turpitudinibus non potest, ut pro ebrietate. Item, si uult hominem inducere ad infidelitatem, potest dimittere eam. Sed quare fit mentio magis de fornicatione corporali quàm de spirituali? Quia est contra fidem matrimonii; & E fidem frangenti, fides non est seruanda. Alia ratio est quam ponit Origę. quia supra 5. cap dixit dominus. Qui dimiserit uxorem excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, & ideo dat ei occasionem mœchandi: sed postquàm ipsa peccauit, non dat ei occasionem mœchandi, ideo post potest dimittere, non ante. [Et qui aliam duxerit, mœchatur.] Sed quare non, nisi aliam ducat? quia eadem res per ea quæ soluitur, ligatur: unde quando homo habet uxorem separatam, & non aliam, adhuc spes remanet quòd uniri possint uel per consimile peccatum, uel per animorum consensum. Sed quando aliam duxit, tunc cor totaliter separauit, & assensum ab ea. Alia ratio, quia si præter fornicationem posset dimittere uxorem suam, aliquãdo accideret quòd homo imponeret uxori suæ crimen ut ab ea separaretur, & alii coniungeretur, ideo

duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii, & dimittere? Ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. Dico autem uobis, quia quicumque dimiserit uxorẽ suam, nisi ob fornicatio-

trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis, quia qui B fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt

Ideo dominus uoluit quòd non haberet aliam; uide expresse prohibet, quòd non habeat homo diuersas uxores, quia una dimissa, & alia accepta mœchatur. [Et qui dimissam duxerit, mœchatur.] Hic ponit legem quantum ad mulierem, unde non uult quòd uxor dimissa habeat uirum. Sed quare prohibet uiro ne contrahat cum ea, & non mulieri? Respõdeo, quòd mulieres magis ad malum præcipites sunt. Item tertio, frõs mulieris meretricis facta est tibi, &c. Ideo per istam prohibitionem præcipitaretur ad mala maiora. Ideo præcipit uiro quòd non contrahat, non autem prohibet mulieri. Sed quid? Nonne licebat ei quæ repudiata erat accipere alium? Dicunt quidam quòd non, quia adhuc manebat uinculum. Et inducunt illud quod habetur Deut. 24. quòd nõ poterit reuerti ad priorem, quia polluta est, sed nisi peccasset, redire posset. Alii dicunt quòd poterat alteri nubere, sed non isti, quia si posset ad eum redire, facilius repudiaret eã. Quid ergo dicis quòd polluta est? Dico quòd polluta est, quia ad eum redire non potest. Vel potest intelligi de immunditia legis, quia sacerdos non poterat eam habere. [Dixerunt ei discipuli, si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.] Postquàm dominus egit de insolutione matrimonii, hic tractat de perfectione continentiã. Et circa hoc duo facit. Primo ponit sententiam discipulorum. Secundo sententiam Christi, ibi. [Qui dixit illis, &cæt.] Dicit ergo. [Dixerunt discipuli. Si ita est causa, &cæt.] Moti sunt ad hoc dicendum, quia audierant quòd non poterat uxor dimitti nisi ob unam causam, cum tamen multæ aliæ causæ reddant matrimonium onerosum, ut aliqua immunditia, ut lepra, & huiusmodi, ita quòd impleatur illud quod in ecclesiastico dicitur. Commorari leoni, & urso melius est quàm cũ muliere nequàm. Item multam affert solicitudinem. 1. ad Corinthio. 7. Si uirgo nubat, cogitat quæ sunt mundi, &cæt. Ideo ex hoc arguunt quòd expedit cuilibet homini non nubere. ideo dominus temperat, quia contingit esse aliquid melius dupliciter, uel simpliciter, uel secundum quid: sic continere aliquibus competit, aliquibus non, quia ut dicit Apost. 1. Corinth. 7. Melius est nubere, quàm uri. Approbat sententiam discipulorum. Et primo dictis: secundo factis, ibi. [Tunc oblati, &cæt.] Et primo approbat continentiam: secundo assignat differentias continentium, ibi. [Sunt enim, &cæt.] tertio difficultatem, ibi. [Qui potest &cæt.] Dicit ergo. Qui dicit illis. [Non omnes capiunt, istud uerbum.] Ita dicitis quòd non expedit nubere, uerum est aliquibus, sed non est uerum quo ad omnes, quia non omnes habent tantam uirtutem quòd abstineant, sed quibus datum est, quia aliquibus datum est non ex proprio facto, sed dono gratiæ, Sapient. 8. Sciui quòd aliter non possum esse continens, nisi deus det. Quòd enim homo in carne uiuat præter carnem, non hominis est, sed dei. 1. ad Corinthio. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex deo, alius quidem sic, alius uero sic. Et quia possent credere quòd omnes continere possent, ideo dicit [Sunt enim eunuchi, &cæt.] Vnde distinguit quòd est continentia in aliquibus ex natura, aliquando ex uiolentia, aliquando ex uoluntate. Ideo tria genera eunuchorum tangit, quia quidam per naturam [qui a matris utero sic nati sunt,] sicut aliqui monstruose nascuntur propter defectum manus, sic & aliqui sine genitalibus: & hoc ex dei prouidentia, quia si omnia secundũ communem cursum naturæ accederent, attribueretur totum naturæ, & non diuinæ prouidentiæ, unde Sapient. 8. Signa, & monstra scit antequàm fiant. Item quidam per uiolentiam, ut illi qui castrantur a tyrannis, uel barbaris. Vel qui castrantur propter custodiam mulierum, qui sunt facti ab hominibus, quos scilicet uel crudelitas hominum castrauit, uel conseruantia mulierum. Et hoc dicit Hieronymus quòd scit, quia pueri acciperentur, & castrarentur, & ponerentur in domo Nabuchodonosor. Quidam uero uoluntate, ut dicit. [Et sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum.] Quidam male intellexerunt uerbum istud, dicentes scindenda esse genitalia, & leguntur hoc quidam fecisse, de quibus dicitur fuisse Origen. sed istud reprobatum est, & separari debent a clero,

nem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, &

sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos. Iesus uero ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me uenire, talium est enim regnum cælorũ. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

ipsos, continuę castitati se dederunt, & hoc propter regnum cælorum. Aliquando enim membrum per actum intelligitur ut supra. Si oculus tuus scandalizat te, &cæt. Sic hic membra genitalia pro actu accipiuntur. Vnde ille se castrat, qui castitati se dedicat. Vel secundum Hieronymum. Quod continentiam seruantes sic nati sunt frigiditate seilicet naturæ, ita quòd non mouentur ad actum illum. Vnde dicuntur eunuchi propter actum eunuchorum, quem habent propter naturã quam ex utero habent, quia aliqui habent aliquam dispositionem ad aliquam uirtutem naturaliter, sicut Iob ad misericordiam, qui dicit capit. 31. Ab infantia mecum creuit miseratio. Quidam uero ex uoluntate, uel propter simulationem, uel doctus ab hæreticis est factus ab hominibus. 2. ad Timoth. 3. Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Quidam uero propter præmium uitæ æternę. Primi duo, scilicet qui uel naturaliter, uel uiolenter castrantur, nõ habent meritum uitæ æternę, sed solum tertii. Sed numquid est uerum de primis quòd non mereantur? Dico quòd merentur quantum ad uoluntatem, licet non mereantur quantum ad actum, quia licet non possint facere, possunt tamen uelle posse facere. [Qui potest capere capiat.] Posita differentia continentiæ, hic ponitur exhortatio, ut dicit Hieronymus. Facit dominus sicut facit dux in exercitu, qui quando est capienda ciuitas dicit. Qui intrabit ciuitatem, dabitur ei hoc, uel illud, sicut dicit Dauid Ioab. Sic qui potest capere, & continere, capiat, & non retrahat se. Apostolus, 1. Corinthio. 12. Aemulamini charismata meliora. Sed quid est quod dicit? Nonne tenetur quisque ad uirginitatem seruandam? Videtur quòd sic, quia homo ad meliora tenetur. Dicendum, quòd non est præceptum, sed consilium, sicut dicit Apostolus. 1. ad Cor. 7. De uirginibus præceptũ domini non habeo, consilium autem do, &cæt. Sed quid est? Nonne tenetur homo ad meliora? Dico quòd distinguendum est, quòd melius est quantũ ad actum, uel quantum ad affectum. Non tenetur ad meliora quo ad actum, sed quo ad affectum, quia omnis regula, & omnis actus determinatur ad finitum & certum. Et si tenetur ad melius, tenetur ad incertum. Vnde quantum ad actus exteriores, quia non tenetur ad certum, non tenetur ad meliora, sed quantum ad affectum, tenetur ad meliora. Vnde qui non semper uellet esse melior, non posset sine contemptu uelle. Sed quid est quod dicit. [Qui potest capere, &cæt.] Aut enim potentia naturali, & sic nullus potest. Aut potentia gratiæ, & sic quilibet potest, quia dicitur Lucæ. xi. Petite, & accipietis. Item, gratia dei omnia potest. Dico quòd ly potest, includit potestatem uoluntatis. Est enim uoluntas firma, & infirma. Constat autem quòd homo cum habet uoluntatem firmam, non timet multos impulsus, sed quando non, ex facili impulsu labitur. Vnde qui potest per firmitatem uoluntatis capere, capiat, & non a natura, sed a deo. Vnde qui hoc a deo habet, consulimus quòd hoc capiat, & continet. Vel qui potest secundum opportunitatem temporis, uel conditionis temporis, ut Abraham, unde calibatus Ioannis non præfertur coniugio Abrahæ. Item, secundum conditionem, quia qui coniugatus est, non potest continere, unde excluduntur uel ratione temporis, uel conditionis. [Tunc oblati sunt ei paruuli.] Hic ostendit quod dixit facto. Et primo ponitur paruulorũ oblatio: secundo, zelus discipulorum: tertio, satisfactio Christi. secunda, ibi. [Discipuli, &c.] tertia ibi [Iesus autem, &cæt.] Dicit ergo. Tunc oblati

F capit. ex parte, & capitul. Significauit, ex tra de corp. uit. Vna, de quia datur occasio errori Manichæorum, qui creaturam corporalem dixerunt esse causam mali. Item, datur occasio erroris gentilium, quia quidam in sacrificiis suis eunuchantur. Item, hoc factum non est in utilitate, quia tales, & si actum non habent, a concupiscentia tamen non sunt immunes. Vnde Eccles. 10. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam. Ideo melius est, quòd homo sibi frenum imponat, quàm membrum abscindat ut malas cogitationes, & desideria refrenans, Esa. 1. Auferte malas cogitationes a cordibus uestris.

G

Qui castrauerunt se

H

I

K

quare uoluit dominus sic fieri, scilicet ex uiro & muliere multitudinem hominum? Respondeo, ut significaretur quòd forma matrimonii ex deo esse. Item, ut magis se diligerent. Sed tunc quærit Chrysostomus, quare non semper sic facit ut simul nascerentur uir & mulier. Respondet, quia si ita esset, uideretur necessitas utendi matrimonio. Et quia dominus uult esse licitum uti matrimonio, uel nõ uti, & non esse necessariũ, primo creauit masculum & feminam ad significandum quòd licitum erat matrimonium. Post uero ut sine muliere nasceretur masculus, & econuerso, ut liberam habeant facultatem & utendi matrimonio, & nõ utendi. Secundum hoc excluditur duplex error. Quidam enim dicebant matrimonium non esse a deo: et hoc excludit, quia si masculum & feminam fecit eos, & constat quòd nihil frustra fecit. ergo nec aliquid horum, & non nisi ad societatem matrimonii. Alii dixerunt quòd si non peccasset homo, deus feminam non fecisset, immo alio modo multiplicarentur homines: sed hoc nihil est, quia ante peccatum creati sunt, & singulariter dicit masculum & feminam, ut unus unam habeat. [Propter quod relinquet homo patrem & matrem.] Hic ponitur quem affectum indidit, & dixit. Quis dixit? Ille qui fecit. Sed hoc non uidetur, quia uidetur quòd Adam dixerit. Augustinus dicit quòd immisit dominus soporem in Adam, & tulit unam de costis eius. Sopor iste fuit extasis, unde ibi reuelauit multa bona, unde dominus ei reuelauit etiã quod hic dicitur, unde supra 10. dictum est. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, &cæt. Quia ergo Adam dixit deo imperante, ideo dicitur, quòd deus dixerit, unde Esdræ 2. capit. 4. Homo reliquit patrem qui nutriuit eum, & adhæret uxori. Quæ est ratio? frater & soror nascuntur ex uno, & diuiduntur se, sed uir & uxor ex diuersis, & tamen non diuiduntur se? Dicit Chrysostomus quòd hoc est ex ordinatione diuina. Item, naturaliter omnis causa habet reductionem ad effectum, ut succus a radice ad ramos, unde patres magis diligunt filios quàm econuerso, ideo uir & uxor & si sint ex diuersis, uniuntur tamen in effectum unum. [Et erunt duo in carne una.] Hieronymus, scilicet in carne prolis. Et hic est fructus matrimonii. Chrysostomus exponit in una carne, idest, in uno carnali affectu, sicut & in spirituali affectu fit unitas, ut in Act. 4. Erat autem credentium cor unum, & anima una. Vel erunt duo in carne una, idest, in uno carnali opere. Philosophus dicit quòd homo & mulier in opere illo sic semper se habent, quòd sicut uirtus actiua & passiua semper in effectum coniunguntur, sic in actu illo actio & passio coniunguntur. [Itaque iam non sunt, duo sed una caro.] Deinde principalem communionem concludit. [Quod ergo deus coniunxit, homo non separet] quia ex dei uoluntate actum est. Si est ex deo, non potest homo separare, quia si deus coniunxit, deus separet. Potest enim separatio fieri a deo, uel ab homine, & hoc uel propter uoluptatem, uel ut aliquam aliam habeat, & non uelet. Vel propter consensum mutuum, ut deo liberius seruiat, & sic est a deo. [Dicunt illi. Quid ergo Moyses, &cæt.] Hic ponitur obiectio eorum contra generalem legem. Aperiunt enim quod erat in mente. [Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii, &cæt.] Non mandauit Moyses dimittere, sed indirecte prohibere uoluit, quia Moyses uoluit quòd non dimitteretur, nisi daretur libellus repudii, & hoc magis pertinebat ad prohibitionem, quia libellus non fiebat nisi per manum communem, unde remittebat ad sapientes ut uiderent si haberent causam, quare deberet dimittere eas. [Et ait illis.] Hic obiectioni respondet. Et primo ponit responsionem: secundo confirmationem, quia dominus probat non esse dimittendam ex authoritate dei quę maior est, ideo cõtra Dei authoritatẽ nõ est authoritas Moysi. Sed contra. Nonne dominus dedit legem per Moysen? Videre sicut dicit Apostolus. 1. ad Corinthios. 7. De uirginibus

A præceptum domini non habeo, consilium autem do. Vnde aliquando dicebat quòd a domino acceperat, aliquando ex industria sibi inspirata, sic & Moyses. Istud autem permisit non quòd audisset a domino, sed ab inspiratione diuina, non tamen authoritate firmata. [Ad duritiam cordis, &cæt.] Ipsi dixerant quòd Moyses mandauit, sed non mandauit, sed permisit. De duritia eorum habetur, Act. 7. Duræ ceruice, & incircumcisi cordibus, & auribus uos semper spiritui sancto restitistis, &cæt.] De ista solet esse quæstio, utrum isti peccent mortaliter qui uxores dimittunt. Quidam dixerunt quòd dimittentes peccabant mortaliter. Permissio enim quatuor

B

duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii, & dimittere? Ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. Dico autem uobis, quia quicumque dimiserit uxorẽ suam, nisi ob fornicatio-

modis accipitur. Dicitur permitti aliquid quando contrarium non præcipitur, ut minus bonum permittitur, quia maius bonum non præcipitur, ut Apostolus dicit 1. Corinthiorum. 7. Secundum indulgentiam dico uobis. Item, quandoque per priuationem prohibitionis, & sic peccata uenialia sunt permissa. Quandoque autem per priuationem impedimenti, & sic omnia mala quæ fiunt in præsenti, dicuntur aliquando etiam permissa, quia pœna non adhibetur. Ideo Iudæis quædam permissa fuerunt quæ erant mortalia peccata, quia pœna non fuit eis inflicta. Sed illud habet locum in mundanis rebus: sic enim uidemus cp secundum leges humanas non punitur fornicatio simplex, unde si lex uetus solum inspiciat ad uitam præsentem, sic solutio est bona. Sed quia quàmuis secundum corticem ad uitam pertineat præsentem, tamen secundum medullam pertinet etiam ad uitam æternã. Exo. Dedi eis præcepta mea. Et dominus dixit iuueni, infra eodem. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: ideo dicunt alii quòd male prouisum esset populo illi, si quod esset peccatum ignoraret, cum tamen scriptum sit. Nuntia populo peccata eorum, Malach. 2. Ideo dicit Chrysostomus, quòd a peccato abstulit peccati culpam. Et licet inordinatũ quid esset, noluit tamen quod eis imputaretur ad culpam, ut dominus Osee præcepit ut faceret filios fornicationis, unde permissio non fuit ex præcepto, sed ad uitandum maius malum. Ab initio autem non fuit sic, unde actuale fuit, non ab initio institutum, unde post multos annos nullus dimisit uxorem. [Dico autem uobis, &cæt.] Hic inducit legem. Primo pro uiro: secundo pro muliere. Dicit ergo. [Quicumque dimiserit, &cæt.] Sed excipitur fornicatio. Sed uidete quòd duplex est fornicatio, scilicet corporalis, & spiritualis, unde propter utranque potest dimittere, ut habetur 1. ad Corinthios. 7. Si unus infidelis, alter fidelis, potest dimittere fidelis infidelem. Notandum quòd per nullum impedimentum sequens potest dissolui uinculum matrimonii, quia significat unionem Christi & ecclesiæ, unde cum unio Christi & ecclesiæ dissolui non possit, nec unio matrimonii. Sed propter fornicationem potest a consortio separari, & non debet eam secum dimittere, ne uideatur esse conscius turpitudinis!, sed pro aliis turpitudinibus non potest, ut pro ebrietate. Item, si uult hominem inducere ad infidelitatem, potest dimittere eam. Sed quare fit mentio magis de fornicatione corporali quàm de spirituali? Quia est contra fidem matrimonii: & fidem frangenti, fides non est seruanda. Alia ratio est quam ponit Orige. quia supra 5. cap dixit dominus. Qui dimiserit uxorem excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, & ideo dat ei occasionem mœchandi: sed postquàm ipsa peccauit, non dat ei occasionem mœchandi, ideo post potest dimittere, non ante. [Et qui aliam duxerit, mœchatur.] Sed quare non, nisi aliam ducat? quia eadem res per ea quæ soluitur, ligatur: unde quando homo habet uxorem separatam, & non aliam, adhuc spes remanet quòd uniri possint uel per consimile peccatum, uel per animorum consensum. Sed quando aliam duxit, tunc cor totaliter separauit, & assensum ab ea. Alia ratio, quia si præter fornicationem posset dimittere uxorem suam, aliquã do accideret quòd homo imponeret uxori suæ crimen ut ab ea separaretur, & alii coniungeretur, ideo

C

D

E

ideo dominus uoluit quòd non haberet aliam, unde expresse prohibet, quòd non habeat homo diuersas uxores, quia una dimissa, & alia accepta mœchatur. [Et qui dimissam duxerit, mœchatur.] Hic ponit legem quantum ad mulierem, unde non uult quòd uxor dimissa habeat uirum. Sed quare prohibet uiro ne contrahat cum ea, & non mulieri? Respõdeo, quòd mulieres magis ad malum præcipites sunt. Item tertio, frõs mulieris meretricis facta est tibi, &c. Ideo per istam prohibitionem præcipitaretur ad mala maiora. Ideo præcipit uiro quòd non contrahat, non autem prohibet mulieri. Sed quid? Nonne licebat ei quæ repudiata erat accipere alium? Dicunt quidam quòd non, quia adhuc manebat uinculum. Et inducunt illud quod habetur Deut. 24. quòd nõ poterit reuerti ad priorem, quia polluta est, sed nisi peccasset, redire posset. Alii dicunt quòd poterat alteri nubere, sed non isti, quia si posset ad eum redire, facilius repudiaret eã. Quid ergo dicis quòd polluta est? Dico quòd polluta est, quia ad eum redire non potest. Vel potest intelligi de immunditia legis, quia sacerdos non poterat eam habere. [Dixerunt ei discipuli, si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.] Postquàm dominus egit de insolutione matrimonii, hic tractat de perfectione continentiũ. Et circa hoc duo facit. Primo ponit sententiam discipulorum: secundo sententiam Christi, ibi. [Qui dixit illis, &cæt.] Dicit ergo. [Dixerunt discipuli. Si ita est causa, &cæt.] Moti sunt ad hoc dicendum, quia audierant quòd non poterat uxor dimitti nisi ob unam causam, cum tamen multæ aliæ causæ reddant matrimonium onerosum, ut aliqua immunditia, ut lepra, & huiusmodi, ita quòd impleatur illud quod in ecclesiastico dicitur. Commorari leoni, & urso melius est quàm cũ muliere nequàm. Item multam affert solicitudinem. 1. ad Corinthio. 7. Si uirgo nubat, cogitat quæ sunt mundi, &cæt. Ideo ex hoc arguunt quòd expedit cuilibet homini non nubere. ideo dominus temperat, quia contingit esse aliquid melius dupliciter, uel simpliciter, uel secundum quid: sic continere aliquibus competit, aliquibus non, quia ut dicit Apost. 1. Corinth. 7. Melius est nubere, quàm uri. Approbat sententiam discipulorum. Et primo dictis: secundo factis, ibi. [Tunc oblati, &cæt.] Et primo approbat continentiam: secundo assignat differentias continentium, ibi. [Sunt enim, &cæt.] tertio difficultatem, ibi. [Qui potest &cæt.] Dicit ergo. Qui dicit illis. [Non omnes capiunt, istud uerbum.] Ita dicitis quòd non expedit nubere, uerum est aliquibus, sed non est uerum quo ad omnes, quia non omnes habent tantam uirtutem quòd abstineant, sed quibus datum est, quia aliquibus datum est non ex proprio facto, sed dono gratiæ, Sapient. 8. Sciui quòd aliter non possum esse continens, nisi deus det. Quòd enim homo in carne uiuat præter carnem, non hominis est, sed dei. 1. ad Corinthio. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex deo, alius quidem sic, alius uero sic. Et quia possent credere quòd omnes continere possent, ideo dicit [Sunt enim eunuchi, &cæt.] Vnde distinguit quòd est continentia in aliquibus ex natura, aliquando ex uiolentia, aliquando ex uoluntate. Ideo tria genera eunuchorum tangit, quia quidam per naturam [qui a matris utero sic nati sunt,] sicut aliqui monstruose nascuntur propter defectum manus, sic & aliqui sine genitalibus: & hoc ex dei prouidentia, quia si omnia secundũ communem cursum naturæ acciderent, attribuereretur totum naturæ, & non diuinæ prouidentiæ, unde Sapient. 8. Signa, & monstra scit antequàm fiant. Item quidam per uiolentiam, ut illi qui castrantur a tyrannis, uel barbaris. Vel qui castrantur propter custodiam mulierum, qui sunt facti ab hominibus, quos scilicet uel crudelitas hominum castrauit, uel conseruantia mulierum. Et hoc dicit Hieronymus quòd scit, quia pueri acciperentur, & castrarentur, & ponerentur in domo Nabuchodonosor. Quidam uero uoluntate, ut dicit. [Et sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum.] Quidam male intellexerunt uerbum istud, dicentes scindenda esse genitalia, & leguntur hoc quidam fecisse, de quibus dicitur fuisse Origen. sed istud reprobatum est, & separari debent a clero,

F capit. ex parte, & capitul. Significauit, extra de corp. uit. Vnde quia datur occasio errori Manichæorum, qui creaturam corporalem dixerunt esse causam mali. Item, datur occasio errori gentilium, quia quidam in sacrificiis suis eunuchantur. Item, hoc factum non est in utilitate, quia tales, & si actum non habent, a concupiscentia tamen non sunt immunes. Vnde Ecclesi. 10. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam. Ideo melius est, quòd homo sibi frenum imponat, quàm membrum abscindat ut malas cogitationes, & desideria refrenans, Esa. 1. Auferte malas cogitationes a cordibus uestris.

nem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero G sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos. Iesus uero ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me uenire, talium est enim regnum cælorũ. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

Qui castrauerunt se ipsos, continuę castitati se dederunt, & hoc propter regnum cælorum. Aliquando enim membrum per actum intelligitur ut supra. Si oculus tuus scandalizat te, &cæt. Sic hic membra genitalia pro actu accipiuntur. Vnde ille se castrat, qui castitati se dedicat. Vel secundum Hieronymum. Quod continentiam seruantes sic nati sunt frigiditate scilicet naturæ, ita quòd non mouentur ad actum illum. Vnde dicuntur eunuchi propter actum eunuchorum, quem habent propter naturã quam ex utero habent, quia aliqui habent aliquam dispositionem ad aliquam uirtutem naturaliter, sicut Iob ad misericordiam, qui dicit capit. 31. Ab infantia mecum creuit misericordia. H Quidam uero ex uoluntate, uel propter simulationem, uel doctus ab hæreticis est factus ab hominibus. 2. ad Timoth. 3. Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Quidam uero propter præmium uitæ æternę. Primi duo, scilicet qui uel naturaliter, uel uiolenter castrantur, nõ habent meritum uitæ æternę, sed solum tertii. Sed numquid est uerum de primis quòd non mereantur? Dico quòd merentur quantum ad uoluntatem, licet non mereantur quantum ad actum, quia licet non possint facere, possunt tamen uelle posse facere. [Qui potest capere capiat.] Posita differentia continentiæ, hic ponitur exhortatio, ut dicit Hieronymus. Facit dominus sicut facit dux in exercitu, qui quando est capienda ciuitas dicit. Qui intrabit ciuitatem, dabitur ei hoc, uel illud, sicut dicit Dauid Ioab. Sic qui potest capere, & continere, capiat, & non retrahat se. Apostolus, 1. Corinthio. 12. Aemulamini charismata meliora. Sed quid est quod dicit? I Nonne tenetur quisque ad uirginitatem seruandam? Videtur quòd sic, quia homo ad meliora tenetur. Dicendum, quòd non est præceptum, sed consilium, sicut dicit Apostolus. 1. ad Cor. 7. De uirginibus præceptũ domini non habeo, consilium autem do, &cæt. Sed quid est? Nonne tenetur homo ad meliora? Dico quòd distinguendum est, quòd melius est quantũ ad actum, uel quantum ad affectum. Non tenetur ad meliora quo ad actum, sed quo ad affectum, quia omnis regula, & omnis actus determinatur ad finitum & certum. Et si tenetur ad melius, tenetur ad incertum. Vnde quantum ad actus exteriores, quia non tenetur ad certum, non tenetur ad meliora, sed quantum ad affectum, tenetur ad meliora. Vnde qui non semper uellet esse melior, non posset sine contemptu uelle. Sed quid est quod dicit. [Qui potest capere, &cæt.] Aut enim potentia naturali, & sic nullus potest. Aut potentia gratiæ, & sic quilibet potest, quia dicitur Lucæ. xi. Petite, & K accipietis. Item, gratia dei omnia potest. Dico quòd ly potest, includit potestatem uoluntatis. Est enim uoluntas firma, & infirma. Constat autem quòd homo cum habet uoluntatem firmam, non timet multos impulsus, sed quando non, ex facili impulsu labitur. Vnde qui potest per firmitatem uoluntatis capere, capiat, & non a natura, sed a deo. Vnde qui hoc a deo habet, consulimus quòd hoc capiat, & continet. Vel qui potest secundum opportunitatem temporis, uel conditionis temporis, ut Abraham, unde cælibatus Ioannis non præfertur coniugio Abrahæ. Item, secundum conditionem; quia qui coniugatus est, non potest continere, unde excluduntur uel ratione temporis, uel conditionis. [Tunc oblati sunt ei paruuli.] Hic ostendit quod dixit facto. Et primo ponitur paruulorũ oblatio: secundo, zelus discipulorum: tertio, satisfactio Christi. secunda, ibi. [Discipuli, &c.] tertia ibi [Iesus autem, &cæt.]. Dicit ergo. Tunc oblati

oblati sunt ei paruuli.] Dominus commendauerat castitatem, A & quia in paruulis est castitas & puritas, ideo videntes quòd puritas placeret ei, obtulerunt ei paruulos. [vt manus eis imponeret, & oraret.] Notandum quòd consuetudo erat q̃ pueri offerebantur antiquis, & benedicebant & orabant, in signũ quòd benedictio est a deo. Item, experti quod tactũ haberet salutarem, qa leprosum curauerat, & multos alios, ideo &c. Item, paruulos offerebant, qa credebant quòd qui tangeretur ab eo, de cætero a dæmonibus non infestaretur, ideo ecclesia accepit in consuetudinem, quòd paruulis exhibeantur sacramenta ecclesiæ vt magis confirmentur. [Discipuli autem increpabant eos.] Hic tangitur zelus discipulorum. Sed quare increpabant? quia credebant eum ut verum hominem fatigari ex frequentia hominum, ideo volentes parcere labori eius &cæt. Alia ratio, quia magnam opinionem habebant de Christo: ideo videbatur eis quòd inhonestum erat quòd paruuli accederent ad eum. Origenes. Quia per hoc significatur, quòd in ecclesia sunt quidam paruuli rudes: per discipulos perfecti significantur, vnde tales dedignantur cum uident paruulos, scilicet istos rudes venire ad Christum, ignorantes quòd omnes homines vult saluos fieri. Et Apostolus Rom. 1. Græcis & barbaris debitor sum. Consequenter vtrisque satisfacit. Et primo, zelo iustitiæ: secundo, satisfacit deuotioni offerentium. Dicit ergo. [Sinite paruulos &c.] idest, humiles, siue paucos, 1. ad Corin. 13. Nolite paruuli esse sensibus, sed malitia paruuli estote: & nolite prohibere, scilicet paucos propter innocentiam. Non enim sunt prohibendi imperfecti venire ad perfectionem. [Talium est enim regnum cælorum.] Dicit talium, non horum, scilicet qui ita sunt puri per innocentiam, supra 18. Nisi efficiamini sicut paruulus iste &c. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Consequenter deuotioni satisfacit. [Cum imposuisset eis manus.] Per quod virtutes confortat, Esa. 40. Qui dat lasso virtutem. [Abiit inde &c.] Aliquando Christus apponit manus, & non abiit inde, aliquando apponit & abiit, quia aliqui ita fortes sunt, quòd non retrocedunt, & vocauit Petrum, & Andræam, & mansit cum eis, Ioan. 1. Quia igitur isti adhuc imperfecti erant, nec habiles ad sequendum eum, ideo abiit inde. [Et ecce vnus accedens &cæt.] Hic agit de perfectione paupertatis: & quia duplex est via, via communis, & specialis, ut est continentia, uia prima, est via salutis, secunda perfectionis: ideo primo de prima: secundo de secunda. Et primo, ponitur interrogatio: secundo, Christi responsio: tertio, responsionis expositio. Interrogatio ponitur [Et ecce vnus accedens ait illi. Magister bone] de isto diuersa est opinio, quia Hierony. dicit, quòd erat peruersus corde. Et hoc patet, quia abiit tristis, vnde si bono corde accessisset, non abiisset tristis. Chrysost. dicit quòd a passione auaritię detinebatur, ideo ferre non potuit. Et hoc patet, quia non causa tentandi venit, quia quãdo aliqui veniebant ad Iesum causa tentandi, dominus semper respondebat eorum malitiæ, vt quid me tentatis? vel huiusmodi, sed nullum ponit hic: vnde patet quòd non tentator erat, sed imperfectus qui ad deum accedebat vt perficeretur, psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini. [Magister bone &cæt.] Vocat eum magistrum, quasi scientem. Talis enim debet esse magister qui sciat. Item, vocat bonum. De ratione boni est se communicare: vnde Sapien. 7. Sine invidia communico. Ipse enim vere bonus est, psal. 118. Bonus es tu, & i bonitate tua doce me iustificationes tuas &c. [Quid boni faciam vt habeam vitam æternam?] Audierat multa de vita æterna. Bene audierat, Declina a malo, & fac bonum, sed in lege non audierat promitti vitam æternam, sed temporalia tantum, Esaiæ 1. Bona terræ comedetis &cæt. [Qui dicit ei, quid me interrogas?] Hic ponit responsionem. Primo, respondet ut in Marco habetur, quid me dicis bonum? Hic autem. [Quid me interrogas?] Vtrumque potest intelligi, Sed quod Matth. dicit, quid me interrogas? non habet calumniam. Secundum vero id quod dicit Marcus, assumpserunt Arriani errorem dicentes, quòd pater est bonus per essentiam, filius per participationem, ideo ponebant filium inæqualem patri. Sed notandum q̃ dicit [vnus est bonus deus.] Sed nomine dei pater, & filius, & spiritussanctus intelligitur: vnde ab hoc excluditur alia creatura, quia non per essentiam

bona est. Sed quare respondet sic? Dicit Hierony. quòd respondet ad mentem ipsius, qui illam bonitatem commẽdabat, quæ solet esse in homine, quia magis ad hærebant traditionibus hominum quàm dei, sicut supra 17. dicitur. Irritum fecistis mandatum dei propter traditiones vestras, ideo reprehendit eum, quia petebat ab eo tanquàm ab homine bono, nõ autem tamquàm a deo. Sed quid est qd̃ dicit. Quid me &c. Hoc dicit tanquàm cognoscens eius affectum, quia non habebat animum ad obediendũ bono, & omne bonum temporale est imperfectũ, & vmbra respectu boni diuini, Esa. 64. B Omnes iustitiæ vestræ tamquàm pannus menstruate: vnde omnia ista bona sunt a deo, ideo si vis habere ea, pete ab eo. Ipse enim solus est bonus, psal. 135. Confitemini domino quoniam bonus &c. Ideo recurre ad deum. [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.] Quidam enim habent vitam imperfectam, quidam perfectam, & quidam totaliter extra vitam sunt, vt qui in peccato sunt, vel infideles, quia iustus ex fide viuit. Quidam igitur habent vitam inchoatam & imperfectam, vt iusti in hoc mundo: illi vero perfectam, qui iam sunt in vita æterna: vnde [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata] quia introducitur homo per mandata, Ezech. 20. Dedi eis mandata mea, & iudicia mea ostendi eis &c. Sed numquid mandata sufficiebant ad salutem? Dico quòd non, nisi ex fide mediatoris, & charitate: vnde Apostolus ad Gal. 2. Si ex lege est iustitia, ergo frustra mortuus est Christus. Item, Prouerb. 7. Serua mandata mea, & viues. [Dicit illi &c. quę?] Sequitur responsionis expositio, in qua mandata replicat. Et primo ponit mandata: secundo, radicem, ibi [Diliges &c.] C Dicit ergo. [Iesus autem dixit. Non homicidium facies &c.] & quare non facit mentionem de mandatis primæ tabulæ? quia pronum videbat ad dilectionem dei, ideo non fuit necesse. Item, hæc sunt præuia ad dilectionem. Et primo ponit negatiuum: secundo, affirmatiuum. Primo, incipit a maiori. [Non homicidium facies.] quod est contra vitam in actu. [Non adulterabis,] quod est contra vitam in potentia. [Non furtum facies,] quod est contra bona personæ. [Non falsum testimonium dices,] quod est contra personam. Item, affirmatiuum ponit. [Honora patrem &c.] Deinde ponit radicem. [Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Hic agit de perfectione paupertatis: & quia duplex est via, via communis, & specialis, ut est continentia, uia prima, est via salutis, secunda perfectionis: ideo primo de prima: secundo de secunda. Et primo, ponitur interrogatio: secundo, Christi responsio: tertio, responsionis expositio. Interrogatio ponitur [Et ecce vnus accedens ait illi. Magister bone] de isto diuersa est opinio, quia Hierony. dicit, quòd erat peruersus corde. Et hoc patet, quia abiit tristis, vnde si bono corde accessisset, non abiisset tristis. Chrysost. dicit quòd a passione auaritię detinebatur, ideo ferre non potuit. Et hoc patet, quia non causa tentandi venit, quia quãdo aliqui veniebant ad Iesum causa tentandi, dominus semper respondebat eorum malitiæ, vt quid me tentatis? vel huiusmodi, sed nullum ponit hic: vnde patet quòd non tentator erat, sed imperfectus qui ad deum accedebat vt perficeretur, psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini. [Magister bone &cæt.] Vocat eum magistrum, quasi scientem. Talis enim debet esse magister qui sciat. Item, vocat bonum. De ratione boni est se communicare: vnde Sapien. 7. Sine invidia communico. Ipse enim vere bonus est, psal. 118. Bonus es tu, & i bonitate tua doce me iustificationes tuas &c. [Quid boni faciam vt habeam vitam æternam?] Audierat multa de vita æterna. Bene audierat, Declina a malo, & fac bonum, sed in lege non audierat promitti vitam æternam, sed temporalia tantum, Esaiæ 1. Bona terræ comedetis &cæt. [Qui dicit ei, quid me interrogas?] Hic ponit responsionem. Primo, respondet ut in Marco habetur, quid me dicis bonum? Hic autem. [Quid me interrogas?] Vtrumque potest intelligi, Sed quod Matth. dicit, quid me interrogas? non habet calumniam. Secundum vero id quod dicit Marcus, assumpserunt Arriani errorem dicentes, quòd pater est bonus per essentiam, filius per participationem, ideo ponebant filium inæqualem patri. Sed notandum q̃ dicit [vnus est bonus deus.] Sed nomine dei pater, & filius, & spiritussanctus intelligitur: vnde ab hoc excluditur alia creatura, quia non per essentiam

Et ecce vnus accedens ait illi. Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit. Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrẽ tuum & matrem, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dicit illi adolescẽs. Omnia hæc custodiui a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus. Si vis perfectus esse,

D E

quis es, vt sciam quid deest mihi, psal. 38. Ipse enim solus scit quid desit nobis. Imperfectum meum viderunt oculi tui, psal. 13. Dicit ei Iesus. [Si vis perfectus esse, vade &cæt.] Primo, ponitur studium: secundo, via: tertio, quia difficilis, ponitur præmium: quarto, consummatio perfectionis. Dicitur ergo, [Si uis perfectus esse &c.] Debemus enim niti ad perfectionem, Hebr. 6. Intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectum feramur. Sed q̃rit Orig. Perfectio legis est dilectio, sed dixerat, diliges proximum tuum &c. Quare ergo dixit, Si vis perfectus esse, cum iam perfectus esset? Dicunt quidam, quòd in quibusdam libris non ponitur illud, diliges proximum tuũ &c. Et hoc patet, quia in Marco non ponitur. Aliter potest dici quòd illud dixit, sed non hoc ordine, quia in euangelio Nazaræorum ita est, Dominus dixit non homicidium facies &c. vsq; ad illud de dilectione. Et post sequitur, hęc omnia &c. Et deinde sequitur, diliges proximum &c. Tamen plana est solutio, quia duplex est dilectio proximi, scilicet dilectio secundum viam communem, & dilectio perfectionis. Vnde dicit. [Vade, & vende omnia &c.] Non partem sicut fecerunt Ananias & Saphira, vt habetur in Act. cap. 5. Et da pauperibus, non diuitibus, 1. ad Corin. 13. Si distribuero facultates meas in cibos pauperum, psal. 111. Dispersit dedit pauperibus, et non vni, sed pluribus. Sed quid est. Nonne statim talis esset perfectus? Videtur quòd non, quia adhuc passiones sunt in eo, ergo non est perfectus in virtute. Orig. dicit. quòd statim perfectus est, sicut illi perfecti sunt, quibus bona sua distribuit, 1. ad Corinth. 8. Vestra abundantia inopiam illorum suppleat, & illorum abundantia, inopiæ vestræ sit supplementum, vnde perfectio illorum transit in illum, sicut qui recepit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet &c.] supra 10. vnde uia perfectionis non est, vade & vende &c. sed tantum hoc, quod sequitur, & da pauperibus. Alia responsio est. Si uis perfectus esse, non quòd statim sis perfectus, sed quoddam principium habebis perfectionis, quia exoneratus istis, poteris facilius contemplari cælestia. August. dicit quòd vigiliæ & huiusmodi sunt instrumenta perfectionis, sed in hoc quod sequitur est perfectio. [Et sequere me.] vnde supra 4. Petrus, & Andreas relictis omnibus secuti sunt eum, & sic etiam Matth. supra 9. Sed cum dimittis hæc omnia, melior vsus est dare pauperibus, & in hoc considerandus est proximus: vnde si non est in illis perfectio, in quo consistit? Dicendum quòd in perfectione charitatis, Colos. 3. Super omnia charitatem habentes, quę est vinculum perfectionis: vnde dilectio dei est perfectio, sed dimissio rerum est via ad perfectionem, & quomodo? August. in lib. 83. quæst. dicit, quòd augumentum charitatis est diminutio cupiditatis, perfectio charitatis, nulla cupiditas. Ille ergo perfectus est in charitate qui diligit deum usque ad contemptum sui & suorum. vnde difficile, & quasi impossibile est q̃ aliquis possideat diuitias, quin eis alliciatur, & hoc patet de Grego. de quo legitur, quòd cum cogitasset melius se famulaturum Christo sub specie sæculari, cęperunt contra eum tot succrescere, ut non iam specie tantum, sed etiam mente retineretur, ideo nihil est quod animum tàm liberum faciat sicut quod non occupetur circa diuitias. Et hæc est uia perfectionis: vnde aliud est esse perfectum, & habere statum perfectionis. Quicumque habet charitatem perfectam vsque ad contemptum sui & suorum, perfectionem habet. Status perfectionis duplex est, prælatorum & religiosorum, sed æquiuoce, quia status religiosorum est ad acquirendum perfectionẽ: vnde isti dictum est, Si vis esse perfectus, & si uis ad perfectionis statum venire. Status autem prælationis non est ad acquirendum sibi, sed ad ad habitam communicandam: vnde dominus, Ioã. ultimo dixit Petro. Petre si diligis me, pasce oues meas, & non dixit, si uis perfectus esse &c. vnde talis est differentia inter perfectionem religiosorum & prælatorum, qualis inter discipulum & magistrum: vnde discipulo dicitur, si uis adiscere, intra scholas ut addiscas. Magistro dicitur, lege & perfice: vnde securior est status religiosorum, quia ignorantia non imputatur eis, sicut prælato: vnde sicut ridiculum esset magistro quòd nihil sciret, sic &c. Sed dato quòd uterque faciat quantũ ad eum pertinet, & bene vtatur officio suo, dico quòd non est comparatio, nisi sicut inter discipulum & magistrum: vnde in statu perfectiori est prelatus, etiam si des Heliam, vel quemcumque. Sed est quæstio si prælatus est perfectus, nonne tenetur omnia vendere? Dico, quòd istud sequeretur, si in hoc quod est, vade & vende &c. esset perfectio, sed non est, sed est uia & præambulum ad acquirendum perfectionem, ideo non oportet q̃ vendat ea quæ habet. Sed q̃a hoc raro cõtingit quòd quis perfectionem cum diuitiis habeat, ab eo q̃ veniet ad perfectionem, ei relinquenda sũt omnia, ideo dat dominus quod facilius est: vnde si prælatus esset idoneus, & curam bene ministraret, dico quòd esset perfectior, sicut aliquis potest dicere. Volo intrare scholas vt adiscam. Sed presumptuosum est dicere, cum nihil sciat, velle se esse magistrum: vnde August. de ciuitate dei. Status superior sine quo populus regi non potest, & si decedenter administretur, indecenter tamen appetitur. Item, est aliud esse prælatum, & in statu prælati. Numquid in statu perfectionis sunt sacerdotes plebei, vel curati? Dico quòd non sunt in statu, quia non faciunt statum. Omnis status cum sollemnitate datur, vt ordo episcopatus, religio. Cum autem datur plebania non datur cum sollemnitate: vnde statum non habent perfectionis, quod patet quia aliquibus cõmittitur cura & administratio, & si non sit promotus potest dimittere & vxorari, & aliquando factus est religiosus. Episcopus autem non dimitteret episcopatum nisi de licentia superioris, curatus pôt intrando religionem. Si aũt esset in statu perfectiori, iam caderet a statu, & sic peccaret: vnde pfectionem potest habere ẽm actum, sed non statum, quia non datur status nisi cũ solemnitate. [Vade ergo & vende &c.] quia per istud, magnũ habebis præmium, quia præmium respondet merito. [Et habebis thesaurum in cælo.] In thesauro duo sunt, stabilitas, & abundantia. Habebis thesaurũ & abundantiã spiritualiũ, psal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Esaiæ 33. Et erit fides in tẽporibus tuis. diuitiæ salutis, sapientia & scientia. [Et ueni sequere me.] Hic est finis perfectionis; vnde illi sunt pfecti, qui toto corde sequunt deũ: vnde Gen. 17. Ambula corã me, & esto perfectus. [Et sequere me] idest, imitare vitã Christi: vnde supra 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. Imitatio enim est in solicitudine prædicandi, docendi, curam habendi: vnde Chrysost. Dictum est Petro, sequere me, scilicet in suscipiendo curam totius mundi Iob. 23. Vestigia eius custodiuit pes meus. [Cum autem audisset &c.] Ostenditur affectus, quia abiit tristis. Hoc accidit cum desideramus aliquid, & non possumus habere vt optamus: vnde iste desiderabat perfectionem, & audiuit quid per hoc debebat habere, & quia cupidus erat, abiit tristis, & quare? [Erat enim habens multas possessiones.] August. Ille qui dimisit voluntatem habendi, est magni meriti, quia imputatur ei quod habere potuit, sed maioris meriti est dimittere quod iam acquisiuit, quia difficilius est quòd euellantur quæ iam sunt vnita, q̃ quæ non sunt unita, & hoc patet, quia iste qui habebat, separari non poterat. [Iesus autem &c.] Hic ponitur ratio prædictæ doctrinę. Et primo assignatur ratio: secundo, satisfacit admirationi discipulorum, ibi [Auditis.] Dicit ergo. [Iesus autem dixit discipulis suis &c.] Occasio dicendi verbum istud fuit, quia ille abiit tristis, quia dixerat. Vade &c. [Quia difficile &c.] Non dicit impossibile, & dicit. [diues] non qui habet diuitias, quia quidam habent, & non amant eas: quidam autẽ habent & amant, & confidunt in eis. Hi qui habent & nõ amant, possunt ingredi in regnum cælorũ. Si. n. hoc non esset, non diceret Paulus, Diuitibus huius sæculi, præcipe non sublime sapere &c. 1. ad Thi. 6. Sed qui habet & amat, difficile est &c. supra 13. Solicitudo sęculi huius & fallacia diuitiarum suffocant verbum, Prouerb. 28. Qui festinat ditari, non erit innocens, Eccles. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit &c. Sed hoc est difficile, ideo sequitur. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Addit aliquid quod ad impossibilitatem videtur pertinere: vnde dicit. [Et iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire &cæt.] Supra dominus dixerat, quòd diuitem erat difficile intrare in regnum cælorum, hic quòd impossibile, sicut impossibile est, quòd camelus per foramen acus transeat: vnde accipite diuitem, qui habet diuitias, & non amat, difficile est. Illum autem qui amat, & in eis confidit, impossibile est intrare

Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorũ. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabãtur valde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus dixit illis. Apud homines hoc impossibile est: apud deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico uobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hois in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus

trare in regnum cælorum. Quòd enim camelus non possit intrare per foramen acus, hoc est ex natura: quòd autem diues qui amat diuitias non possit intrare in regnum cælorum, hoc est ex diuina iustitia, sed prius possent omnia subuerti, quàm diuina iustitia immutari. Aliis, sicut Hieronymus. Non designatur impossibilitas, sed difficultas. In quadam glo. innenitur, cuius auctor ignorat, quòd Hierosolymis erat porta quæ vocabatur foramen acus, p quam non poterant cameli onerati transire, ita non pôt diues intrare in regnũ cælorũ, nisi exoneret se ex affectu diuitiarum. Sed facilius est quòd camelus exoneretur, quàm diues hunc affectum deponat. Chrysostomus mystice exponit. Per camelum significantur gentes, qui peccato idolatriæ onerati sunt, per diuites Iudæi, acus autem Christus, foramen acus est passio. Vnde facilius fuit gentilem populum transire per pastionem Christi, quàm Iudæos, quia non poterant venire nisi dimittendo cæremonias legis, & hoc ipsi non facerent. Vnde quæsitum est a dæmone, quod est graiuius peccatũ, et dixit, habere de alieno, cui responsum est. Tu mentiris. Immo dicit, quia alios peccatores sæpe amisto, istos autẽ non amisto. Vel sic [Facilius est &c.] vt per diuitem intelligamus superbum, per camelum, Christum, per foramen acus, Christi passionem: ideo facilius fuit camelum transire per foramen acus, quàm superbum humiliari. [Auditis autem his, discipuli mirabant dicentes. Quis poterit ergo salnus esse &c.] Supra dominus assignauit rationem suę doctrinæ, hic satisfacit admirationi discipulorum. Et primo, ponitur admiratio: secundo, satisfactio, ibi [Aspiciens &c.] Dicit ergo. Auditis &c.] Quis poterit saluus esse. Sed hic est quæstio literalis. Cum plures sint pauperes quàm diuites, & diuites difficile sit saluari, quomodo dicunt, quis poterit saluus esse? Respondetur quòd intellexerunt, quòd intelligeret etiam de pauperibus qui sunt diuites voluntate, quia plures sunt pauperes, qui voluntate sunt diuites. Item ipsi iam erant effecti soliciti pro toto mundo, ideo ingrtebat eis illa solicitudo, quæ habetur 2. ad Corin. 11. Soliciti & rectores omnium creaturarum. [Aspiciens autem Iesus dixit eis. Apud homines &c.] Hic satisfacit admirationi dicẽs, apud homines. Sed quid est quod dicit? Videtur enim quòd periit liberũ arbitriũ, si impossibile est apud homines. Verum est quòd non potest homo sine auxilio gratiæ dei, unde a se habet homo peccare: sed resurgere, opera salutis facere, hoc non a se sine gratia dei. Ipse enim deus est qui ista potest, Ad Roma. 9. Non est currentis, nec volentis, sed miserentis dei. vnde Iob 42. Scio quòd omnia potes, & apud te non est impossibile. Vnde secundum potentiam humanam impossibile est hominem saluum fieri, quia potentia humana non immutat voluntatem, sed solius dei est immutare eam, sicut habetur Philip. 2. Qui operatur in nobis velle & perficere. [Consequenter determinat de præmio perfectorum. Et primo ponitur interrogatio: secundo, respondsio, ibi [Iesus autem &c.] Petrus audierat paupertatem laudari, & audierat, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Audierat etiam quòd difficile est diuites intrare in regnum cælorum, ideo reputabat Petrus magnum fecisse, quia omnia dimiserat, vnde dicit. [Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce nos &c.] Et quia non solum illud audierat, vade & vende, sed vlterius, & sequere me &c. ideo addit Petrus. [Et secuti sumus te &c.] Relinquere omnia non facit perfectionem, sed relinquere omnia, & sequi Christum, quia multi philosophi reliquerunt omnia. Sed reliquerat Petrus nauem, & rhete, sed Petrus magis de affectu suo laudatur quàm de eo quod reliquit, quia ita prona voluntate dimisit, quòd etiam totum dimisisset, si habuisset. Item, sciebat quòd Christus sciebat suam voluntatem, ideo dicit. [Ecce nos &cæt.] Per quod dedit exemplũ, quòd non reputẽtur pauca dimisisse, qui dimiserunt quod habebant, etiam si pauca haberent. Et dicit Hieronymus, quòd dimittere non facit perfectionem, sed sequi dominum. Et multipliciter aliquis, sequitur deum, mente per contemplationem, Osee 6. Sciemus sequemurque, vt cognoscamus dominum &c. Vnde illi deum sequuntur, qui deum habent pre oculis, & deum cognoscunt per modum contemplationis. Item, etiam sequi dominum per obseruantiam mandatorum, Ioan. 10. Oues meæ vocẽ meam audiunt, & sequuntur me. Item, per imitationem operis, Iob. Vestigia eius secutus est pes meus. Item, per contemptum sui & suorum, supra 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum &c. Item, per puritatem mentis & corporis, Apocal. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, & sequitur agnum &c. Ad istam sequelam disponit voluntaria paupertas. [Iesus autem dixit illis, Amẽ &c.] Hic agit de præmio perfectionis. Et primo, ponit præmium perfectionis Apostolorum: secundo, perfectionis aliorum: tertio excludit quandã obiectionem. secunda ibi. [Et omnis qui reliquerit &c. tertia ibi. [Multi aũt &c.] Dicit ergo. [Amen dico uobis &c.] Quia. n. uoluit esse certũ quod dixerat, ideo veritatẽ dixisse profitetur dicendo [Amen.] Et vt ostenderet, q̃ perfectio non est in hoc, vade & vende &c. sed in hoc, sequere me, ideo dicit [quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione &c.] Regeneratio duplex est. Vna quæ est spiritus quæ fit per gratiam in baptismo, de qua, 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam. Item, est regeneratio corporis: sicut enim spiritus per gratiam regeneratur, sic & in resurrectione suscitabit corpora nostra, Ad Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quidã exponunt de prima regeneratione, & punctãt sic [Vos qui secuti estis me in regeneratione] idest, regenerati estis per gratiam, sedebitis &c. Chrysost. eodem modo, sed non punctat sic. Vnde dicit, quòd promisit eis præmium in præsenti sic. Vos qui secuti estis me &c. sedebitis. Præsens ecclesia est fides Christi. In ecclesia ista sunt diuersi status hominum, & quàmis omnes virtutes necessariæ sint ad salutem, tamen vnus laudabilior est in actu vnius virtutis, quàm alterius, alii in fide, alii in castitate, alii in charitate. Et sicut in diuersis fidelibus, sic & in Apostolis, quia Petrus feruentissimus zelator fidei fuit, sed Ioãnes in castitate polluit, sic qui feruent in fide sunt sedes Petri, in castitate Ioannis, & sic de aliis. Sed omnes sunt sedes Christi, quia omnes virtutes fuerunt in eo, ideo promisit eis, quòd ipsi essent futuri pastores ecclesiæ. Aliter secũdum August. accipitur de regeneratione, scilicet pro resurrectione. [Amen dico vobis in regeneratione] idest, in resurrectione, cum renouabuntur secundum corpus & animam, sedebitis, scilicet in sede maiestatis, idest, iudiciariam potestatem habebitis, iudicantes duodecim tribus Israel, quia sicut dedit deus filio iudicium, sic & datur his qui secuti sunt eum. Sed quid est quod dicit [super tribus Israel &c.] Nũquid alios iudicabunt? Quare ergo plus dicit [super duodecim tribus Israel.] Intelligitur tota plebs fidelium totius mundi, quia intrauit gentilitas in pinguedine oliuæ, & facta est consors promissionis factę patribus. Illi autem qui sunt infideles non iudicabuntur. Nam dicit Gregorius, quòd quidam damnantur, & non iudicabuntur vt infideles: quidam autem damnantur & iudicantur, vt qui crediderunt, & peruersi fuerunt. Et ut ponit Hieron. aliter cõdemnantur hostes, aliter qui in fide permansit, quia hostes condemnantur absentes, alii vero præsentes, ideo iudicabitis &c. Quia Apostoli conuersati sunt cum Iudæis, ideo dicitur, quòd iudicabunt duodecim tribus. Et quomodo? Comparatione, quia eos monuerant. Possent dicere. Quomodo crederemus, quòd tu esses deus, qui eras moraliter viuens inter nos &c. Sed dicet dominus. Vos eratis sapientes in lege, & non credidistis, isti erant piscatores, & crediderunt. Chrysost. quærit, quid magnum datum sit Apostolis. Nonne hoc datum etiam est Niniuitis & reginæ Austri, supra 12. Dicit Chrysosto. Quòd ipse modus osteudit authoritatem iudicandi esse datam Apostolis, quia iudicantes authoritate iudicant sedendo, aduocati & accusatores condemnant stando, ideo ad designandum quòd Apostoli iudicabunt authoritate, ideo dicit. [Sedebitis &c.] De Niniuitis vero dicit. Viri Niniuitæ surgent &c. Sed hic est quæstio, quia aliqui damnabuntur &, non iudicabuntur, sic aliqui saluabuntur & non iudicabuntur vt Apostoli, & apostolici viri: alii vero saluandi iudicabũtur, & merita eorum discutientur, & qualiter iudicabunt? Dicunt aliqui per comparationem. Sed hoc non sufficit, quia sic etiam regina Austri iudicabit. Quidam dicunt, quòd per iudicium Christi. Sed hoc non sufficit, quia sic omnes sancti approbabunt, psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Item, dicunt quidam per quandam venerabilem iustitiam, quia eleuabuntur iusti in aera Christo obuiam, & erunt assessores Christi.

Sed hoc ēt non sufficit, quia dicit [sedebitis & uos iudicantes.] Dicunt quidam quòd iudicabunt sicut liber iudicat. Iudicat enim, quia ibi scriptæ sunt leges, quæ illum iudicant sicut corda Apostolorum, & iustorum qui custodierunt mandata dei erunt liber eos condemnās. Mortui iudicati sunt libri aperti, Apocal. 20. Sed plus est, quia aliud exercebant. Vnde in psal. 148. Gladii ancipites ī manibus eorum. Quomō ergo iudicabunt? Videte. Erit iudiciū mentale, quia virtute diuina fiet, quòd singulis ad memoriam omnia peccata sua reducantur. Vnde *deceptus fuit Lactantius* qui ponit resurrectionem fieri ante iudicium per mille annos. Istud ergo erit mentale iudicium, quia per virtutem diuinam reducentur ad memoriam ea quę fecit vnusquisque. Sed non est inconueniens, quòd aliquis recipiet ab aliquo lumen aliquod, quia angelia deo recipiunt; & homines ab angelis, ideo non est mirum quòd homines illuminentur ab Apostolis qui pleni erunt, ideo non solum iudicabunt, sed etiam quoddam lumen ab eis alii iusti recipient. Sed differenter Christus & Apostoli, quia Christus authoritate, illi vero sicut promulgatores, sicut lex per angelos data est, *sic & executio iudicii* fiet per angelos, quia ecce angeli dicuntur, Iob 33. Pauperibus iudicium dabitur, qui iustitiam secuti sunt, & omnia dimiserunt. Et quare iudicabunt? Vna ratio, quia peccata de mundo sunt, vnde illi qui debent iudicare, debent esse de extra mundum, & tales sunt Apostoli, & apostolici uiri. Vnde Ioannis 15. Elegi vos de mundo. Item, dicit Philosophus, quòd virtuosus est iudex omnium hominum, sicut gustus omnium gustabilium. Sicut ergo qui vult aliquid gustare, dat ad gustādum ei qui habet gustum sanum, sic cum uirtuosus habeat gustum sanum, ideo ipse regula est omnium actuum: ideo perfecti viri vt regula iudicabunt. Item, alia ratio, quia sunt alieni a mundo, ideo magis feruenter sequuntur Christum. Isti ergo debent magis iudicare, quia de rebus contemplandis incalescunt, psal. 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis: ideo etiam quia magis assueti, sunt magis feruentes. Item, quia erant pauperes & magis abiecti, sed meritum abiectionis est exaltatio, ideo exaltabuntur. Ideo dicit, sedebitis iudicantes &c. Sed numquid Iudas iudicabit? Non, quia istæ promissiones semper sunt sub conditione, ideo dominus dicit. Vos qui *secuti estis me* &c. Vnde *qui secutus* fuerit, & perseuerauerit, iudicabit &cæt. Sed si isti iudicant, quid faciet Paulus? Si iam sedes plenæ sunt, vbi ergo Paulus? Augustinus dicit, quòd per duodecim significatur vniuersitas, quæ per septem voluitur. Numerus ergo duodenus fit ex multitudine septem, quia *septenarius numerus cōsistit* ex tribus & quatuor, & ter quatuor sunt duodecim, vel quater tria, ideo per istum numerum significatur vniuersitas electorum. [Et omnis qui reliquerit &cæt.] Posito præmio Apostolorum, hic ponitur aliorum. Et sunt hic quæstiones. Prima, quare Apostolis nihil temporale promisit, aliis vero aliquod temporale, quia centuplum accipiet &c. Et hoc patet, quia in Marco habetur quòd centuplum in præsenti. Secundum Chrysosto. Promissum fuit apostolis aliquod temporale, quia iudicium in ecclesia dei, vt prius dictum est. Vel aliter, quia allicitur vnusquisque, secundum illud ad quod afficitur. Vnde qui dimisit mundum, & ea quæ sunt in mundo, non alliciunt eum ea quæ sunt in mundo: sed alii quia alligati sunt rebus sæcularibus, alliciuntur per eas. Ideo Apostolis, quia totum dimiserant, nihil temporale promisit, sed aliis, quia habent affectum ad temporalia, ideo Apostolis iudicium promisit. Vel secundum Orige. Quod dictum est in regeneratione, hoc est præmium eorum qui omnia reliquerunt propter Christum. Sed posset aliquis dicere. Nolo omnia propter te dimittere, sed dimittam vnam domum, vel vnum agrum &c. Dico quòd si aliquid relinquis, aliquid habebis, sed si omnia, iudex eris. Sed est alia quæstio. Dixit domū, & de hoc non est dubium, sed dicit patrem, aut matrem &c. Qui iubet dimitti patrem aut matrem, iubet peccatum. Item, ipse præcepit ꝙ non dimittatur vxor, quòd honorentur parentes. Dicendum ꝙ in istis duo considerantur, naturalis affinitas, & hæc non est contemnenda, sed bene faciendum est eis si indigent. Aliquando vero retrahunt a seruitio dei: vnde tunc sunt sicut membrum scandalizans, & tunc abscindendum est illud mēbrum.

Israel. Et oīs qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Multi autē primi nouissimi, & nouissimi primi.

F & ideo præcepit hæc relinquere. Item, alia ratio, quia dominus præuidit tempus futuræ persecutionis, quòd insurgeret frater contra fratrem, ideo vult hominem separari ab eis. Alia quæstio est cum dicit, centuplum accipietis &c. quomodo intelligatur. Quidam dixerunt, quòd sanēti resurgent ante iudiciū per mille annos, & tunc Christus habebit regnum completum. Et tunc qui dimisit domū, habebit centuplum. Hiero. improbat, quia non habebit centū patres &c. Itē, turpitudo significatur, quia non habebit centum vxores. Ideo dicit Augustinus, quòd intelligitur quo ad spiritualia. Vnde nos elegit dominus pauperes in hoc mundo, & heredes regni: vnde intelligitur gratia dei, quæ ponderat omni eo quod dimittes & in infinitū, ideo ponit finitum pro infinito. Vnde [centuplum accipies] idest, aliquid quod valet centuplum. Orig. Dicit quòd etiam ad literam est intelligendum. Tu dimittis agrum, ex prouidentia dei erit quòd inueniens multos ad seruitium tuum, vnde conueniet eis tamquàm nihil habentes, & omnia possidentes, 2. Corinth. 6. Item, fratres inuenies, idest, omnes uiros spirituales. Item, præter hanc [vitam æternam, Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis &c. *Consequenter introducitur incidens*. [Multi autem erunt primi nouissimi &c.] Illi qui relinquunt aliquid propter Christum, vel omnia, si negligenter uiuant, habebunt ne istud præmium? Dico quòd non, quia imperfecte assumpserunt, & non erunt primi, sed nouissimi. Vel aliter, quia possent dicere. Vos qui reliquistis omnia &c. Iudicabimus sic. Qui per superbiam elati erant primi, sunt nouissimi. Orig. dicit quòd potest intelligi de his qui veniunt ad Christum, & tepide uiuunt, post veniunt alii feruentes & feruore suo transcendunt alios. Vel primos vocat qui ex christianis nati sunt, qui nouissimi *facti sunt respectu aliorum qui fuerunt ex gētibus*, vel Iudęis. Vel potest referri ad homines, vel angelos, quia qui primi sunt in ordine angelorum, *facti* sunt nouissimi per culpam, & nouissimi, idest, homines fient primi & superiores.

CAPVT XX.

SVPRA dominus egit de peruentione ad regnum per viam communis salutis, & per viam perfectionis, & quia quidam credunt indebite peruenire, ideo repelluntur. Et primo illi qui intendunt uenire propter temporis antiquitatem: secundo, propter carnis originem. secunda ibi. [Et ascendēs Iesus &c.] Primum ergo proponitur sub parabola patrisfamilias & conductorum. Primo, ponit parabolam: secundo concludit id ad quod prodest parabola, ibi [Sic erunt &c.] Parabola duas habet partes. Primo agit de conductione: secundo, de remuneratione. secunda ibi. [Cum sero &c.] Circa primum ponūtur quatuor conditiones, quæ sunt inuitationes operariorum ad operandum, secunda ibi. Et egressus &cæt.] tertia ibi. [Iterum autem &c.] quarta ibi. [Circa horā undecimam &c.] Circa primum tria tangit. Primo tangitur conducens: secundo ponuntur conducti: tertio modus conducendi. secunda ibi. [Qui exiit &cæt.] tertia ibi. [Conuentione autem facta &c. Iste paterfamilias deus est, cuius familia est totus orbis, sed specialiter creatura rationalis. Et dicitur, paterfamilias ex similitudine gubernationis, Sapien. 12. Tu autem pater gubernas omnia sapientia. [Qui exiit &c.] Hic agit de conductis. Primo, quæritur quæ sit vinea, qui operarii; quare conducti. Quid sit vinea ista secundum Chrysostomum iustitia est, & quot virtutes producit, tot palmites emittit, Cant. 6. Vinea mea coram me est. Gregorius. Per uineam significatur sancta ecclesia, Esa. 5. Vinea domini exercituum domus Israel est, & diuersi palmites. Operarii vero sunt qui ab Adam descenderunt, unde omnes homines, Gene. 2. Quia posuit dominus Adam in paradiso vt operaretur, & custodiret illum. Debet enim vnusquisque operari iustitiam, & excolere eam, & habere curam de proximo, Eccl. 17. Deus mandauit unicuique de proximo suo. Spiritualiter prælati sunt operarii, Esa. 61. Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio domini ad glorificandum. Dicuntur autem cōducti, qui pro merito operari debent, & quasi mercenarii, Iob 14. Militia est vita hoīs super terrā, & sicut mercenarii dies eius.

Sicut

Sicut enim mercenarius non statim accipit mercedem, sed expectat, sic nos in vita ista: sed ad hoc quòd sit bonus mercenarius, oportet quòd laboret ad commodum domini sui, sic si laboremus in vinea ecclesiæ, totum referre ad deum debemus. Vnde 1. Corin. 10. Omnia ad gloriam domini facite. Item, primo excolit, & post comedit, & sic oportet ꝙ primo excolamus & præparemō aliorum salutē, post temporalia quæramus, supra 6. Primū quærite regnū dei, & omnia hæc adiicientur vobis, Luc. 17. Ministra mihi &c. Et post comedes & bibes. Item, tertio requiritur ꝙ tota die occupetur in labore, sic cultor vineæ domini modicū tempus expendat in his quæ ad ipsum pertinent, sed necessariū est quòd expendamus totum tempus in seruitio dei, 1. ad Cor. 6. Abundantes in opere domini semper. Item, verecundatur apparere coram domino nisi bene fecerit, sic etiam non debet hic apparere coram domino nisi cum opere bono, Exod. 23. & 34. Non apparebis coram me vacuus. Sed videamus quid sit mane. Totū tēpus huius sæculi est vnus dies, psal. 89. Mille anni tanq̄ dies externa, quæ præteriit. Diuersæ horæ sunt diuersæ ętates. Prima ab Adam vsque ad Noe, & in illo tempore monuit dominus & per nuntios, & per apparitiones ire in vineam iustitiæ. Vel potest dici, quòd tota uita hominis est vnus dies. Mane huius diei est pueritia. Pueritia enim virēs est sicut herba, vnde aliqui vocant a pueritia. Ideo dicit. Qui exiit primo mane &c. Sicut uocati sunt a pueritia Hieremias, Daniel & Ioā. Baptista. Consequenter determinatur de modo conductionis. Vnde dicit [Conuēctione autem facta cum operariis ex denario diurno.]. Per denarium istum significatur vita æterna, quia denarius ille valebat decem denarios usuales. Item, habebat impressam similitudinem Regis. Vnde quod significatur per istum denarium, consistit in obseruatione decalogi, supra. 19. Si uis ad vitam ingredi, serua mandata. Item, habet similitudinem dei, 1. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus. [Consequēter agit de secunda conditione, [Et egressus circa horam tertiam &c.] Si accipiamus diem vnum, totum sæculum, sicut prima hora significat tempus ab Adam vsque ad Noe, sic secunda a Noe usque ad Abraham. Antequàm promissiones factæ sunt de Christo, tunc per angelos monuit multos, & habuit multos etiam qui monebant alios. Sed si ad vitam vnius hominis hora tertia est adolescentia, quia sicut hora tertia diei sol incipit calescere, sic in adolescentia incipit irradiare sol intelligentiæ. Item, incipit tunc calere, Iaco. 1. Exortus est cum ardore. Et istos inuenit [in foro & otiosos.] Istud forum est vita præsens. Forum autem dicitur locus in quo litigatur, forum dicitur in quo venditur & emitur, & significat vitam præsentem, quæ litigiis plena est, emptione & venditione, 1. Ioan. 5. Mundus totus in maligno positus est. Et isti otiosi erant, quia iam partem vitæ suæ amiserant. Dicuntur enim otiosi nō solum qui male faciunt, sed etiam qui bonum non agunt. Et sicut otiosi non consequentur finem, sic nec isti. Finis hominis est vita æterna; qui ergo operatur eo modo quo debet, habebit eam si otiosus non fuerit, Eccles. 33. Multa mala docuit otiositas. [Et dixit eis. Ite & vos &c.] Quia deus secundum iustitiam retribuit, 1. Reg. 20. Deus retribuet secundum iustitiam, Cum istis non conuenit cū denario. Quare cum primis, & non cum istis? Ratio est secundum quod refertur ad ætatem sæculi, quia Adam peccaturus erat, ideo posset excusari si non sciuisset suam remunerationem, sed sciuit, quia gustauit. Item ei, qui meliores habet sensus suos, magis innotescit veritas. Cum ergo sensus meliores Adam habuerit, uerius ei innotuit. Sed cum aliis non conuenit, quia semper plusquàm promittat soluit, Esa. 64. & 1. Corin. 2. Oculus non vidit absque te, quæ præparasti diligentibus te. Item, primi conducti fuerunt ad totam diem, ergo totam mercedem debent habere, ideo promittitur eis denarius diurnus, qui erit plena merces. Sed aliter non dat totam deo, ideo non conuenit cum eo, quia poterat esse quòd feruentius operabitur, & sic magis retribuetur, vel ita negligenter, ꝙ non merebitur, ideo dicit. [Et quod iustum fuerit, dabo vobis.] quia si recuperent tempus amissum, habebunt mercedem plenam, 1. ad Corin. 3. Vniuscuiusque opus manifestum erit, dies domini declarabit. Item, primos inuitauit ad cenū, sed isti spontanei iuerunt, quia in pueris non est discretio, ideo

A si faciant aliquod bonū, plus videtur esse a spiritu sancto quàm a discretione. Sed in adolescentia homo mouetur proprio consilio. Item, de primis dicitur quòd misit eos. De istis ꝙ spōtanei iuerunt. [Iterum circa horā sextam & nonam &c.] Secundum quod dies dicitur sæculum, sic hora sexta fuit ab Abraham vsq; ad Dauid, & nona a Dauid vsq; ad Christum. Sed quare coniungit duas horas? Quia tunc fuit populus distinctus, scilicet Iudaicē, & Gētilis. Vnde pōt dici ꝙ hora sexta est iuuētus, quia sicut in medio die est sol in suū perfectione, sic homo in iuuētute: nona autē hora est senectus. Et cōiūgit istas duas, quia idē est modus viuendi in vtraque. [Circa vero vndecimā horam exiit.] Ponitur quarta conditio, et tria facit. Primo, reprehendit: secundo, excusat: tertio, inuitātur. secūda ibi. [Dicit eis.] tertia ibi. [Ite & vos &c.] Dicit ergo. [Circa vndecimā vero horā &c. Nona hora est tempus Christi. Vnde 1. Ioa. 2. dicitur, Filioli nouissima hora est. Et ad Hebr. 1. Olim loquens deus patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Esa. 62. Ecce ego qui loquebar adsum. Vel potest dici senium, siue decrepita ætas, quia quidam in peccato perdurant vsque ad ætatē decrepitā, psal. 89. Vespere decidat, induret, & arescat. Et inuenit alios stantes.] Alios inuenit in foro, istos non. Ratio est secūdum Philosophū, quia differentia est inter adolescentes & senes, quia adolescētes toti sunt in spe, senes non in spe, sed in memoriis. Vnde illi in foro inueniuntur *primi quasi volentes acquirere*. Isti aūt inueniuntur stantes, quasi nō volentes acquirere, sed acquisitum obseruare. Item, vidit primos & non increpauit. Istos autem vidit & increpauit, quia primi adhuc infirmi sunt, & dominantur passiones in eis, ideo excusandi sunt, ꝙ non expendunt tempus in seruitio dei, sed senes abundant sensibus, ideo ipsos increpat. [Quid hic statis tota die otiosi?] Prouer. 12. Qui sectatur otiū, stultissimus est. Et 28. Qui sectatur otium implebitur egestate. Sequitur eorū excusatio. [Dicunt ei, quia nemo nos conduxit.] Si referamus ad statū sęculi, sic isti significant gentilē populum, qui non seruiunt deo, sed idolis. Sed excusantur, quia prophetas nō habuerunt sicut Iudęi. Vnde Psal. 147. Nō fecit taliter omni nationi &c. Vel *sm* quòd refertur ad ætatem hominis, significat quòd quibusdam nō datur occasio reuertendi ad deum vsq; ad senium. Et rō est, quia oīa tempus habent. Vel pōt cōtingere ex dispensatione diuina, quia diligentibus deum oīa cooperantur in bonū. Vnde nouit dns quòd si ante vocasset eos, nō stetissent. Tunc ergo conducuntur, qn cōsentiunt, & efficaciter magis resurgunt. Vnde dicit. [Ite & vos &c.] Vnde licet sint decrepiti, vult tamen omnes saluos fieri, 1. ad Tim. 2. Item, primis premium promisit, istis non, quia illis debebatur, quia mane seruierunt ei: istis autem debetur ex sola misericordia, Sapien. 3. Consummatus in breui, cōpleuit tempora multa. [Cum sero factum esset &c.] Hic agit de remuneratione. Et ponitur primo remuneratio: secundo, murmuratio: tertio responsio. Circa primum duo facit. Primo, ponitur tempus: secundo, persona committens: tertio, persona cui committitur. Tempus ponitur. Cum sero &c.] Et potest intelligi vel de fine ætatis, vel de fine sæculi, psal. 29. Ad vesperū demorabitur fletus, quia deficit lux mundi. Et dicitur sero, quia in mundo isto fiet iudicium. [Dixit dominus vineæ procuratori suo.]. Dominus est tota trinitas, dixit procuratori Christo. Et datur ei potestas resuscitandi, potestas iudicandi, & tangitur ordo iudicii. Tangitur potestas. [Voca operarios] idest, mortuos resuscita, Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei &c. Potestas iudicandi. [Redde illis &c.] idest, sis iudex, unde dat potestatem iudicandi, Ioann. 5. Dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Consequenter tangitur ordo. [Incipiens a nouissimis &cæt. Et hoc potest retorqueri ad ætatem sæculi, incipiēs a nouissimis,] scilicet ab his qui sacramentis imbuti sunt. Vnde maior gratia eis data est, quàm primis, Ephe. 3. Aliis generationibus non est agnitum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius &c. Vnde abundantius collata fuit eis, licet aliqua persona in veteri testamento habuerit quo ad aliquid maiorem gratiam, Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, non quia non datus fuerit spiritussanctus, sed quia tunc abundantius. Vel potest retorqueri ad

ætatem hominis, quia qui in decrepitã sunt ætate, citius moriun tur, & citius remunerantur. Vel potest esse quòd ex feruore recuperent rem prius amissam, ut legitur de latrone. Quantum ad vtrumq; dicit Chrysost. quòd illud hõ facit liberalius quod facit ex misericordia, quàm quod alio modo, ideo designaẽ quẽdam gratificatio & gaudium, Lucę 15. Gaudium est in cœlo super vno peccatore pęnitentiã agẽte. Deinde sequitur executio. [Cum venissent qui circa vndecimã horam &c.] Vel christiani, vel homines in decrepita ætate receperunt singulos denarios &c. Apost. 1. Corinth. 3. Quilibet propriã mercedem accipiet, secundum suum laborem. [Venientes autem & primi, Non retorqueatis ad templus sæculi, quia Iudæi. [arbitrati sunt quòd plus essent accepturi,] eo quòd plus habebãt in alio sæculo. Acceperunt autem & illi singulos denarios, quia singulas stolas habuerunt. Sed quid est? Nonne omnes æqualiter habebunt gloriam? Dico quòd quantum ad aliquid erit par retributio, quantum ad aliquid non, quia beatitudo potest considerari quantum ad obiectum, & sic est vna omnium beatitudo: vel quantum ad participationem obiecti, & sic non omnes æque participabunt, quia non ita clare videbunt. Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et est simile sicut si multi vadunt ad aquam, & vnus ferat maius vas quàm alter. Fluuius totum se exponit, non tamen omnes deferunt æqualiter. Sic qui animam habet charitate magis dilatatam, magis accipiet. &c. Eccle. 11. Benedictio dei in mercedem iusti festinat, & in honore velocì processus illius fructificat. [Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora &c.] Supra posita est remuneratio, hic ponitur quorundam murmuratio. Sed hic est quęstio duplex, quia dicit q̃ accipientes singulos denarios murmurabant. Per denarium intelligitur vita æterna. Est ne credendum, quòd accepta remuneratione aliquis murmuret? Non enim videtur, quia tunc esset ibi peccatum, vt habetur 1. ad Corin. 3. Neque murmuraueritis. Chrysost. dicit, quòd non est vis facienda in eo quod dicitur, sed propter quod dicitur. Vnde intelligendum est, quòd tanta erit remuneratio, quòd si possibile esset, murmurarent. Vel potest intelligi in mundo isto. Greg. dicit quòd ista murmuratio nihil aliud est quàm remunerationem differri, quia sancti qui vltimo venerunt, statim receperũt præmium, sed primi diu expectauerunt. Vnde 2. ad Corin. 6. Eandem habentes remunerationem tanquàm filiis dico, dilatamini & vos &c. Vnde illi murmurant, quia statim non acceperunt, isti autem nõ, quia statim, Hilarius & Hieron. dicunt sic. Aliquando scriptura loquitur de toto numero populi, aliquando ex persona bonorum, aliquãdo malorum, vt dicitur Hiere. 27. quòd omnis populus insurrexit in eum, & omnis populus liberauit. Hic accipitur omnis populus pro parte populi. Sic in primo tempore aliqui fuerunt boni, & non omnes, ideo attribuitur aliquid ratione bonorũ, aliquid ratione malorum, non quòd tunc, sed ante murmurabant, quia populus Iudæorum murmurauit contra gentilem, quòd æquaretur ei. Est & alia quæstio. Quid est quod dicit, qui portauim pondus diei & æstus? quia non portauerunt, nisi quantum vixerunt, & moderni similiter. Quid ergo est quod dicitur? Tripliciter respondetur. Prima responsio est, quòd spes quæ differt affligit animam. Aliqui in principio mundi fuerunt qui portauerunt pondus, quia sciuerunt suam retributionem differri; ideo dicuntur portasse pondus diei. Vel potest referri ad Iudæos qui portauerunt pondera legis, de quo pondere dicit Pet. Act. 15. Hoc est quod nec nos, nec patres nostri &c. Gentiles autem tale pondus non portauerunt, quia legi subiecti non fuerunt. Vel secundum Greg. quia primi homines longiori tempore vixerunt, vnde viuebant nongentis annis, ideo grauius pondus tulerunt. [At ille respondens vni illorũ dixit.] Hic ponitur reprehensio. Et primo, ostendit suam iustitiam & suam misericordiam: secundo remunerationis æquitatem. Circa primum tria. Primo, negat iniustitiam: secundo, inducit pactum: tertio, inducit retributionem factam. Dicit ergo. [At ille respondens vni illorũ.] Et adde, & omnibus, quia omnes vnam causam habebãt [Dixit Amice.] Amicum vocat, quia ipsum ad se traxerat, Deut. 4. Elegit semen eorum post eos. [Non facio tibi iniuriam,] quia quod meum est do isti, non quod tuum est, ideo non facio tibi iniuriam, Iob 8.

F Numquid omnipotens subuertit iudicium. Deinde cõmemorat pactum. [Nonne ex denario conuenisti mecum?] idest, pro salute consequenda, Gen. 17. Ego dominus merces tua magna nimis. [Tolle quod tuum est] idest, quod ex promissione mea habes, & vade ĩ gloriã, 2. ad Tim. 2. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illũ diẽ &c. Quidam exponunt sic. [Tolle quod tuũ est] idest, damnationem pro murmure, & vade in ignẽ æternum. Sed hoc non potest esse, quia dicit quòd acceperũt singulos denarios. Consequẽter ponit misericordiã impensam dicens. Volo autẽ &c. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit misericordiam: secundo, facultatẽ misserendi. Volo aũt huic nouissimo], i. gentili, [dare sicut & tibi.] ad Ro. 3. Quid ergo pęcedimus? Nequaq̃: sed possent isti dicere. Tu non potes. Immo dicit. [Aut non licet mihi quod volo facere?] quia licet vnicuique facere voluntatem suam de suo. Si enim esset debitor alterius, non liceret ei facere, similiter si esset sub altero, sed ipse est dominus, ideo potest plus dare. Baliuus enim non potest dare aliquid nisi secundum merita. Rex autem potest sine meritis, sed deus qui est omnium dominus potest, psal. 34. Omnia quæcumq; voluit fecit, Ad Ro. 9. Voluntati eius quis resistit? Item, notandum quòd in eo quod ex misericordia datur, non est acceptio personarũ, quia de eo quod pure meũ est, possum dare cui volo absq; acceptione personæ. Vnde dicit. H An oculus nequã est, quia ego bonus sum? Constat q̃ murmur præcedens non fuit ex defectu dñi, sed ex misericordia alii impẽsa, ideo ex misericordia & bonitate: sed nequã est ꝓprie, qui de bonitate dolet, ideo dicit. [An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum?] eo q̃ circa te iustitiam ostendi, circa alterum misericordiam? Constat autem istud esse ex bonitate. Et supra 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidum erit &c. De bonitate domini ĩ psal. 72. Quàm bonus Israel deus his qui recto sunt corde. [Sic erunt nouissimi primi &c.] Hic concludit id, pro quo tota parabola inducta est. Et primo, ponit conclusionem: secundo, remouet falsam opinionem. Dicit. Sic erunt nouissimi primi. Dupliciter potest legi secundum Chrysost. idest, nouissimi primis æquabantur, ita q̃ non erit differentia: & hoc respondet huic quod dictum est, q̃ singuli receperũt singulos denarios; nec erit differentia �means tempus. Vel aliter, i. illi qui sunt nouissimi, erunt primi, Deut. 38. Aduena erit super te, & erit in caput, tu in caudam. Vel aliqui qui erãt primi, propter negligentiam fient nouissimi. Et hoc præcedenti respondet, quia incœperunt a nouissimis. Sed posset aliquis dicere, Nõne omnes primi saluabuntur? Dicit. [Multi vocati, pauci vero electi,] quia qui fide credunt, omnes vocati sunt; sed illi electi, qui bona opera faciunt, & isti sunt pauci, vt supra 7. Arcta est via, quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

b ¶ In parte præcedenti repulit dñs intendẽtes venire ad gloriam propter temporis antiquitatem. Hic repellit eum qui intendit venire propter carnis originem. Primo ergo ponitur occasio petitionis: secundo, petitio: tertio, responsio. Occasio fuit denũtiatio passionis Christi. Et primo, denuntiat locũ: secundo, passionem: tertio, resurrectionẽ. Dicit. [Et ascendens &c.] [sup. 19. dictum est, q̃ relicta Galilęa venit in Iudæã, & non statim ascẽdit Hierosolymam, sed postmodum imminente passione. Vnde dicit [Et ascendens] idest, cum erat in promptu ascendendi. Hierosolymã erat locus altus. [Accepit duodecim discipulos secreto &c.] Et quare dicit secreto, propter duo. Primo, quia magna eis ostendere volebat, ideo omnibus non erant cõmunicanda, sup. 13. Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum. Item, propter vitandũ scandalum, quia viri qui nondum perfecti erãt, aperti fuissent ab eo, si audissent mortem eius; mulieres pronotæ fuissent ad lacrymas. Item, sciendum q̃ Iudas nondũ malum cõceperat, ideo dominus eum a secretis nõ repulit. [Et ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymam] &c.] hic notatur firmitas sui propositi, unde. Ecce, idest sumi in eodẽ proposito, & in eadẽ voluntate, quia non mutor, Eccl. 27. Stultus ut luna muratur, sapiens autẽ in sapientia manet sicut sol. Item, propria voluntate, Esa. 53. Oblatus quia ipse voluit; tangit locum, quia [Hierosolymam] Lucę 13. Non capit propheta perire extra Hierusalem. Et quare? q̃ erat locus legalis & sacerdotalis, & vtrumq; cõueniebat Christo, quia sicut sacerdos vetus debebat immolari pro

pro populo, sic & Christus hostiam obtulit pro mundo. Item, per passionem regnum acquisiuit. Item, Hierosolyma interpretatur visio pacis, Ad Colos. 2. Pacificans &c. Consequenter prænuntiatur passio. Et frequenter commemorauit suam passionem vt eam sed ucerer ad memoriam. Et tangit tria ad passionẽ pertinẽtia, quia passus est a discipulo traditionem. [Et filius hominis tradetur.] scilicet a discipulo. De ista traditione habetur infra 27. & in psal. 40. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplãtationẽ &c. Item, a principibus sacerdotum & scribis cõdemnationẽ. Vnde [& condemnabũt eum morte] Iob 34. Quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas? Sapien. 2. Morte turpissima condemnemus eum. [Et tradent eum gentibus] quia Iudæi in manus gentium eum tradiderunt, vnde dixit Pilatus. Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi &c. Ioa. 18. Et tria tangit quæ fecerunt ei, contra tria quę maxime appetunt homines, scilicet honorem, quietem, & vitam. Contra honorem, illusus est, vnde dicit [Ad illudendum] Hiere. 20. Factus sum in derisum tota die. Et in psal. 37. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt &c. Contra quietem. Flagellatus est, unde [Ad flagellandum] Esa. 50. Faciem meam dedi percutientibus, & genas meas vellentibus &c. Item, contra tertium, Occisus, unde [Et crucifigendum] Ad Philip. 2. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Deinde agit de resurrectione. [Et tertia die resurget] Hoc autem fecit deus pater, vnde Act. 2. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quòd impossibile erat teneri illum ab eo [Et tertia die] secundum August. significatum est, quòd suum simplum destruxit nostrum duplum, Osee 6. Viuificabit nos post duos dies, & die tertia suscitabit nos [Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi.] Hic ponitur petitio occasionata. Et primo, ponitur petitio in generali: secundo, explicatur dies &c. [Tũc accessit &c.] Filii isti fuerunt, Ioannes, & Iacobus, mater eorũ fuit Salome: vnde Salome nomen est mulieris. In Marco habetur, quòd filii petierunt, hic habetur q̃ mater: sed verũ est quòd mater petiit inducta a filiis. Adorans, quia cum humilitate petiit. Sciebat enim quòd semper deo placet humilis deprecatio, psal. 101. Respexit in orationem humilium. Et Iudith 9. Et prosternens se domino, clamabat ad dominum [Et petens aliquid dari ab eo] idest, rogo te vt des id quod volo, & hæc petitio non est admittenda, & qui hoc concedit, fatue concedit. Legitur de Herode, quòd istud concessit filiæ Herodiadis, & nõ reuocauit. Salomon autem matri concessit, sed quia sapiens fuit, incautũ promissum reuocauit, ideo Christus sapientior his noluit cõcedere nisi exprimeretur, supra 12. Et ecce plusquàm Salomon hic. Ideo sequit explicatio petitionis. [Et ait illi. Dic vt sedeãt hi duo &c. Sed est quæstio, vnde hæc mulier hoc conceperat. Audierat de passione & resurrectione, vnde aliquid carnale conceperat, quod statim cum gloria deberet esse in Hierusalem, ideo petere voluit filiis suis eminentiam. Item, audierat quòd duodecim erant iudicaturi, ideo præponere suos volebat, vnde ad literam intelligebat. Et sciendum, quòd Iacobus & Ioannes magis honorabantur a Christo post Petrum, ideo Petrum voluerunt excludere. Aliter dicit Chrysost. quòd ista petiit aliquid spirituale, & in hoc fuit laudanda, quia matres plus petunt temporale quàm spirituale, vnde mater si videat filium peccantem, non tantum doleat, quantum si videt infirmantem, vnde per dexteram spiritualia significantur, terrena per sinistram. Vel possumus intelligere per dextram & sinistram, actiuam vitam & cõtemplatiuã, ideo petit illos perfici in vtraque vita, Canti. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. [Respondens autem Iesus] Hic ponitur responsio. Deinde murmur aliorum, ibi [Et audientes &c.] Et circa primum tria facit. Primo increpat eorũ stultitiam: secundo examinat eorum promptitudinem, ibi [Potestis &c.] tertio, repellit petitionem, ibi [Sedere autem &c.] Sed quid est? Ipsi non petebãt, sed mater. Nouit dominus, quòd illa petebat inducta ab illis, ideo eis respondet, sicut supra 16. dixerat dominus Petro. Nescis quid dicis. Nescitis quid petatis, quasi dicat. Temporalia nõ debetis petere, sed excellentiam spiritualem, vel si intelligerent spirituale, petebant quòd super omnem creaturam haberent eminentiam, quia sedere a dextris nul

A di creaturæ conuenit, vt habetur ad Hebr. 1. Ad quem angelorum dixit aliquãdo, Sede a dextris meis &c. vnde sedere a dextris excedit omnem creaturam. Vel aliter secundum Hila. Nescitis &c. Quia iam concessi uobis quod petitis, quia dictum est supra. Sedebitis super sedes duodecim &c. Vel aliter, Nescitis quia uocaui vos ad dexterã, & vos petitis q̃ unꝰ sit ad sinistrã? Vel diabolus sicut per mulierem ad sinistram traxerat hoinẽ, volebat istos per mulierẽ reducere ad sinistrã, sed hoc non potuit, ex quo salus p mulierẽ facta est. Vel, nescitis, quia de premio cõtenditis sine merito præcedente? ideo cõsiderare debetis, quòd ad præmium non venitur nisi per merium, ideo volo vos primo examinare si potestis pati &c. Vnde dicit. [Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum?] Hic examinat eos, & pronocat eos ad pasionem leuiter, quia passionem nominat calicẽ. De isto dicitur in psal. 115. Calicem salutaris accipiã. & sequitur. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et dicitur calix, quia inebriat. Item, dicit [Quem ego bibiturus sum.] 1. Pe. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. [Dicunt ei. Possumus] Et quare sic respondẽt? Propter tria. Primo, ex amore ad Christum, quia ita adhærebant Christo, quòd mors eos ab ipso separare non posset, sicut dixit Petrus, infra 26. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Item, ex ignorantia, quia vires suas non considerabãt, B qua quibus aliquando ante factum videtur leue, in ipso actu deficiunt. Item, dixerunt ex cupiditate assequendi quod petierant. Vnde credebant statim assequi quod petebant, ideo statim concedunt [possumus] hoc ex cupiditate. Consequẽter repellit petitionem. Et primo, futuram passionẽ prænuntiat: secundo, respondet ad petitionẽ. Dicit ergo. [Calicem meum biberis,] Sed quid est? Verum est q̃ Iacobus bibit, vnde in Act. 12. Occidit aũt Iacobũ fratrẽ Ioannes gladio: sed Ioannes est mortuus sine calice passionis. Sed dicẽdum, q̃ non bibit vsque ad mortẽ, sed flagellatus fuit, in oleo positus, & relegatus. Item, multas pœnas passus est, et sic nõ fuit imunis a potu calicis. [Sedere aũt ad dexterã.] Hic respondit ad petitionem gloriæ. Si dixisset dñs. Dabo vobis, tristati essent alii. Si negasset, ipsi effecti essent tristes, ideo dixit [Sedere autem &c. Non est meũ &c. sed quibus paratum est a patre meo.] Ex hoc loco argumentati sunt Arriani, quòd nõ est æqualis dignitas patris & filii. Hieronymus, & alii exponunt, quòd ipse dat cum patre. Vnde vult dicere, non est meum &c. quasi dicat eminentia dignitatis non datur personæ, sed merito, & hoc secundum prædestinationem diuinam, 1. Corin. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se, Ioan. 14. Si abiero, & parauero vobis locum &c. Vnde ex quo parat pater, & ipse: vel non est meum dare vobis sine meritis, sed personis ex merito acquirentibus, sed meum ex prædestinatione, quæ est mihi a patre meo. Et Augustinus sic. Salome erat soror matris Christi, & quia credebant impetrare per personam magis coniunctam, ideo credebant quòd deberet eis dare, quia conjuncti ei erant secundũ carnem, sed in ipso in vna persona erant duę naturæ. Vnde dicit. Non est meum, scilicet secundum potestatem quam habeo a patre, ideo dabo secundum quòd disposuit pater meus [Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.] Supra dominus repressit indiscretam petitionem discipulorum, hic ponit indignationem aliorum. Et primo, ponitur indignatio: secundo, reprimitur verbo: tertio facto, secunda ibi. [Iesus autem &c.] tertia ibi. Considerandum quòd sicut ex quadam elatione duo fratres superiores esse volebant, sic ex quadam elatione isti indignati sunt, Prouerb. 17. Inter superbos semper sunt iurgia. Sed quare de duobus fratribus? quia non ipsi petierunt, sed mater. Sed intellexerunt discipuli ex verbis domini, quòd mater petierat ad vocem eorum. Sed quare non sunt indignati? Dicit Chrysost. quòd reuerebantur magistrum, vnde expectabant sententiam domini. Sed quando audierunt magistrum reprehendentem, tunc indignati sunt. Consequenter reprehendit eos. Et primo, ponit in medium exemplum gentilium: secundo, docet exemplum non esse sequendũ, ibi [Scitis &c.] tertio, ponit quod est imitãdũ, ibi [non ita &c.] Dicit ergo. [Iesus autẽ vocauit eos] dans humilitatis exemplum, supra 10. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.

Et sit. Scitis &c. Apud Iudæos gentiles abominabiles erant, ut habetur supra 18. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, unde horrorem incutit. [Principes gentium &c.] ut notetur, quòd hoc exemplum non est imitandum. Sed notandum quòd duplex est præeminentia, scilicet dignitatis & potestatis, & utramque tangit, cum dicit. Principes &c. Illi sunt principes, qui ex officio præsunt. Sed quid est? Numquid dominari est malũ? Dominari aliquando dicitur pro præesse. Et sic non accipitur hic. Aliquando prout correlatiuè se hãt ad seruũ, vnde idem est quòd seruiliter sibi seruũ subiicere, & sic sumitur hic. Principes enim instituti sunt ad hoc, vt bonum procurent subditis. Si vero volunt eos in seruitutem redigere, tunc abutuntur, quia vtuntur liberis vt seruis. Liber enim est qui est causa sui, seruus qui causa alterius. Et quia consuetum est apud gentiles, & adhuc est apud aliquos, ideo dicit. [Principes gentium dominãtur eorum] idest, in seruitutem redigunt subditos, Ezech. 22. Principes tui in medio eius quasi lupi rapaces. Item, aliqui habent eminentiam non in dignitate, sed in potestate, ut aliqui nobiles. Et consuetum est, quòd qui potestatem habent, non vtuntur ad beneficium, sed [potestatem exercent in eos] scilicet, ad opprimendum, non ad iustitiam. Sed dominus illam consuetudinem non tulit in ecclesia sua, ideo dicit. [Non ita erit inter vos, idest, non debet aliquis esse inter uos quasi dominatiuus, 1. Pe. 5. Neq; vt dominantes in cleris &c.] [Sed quicũque.] Contra hæc duo, dicit duo. [Sed quicumque voluerit inter uos maior fieri.] Et istud refertur ad secundũ dictũ, scilicet & qui maiores sunt &c. idest, sic desideret quis habere præsidentiam in ecclesia spiritusſancti, vt sit sicut minister, 1. Pe. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores, ut quantum plus habebis, plus in vtilibus expẽdas, ideo qui voluerit maior fieri inter uos, idest in ecclesia, fiat vt minister, idest ministret in necessitate aliorum. Quantum autem ad id quod dicitur. Principes &c. dicit. [Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit uester seruus] idest, si aliquis desiderat habere primatum in ecclesia, sciat quòd illud non est habere dominium, sed seruitutem. Serui enim est quòd totum se ad seruitium domini impendat, sicut prælati ecclesiæ totum quicquid habent, quicquid sunt, subditis debent, 1. ad Cor. 9. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci, 2. ad Corin. 4. Nos autem seruos uestros per Iesum, vnde secundum Chrysost. miserum est. Ita ergo dictum est, quòd non est agendũ, secundum consuetudinem gentilium. Quia ergo possent dicere, quid sequitur? dicit. Sequimini me, & ostendit se ministrum dicens. [Sicut filius hominis non uenit &c.] Sed contra. Nonne habetur supra 4. quòd accesserunt angeli, & ministrabant ei. Vnde Io. 12. dicitur, q̃ Martha ministrabat. Dico quòd licet ministratum fuerit ei, non tamen ad hoc venit. Sed ad quid? vt ipse ministraret, idest, abundanciam gloriæ aliis impenderet, Apostol Ro. 15. Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis. Et in Luc. 22. Ego sum in medio vestrum sicut qui ministrat. Sed dices. Est ne seruus, cum sit princeps? Ita. Seruus enim dicitur qui accipitur in pretium, & ipse fecit se pretium, & dedit se redemptionem pro multis. Vnde [venit ministrare, & dare animam suam] idest, vitam corporalem [redemptionem pro multis] Non dicit pro omnibus, quia quantum ad sufficientiam, pro omnibus: quantum vero ad efficientiam, pro multis, scilicet pro electis, vnde Ioann. 15. Maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis, Hierem. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. [Et egredientibus illis a hierico &cæt.] Repressa est indignatio discipulorum uerbo, hic reprimit facto ministerium in aliquos exercendo. Et primo, ponitur deuotio aliorum: secundo, Christi miseratio, ibi [Et stetit &c.] Circa primum, primo ponitur deuotio turbæ: secundo, cæcorum, ibi [Ecce duo cæci &c.] Dicit ergo. [Et egredientibus illis a hierico] secutę sunt eum turbæ multæ, quia multi sequebantur, ideo erat dominus solicitus, sicut multa leges est solicitudo colligentis. Sed secundum mysterium hierico defectus dicitur, & significat defectum mundi. Vnde nisi venisset dominus ad istos defectus, homines nõ uenissent ad eum. Vnde secutę sunt eum turbæ quasi oues eius, Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequũtur me. Sequitur de-

F notio cæcorum. Et ecce duo cæci &c. Et primo, ponitur deuotio secundo, constantia, ibi [Turba autem &c.] Sed hic est quæstio, quia in Luc. 18. legitur, quòd unus cæcus fuit tantum qui occurrit ei, & hic dicitur quòd duo, qui domino exeunte de hierico occurrerunt ei in exitu. Sed Marcus conuenit cum Luca, quòd erat tantum unus; et ita Matth. discrepat ab utroq; Augũstinus dicit, quòd iste cæcus, de quo Lucas scribit, fuit alius ab his, qa occurrit ei antequã itaret hierico, Sed Marcus & Matth. dicunt quòd egrediente de hierico, sed q̃ Marcus non dixerit duo sicut Matth. ratio est, quia unus erat magis notus & famosus, & propter famam miraculum erat magis famosum. Et hoc patet, quia nominat eum, quòd uocatur Barthimæus, & nõ nominantur in scriptura nisi homines multum noti. Per istos cæcos significantur duo populi, scilicet populus Iudæorum, & populus gentilium, qui sedebant secus uiam quæ est Christus. Hæc est via, ambulate per eam. Vel significantur conuersi ex utroque populo, qui sedent secus viam, idest, Christum, Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Audierunt per prædicationem, quòd transiret secũdum naturam humanam Iesus, vt mortem subiret, vt curaret infirmos, ideo [exclamauerunt dicentes, Domine miserere nostri fili Dauid] Causa exauditionis non fuit altitudo vocis, sed feruor deuotionis, psal. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exauduit me. Item, fatentur ipsum esse deum & hominem. Deum, quia dicunt. Domine psal. 109. Scitote quoniã dominus ipse est deus. Et petunt quod est proprium deo, scilicet [miserere nostri] psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Item, dicunt eum ex semine Dauid. Et in hoc confitentur humanitatem. Consequenter ponitur constantia eorum. Et primo, ponitur impedimentũ: secundo, constantia. Dicit ergo. [Turba autem increpabat eos ut taceret] vt possibile erat, quia in ista turba aliqui erant qui uenerabantur Christum, & hi increpabant eos, quia vile reputabant q̃ viles personæ ad tantũ virum accederent. Illi vero qui Christo derogabant, increpabant, quia audiebant id quod audire nolebant. Dolebant enim q̃ vocabant eum filium Dauid, Hiere. 23. Suscitabo Dauid seruum meum. Mystice significatur, q̃ aliqui excæcati per peccatum, clamant ad dominum, Miserere nostri. Sed turba cogitationum carnalium & hominum carnalium increpant eos venire ad Christum, Iob 20. Ideo cogitationes variæ

I succedunt tibi, & mens in diuersa rapitur. Sed homo contra hoc debet esse constans & viriliter pugnare, & laborare sicut docet Apostolus 2. ad Tim. 2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Sed verbum dei non alligatur verbis hominũ, et ideo sequitur. [At illi magis, ac magis clamabant. Et stetit Iesus.] Hic ponitur misericordia domini, & ostẽditur quia stetit. Et quare stetit? quia via lapidosa est & cauernosa, ideo stare voluit, quia si procederent, forte lædi possent. Secundum mysterium, quia veniendo in mundum commouit ad petendum, sed salutem dedit stando. Vnde per incarnationẽ homines promouentur, sed per eum docentem & perseuerantem, sanantur. Sequitur. [Vocauit eos] Sed quare vocauit? Vt alii facerent eis viam, & significat illos quos dominus vocat p prædestinationem, Ad Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit. Item, exquirit voluntatem. [Quid vultis faciam vobis?] Non petit ut ipse sciret, sed ut daret intelligere quòd pie petentibus satisfecit, psal. 144. Voluntatem timẽtium se faciet. [Dicunt illi, Domine ut aperiãtur oculi nostri.]

K Et hoc est iustum, ut quiliber peccator hoc petat, psal. 118. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia tua &c. Et alibi, psal. 12. Illumina oculos meos &c. Confitebantur deum, dicendo domine: & hominem, vocando filium Dauid, ideo misertus est eorum. Omnia enim ex sua misericordia facit, Tren. 3. Misericordia domini est, q̃ non sumus consumpti &c. [Tetigit oculos eorum, & confestim viderunt,] In hoc quòd tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, tangitur humanitas & diuinitas Christi. Quòd enim tetigit opus fuit humanitatis, sed quòd statim illuminauit, fuit opus diuinitatis. Ipse dominus tangit per gratiam, sed illuminat per gloriam, psal. 143. Tange montes, & fumigabunt. Sequitur [Et secuti sunt eum] Vnde non fuerunt ingrati. Multi enim antequam habeant beneficium, sequuntur dominum, sed accepto beneficio dimittunt eum, contra illud Eccles. 23. Magna est gloria sequi dominum.

CAP.

CAP. XXI.

SVPRA diuisum est euangelium Matthæi in tres partes. In prima ponit introitum Christi in mundum vsque ad tertium capit. secundo de processu in mundo, in tertia de egressu. Completis igitur duabus primis partibus, hic agitur de tertia. Et diuiditur, quia primo agitur de quibusdam præambulis: secundo de passione Christi, et hoc 26. capit. Et primo ponit prouocatio persecutorũ: secundo cõfortatio discipulorum, et hoc 24. Confortauerat discipulos prædicens futura. Inde prouocati fuerunt quidã per eius gloriam, cui inuidebãt. De hac agit in isto capitulo, aliqui per eius scientiam, & de hoc, 22. cap. Prima diuiditur in duas, quia primo agitur de gloria Christi: secundo de persecutorum indignatione, ibi [Videntes autem &c.] Circa primum tria. Primo ponitur gloria Christi quæ fuit in via exhibita: secundo quæ in ciuitate: tertio de ea quam potestatiue accepit de templo: secunda ibi [Et cum intrasset &c] tertia ibi [Et intrauit Iesus &c.] In via a duobus ei gloria impensa fuit. a per discipulos, & per ministerium turbarum. secunda ibi [Plurima autem turba. &c. Et circa primum tria. Primo ponit mandatum de ministerio: secundo ponitur ratio: tertio mandati executio. secunda ibi [Hoc autem totum &c.] Tertia euntes autem discipuli &c.] Circa primum tria. Primo ponitur locus: secundo personæ quibus fit: tertio mandatum. locus ponitur cum dicit. [Et cum appropinquasset &c.] Paulatim euangelista narrauit accessum Christi ad hierusalem. Primo narrauit, quomodo a galilæa venerat, & quomodo per hierico, & quomodo ibi cæcos illuminat, quæ erat in confinibus. Post dicit [Cum appropinquasset &c. Ad montem oliueti.] Et dicitur sic, quia ibi multæ sunt oliuæ. Et distat a hierusalẽ per vnum milliare. Bethphage erat vicus sacerdotalis, quia sacerdotes seruiebant templo per hebdomadas. In die autem sabbathi sacerdos recedens a templo veniebat vsque illuc, quia non debebat ire nisi per mille passus. Illi etiam qui ibant ad templum in die sabbathi, inde recedebant. Vel Bethphage idem est quòd domus maxillarum, quia hostiæ maxilla erat portio sacerdotis. Moraliter hierusalem interpretatur visio pacis, & significat societatem bonorum, psal. 121. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas &c. Vnde volens appropinquare hierusalem, venit per Bethphage, & per domum confessionis, Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Bethphage sita est in monte oliueti, ubi est abundantia olei, Esa. 5. Vinea facta est in cornu olei. Per oleum significatur misericordia, quia habet proprietatem lętificandi, psal. 103. Vt exhilaret faciem eius in oleo. Sic misericordia exhilarat. Hilarem enim datorem diligit deus, 2. Corint. 9. Item valet oleum ad lucernas accendendas. Dominus præcepit quòd oleum lucidissimum offerretur ei. Item vile est ad sanandum dolores, & significat gratiam spiritusſancti quæ sanat. Vnde dicitur Luc. 10. quòd samaritanus infudit oleum & vinum. [Tunc misit duos discipulos suos dicens illis.] Et significauit missionẽ Apostolorum in hunc mundum, supra 10. Sicut misit me pater, & ego mito vos. Sed duos, vt significaret charitatem quæ consistit saltem inter duos. Vnde alibi, Luc. 10. Misit eos binos & binos. Vel significat vitam actiuam & contemplatiuam. Vel duos ordines prædicantium. Iudæorũ & gentilium, vnde Apostolus Galat. 2. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est mihi inter gentes. Vel duos, qui mittendi erant ad gentes. s. Petrum & Philippum. Et facit tria. Primo mandat eis salutarem discursum: secundo dat mandatum de salute: tertio de contradicendo. Dicit ergo. [Ite in castellum quod contra vos est.] Ad literam quoddam erat castellum quod ex opposito erat. ad significandum mundum in quem misit eos dominus, Matthei. Euntes in vniuersum mundum, & iste erat contra vos, Io. 15. Elegi vos de mundo, ideo vos mundus odit. Dicit ergo. [Ite &c.] Aliquid præcipit, & aliquid prænuntiat. Præcipit. Ite &c. prænunciat [& inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea.] Alii non faciunt mentionem de asina. Vtramque in-

A uenerunt. Moraliter per asinam & pullum significantur homines brutaliter viuentes, quia quantum ad hoc similes sunt bestiis, psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus illis. Per asinam significatur iudæa, per pullum populus gentilis. Et quare per asinam significatur populũ Iudaicus, & quia triplex est proprietas asini. Primo quia est animal stultum, vnde dicitur asinus. i. insensatus. Sic homo insensatus est relinquens legem dñi, Deut. 32. Popule stulte & insipiens. Item, est oneribus depuratus, sic populus iudaicus onerib̃ legis est grauatus, vt dixit Pet. Act. 15. Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri ferre potuerunt. Item, dicuntur, qui contemnunt mandata domini. Sed ligatam vinculis. s. ignorantiæ, Sap. 17. Vna enim carbena tenebrarum omnes erant ligati. Item erant ligati vinculo peccati. Prouer. 5. Iniquitates suę capiunt impium. [Solite, & adducite mihi] Hic inducit populi saluationem. Soluite a vinculis ignorantiæ per doctrinam, psal. 106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis. Item soluite a vinculis peccatorum, vnde Petro dixit supra. 16. Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis, & in psal. 31. Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, vnde isti populum conuertentes adduxerunt ad Iesum, 1. ad Corint. 1. Nunquid Paulus &c. Esa. 66. Annuntiabunt gloriam meam in gentibus. Sed licet dicit Apost. ad Titum. 1. Oportet episcopum habere doctrinam, vt sit potens exhortari in doctrina sana, vnde quod dicit. Soluite, hoc ad doctrinam pertinet: quod vero sequitur [& siquis aliquid vobis dixerit &c.] ad potestatẽ pertinet, vnde siquis dixerit cõtradicendo, i. siquis voluerit contradicere [dicetis quia dominus his opus habet, & confestim dimittet &c.] In hoc ostenditur virtus Christi, quia non propter Apostolos dimisissent, nisi hoc fieret opere Christi inuisibiliter cor immutantis. Vnde dabat intelligere, quòd ipse erat deus, quia solius dei est immutare cor, vnde cor hominis in manu eius. Item, quia dicit confestim, dat intelligere quòd sicut illi statim dimittebant, ipsi etiam statim dimitterent. Vel ad literam, quia parum tenebit, & statim dimittet, quia solum indiget ad diem. Sed quæstio est secundum mysticam expositionem. Nonne dicitur, Bonorum nostrorum non indiget? Dico, quòd non indiget nisi ad nostram necessitatem, & ad suam gloriam, Iohel. 2. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Omne quod inuocat nomen meum. [Hoc autem totum factum est &c.] Hic ponitur ratio mandati, ne crederet aliquis quòd hoc factum esset sine ratione, ideo rationem ostendit, vt adimpleretur quod dictum est per propheram &c. Istud dicitur per Zachariam, cap. 9. sed ly vt, non tenetur causaliter, sed consecutiue. Non enim facit quia prophęta dixerat, sed potius ecõuerso. Finis enim prophęciæ est Christ̃. [Dicite filiæ Sion &c.] Annũtiate filiæ Sion, hæc dicitur plebs Hierusalem quæ subiecta erat monti Sion. Item, significatur tota ecclesia, quia Sion specula interpretatur. Annũtiate studia eius inter gẽtes. psal. 9. Prenuntiatur dignitas [Ecce rex tuus.] Isti Iudæi diu passi fuerant tyrannos, vnde expectabant regem, sicut dictum est Hiere. 40. Regnabit rex &c. Et ponit quatuor quæ dignitatem laudis regis commendant. Consequenter quatuor quæ in tyrannis inueniuntur. Primo affinitas, quia magis afficitur homo ad magis sibi coniunctos, Deut. 17. Non poteris super te facere regem, nisi &c. Vnde dicit [Ecce rex tuus &c.] idest, de gente tua. Sed quandoque reges degenerant in tyrannos, quia quærunt vtilitatem suam, quod est contra morem regis [ideo dicitur [venit tibi,] idest, ad vtilitatem tuam, Abac. 3. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. [Mansuetus.] Mansuetudo pertinet ad regem, quia infligere pœnam, ferocitatis est, Prouer. 16. Misericordia & iustitia custodit diũt regẽ. Ideo Dauid a populo dilectus fuit, quia mansuetus fuit. Item requiritur humilitas, quia dominus superbos respuit, ideo dicit [Sedens super asinã] supra 10. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. [Euntes autem discipuli fecerunt &c.] Post quam positũ

CAP. XXI.

IT cum appropinquassent Hierosolymis, et venissent Bethphage, ad montem oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his op̃ habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophe-

B tam dicentem. Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autẽ turba strauerunt vestimenta sua in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turba autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicentes. O sanna filio Dauid, bene-

C dicitur, qui venit in nomine domini. Hosanna in excelsis. Et cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est omnis ciuitas dicens. Quis hic est? Populi autem dicebant. Hic est Iesus propheta a Nazareth galilęæ.

C Et intrauit Iesus in templum dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum euertit, & cathedras vendentium columbas. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam spelunca latronum. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes. Sanna filio Dauid, indignati sunt. Et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem ait illis. Vtique. Nunquam legistis quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et relinquens illos, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit.

D Et mane cum reuerteretur in ciuitatem, esuriuit. Et cum vidisset ficum vnam in via, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in sæculum. Et ecce arefacta est ficus. Et cum vidissent discipuli, mirati sunt dicentes. Quomodo ecce arefacta est ficus? Respondens autem Iesus ait illis. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hęsitauerit, non solum de ficulnea facietis, sed etiam si montibus hoc dixeritis. Tollere, & mittere in mare, fiet. Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.

E Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicentes. In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens autem Iesus dixit illis. Interrogabo & ego vos vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis in qua potestate hæc facio. Baptismum Ioannis de quo erat? Et illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus, de cęlo, dicet nobis. Quare non credidistis ei? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt. Nescimus. Et ipse dixit eis. Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

F Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, et accedens ad primum dixit. Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem pœnitentia motus abiit. Et accedens ad secundum dixit similiter. Ille autem respondens ait. Ego domine. Et non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. Primus. Dicit eis Iesus. Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnum dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem cum videretis, nec pœnitentiam habuistis postea vt credatis ei.

G Parabolam audite alam. Homo erat pater familias qui plantauit vineam, & sepem circumdedit, & fodit in ea torculum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt fructus eius perciperent. Et agricolę tenentes seruos eius, alium cęsęrunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures quam priores, et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricolę autem cum vidissent filium, dixerunt inter se. Hic est hęres, venite occidamus eum, et habebimus hęreditatem eius. Et apprehendentes eum eiecerunt extra vineam, et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis? Dicunt ei. Malos malę perdet, et vineam locabit alis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit eis Iesus. Nunquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Propter hoc dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, et dabitur genti facienti fructum eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur. Super quem autem ceciderit, comminuet eum. Et audientes principes sacerdotum & pharisęi parabolas eius, cognouerunt quod de illis diceret. Et cum quęrerent eum tenere, timuerunt turbas, quia sicut prophętam habebant eum.

H Respondens autem Iesus rursus in parabolis dixit. Simile factum est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, et nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum parauit, tauri mei, et quæ nutrita sunt occisa sunt, et omnia parata. Venite ad nuptias. Illi autem non curantes abierunt alius quidem in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. Reliqui autem tenuerunt seruos eius, et contumeliis affecerunt, et occiderunt. Rex autem cum audisset, erat enim iratus, et mittens exercitum suum perdidit homicidas illos, et ciuitatem illorum incendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem parate sunt, sed inuitati non fuerunt dignitate. Ite ergo ad exitus viarum, quotquot inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in viam, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos et bonos, et impleta sunt nuptiarum conuiuia. Ingressus autem rex vt videret discumbentes, vidit ibi hominem non vestitum vestem nuptialem. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit ministris. Ligatis manibus et pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci electi.

I Tunc abeuntes pharisęi consilium inierunt vt illaqueent eum in sermone. Et mittunt eis discipulos suos cum Herodianis dicentes. Magister scimus quia verax es, et viam dei in veritate doces, et non est tibi cura de quoquam. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur. Licet censum dare Cęsari, an non? Cognoscens autem Iesus nequitiam eorum, ait. Quid me tentatis hypocritę? Ostendite mihi numismatę census. At illi obtulerunt denarium. Et ait illis. Cuius est imago hęc, et superscriptio? Dicunt ei. Cęsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę sunt Cęsaris Cęsari, et quę sunt dei deo. Audientes mirati sunt, et relicto eo abierunt.

K Eo die accesserunt ad eum sadducęi, qui dicunt non esse resurrectionem, et interrogauerunt eum dicentes. Magister, Moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filios, ducat frater eius uxorem eius, et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, et primus duxit uxorem, et mortuus est, et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus, et tertius usque ad septimum. Nouissime autem omnium et mulier mortua est. In resurrectione ergo cuius septem erunt uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus ait illis. Errabitis nescientes scripturas, neque potestatem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed sicut angeli dei in cęlo sunt. Non autem de resurrectione mortuorum, non legistis quod dictum est a deo dicente. Ego sum deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed viuorum. Et audientes turbę mirabantur in doctrina eius.

L Pharisęi audientes quia obmutuerunt sadducęis, conuenerunt in unum. Et interrogauit unus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quę est mandatum magnum in lege? Iesus autem ait illi. Diligis dominum deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hęc est maxima et primum mandatum. Secundum autem simile huic. Diligis proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet, et prophętę. Cum autem essent pharisęi congregati, interrogauit eos Iesus dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei. David. Dicit eis. Quomodo ergo David in spiritu dominum eum appellat dicens. Dixit dominus domino meo. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David dominum eum appellat, quomodo filius eius est? Et nemo poterat illi respondere verbum, neque ausus fuit ex illa die interrogare eum amplius.

M Tunc Iesus locutus est ad turbas, et discipulos suos dicens. Super cathedram Moysi sedent scribę et pharisęi. Omnia ergo quę dixerint vobis, seruate et facite. Secundum autem opera eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt. Alligant enim onera grauia, et impositunt hominibus humeros, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia autem opera sua faciunt vt ab hominibus videantur. Dilatant enim phylacteria sua, et magnificant fimbrias suas. Amant autem primos recubitus in cœnis, et primas sedes in synagogis, et salutationes in publico, et vocari a hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus enim est magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus enim est pater vester qui in cęlis est. Neque doctores. Quia magister vnus est vobis Christus. Qui autem maior est inter vos, erit minister vester. Quicumque autem se exaltauerit humiliabitur, et qui se humiliauerit exaltabitur.

N Vę autem vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia claudetis regnum cęlorum coram hominibus. Vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Vę vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia comedetis domos viduarum, et orabatis prolixe. Propter hoc sumetis amplius iudicium. Vę vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia circuitis mare et aridam vt faciatis vnum proselytum, et cum fuerit factus, facitis eum filio gehennę duplicato. Vę vobis duces cęci, qui dicitis. Quicumque iurauerit per templum, nihil est. Qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti et cęci. Quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et. Quicumque iurauerit in altari, nihil est. Quicumque autem iurauerit in munere quod est super altare, debet. Cęci. Quid enim maius est, munus, an altare quod sanctificat munus? Ergo qui iurat in altari, iurat in eo et in omnibus quę super eo sunt. Et qui iurat in templo, iurat in eo et in habitante in eo. Et qui iurat in cęlo, iurat in throno dei et in sedente super eum.

O Vę vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia decimatis mentam et anetum et cyminum, et omittitis quę grauiora sunt legis, iudicium, et misericordiam, et fidem. Hęc autem oportuit facere, et illa non omittere. Duces cęci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Vę vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia mundatis quod de foris est calicis et catini, intus autem plena sunt rapina et immundicia. Cęce pharisęe, munda prius quod intus est calicis et catini, vt fiat et quod foris est eorum mundum. Vę vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia similes estis sepulchris albatis, quę a foris quidem parent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcitia. Sic et vos a foris quidem parętis hominibus iusti, intus autem plęni estis hypocrisi et iniquitate.

P Vę vobis scribę et pharisęi hypocritę, quia ędificatis sepulchra prophętarum, et ornatis monumenta iustorum, et dicitis. Si fuimus in diebus patrum nostrorum, non essemus participes eorum in sanguine prophętarum. Itaque testimonium perhibetis vobis metipsis, quia filii estis occidentium prophętas. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennę? Propter hoc ecce ego mitto ad vos prophętas, et sapientes, et scribas. Et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex illis flagellabitis in synagogis vestris, et persequemini de ciuitate in ciuitatem. Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, omnia hęc uenient super hanc generationem.

Q Hierusalem, Hierusalem, quę occidis prophętas, et lapidas eos qui missi sunt ad te, quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, non me uidebitis modo donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine domini.

R Et egressus Iesus templum, abiit. Et accesserunt discipuli eius ostendere illi ędificationes templi. Et respondens Iesus dixit illis. Nonne hęc omnia uidetis? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. Sedente autem eo super montem Oliuarum, accesserunt discipuli eius seorsum dicentes. Dic nobis quando hęc erunt, et quę signum tuę uenię, et consummationis sęculi? Et respondens Iesus dixit eis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes. Ego sum Christus, et multos seducent. Audiętis autem pręlia et opiniones pręliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hęc fieri, sed nondum finis. Surget enim gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et erunt pestilentiæ, et fames, et terręmotus per loca. Hęc autem omnia initia dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem, et occident uos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, et inuicem tradent, et odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophętę surgent, et seducent multos. Et quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et prędicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, et tunc ueniet consummatio.

S Cum ergo uideritis abominationem desolationis, quę dicta est a Daniele prophęta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudęa sunt fugiant in montes. Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non reuertatur tollere uestimentum suum. Et uę pręgnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme, neque sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breuiasset dominus dies illos, non esset salua omnis caro. Sed propter electos breuiabit dies illos. Tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic Christus, aut ecce illic, ne credatis. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophętę, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur etiam electi si fieri potest. Ecce prędixi uobis. Si ergo dixerint uobis. Ecce in deserto est, ne exeatis. Ecce in penetralibus, ne credatis. Sicut enim fulgur exit ab oriente, et apparet usque in occidentem, ita erit adventus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur aquilę.

T Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellę cadent de cęlo, et uirtutes cęlorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis in cęlo, et tunc plangent omnes tribus terręę, et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cęli cum uirtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna, et congregabunt electos eius a quatuor uentis, a summis cęlorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tenerus fuerit, et folia nascantur, scitis quia prope est æstas. Ita et uos cum uideritis hęc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis, quia non transibit generatio hęc donec omnia hęc fiant. Cęlum et terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. De die autem illa et hora nemo nouit, neque angeli cęlorum, nisi solus pater. Sicut autem in diebus Noe, ita erit adventus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes, nubentes et nuptias tradentes, usque quo intrauit Noe in arcam, et non cognouerunt donec uenit diluuium et tulit omnes, ita erit adventus filii hominis. Tunc duo erunt in agro, unus assumetur et unus relinquetur. Duę molentes in mola, una assumetur et una relinquetur. Ergo uigilate quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote quia si sciret paterfamilias in qua uigilia fur uenturus sit, uigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et uos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis uenit.

U Quis putas est fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, quia super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo. Morabitur dominus meus, et cœperit percutere conseruos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis, ueniet dominus seruo illi in die qua non sperat, et hora qua nescit, et diuidet eum, partemque eius cum hypocritis ponet. Ibi erit fletus et stridor dentium.

V Tunc simile erit regnum cęlorum decem uirginibus, quę accipientes l

positum est mandatum, hic ponitur executio mandati. Et primo in generali, euntes discipuli. Ecce datur obedientiæ mandatum, Exo. 24. Omnia quæ præcepit dominus faciemus. Deinde in speciali [& adduxerunt asinam & pullum.] Per hoc significatur quòd conuerterunt & Iudæos, & gentiles; vt habetur, ad Rom. 1. Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientib⁹ debitor sum. [Et im posuerũt super eos vestimenta sua.] Vestimenta sunt virtutes eorũ; Ad Col. 3. Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ &c. Vestimenta imposuerunt, quia in exemplum aliis fuerunt; vt dicitur ad Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formã nostrã &c. [Et eũ desup sedere fecerunt.] Secundum literam dicitur, quòd super vtrũque, quia super corda iudeorum & gentilium. [Plurima autem &c.] Postquàm determinauit de ministerio discipulorum, determinat de gloria turbarum. Et primo de gloria quam exhibent ei in opere; secundo quam exhibent ei verbo, ibi [Turbę autem &c.] Et primo [Straurerunt vestimenta:] secundo ramos de arboribus. Et quare? Ad faciendum ei honorem, sicut magnis hominibus venientibus sternitur via. Item, quia via erat lapidosa, ideo ne lederetur, sternebant. Secundum mysterium, discipuli straurerũt vestimenta super asinam, quæ significant virtutes, quas a deo acceperunt; & istas communicauerunt gentilibus & iudæis. Sed vestimenta turbæ sunt legalia quæ propter Christum sunt dispersa, Ad Phil. 2. quæ fuerunt mihi lucra, hęc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Item, per vestimenta, corpora, Apoc. 3. Habes paucos in Sardis qui custodierunt vestimẽta sua. Illi ergo qui in via straurerunt vestimenta, fuerunt primi martyres, Ro. 12. Non defendentes vosmetipsos charissimi, sed date locum iræ. [Alii cedebant ramos de arboribus.] Isti sunt rami qui fructificare debebãt, per quos significãtur sancti patres. Ille ergo ramos abscidit, qui eos ad Christum conuertit, psal. 1. Et erit tanquàm lignum quod plantatum est &c. [Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebãtur.] Hic ponitur honor exhibitus ei verbo. Sed a quibus? a præcedentibus & sequentibus, scilicet ab his qui ante aduentum fuerunt, & post, & vtrique petunt salutem & habent a Christo, 2. ad Corint. 6. Eandem habentes remunerationem &c. Turbæ autem salutem petebant, unde [clamabant dicentes. Osanna filio Dauid &c.] Hæc salus incipitur in præsenti, & perficietur in futuro, supra, 1. Ipse enim saluum faciet populum suum &c. Vnde dicebant: Osanna &c. Multi dicunt quòd significat redemptionem. Sed idem est quod obsecro salue. Anna affectum dicit obsecrantis, psal. 119. Saluũ me fac &c. Et istam petunt a filio Dauid. Ita scriptum est Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum &c. Et sequitur. In diebus illis saluabitur Iuda. Et poterit hoc facere, q̃ a filius Dauid? Non, sed quia [venit in nomine domini.] Quare? quia venit cõsiens dominum, Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me. Est ergo vna salus, liberatio a peccatis, Esa. 35. Ipse veniet & saluabit nos, item alia salus, per quam liberantur ab omni pœna, Esa. 60. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Et hoc in excelsis, idest, Des primo salutem in terris, & postea in cælis. [Et cum intrasset Hierosolymam &c.] Hic agitur de gloria ei exhibita in ciuitate. Et primo ponitur admiratio turbarum. [Et commota est &c.] idest, admirata, Esa. 60. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, psal. 59. Commouisti terram, & conturbasti eã [Dicentes, quis est hic?] Et non est mirum si isti mirantur, quia etiam angeli mirati sunt in sua ascensione dicentes. Quis est hic qui venit de Edon, tinctis vestibus de Bosra? Esa. 63. Ponitur responsio. [Populi autem dicebant, hic est Iesus propheta a Nazareth Galilęe.] Propheta actũ denuntiationis significat. A Nazareth, quia ibi nutritus erat, & inde magis notus, & ideo dicebatur Nazarenus. [Et intrauit Iesus in templum dei, & eiecit ementes & vendentes.] Supra ostendit euangelista gloriam quæ Christo exhibita ẽ in via, & quæ in ciuitate. Nunc autẽ de gloria quantum ad ea quæ facta sunt in templo. Et tria sunt gesta in templo quæ pertinent ad gloriam Christi, quia primo purgauit templum: secundo infirmos curauit: tertio ora infantium aperuit. De istis per ordinem determinat euangelista. Circa primum, primo ponitur visitatio templi: secundo purgatio: tertio reprehensio iudeorum. secunda, ibi [Et eiiciebat &c.] tertia, ibi [Dixit eis &c.] Dicit ergo. [Et intrauit Iesus in templum dei &c.] Sed quare intrans ciuitatem, statim venit ad templum? Vna ratio, quia venerat vt hostia immolanda, ideo primo venit ad locum immolatiõis, & iste erat dies statutus in quo agnus præsentari debebat, vt legitur Exo. 12. q̃ luna decima debebat agnũ præsentari, qui debebat occidi, 14. luna. Sed occisus ẽ in die ionis in sero. ergo oblatio fieri debuit in ramis palmarum. Secunda ratio, quia ostendit se esse filium reuerendi patris, vt reuerentiam patri exhiberet, venit ad domum patris sui, Malach 1. Si ego pater, vbi honor meus? Et in hoc datur nobis religionis exemplum, vt cum in ciuitatẽ aliquam venimus, quòd primo templum adeamus, psal. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum. Item, egit vt bonus medicus, qui primo obuiat causæ morbi. Vnde ægritudo & causa corruptionis spiritualis a templo procedit, quia si sacerdos est corruptus, de facili corrumpetur populus, ideo primo adiuit templũ, vt curationem adhiberet primo circa templum, Ezech. 9. A sanctuario meo incipite &c. Ad intellectum istorum deberis intelligere, vt legitur Exo. 23. quòd omnes filii Israel semel in anno habebãt comparere coram domino, & non debebant apparere vacui, sed debebant offerre oblationes suas. Et ita erat quòd illi qui de prope habitabant, adducebant secum animalia sua vt fic lucrarentur. Item, quia aliqui non habebant pecuniam, ideo habebant nummularios qui accommodarent non habentibus, & sic non possent se excusare ab oblatione. Sed quia prohibitum erat quòd non accommodarent ad vsuram, ideo vsuram non recipiebant, sed munuscula quæ coliba dicuntur, s. vuas passas, vel huiusmodi. Item, quia aliqui erant pauperes qui non poterant habere animalia grossa, nec eis crederetur, ideo habebant ministros qui vendebant columbas & turtures, ne alicui deficeret oblatio. Vnde dominus non reprehendebat oblationes, sed cupiditatem eorum. Dicit ergo. [Et eiiciebat ementes & vendentes] ad literam. Vendentes erant ministri sacerdotum. Item, habebant nummularios, ideo [mensas nummulariorum euertit] & cathedras vendentium columbas idest, sedilia, in quibus sedebant. Mystice in templo, idest, in ecclesia sunt qui lucris temporalibus inhiant, qui de ecclesia eiiciuntur, quia qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, & in laqueũ diaboli. Nummularii possunt dici diaconi, quibus datur administratio temporalium, vt habetur Act. 6. Vnde cum officium dispensationis retorquent ad quęstum, debent eiici de ecclesia. Per columbam intelligitur spiritussanctus, vnde uendentes columbas sunt prælati uendentes dona spiritualia, ut ordinẽ, uel huiusmodi, Act. 7. Pecunia tua tecum sit in perditionẽ. Item, potest exponi quòd vnusquisque est templum dei, 1. ad Corin. 6. Nescitis quia templum dei estis uos &c. Vnde debet unusquisque expellere a se uenditionem & emptionem, ut non seruiat deo propter diuitias. Item, auaritiam quæ per nummularios. Item, simoniæ prauitatem, euellere etiam appetitum simoniæ a corde qui per cathedras significatur. Sed hic est quæstio literalis, quia habetur in Ioã. 2. quòd ante traditionẽ Ioã. factum fuit istud miraculũ, hic autem habetur quòd imminẽte passione. Dicit Augu. quòd bis factum est istud miraculum, ideo magis sunt culpabiles, cum alias reprehensi fuissent. Item, cum esset homo despectibilis & humilis, quomodo hoc potuit facere contra uoluntatem sacerdotum & magnorum? Hiero. dicit, quòd hoc est unum maximum miraculum quod dominus fecerit, & quòd uirtus quædam radiabat a uultu suo, per quam terrebat homines quando uolebat. [Et dixit eis &c.] Hic reprehendit eos. Et primo in hoc quod pertinet ad dignitatem templi: secundo per hoc quod pertinet ad usum. Scriptum est, scilicet Esa. 56. [Domus mea domus orationis est.] Expositio huius habetur. 3. Reg. 8. Vnde dicit,

dictus qui venit in nomine domini Osanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? populi autem dicebant. Hic est Iesus propheta a Nazareth Galileæ. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis. Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum: & accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem Principes sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes. Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique, Nũquã legistis, quia ex ore infantium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit, & videns fici arborem vnam secus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi. Nunquàm ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus, ait eis. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.

cit, cum cæli cælorum capere te non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui tibi? Vnde non dicitur domus domini, quia ibi corporaliter inhabitet, sed quia locus est deputatus ad orandum deum, sicut aliquis dominus habet locum ubi petitiones recipit & exaudit, sic templum est locus ubi dominus uota fidelium audit. Ecclesia uestra specialiter dicit domus, quia ibi habitat corporaliter in sacramento Christus deus, psal. 147. Nõ fecit taliter omni nationi &c. Vnde August. in regula. In oratorio nihil aliud fiat, nisi ad quod deputatum est. Consequenter reprehendit eos quantum ad usum. [Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Qui ea quæ religionis sunt in quæstum conuertunt, ut latrones in speluncis latitant, ut solent transeuntes, & sibi acquirant quod non est suum. [Accesserunt autem ad eum cæci & claudi.] Hic ponitur quod ad gloriam Christi pertinet quantum ad infirmorum curationem. Cæci uero qui in templo sunt, significant eos qui excęccati sunt p̃ ignorantiam, Esa. 59. Palpauimus sicut cæci parietem. Claudi dicuntur qui per uias ambulant iniquorum, 3. Reg. 17. Vt quid claudicatis in duas partes. Et isti accedunt ad Christum in tẽplo, & sanat eos. Et congruit huic facto locus, per quod significatur quòd morbi spirituales non curantur nisi in ecclesia. Facto ostendit, quia pueri clamauerunt supra, Benedictus qui uenit in nomine domini, Esa. 33. Ecce dominꝰ uenier, & saluabit nos: tũc aperientur oculi eorum. Sequitur indignatio sacerdotum. Vnde dicit, [Videntes autem principes sacerdotum &c.] indignati sunt. De talibus dicitur. 2. ad Thi. 3. Semper proficiunt in peius. Et primo ponitur reprehensio: secundo inquisitio: tertio responsio. Circa primum tria. Primo ponitur causa indignationis: secundo ponitur indignatio: tertio ponitur confutatio. Vnde uidentes mirabilia quæ fecit, scilicet cæcos illuminari &c. & non minus fuit quòd ementes & uendentes eiecit. Hoc enim uidentes dicebant ad eum conuersi. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea aĩa mea, psal. 118. Item, uidentes [pueros clamantes Osanna &c.] Debebant moueri ad reuerentiam, supra. 11. Abscondisti ea a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, Marci. 4. Vt uidentes non uideant &c. unde isti pueri laudabant, sed isti sapiẽtes indignati sunt, & dixerunt ei. [Audis quid isti dicunt] quasi dicerent, Non est iustum quòd homo purus sustineat laudari ut deus, Act. 12. quia Herodes sustinuit ut honoraretur ut deus, ideo percussus est ab angelo, & consumptus uermibus expirauit, in quo datur nobis exemplum quòd si laudamur, supra nos, quòd non debemus sustinere. Sed ipse non poterat laudari supra se, quia ipse deus erat. Sequitur reprobatio. Et primo reprobantur uerba: secundo facta. [Iesus autem dixit eis, utique.] Dominus ualde sapienter responder. Intendebant quòd si reprimeret pueros, quòd ipsi haberent propositum: si non, haberent accusationem erga eum. Sed dominus ita sapienter responder, quòd nec pueros reprobauit, nec ipsi habuerunt unde calumniari possent. Vnde dixit [Vtique audio] sed nihil contra me dicunt. Sed Dauid dicit. [Ex ore infantium & lactentium &c.] Non dicit dixisti, sed perfecisti, quia quòd tales pueri laudant deum, hoc est ex diuina inspiratione, quia dei perfecta sunt opera, Deut. 32. Vnde non ex industria sed a spiritu sancto, Sap. 10. Qui linguas infantium facit disertas. Sed quomodo dicit infantes, quia tales non possunt loqui, ergo nec laudare. Dico quòd non dicũtur infantes propter ætatem, sed propter simplicitatem, quia a malitia immunes, Apost. 1. Corint. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Item, lactantes dicuntur, quia a miraculis commouebantur, in miraculis commoneri est quidem ut lac, quia lac absque difficultate bibitur, sic isti cum dulcedine per miraculũ adducuntur ad fidem, ad Heb. 5. Facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. [Et relictis illis abiit foras &c.] Hic confutat facto. Et primo facto quod fit circa se: secundo facto quod fit circa ficulneam. Dicit ergo quòd relictis illis &c. Et derelictio illa fuit signum quòd ipsi deseliquerent eum, Hiere. 51. Curauimus Babylonem, & non est cutata. Et transit in Bethania, in domum obedientiæ. Ibi enim moratur Iesus, ad Ro. 6. [Et mansit ibi] quia in obedientibus sibi manet, Act. 5. Obedire oportet deo magis quàm hominibus, & non solum in Bethania, sed in quemcumque obedientem. Vnde Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et sequitur. Et mansionem apud eum faciemus. [Mane autẽ reuertens in ciuitatẽ &c.] Hic ponitur confutatio sub quodam figurali facto. Et primo ponitur factum: secundo discipulorum admiratio. Circa primũ, primo ponitur occasio miraculi faciendi: secundo sterilitas arboris: tertio maledictio: quarto effectus. Dicit ergo. Mane reuertens &c. Per hoc significatur solicitudo quam habebat de salute iudæorum. Vnde mane venit sicut operarius solicitus de digita sua, sicut supra. 20, quòd simile est regnum cælorum patri familias, qui exiit primo mane &c. [Esuriit] & corporaliter, & spiritualiter, quia semper desiderat facere uoluntatem patris, Ioan. 4. Meus cibus ẽ ut faciam uoluntatem eius, qui misit me. Item corporaliter. Sed quo modo? Cum esset deus omnia in potestate sua habebat, unde quando uolebat, ieiunabat. Vnde supra. 4. Ieiunauit. 40. diebus & 40. noctibus, sed quando uoluit, esuriit. [Et uidens fici arborem.] Sed quare magis in ficu hoc miraculum fecit? quia arbor humidissima est. Vnde quòd statim aruit, euidentissimum fuit miraculum. Et significat iudęam propter duo, cum quia ficus profert grossos, qui cicius maturescunt, & isti fuerunt Apostoli, qui maiores fuerunt. Item, fructus iste sub una cortice multa habet grana, sicut sub una lege fuerunt multi. Et ista erat [secus uiam]. 1. Christum, quia in expectatione fuit, & non uoluit ad uiam uenire. Ipse enim est uia, Ioã. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita &c. & Esa. 40. Hæc uia, ambulate per eam &c. [Venit ad eam.] In Marco habetur quòd uenit ad uidendum si aliquid inueniret. Sed quid est, tunc non erat tempus ficuum. Dicendum, quòd aliquando scriptura aliquid ponit non quod ita sit, sed ꝓpter aliquem effectum: unde non uenit ut quæreret, sed uenit propter suspitionem discipulorum, unde uenit propter miraculum exercendum: uenit ad eã, quando uisitauit iudæam, Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Ista habet folia, scilicet obseruantias legales. Sed non fructum. Sic aliqui quandam speciem honestatis habẽt, licet interius mali & peruersi sint. Sequitur maledictio. [Et ait illi. Nunquàm ex te fructus nascatur.] Videtur quòd iniuste egerit, quia non erat tempus ficuum. Item, uidetur q̃ iuturlerit iniuriã possessori. Vide q̃ sicut uerba domini sunt quædam figura, sic facta. Aliquando dominus uult manifestare suam doctrinam, & tunc manifestat eam in hominibus. Aliquãdo suam potentiã punitricem, & tunc manifestat eam in aliis. Vnde exercuit ibi potestatem, ut ostenderet quòd iudęa sterilis futura esset, sicut habetur Rom. 11. Sic aliquando contingit q̃ aliqui mali interius, exterius autem uirentes, siccantur a domino ne alios corrũpant. 2. ad Thi. 3. Homines corrupti mente, & reprobi circa fidem, sed ultra non proficient, Luc. 13. Ecce tres anni sunt ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, Abscide eam. Sequitur effectus. [Et arefacta est &c.] psal. 21. Aruit tanquàm testa uirtus mea, quia in tẽpore discipulorum iudaismus aruit, et post legalia aruerunt crescente euangelio. Et ipsi facti sunt abominabiles, terra fructifera uersa est in amaritudinem a malitia inhabitantium in ea, psal. 106. [Et uidentes discipuli] Hic ponitur admiratio: secundo admirationis satisfactio. Dicit. [Et uidẽtes discipuli admirati sunt,] sicut mirantur homines quãdo uidetur animus bonus & cito arescit, sic isti mirantur quomodo tam cito aruit. [Respondens autem Iesus &c. Hic satisfacit. Et primo ostendens uirtutem fidei. Vnde dicit. [Amẽ dico uobis.] Supra eandẽ sententiam posuit: sed hic exponit, unde dicit. [Si habueritis fidem &c.] & non hęsitaueritis, quare fides firma debet esse sine hęsitatione, Iac. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Non solum de ficulnea facietis. Ipse enim per fidem inhabitat in homine, & operatur in homine: ideo sicut ipse facit & ille in quo habitat, [Si dixeritis monti huic &c.] Quidam dicunt q̃ numquã factum est. Dicit Hiero. q̃ multa fecerunt Apostoli quę non scripta sunt. Item, si non legitur ab eis factum, legitur ab aliis uiris apostolicis, fuisse factum, ut de quodam Grego. narrat, ut dictum est supra. Item, dominus non dixit q̃ fieret, sed quòd posset si necessitas esset, sed necessitas non se obtulit. Spiritualiter per montem intelligimus diabolum. Vnde si diabolo dixeritis, Iacta te in mare, idest, in infernum, ita fiet. Vel [in mare] idest, in malos homines: uel per mare superbia, ipsalm. 89. Antequàm montes fierent, aut formaretur terra & orbis &c. Vnde si dixeritis superbo. Tolle a iustis [& iacta te in mare] idest, in malos homines. Vel per montem Christus, unde si dixeritis monti huic, idest, Christo tolle te, scilicet a Iudæis, & iacta te in mare, idest in gentiles, qui sunt in mare per turbulentiam, Act. 13. Quia indignos uos reputastis æternæ uitæ; ecce conuertimur ad gentes. Item, tangit fidei uirtutem, quãtum ad orationem, quia quæcumque petieritis &c. supra. 7. Petite, & accipietis.

b ¶ Hic reprehendunt inquirendo. Et primo ponitur inquisitio : secundo confutatio, ibi [Respondens &c.] Circa primum duo. Et primo ponuntur interrogationes : secundo Christi responsiones. Et primo ponitur interrogatio indæorum : secundo Christi ibi, Respondens autem Iesus, interrogabo vos &c. Dicit ergo [In qua potestate hæc facis.] Ipse eiecerat ementes & vendentes de tẽplo. Item fecit miracula, ideo petunt in qua potestate &c. Chryso. dicit, quòd in multo erat duplex potestas, scilicet regis, & sacerdotalis, vnde quantum ad primum petunt, vnde profiteris hanc potestatẽ habere? Itẽ, quantum ad secundum. Quis dedit tibi hanc potestatẽ? Habes ne a sacerdote vel a Deo? Sic. nam erat quòd filii succedebãt sacerdotib⁹ in potestate, Quis dedit tibi? Non habes hoc a Cæsare, non a sacerdote, vnde Chrysostomus. Omnis homo, qualis est opinio de aliquo apud eum, talem eum existimat. Ideo quia ipsi non habebant opinionem bonam de Christo, ideo &c. Vel ad factum miraculorum potest retorqueri. Est potestas dei, & potestas diaboli, Iob. 41. Non est potestas in terris quæ huic valeat comparari. Vnde [in qua potestate hoc facis] an dei, an diaboli. Sed Orige. obiicit, quòd si in potestate diaboli faceret, non diceret. Ideo aliter exponit, quia dicit quòd potestas dei multiplex est, quædam in generali, multæ in speciali, vt quædam ad hoc, quædam ad illud. Vnde petunt in qua potestate, idest, in quo gradu potestatis, vt de prophetis. Quidam enim habuerunt vnam potestatem, quidam aliam. Secundum Chryso. quando aliquis interrogat vt discat, tunc ei respondenda est veritas: sed quando vt tentet, tunc reprehendendus est & confutandus. Sic dominus quia sciebat q̃ tentabant, dixit [Interrogabo uos & ego vnum sermonem. Baptismus Ioan. &c.] baptizauit Petrus, nec dicitur baptismus Petri, & baptizauit Ioãnis & dicitur baptismus Ioã. quia in baptismo Ioan. totum factum erat hominis, sed in baptismo Petri remittebantur peccata, quod per hominem fieri nõ poterat, Ioan. 1. Ille super quem videris spiritum descendentẽ, & manentem super eum, ille est qui baptizat in spiritu sancto : licet enim Ioan. baptizaret, non tamen a se, vnde Ioan. 1. Ipse qui me misit baptizare in aqua dixit mihi &c. Consequenter agitur de responsionibus. Et primo de responsione iudæorum : secundo Christi. Verum est quòd minores crediderunt, sed pharisæi indignati sunt, ideo si dicerent quòd ex hominibus, sequeretur eorum confusio. Item omnes habebant Ioannem sicut prophetam, supra. 11. Quid existis in desertum videre &c. [Et respondẽtes dixerunt, nescimus.] Mentiuntur, psal. 26. Mentita est iniquitas sibi. Consequenter ponitur responsio Christi [Nec ego dico vobis.] In quo habetur exemplum, quòd qui non vult dicere quod scit, quòd dominus abscondit alia ab eo, vnde Sine fictione didici, & sine inuidia communico. [Quid autem uobis videtur? Homo quidam habebat duos filios &c.] Supra dominus inquisitionem repressit sua interrogatione, hic inquirentes redarguit. Et primo de inobedientia : secundo de malitia, & hoc secundum duas parabolas, quarum secunda aliam exponit & declarat. Circa primum duo. Primo ponit parabolam : secundo expositionem, ibi [Dicit illis Iesus &c.] Circa primum tria. Primo committit audientibus iudicium : secundo narrat factum : tertio requirit sententiam. Dicit [Quid uobis uidetur.] Magnum est testimonium pro eo quòd iudicium aduersariis committit, Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione, & quod iustum est iudicate. Deinde proponit factum. [Homo quidam habebat duos filios.] Iste homo, deus est. Duo filii sunt duo populi, Eccli. 3. Intuere in omnia opera altissimi, duo contra duo, vnum contra vnum. Vel duo genera hominum, iusti & peccatores. Non dicuntur iusti quicumque, sed qui profitentur se iustos, & peccatores non quicumque, sed qui pœnitentiam agunt. Vel iisti duo filii sunt clerici & laici. Agitur ergo de obedientia. Et primo ponitur mandatum : secundo recusatio : tertio impletio. [Et accedens ad primum.] Primus est populus gentilium qui incœpit a Noe, sicut populus iudæorum ab Abraham. Item, primus dicitur gens laicorum, quia clerici sunt pp laicos ad informandum eos. Vnde accessit ad primum, idest, ad populum gentilem per internam inspirationem, vel per manifestationem angelorum. Dixit, fili vade operari hodie in vineam meã. Vinea dei iustitia ẽ. Operare ergo in vinea, idest, opera fac iustitiæ. Et dicit hodie quasi per totum tempus vitæ tuæ. Et quando dixit? Quando interius inspirauit dando lumen rationis, psal. 4. Multi dicunt, q̃s ostẽdit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine &c. Cõsequenter ponitur recusatio. [Ille autem respondens ait. Nolo.] hoc nihil aliud est quàm contemnere mandata dei, Iob. 21. Sciãt uiarum tuarum nolumus. Post sequitur adimpletio. [Postea autem pœnitẽtia motus, abiit] Hiere. 31. Postquàm conuertisti me, egi pœnitentiã. Sequitur inobedientia secundi. Et primo ponitur mandatum : secundo transgressio. Dicit [Accedens ad alterum] hoc est, iudaicum populum, vel qui iustos se dicunt [dixit similiter. Et ille respondens ait. Eo domine.] Profitetur iustitiam se seruaturum. Vnde dicit populus iudaicus. Omnia quæcumque præceperit dominus, faciemus, Exo. 24. Sic etiam dicunt clerici & quicumque religiosi, vnde promisit ire. [Et non iuit. 1. Malach. 2. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos, irritum feristis pactum dicit dominus exercituum. Tunc expetit sententiam, quis ex duobus voluntatem fecit patris? Primus non promisit, sed fecit, secundus promisit, sed non fecit. Quis ex istis, &c. Respondent & dicunt ei. Primus, quia melius est non vouere, quàm post votũ promissa nõ reddere, Eccl. 5. Et 2. Pe. 2. Melius est uiam ueritatis non agnoscere, quàm post agnitionem retrorsum abire. Est enim ibi duplex peccatum. Peccatum inobedientiæ, & transgressio voti. Consequenter adaptat parabolam. Et primo ponit præeminentiam gentilium ad iudæos, vel laicorum ad clericos : secundo rationem assignat. Dicit illis. [Amen dico uobis, quòd publicani &c.] Simile dictum est supra. 20. Et erunt nouissimi primi &c. Chryso. quærit, quare magis ponit publicanos & meretrices quàm alios. Respondet quòd per publicanos intelligit peccatores. Peccatum publicanorum est auaritia, quia cum tributa recipiunt, multa sibi acquirunt, & ultra quàm commissum sit sibi, rapiunt. Sed peccatum hominum est auaritia, peccatum mulierum est luxuria cum sint otiosæ, & multa mala docuit otiositas, Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, abundantia panis & otium. [Præcedent vos in regno dei] idest, magis appropinquant ad regnum, supra. 12. Viri Ninuitæ præcedent uos &c. Sequitur ratio. Et primo dicit, quòd Iudæi inobedientes fuerunt : secundo quòd publicani obedierunt : tertio quòd non secuti sunt eum. Dicit. [Venit Ioan. ad uos in uia iustitiæ] quia in iustitiæ uiã duxit. Vel in uiam iustitiæ, quia uiã iustitiæ obseruauit, scilicet viam pœnitentiæ [& non credidistis] Dicebant enim ei, Helias es tu, & cum dixisset non, dixerunt. Quid ergo baptizas, Ioan. 1. [Publicani autem & meretrices credunt ei] Et hæc habetur, supra. 3. q̃ uenerunt ad Ioan. vt baptizarentur. [Vos autem uidentes] alios. s. conuerti, & implere quod mandauerat [nec pœnitentiam habuistis, vt postea crederetis ei.] Ille enim est pessimus qui de facto suo non pœnitet, Hiere. 8. Nullus est qui agat pœnitentiã de peccato suo, dicẽs. Quid feci &c. [Aliam] parabolam audite.] Dominus interrogauerat de baptismo, & noluerunt respondere. Modo autem occulte interrogat vt non percipiant, ideo distinxit parabolam, & fecit duo. Primo ponit parabolam : secundo exquirit eorum sententiam, ibi [Cum ergo &c.] Circa primum duo. Primo ponitur beneficium exhibitum : secundo ponitur requisitio recompensationis, ibi [Cum autem &c.] tertio ponit ingratitudinẽ, ibi [Et agricolæ &c.] Circa primum tria. Primo ponitur plantatio uineæ : secundo eius ornatio : tertio eius locatio. Dicit ergo [Homo

[Homo erat pater familias qui plantauit vineam &c.] Simile ponitur Esa. 5. vbi dicitur. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio oleo, hic autem dicit quòd pater familias plantat vineam. Dicunt aliqui, quòd ibi inuehitur contra vineam, vnde dicit. Quid vltra debui facere vineæ meæ, hic autem contra agricolas. Ideo dupliciter exponitur secundum Hiero. & Chryso. Vinea dicitur populus iudaicus, Esa. 5. Vinea domini, domus Israel ẽ. Quòd cõtra agricolas, q̃a quantum ad præsens huius malitia non præcessit ex populo, sed ex principibus, Ioan. 7. Nũquid aliqui ex principibus crediderunt in eum, ideo non cõtra vineam. Hæc vinea non est domꝰ Israel, sed iustitia dei quæ occulte tradita est in sacra scriptura, vnde dicit. [Homo erat pater familias qui plantauit vineã] idest, populum iudaicum, psal. 79. Vineam de Egypto transtulisti, vel iustitiam posuit in doctrina legis. [Et sepe circundedit ei] ad procreationem vineæ, vnde quæ ponuntur ad custodiam, siue sint orationes sanctorum, vel custodia angelorum, dicuntur sepe, vnde Osee. 2. Sepiam viam tuam spinis. Si autem vinea dicatur iustitia, sepe dicit occulta verba scripturæ. Secundum enim mysticum intellectum occulta scripturæ non sunt pandenda cuilibet, quia non est sanctum dandum canibus, supra. 7. [Et fodit in ea torcular.] Torcular ponitur vt exprimatur vinum charitatis. Si intelligatur per vineam iudaicus populus, intelligitur per torcular altare holocaustorum. Item, intelliguntur martyres, qui pro fide sanguinem fuderunt, Esa. 63. Torcular calcaui solus. Vel potest etiam intelligi ordo prophetarum, in quibus vinum sapientiæ est expressum. Vel potest dici profunditas sacræ scripturæ. Item, totus fructus vineæ congregatur in torculari, sic quicquid potest animus totum debet congregare ad laudem dei. [Et ædificauit turrim.] Per turrim templum intelligitur, Micheæ. 4. Et tu turris nebulosa gregis, vsque ad te veniet potestas prima, vel cognitio dei, Prouerb. 18. Turris fortissima nomen domini. Consequenter de locatione [& locauit eam agricolis] idest, super certa mercede constituit. Agricolę sunt Moyses, & Aaron qui gubernaculum habuerunt, Iob. 31. Si affixi animam agricolarum eius. Grego. Qui præponuntur populo &c. [Profectus est peregre dominus non mutãdo locum, sed hominem in suo arbitrio relinquendo, Eccle. 15. Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui, idest, suo arbitrio dimisit. Vnde dicitur pergere proficisci, quando non ad quamcumque culpam pœnam infligit. Vel non ita manifeste apparuit sicut prius, scilicet cum apparuit in rubo, Exo. 3. [Cum autem tempus fructuum appropinquasset.] Quicumque facit aliquem fructum, expectat beneficium. Et sic dominus expectat vt reddatur ei beneficium ad suam gloriam. Quantum ad vnum hominem, fructus non est in pueritia, sed in plena ætate : unde cum venit ad adolescentiam, tunc petit fructus, sic cum populus fuit plantatus, & lex data, petiit fructum, & non cognouerunt eum, Hiere. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum : populus autem meus non cognouit iudiciũ domini, [misit seruos suos] idest, prophetas [ad agricolas.] idest, ad iudęos [vt acciperent fructus eius] idest, vt inducerent homines ad bene agendum, infra. 23. Misi ad vos prophetas sapientes & scribas, & ex illis occidetis &c. Post hoc agitur de malitia. Et primo quantum ad primos : secundo quantum ad secundos : tertio quantum ad tertios. [Et agricolę acceptis seruis &c.] Alium ceciderunt, vt Micheam. Alium occiderunt, vt Esaiam. Alium lapidauerunt, vt Naboth, Hebr. 11. Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt. [Item, misit alios.] Item, singulariter misit prophetas vt Moysen, & Aaron, & alios, sed post tempore Dauid misit multos cuneos prophetarum. Vult enim dominus pugnare misericordiam suam contra malitiam eorum. Vnde [& fecerunt eis similiter,] Deut. 30. Vos semper cõtentiose contra dominum egistis. Sequitur tertium. [Nouissime autem misit ad eos &c.] quod fuit malitiæ consummatæ. Et tria facit. Primo ponitur misericordia domini : secundo malitia eorũ : tertio executio praui propositi. Nouissime &c. ad Hebr. 1. Multifarie multisque modis olim deus loquens patribus &c. Misit ad eos filium suum dicens. [Forte &c.] Sed quid est quod dicit, forte? Nũquid ignorabat ipse? Hiero. dicit q̃ iste modus loquendi dubiꝰ significat libertatẽ arbitrii, vt ostenderet quid futuri essent, quia qui non honorificat filium non honorificat patrem. Vel dicit sic, quia aliqui reuerititi sunt eum. [Consequenter ponitur propositum malitiæ. Et primo ponitur requisitio : secũdo propositum : tertio malitia. [Agricolę autem videtes filium dixerũt intra se, hic est hæres &c.] Ipse enim filius vere hęres est patris, quia quod petit obtinet, psal. 2. Postula a me & dabo tibi gentes. Item, est hæres, quare quæcumque habet pater, habet & ipse. Non enim dicitur hæres sicut aliquis alius qui decedente patre habet hæreditatem, sed quia semper quod est patris, ipsius etiã est. Sed contra. Si cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Verum est si cognouissent vere, sed cognouerunt per coniecturam. Sequitur propositum. [Venite occidamus eum.] Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Et quod est propositum? habebimus hæreditatem eius. Sciebant enim ex lege q̃ debebat dominari super iudaicum populum. Vnde timebant ne imponeret super eos iugum legis, & traditiones eorum destrueret, ideo noluerunt pati iugum Christi : vnde passi sunt iugũ Romanorum. Vnde Ioan. 11. Ne forte veniant Romani, & tollãt locum nostrum & gentem. Consequenter ponitur executio. [Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt,] quia extra portam ciuitatis crucifixerunt eum, & sic quasi alienum a vinea occiderunt, Esa. 53. Quasi ouis ad occisionem ductus est &c. Quòd eum extra vineam eiecerunt, habetur in Ioan. 4. quòd quicunque confiteretur nomen Christi, fieret extra synagogam. Consequenter requirit eorum sententiam. [Cum ergo venerit dominus uineæ quid faciet agricolis illis.] Ira subtiliter petiit dominus vt iudicent contra se, sicut Nathan fecit Dauid, quando peccauit cum Bersabe. Ponitur sententia. [Malos male perdet,] idest, perditione præsenti, & in futuro. Et dicit male, idest, acerbe supra. 7. In ea mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis, Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur. [Malos male perdet, & vineam suam &c.] idest, populũ suum. [locabit aliis agricolis] idest, Apostolis. [Qui reddant ei fructũ temporibus suis,] psal. 1. Et erit tanquàm lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, Iob. 34. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Et hic est quæstio, quare in Marco dominus respondit. Hic Iudæi? Solutio. Dico quòd primo dixit dominus, postea ipsi dixerunt. Item, Luc. 20. habetur quòd cũ dominus hoc diceret, ipsi dixerunt, absit. Responsio vera est, quia primo ipsi dixerunt, post intelligentes quòd cõtra eos esset, dixerunt, absit. Item, verum est q̃ principes dixerunt. Et quamuis perciperent q̃ contra eos esset, non contradicebant, sed populus dixit, absit [Dicit illis Iesus.] Hic ponitur confirmatio. Et primo ponitur auctoritas : secundo expositio. Dicit [Nunquàm legistis &c.] Istud legitur in psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et ponit quatuor. Primo ponit reprobationem : secundo dignitatem : tertio causam : quarto admirationem. Dicit, Lapidem &c. Lapis Christus est, qui dicitur lapis ex multis similitudinibus, Esa. 28. Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem angularem &c. Aedificantes sunt Apostoli. Vnusquisque videat quomodo ædificet. Vnde ille lapis quem reprobauerunt, idest, eiecerunt, hic factus est, idest, constitutus in caput anguli, idest, in caput Iudęorum & Gentilium. Vnde ipse factus est caput ecclesiæ. Sed possent dicere. Ipse fecit se caput, ideo dicit. [A domino factum

dum est istud &c.] psal. 117. Dextera domini fecit virtutē &c. Et qualis est ista exaltatio? [Et est mirabile in oculis nostris.] Abac. 1. Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur &c. Tanta enim fuit dignitas, quòd non factum fuisset, nisi gratia dei hoc fecisset. Ad Eph. 2. Gratia estis saluati a Christo. Consequenter exponit, & ponit duas cōclusiones. Primo quod dictum est de parabola: secundo sumitur de hoc qd dictum est in auctoritate. Dicit ergo. [Ideo dico vobis, q̃ auferet a vobis regnum] idest, sacra scriptura, quia amittetis intellectum sacræ scripturæ, Ioā. 12. Excęcauit oculos eorum, & induraui cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Vel prælationem super ecclesiam fidelium, quia translata est gloria eorum. [Et dabitur genti facienti fructum eius,] Esa. 55. Ecce testem populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas vocabis, & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current. Sed quomodo datus est eis, superius dictum est, quòd locauit: hic autem quòd, datur, quia cum non facit fructum, dicitur conductus, siue mercennarius: sed cum datur, tunc fructum facit. Ponit duplicem pœnā. [Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur.] Exponitur secundum Hieronym. sic. Ille cadit super lapidem Christum, quando fidem tenet de eo, idest, de Christo, sed cadit per peccatum quod contra eum facit. Ideo peccatores cadunt, quia non habent charitatem. [Super quem vero ceciderit, conteret eum.] Cadit autem Christus super infidelibus. Hæc est differentia, quia quando vas cadit super lapidem, non confringitur vas propter lapidem, sed propter modum casus secundum quòd magis cadit ab alto. Sed quando lapis cadit supra vas, confringit illud secundum magnitudinem lapidis. Sic homo cum cadit super lapidem Christum, tunc confringitur secundum magnitudinē peccati: quando vero fit infidelis, totaliter conteritur. Vel aliquis cadit super lapidē, quando proprio arbitrio peccat, sed tūc, scilicet lapis super eum cadit, quando Christus punit eū, & tunc totus comminuitur, psal. 18. Comminuam eos sicut puluerem ante faciem venti. Sequitur tempus malitiæ. [Et cum audissent, cognouerunt quòd de ipsis diceret.] Et sequitur malitia. [Et volentes eum tenere, timuerunt turbas, quia sicut prophetam eum habebant.] Et planum est.

a CAPVT XXII.

DICTVM est supra quòd Christi persecutores prouocati sunt ad occidendum eum tribus de causis, ex eius gloria, ex eius sapientia qua confutabat eos, ex eius iustitia qua arguebat eos. Qualiter autem prouocati sunt ex gloria Christi dictum est. Nunc autem dicendum qualiter ex sapientia. Et primo inquantum eorum damnationem prænonstrat: secundo inquantum disputando confutat, ibi [Tunc abeuntes pharisęi &c.] In ista parabola, in qua determinatur de reprobatione iudæorum, & vocatione gentium, primo ponitur instructio nuptiarum: secundo de vocatione iudæorum, & recusatione: tertiò de vocatione gentium. secunda ibi [Et misit &c.] tertia ibi. [Tunc ait seruis suis &c.] Dicit ergo. [Et respondens Iesus &c.] Cui respondit? Non est dictum quòd alicui loqueretur. Sed eum tenere volebant, ideo non verbis, sed malitię eorum respondit, ideo [in parabolis dicit eis. Simile est regnum cælorum homini regi &c.] Hic ponitur parabola de nuptiis, & similis parabola ponitur Luc. 14. Et non videtur eadem secundum Gregorium, quia ibi fit mentio de cęna, hic de nuptiis. Item nullus excluſus est ab illa cœna, hic autem est aliquis excluſus, unde alia est parabola. Per illam, conuiuium cæleste intelligitur, per istam conuiuium quod fit in terra. Et ideo illud dicitur cęna, quia ab eo nullus excluditur, ab isto aliquis excluditur. Potest dici secundum aliquos quòd eadem est parabola, quia antiquitus prādium & cœna idem appellabatur, quia non solebant commedere homines nisi vsque ad nonam. Vel potest dici quòd Lucas dissent Principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

a CAP. XXII.

T respondens Iesus dixit, iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum cęlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suā. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem sunt multa, est enim rex, regnū, & qui seruiunt, sic in illo regno, ideo simile est homini regi [qui fecit nuptias filio suo.] Filius est Christus, de quo dicitur. 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius. Hic est verus deus, & vita æterna. Quæ sint istæ nuptiæ, quadrupliciter potest exponi. Primo per vnitatem naturæ humanæ ad diuinam, vt humana natura sit sponsa. Thalamus fuit vterus virginis, psal. 18. Ipse enim tanquàm sponsus de thalamo suo. Et hæc expositio habet aliquid dubietatis, quia posset credi quòd alia esset persona patris, alia filii. Vnde potest dici q̃ iste sponsus est verbum incarnatum, sponsa ecclesia, vnde Apostolus Eph. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia. Item, ipsius verbi ad animam nostram. Fit enim anima particeps gloriæ dei per fidem, & sic fiunt nuptiæ nostræ, Osee. 2. Sponsabo te in fide. Item, nuptiæ erunt in communi resurrectione, huius autem resurrectionis Christus est uia, Ioan. 14. Ego sum via. Tunc erunt nuptiæ, quando mortale nostrum absorbetur a vita, vt habetur. 1. ad Corin. 13. Sed si loquamur secundum Gregorium, oportet exponere de præsentibus secundum quòd ecclesia Christo, & anima nostra deo per fidem desponsatur. Sequitur de vocatione Iudæorum. Et primo ponitur duplex vocatio: secundo excusatio, ibi [Rex autem &c.] Circa primum duo facit secundum duas vocationes, unde dicit. [Et misit seruos suos &c.] Et secundum quòd dicit ibi Origenes, duplex est ibi litera, quia quædam litera habet, misit seruum suum, quædam, seruos suos. Si sit litera, seruum, sic tria sunt consideranda. Primo inuitatio: secundo vocatio. Et tertio alia inuitatio. Fuerunt ergo Iudæi inuitati in patriarchis, unde dictum est Abrahæ. In semine tuo benedicentur omnes gēntes, Gen. 12. Ad Galat. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius &c. Primum fuit missus Moyses, Numeri. 12. Non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Et sequitur. Quare non timuistis eum? [Et nolebant venire.] Deut. 31. Adhuc viuente me & egrediente vobiscum, semper cōtentiosę egistis erga dominum. Secunda vocatio est per prophetas, de quibus Amos. 3. Non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Vel potest esse litera, seruos, & tunc per primos significantur prophetæ, quibus semper Iudæi rebelles fuerunt, Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis. Per secundos, Apostoli, quibus dictū est supra. 10. In viam gentium ne abieritis. Vel per primos prophetas, primos Apostolos, per secundos, successores apostolorum. [Iterū misit alios seruos.] Hic ponitur alia inuitatio. Et ponitur augmentum benignitatis ex parte inuitantis, & augmentum malitiæ ex parte excusantis. In prima vocatione nihil promisit: in ista vero promittit, quia dicit. [Dicite inuitatis. Ecce prandium meum &c.] Istud prandium est spiritualis refectio, Prou. 19. Sapientia immolauit victimas, miscuit uinum, & posuit mensam suam, misit ancillas ut uocarent ad arcem. [Tauri mei, & altilia mea &c.] Et hoc dictum potest exponi secundum Origenē, q̃ est dispositio sapientiæ dei. Tauri dicuntur rationes fortes, Esa. 8. In forti manu sua erudiuit me. Altilia dicūtur quasi alita bene. Altilia dicuntur proprie aues saginatę, quæ nutriuntur & impinguantur, & significant subtiles sensus, & fiunt saginatę quando faciis sensibus multiplicantur, quibus anima saginatur, psal. 62. Sicut ex adipe & pinguedine repleatur anima mea &c. Quicquid enim necessarium est, inuenitur in sacra scriptura.

Ideo [omnia sunt parata,] psal. 18. Lex domini immaculata cōuertens animas &c. Hæc est inuitatio sapiētiæ, Prou. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinū quod miscui vobis: uel significat refectionē spiritualē. Per tauros significantur exempla sanctorum, quæ dominus præparauit in exemplū, Ia. 5. Accipite exemplū exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patiētiæ, prophetas &c. Vnde tribulationes sanctorū ponit in exēplum. secundum Grego, per tauros significantur patres veteris testamenti, quia taurus ferit cornibus, & in tempore patrum semper quærebatur vindicta, præcipiebat oculum dari pro oculo. Per altilia, patres noui testamēti qui omnia dimiserunt pro Christo, & impinguantur sapientia dei, occisi propter deum, & vtrique occisi sunt. Omnia parata sunt, venite ad nuptias. Passus est Christus, aperuit cælos, misit Apostolos. Vel per tauros intelliguntur sacerdotes veteris testamenti, quia taurus est animal immolaticium: per altilia prophetæ qui impinguati sunt sapientia dei. [Sed illi] scilicet indurati in malitia [neglexerunt] quidam dimittunt ex negligentia, quidā autem ex malitia, qui persequuntur prædicatores, unde dicit. [Illi autem neglexerunt.] Et quæ fuit causa? quia [abierunt vnus in villam suam, alius ad negotiationem suam.] Videbatur habere iustam causam exterius, sed dominus non recipit, q̃ nulla temporalia debent detinere de veniendo ad Deum. Secundum Hila. per hoc quod dicit, in vineam suam, significat appetitum humanæ gloriæ, Ioan. 12. Dilexerunt magis gloriam hominum quàm gloriam dei, Hiere. 5. Ego autem dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam domini & iudicium dei sui: per hoc quod dicit. [Alius in negotiationem suam.] signatur appetitus auaritiæ, Hiere. 6. A maiori vsque ad minorem omnes auaritiæ student. Secundum Chrysosto. quidam habent occupationem laborando propriis manibus, alii in negotiationem, idest, in proprium officium suum. Sequitur. [Reliqui vero tenuerunt seruos suos,] idest Apostolos. [Et contumeliis affectos occiderunt,] quia multos occiderunt ex veteri & nouo testamento, vnde infra, 23. Mitto ad vos sapientes & scribas, & ex illis occidetis &c. Et non facit hic mentionem de morte suā, sed solum discipulorum, quia satis superius fecerat mentionem, tunc sequitur punitio eorum. [Rex vero cum audisset iratus est &c.] Supra posuit pœnam spiritualem, hic autem ponit temporalem, vnde supra dicebatur homini regi, hic autem dicitur rex, quia nomen hominis ad pietatem pertinere videtur, rex vero ad punitionem, ideo hic solum dicitur rex, Sap. 14. Hos quos in palam homines honorare non poterant propter hoc q̃ longe essent, a longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt &c. [Rex autem iratus.] Notandum quòd quando ira attribuitur deo, non commotionem significat, sed vindictam, quia irati punire solēt, vnde ira punitio vocabatur. Quod est notandum contra hæreticos, quia solent obiicere deum veteris testamenti non esse bonum, quia præcepit punitiones &c. Vnde [missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.] Exercitus sunt spiritus angelici, vel ciues Romani qui sub Tito, & Vespasiano occiderunt multos, psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius. [Et ciuitates illorum succendit,] quia combustæ sunt, Esa. 1. Ciuitates vestras ignis comburet. vel potest mystice intelligi, scilicet corpora eorum, vel congregationes hereticorum. [Sequitur vocatio gentium, & ponitur examinatio. Et tria facit. Primo ponitur mandatum: secundo executio: tertio effectus. secūda ibi. [Et egressi &c.] tertia ibi. [Et impletę &c.] Circa primum duo facit. Primo assignat rationem præcepti: secundo ponit præceptum. Dicit ergo. [Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati &c.] Nuptiæ quidem præparatę sunt, idest, filius incarnatus est, secundum illud Esa. 5. Quid vltra potui facere tibi vinea mea? [Sed qui fuerant inuitati, indigni fuerunt,] idest, indignos sed reddiderunt. Et quomodo? Sicut dicit ad Ro. 10. Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Et Act. 13. Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicastis vitæ æternæ, ideo conuertimur ad gentes, vnde per delictum iudęorū salus facta est gentibus, Apoc. 3. Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam. Sequitur mādatum. [Ite ergo ad exitus viarum &c.] Per vias intelliguntur diuersa dogmata, quia ista sunt viæ quædam, quæ ducunt nos ad veritatem. Gentiles sunt in exitibus dogmatum. Vnde [ite ad exitus viarum,] idest, ad illos qui hærent erroneis dogmatibus. Vel aliter. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem, Esa. 9. Vnde per vias intelliguntur actiones bonæ, de quibus, Prouer. 4. Vias quæ a dextris sunt, nouit dominus. Per exitus, quæcunque possunt concurrere ad actiones. [Et quoscumque inueneritis vocate ad nuptias.] Vnde infra vlti. Ite, docete omnes gentes &c. Sequitur executio. [Et egressi serui eius in vias congregauerūt omnes.] Marci vltimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante. Sed quid est quod dicit bonos & malos? potest dici quòd illos qui primo mali, & post boni: vel potest dici cum dicit, bonos & malos, quòd loquitur comparatiue quòd inter illos aliqui sunt boni secundum uirtutes ciuiles: vel bonos & malos, quia postquam congregati fuerint, commiscentur boni & mali. Et impletę sunt nuptiæ discumbentium,] idest, fidelibus, Supra 13. Simile ponitur, quam cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes elegerunt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. [Intrauit autem Rex &c.] Hic ponitur examinatio congregatorū. Et primo ponitur examinans: secundo examinatio: tertio condemnatio. Examinans intrauit, intrat enim quando exercet iudicium super eos, Gen. 19. Intrabo & videbo &c. Et hoc in finali iudicio. Item, in morte. Item, quando imminent tribulationes ecclesiæ, sed quis est examinatus? [Vidit hominē non habentem vestem nuptialē.] Quæ est ista uestis? Christus: qui sumus Christi, Christum induamus. Apostolus Ro. 13. Induimini dominum Iesum Christum. Quidam enim induunt Christum per sacramentum, Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quidam sunt in Christo per charitatem, & amorem, Col. 3. Super omnia autem charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua & vocati estis in uno corpore. Item, per mortis rememorationem. Item, per operum conformitatem ad Ro. 13. Induimini dominum Iesum Christum. Habere ergo uestem nuptialem est induere Christum per operationem bonam, per conuersionem sanctam, per charitatem ueram, & si unum deficiat, malum. Tunc sequitur examinatio. Deinde dicit qualiter defecit. Dicit ergo. [Amice.] Amicum vocat per fidem, uel quia ipse amauit eum: uel potest dici quòd ubicunque uocat aliquem amicum, improperando dicit, unde improperat amorem quo amauit eum. [Quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem?] Sed posset dicere aliquis. Qua occasione puniuit illum, quia uocauit bonos & malos? Sed noluit quòd mali uenirent nisi pararent se, & disponerent se ut essent boni. Deinde sequitur qualiter defecit, unde sequitur. [At ille obmutuit,] quia non potest habere sufficientem rationem peccator, quare uestem nuptialem contempsit, Iob. 9. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei. Et concluditur sententia parabolæ, ponitur pœna duplex, pœna damni, & pœna sensus. Nam in mundo tripliciter perficitur, per intellectum cogitando, per affectum tendendo in summum bonum, item per actum. Ideo tripliciter punitur. Vnde [dicit rex ministris. [Ligatis manibus & pedibus &c.] Per pedes intelliguntur affectus mali. In mundo isto pedes habent, sed non ligatos, quia possunt fieri boni, sed post ligabuntur, quia post redire non poterunt, Eccl. 9. Quodcunque potest facere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Item, modo potest homo proficere in cogitando ueritates, sed tunc non, ideo dicitur. Mittite eum in tenebras exteriores. Modo enim aliqui peccatores non sunt tenebrosi, quantum ad cognitionem exteriorem, licet quo ad cognitionem interiorem. Sed tunc habebunt tenebras exteriores. Vel ad literam, quia non solum quo ad animam, sed quo ad corpus, quia separabuntur a societate sanctorum. Tunc sequitur pœna sensus. [Ibi erit fletus & stridor dentium.] Fletus procedit ex tristitia, stridor ex ira. In Act. 7. capit. Stridebant dentibus in eum. Aliqui flent pro peccatis & humiliantur, & mundantur. Ibi erit tristitia, sed non ad humilitatem, sed uertetur in iram. Item, stridor propter impatientiam, quia superbia eorum quęrę oderunt ascendit semper, psalm. 73. Vel potest dici in resurrectione, quia non solum in anima, sed etiam in corpore punietur, uel quia calorem & frigora patientur, Iob 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. [Deinde concludit. Multi sunt uocati, pauci uero electi.] quia quidam nolunt uenire, quidam non habent uestem nuptialem. Vnde

ſupra. 7. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.

b ¶ Supra dominus confutauit phariſæos per parabolam: ſecundo hic manifeſtat diſputando. Et primo reſpondendo: ſecundo obiiciendo, ibi [Congregatis autem phariſæis interrogauit &c.] Et reſpondet dominus triplici quæſtioni. Primo de ſolutione tributi: ſecundo de reſurrectione: tertio de lege. ſecũda ibi, [In die illa &c.] tertia ibi. [Phariſęis autem &c.] Circa primum tria facit. Primo ponitur interrogatio: ſecundo reſponſio: tertio effectus. ſecunda ibi. [Cognita aũt &c.] tertia ibi. [Et audiẽtes &c.] In iſta interrogatiõe tria sũt conſideranda. Primo interrogantium intentio: ſecundo miniſtri interrogantes: tertio interrogatio. Intentio interrogantũ aperitur cum dicitur. [Abeuntes, inierunt,] idest, inter ſe [conſilium]. ſ. ſtultum fecerunt vt Ieſum caperent in ſermone. Et hoc erat ſtultum, quia ipſe erat verbum dei, & verbum dei non eſt comprehenſibile, Eccl. 43. Multa loquimur, & deficimus in verbis. Fuit autem conſilium impium, pſal. 1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſteriit &c. Et Gen. penul. In conſilium eorum non veniat anima mea. Miniſtri deſcribuntur cum dicit. [Et mittunt diſcipulos ſuos cum herodianis.] Sed quare non iuerunt? Ratio eſt, quia doloſe interrogare voluerunt, vnde ſi iuiſſent, nõ haberet locum dolus, ſed ipſi etiam diſcipuli doloſi erant, Eccl. 10. Secundum iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius. [Cum herodianis.] Qui ſunt iſti herodiani? Secundum quod in Luca tangitur, ſub Herode facta eſt iudæa tributaria Romanis. Iſte filius antipatris alienigenæ conſtitutus eſt rex a Romanis: ideo voluit compellere iudæos reddere cenſum Romanis. Vnde herodiani, idest, famuli deputati ſunt ad colligendũ inſtitutionẽ Herodis. Sed iſte iam mortuus erat, & dimiſit tres filios. Vnus fuit Herodes, & iſte erat tunc præſens, ſicut dicitur in Luc. 23. Quòd fuit etiam in morte domini: ideo facile fuit quòd famuli ſui irent cum aliis. Sed quare iuerunt cum herodianis? vna ratio, quia herodiani zelabant pro imperatore. Ideo diſcipuli phariſæorum ſecum duxerunt eos, vt ſi diceret quòd eſſet ſoluendum tributum, accuſarent eum ad phariſæos. Si diceret quòd non, tunc herodiani caperent eum. Item, iſti non cognoſcebantur, ideo credebant quòd non perciperet, vnde faciebant contra illud, pſal. 25. Non ſedi in cõſilio vanitatis, & cum iniqua agentibus non introibo. Vel aliter, quia cum iudæa facta eſſet tributaria Romanis, diuiſi ſunt, quia quidam dicebant quòd plebs deo dedicata non debebat eſſe homini tributaria. Alii vero dicebant, quòd quia pro pace militabant omnium, quòd omnes debebant Cæſari da re tributum. Ideo illi qui dicebant ſolui tributa Cæſari, dicebantur herodiani. Poſitis miniſtris ponitur interrogatio. Et primo ponitur adulatio: ſecundo interrogatio, ibi [Dic quid tibi videtur &c.] Homines mali ab adulatione incipiunt. Loquuntur bona, mala autem in cordibus ſuis, pſal. 28. Et primo commendant perſonam: ſecundo doctrinam: tertio conſtantiam. Perſonam commendant ex auctoritate & virtute, ex auctoritate cum dicunt. [Magiſter.] Et licet mentirentur ſecundum cor ſuum, quia non eum magiſtrum putabant, ſed ſeductorem, vt habetur infra vltimo cap. Recordati ſumus quòd ſeductor ille dixit, quia die tertia reſurgam &c. tamen in veritate erat magiſter, vt infra in hoc eodem, Vnus eſt Magiſter veſter &c. Item [Scimus quia verax es.] Verax eſt qui veritatem loqꝝitur, & hoc eſt proprium Dei, & eius qui deo coniunctus eſt, pſal. 115. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax, Rom. 3. Eſt autem deus verax, omnis autem homo mendax. Chriſtus autem eſt deo coniunctus per unionem, & ideo verax eſt: Et ſic commendatur ab auctoritate. Deindę a virtute. [Et viam dei in veritate doces.] Primo oportet quòd ſciat quæ doceat, Sap. 7. Quã ſine fictione didici, & ſine inuidia communico. Item, aliqui docent, ſed non utilia: ſed iſte docet utilia, ſcilicet viam dei, Eſa. 48. Ego ſum deus tuus docens te vtilia. Item, aliqui docent quæ dei ſunt, ſed non in veritate, vt hæretici, iſte autem docet in veritate. De iſtis in pſal. 24. Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua &c. Item commendant de conſtantia, vnde dicunt. [Non eſt tibi cura de aliquo,] non prætermittis timore alicuius quod debes dicere, vel facere, Eſa. 51. Quis tu ut timeas ab homine mortali? Et quare? Non. n. reſpicis perſonam hominum. ſ. contra deum. Ille. n. accipit perſonam, qui ratione hominis dimittit dicere veritatẽ quam debet dicere, Deut. 1. Nõ accipietis perſonã cuiuſq̃. Et videte qualiter malitioſi erãt. Qõ habebat duo mẽbra. ſ. q̃ non ſoluerent, ad honorem dei pertinebat: q̃ ſoluerẽt, ad fauorem hominum. Vnde uoluerunt quòd fauorem dei quæreret, & uiã dei doceret, & ſic ſi diceret quòd non, qđ magis uolebãt, ſtatim caperetur ab herodianis. Sequitur interrogatio.

ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi autem ſunt vocati, pauci vero electi.

b ¶ Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt vt caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos, cum herodianis dicentes. Magiſter, ſcimus quia verax es, & uiam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur. Licet cenſum dari Cæſari, aut non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.

c ¶ In illo die acceſſerunt ad eũ Sadducęi, qui dicunt nõ eſſe reſur-

[Dic ergo nobis. Licet ne cenſum dari Cæſari, aut non?] Cenſus erat tributum quod pro capite dabatur. [Sequitur reſponſio. [Cognita autem Ieſus malitia eorum &c.] Et primo reſpondet ad mentem eorum: ſecũdo ad uerba, ibi [Reddite &c.] Quia hominis eſt reſpondere ad uerba, deũ autem reſpondere ad mentem: ideo quia Chriſtus erat deus & homo, ideo ad utrumque reſponder. Scrutans corda & renes deus, pſal. 7. [Hypocritæ.] Et bene dicit hypocritas, quia hypocritæ ſunt proprie qui aliud in ore habent, aliud in corde. [Quid me tentatis?] Hoc enim erat prohibitum, Deut. 6. Non tentabis dominũ deum tuum. Item, iſti blande allocuti ſunt Chriſtum: Chriſtus autem aſpere reſpondit, quia reſpondet ad cor eorum, non ad uerba. Item, datur nobis exemplum, quòd non debemus adulatoribus credere, Prouerb. 29. Princeps qui libenter audit uerba mendacii, omnes miniſtros ſuos habet impios. Item, quando uult aliquid reſpondere, non poteſt melius confutare opponentem, quàm ſecundum uerba ſua. Vnde primo ponit quæſtionem: ſecundo ex reſponſione elicit ueritatem. Et primo quærit de numiſmate: ſecundo de forma. Senſibiliter enim uolebat oſtendere intentum, Prouer. 14. Doctrina prudentũ facilis. Dicit. [Oſtẽdite mihi numiſma cenſus]. i. denarium qui pro cenſu datur. Iſte denarius ualet 10. uſuales, & quilibet ſoluit unum denarium. Deinde quærit de forma. [Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio &c.] In quolibet enim denario publici forma ponitur inſcriptio, ſic erat in iſto. Dicunt [Cæſaris.] Intelligatis non Cæſaris Auguſti, ſed Tyberii Cęſaris. Et debetis intelligere, quod dominus interrogabat, non erat ex ignorantia, ſed potius ex diſpenſatione. Bene erat tantæ ætatis, & tantum inter homines conuerſatus fuerat, quòd bene nouerat formam denarii, ſed petiit ad ſignificationem. Conſequenter concludit ueritatem. [Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo] quaſi dicat. Vos eſtis Dei & Cæſaris, & habetis in uſu ueſtro & quæ Dei ſunt, & quæ Cæſaris, & diuitias naturales a Deo, ſcilicet panem & uinum, & de his date Deo. Habetis iſta artificialia, ut denarios a Cæſare, & hæc Cæſari reddite. Myſtice. Sic nos habemus animam quæ eſt ad imaginem Dei, ideo eam deo reddere debemus, ſecundum ea quæ a mundo habemus, pacem cum mundo habere debemus, etiam ſancti uiri hic eleuati a mundo: quia tamen in mundo cum aliis conuerſantur, debent pacem requirere Babylonis, ut habetur, Baruch. 1. Et hoc eſt q̃ omnia quæ ſunt carnis, quę ſunt mundi, uel hominũ cum quibus conuerſantur, reddant Deo. Sequitur effectus. [Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.] Mirum fuit, quia ſtatim ſapientia ſua uiſa debuiſſent eſſe conuerſi, ſed non potuerunt capere, & receſſerunt, pſal. 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam.

c ¶ Hic ponitur ſecunda interrogatio. Et tria facit. Primo ponitur interrogatio: ſecundo reſponſio: tertio effectus. ſecunda ibi. [Reſpondens aũt Ieſus &c.] tertia ibi. [Et audientes &c.] Circa primum, primo ponitur diſpoſitio & conditio interrogantis: ſecundo interrogatio. Dicit ergo. [In die illo.] Et quare in die illo? Non ſine ratione, quia cum uiderunt illos confuſos, non ſine præſumptione quæſierunt eum: ſed ſecundũ Chryſoſto. Concordati erant adinuicem, quòd caperent eum in ſermone, & quilibet uolebat honorem uictoriæ: ideo illis confuſis, iſti accedere uoluerunt, Iob. 19. Venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi uiam per me. Duæ enim erant ſectæ, Phariſæi, idest diuiſi, & Saducęi, idest, iuſti. Et hi errabant in dogmatibus, quia non

non recipiebant propheras, nec credebant reſurrectionem. Itẽ, credebant quòd mortuo corpore totus homo moreretur. Et hoc eſt quod dicit. [Qui dicunt non eſſe reſurrectionem.] Sequitur interrogatio. Et primo ponit legem: ſecundo caſum: tertio interrogationem. Dicunt ergo. [Et interrogauerunt eum dicentes. Magiſter, Moyſes dicit. Si q̃s mortuus fuerit non habens filium &c.] Deut. 25. Quæ fuit cauſa legis? Populꝰ carnalis fuit. Vnde nil niſi temporalia quærebat. lex ergo illa promiſit. Manifeſtum enim eſt, q̃ homo nõ poteſt durare in ſe, ideo conſolatio eſt ei, q̃ maneat in ſuo ſimili. ſ. in filio, & hoc natura deſiderat, vt qđ non poteſt in ſe ſaluari, ſaluetur i ſuo ſimili. Vnde contingebat, q̃ aliquis ſine filio moreretur, ideo ſubuenit huic caſui Moyſes ſecundum hanc legem, vt frater ſuus haberet vxorem ſuam. Nec ponebatur extraneus qui nihil pertineret ad eum. Item, non haberet tantã curam de domo, & familia ſicut frater. Et hoc eſt quod dicit. [Vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo]. i. generet filium qui habeat hæreditatẽ illius. Poſita lege, ponunt caſum. [Erant apud nos ſeptem fratres, & primus vxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen reliquit vxorem ſuam fratri ſuo &c.] Poteſt eſſe q̃ talis caſus accidit, vel quòd ipſi confinxerunt. Tamen ſecundum Auguſtinum per ſeptem fratres homines mali ſignantur, qui in ſeptem ætatibus mortuntur ſine fructu. Apoſt. Ro. 6. Quem fructum habetis, vel habuiſtis in his, in quibus nunc erubeſcitis? Iſta mulier eſt mundana conuerſatio, pſal. 100. Ipſi peribunt, tu aũt permanebis, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Vnde quærũt. Oẽs mortui ſunt, & omnes eam habuerunt. [Cuius vxor erit in reſurrectione,] quæ omnium eſſe non poterit? Iſta opinio non eſt bona, & eſt contra phariſęos, quia credebant q̃ reſurrectio debet eſſe quantum ad hanc vitam quòd quiſque rehabeat vxorẽ ſuã & poſſeſſionem ſuam &c. Vnde dicunt, cuius erit vxor? quia non poteſt eſſe vxor omnium. Iſta opinio reprobatur in Iob. 7. Non reuertetur in domum ſuam. Vnde non reſurget ad eundem modum viuendi. Sequitur reſponſio. Et primo oſtendit errorem & cauſam: ſecundo inſinuat veritatem. Vnde dicit. [Reſpondens Ieſus ait. [Erratis]. i. erroneam opinionem habetis, Sap. 2. Cogitauerunt & errauerunt. Exęcauit enim eos malitia eorum. Et quę eſt cauſa erroris? [Neſcientes ſcripturas.] Vnde non meditabantur in mandatis dei, pſal. 118. Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. Vnde qui meditatur in mandatis dei, poteſt vitare errores. Vnde Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas. Iſti autem non ſcrutabantur, ideo errabant, ſicut faciunt aliqui qui male intelligunt. Item, aliqui neſcientes virtutem dei, volentes virtutem dei metiri, ſecundum inferiora, Rom. 1. Inuiſibilia dei &c. [In reſurrectione neque nubent, neque nubentur,] Manifeſtat propoſitum. Et quia duo dixerat, ſcilicet quòd neſciebãt ſcripturas, nec virtutem dei, ideo primo declarat quòd virtutem dei ignorabant: ſecundo quòd ſcripturas. Et cum primo dixerit de ſcripturis quare hoc ſecundo declaratur? Chryſo. reſpõdet, quia cum aliquis diſputat cum aliquo qui errat ex malitia, primo debet allegare authoritatẽ. Quando cum eo qui ex ignorantia, primo debet proponere rationem, & poſt authoritatem. Sic facit dominus. Primo rationem proponit, vnde dicit. In reſurrectione &c. Primo ſecundum literam verum eſt, [neque nubent &c.] quia tunc non erit neceſſarium ſicut nunc eſt. Hierony. Aliter accipitur nubere ſecundum latinum, aliter ſecundum græcum, quia proprie nubere ſecundum latinum mulierum eſt, vnde dicit eſſe neutrum paſſiuum, ſed ſecundum græcum viri nubẽt. i. ducũt vxores, mulieres nubent, non nubent, ideo dicit [nõ nubẽt] viri [nec nubentur] mulieres. Cum. n. nuptiæ ſint ad prolis procreationem vt conſeruetur homo in eſſe in ſuo ſimili qui nõ põt in ſeipſo conſeruari, ideo cum reſurrectio fiat ad immortalitatẽ, tunc nõ erunt neceſſariæ nuptiæ. Ideo iſti errabãt, & virtutẽ dei ignorabãt. [Sed ſunt ſicut angeli i cælo.] Ille ſtatus eſt ſtatꝰ p̃mii, & finis iſtius vitæ, Iob. 14. Putas ne homo mortuus rurſum viuat? Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea, et illa immutatio erãt præmium. Vita illa erit refulgentium intellectu. Sed quare erunt ſimiles angelis? quia

ſcientes ſcripturam, neque virtutẽ Dei. In reſurrectione. n. neque nubent, neque nubẽtur, ſed erũt ſicut angeli Dei in cælo. De reſurrectione aũt mortuorũ non legiſtis quod dictum eſt a Deo dicẽte vobis. Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob? Non eſt deus mortuorũ, ſed viuentium. Et audientes turbæ mirabãtur in doctrina eius.

c ¶ Phariſæi autem audientes q̃ ſilentium impoſuiſſet Saducæis cõuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legiſdoctor tentans eum. Magiſter, quod eſt

erunt immunes a paſſionibus, quia nunc homo habet intellectũ annexum ſenſibus, & in hoc excedunt angeli, ſed tunc depurabitur, ideo ſimiles erunt angelis. 2. Reg. 14. Sicut. n. angelus dñi, ſic eſt dñs meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione mouea tur. Vnde qui habent animum a paſſionibus eleuatum, ſimiles ſunt angelis. Paſſiones autem quæ magis faciunt homines beſtiales ſunt paſſiones venereorũ, quæ exercentur per cõiugiũ, ideo tunc nec nubent, nec nubentur. Item, quidam dixerunt q̃ nõ oẽs reſurgent, ſed ſolũ homines, ſed hoc Augu. deſtruit dicens, q̃ ſexus reſurget, ſexus autẽ non ſaluatur in homine ſolum. Hanc opinionẽ tollit, cum dicit. Nec nubent nec nubentur, qua datur intelligi quòd vterque ſexus, ſed nec nubent &c. [De reſurrectione mortuorum &c.] Poſtquàm oſtendit q̃ ignorabant virtutem dei. Hic oſtendit q̃ ignorabant ſcripturas. Vnde [non legiſtis quod dictũ eſt a dño dicẽte vobis. Ego ſum deus Abrahã &c.] Hoc ſcribitur Exo. 3. Sed quærit Hierony. cum aliæ authoritates ſint magis expreſſæ de reſurrectione, vt habetur, Eſa. 6. & Ezec. 33. & Dan. 12. quare iſtam quæ ambigua eſt poſuit. Reſpondet q̃ nõ recipiebãt propheras, ſed quinque libros Moyſi. Et qũo facit ad propoſitũ? Dicit ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob. Deus dr aliquorum in colẽdo eum. Iſti ergo colunt eum: Sed colere deũ non eſt mortuorum ſed viuentiũ. ergo Abraham, Iſaac, & Iacob viuunt, ſed nõ ſecundũ corpus. ergo ſcdm aiam. ſed quid valet hoc ad reſurrectionẽ? Valet quia iſti dicebãt animã nõ eſſe. Ipſe aũt oſtẽdit aiam remanere, & ſi anima remanet. ergo & reſurrectio, quia naturaliter anima inclinat ad corpꝰ. Sed quid eſt quod dicit, q̃ nõ eſt deus mortuorum? Verum eſt ſcdm corpus. Eſt tñ etiã deus mortuorum, quia viuunt ſcdm ſpiritum, Ro. 14. Siue viuimus, ſiue morimur, dñi ſumus. Itẽ eſt contra hæreticos qui dãnant pſes veteris teſtamẽti, quia hic dicit q̃ viuũt ſcdm aiam. Itẽ, dicit ſingulariter, quia in aliis gentibꝰ quilibet deũ ſuũ habebat. Audi Iſrael, dñs deus tuus vnus eſt, Exo. 20. Se quit effectus, qa mirabantur. [Et audiẽtes turbæ mirabantur in doctrina eius.] pſal. 118. Mirabilia teſtimonia tua domine &c.

c ¶ Supra dñs reſpõdit q̃ſtioni factæ de ſolutione tributi, qõniam etiã de reſurrectione: hic aũt reſpõdit qõni de cõparatione mãdatorũ diuinorũ. Et duo facit, quia primo ponit interrogatio: ſecundo reſponſio, ibi [Ait illis Ieſus &c.] Circa primũ duo facit. Primo deſcribit nequitiam interrogantium: ſecundo interrogationẽ, ibi. [Magiſter quod eſt mandatum &c.] Nequitiã deſcribit q̃tũ ad tria. Primo q̃tum ad impudentiã: ſecũdo quantũ ad excogitatã malitiã: tertio q̃tum ad fraudulentiam. Quantũ ad impudentiam, cum dr [Audientes &c.] Iam confutauerat phariſęorũ diſcipulos & ſaduceos, vnde ex hoc ſatis poterant ei credere & erubeſcere. Vnde Chryſoſt. Liuor & ira impudentiam nutriunt & cauſant. Sed iſti non propter hoc dimiſerũt quin adhuc interrogarent eũ, Eſa. 56. Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatẽ. Et ſignificat q̃ q̃uis hoc audirent, non tamen ſiluerũt. Aliquis ſeruat ſilentium ſponte, & hoc eſt prudẽtis. Item, aliq̃s ſeruat, quia imponitur ei ſilentiũ, & hoc eſt imprudẽtis, Eccl. 20. Eſt tacẽs, nõ habens ſenſum loquelæ. Eſt tacẽs, ſciens tẽpus aptũ ẽporis, Eccl. 3. Eſt tempus tacendi, eſt tempus loquendi. Item, tangitur excogitata malitia, quia vt melius cõuincant eũ, ſimul cõgregant, pſal. 2. Principes conuenerunt in vnũ aduerſus dñm. [Conuenerunt in vnum.] Poteſt dici q̃ phariſęi & ſaducęi conuenerunt, quàmuis in ſectis differrent, tñ in vnum ad tentandum dominum. Vel phariſęi conuenerunt in vnum aduerſus dominum. Item, fraudulentia ſignificatur, quia cum in multitudine eſſent congregati, noluerunt quòd omnes interrogarẽt, ſed vnus, vt ſi ille vinceretur, alii non confutarentur: & ſi ille vinceret, omnes in eo gloriarentur. [Et interrogauit eum vnus ex eis legiſdoctor tentans eum,] quia non animo addiſcendi, Iob. 16. Aperuerunt in me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam. Hic poteſt eſſe obiectio literalis quia Marcus dicit. quòd dominus intuitus eum dixit. Non lõge es a regnõ dei. Et qũo hic dicitur quòd tentat eum? Soluit Aug. quia primo venit cauſa tentandi, ſed cum Chrs ſatisfaceret ei, cõſenſit ei. Et iõ q̃

tentauit eum, debet referri ad principium, qđ non longe est a regno dei, debet retorqueri ad finẽ. Et sic non fuit mirũ si verba domini animum eius mutauerunt. Sciendum aũt q̃ aliqui tentant eo quòd non sunt certi, quia secundum q̃ dicit sapiens, Eccl. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Ista cum multa audisset de christo, voluit experiri si talis esset. Et hæc tentatio nõ esset mala, vnde dicit. [Magister quod est mandatum magnũ in lege &c?] Hæc tamen quæstio videbatur calumniosa & præsumptuosa. Calumniosa, quia omnia mãdata dei sunt magna, Prouer. 6. Mandata lucerna, & lex lux. Item indeterminate quæsiuit, quia omnia sunt magna, vt si responderet de vno, obiiceret de alio. Itẽ, fuit præsumptuosa, quia nõ deberet de magno quærere qui minimum non impleuit, Iob. 15. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Et poterat esse q̃ esset controuersia super hac quæstione inter eos, quia aliqui dicebant salutem esse in aliquibus exterioribus, vnde Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sed respondet dominus, q̃ solũ est in interioribꝰ. Vnde sequitur responsio. [Ait Iesus ei, Diliges dm̃ tuum &c.] Et nõ solũ respondet ad quæstionem propositam, sed veritatem docet. Et primo docet quòd sit primum: secundo quòd ei est simile: tertio rationem assignat. secunda ibi. [Secundum autem simile est huic &c.] tertia ibi. [In his duobus mandatis vniuersa lex &c.] Dicit ergo. [Diliges &c.] Istud scribitur, Deut. 6. Item, dns̃ per Moysen dicit Deut. 10. Nunquid dominus petit a te, nisi vt timeas & diligas eum? Ergo duo præcipit timorem. s. & dilectionem. Et quare non respondet dominus de timore sicut de dilectione? Dicendum q̃ quidã timẽt deũ, qui timent pati ab eo, vt qui timent pœnam gehennæ, vel qui timent amittere aliquid quod habet a deo, & hic est timor seruilis, quia illud diligit in quo timet puniri: alius est qui ipsum deũ timet propter se, q. timet eum offendere, & talis timor est ex amore, & ex hoc timet q̃ amat. Ergo principium est amor. 1. Ioã. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Et ideo dicit, Diliges dominum, nõ timeas, quia deus diligendus est sicut primum diligibile, quia ipse finis primus est: sed quæcũque alia diliguntur propter finẽ. Qui ergo diligit deũ vt finem, diligit in toto corde, Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et quantumcũque nitamini, nõ poteritis eũ cõprehendere, quia deus maior est toto corde. Sed quid est quod dicit [ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & tota mente tua? Chrysosto. exponit sic. Quia in dilectione sunt duo. Vnũ quod est principium: secundũ quod est dilectionis effectus, & sequela dilectionis. Principium dilectionis est duplex. Dilectio enim potest fieri ex passione, & ex iudicio rationis. Ex passione, cum nescit homo viuere sine eo quod diligit. Ex rõne ſm q̃ diligit vt ratio dictat. Dicit ergo q̃ ille ex toto corde diligit, qui diligit carnaliter, ille ex aĩa qui ex iudicio rationis. Et nos deum vtroque modo debemus diligere carnaliter, vt cor carnaliter afficiatur circa deum, vnde in psal. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in deum viuũ: tertium est sequela dilectionis, quia illud quod diligo, libenter video, libenter de eo cogito, libẽter facio quod ei placet, Ioan. 14. Qui diligit me, sermones meos seruabit, & totũ referet ipsum, psal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua dn̄e virtutũ, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Et possumus addere illud quod Lucas addit, & in omni fortitudine tua, quia qui deũ diligit, totum se transfert in illum, & fortitudinem expendit in ipsum. Aug. sic distinguit inter cor, & animã; & mentem secundũ tria quæ procedunt ex ipsis. De corde exeunt cogitationes, vt habetur supra 15. ex anima vita procedit, ex mente scientia & intelligentia. Vnde quod dicit [ex toto corde] intelligendum est, vt omnes cogitationes in ipsum referamus. Quod [ex tota anima] q̃ tota vita. Quod [ex tota mente.] vt tota scientia referatur in eum. i. vt scientiã captiues in obsequiũ eius. 2. Cor. 10. In captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obsequium Chri. Magistralis quedam glo. exponit q̃ anima est imago dei ſm suas potentias, secũdũ memoriã, intelligentiã, & voluntatẽ, ita q̃ illud quod dicitur ex corde, ad intelligentiam referatur: quod dicitur ex anima, ad voluntatem: quod ex mente, ad memoriam, ita vt perfecte deo viuatur. Origen. sic exponit. Diliges deum ex tota anima, ita vt sis paratus animã tuã ponere pro eo si necesse est, Ioã. 13. Aiam meam ponã pro te. Sed differentia est inter mentẽ & cor. Mens. n. dicitur a metiendo: consumitur pro simplicitate intellectus: mens vero quo ad prolationẽ, quia per sermonẽ metitur itellectus, siue cogitatio: vnde vult dicere q̃ in locutionibus, & in meditationibus deum totaliter diligamus. Hoc posito subdit. [Hoc est primũ & maximũ mandatũ.] Maximũ, capa citare. Istud. n. est, in quo omnia cõtinentur, quia in isto dilectio proximi continetur, secundum q̃ 1. Ioan. 4. dicitur. Qui diligit deũ, diligit & fratrem suum, & ideo maximũ. Itẽ primũ origine, maximum dignitate & capacitate. Non primũ in scriptura, quia in scriptura primum mandatum fuit. Dominus deus tuus deus vnus est, Deut. 6. Et quare? quia omnis inclinatio appetitiuæ virtutis est in amore, ideo habemus mãdatum quod colamus deum in dilectione, Ad Ro. 13. Plenitudo legis dilectio est, Ad Eph. 3. In charitate radicati & fundati: secundo ponit secundũ mandatũ. [Secundũ aũt simile huic est. Diliges proximum tuũ sicut teipsum.] Voluit significare q̃ in mãdatis est ordo. Et quę est causa? Constat q̃ mandata sunt de actibus virtutũ, virtutes aũt habent ordinem, quia vna dependet ab alia, et sicut virtutes, sic & mandata. Sed quare dicit q̃ est simile primo? quia quando diligitur homo, cum homo sit ad similitudinem dei, diligitur deus in illo, ideo simile est primo mãdato quod est de dilectione dei. Sed quid intelligit nomine proximi, cũ dicit, diliges proximũ? Istud satis signat in parabola, Luc. 10. Vbi quæritur, quis tibi videtur q̃ fuerit eius proximus, et respõdetur. Qui fecerit misericordiam in eum. Vnde qui debet facere misericordiam nobis, vel nos ipsi, sub nomine proximi continet. Sed non est aliqua rationalis creatura, cui non debeamus misereri, & cõuerso. n. ideo sub nomine proximi continetur homo & angelus. Et quod dicit. [sicut teipsum.] non intelligitur quantum teipsum, quia hoc esset contra ordinem charitatis. Sed sicut teipsum. i. eo fine quo teipsum, vel eo mõdo quo teipsum, ideo fine, quia te nõ debes diligere propter te, sed pp deum, sic etiam pximũ. Apls. 1. Cor. 10. Omnia in glriam dei facite. Item, in eo q̃ teipsum diligis, diligis te in eo in quo vis tibi bonum, & tale bonũ quod sit scdm te & legẽ dei, & hoc est bonum iustitiæ. Sic etiam & proximo debes optare bonam iustitiam, unde debes eũ diligere, vel q̃ a iustus est, vel quia iustus fit. Itẽ, debes eũ diligere eo mõdo quo teipsum, q̃ ea dico, diligo istũ, dico volo bonum ei. Vnde actus dilectionis cadit sup duo, vel sup ipsum qui bonꝰ ẽ, vel sup ipsum bonũ quod volo tibi: unde diligo istũ, quia volo ipsum esse bonũ mihi. Vnde aliqs diligit bõa tpalia, quia scit ea bona esse sibi. Aliqui vero diligũt aliquid, quia bonũ est in se, sic debes diligere teipsum, & etiã pximũ. Cõsequenter assignat rõnem, quare ista duo sint maxima mandata. [In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetę.] Tota doctrina legis & pphetarũ dependet ab his. Finis in appetibilibus se habet sicut principium in speculatiuis. Procedit. n. scientia a principiis ad cõclusiones, & sic tota scĩa ex pricipiis iudicat, sicut & i oib̃ opabilibus; totum depẽdet a fine. Quia ergo dilectio est finis. 1. ad Tim. 1. Finis præcepti est charitas. Ideo ab istis depẽdẽt ofa alia, et hæc est expositio Augu. Orige. sic exponit. In his. i. in obseruantia istorum dependet intellectus legis & prophetarum, quia qui hæc obseruat, meretur intelligentiam legis & prophetarum, Eccli. 2. Qui timetis dm̃n, diligite illũ, & illuminabunt corda vestra, psal. 118. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui oẽm viã iniquitatis. [Cõgregatis aũt &c.] Postq̃ responderat eis, ipse voluit obiicere & facit duo. Primo ponit interrogatio: secundo eius effectꝰ, ibi [Nemo poterat &c.] Circa primũ. Primo ponit interrogationẽ: secdo respõnonẽ: tertio obiicit cõtra. Dicit ergo. [Congregatis aũt pharisęis &c.] Cõgregati aũt erãt ad tẽtãdũ. Vñ ponit interrogationẽ. [Quid vobis vr̃ de Chro, cuius filꝰ est?] Hæc qõ difficillima erat, & cõgrua. Difficillima, quia habet Esa. 55. Generationẽ eius quis enarrabit? Erat & congrua, quia habebãt opinionẽ, q̃ esset purus hõ, & nõ credebãt ipsum esse deũ, quia sic nõ tentarẽt eum, quia scriptũ est, Deut. 6. Non tentabis dm̃n deum tuum, ideo vt ostendat se deũ dicit. [Quid vobis vr̃ &c.] Sequit respõsio. [Dicũt ei. Dauid] Chri. n. erat duplex generatio. Vna scdm carnẽ, alia scdm diuinitatẽ, scdm quam est filius dei patris, de qua dicitur psal. 2. Dominꝰ dixit ad me, filius meus es tu &c. Ideo ipsi respõdẽt de generatione scdm carnẽ, cũ dicũt. [Dauid.] Hier. 23. Suscitabo Dauid germẽ iustum. Et ad Ro. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et isti insufficienter responderunt, quia insufficienter cognoscebant eum. Tunc obiicit vt eis det intelligere aliam generationẽ. Quo ergo Dauid in spiritu vocat eũ dominũ dicens. Dixit dominus dno meo &c.] psal. 109. Habetur in lege q̃ pater maior est filio.

Non

Non ergo filius dominus est patris, ergo vel Christus non est filius Dauid, vel in eo est aliquid maius Dauid, cum vocet eum dominum: sed forte dicerent quòd Dauid fuit deceptus: quod remouet, quia in spiritu hoc dicit, vnde spiritu sancto dei locuti sunt homines, 2. Petri. 1. Possumus aũt tria videre in authoritate ista psalmi. Primo, præeminentiam ad sanctos, æqualitatẽ ad patrẽ, & dn̄ium super rebelles. Præminẽtia ad sanctos cum dicit. Dixit dominus &c. Dns̃, scilicet pater, dno scilicet filio: ipse. n. filiꝰ habet dominiũ sup omnes sanctos. Nullus enim sanctꝰ illuminatur nisi a lumine vero. Ipse. n. est lumen verũ, Ioa. 1. Vita erat lux hominum. Si ergo ipse ẽ, cuius participatiõe omnes sancti lumẽ recipiunt, pręeminentiam habet ad oẽs sanctos in eo quod dicit. Tecum principium in die virtutis tuæ: in splendoribus sanctorum &c. vnde ipse originaliter est splendor omniũ sanctorũ. Itẽ, æqualitas patris tangitur cum dr̃. [Sede a dextris meis.] Non q̃ sint sedes locales, sed metaphorice, quia honorabilior locus est sedere a dextris. Dicere enim est emittere verbũ. Quod ergo dixit dominus, Sede a dextris meis, quid est aliud nisi generando me verbum, dedit mihi potestatem, æqualitatem, & authoritatẽ. Potest etiam exponi de temporalibus, idest, in potioribus bonis, sed non est ad propositum. Dominus enim semper vr̃ a dextris, vt in Marc. vlti. Videruntque sedentem a dextris. Et Stephanus, Act. 7. vidit Iesum sedentem a dextris virtutis dei: & quid fiet de inimicis eius? Et omnes subiicientur, vnde subdit. [Donec ponam inimicos &c.] Isti vel sunt penitus infideles, vel hi qui noluerunt obedire & subesse, vnde istos ponet [scabellum pedum tuorum.] Scabellũ enim est quod ponitur sub pedibus. Illud autem quod est sub pedibus, totaliter ei subiicitur, non autem illud quod est in manu. Quidam ponuntur scabellũ ad punitionem, quidam ad salutem. Ad punitionem, qui nolũt facere eius voluntatem, ad salutem, qui faciunt eius voluntatem. Sed obiiciunt Arriani. Ergo non est æqualis patri. Dico quòd legit vtrunque, & quòd subiicitur patri, & q̃ est æqualis patri, 1. ad Corin. 15. Oportet aũt illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus. Item, Christus sibi omnia subiiciet, Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, vnde illud dicit ad demonstrandum vnitatem potestatis, vnde omnia quę potest pater, eadem pot & filius: sed quid est quod dicit. Donec ponam inimicos tuos &c. Ergo vr̃ quòd postq̃ supposuerit inimicos, quòd vltra non sedebit a dextris. Dicendum, quòd, donec, aliquãdo importat tempus determinatũ, aliquãdo infinitum. Hic uero importat infinitũ: sed diceret aliquis. Nõne multi rebellant Christo? Ita, uerum est quòd multi rebellant, & ideo poterat esse dubium de tempore quando multi rebellarent, ideo voluit Christus exprimere. [Si ergo Dauid vocat eum dominũ, quomodo filius eius est?] Ergo dominus est & filius, quia filius est secundum carnem, quia ab ipso traxit originẽ, & dn̄s secundum diuininitatem. [Et nemo poterat respondere ei verbum.] Hic ponitur effectus, & est duplex, quia Christus & fuit respondens, & opponens: quia opponens, nemo poterat respondere, Iob 9. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Item, quia in respondendo confutauerat eos, ideo sequitur. [Nec ausus fuit quisquàm ex illa die eum amplius interrogare.] ideo potestis videre, quòd isti non interrogabant vt eos doceret, sed ut eum tentarent, Deuteron. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi.

a CAPVT XXIII.

SVPRA ostensum est & quomodo pharisęi, & scribę prouocati sunt ex gloria Christi, & etiam ex sapientia eius, qua collisérat eos: nunc autem ostendit quomodo ex iustitia qua eos arguebat. Et duo facit. Primo, instruit aliquos: secundo, redarguit. secunda ibi. [Væ autem vobis &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ostendit eorum dignitatem: secundo, aperit eorum intentionem in vsu authoritatis, ibi [Omnia opera &c.] Circa primum tria facit. Primo, commendat eorum authoritatem: secundo, docet exhibere obedientiam eum cautela: tertio, assignat rationem. secunda ibi. [Omnia &c.] tertia ibi. [Dicunt &c.] Dicit ergo. [Tunc Iesus &c., Ita continuandum est. Dominus in tantum eos cõfutauit, q̃ nec interrogare audebant, nec respõdere sciebant. Sed ſm quod dicit Chrisost. inutilis est sermo qui redarguit, & nõ instruit: cõuertit se ad turbas & ad discipulos suos vt eos instruat. Sciendũ aũt, q̃ quidam audiunt eũ vt discipuli, quidam vt turbæ. Vt discipuli, qui veritatẽ percipiunt mẽte, Ioa. 8. Si manseritis i sermone meo, vere discipuli mei eritis. Vt turbę, qui veritatẽ mente apprehẽdere non pñt, ideo quandoq; conuertit sua verba ad turbas, quandoque ad discipulos, quandoq; ad vtrosque, & diuersimode, quia ad discipulos alta dicendo, ut habet, Ioan. 15. Quæcumq; audiui a patre meo nota feci vobis: Quandoque vero ad turbas profert parabolas, sicut habet supra. Vtrisque autẽ loquitur de necessitate salutis, & talia sunt hæc verba. [Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisęi &c.] Cathedra proprie est magistrorum, & ideo illi super cathedram dicuntur sedere, qui sunt successores Moysi, Eccle. 24. Legem mandauit Moyses &c. vnde illi qui Moysis legem docebant, sedebant super cathedram Moysi. Et in lege continebantur quædam ad fidem pertinentia, & quædam ad bonos mores. Ad fidem pertinentia erant ea, in quibus præfigurabatur Christus, unde ipse dicit, Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Item, continebantur præcepta moralia, Eccle. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum &c. sed notandum quòd supra cathedram sedent & scribę, & pharisęi, & discipuli Christi. Scribæ qui solam literam considerant, Pharisęi qui aliquantulum de sensu suo interiori, discipuli Christi qui totũ perpendunt, & non dicuntur discipuli Moysi, sed Christi, Luc. vltimo. Incipiens a lege & prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Tunc moneo eos ad obedientiam cum cautela, & facit duo. Primo, hortatur ad obediendum: secundo, ad cauendum [Omnia quæcumque dixerint vobis, seruate] scilicet in corde, [& facite] in opere, Deutero. 17. Venies ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicẽ &c. Et post. Et facies quæcumque dixerint, et sequitur. Sequerisque sententiam eorum. Et Apostolus. Obedite præpositis vestris, Hebr. vltimo. Et hoc est contra Manichæos qui dicebant legem veterem non esse bonam, & patet quòd sit bona, quia dominus præcepit eam seruari. Sed potest quis obiicere. Ergo debemus legalia obseruare, quod est contra doctrinã Apostolorũ, Act. 15. Sciendum quòd semper authoritas seruanda est legislatoris secundum intentionem eius: sed legislator aliqua dicit vt semper seruanda, & talia semper debent seruari: aliqua uero dicit quæ sunt velut vmbra, vt habetur ad Collos. 2. Quæ sunt umbra futurorum. Moralia ergo sunt mandata secundum intentionem legislatoris, vt semper seruentur, sed legalia pro tempore tantum, scilicet pro tempore ante Christum, vnde ante tempus illud debent seruari, post non: quia qui seruaret, iniuriam Christo faceret. Et ponit August. exemplum, si diceret aliquis, Ego cõmedam cras, hæc vox est signum huius rei. Et si postquàm comedisset, diceret illud idem, non bene diceret. Sic cum ista legalia essent signa Christi venturi, postquàm Christus uenit qui seruaret ea, nõ bene seruaret, vnde omnia quæ dixerint uobis ſm intentionem legislatoris, facite. [Secundum vero opera eorum nolite facere.] Hic docet cautelam. Debetis scire q̃ prelatus præficitur vt doceat non solum doctrina, sed etiam vita. Et debemus nos ei concordare quantum ad ea quæ docet, quia secundum q̃ dicitur ad Gal. 1. Siquis euangelizat vobis præter id quod accepistis, anathema sit. Similiter etiam debemus ei conformari in vita. Debet enim esse vita eius nobis in exemplum, sicut vita Christi, vnde 1. Corinth. 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Isti uero non dissonant a doctrina, sed a uita, ideo doctrina eorum est attendenda, sed uita cauenda. [Dicunt enim & non faciunt.] Hic assignat rationem. Et primo ponit rationem: secundo, exponit, ibi [Alligant &c.] Tu dicis, Quæ dixerint uobis facite, quia dicunt. Vos debetis, benefacere, sed

non faciunt, & ideo non debetis facere secundum opera eorum, quia qui doces non furandum, furaris, psal. 49. Peccatori enim dixit deus, quare tu enarras &c. [Alligant enim onera grauia & importabilia &c.] Dominus enim vult exaggerare malitiam eorum, quia dicunt & non faciunt, si simpliciter dicerent & non facerẽt, adhuc istud toleratiũ esset, sed nõ sufficit illis, quia adiiciunt præceptis dei grauissima onera, & ideo notatur præsumptio eorum, qa alligant alia onera super onera a deo imposita, qa faciunt nouas obseruãtias sicut habet in Marco cap. 7. quòd prohibebant comedere panem, nisi frequenter lauarent manus. Contra illud, Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Item, notatur crudelitas eorum qui imponunt onera, contra illud, 1. Ioan. 5. Quia mandata dei leuia sunt. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue, supra 11. Item, notatur eorum indiscretio, quia si forti graue imponerent, non esset magnum, sed debilibus imponunt onera importabilia. Illud enim non potest portari, quod superat vires portantis. In Act. 13. Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Item, notatur eorum nimia seueritas, quia si imponerent onus, & darent indulgentiam, adhuc sufficeret, sed ex quadam violentia præceperunt. [Imponunt in humeris hominum.] vnde excedunt in dicendo. Item, excedunt in non faciendo, quia sunt aliqui homines, qui non volunt perficere totum, tamen volunt aliquid perficere. Item, sunt aliqui & si nolunt facere aliquod difficile, volunt tamen aliquid leue. Item, aliqui sunt & si non faciunt, habent tamen voluntatem faciendi, sed qui nihil istorũ vult, in malitia superexcedit, vnde dicit. [Digito autem suo nolunt ea mouere, vnde non solum non faciebant, sed nolebant ea saltem digito suo mouere, idest, non inchoare. Item, nec etiam leuia facere, quæ per digitum significantur: ideo debetis facere quę docent, sed non sequendi sunt quo ad opera, quia nec minimum faciunt. Chrisosto. dicit. Tales sunt qui magna dicunt, & parua faciunt, & tales sunt similes exactoribus tributorum, qui aliis magna faciunt solnere plusquàm tributa exigant, ipsi autem sui nihil soluunt. Non te videam magna docentem sed parua facientem, vnde magis parcet tibi dominus, si declinas ad misericordiam, quàm ad seueritatem. [Omnia vero &c.] Hic intentionem proponit, & facit duo. Primo, aperit eorum intentionem: secundo, monet discipulos ad eorum vitationem. Et primo intentionem proponit: secundo, exponit, ibi [Dilatant &c.] Quæ est ratio quare dicunt & non faciunt, quia sunt incorrigibiles. Causa autem quare homo fit difficilis ad corrigendum, vel incorrigibilis, est quærere gloriam propriam, vnde Chrysosto. Tolle gloriam inanem de clero, & sine labore alia omnia vitia resecabis, vnde ab isto incipit dicens. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, Ioan. 12. Dilexerunt gloriam hominum magis quàm gloriam dei, vnde dicit. [Omnia vero opera sua faciunt,] quia non solum vnum, sed omnia [vt videantur ab hominibus] Contra illud quod dicitur supra 6. Nolite fieri sicut hypocritę &c. Nolite ergo assimilari eis. Sequitur expositio. [Dilatant enim &c.] Et facit duo. Primo, dicit quod faciunt: secundo, quid requirunt. Amant enim &c. quid faciunt? Onerosa non faciunt, sed aliqua quæ exterius patent benefaciunt, vnde Bernardus. Portant vestes sanctitatis, & hoc non est onerosum, quod ostendebãt in phylacteriis & in fimbriis. Dicitur enim Deuteron. 6. Ligabis ea in manu tua & ante oculos tuos. In manu, idest, in completione operis, & ante oculos tuos, idest, in consideratione tua, ideo isti volentes gloriam, vt viderentur zelatores mandatorum dei, scribebant mandata in cedula, & ponebant ante oculos, & illud, phylacteria vocabantur, & dilatabãt magis ista, vt magis viderentur ab hominibus, vnde dicitur. Dilatant enim phylacteria sua. Item, de fimbriis legitur, Numerorum 15. Præcepit dominus vt facerent fimbrias, quia voluit vt discerneretur populus iudaicus ab aliis populis, & isti ut magis ostenderent se religiosos, magnificabant fimbrias, & alligabant spinas, vt viderentur se pungere, vt recordarentur se esse Iudæos. Non ergo exhibent nisi exteriora, supra 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, & quid requirunt? Vt videantur ab hominibus. Hæc autem gloria in tribus ostenditur. In primatu, & reuerentia exhibita, in laude nominis, qui enim quærit gloriam, quærit vnum istorum, vel omnia. Isti autem quærebant primatum in loco sacro, & in loco communi, vnde in loco communi dicit [Amant autem primos recubitus in cœnis] Volebant enim sedere in capite mensarum, contra illud Lucæ 14. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, & dicit [amant] quia non reprehẽditur authoritas, sed inordinat' appetitus. Quidam, n. sunt in primo loco corporaliter, qui tamẽ in corde sedent in nouissimo: & ecõuerso, alii quis sedet in nouissimo loco, vt dicat. Vide ille est humilis, & sic &c. sed in primo, corde, quia inde quærit gloriã.

Vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester qui in cælis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrũ, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. Væ autem vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines. Vos enim nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis scribæ & pharisei hypocritæ, qui comeditis domos

Item, quærunt primatum in loco sacro, quia in ecclesia, vnde dicit [Et primas cathedras in synagogis.] Contra illud, Ecclesiast. 7. Noli quærere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. Item, appetunt reuerentiam, vnde dicit. [Et salutationes in foro] idest, vt salutentur & honorentur ab hominibus, vt amoueatur capucium coram ipsis, & flectantur genua ante eos, & appetũt [vocari ab hominibus Rabbi] idest, quòd laudentur vt magistri. Origen. refert istud ad illos qui dignitates appetunt in ecclesiis, est enim quædam dignitas archidiaconorum, diaconorum, sacerdotum, episcoporum. Diaconi sunt vt præsint mensis, Act. 6. unde illi appetunt primos recubitus, qui appetunt locum diaconorum. Item, cathedra proprie sacerdotum est, ideo illi amant cathedras, qui amãt locum sacerdotum. Qui autem debent esse magistri sunt proprie episcopi, vnde illi volunt vocari Rabbi, qui amant esse episcopi. [Vos autẽ nolite vocari rabbi] In parte ista arcet ab imitatione gloriæ: secundo, inuitat ad humilitatem, ibi [Qui maior &c.] Notandum autem quòd qui primatum habet, habet instruere & gubernare, quorum primum est proprium magistri, secundum patrum, & ideo primo prohibet inanem gloriam quantum ad vtrumque, secundum ibi [Et patrem nolite vocare &c.] Circa primum, primo ponit documentum: secundo rationem assignat. Dicit ergo. [Vos autem nolite vocari Rabbi] Contra quod est illud, 1. Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. potest dici [Nolite] idest, non ambiatis, & subiungit rationem. [Vnus est enim magister uester &c.] scilicet deus, psalm. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Sed quid uult dicere? Dicendum quòd ille proprie dicitur magister, qui doctrinam habet a se, non ille qui traditam ab alio aliis dispergit: & sic solum vnus est magister, scilicet deus, qui proprie doctrinam habet; sed ministerio multi sunt magistri. Si quæris authoritatem, quæris quæ dei sunt, sed si ministerium, quæris quod humilitatis est, unde subditur. [Qui maior est vestrum, erit minister vester.] idest, reputabit se ministrum. Chrysostomus dicit, quòd sicut unus est deus per naturã, multi per participationem, sic etiam vnus magister est naturaliter, multi ministerialiter: sed quo modo potest homo scire, quòd a se non habeat doctrinam? Pater, quia sic esset in eius voluntate dare doctrinam, cui vellet, sed non potest, immo solius dei est, qui interius cor illuminat, & est exẽplum manifestum in sanitate, quia medicus sanat, quia aliqua exterius ministrat, sed natura principaliter sanat: medicus vero quædam adiuuamenta ministrat, & sanat medicus sicut natura, reducendo scilicet ad medium. Sic est de scientia, quia principium est nobis a natura, scilicet intellectus: unus qui docet adhibet quædam auxilia doctrinæ, sicut medicus ad sanitatem, sed solus deus operatur in intellectu, vnde unus est magister vester, unde non debetis vocari magistri. Item, ostendit quòd non ament authoritatem patris. [Vos autem omnes fratres estis] & hoc ostendit ex æquali conditione. In magisterio non fecit differentiam in qualitatem conditionis, sed in paternitate conditionem apponit, unde dicit [Vos omnes fratres estis] quia a me patre, Malachiæ ultimo. Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam. & post, Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Item, Estis filii mei per regenerationem, 1. Pet. 1. Qui regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi, vnde unus non habet authoritatem super alium, & sequitur. [Et patrem nolite vocare vobis super terram.] Quia enim estis filii patris superni, ideo non debetis habere patrem in terris. Ille proprie dicitur patrem habere in terris, qui hæreditatem quærit in terris, & ille habet patrem in cælis, qui hæreditatem quærit in cælis, 1. Pet. 1. Qui regenerauit nos in hæreditatem incorruptibilem &c.

lem, & incontaminatam, & immarcessibilem conseruatam in cælis &c. Quare ergo in monasteriis maiores dicuntur patres? Dicendum quòd est quantum ad authoritatem, Eph. 3. potestis intelligere prudentiam meam in ministerio Christi &c. [Vnus enim est pater vester] Matth. 6. Pater noster qui es in cælis. Itẽ, [nec vocemini magistri, quia magister vester vnꝰ est Christus.] vnde Christꝰ magisteriũ sibi attribuit, quia Christus verbum est, & ideo ipsius est docere, qa nullus docet nisi p verbũ. Item, est magister quantum ad naturam humanã, qa missus est vt doceret, Ioa. 1. Deum nemo vidit vnquã. Vnigenitus qui est in sinu patris ille nobis enarrauit. Item, Ioann. 13. Vos vocatis me magister & domine. [Qui maior &c.] Postquàm retraxit a superbia, hortatur ad humilitatem. Et primo, ponit hortationem: secundo, assignat rationem. Et hoc potest sic continuari. Chrysost. Vos non debetis patres vocari, nec magistri, vnde hoc non debetis ambire, sed magis humilitatem, vnde [qui maior est vestrum erit minister vester,] idest debet se exhibere ministrum] vnde infra Corin. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Vel aliter, ita dixerat. Nolite vocari rabbi, vnde dicerent ei. Vis quòd non sit prælatio in terra? Dicit dominus. Hoc non volo, sed volo quòd qui maior est &c. idest, non se existimet vt superiorem, sed ut ministrum, 2. Corin. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum, & hoc est quòd dicitur Luc. 22. Quis maior est qui ministrat, an qui recũbit &c. Deinde assignat rationem. [Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.] Vnde in cãtico Virginis, Luc. 2. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

b ¶ Postquàm instruxit discipulos & turbas de cautela quã habere debebant super doctrina Iudæorum, hic conuertit sermonem ad scribas increpando eos. Primo, increpat de simulatione religionis, cum irreligiosi essent: secundo, de simulatione puritatis, cum impuri essent: tertio, de simulatione pietatis, cum impii essent. secunda ibi [Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mundatis &c.] tertia ibi [Væ vobis qui ædificatis &c.] In his quæ ad religionem spectant, quædam a sacerdotibus debentur populo, quædam econuerso. Primo ergo ponit malitiam eorum in his quæ a sacerdotibus: secundo, in his quæ a populo, ibi [Væ qui dicitis, Quicumq; iurauerit &c.] Sacerdos debet subdito iam conuerso aliquid, & aliquid non conuerso. Non conuerso, vt couertat ipsum: conuerso doctrinam, Malach. 2. Labia sacerdotis docent sapientiam. Item, debet ei suffragia, Ad Hebr. 5. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad deũ. Et isti mala agebant in vtroque, unde primo arguit eos de primo: secundo, de secundo ibi [Vę vobis qui comeditis &c.] In istis omnibus increpationibus designat se esse filium eius, qui veterem legem dedit, Deuteron. 26. & 28. dantur maledictiones eis qui in lege non permanserint, & post dantur benedictiones. Sed quia venerat vt solueret maledicta legis, ideo primo datæ sunt superius benedictiones, vbi dictum est. Beati pauperes, Beati mites &c. Circa finem vero suæ doctrinæ dat maledictionem, ideo male reprehendunt, qui reprehendunt ueterem legem propter hoc, quòd ibi continebantur maledictiones, quia sicut in veteri lege, ita & in noua. Sicut enim in lege non maledicebantur, nisi qui legem præteribant, sic nec hic, Prouer. 3. Disciplinam domini non abiicias. Sed quid est quod dicit [qui clauditis regnum cælorum ante homines?] Regnum cælorum dicitur beatitudo vitæ æternæ, supra 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Item, sacra scriptura dicitur regnum, supra 21. Auferetur a uobis regnum dei, idest, intellectus sacræ scripturæ. Ad verumquæ regnum Christus ostium est, Ioan. 10. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Quid est ergo claudere regnum? nisi quòd isti claudebant per malam doctrinam, & malam uitam. Non clauditur nisi quod apertum est. Doctrinę de Christo apertæ erant, sed isti claudebant, quia obscurã eam faciebant; habetur Esa. 35. Dominus ipse veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt. Quando dominus faciebat ista miracula, aperta erat hæc scriptura, sed ipsi claudebant dicentes. In belzebub principe daemoniorum eiicit dæmonia, Luc. 11. &c. Item, ipsi claudebant per malam vitam, quando per malum exemplum inducebant ad peccandum, psal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Ille proprie in cathedra pestilentiæ sedet, qui officii docendi accipit, & per malam vitam populum corrumpit. Per iniustam et sententiã iudex hominem perimit, tamen iniustam sententiam in vanum proiicit. Data est enim potestas ligãdi & soluendi ad ædificationem, non ad destructiõnem, vnde potest eis dici. Væ vobis qui clauditis &c. Item, quicumque impedit introitum ad regnum, non est dubium quin male agat, vnde sequitur. [Vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.] idest, alios conuerti, vnde Malach. 2. Recessistis a via, & scandalizatis plurimos. [Væ vobis &c.] Hoc est secundum væ, in quo tangitur simulatio quantum ad orationem. Et primo arguit de veracitate, cum dicit. [Qui comeditis domos viduarum,] quia quicquid faciebant, totum ad gulam retorquebant, ita quòd eis conuenit illud, 2. Mach. 6. quòd totum templũ luxuriis & comessationibus erat plenum. Domus viduarum, idest, facultates viduarum: sed quare magis domos viduarum quàm aliorum? Ratio est, quia magis intendunt seducere mulieres, quia viri sapientiores sunt & discretiores, nec ita cito decipiuntur. Item, mulieres habent affectum magis procliuum ad largiendum, 1. ad Tim. 2. sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. Item, domos viduarum, quia mulier quæ habet virum, habet eum vt caput, & vt consiliarium, ideo non ita decipitur. Item, coniugata non habet potestatem domus suę, sed vidua habet, ideo magis potest dare quàm coniugata, & ideo magis faciebant quęstum circa eas, quàm circa alias, cum magis esset eis dandum, vnde bene conuenit eis illud, psal. 93. Viduam & aduenã interfecerũt &c. Et hoc in orõne. [Orationes longas orantes] pp simulationem sanctitatis, & sic retorquebant orationem ad quæstũ, & quæstũ ad gloriam, unde reprehendi poterant, quia gulosi, quia depræ datores. Item, quia simulabant sanctitatem, & ideo sequitur. [Et propter hoc amplius accipietis iudicium] idest, amplius peccatis, Et quare? quia si aliquis rapit per arma diaboli, peccat: & si per arma dei, peccat dupliciter, quia peccat contra deum, & contra proximum. Vel amplius &c. quia accipitis ab eis, quibus debebatis dare: vel amplius, sicut habetur Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, vapulabit plagis multis. [Væ vobis scribæ & pharisei hypocritæ qui circuitis mare & aridam, ut faciatis vnum proselytum.] Et hoc dupliciter exponitur, ut referatur ad tempꝰ post Christum, & ante Christũ. Si ad tẽpus post, sic loquitur futura &c. præsentia. Præuidit enim quòd per totum mundum Iudæi essent dispergendi, & quòd cõuertere̅t ad legem suam, & peruertere̅t a Christo quos possent. Et ideo dicitur [Circuitis mare & aridam &c.] Dicuntur proselyti qui conuertuntur a gentibus ad fidem eorum, uel a christianis, & ideo præuidebat istos aliquos ad fidem suam conuersuros de christianis, ideo hoc dicit: & dicit, unum, quia paucissimi conuersi sunt, ideo intrarunt illam maledictionem, quæ habetur Osee 9. Quasi vuas in deserto inueni Israel &c. [Et cum factus fuerit] scilicet, Iudæus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos: quia est primo gentilis, & post Iudæus, & tunc duplicia peccata, scilicet gentilitatis & Iudæorum, quia cum sint Iudæi, fiunt participes occisionis Christi. Si autem fuerit christianus, & post Iudæus, efficitur in duplo peior, quia maculat donum spiritussancti quod acceperat in sacramentis. Item, particeps fit peccatorum Iudæorum, Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Potest etiam referri ad tempus ante Christum, quia ante Christum conuertebant aliquos ad fidem suam. Et hoc patet, quia quilibet diligit magis se quàm alium, ergo si conuerterent alios propter salutem animæ, magis deberent de suipsius salute curare, sed non curabant: sed hoc faciebant totum propter quæstum, quia volebant quòd oblationes augmentarentur, unde subtilis erat doctrina eorum. [Et cum factus fuerit &c.] quia primo cõuertebatur ad iudaismum, & scandalizabat' si post iterato cõuertebatur, unde 2. Pet. 2. Melius est viã iustitiæ non agnoscere, quàm post agnitam regredi. Item, aliter. Antequàm esset Iudæus, abstinebat a malis, saltem propter laudem]

dem hominum, sed post, non vnde ad Ro. 2. Cum enim gentes, quę legem non habet naturaliter ea quę legis sunt faciunt, unde accipiebant exemplum a malis. [Væ vobis duces cæci] In hoc ostendit quomodo sunt simulatores sanctitatis, in his quæ prælatis debentur. Et primo, de oblationibus: secundo, de decimis, ibi [Væ vobis &c.] Videte primo ponit traditionem eorum: secundo, arguit tribus rationib⁹. Prima pars vbi ponitur traditio cum ratione habet duas partes. secunda ibi [Et quicumque iurauerit in altari &c.] Isti toram religionē trahebant ad quæstū, vt trahe rent hoīes ad offerē dum, in tēplo erat mul.ū aurū positū, vnde dicebant, si aliquis iuraret per templū, nihil debebat, sed qui iurabat per aurū, obligabat se ad rātū pro quo iurabat. Itē, secunda traditio erat, quòd erat ibi altare, & offerebantur multa super altare, vnde dicebant quòd qui iurabat per altare, nihil soluebat: qui autem per oblationem, obligabat se ad valorem oblationis. Et quare? vt lucrarentur ex pœnis, & ut eleuarent per sanctitatem oblationem, & vt incitarentur homines ad magis offerendum. Et primo, ponit primam partem: secundo, secundam. Circa primum duo facit. Primo, proponit traditionem: secundo, improbationem, ibi [Stulti & cæci &c.] Dicit ergo. [Væ vobis duces cæci &c.] idem habetur supra 15. Cæci sunt, & duces cæcorum, Esa. 56. Speculatores eius cæci omnes. [Qui dicitis, quicumque iurauerit per templum dei, nihil est] quia impossibile est, quòd iste aliud templum faciat. [Qui autem iurauerit in auro templi] idest, per aurum [debitor est] scilicet; illius auri. Consequenter ponit improbationem [Stulti & cæci. Quid enim maius est, aurum an templum quod sanctificat aurum?] Constat quòd illud quod est in templo, ratione templi sanctum est, vnde qui aliquid in templo iuratur, sacrilegium committit: vnde maius est iurare per templum, quàm per aurum. Chrysosto. contra quosdam qui dicunt quòd iurare per deum, nihil est: vnde qui iurant per deū credunt nihil iurare, sed iurant per sancta dei euangelia, credunt magnum esse, vnde potest eis dici. Quid maius est, vel deus, uel euangelium? constat quòd deus, & hoc verum est simpliciter: secus cum aliqua circunstantia additur, quæ aggrauat peccatum, quia qui iurat per sancta euangelia dei, iurauit cum quadam deliberatione & solemnitate, & ideo grauius peccat. Deinde ponit secundam partem traditionis. [Et quicumque iurauerit in altari, nihil est. qui autem iurauerit in dono quod est super illud, debet.] Tunc ponit reprobationem. [Cæci quid maius est, donum an altare quod sanctificat donum?] Non enim sanctificatur donum nisi per altare. [Qui ergo iurauerit in altari &c.] Hic ponit aliam rationem. Templum continet aurum, & non econuerso. Similiter aurum continet donum, & non econuerso, vnde qui iurat per templum, iurat per aurum quod est in templo: & qui iurat in altari, idest, per altare, iurat per id quod est in eo. Item, sequitur alia ratio. [Et qui iurauerit in templo &c.] Isti dicebant qui iurat in templo, nihil iurat. Sed ipse vult ostendere, quòd qui iurat per templum, iurat per deum, quia non iurat per templum nisi sanctificatum, & non est sanctificatum nisi deo, ergo qui iurat per templum, iurat per deum. Deinde ponitur alia ratio. [Et qui iurat in cælo.] idest, per cælum, non iurat per eum, nisi quia thronus dei, & quia manifestatur ibi potentia dei, vnde [qui in cælo iurat, iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eum.] psal. 10. Deus in tēplo sancto suo, dominus in cælo sedes eius, & istud inducitur ibi secundum similitudinem. Sed secundum ministerium. Orige. facit mentionem de templo, de auro, & de altari, in quibus significatur vita contemplatiua & gloriosa. Per aurum contēplatiua significatur, per quod significatur subtilis sensus excogitatus ipsius scripturæ, quia quantumcumq; videatur rationabilis, nihil est nisi sit in templo, idest nisi confirmetur in sacra scriptura. Per altare signatur cor, in quo debet esse ignis deuotionis, Leui. 6. Ignis in altari meo non deficiet. Per oblationes, seruitia & oblationes quæ nisi a corde sancto, uel ab altari sancto exeant, non possunt valere, supra 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Per thronū vita gloriosa signatur. Ibi deus est qui est excedens vniuersa. Vel per altare & templum intelligimus Christum:

quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eum. Væ vobis scribæ & pharisęi hypocritę, qui decimatis mētham, & anhetum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere & illa nō omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis scribæ & pharisęi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisęe cæce munda prius quod intus est calicis & parapsidis, vt fiat & id quod deforis est mundum. Væ vobis scribæ & pharisęi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum

ipse enim se nominat templum, Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Item, dicitur altare, ad Hebr. vltimo. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui in tabernaculo deseruiunt, unde quicquid boni facimus, nisi sit in templo hoc, idest, Christo sanctificatum, non ualet, unde totum contēptibile est nisi referatur ad Christū. [Væ vobis scribæ pharisęi hypocritæ, qui decimatis &c.] Hic reprehendit eos de decimis, & tria facit. Primo, ponit eorum consuetudinem: secundo, inducit doctrinam: tertio, ponit quandam similitudinem. secūda ibi [Et hoc oportuit facerē] tertia [duces cæci &c.] vnde dicit. [Vę vobis &c.] & superaddit [hypocritæ] quia principalis intentio erat simulatio [Qui decimatis anhetum & cyminum.] Potest intelligi, vel decimas datis, uel qui decimas exigitis, unde plurimi erant sacerdotes & leuitæ, ad quos pertinebat decimas exigere quæ eis debebantur, ut habetur Nume. 18. & Deut. 14. ideo diligentissimi erant ad exigendum, ideo usque ad minima exigebant, ut de cymino & anheto. [Et reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem.] Quædam enim debebantur sacerdotibus propter se, ut decimæ ex quibus debebant uiuere. Quędam uero tenebantur propter deum, ut facere iudicium & misericordiam, unde dominus ab eis ista requirebat, scilicet iudicium & misericordiam, psal. 100. Misericordiā & iudicium cantabo tibi domine. Item, uult fidem propter gloriam suam, unde illa ad quæ tenebantur propter deum, non curabāt, unde dicit. [Et reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciū & misericordiam & fidem.] Sed de decimis, ad quæ tenebantur propter se, bene curabant secundum illud, Phil. 2. Omnes quærunt quę sua sunt, non quæ dei. E contrario facit charitas, quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, 1. Cor. 13. Item, pōt dici. Væ uobis qui decimas datis, quia datis de minimis de mentha & cymino & huiusmodi; & hoc ut appareatis religiosi, sed de interioribus non curatis, quia nec misericordiam, nec iudicium, nec fidem diligitis, supra 9. Si scireris quid est, misericordiam, uolo & non sacrificium, numq̄ condemnassetis innocentes? Orige dicit quòd per menthā & cyminū &c. possunt quædam intelligi, quæ ad honestatem religionis pertinent, unde misericordia, iudiciū, & fides sunt sicut cibi, alia uero minima sunt sicut condimentum, unde sicut faciebant maiorem uim in condimento suo in parando cibum, quàm in cibo, sic & isti magis faciebant uim in hoc quod flecteretur genu coram eis, quàm in eis quæ ad deum pertinebant. [Hæc oportuit facere, & illa non omittere.] Quia dixerat. Væ uobis qui decimatis, posset aliquis dicere, quòd prohiberet dominus dare decimas, immo dicit, quòd immo cum dicit [Hæc oportuit facere &c.] quasi dicat non peccatis in istis, sed in omittendo ea ad quæ magis tenemini, ideo & hæc oportuit facere, idest, decimas exigere, & illa, scilicet iudicium, iustitiam, & fidem non omittere. Sed hic potest esse quæstio de decimis. Videtur dominus ponere necessitatem soluendi decimas, unde in toto nouo testamento non ita expresse fit mentio sicut hic. Sed numquid ex præcepto legis habetur? non: quia in lege quædam moralia continentur, quędam cæremonialia, quædam iudicialia. Moralia per omne tempus seruāda sunt, & ab omnibus. Cęremonialia a certis hominibus, & certis temporibus, ut circuncisio, & hæc erant solum in figura. Item, quædam iudicialia, ut siquis furaretur ouem reddat quadruplum, ideo quæritur de decimis, Vtrum decimæ sint præceptum morale. Et uidetur quòd non, quia moralia sunt de lege naturali. Illud autem solum est de lege naturali, quod ratio naturalis suadet: sed non plus suadet dare decimam, quàm nonam, uel undecimā &c. ergo nō est de iure naturali. Item, si decimæ sint cæremoniales, ergo peccant qui soluunt eas. Ad hoc dixerunt qui ante nos fuerunt, quòd quædam sunt pure moralia, quædam pure cæremonialia, quædam habent aliquid de morali, & aliquid de cæremoniali. Non occides pure morale est. Similiter, Dominum deum tuum adorabis &c. Si dicas, 14. luna ad vesperam offeres agnum, istud pure cæremoniale est. Sed si dicitur. Memento quòd diem sabbathi sanctifices, aliquid habet naturale, uel morale, & aliquid cæremoniale. Morale scilicet quod ratio naturalis suggerit, scilicet q̄ habeat aliquod tempus, ad quod uacat, uel in quo uacet ad orādum deum. Sed quòd

q̄ die sabbathi, vel dominico &c. iudiciale est: vnde dicūt quòd præceptum de decimis, partim cæremoniale est, partim morale. Sunt enim ad sustentationem pauperum, & eorum qui vacant seruitio dei, vel prędicationi. Qui enim seruit communitati dei, conuenit de coitate viuere, & hoc est de iure naturali, sed q̄ decimā partē, hoc est cæremoniale. Sed nūquid tenetur mōs Dico q̄ determinatio ad quēlibet principē qui habet potestatē legē constituē. di pertinet, vnde in potestate ecclesię ē constituere vel decimam, vel nonā, uel hmōi: vnde tenentur, non quia sit de iure naturali, sed ex constitutione ecclesiæ. [Duces cæci excolantes culicem &c.] In parte ista ponit similitudinem: vnde dicit. Excolantes culicem qui excolat cum difficultate transglutit: vnde vult dicere, quòd magnā curā ponunt in minimis, & paruā in magnis. Vel per culicē peccata minima intelliguntur, per camelū grandia: vnde faciunt vim in paruis peccatis, & hoc est quod dicit. [Camelum aūt transglutientes] Væ vobis scribæ & pharisęi qui mundatis q̄ deforis est calicis & parapsidis.] Supra dūs increpuit pharisęos de simulatione quam exterius prætendebant, quā non habebant in corde, sed ad quæstū retorquebant, hic de simulatione puritatis quam exterius ostendebant. Et hic primo quantum ad appetitum temporalium bonorū, vel quantum ad peccata carnalia: secundo, quantum ad spiritualia. Et primo, agit de primo: secundo, de secundo, ibi. Væ uobis &c. Circa primū duo facit, Primo enim arguit eorum simulationem: secundo, proponit sacram doctrinam, ibi [Pharisęæ cæce &c.] Dicit ergo [Væ vobis &c.] Notare q̄ istud pōt intelligi dupliciter. Vno modo, q̄ fit locutio propria, & vult tangere morem pharisęorum, qui ponebant magnam curiositatem in mundando exteriora, ut habet Matth. 7. q̄ seruabant munditiam vrceorum & uasorum: vnde væ vobis qui magnam solicitudinem imponitis in mundanda vasa, sed non corda: vnde sequitur. [Intus autē, idest, in corde [pleni estis &c] Hieron. vult quòd sit figuratiua locutio: vnde vult q̄ intelligatur mundicia omnis, quę foris ostenditur. In parapside cibus ministratur. In calice potus. Homo aūt parapsidis dicitur. Cibus autem in quo deus delectatur fuit bona opera quæ facit, Ioan. 4. Cibus meus est ut faciam uoluntatem patris mei. Constat q̄ vsus calicis & parapsidis nō est in superficie exteriori, sed interiori. Ille ergo mundat calicem exterius, qui parat corpus suum exterius, vos autem estis huiusmodi. [Intus autem pleni estis rapina & immunditia] Et duo ponit, rapinam & immunditiam, quia duo sunt genera peccatorum, carnalia quæ consumantur in delectatione carnis, ut gula & luxuria. Alia quæ in delectatione spiritus vt superbia & auaritia, quia auaritia quantum ad obiectum se tenet cum peccato carnali, quātum ad completionem, quia completur in delectatione mentis, scilicet in cupiditate pecunię, se tenet cum spirituali: vnde reprehendit auaritiam cum dicit [rapina] Rapina autem proprie est quando accipitur alienum, sic proprie auarus detinet alienum, vnde opponitur iustitiæ, Esa. 3. Rapina pauperum in domo uestra. Item, pleni immunditia quantum ad gulam & luxuriam. Anima redditur impura per passionem, nulla autem passio ita deprimit rationem, sicut gula & luxuria, Eph. 5. Fornicatio & immūditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos &c. Tunc reducit ad sanam doctrinam. [Pharisęæ cæce, munda prius &c.] Tota puritas exterior est a puritate interiori, vt habetur supra. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit &c. ideo docet q̄ mundet cor, & sic erit totum mundum: vnde dicit. [Pharisęe cæce.] Sapien. 2. Excęcauit eos malitia eorum. [Munda quod interius est] quia quodcumque fiat exterius, dummodo fiat ex bona voluntate, totum bonum est, Prouerb. 4. Omni diligentia serua cor tuum. Item, potest exponi de uerbo hominis: vnde illud quod interius est, potest intelligi intellectus sacræ scripturæ, Eccle. 15. Cibauit eū panem vitę & intellectus, in quo propinatur sapientia. Panis sapientiæ est verbū vitæ: vnde quidam uolūt ornare uerbum exterius, & de sententia non curant. Et isti mundant quod deforis est. [Væ uobis quia similes estis sepulcris &c.] Hic arguit eos quantum ad peccata spiritualia. Et primo, ponit similitudinem: secundo, exponit. Sepulcrum dicitur ubi mortuū corpus quiescit. Mortua corpora sanctorum templum dei sunt, in quibus deus habitat, 1. Corin. 6. Templū dei sanctum est quod estis uos &c. Corpus est habitaculum animæ, & anima est thronus dei, ita sicut corpus est habitaculum animę, ita anima dei, psal. 10. Dominus in templo sancto suo &c. Corpus vero pec-

& omni spurcitia. Sic & vos a foris quidē paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Væ vobis scribæ & pharisęi hypocritæ, qui ædificatis sepulcra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis.

catoris est sepulcrum, quia mortuum continet, quia anima peccatum moritur, ideo mali sepulcrum dicuntur, psal. 13. Sepulcrum patens est guttur eorum &c. In sepulcro est corpus mortuum intus, tantum aliquando exterius est aliqua imago, quæ videtur in facie viuere, Apocal. 3. Nomē habes quod uiuas, & mortu⁹ es. Et iō dicit [quę foris apparent speciosa], ppter decorē exterius appositum [intus autē plena sunt &c.], i. omni putredine, & omni immunditia. Post hoc exponit. [Sic & vos foris quidem apparetis hominibus iusti &c.] idest, homines vos iudicant iustos. [Intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.] Comprehendit peccata carnalia auaritiam & gulam, sicut dictum est supra, sub qua uana gloria continetur, Ioa. 12. Dilexerunt magis gloriam suam quàm dei. Item, sub iniquitate, omnia peccata spiritualia, tunc cum dicit. [Væ uobis qui ędificatis &c.] arguit eos de simulatione pietatis, et duo facit. Primo, ponit simulationem eorum: secundo, crudelitatem, ibi [Itaq; &c.] Item, simulant dupliciter, factis & uerbis: vnde primo redarguit eos de factis: secūdo, de uerbis, secunda ibi [Et dicitis &c.] Dicit ergo. [Væ uobis qui ædificatis sepulcra prophetarum.] Sed quid est? Numquid ipsi male faciebant? Nonne nos hoc bene facimus, qui corpora sanctorum in capsis argenteis & aureis ponimus? Dicunt aliqui q̄ non reprehēduntur opere, sed de intentione, quia mala erat eorum intentio: faciebant enim vt memoria sceleris patrū suorū ad memoriam redigeretur hominum: vnde consuetudo erat, q̄ quando aliquod nouum accidebat, quòd fiebat aliquid ad memoriam illius: unde volebant quòd audacia parentum qui ausi fuerunt interficere prophetas, esset in memoriam omnium. Sed hæc expositio non consonat literæ, ideo aliter dicendum, quòd non vituperantur propter hoc, sed quia nō faciebant hoc nisi ut exterius ostenderent signa pietatis, sicut supra dicitur, quòd decimabant mentham & cyminum. Item, [ornatis sepulcra iustorum] Ornabant sepulcra, & tamen habebant animū intentū ad ciendum propter simulationē. Similiter dicit Chrysost. est temporibus nostris, quòd si aliquis faciat multa bona, ornet sepulcra, manum habeat largam, & hmōi, si in lapidibus ædificet, & intendat vanam gloriam, non ambulet in viis domini, non prodest ei. Item, ostendebāt verbo pietatem. [Et dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum.] Commune est quòd in factis aliorum omnes sunt iudices austeri: vnde si uidemus aliquem peccantem iudicamus grande peccatum, nostrum autem peccatum attenuamus, ideo isti filii malitiam patrum suorum cognoscebant, suam autem non, supra 6. Eiice primo trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eiicere festucā de oculo fratris tui. Tunc ponit crudelitatem eorum. Et primo in generali; secundo, in speciali. & ponit pœnam temporalem, ibi [Ecce ego mitto ad uos &c.] Circa primum. Primo, describit originem: secundo, imitationem mali: tertio minatur pœnam. Dicit. [Itaq; testimonio estis vobismetipsis &c.] Sed quid mali erat eis, quia non erat in potestate eorum? ideo videtur quòd non debebat eis imputari. Videte aliquando filius etiam imitatur peccata patris, aliquando imitatur malitiam paternam. Si non sequitur malitiam paternam, non ei imputatur. Aliquando accidit, quòd habet bonum patrem, & malam matrem, & econuerso, et sequitur bonitatem patris, vel matris. Sed si vterque malus, raro accidit quin imitetur malitiam eorum. Et ratio est, quia filii malorum assuescūt mala a principio, & ei quod assuescunt in iuuentute, fortius adhærent, & ideo magis sunt procliues ad malum. Item, parentes mali cum vident filios aliquo malum agere, nō castigant eos, quare peccatum eorum aggrauatur, ita quòd peccata parentū redundant in filios, Exo. 22. Ego sum deus zelotes vindicans peccata patrum in filios, ideo dicit, Quia filii estis eorum, qui haberis malitiam eorum, Sapien. 3. Nequissimi filii eorum: vnde estis filii per imitationem, et hoc est quod sequitur. [Implete mēsuram patrum vestrorum.] Non est imperatiuum, sed nuntiatiuum. [Implete.] idest, implebitis quasi vt homo loqueretur, idest, interficietis me, Ioan. 13. quod facis, fac citius. Vel potest esse permissiuum, idest, nō impediemini per me, idest aliquando voluistis, sed non permisi, de cætero non impediam, ideo implete &c. Sed quid est quod dicit. Implete? Videndum quòd omnia quæ euenient, ex certo dei iudicio euenient. Sed in illo dei iudicio nō statim soluitur pęna, donec totaliter exaggeretur, & ueniat ad cumulum: vnde quantū ad iudiciū dei nō adhuc erat impleta culpa eorum, vnde interfecerunt prophe-

Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, qa filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpen-

tas

tas, & non est adhuc impleta culpa, sed in me cõplebitur. Ideo implere &c. Esa. 27. In mensura contra mensuram &c. Vel [implete] Patres peccauerunt, sed vos implete. Tunc aliquis implet, quando peruenit ad tantum quantum patres sui. Ideo patres vestri occiderunt prophetas, & vos implete. Vel potest dici quòd illi peccauerunt seruos interficiendo: isti autem filium interficiendo, vnde impleuerunt nequitiam patrũ, sed dominus voluntarie se obtulit, & non se opposuit. Item, nõ improperat eis peccatum suum, sed solum suorum, quia boni pastoris est vt iniuriam suorũ reputet suam. Tunc subiungit de pœna.

[Serpentes genimina viperarum &c.] Et videtur quòd satis cõgrue loquitur de culpa. Serpens animal venenosum est, & occidit veneno suo. Sic isti serpentes dicuntur, quia prophetas occiderunt. De vipera etiam dicitur quòd pariendo moritur, vnde fœtus corrodit viscera matris. Sic cum ipsi essent mali, viperabant patres. Vnde vos tales [quomodo effugietis iudicium gehennæ?] Secundum iudicium hominum euaditis, sed secundũ iudicium dei quomodo euaditis? vnde oportet habere cor mundum. Fugite a facie gladii, Iob. 19.

b ¶ In parte ista ponit crudelitatem eorum, & addit pœnam tẽporalem. Et primo, primum facit: secundo pœnam addit. Et primo ponit beneficium: secundo culpam: tertio magnitudinẽ pœnæ. Vnde dicit. Ecce ego &c. Et potest referri ad illud quod immediate sequitur, vel ad illud totum quod sequitur. Si ad totum, sic planiorem habet sensum. Ita dico quòd estis impleturi, & quòd estis serpentes &c. [Vnde mitto ad vos, & ex illis occidetis] quia tales estis qui occidere consueuistis. Vel aliter, ita ꝓ ad totum referatur. Dominus vult quòd iudicium nõ solum sit iustum, sed quòd appareat iustum, vt exemplo alii accipiãt, vnde si aliquis habeat bonum propositum, dominus remunerat eum de bono proposito, & inde dat voluntatẽ exercendi opus bonum: sic econtrario cum aliquis habeat propositum malum, & plenus mala voluntate, secundum quòd dicitur Osee secundo. Sepiam viam spinis, excitat iram dei, & ex ira dei est vt manifestetur malitia sua. Ideo [mitto ad vos &c. Et vos occidetis.] Et dicit [Ecce] quia in promptu est, quia misit apostolos, vnde Act. 1. Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Sed notate quòd in hoc quod dicit, mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, diuersa dona spiritussancti significat. Alii datur donum sapientiæ, alii genera linguarum &c. 1. Corin. 12. Omnia ista dona habuerunt Apostoli. Habuerunt donum prophetiæ in dicendo futura, Iohel. 3. Effundam de spiritu meo super omnes gentes, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ &c. Item, sapiẽtiæ, quia omnia cognoscebant, Luc. 21. Dabo vobis os & sapientiam, cui nõ poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Item, fuerunt scribæ, quia intellectum scripturæ habuerunt, Luc. vlt. Aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. Et quare hoc prę dicit? vt discipuli cogitantes quod audierunt, facilius sustineãt. Item, ad conuincendam malitiam eorum, quia sicut patres eorum prophetas occiderunt, sic isti Apostolos. Vnde [Et illis occideris] vt habetur Act. 9. quia Herodes occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio, videns quia placeret iudæis. Alii fuerunt crucifixi, vnde [Et crucifigetis.] Hæc enim erat mors vilissima, ideo hac morte occiderunt Christum, secundum illud Sapiẽ. 2. Morte turpissima condemnemus eum. [Et flagellabitis. Act. 5. dicitur, quòd cæsis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu. [Et persequemini.] Istud manifestum est quo modo Paulum persecuti sunt. Et supra 10. Si persecuti fuerint vos in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Vlterius ponitur pœna, quæ quia videbatur grauis, ideo confirmat. [Amen dico vobis &c. Dicit ut ueniat super uos omnis sanguis iustus a sanguine Abel iusti &c. Quis sit iste Abel notum est, quia iste occisus est a Caim fratre suo. Sed de isto Zacharia quis fuerit, nõ habetur. Legitur quòd tres fuerint Zachariæ. Quidam filius Barachiæ, qui fuit undecimus inter prophetas. Sed de isto nõ põt intelligi, quia nõ erat adhuc altare. Alius pater Ioannis, & cuius fuerit filius non inuenitur, sed dicit Chrysostomus, quòd fuit occisus propter Christum, quia in templo erat locus uirginum. Et dum sederet uirgo Maria in loco uirginum, expellere uoluerunt eam iudæi a loco, quod prohibuit Zacharias eam defendens, & propter hoc occisus fuit. Alius dicitur filius Ioiade quem occidit Ioas in atrio templi, ideo inter templum & altare, unde concordat locus, sed nomen dissonat. Sed tamen dicit Hieronymus, quòd interpretatur benedictus domini, & designatur sanctitas patris eius Ioiade sacerdotis. Et dicit ꝓ ipse uidit euangelium Nazarænorũ, & ibi continebatur filius Ioiade. Sed quare sub isto Zacharia incipit, potest esse quæstio literalis: quia & si præcedentia magis frequentia, ista tamen inueniebantur in scriptura. Vel aliter, ꝓ Abel pastor, Ioiades sacerdos, ideo per istos duos significantur laici & clerici, vnde omnis pœna pro occisione hominum veniet super uos. Vel aliter, quia quidam actiui, quidam contemplatiui, vnde vtrique signantur per istos. Sed [Amen dico vobis, quòd omnia uenient super generationem istam.] Sed quo modo potest esse quòd omnia veniant super generationem istam? Punitur ne unus pro alio? Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris &c. Quomodo ergo super generationem istam? Hieronymus soluit quòd consuetum est in scriptura, quòd tota generatio bonorum pro vna generatione sumitur, de qua in psalm. 111. Generatio rectorum benedicetur. De generatione malorum, supra. 13. Generatio mala signum quærit. Chrysostomus dicit sic. Aliqui peccant, sed deus non statim vindicat, unde in psalm. 7. Nunquid irascitur per singulos dies? Aliqui vero nunquàm cum peccant corriguntur, sed in peius mutantur, 2. ad Thimot. 3. Mali autem homines & seductores in peius proficient, & tunc expectat dominus donec compleatur malitia eorum. Vnde isti, in quibus complebitur malitia, portant pondus totius quantum ad temporalem pœnam, tamen quantum ad æternam, quilibet suam, unde tanta erit quòd uidebitur quòd pro omnibus patiantur, unde Exo. 32. dicitur, quòd istud peccatum seruetur usque in diem ultionis. Sicut fuit plẹnitudo bonorum his qui credunt in Christum, sic plenitudo malorum his qui occiderunt Christum. Ideo dicit.] Venient omnia &c.] Sed quæ est ista pœna? Destructio ciuitatis Hierusalem. Et quoniam intendit loqui de excidio ciuitatis, ideo conuertit se ad ciuitatem dicens. [Hierusalem Hierusalem.] Et primo ponit delictum: secundo commemorat beneficia: tertio prænuntiat pœnam. secunda ibi [Quoties uolui &c.] tertia ibi [Ecce relinquetur uobis &c.] Dicit ergo [Hierusalem Hierusalem. Et designat ista geminatio affectum miserantis, unde dicitur, Luc. 19. quòd uidens ciuitatem fleuit super eam. Quæ occidis prophetas, Act. 7. Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Et dicit [quæ occidis] non quæ occidisti, ideo adhuc in malitia perseuerabant. Hæc est illa Hierusalem, de qua habetur Ezech. 5. Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras, & contempsit iudicia mea. Possent se excusare. Non habuimus qui diceret nobis. Ideo dicit [Et lapidas eos qui ad te missi sunt,] unde. Misi prophetas & multa auxilia, & non cognouisti. [Quoties volui congregare filios tuos queamdmodum &c.] Designatur in hoc perpetuitas diuinitatis eius, secundum quòd ipse dicit, Ioan. 8. Antequàm Abraham fieret, ego sum. Vnde ipse Christus misit prophetas, patriarchas, & angelos, quandocunque misit, uoluit congregare &c. Illi congregantur, qui ad dominum conuertuntur, quia in eo uniuntur peccatores. Disperguntur qui ab unitate separantur. Vnde, uolui congregare quemadmodum gallina congregat &c.] dicitur quòd non est animal aliquod ita compatiens pupillis, sicut gallina. Gallina defendit a miluo, & uitam exponit pro eis, & congregat [sub alas.] Sic Christus compatitur nobis. Vere langores nostros ipse tulit &c. Esa. 53. Item, miluo, idest, diabolo se exposuit, Deutero. 31. Adhuc uiuente me, & ingrediente uobiscum semper contentiose egistis contra dominum &c. Sed contra. Dominus uoluit, & isti noluerunt, ergo præualuit mala uoluntas eorum uoluntati dei. Vnde dicendum, quoties uolui, feci: sed te inuito feci cum feci, unde tua uoluntas impediuit quod non facerem. Vel quòd misit prophetas signum fuit, quòd uoluit congregare [Et noluisti] Tunc sequitur pœna. [Ecce relinquetur uobis domus

tes genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ?

b ¶ Ideo dico uobis. Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat sup uos oĩs sanguis iustus, qui effusus est sup terrã a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta. Dico

mus uestra deserta] Totus populus honorabatur propter Hierusalem, & Hierusalem propter templum, ideo dicitur [Relinquetur domus], idest templum, vel habitario, psalm. 68. Fiat habitatio eorum deserta, vel dicitur domus deserta quando caret proprio habitatore, psal. 10. Dominus in templo sancto suo: vnde dicitur relinquere habitationem, ideo. [Non videbitis me ammodo &c.] quia fui uobiscũ per potẽtiam diuinitatis, & post fui corporaliter, sed recedam a vobis. Sed iam relinquetur &c. Et [non me videbitis ammodo] nec corporaliter, scilicet post passionem, nec spiritualiter. Sed numquid est hoc uerum, ꝓ nulli Iudæorum viderunt eum, cum tamen multi conuersi fuerunt ad eum? ideo dicit. [Donec dicatis, benedictus qui venit in nomine domini,] quia quando confitebimini, tunc videbitis per fidem: vel aliter designat occulte secundum aduentum. Videbant ipsum corpore, sed istam visionem non habebant usque ad secundum aduentum, in quo poteritis dicere & recognoscetis, quòd ego sum benedictus qui venit in nomine domini.

enim vobis nõ me uidebitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nominne Domini.

a CAP. XXIIII.

IT egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. Sedente autem eo super montem Olueti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signũ aduentus tui, & consummationis sæculi? Et respondens Iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi.n. venient in nomine meo dicẽtes, Ego sum Christus, & multos seducent. Audituri enim estis

a CAPVT XXIIII.

SVPRA posita est multiplex prouocatio Iudæorum, nunc ponitur præparatio per instructionem discipulorum Christi. Instruuntur autem de periculis. Et primo, ponitur interrogatio discipulorum: secundo, responsio Christi, ibi [Et respondens &c.] Circa primum duo. Primo, ponitur occasio interrogationis: secundo, interrogatio, ibi [Sedente autem eo &c.] Occasio fuit duplex. Prænuntiatio destructionis templi, quam quidem prænuntiationem fecit facto & verbo, quia egressus est de templo, sup. cap. proximo. Ecce relinquet vobis domus vestra deserta, & hoc ostendit, quia exiuit: vnde quia corporaliter exiuit, ideo ostendit quia spiritualiter, Ioan. 8. Iesus autem abscondit se & exiuit de templo. Cũ peccator nõ vult corrigi, exit dominus ab eo, Tren. 1. Egressus est a filia sion oĩs decor eius. Tunc ponitur interrogatio, ibi [Et accesserunt &c.] secundo, responsio, ibi [Ipse autem respondens &c.] Ita ibat. Sed tunc [accesserunt discipuli vt ostenderent ædificationes templi, vt videret. quàm pulchra est domus, quàm decora: vnde in alio loco scilicet Mar. 13. hf. Vide quos lapides, & quales structuræ &c. Sed quærit Orig. Nonne aliàs ibi fuerat, & nonne bene sciebat? Soluit, ꝓ non petebant vt eum docerent, vel quasi nesciret, sed vt remedium inueniret destructionis. Ita christianus est templũ dei, vt habetur ad Philip. 2. Discipuli autem sunt intercessores, ne destruatur templum hoc. Tunc respondet dominus. Videntur vobis ista magna, Esa. 33. Dominus exercituum cogitauit hoc vt detraheret superbiam omnis gloriæ &cæt. vnde subdit. [Amen dico vobis. Non reliquetur hic lapis super lapidem.] Est ne hoc verum? tempore Chrysost, non adhuc totum euenerat, sed sperabatur quòd veniret: vel potest dici, quòd nõ vult dicere nisi quòd destrueretur. Vel dicendum quòd secũdum dei prouisionem aliquado restauratum est templum: sic secundũ dei prouisionem incipiente confirmatione legis nouæ destructum est templum ne sacrificia fiant in templo: vnde si nõ fuisset destructum, multi facti christiani cęremonias facerent, & ad templum redirent: vnde dispensatione diuina factum est, vt destructum sit, & hoc habetur Luc. 21. vbi de templo dicitur. Venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Sic etiam contingit, quòd aliquis ędificatus pet bonas virtutes, si cadat per aliquod peccatum mortale, si negligens fuerit & non solicitus, toraliter cadit & destruitur, psal. 136. Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea: vnde vult dicere quòd non solum templum, sed etiam pertinentia, quæ erat vmbra, vt habetur ad Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. [Posita occasione, ponitur interrogatio. Et debemus notare, quòd exiuit, & iuit ad montẽ Olueti, & significat ecclesiam in qua oliuæ vberes sunt plantatæ, psal. 51. Ego sicut oliua fructifera. Et inde instruit discipulos. Dixerat destruendum templum, ideo tria quęrunt. Primum, de templo: secundum, de aduentu: tertium, de fine sæculi: vnde dicunt. [Dic nobis quando hæc erunt &c.] scilicet consummatio tuæ comminationis, & de aduentu tuo, [& quod signum aduentus tui] Item, de fine sæculi [& consummationis sæculi] In Luca solum tangitur de vna quæstione, scilicet de destructione Hierusalem, quia non credebant quòd deberet destrui nisi post aduentum secundum: vnde dicebant Act. 1. Si in tempore hoc restitues regnum Israel? In Marco cap. 13. dicitur quòd solum miserunt Pe. & Ioa. & Iac. & Andr. quia isti primo vocati sunt, & magis habebant fiduciam accedendi ad eum. In quo habem' exẽpla, quòd illi ꝙ diutius deo adherent in contemplatione, sunt deo magis familiares, Deut. 33. Et ꝙ appropinquãt pedib' eius, accipiẽt de doctrina eius. Isti discipuli quæsierũt de aduentu, et iste duplex est, ultimus qui est ad iudicandum & iste erit in cõsummatione sæculi. De isto habetis Act. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentẽ in cælũ, ita venier &c. Alius est aduentus confortans mentes hoium, ad quos venit spiritualiter, videbitis angelos venientes in nubibus, i. in prædicatoribus, quia per prædicatores venit deus in hominum mentes: vnde dubium est ad quid debet referri. Tamen dicit Aug. quòd totum debet referri ad aduentum spiritualem. Aliqui vero, quòd ad secundum aduentũ. Quidam autem exponunt de destructione Hierusalem, & de vltimo aduentu. Primo ergo respondet quantum ad destructionẽ: secundo, quantum ad secundum aduentum, ibi [Sicut enim fulgur &c.] Circa primum duo. Primo, prænuntiat quæ anteceden tia sunt ad destructionem: secundo, ipsam destructionem, ibi [Cum ergo videritis &c.] Ista præambula erant & exparte extraneorum & eorum qui in ecclesia continentur. Primo, ergo ex parte extraneorum: secundo, ex parte eorum, quæ in ecclesia, ibi [Et multi pseudo &c.] Circa primum duo. Primo, præeminentia pericula spiritualia: secundo, corporalia, ibi [Audituri estis &c.] Dicit ergo. Ita quæritis de consummatione, tamen ante debetis esse solliciti de vobis, quòd nõ decipiamini, ideo dicit. [Videte ne quis vos seducat &c.] Ad Eph. 5. Videte itaque fratres qũo caute ambuletis. [Multi venient in nomine meo dicẽtes. Ego sum Christus.] Aliquis uenit ut missus a Christo, sic venerunt discipuli. Alii veto dicũtur venire in noĩe Christi, qui dicunt se esse Chrm, vsurpantes sibi nomen quod nõ datur alii, Philip. 2. Datũ est ei nomen quod est super omne nomen: vnde multi seductores venient, qui venient a seipsis. Christus autem non a seipso, sed a deo: vnde Ioan. 7. A meipso nõ veni. Licet aũt hoc de antichristo specialiter dictum sit, tamen potest dici de multis aliis: vnde quia veritati non adhæserunt dati sunt erroribus. Et hoc accidit in Simone mago, qui libros scripsit & appelauit se librum dei, deus magnus, omnia dei, & multos seduxit. Illorum enim est seduci qui diuisi sunt in errores, quia istũ torum infinitus est numerus: vnde veritas congregat, error autem diuidit, & hoc est periculum. Potest etiam ad secundum aduentum referri. Ista enim accident circa diem iudicii. [Audituri enim estis prælia &c.] Hic ponit pericula: secundo, confortat. Dicit ergo. Ita dictum est. Videte, ne quis vos seducat, quia audituri estis prælia &c. Et hoc statim post passionem. Statim enim missi fuerant in Iudæam ab Imperatore pessimi tyranni qui mirabiliter eos grauabant, ita quòd quasi ferre nõ possent: vnde audituri estis prælia & opiniones præliorum, quia in præliis multum valent opiniones: vnde frequenter contingit quòd pauci debellant multos, Hiere. 8. A Dan auditus est fremitus equorum eius, a voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. Et [videte] Possent aliqui credere, quòd esset statim finis mundi: vnde dicitur, quòd tanta fuit tribulatio, quòd credebant finem mundi uenisse, ideo dicit. [Videte ne turbemini] Oportet enim hoc fieri, sed nondum finis] quasi sit destructio Hierusalem, quia non fuit eius destructio post passionem, vsque ad quinquagesimum annum. Sed posset aliquis dicere. Tu dicis quòd auditurí sumus prælia, semper fuerunt prælia. Respondet, numquàm vidistis talia. [Consurget enim gens in gentem] scilicet gens Romanorum contra gentem Iudæorum [& regnum] scilicet Romanorum [contra regnum] Iudæorum. [Et erunt pestilentiæ &c.] Posset dicere ista prælia a casu fiunt, & non est dei vindicta: sed quòd fiant a dei vindicta hoc patet, quia non solum ista mala infligentur a populo, sed a deo, quia [erunt pestilentiæ] quæ ex corruptione aeris proueniunt [Et fames, & terræmotus per loca,] Et hæc omnia accide-

ceciderunt ante destructionem Hierusalem. Diceret aliquis, oia F
ilta fuerunt a casu, & non fuerunt in dicatiua doloris, immo,
unde dicit. [Hæc autem omnia initia dolorum] Esa. 42. Quasi
parturientes dolebant. Sic exponit Chrysost. Sed secundum q
refertur ad consummationem sęculi, sic exponit Orig. Sic de-
bemus considerare de mundo sicut de vno homine, quia
cũ tendit ad mortẽ, incipiunt debilitari virtutes vitales.
Sic in oblẽsione vniuersalis commutationis immittet dominus aliquam particularem immutationem, ita q̃ non habebunt aliquam virtutem, & tunc erunt pestilentiæ, quia corrũpetur aer qui seruit vobis in duobus. Item, corrumpetur terra, quæ seruit nobis in cibum, quia germinat herbas & grana, vnde cibus nascitur, & hoc debilitabit, ita quòd erit fames in terra. Itẽ, terra sustentat nos, & contra hoc terra inquietabitur, vnde fiet terræmotus. Primo, duo vniuersalia, sed hoc vltimum erit particulare, quia fiet per loca. Et quare non fiet vniuersaliter per totum mundum? vt homines videntes redeant ad cor, & conuertantur. Item, contingit quòd ex penuria rerũ accidit fames, & tunc propter famem exurget gens contra gentem, & hoc poterit esse circa finẽ mundi. Aliter tamen potest esse, quòd aliquando resurget gens contra gentem, non propter penuriam, sed propter vanam gloriam. Aliquando conuenit propter iniustitias hominum. Aliquando propitiatur deus, & coarctat malos angelos per bonos angelos, vt Ezech. 13. Non ascendistis exaduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt stareris in prælio in die domini: vnde stat mundus per orationem bonorum, & tunc, scilicet in fine mundi, refrigescet charitas, & tunc erũt multa mala, quia tũc angeli boni dimittent dæmones, qui habent nocere terræ & mari, ideo quia potestatem habent super terram & mare commouebunt totam terram, & quòd hoc possunt, habetur Iob 1. Hieron. dicit. Quòd potest dici de aduentu domini quo venit quotidie in ecclesiam. Secundum enim quòd hæretici impediunt ipsa bona ipsius ecclesiæ, tunc accidunt pestilentiæ spirituales, & fames, scilicet indigentia boni documenti, Amos 5. aliàs 7. Et terræmotus, idest, homines qui sunt solidi mouebuntur. [Tunc tradent vos in tribulatione.] Tunc ponit quædam præambula, quæ futura erant in ecclesia. In ecclesia futura erãt prospera & aduersa. Et primo, ponit aduersa: secundo, prospera, ibi [Et prædicabitur &c.] Aduersa autem nuntiat dupliciter ab exterioribus, & interioribus, Deute. 32. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor. Et tangit tria pericula. Tribulationem, occisionem, & odium. Possent dicere. Verum est, quòd mundus hoc patietur, sed quid ad nos? Immo dicit, & ideo dicit. [Vos] quasi dicat, non eritis immunes, sed tribulabimini ad literam, 2. ad Corin. 6. In tribulationibus, in necessitatibus &c. Item, [occident vos,] sicut patuit, quòd occiderunt Stephanum & Iacobum: vnde dicit, psal. 43. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Item, [eritis odio omnibus gentibus,] idest, Iudæis. Vel omnibus, quia diffusi sunt per uniuersum mundum, supra 5. Beati qui tribulationem patiantur propter iustitiam. Et ponit consolationem, quia cum omnes patiuntur, hoc patimini, [propter nomen meum.] Hiere. 45. Ecce quos ædificaui ego destruo. & post, & tu quæris gaudia? Orige. dicit, quòd referendum est ad secundum aduentum, quia ita erit vniuersalis persecutio, q̃ oẽs mali persequẽtur bonos, & propter hoc dicit. [Tunc.] Consuetudo enim erat, quòd cum accidebãt mala, dicebant hoc esse K
propter peccatum christianorum: vnde insurgebant cõtra eos. vnde tunc tradent vos in tribulatione. [Et tunc scandalizabuntur multi.] Hic ponit pericula ab interioribus. Est enim triplex scandalum quod patiemini, scilicet infirmorum, item, mutuam læsionem, item, debilitatem, vnde dicit. Tunc &c. Quia etiã multum perfecti scandalizabuntur, vnde supra 17. Necesse est vt veniant scandala, vnde etiam electi turbantur, cum vident scandala: vnde dicebat Paulus, 2. Corin. 12. Quis scandalizatur, & ego non uror? [Et inuicem tradent,] Ex hoc patebit tribulatio, supra 10. Tradet autem frater fratrem in mortem &c. Et non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter, quia aliqui sunt principium erroris, & ex hoc sequetur, quòd [odio habebunt inuicem.] Et multi pseudoprophetæ &c. Tales sunt qui in ecclesia multos seducũt, 2. Pet. 2. Fuerunt & pseudoprophe-
tæ in populo. Item, 1. Ioan. 2. Antichristi multi facti sunt. Ex
nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: vnde hæc mala acci
dent, quòd fratres corrumpent, quòd [multos seducent.] Iterum
tertium, quia non tantum hoc faciunt, sed etiam corrumpent:
vnde deficient [quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.] Apocaly. 2. Sed habeo aduersũ te pauca, quia charitatem tuam pristinam reliquisti. Potest dici refrigescere, quia cum vident alios relinquẽtes charitatem, & ipsi refrigerãtur, licet non penitus pereat, & i multis, sed nõ in omnibus, qa semper fuit feruida in Apostolis, Ro. 8. Quis separabit nos a charitate Christi?
prælia, & opiniones prĕliorum, videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nõdum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scan- G
dalizabuntur multi & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem: & multi pseudo prophetæ surgẽt, & seducẽt multos, & quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui aũt perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, & prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.

b ¶ Cum ergo videritis abomi- H
nationẽ desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat, Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertatur tollere tunicã suam. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate
tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Vnde ita erit in multis, sed nõ in omnibus, quia [qui perseuerauerit usque in finem] scilicet præsentis uitæ, [Hic saluus erit.] Item, habetur supra 10. [Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso mundo.] Supra dominus prædixit aduersa in ecclesia futura, nunc autem prædicit prospera, quia Apostoli qui ex Iudæis nati erant, æmulabãtur carnem suam, Ad Ro. 9. Tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo, ideo ad eorum consolationem, quia multo plures erant uocandi ad fidem, ideo [prædicabitur hoc euangeliũ &c.] Ipse enim incipiens prædicationem dixit. Pænitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum &c. supra 4. Hoc autẽ prædicabitur [in vniuerso orbe.] Non enim lex noua determinata est uni populo, sicut lex uetus, Marci ult. Prædicate euangelium omni creaturæ, & dicit Chrysost. quòd hoc fuit impletum ante excidium urbis Hierusalem, & hoc probat per Apostolum ad Ro. 10. Vbi dicit apostolus. In omnem terram exiuit sonus eorum. Iam uidebatur diffusa doctrina euangelica per totum orbem. Item, per aliam authoritatem, quæ habetur ad Colos. 1. Prædicatio euangelii fructificat. Et non est mirum, quia unus Apostolus, scilicet Paulus, tantum ampliauit, quòd peruenit Romam & Hispaniam: vnde expletum est quod habetur Esa. 57. Misisti legatos tuos procul. Et ideo dicit Chrysosto. quòd in hoc est admiranda virtus Christi, quòd infra spatium 40. annorum ita creuit doctrinam eius, quòd totum mundum impleuit: vnde bene dicit. Et prædicabitur &c. Sed numquid omnes credent? Non. sed quidam sic, quidam non. Et quòd quidam credent, hoc erit in testimoniũ contra eos qui non credent: I
Hieron. dicit. In testimonium omnibus gentibus, Ad Rom. 1. Accepimus gratiam & apostolatum ad obediendũ fidei in omnibus gẽtibus, ita ut sint inexcusabiles. [Et tunc] scilicet, quando omnes gentes credent, [veniet consummatio] idest, destructio Hierusalem, & de hoc potest intelligi quod dicitur Eze. 7. Nunc finis super te, & immittam furorẽ meum in te. Fecit enim signa. Diuulgauit euangelium, nec credere voluerunt, ideo cecidit eis quod dicitur Malach. 1. Munus non accipiam de manu uestra. August. vult quòd non debeat referri ad consummationem Hierusalem, sed mundi: vnde dicit. [Prædicabitur] scilicet ante finem mundi, scilicet [in testimonium omnibus gentibus,] quia non omnes credent. [Et tunc uenier consummatio] idest, finis mundi. Et hoc est unum signum, quòd donec sit diuulgata prædicatio euangelii per uniuersum orbem, nõ uenier finis. Non autem adhuc uenerat, ut dicit, August. ad quosdam barbaros in Africa. Et respondet ad illud in omnem terram &c. psal. 19. Quòd posuit præteritum pro futuro. Et ad illud quod scribitur ad Colos. dicit quòd adhuc non ad plenum fructificabat, sed iam incipiebat. Et potest sic distingui, quòd diffusio per euangelium potest dupliciter intelligi, vel quo ad famam tantum, & sic completa fuit ante excidium urbis. Licet enim aliqui non recepissent, tamen nulla gens fuit ad quas non peruenisset fama. Si autem intelligatur diffusio cum effectu, tunc uerum est quod dicit August. quòd nondum uenit in omnes gentes.

b ¶ Iam destructionem posuit, in parte ista ponit quòd uenier consummatio, & ponit quædã præambula. Et primo, ponit prophetiã: secundo, admonitionẽ, ibi [Tunc qui in Iudęa &c.] tertio, rationẽ admonitionis, & erit tribulatio. Ita dixit uenier consummatio. [Cum ergo uideritis &c.] Quid est quòd nocat abominationem? Potest dici quòd abominatio dicitur exercitus Romanorum, & dicuntur abominationes desolationis, quia fuerunt desolatores. Vel per abominationes, idola, & de duplici idolo
idolo potest dici. Legitur quòd Pilatus introduxit aquilam in templum, quod erat signum Romanorum, quod Iudæi abominationem dicebant: vnde tunc cum videritis idolum positum in loco sancto, tunc potestis cognoscere impletionẽ prophetiæ Danielis de destructione Hierusalem. Vel potest dici q̃ Hierusalẽ destructa fuit dupliciter. Primo, a Tito & Vespesiano, & tunc combustũ fuit templum, & tunc adhuc dimissi fuerũt aliqui. Post modum adhuc aliqui rebellauerũt, & tũc Adrianus qui successit Traiano, destruxit penitus, & dedit legẽ quòd nullus Iudæus ibi de cętero habitaret, & vocauit ciuitatem nomine suo. Item, posuit in sacro loco idolum: vnde illud idolum, quod posuit Adrianus potest dici abominatio, vnde cũ hoc videritis &c. De hac deiectione, satis habetur, Tren. 2. [Qui legit intelligat.] Et quare hoc dicit? Quia in illa prophetia Danielis multa dicuntur de passione Christi. Sunt enim hæc verba obseruanda, vnde ibi dicitur. Occidetur Christus, & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio, Dan. 9. vnde qui videt, intelligat q̃ talia acciderunt. [Tunc qui i Iudæa &c.] Ponit admonitionem utilem. Et primo ponit eam: secundo, excludit impedimenta fugæ. Quædam enim sunt impedimenta euitabilia, quædam ineuitabilia. Dicit [tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.] Tunc scilicet in tempore Vespesiani. Tunc temporis quidam dictus Agrippa dominabatur in montibus, & iste obediebat Romanis, nec rebellabat eis, vnde cum aliæ gentes haberent guerram, iste & gens sua in pace erat: vnde ex dei providentia admoniti fuerunt fideles qui erant in Iudæa, quòd recederent, & irent ad regnum istius Agrippæ, & sic fecerunt, vnde [tunc qui in Iudæa,] scilicet fideles [fugiant in montes.] Zach. 2. Fugite a terra aquilonis &c. Tunc remouet impedimenta fugæ, & quia quædam impedimenta sunt euitabilia, quædam non, ideo primo ponit pericula euitabilia: secundo, ineuitabilia, ibi [Væ prægnantibus &c.] Quæ sunt vitabilia sunt negotia terrenorum: & istorum quædam accidunt in ciuitate, quædã extra, ideo verumque ponit. secundum ibi. [Et qui in agro.] Dicit ergo. [Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid &c.] idest, quicumque habitat in ciuitate, etiam si in domo, nõ reuertatur tollere &c. Item, [& qui in agro non reuertatur] in domum [tollere tunicam suam] scilicet, quæcumque sint necessaria, quia cuncta, quæ habet homo dabit pro anima sua, & quare hoc dicit? quia imminente festo pascæ conuenerunt multi in Hierusalem. Quod sciens Titus obsedit ciuitatẽ, cum ita essent congregati, vnde vult dicere: ita cito accidet istud malũ, quod non poterit aliquis sibi cauere. Item, ponit impedimenta ineuitabilia, & quia erant quædam ineuitabilia virtute hominum & simpliciter, quędam licet ineuitabilia, tamen virtute dei vitabilia, ideo primo, de primo: secũdo, de secundo, ibi [Orate &c.] Illud quod cum est, nullo modo vitari potest, est onus filiorum, quàmuis enim posset alicui dici salua animam tuam, posset dicere, quomodo possum dimittere filiũ? Ideo hoc exponit. [Væ prægnantibus & nutrientibus] quia tales non poterant fugere, quia nec illis erat dicendum, quòd aborsum procuraret, nec nutrientibus vt filios occidant, & sic impletur qd̃ dicitur Luc. 22. Beata vbera, quæ non lactauerunt. Item, alia sunt impedimenta vbi non potest homo ponere remediũ nisi per deum. Aliquod enim tempus est ineptum, vel per naturam, vel per legem. Per naturam vt tempus hyemale, quia tunc impeditur homo fugere propter asperitatem temporis. Item, propter legem, vt si accidat in sabbatho, quia deus præcepit quòd non irent vltra vnum miliare. Et quia istud non est in potestate nostra, sed dei, ideo [orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho,] quia in talibus ad deum solum est recurrendum: vnde Osee 6. Venite, & reuertamur ad dominũ, quia ipse cępit & saluauit nos. [Orate quòd non fiat hyeme] quia impedit fugam naturaliter propter discrimen viæ: [nec sabbatho] quia impedit secundum legem dei. Item, notate quòd dicit [sabbatho] in quo designat, quòd in die festo fuerunt debite interfecti: vnde necessitas fugiendi è ex magnitudine tribulationis, vnde primo ponit tribulationem & magnitudinem retributionis: secundo ponit causam, ibi [Et nisi breuiati &c.] Dicit ergo. [Erit.n. tunc tribulatio magna qualis &c.] Et hoc satis potest perpendi, qui legit historiam Iosephi, quòd multi fame mortui sunt. Item, erant seditiones in ciuitate, ita quòd ipsi seinuicem interficiebant: vnde cum Titus qui erat mitissimus, vellet eis parcere, ipsi nolebant. Item, erant latrones inter eos qui interficiebant multos. Et quædam mulier comedit filium suum, vnde fuit talis tribulatio, qualis nunquã visa est. Et hoc dicit Lucas cap. 21. Erit tribulatio, & cadent in ore gladii, sed numquid erit maior in tempore antechristi? sic, sed non erit inter Iudæos. Et quærit Chrysost. propter quod peccatum accidit, quia nec pęna sodomorũ fuit tanta, vnde nõ esset pœna grauior nisi peccatum grauius, & quia possent dicere, quòd ista acciderant eis propter peccata christianorũ, ideo dicit quòd non: vnde [Nisi breuiati fuisset dies illi &c.] August. dicit quòd quidam sic exposuerunt, quòd dies tũc facti sunt breuiores, sicut tempore Iosue longior. Sed cõtradicit, psal. 118. Ordinatione tua perseuerant dies, ideo dupliciter potest dici. Primo, quòd dies tribulationis sunt breuiati, primo, in numero, vnde si durasset tẽpus illud, omnes essent interfecti, quia nullus remansisset. & quare? quia Romani dominabantur per totum orbem, & iam Iudæi dispersi sunt per vniuersum mundum, ideo si durasset tempus illud, interfecti fuissent vbique terrarum. Vel dicuntur dies breuiati, quando mala breuiantur. Et quare breuiantur? [propter electos.] Non quòd exciderit verbum dei. Multi enim conuersi erant de populo illo, & rogabant pro populo ut relinqueretur semen, Esa. 1. Nisi dominus reliquisset semen, quasi sodoma essemus &cæt. Tunc ponit Chrysost, duas considerationes quare hoc dicatur, quia ibi erant aliqui discipuli, item, Ioan. adhuc vltra vixit, ideo dicit quòd Ioan. non fecit mẽtionem de hoc in euangelio suo, quia scripsit post hoc factũ, vnde dixisset præterita, sed Matth. & Lucas qui ante scripserunt, fecerunt mentionem, quia tunc erat futurum, C
ideo dicit quòd manifestum fuit miraculum. cum Romani impugnarent Iudæos, & quasi tota gens Indæorum pateretur excidium, quòd tàm pauci Iudæi poterãt irę per uniuersum orbem ad conuertendum quasi totum mundum, & hæc fuit mirabilis virtus Christi. Hilarius exponit, quòd referuntur hæc verba ad finem mundi. Cum videritis abominationem hãc, nominat antichristũ, 2. ad Tes. 2. Nec terreamini, nec q̃ spiritũ, nec p̃ sermonem, quasi instet dies domini, ne quis vos seducat ullo modo, & tunc qui in Iudæa, quia Iudæi deficient, vnde fugient terram Iudæorum, & conuertentur [ad montes] christianitatis. [Et qui in tecto &c.] Vult dicere quòd perfecti non mouẽantur a sua perfectione, vnde tangit contemplatiuam vitam, quæ signatur per tectum, vnde tales a sua contemplatione non debent recedere. Item, qui in agro, tangit vitam actiuam. Tales non reuertantur ad pristinam vitam, sed maneant in suo proposito. et quid per prægnantes? Homines graues peccatis. Homines nutrientes sunt homines imperfecti, vnde vult dicere, quòd vt hominibus oneratis peccatis, & non confirmatis. Secundum August. prægnantes sunt qui concipiunt male agere: nutrientes, qui iam opere complent. Et quod dicit hyeme, & sabbatho. Per hyemem signatur tristitia, per sabbathũ lætitia, vnde ne fiat in hyeme per tristitiam absorbentem, vel sabbatho per lætitiam animum eleuantem. Vel per sabbathum otium bonæ operationis, per hyemem refrigerationẽ charitatis. [Et nisi &c.] Quia parum durabit, & si duraret, non salua fieret omnis caro, idest, omnis carnalis. Item, possunt referri ad aduentum Christi per ecclesiam, & sic dicit Orig. quòd sicut verbum euangelii diuulgatum est aduenienteipso, sic falsa doctrina diuulgabitur aduenienteantichristo, & sicut Christus habuit suos prophetas, sic & antichristus. Tunc qui in ciuitate fugiant ad montes perfectæ iustitiæ. Prægnantes dicuntur, qui adhuc perceperunt verbum salutis. Nutrientes qui aliquid iam fecerunt. Orate ergo vt non impediantur per desidiam & torporem. Erit tunc tribulatio magna, quia erit peruersio doctrinæ christianæ per falsam doctrinam, & nisi essent dies breuiati, scilicet documento doctrinæ per additamenta uere doctrinæ, [non fieret salua omnis caro] idest, omnes uertentur ad falsam doctrinam.

c ¶ Postquàm dominus respondit interrogationi discipulorum de destructione ciuitatis: hic incipit respondere his quæ ad secundum aduentum pertinent. Iste autem aduentus est aduentus ad iudicium, ideo diuiditur, quia primo proponit signa & modum ueniendi: secundo, tractat de iudicio, infra 25. Simile est regnum cęlorum &c. Circa primum duo facit. Primo, præmittit signa præcedentia Christi aduentum: secundo, agit de ipso, ibi [Et videbunt filium hominis &c.] Circa primũ duo, quia duo præcedentia erunt, & ex parte hominũ, & electorum: secundo, ex parte elementorum, ibi [Statim autem &c.] Circa
primum

primum duo facit. Primo, præmittit quandam admonitionem: secundo rationem huius admonitionis, ibi [Surgent autē &c.] Dicit ergo. [Tunc si quis &c.] Supra dictum est, de destructione Hierusalem. [Tunc si quis &c.] Notandum quòd ly tunc, non dicit tempus determinatū, sed tempus confusum, quia hoc non statim factū est post destructionem Hierusalem, sed expectatur futurū in fine. Simile habetur supra 3. cap. quòd habitauit dominus in Nazareth, unde Nazarēnus dicitur, & sequitur. Tunc venit Ioan, &c. Non quòd tunc venerit, quia fuerunt forte xx. anni inter duo tempora, vnde tenetur pro tempore confuso. Sic hic. Futurum enim est quòd multi seductores venient, & dicēt antichristum esse deum. [Tunc si quis dixerit vobis. Hic est Christus &c.] 2. ad Thes. 2. Non terreamini, neque per spiritū, neque per sermonē, neque per epistolam, quasi per nos missam quasi instet dies domini &c. [Nolite credere.] Deinde cum dicit. [Surgent enim &c.] Assignat rationem admonitionis. Et primo, ponit rationem ex necessitate: secundo, ex falsitate doctrinæ, ibi [Sicut enim fulgur &c.] Circa primum tria facit. Primo, introducit seductores: secundo, vehementiam seductionis: tertio, admonitionē. Dicit ergo, tu dicis quòd aliqui erunt qui dicent se Christum: sed numquid alii erunt? Ita [Surgent enim pseudochristi] idest, qui dicent se christos, & hoc factum est ante destructionem Hierusalem, 1. Ioan. 4. Sed audistis q̃ venit antichristus, vnde antichristi facti sunt multi. [Et pseudoprophetæ.] Sicut enim Christus habuit veros prophetas, qui prænuntiauerunt eum; sic antichristus falsos. Et hoc est quod dicitur 1. Ioan. 4. Multi pseudopropheræ exierunt in mundum: sed numquid faciēt isti miracula & effectus? vnde dabunt signa, & prodigia, 2. ad Thes. 2. Cuius aduentus est secundum operationem satanæ, Apocalyp. 16. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudopropheræ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sed est quæstio, numquid dæmones possunt facere miracula. Dicendum quòd non, si proprie sumatur miraculum: quia miraculum proprie non est quod fit præter ordinem alicuius causæ particularis, sed quando præter ordinem totius creaturæ, & hoc fit per solam virtutem diuinam; sed bene possibile est, q̃ creatura superior non contineatur in ordine creaturæ inferioris, vnde aliquid fit per virtutem superiorum, quod non fit per virtutem elementorum. Sic in hominibus aliquis facit per artificium aliquid, quod mirum videtur aliis. Sic de dæmonibus, quia subtilioris sunt intelligentiæ, ideo sicut artifices aliqui aliquid faciunt quod videtur mirum aliis, sic & dæmones aliqua faciunt naturaliter, quæ videtur nobis mira, sed quomodo fiet istud? Opinio fuit Auic. quòd natura corporalis obedit ad nutum intelligentiis, vnde ad apprehēsionem immutatur corpus. Sed August. istud amouet, quia non obedit ad nutum alicuius creaturæ, sed solius dei: ideo dicendum quòd in rebus naturalibus sunt virtutes determinatæ ad procreandum aliqua vt ranas, & huiusmodi. Istas virtutes nouerunt melius dæmones quàm alii. Et hoc probat August. quia ignis qui descēdit super oues Iob, fuit naturalis. Potest enim excitare corpora & congregare, vt faciant talia miracula. Illa vero miracula quæ non procedunt ex virtute alicuius rei naturalis, hęc non possunt facere, scilicet, vt mortuus suscitetur, vnde talia non faciunt nisi in prestigiis, vt Simon magus fecit mouere caput, vnde ista quæ non fiunt ex virtute naturæ, non possunt, vnde [dabunt signa magna,] idest, quæ homines reputāt magna: sed quis erit effectus? [Ita ut in errorem inducantur si fieri potest, etiam electi.] Et dicit Origę. quòd sermo dictus est per exaggerationem, quia quicumque homo est in hac vita, si secundum se consideretur, seduci potest, tamen comparando ad electionem dei, vt sit sensus. Electum seduci, hoc est impossibile, ideo aggrauando dicit q̃ tanta erit uis, quòd nisi præseruarentur ex prædestinatione diuina, q̃ seducerentur: vel dicendum quòd non uere electi, sed electi secundum apparentiam, 1. ad Tim. 1. Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, Esa. 19. Dominus miscuit spiritum vertiginis in medio eius, & errare fecerunt Aegyptū. [Ecce prædixi,] quia secundum Greg. minus nocent iacula quæ præuidentur, Amos 3. Non faciet dominus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum. [vnde si dixerint uobis &c.] Posita necessitate in generali, ponit magis in speciali, si dixerint vobis. [Ecce in deserto &c.] Notandum quòd vera doctrina fit in publico, supra 10. Quod dico vobis in occulto, dicite super tecta, sed falsa semper quærit angulos, Prouerb. 1. Sapientia dat vocem in plateis, vnde veritas est lumē, & quærit in lumine uideri; sed si fuerit peruersum dogma, quærit occulta, Prouer. 9. Sapientia sedet in foribus, & sequitur, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, vnde desertus est locus occultus, quia caret hominibus, uel quia est interclusus, vnde [si dixerint &c.] Et quid vult dicere? Isti infideles & hęretici dum sunt fideles in societate, vel congregatione, non possūt decipere, sed nituntur q̃ a societate separentur, & tunc decipiunt, & hoc est quod vult dicere. Si dixerint. [Ecce in deserto est, nolite credere.] Nolite a bona societate & cōgregatione separari. Item, si in penetralibus, quia semper intendunt locum secretum, nec doctrinam in publico audent dicere, vnde Ioa 18. Ego palam locutus sum mundo. [Nolite credere,] quia qui cito credit, leuis est corde, Eccles. 19. Secundum Hieron. potest reorqueri ad tempus ante destructionē, sed melius est vt retorqueatur ad finem. Item, potest intelligi de seductione facta in ecclesia. Pseudochristi est documentum mendacii, & dicitur vnum documentum, quia omnia in uno vniuntur: et quodlibet mendacium habet suos prophetas, vnde dicunt. Hic est Christus, aut illic, Ezech. 13. Perseuerauerunt confirmare sermonem, & aliquando volunt confirmare per scripturas apocryphas, aliquando per occultos sensus scripturæ. Quando per apocryphas, dicunt quòd in deserto est: quando per occultos sensus, dicunt quòd in penetralibus. Vel secundum August. Vera doctrina duo habet, quia & idem in omni loco, & plublice proferri debet, & ab istis deficit hæresis, vnde dicit. [Hic est Christus] idest, in hac terra, & non in alia. Item, quia doctrina sua nō est publica, ideo dicunt in penetralibus est, vnde, nolite credere. [Sicut enim fulgur exit ab oriente &c.] Hic aliam rationem assignat, quia falsum dicunt quòd Christus ueniet occultus; sed non est uerum; immo ueniet manifestus, & ponit duas rationes. Vnam ex manifestatione Christi, aliam ex congregatione sanctorum. Dicit, nolite credere, quòd non veniret manifestus. [Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentē, ita erit aduentus filii hominis] psal. 49. Deus manifeste uenier, sed numquid ueniet, sicut fulgur qui modo videatur hic, & post uersus orientem? ideo non intelligatis, q̃ sic solū manifestetur in vno oriente, sed in omnibus. Si uelimus referre ad mysterium, fulgur est aduentus veritatis. Nolite ergo quærere occultum dogma, quia veritas manifestatur per totum mundum. Vel oriens principiū, occidens finis, vnde veritas dogmatis semper habet concordantiam a principio vsque ad finem. Verum enim dogma totā scripturam recipit, quidam non recipiunt vetus testamētū: quidam non recipiunt prophetas, & ita non possent confirmari per alias scripturas, sed vera doctrina a principio nascentis ecclesiæ vsq; ad finem habebit confirmationem, vnde dicit Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi. [Vbicumque fuerit corpus, ibi &c.] Posset enim aliquis dicere, Isti dicunt, hic est Christus, aut illic, quomodo cognoscemus quando veniet? Ostendit autem q̃ non indigebit quærere, quia manifestus fiet aduentus eius, quandoquidem & alii congregabuntur, & erit simile ei quod accidit, cum quidam petiit a domino suo multum celante consilium suum de mouendo castra, & dixit, Quando mouebitis castra? Et ille, Nonne audies tubam, ad quid petis? sic dicitur hic. Tu dicis quòd erit hic, uel illic, scio quòd vbi fuerit corpus &c. Notate quòd in Hebræo habetur. Anathe, quod idem est quòd cadauer, vnde voluit signare passionē Christi, quia tunc veniet Christus ostendens signa passionis, & loquitur per similitudinem, Iob 39. [vbi corpus &c.] 1. ad Thessa. 4. Occurremus in nubibus obuiam Christo &c. sed quidam sunt aquilæ, quidam vultures, & corui. Sed non dicit vultures, uel corui, sed aquilæ, per quas sanctī signantur, Esa. 40. Assument pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient. Sic ut dicit Hieron. Vbicumque fit memoria Christi passionis, viri sancti debent congregari per iugem memoriam passionis eius, Ad Hebr. 10. Memoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. [Et quia non solum erunt hæc manifesta per tribulationes, ideo ait [Statim autem post tribulationem &c.] Et agit de signis sumptis ab aliis rebus, quæ supra nos sunt. Et primo, ponit signa: secundo effectus. secunda ibi. [Et tunc plangent &c.] In his autē quę supra nos ostendit, triplex est ordo, corpora cælestia, angeli, Christus, Ad Ephe. 1. Constituit eum super omnem potestatem & principatum &c. Quantum ergo ad primum dicit. [Statim autem post tribulationem dierum illorum, quando scilicet veniet antichristus. [Statim] quia non diu post, quia multis esset in periculum, & hoc est cōtra illos qui fabulam ponunt

ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo christi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorē inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit & aduentus filii hominis. Vbicumq;

fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorū sol obscurabitur, & luna non dabit lumē suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc parebit signum filii hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate, & mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor

sunt de mille annis. [Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum] Et quid est? Hoc dictum habet sensum literalem & mysticum. Secundum quòd ad vltimum aduentum refertur, habet sensum literalem: secundum quòd ad alium, mysticum, sed videtur obiici quod dicit, q̃ sol obscurabitur, quia dicitur Esa. 30. Et erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septempliciter &c. vnde ad hoc videndum debetis distinguere tria, tempora. Tempus ante aduētum, tempus in aduentu, & post aduētum. Ante aduentū Christi huiusmodi obseruationes fient, de quibus hic dicitur, & Iohel 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequàm veniat dies domini magnus & horribilis. In Christi aduentu non mutabuntur secundum substantiam, sed secundum comparationem, quia tanta erit claritas Christi & sanctorum, q̃ nec apparebit claritas eorum, Esa. 24. Erubescet luna, & cōfundetur sol: sed post diem iudicii augebitur claritas lunæ & stellarū. Et tunc erit verum, quod dicitur Esa. 30. scilicet quòd solis lumen erit septempliciter sicut lumē septem dierum. Sed videtur falsum quod dicitur, quòd stellæ cadent de cęlo, quia vna stella maior est tota terra. Rabanus soluit per literam, Marc. 13. quòd stellæ erunt decidentes in lumine, idest, in lumine minoratæ, sed vnde ista minoratio poterit esse? Ex duobus est quòd lumen alicuius luminaris minoratur, vel in seipso, vel propter interpositum aliquod, vt si nubes interponatur, vt cum eclipsatur luna, minuitur lumen eius, vnde dicit Orig. q̃ dupliciter potest intelligi. Primo, q̃ hoc interpositum erit ignis, qui ante Christum præcedet, & consumet omnia vsque ad medium spatium aeris, quantum scilicet eleuatæ sunt aquæ diluuii, quem ignem sequetur multus fumus, ita quòd tenebrabuntur luminaria cęli. Vel potest dici, q̃ quidam tenebant ista corpora esse corruptibilia, & sicut elementa immutabuntur, ita & ista. De istis tribus habetur una authoritas, Apocal. 6. Sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus, & luna tota facta est, sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt &c. [Stellæ cadent de cælo] Stellæ de cęlo videntur cadere, quando suo lumine priuantur. Sic ergo erit immutatio in corporibus cęlestibus. Item, in angelis, vnde dicit. [Et virtutes cælorum mouebuntur,] idest, virtutes quæ deo ministrant. Et dicit August. quòd omnia corpora administrantur per spiritum vitæ, vnde dicuntur moueri in effectu, quia in aduentu domini cessabit motus cęli, vnde illa dicuntur moueri, quando illa quæ ad suum officium pertinent, in alium statum mutantur: vel angeli mouebuntur non commotione timoris, sed admirationis, quia admirabuntur virtutem Christi. Vel cōmouebuntur commotione gaudii super glorificatione sanctorum. De hoc potest accipi, quod dicitur Iob 26. quòd columnæ cęli contremiscunt, & pauent ad motum eius. [Et tunc apparebit signum filii hominis in cælo.] Hic ponitur signū filii hominis super angelos existentis. Filii signum, idest, signum victorię Christi, quia quando totus mundus inneuabitur, signabitur quòd obtinuit victoriam omnium per passionem suam, quod modo non apparet: vel apparebit signum crucis, ad ostendendum quòd tota illa gloria est per passionem eius. Item, significabitur quòd omnem iudiciariam potestatem acquisiuit per passionem suam, Iob 36. Si voluerit nubes extendere quasi tentorium suum &c. Et sequitur. Per hæc enim iudicat populos. Item, apparebit ad confundendum malos qui Christum noluerunt sequi. Item, signum crucis erit clarius quàm sol: sed quis erit effectus? [Tunc plangent omnes tribus terræ.] uidentes tantam Christi potestatem quā despexerunt, & tantam sapientiam, cui non obedierunt, & tantam claritatem sanctorū, vnde dicent illud quod dicitur, Sap. 5. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce nunc quo modo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Item, tribus cęli, idest, illi qui portauerunt imaginem cęli, Esa. 40. Cui similem fecistis deum, aut quam imaginem ponetis ei &c? Imputabunt sibiipsis quod talia sustinent, Apocalyp. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerūt, & plangent se super eum omnes fines terræ. Et Zach. 12. Aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Hęc est literalis expositio: sed si referatur ad ſm aduētū, tunc tantum exponitur mystice. Orig. Per solem diabolus signatur, per lunam antichristus. De his dicitur Iob 31. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum &c. Vidi, idest, approbaui solem, idest, ea quæ videntur habere claritatem & sanctitatem, & qui virtutem tunc apparebunt, 1. ad Corin. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, vnde tota doctrina, tota claritas tunc apparebit, quia imago Christi apparebit in omnibus. Vel per solem ecclesia signat, vnde ecclesia propter tribulationes videbit nō lucere. Et quare dicit post tribulationes? Respōdet Origenes, & post, & simul. Item, stellæ, idest, illi qui post videbitur splendere. Virtutes cęli, idest, sancti mouebuntur. [Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli &c.] Supra dominus prænuntiauerat quæ futura erant ante secūdum aduentum. Hic autem prænuntiat ipsum aduentum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit suum aduentum: secundo, certitudinem aduentus: tertio, incertitudinem horæ, uel diei, secunda ibi. [Ab arbore fici &c.] tertia ibi. [Dies autem & hora &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit aduentum, siue apparitionem filii hominis: secūdo, congregationem sanctorū ad ipsum, ibi [Et mittet angelos &c.] Et ostendit q̃ vbi fecit mentionem de aduentu, duo posuit, v3. q̃ manifestus esset aduentus, & q̃ sancti congregarentur, vnde dixit, & sicut fulgur &c. & hoc ad manifestationem. Item, dixit, Vbi corpus &c. & hæc duo vult magis explanare. Et quomodo venit? [Videbunt filiū hominis &c.] Et qui videbunt? Omnes homines. Ipse enim ad iudicandum veniet. Habet enim naturā humanam & diuinam, secundum diuinam non videbitur nisi a mundo corde &c. Secundum q̃ dicitur supra 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt: sed secundum humanā naturam videbūt eum etiam & mali. Videbit omnis caro salutare dei nostri, ideo videbunt filium hominis, quia idem est filius hominis, & dei, sed non videbunt vt filium dei, sed vt filium hominis, Ioan. 3. Dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sed potest esse quęstio, vtrum tàm boni, quàm mali sint eum visuri in specie gloriosa, & dicendum q̃ sic. Et ratio assignatur, Esa. 26. vbi disputans dominus cum propheta, dicit. Non videbit gloriam domini. Et respondet propheta. Domine exaltetur manus tua, vt non videant, cui respondit dominus. Videāt, & confundantur, vnde boni videbunt ad lætitiam, mali ad cruciatum & tristitiā, quando enim aliquis timet puniri, quanto magis potestas iudicis contra ipsum appareat maior, magis affligitur, sic quanto Christus apparebit gloriosior, tanto magis cruciabuntur mali. Et hoc signatur cum dicitur. [Venientem in nubibus cęli.] Et hoc respondet huic quod supra dixerat, q̃ sicut fulgur &c. In fulgure duo sunt splendor, & terror. Splendor aliquam iucunditatem repręsentat, sed terror fit ex sono, & nubes ad refrigerium fit, Esa. 28. Et erit sicut nubes rorida in die messis, quæ tunc iucunda est. Item, nubes habent obscuritatem, & quando spissa est, est terribilis propter fulgura & pluuias quæ ex nubibus oriuntur, & hoc conuenit terrori impiorum, psal. 96. Nubes & caligo in circuitu eius. Item, cōpetit q̃ in nubibus veniat ad designādū diuinitatē Christi, quia maiestas dei apparuit in nube, Exo. 16. vnde dicit 3. Reg. 8. Dicit dominus q̃ habitaret dominus in nebula, ideo in nubibus veniet. Item, competit ad ostendendum humanitatem eius, quia sicut habetur Act. 1. Videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, & audierunt angelos dicentes. Quemadmodum uidistis eum euntem in cælum, sic veniet. Vt ergo ostendatur quòd sic ille idem qui in nube sublatus est, apparebit in nube. Competit etiam ad significādum glorificationem. Quando enim transfiguratus est, apparuit nubes lucida, et tunc fuit vna, sed tunc erunt plures, quia tunc solum tribus apparuit, sed tunc pluribus apparebit, Apocalyp. 1. Ecce veniet in nubibus, & videbit eū omnis oculus. Et quid erunt istæ nubes? Non erūt nisi quędā claritates redundantes ex corpore Christi & aliorum sanctorū, Orig. dicit quòd erunt angeli assumentes non solum intelligibiliter, sed veraciter ministrantes. In primo enim aduentu venit humilis, Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus &c. sed post veniet in nubibus cęli [cum virtute multa & maiestate.] In primo enim aduentu duo fuerunt. Habuit enim infirmitatē & ignominiam. Infirmitatem, quia dicit Apostolus, 2. Cor. 13. Crucifixus est ex infirmitate. Ignominiam secundum quod habetur, Esa. 52. Sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Consequenter ad hæc duo, duo dicit, Consequenter ad infirmitatem, ponit virtutem, vnde de ista dicitur. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, & hęc data est ei per generationem, inquantum filius dei. Sed ipse promeruit

promeruit inquantum homo, & hoc manifestabitur quãdo omnes angeli, & omnia elementa ministrabunt ei. Itẽ, contra ignominiam dicit quòd veniet in maiestate, quasi iudex viuorum & mortuorum. Tunc veniet. [Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna.] Hic agit de congregatione sanctorum, & tria ponit. Primo, ponit ministros: secundo, congregatos: tertio, vnde cõgregantur. Ministri sunt angeli, vt habet psal. 102. Ministri eius qui facitis voluntatẽ eius &c. Sed dicit [cum voce magna, & tuba.] In resurrectione triplex virtus operabitur. Primo, virtus diuina: secundario, virtus humanitatis Christi, quia sua resurrectio est causa nostræ resurrectionis, vt dicit Apostolus 1. ad Corin. 15. Sicut in Adam omnes mortui sumus, ita in Christo omnes resurgemus. Item, operabitur ibi virtus angelica ad quædã præambula, scilicet ad colligendos pulueres: & hæc tria tangit. Virtutem angelicam, cum dicit. [Mittet angelos.] Virtutem dei cum dicit. [Cum tuba] Virtutem humanitatis in hoc quod dicit. [Et in voce magna.] De ista habetur in Ioan. 5. Omnes qui audierint vocem filii dei, viuent: et oportebit quòd illa vox sit magna, quia dabit voci suæ vocem virtutis, psal. 67. Per tubã bene signatur diuinitas, quia maior est vox tubæ, quàm vox humana, Apocal. 11. Et audierunt vocem magnam de cælo dicentem eis, Ascendite huc. & paulo post. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo &c. Et notare q̃ tuba satis ei congruit, quia Num. 10. Mandauit dominus Moysi duas tubas fieri, & clangebant tubis ad concilium, ad festa, ad pugnã, & ad commotionem castrorum, & sic erit in iudicio, quia erit ibi consilium, idest, adunatio omnium sanctorum, quia non resurgent impii in iudicio, neque peccatores in consilium iustorũ, psal. 1. Item, erit tunc solemnitas sempiterna. Item, erit ibi pugna contra malos, vt habetur Zach. vltimo, Sed & Iudas pugnabit aduersus Hierusalem. Item, erit ibi commotio castrorum, quia sancti transferentur ad vitam sanctorum, Zach. 2. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa. Item, quidam modo congregantur, sed non omnes, sed tunc omnes, infra c. 25. Congregabuntur ante eum omnes gentes &c. Hic congregantur solum electi, quia solum congregantur, vt regnent cum ipso, psal. 49. Congregate illi sanctos eius, vnde dicit. [Et congregabunt electos eius.] Sed vnde congregabuntur? [A quatuor ventis cæli.] A summis cælorum vsque ad terminos eorum. Venti cæli distinguuntur per quatuor partes mundi. Ab oriente prouenit subsolanus. Ab occidente fauonius. A septẽtrione boreas. A meridie auster, & sub his omnes alii cõtinentur, vnde [a quatuor ventis cæli] idest, ab omnibus partibus mundi. Sequitur. [A summis cælorum &c.] Istud potest dupliciter exponi. Origenes dicit sic. [Congregabuntur] Posset aliquis dicere, quòd solum ista congregatio esset viuorum & nõ mortuorum, quod remouet ad ostendendum q̃ etiam mortui congregabuntur, ideo dicit [a summis cælorum &c.] Scitis quòd sancti ascendunt in cælos, & quidam sunt inferiores, quidam superiores: quia secundum modum meritorum erit modus præmii, vnde hoc est quod dicit August. quòd a quatuor ventis, hoc est propter corpora: quòd a summis cælorum, hoc dicit propter animas. Remigius dicit sic, & est in glo. Congregabo &c. Posset aliquis credere quòd solum esset congregatio ab extremis terræ, sed quid erit de medio illo terræ vnde [vsque ad terminos eorum.] Et vult dicere, quòd non solum fiet congregatio ab extremis terræ, sed a cælo, idest, a medio illo mundi. [Ab arbore fici discite parabolam.] Hic docet de certitudine aduentus sui. Magna dixerat, & a quibusdam incredibilia: modo tripliciter certificat. Primo, similitudine: secundo, assertione: tertio, ratione, secunda ibi. [Amen dico vobis &c.] tertia ibi. [Cælum & terra &c.] Dicit ergo. [Ab arbore fici &c.] Dicit Chrysost. Quando vult deus ostendere aliquid, semper inducit similitudinem naturalem. Arbores in hyeme vitam habent, tamen occulte, vnde non producunt folia, neque fructus, sed in principio veris incipiunt pullulare, & tunc apparet vita, sic etiam sancti modo non apparent, vt habetur ad Colos. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: sed tunc vita sanctorum apparebit, eorum scilicet qui non seducentur tempore antichristi. Tunc veniat æstas, idest, æterna retributio, psal. 125. Euntes ibant & flebant mittẽtes semina sua, & sequitur. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos, vñ dicit [Ab arbore fici &c.] Per ficum signatur synagoga, de qua habetur Luc. 13. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. [Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis &c.] Et hoc potest exponi sic.

ventis, a summis cælorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam, cũ iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas, ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea nõ præteribunt. De die autẽ illa & hora nemo scit,

Ramus tener, antichristus est, cuius potestas parum durabit, & ficus folia multum adhærent ei, & tunc potestas eius manifestabitur. Vel potest exponi in bono. Per ramum virtus & fortitudo sanctorum, Quando ecclesia incipiet finiri, virtus Christi & sanctorum apparebit qui sustinebunt eam, Cant. 3. Ficus pitulis grossos suos. [Ita & vos cum videritis hæc omnia &c.] idest, cum videritis signa præcedentia euenire, [scitote q̃ prope est in ianuis.] Sicut dicit aliquid esse prope, quãdo est in ianuis, Iaco. 5. Ecce merces operariorum vestrorum quæ defraudata est a vobis clamat, & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Notate q̃ August. facit vim in hoc quod dicit, omnia, cum dicit, Cũ videritis hęc omnia &c. Supra dixerat quòd dominus prope est: sed quid est? Semper enim dominus prope est, ideo dicit. Si velimus, dicamus quòd nihil pertinet ad finem mundi, sed ad aduentum Christi per ecclesiam, vnde quod dictum est. Videbunt &c. Venientem in nubibus, idest, in prædicatoribus. [Cum virtute magna,] quoniam dat dominus verbum euangelizantibus virtute multa, & tunc veniet cum maiestate, quoniã dant ei reuerentiam: tñ secundũ expositionem aliorum, referre ad finẽ mundi possumus, & aliter dicere secũdum quòd August. exponit dat intelligere aliquid quod prope est, idest aliqua esse signa quòd prope est, vnde qd̃ dictum est, Videbunt &c. refertur ad omnia supra dicta, scilicet ad signa, fulgura, & terræmotum. Manifestauit ergo per similitudinem, nunc manifestat per assertionem, scilicet cum iuramento dicens. [Amen &cæt.] idest, infallibiliter verum est, quia [non præteribit generatio hæc &c.] Dicit Orige. quasi in promptu esset quod audietis. Posset enim aliquis credere hæc esse dicta de destructione Hierusalẽ, & quia tunc completa sunt ad destructionem, quia multi superuixerũt vsque ad tempus illud, vnde [nõ præteribit generatio hæc] idest, homines nunc viuentes [donec omnia fiant,] sed magnum esset omnia dicta ad destructionem Hierusalem referre: ideo aliter dicẽdum, quòd omnes fideles sunt vna generatio, psal. 23. Hęc est generatio quærentium dominũ, & præmiserat, q̃ domini est terra &c. vnde vult dicere [non præteribit &c.] idest, non cessabit fides ecclesiæ vsque ad finem mundi, contra aliquos qui dicebant quòd duraret vsque ad tempus aliquod, quod dominus redarguit dicens, infra vltimo. Ecce ego nobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, & tunc ponit rationẽ. [Cęlum & terra transibunt; verba autem mea non transibũt,] quasi dicens, facilius est cælum & terram transire, quàm uerba mea, Esa. 40. Verbum autẽ meum manet in æternũ. Et psal. 32. Verbo domini cæli firmati sunt, vnde verbum est causa cæli, & causa semper validior est suo effectu, ideo &c. Et non dicitur q̃ cælum & terra transeant, quia esse desinant, sed quia transibũt in alium statum, Apocal. 21. Vidi cælum nouum & terram nouam. Secundum Orige. Boni per cælum signantur, per terram mali, Esa. 1. Audite cæli, & auribus percipe terra. Vtrique transibunt, boni in vitam æternam, mali in ignem æternũ. Et quòd dicitur verbum dei non præteriri, non dicitur quòd nõ transeat secundum substantiam uerbi, sed secundum id cuius est, unde hoc, ut dicit Orige. habet præter alia, quia non præteribit uerbum domini. Verba autem Moysi & aliorum prætereuntur, unde uerba Moysi sunt signa præsentis ecclesiæ: sed uerba Christi præ nuntiant statum uitæ æternę, unde uerba Moysi trãseunt, idest, quod promisit Moyses transit: quod Christus, non, quia promisit futuram gloriam quæ non transit. Item, uerbum Christi secundum quòd est de terrenis, & temporalibus transit. [De die autem & hora illa &c.] In parte autem ista determinat de incertitudine temporis, & circa hoc duo facit. Primo, ponit temporis incertitudinem: secundo, hortatur ad similitudinem: tertio, ostendit quentũ futurũ, secunda ibi. [Sicut in diebus Noe &c.] tertia ibi. [Tunc erunt &c.] Dicit quòd videbunt &c. Tu dicis indeterminate. Dicat nobis determinate si est uerum. [De die autem & hora nemo scit, neque angeli cęlorum.] Quod dicit de angelis cælorum, manifestum est, & non habet mãgnam dubietatem, quia est cognitio naturalis in eis, & hoc non se extendit nisi ad ea quæ secundum cursum naturæ fiunt, iudicium autem non fiet nisi secundum uoluntatem dei. Item, est alia cognitio gloriæ, & sic tantum sciunt sicut quibus dominus uult reuelare, & istud sibi retinuit, Malach. 3. Ecce uenier dominus, & quis poterit scire aduentum eius, 1. ad Thes. 2. Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Sed est quęstio hic secundum Hiero. quia dicit Marcus cap. 13. Nec etiã filius hominis, ex quo uidetur Arrius suam hæresim confirmare, quia si pater scit quod nescit filius, ergo

ergo maior est eo. Ideo potest dici q̃ filius scit, & quòd dies iudicii secundum aliquam rationem determinatus est, & quicquid determinatur a deo, suo verbo æterno determinatur, ideo impossibile est quin verbum sciat. Sed quare dicitur nescire? Augu. & Hierony. dicunt, quòd consuetus modus loquendi est dicere nescire aliquid, qn̄ nõ facit illud scire, sicut dicit Gen. 22. Nũc cognoui quòd timeas deum, idest, cognoscere feci, ió dicitur filiũ nescire, quia nõ facit scire. Alio mõ dicit Origenes, quòd Christus & ecclesia sunt sicut caput & corpus, q̃a sicut caput & corpus sunt sicut vna p̃sona, ita Christus & ecclesia. Sed Christus aliquando accipit formam ecclesiæ, vt in illo, psal. 21. Deus deus meus respice in me, vnde quòd dicitur quòd Christus non scit, intelligitur quòd ecclesia non scit, vnde dominus Act. 1. Non est uestrum scire tempora, vel momenta &c. Notate quòd dicit August. quòd ipse volebat ostẽdere ex qnibusdã signis q̃ aduentus iudicii non possit sciri determinate, quia non determinat quodcunq; tẽpus. Probatio dicit, q̃ non possit sciri, quia sicut est in ætatibus hõis, ita est in ætatibus mundi, vnde sicut vltima ætas hominis non habet terminũ certũ, sed aliqñ protenditur plusquàm alliq, sic & de vltima parte dici debet quòd non habet certum terminum, & poterit plus durare, quàm omnes aliæ partes. [Sicut autem fuit in temporibus Noe, ita erit & aduentus filii hominis &c. supra dominus posuit incertitudinem horæ iui aduentus; nunc autem adhibet similitudinem, & primo ponit eam: secundo, exponit, ibi [Sicut autem &c.] Proponit autem similitudinem conuenientem, quia dum loqueretur de fine mundi, quieuit in fine mundi. Proponit ergo de alia similitudine. Legitur enim duplex consummatio, vna per aquam. 2. Petr. 2. Et si originali mundo non pepercit; sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit diluuium mundo impiorum inducens, vnde dicitur satis conuenienter, quia prima consummatio fuit ad amputanda peccata carnalia, vnde dicitur Gen. 6. Videntes filii dei filias hominũ quòd essent pulchræ, acceperũt sibi vxores ex omnibus quas elegerant &c. ideo contra ardorem huius concupiscentiæ, debuit esse consummatio per aquam. In fine autem mundi peccatum erit, quia refrigescet charitas, sicut supra dictum est, ideo ignis conuenienter erit in pœnam, vnde dicit. [Sicut in tempore Noe] scilicet quòd finis fuit incertus, sicut habetur Gene. 6. Finis vniuersæ carnis &c. vnde sicut illi qui adhæserunt Noe saluati fuerunt, [sic in aduentu filii hominis] qui adhærebunt filio Christo saluti fient: secundo, exponit istam similitudinem quantum ad incertitudinem. [Sicut enim erant in diebus ante diluuium &c.] In verbis istis duo tangere videtur, vnum scilicet desperationem de futuro aduentu, & causam eius. Causa autem quòd homo non speret futurum aduentum est, quia versatur in curis carnis, quoniã ambulat secundum eius concupiscentias, Iaco. 5. Epulati estis super terram, & in luxuriis vestris enutristis corda vestra, ideo vacabunt lasciuię, quæ duas habet partes, scilicet in comessationibus, & ebrietatibus &c. Quantum ad primum dicit [comedentes & bibentes,] non quòd comedere & bibere sit peccatum, sed ponere ibi finem suum est peccatum. Quantum ad secundum dicit. [Nubentes, & nuptui tradentes &c.] Et sequitur. [Et nõ cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes] scilicet qui non adhæserunt Noe, qui erat figura Christi, ita erit aduentus filii hominis, sed habetur Luc. 17. Arescẽtibus hominibus præ timore, & supra eodem habetur quòd sol obscurabitur. Quomodo ergo securi erunt homines vt comedant & luxurientur? Duplex est responsio. Dicit Hieron. quòd uerũ est quòd circa eam pœnam antichristi multæ erunt tribulationes, & hoc ad probationem electorum, & post restituentur tranquillitati, & in illa tranquillitate mali vacabunt lætitiæ, vnde Lucas loquitur secundũ statum tribulationis: Matth. autem secũdum tempus quod immediate præcedet aduentum dei. Item aliter, quia quidam sunt boni, quidam mali. Et vniuersaliter ecclesia patietur tribulationem, & boni punientur a malis, vnde dicitur supra 10. Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meum, vnde illi qui patientur, erunt boni: qui vero exercebunt huiusmodi tribulationes erunt mali. Quòd ergo dicitur hic. Comedentes &c. Intelligitur quo ad malos: quod autem in Luca dicitur quòd arescẽtibus &c. hoc intelligitur quo ad bonos. Vel sic. Cum frequenter accidat quòd boni emendantur per tribulationem, mali autẽ non, ideo mali arescent, boni autem non. [Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur &c.] In parte ista ponit euentum huius incertitudinis. Et quis erit? Quia continget quòd homines in vno officio assumpti quòd vnus assumetur, & alter relinquetur. Et potest hoc exponi secundum Chrysost. q̃ non velit aliud dicere, quàm q̃ i omni conditione hominum, & omni officio quidam erunt reprobi, quidam electi. Qui boni, assumẽtur: qui mali, relinquentur. Quomodo? Sicut dictũ est supra 13. quia veniẽt angeli & assument bonos, scilicet ad Christum.

neque angeli cælorum, nisi pater solus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filiis hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diẽ quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuiũ & tulit omnes: ita erit & aduentus filii hominis.

Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto vnus assumetur, & vnus relinquet.

b ¶ Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veturus esset, vigilaret vtiq;

Item, quidam sunt delitiose viuentes, quidam vero quædam officia exercentes. Itẽ, laborantium quædam sunt officia ad homines pertinentia, quædam ad mulieres, labor hominum est proprie in agris. [Tunc ergo erunt duo in agro vno.] Literaliter scilicet laborantes. [Vnus assumetur] tanquàm electus, [alter relinquetur] tanquàm reprobus. Item, [duæ erunt molentes in mola vna.] Vna assumetur, altera relinquetur. Hoc est officium mulierum. Solebat esse quòd mulieres molerent, et loquitur secundum consuetudinem tertæ, vbi non est aqua, & tunc moletur cum æquis, vel cum hominibus, sed tũc erat officium mulierum, Esa. 47. Tolle molam, & mole farinam, vnde duę erunt molentes, idest, exercentes officium suum. Et tunc vna assumetur, exponit vt prius. Item, duo in lecto vno &c. Chrysost. dicit quòd diuites non laborant, sed quiescunt, ideo assignantur per illos qui in lecto iacẽt, et de istis unus assumetur, & alter relinquet. Potest et exponi allegorice, et hæc est expositio Hilarii. Per agrum assignatur mundus, sicut supra dictum est. Per duos homines, populus fidelium & infidelium. De istis vnus assumetur, scilicet populus fidelium, alter relinquetur, scilicet infidelium. Item, lex vetus per molam assignatur, quæ grauis & ponderosa est, Act. 15. Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri ferre potuimus, & eorum qui veterem legem recipiunt, aliqui recipiunt Christum, alii non. Omnes illi dicuntur in mola molere qui veterem legem recipiunt, & illi quidem assumuntur, qui veterem legem cum noua recipiunt: illi vero qui non, relinquuntur. Item, qui Christum recipiunt sunt sicut iacentes in lecto, quia per lectum signatur memoria passionis, & de talibus, quidam assumuntur, quidã relinquuntur. Quidam enim conformant se passioni per bona opera, quidam non. Potest aliter exponi, vt ad tres status fidelium referatur, quia sunt tria genera hominum, quidam contemplatiui, quidam prælati, quidam actiui. Nullus status securus est, quin aliqui damnentur in statu aliquo. Status contemplationis per lectum significatur. De hoc in canticis, Lectus noster floridus, & tamen aliqui in hoc statu damnantur. Status actiuorũ per molentes in mola signatur, quia ponderositatem habet, & sunt sollicciti, Luc. 10. Martha Martha sollicita es &c. vnde ituoluũtur in sæcularibus, & tamen inter eos aliqui damnantur. Per agrum in quem homines exeunt ad laborandum, signantur prælati, Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ, & in talibus quidam assumuntur, & quidam relinquuntur.

b ¶ Postquàm dominus posuit incertitudinem horæ, monet ad vigilantiã, & primo monet omnes: secundo, specialiter prælatos, ibi [Quis putas &c.] Circa primum tria facit. Primo, proponit admonitionem: secundo, similitudinem: tertio, concludit propositum. secunda ibi. [Illud autem scitote &c.] tertia ibi. [Et vos estote parati &c.] Dicit ergo. Ita dico quòd dies est incertus, & nullus potest confidere de suo statu, quia de quolibet vnus assumetur, & alter relinquetur, ideo debetis esse diligentes & sollicciti. [Vigilate ergo:] Et vt dicit Hieron. Ideo voluit dominus incertum ponere terminum, vt homo semper expectaret. In rebus enim homo delinquit, quia vacant eius sensus. Item, quid vacat a metu. Item, dicet homo, ideo [vigilate] vt sensus vestri eleuentur per contemplationem, Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Item, Vigilate ne in somno torpeatis. Ille enim vigilat, qui se exercet in operibus bonis, 1. Pet. vltimo. Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Item, vigilate ne iaceatis per negligentiam, Prouerb. 6. Vsque quo piger dormis &c. Sed quid dicit? [quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit.] Hoc dicebat Apostolis, & nõ habetur alibi quòd ita expresse se vocet dominum, sicut hic, & in Ioan. 13. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim, sed posset

set aliquis dicere, quòd dominus loquebatur apostolis, Apostoli non erant victuri vsque ad finem mundi. Quo modo ergo dicit. Vigilate quia nescitis &c. Dicit August. quòd istud necessarium est etiam apostolis, & eis qui ante nos erant, & nobis, quia dominus venit dupliciter. In fine mundi ueniet ad omnes generaliter. Item, venit ad vnumquemque in fine suo, scilicet in morte, Io. 14. Nõ relinquam uos orphanos, veniam ad vos. Ergo dupler est aduẽtus, in fine mundi, & etiam in morte. Et utrunque voluit esse incertũ. Et isti aduentus sibi respondent, quia talis inuenitur quis in secundo qualis fuerit in primo. August. Imparatum inuenit illum mundi nouissimus dies, quem imparatum inuenet suus vltimus dies. Item, potest exponi de alio aduentu, scilicet inuisibili quando venit in mentem, Iob. 9. Si uenerit ad me non percipiam, vnde ad multos venit & non percipiunt, vnde multum debetis vigilare, ut si pulsauerit quòd aperiatis ei, vnde Apocal. 3. Ego sto ante ostiũ & pulso, si quis aparuerit mihi, intrabo ad eum & cẽnabo cum illo. [Illud autem scitote, quòd si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, vigilaret [illa hora: & non sineret perfodi domũ suam.] Sed quia nescit qua hora oportet quòd tota nocte vigilet. Quis est iste paterfamilias domus? Anima est. In ista debet homo quiescere, Sapien. 8. Intrans in domum meam, idest, in conscientiam meam, conquiescam cum illa. Paterfamilias ratio est. Prouerb. 22. Rex qui sedet in solio dissipat omne malum iuuuitu suo &c. Aliquando fur persodit domum suam, fur est aliqua persuasio fallẽ doctrinẽ, vel tentatio aliqua. Et dicitur fur sicut habetur, Ioa. 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouiũ, ille fur est & latro. Ostium proprie dicitur naturalis cognitio, seu ius naturale. Quisquis ergo per rõnem intrat, per ostium intrat: sed qui intrat per ostium concupiscentiæ, vel iræ, vel huiusmodi est fur. Fures consueuerunt in nocte venire. In Abdia. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quo modo conticuisses &c. vnde si de die veniant, non timentur. Sic quando homo est in contemplatione diuinorum, tunc non venit tentatio, sed quando remisse se habet tũc venit, ideo bene dicit propheta, psal. 70. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me, vnde debemus vigilare, quia nescimus quando veniet dominus, scilicet ad iudicium, vel possumus referre ad diem mortis, 1. ad Thessal. 5. Cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. [Et uos estote parati, quia qua hora nõ putatis filius hominis venturus est.] Dicit Chrysost. quòd homines solliciti circa temporalia, vigilant de nocte. Et si pro temporalibus vigilant, multo magis vigilandum est pro spiritualibus, Apocaly. 3. Si non vigilaueris &c. [Quis putas est fidelis seruus & prudens &c.] Hic specialiter admonet ad vigilandũ prælatos. Et primo, alliciendo prẽmiis: secundo, terrendo suppliciis. Circa primum tria facit. Primo, ponit idoneitatem boni prælati: secundo, officium: tertio, præmium. Idoneitas est quòd sit fidelis & prudens, in quolibet bono opere duo sunt necessaria vt intentio constituatur in debito fine. Item, quòd accipiat vias congruas ad illum finem, ideo in officio prælationis hęc duo sunt necessaria. Primo, quòd figat intentionem in debito fine, quem quidam constituunt in seipsis, de quibus dicitur Ezech. 34. Væ pastoribus qui pascunt se, quia illi qui in recto fine intentionem constituunt, non intendunt quòd sibi vtile sit, sed quòd multis ut salui fiãt. Et hoc totum propter gloriam dei recte operantur. Qui autem quærit quod suum est, non: vnde oportet quòd sit fidelis, 2. Corin. 4. Iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Item, debet esse prudens, quia potest esse quòd aliquis quærat gloriam dei, sed non secundum scientiã. Prælati .n. est corripere vitia. Posset ergo ita increpare q̃ posset inducere in peccatũ, ideo oportet q̃ sit prudẽs, sup. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes &c. Et notate q̃ nominat seruũ; quia differentia est inter liberũ & seruũ, quia omnis actio serui retorquet in dominũ, non liberi: sic omnis actio prælati referti debet in deũ. Sic Paulus vocabat se seruũ, cum dicit, 2. Cort. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum. Sed quare dicit, Quis putas &c? quia pauci sunt fideles, Phil. 2. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, Prouerb. 20. Virum autem fidelem quis inueniet? Et si pauci fideles, pauciores & prudentes, ideo sic dicit dominus notans paucitatem. Deinde tangit eorum officium. [Quem constituit dominus &c.] Et tria agit. Primo, agit de sui institutione super officium suum, cum dicit. [Quem constituit dominus] non quòd ipse procuret vel

F muneribus, uel precibus, Ad Hebr. 4. Nullus assumat sibi honorem, sed qui vocatur a deo sicut Aaron. Deinde tangit super quem constitutus est, quia super familiam suam, scilicet super ecclesiam suam, non super temporalia, secundum quod dicit Apostolus, 2. Tim. 2. Nemo militans deo implicat se negotiis sæcularibus &cæt.

& nõ sineret perfodi domum suã, ideo & vos estote parati, quia nesciti s qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius inuenerit sic faciẽtem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis,

minus, oportet eum esse prudentem ut vigilet circa ecclesiam, non circa alia quæ extra ecclesiã sunt, 1. Corint. 5. Quid ad nos de his quæ foris sunt? Itẽ, tangit officium prælati, vt det illis cibũ in tẽpore. Cibum, scilicet doctrinæ, boni exempli, & temporalis subsidii: ideo dominus dicit Petro ter, pasce, pasce, pasce oues meas, Ioa, vlt. Pasce uerbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio habetur vltimo, sed tamen [in tempore] Ecclesiast. 3. Item, Ioan. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Si enim vult dicere verba, quando non competit, perdit. Sequitur de præmio, & primo dicit q̃d est istud: secundo, in quo sit. Quod est præmium? beatitudo, vnde dicit [Beatus siue in morte, siue in fine mundi, quem inuenerit sic facientem, scilicet administrãtem, vt dictum est, psal. 115. Beati immaculati in via qui, ambulant in lege domini. Et quare sunt beati? [Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.] Hoc tripliciter exponitur. Vno modo, ut ostendatur in quo consistat omnis beatitudo. Beatitudo enim in aliquo bono consistit: sed omnia bona dei sunt. Numquid ergo in aliquo istorum est beatitudo? Beatitudo est in illo bono quod est super omnia bona. Non enim est aliquis beatus nisi in illo bono quod deus est, vnde super omnia bona sua constituet eum, idest, beatificabitur in illo, scilicet in deo qui est super omnia, Esa. 58. Secundo modo exponi potest quod hoc dicit, ad ostendendum præeminentiam quam habebunt boni prælati, Luc. 12. habetur, quòd faciet eos discũbere: sed hic habetur quòd super omnia bona & c. quia inter omnia præmia, maximum est præmiũ boni prælati, supra 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur. Qui doctí fuerint, erunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt plurimos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et hæc est super omnia bona sua, idest, super omnia prẽmia sanctorum. Tertio modo, potest exponi per vnionẽ ad Christum, quia sicut in hoc mundo non peruenient ad statum perfectionis, nisi qui sequitur vestigia Christi, sic nec tunc, nisi coniunctí fuerint Christo, & habebunt dominium super omnia, inquantum voluntas sua fit conformis voluntati diuinæ, Luc. 3. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum &c. & Apocal. 2. Qui vicerit, dabo ei stellam matutinam. [Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo &c.] Postquàm allexit vt sint vigilantes per præmia, hic terret per supplicia. Et primo, ponit culpam: secundo, pœnã, ibi [Veniet dominus &c.] In culpa duo sunt, scilicet causa culpæ, & ipsa culpa, & tamen vtrumque culpa est, causa culpæ est desperatio de aduentu [Si dixerit. Moram facit dominus meus venire.] August. dicit quòd aliquis posset dicere hoc nimio desiderio, et hoc demonstrabat qui dicebat. Quando veniam & apparebo ante faciem dei mei? psal. 41. Aliquando dicitur p̃ desperationem de cito veniendo, Ezech. 12. Fili hominis, quod est prouerbium istud in terra Israel dicentium. In longum differentur dies, & peribit omnis visio? Non enim diu tardabit, 2. Pet. 3. Non tardat dominus promissionem suam, vnde hæc est radix omnium. Sed quæ sunt quæ consequuntur inde? Vnum crudelitatis, aliud voluptatis. Quantum ad primum dicit. [Et cœperit percutere conseruos suos] quia reputat sibi subiectos, vt seruos. Contra illud, 1. Pet. 5. sed voluntarie neque dominantes in cleris. Et non solum sufficit ei, sed etiam percutit & affligit, Mich. 5. Qui ædificatis Sion in sanguinibus. Vel percutiunt fratres quos seruos reputãt malo exemplo. Item, istud non sufficit eis, sed conuertunt se ad voluptates. [Manducet autem & bibat cum ebriosis] idest, habebit societatem cum voluptuosis si ipse est voluptuosus. Et quid etiinde? Ponit iudicium. Primo enim ponit iudicium ex inspe rato: secundo, pœnam. Dicit. [Veniet dominus &c.] quia credit aliquando homo esse securus de longa vita, & tamen subito deficit, 1. ad Thessal. 5. Dies domini sicut fur veniet, Esa. 30. Subito dum non speratur veniet cõtritio eius. Et quid fiet inde? Sequitur triplex pœna. Et diuidet eum, non ut dicit Hieronym. vt diuidat gladio, sed a societate bonorum, infra 25. Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & hæc est maxima pena. Dicit Orig. sic. In homine tria sunt, est anima,

corpus,

corpus, spirituale donum. Et hæc in bonis prælatis non diuidun A tur, sed in malis prælatis, spirituale donum diuidetur, quia accipiet spirituale donum quod eis dederat. Corpus autem, & anima mittentur in ignem. Item alia pœna est quòd annumerabitur iniquis. Vnde dicit. [Partemque eius ponet cum hypocritis.] Hypocritæ sunt simulatores qui vnum profitentur, & aliud agunt, vnde partẽ eius ponet cum talibus. Et sic accipitur, psalmo 10. Sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Item, adhuc ista non sufficiunt, sed erit alia pœna, quia [ibi erit fletus, & stridor dentium.] Iob. Transibunt enim a frigore nimium ad calorem nimium, vnde fletus ex fumo generatur, stridor dentium ex frigore. Dicit Origen. quòd possumus hinc considerare quòd male dicunt, qui dicunt quòd prælati mali non sunt prælati. Item, notate quandam similitudinem quam ponit Augustinus. Remoueamus ab oculis illum seruum de quo fit sermo, & ponamus tres seruos qui diligant aduẽtum domini. Vnus dicat dominus meus cito veniet, & ideo uigilabo. Alius dicat, Dominus tardabit sed volo uigilare. Alter dicat, Nescio quando ueniet, & ideo uolo vigilare, quid istorum melius dicit. Respondet Augustinus, quòd primus male decipitur quia si putat quòd cito veniat, & postea tardat est in periculo, ne præ tẽdio dormiat. Secundus potest decipi, sed non est in periculo. Sed tertius benefacit, qui sub dubio semper expectat, ideo malum est determinare aliquod tẽpus.

ueniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & stridor dentium.

CAP. XXV.

VNC simile erit regnum cælorum decem B uirginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormierunt omnes & dormiebant. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino vestro. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondentes autem sapientes dicunt: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem eunt emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime uero uenerunt & reliquæ uirgines dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Respondens autem ait: Amen dico uobis, nescio uos. Vigilate ergo quia nescitis diem neque horam.

CAP. XXV.

SVPRA actum est de aduentu domini ad iudicium: hic agitur de ipso iudicio, vnde diuiditur istud capitulum in duas partes. In prima parte loquitur de iudicio per quasdam parabolas. In secunda manifeste, & explicite formam iudicii demonstrat, ibi. [Cum autem venerit, &cæt.] Circa primum duo facit. Primo ponitur quædam parabola in qua aliqui excluduntur a regno propter defectum interiorem. In secunda, quòd quidam excluduntur propter negligentiam exterioris operationis, ibi. [Sicut enim homo peregre proficiscens, &cæt.] Prima est de uirginibus quæ solent animos hominum exercere. Et in hac tria consideranda sunt. Primo ponitur præparatio D aliquorum se disponentium ut regnent cum Christo: secundo ponitur excitatio ad iudicium: tertio aduentus iudicii. secunda, ibi. [Media autem nocte, &cæt.] tertia ibi. [Dum autem irent, &cæt.] Circa primum. Primo tangit studium præparantiũ: secundo eorum somnum, ibi [Moram autem faciente, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit quod est commune omnibus se præparantibus: secundo distinctionem in his qui se præparant, ibi. [Quinque autem, &cæt.] Circa primum quatuor consideran tur communia quantum ad omnes, numerus, status, officium, & finis intentus. Numerus tangitur quòd decem erant. [Simile est regnum cælorum decem uirginibus.] Sed quare decem? Triplex ratio est. Vna quidem, quia decem est numerus vniuersitatis, in numerando procedimus vsque ad decem, post incipimus ab vno, vnde per decem, per unum, & per centum vniuersitas significatur. Vel secundum Hilarium, omnes obsistunt decem præceptis obseruandis uel obligantur ad eas uel per decem propter quinque sensus duplicatos. Sunt enim duplicati. Vno modo secundum Gregorium, quia quinque sunt in uiris, & quinq; in mulieribus. Et sic decem. Secundum Hieronymum duplicantur secundum quòd ad diuersos sensus referuntur. Sunt enim quidam sensus exteriores, & quidam interiores. De uisu interiori dicitur, Ioã. Deum nemo uidit vnquàm, &c. De gustu dicitur, psal. 33. Gustate, & uidete, &c. de olfatu dicitur, Cant. 1. In odorem unguentorum tuorum currimus, &c. Et sic sunt omnes decẽ qui ad iudicium ueniunt. Status tangitur cum dicitur [virginibus.] Sed quare dicuntur virgines? Triplex est ratio. Secundũ Chrysostomum, intelligit de his qui integritatẽ carnis seruant. Sed quare magis facit mentionem de uirginibus? Dicit quod supra 19. locutus est de uirginibus ubi dicit, quòd sunt quidam eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum: qui potest capere capiat, &c. ideo cum uirginitas sit tantum bonum quòd non cadit sub præcepto sed sub consilio, secundum quòd habetur 1. Corinthio. 7. De uirginibus præceptum non habeo, consilium autem do, si isti damnantur, multo magis, & alii. Vel uirgines dicuntur qui ab illecebris quinque sensum abstinent. Secundum Hieronymum, & Origen. uirgines dicuntur fideles qui non admittunt corruptelam secundum quòd dicit Apostolus, 2. Corin. 11. Desposũdi uos vniuiro, &c. Sequitur, videre studiũ. [Quæ accipientes lampades suas.] Lampades sunt uasa luminis. Vnde secundum Hilarium possumus intelligere animas illuminatas lumine fidei quod in baptismo receperunt, Esa. 58. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. Vel per lampades opera signantur. Secundum Augustinũ, Opera enim uestra debent esse lucerna. Supra. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Ergo accipere lampades, est præparare animam uel disponere ad bona opera. Quartum quod ponitur est quòd [exierunt obuiam sponso, & sponsę.] Quis est sponsus, & quæ est sponsa? Dupliciter exponitur secundum duplex matrimonium. Vnum diuinitatis ad carnem quòd celebratum est in utero uirginis: ipse enim tamquàm sponsus procedens de thalamo suo, psalm. 18. Sponsus ipse filius est, sponsa humana natura, unde nihil aliud est exire obuiam sponso & sponsæ, nisi seruire Christo. Item est matrimonium Christi, & ecclesiæ, Ioan. 3. Qui habet sponsam, sponsus est. ergo præparantes lampades intendunt ut placeant sponso, idest, Christo, & sponsæ, idest, matri ecclesiæ. Et sic in istis conueniunt. Ponuntur etiam tria in quibus discrepant in interiori discretione, & exteriori solicitudine. Quantum ad primum dicit. [Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.] Prouerb. 10. Sapientia est uiro prudentia. Ille prudens est qui quæ facit non vult pro nullo perdere. Ideo dictum est supra. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Vel sic fatuæ sunt qui diuertunt a deo, vel per malam intentionem, & non rectam, uel per falsam doctrinam, Prouerb. 9. Mulier stulta, & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suæ. Secundum Origen. Qui habet unam uirtutem habet omnes, vnde non potest esse vnus sensus ordinatus quin sint alii ordinati. Item sicut etiam dicitur, Iacobi. 2. Qui delinquit in vno factus est omnium reus. Item discrepant quantum ad exteriorem solicitudinem. Quia [quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.] Omnes istę bene volebant habere lampades accensas, quia ipse qui lumen est, vult sibi seruire cum lumine, lumen non potest nutriri sine oleo. Stultus enim esset qui crederet seruare lumen in lampade, & non poneret oleum. Per oleum quatuor significantur secundum Hieronymum. Per oleum significantur bona opera. Et quare? Fides est lumen animarum quo accenduntur lampades. Per bona opera fides nutritur. 1. ad Timoth. 1. Hoc præceptum commendo tibi fili mi Timothee secundum præcedẽtes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam habens fidẽ, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. De isto potest accipi quod dicitur, Prouerb. 21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illũd. Alio modo per oleum misericordia significatur. Et sic dicit Chrysost. Vnde habetur Luc. 10. quòd Samaritanus infudit vinum, & oleum. Per uinum seueritas signatur, per oleum opus misericordiæ. Vult ergo quòd qui intendit continentiam seruare, & non fecerit misericordiam, stultus est, vnde dicit Iac. cap. vltimo. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Item, per oleũ signatur interior lætitia, de quo in psal. 103. Vt exhylaret faciem in oleo. Et alibi in psal. 44. Vnxit te deus oleo letitiæ, &c. Multi sunt qui exterius abstinent, & quærunt intus gaudium scilicet conscientiæ, & ibi habent secum oleum. Alii uero non quærunt gaudium conscientiæ, sed gloriam hominum, & isti non habent oleum. Secundum Orig. per oleum sancta doctrina signatur, Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Oleum iustitiæ rectam doctrinam signat, psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua. vnde virgines dicũtur qui cõtinẽtiã seruãt, qui faciũt misericordiam, qui gaudium intertus quærũt, qui rectã doctrinam assumunt. Sequitur de somno repentino. Ponitur causa somni, & somnus. Causa somni est mora. Quando enim aliqui

expe-

expectant aliquem, & maxime de nocte, cito dormiunt, vnde per hoc spatium significatur spatium inter aduentum Christi in carnem, & aduentum ad iudicium, vnde dicit. [Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt;] secundum omnes expositores exponitur de morte. Sed quare dicitur mors somnus?

Hoc é propter spem resurrectionis. Sicut enī qui dormit intendit euigilare, sic qui dormit morte, intendit resurgere. 1. Thessal. 4. Nolumus uos ignorare de dormientibus ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent, &cæt. Sed quid est dormitio, & dormitatio? Exponit Gregorius. Dormitatio est proprie uia ad somnum, unde per dormitationem possumus intelligere longiorem uitam, per somnum mortem. Secundum Orige. intelligitur de somno pigritiæ, Prouerb 6. Vsq̄ quo piger dormies, quando consurges de somno tuo? Vnde [Moram autem faciente sponso] uel ad iudicium, uel ad mortem [dormitauerunt omnes, & dormierunt,] uix enim sunt aliqui qui lōgo tempore uiuant quin torpescant. Vel qui totaliter negligunt, dormiunt, qui uero, aliquo modo aliqualiter desistunt a primo feruore, dormitant. [Tunc sequitur excitatio: secundo effectus: tertio petitio fatuarum uirginum: quarto responsio sapientum. Dicit ergo. [Media nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit.] De ista dicit Origen. aliter quàm alii, & magis secundum literam. Alii omnes exponunt excitationem istam referendo ad finale iudicium. Et secundum hoc iste clamor erit tuba vel vox Christi. 1. Thessalonicen. 4. Quoniam ipse dominus in iussu, & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. 1. Corinth. 15. Canet tuba, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Et quare media nocte? dicit Hieronymus, quòd Hebræus dicit, quòd sicut angelus in media nocte descendit ad interficiendum primogenita Aegypti, sic uenturus est dominus in media nocte. Vnde solebat esse consuetudo apud eos, quòd non dimittebatur populus usque ad mediam noctem. Augustinus dicit, quòd non est propter rationem temporis, sed solum est propter occultationem. 1. ad Thessalonic. 5. Dies domini sicut fur de nocte. sed quid est quod dicit [Ecce sponsus uenit, & exite obuiam ei] quia tunc omnes resurgent ei obuiam, Ioan. 5. Venit hora in qua omnes in monumentis sunt audient uocem eius. Amos. 4. Præpara te Israel in occursum dei tui. Origen. refert ad præsentem uitam. Et hoc quando homo detinetur inani gloria, & fit clamor per prædicatorem uel per internam inspirationem. Tunc reuertitur ad Christum, Esa. 40. Exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas Hierusalem. Tunc sequitur effectus. [Tunc surtexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas.] Ad literam, facto clamore per tubam vel per vocem Christi, omnes resurgent. Vnde Ioan. 5. Omnes enim qui in monumentis sunt uocem eius audient. Sed quid fecerunt? [Ornauerunt lampades suas.] Sed quid est hoc? Erit ne tempus? Dicendum, quòd ornare lampades nihil aliud est quàm dinumerare opera quæ fecerunt ut possint congruam rationem reddere. Vnde habebunt solicitudinem quando audient uocem filii dei, ut infra eodem. Quando uidimus te esurientem, & pauimus, sitientem & dedimus tibi potum, &cæt. Secundum Origen. est planior litera. Quia si ad præsentem uitam referantur, quando fit clamor per prædicatorem uel internam inspirationem, tunc surgunt a negligentia, & tunc incipiunt surgere ad corrigendum facta sua. Tunc sequitur petitio fatuarum. [Fatuæ autem sapientibus dixerunt. [Date nobis de oleo uestro, &c.] Iste erant fatuæ quo ad aliquid, & quo ad aliquid non, quia aliquid habebant de lumine fidei, unde dicunt [quia lampades nostræ extinguuntur.] Si enim nihil haberent fidei, dicerent, extinctę sunt, unde cognoscunt quòd non possunt ignem sine oleo conseruare. Et quid est hoc dictum? siue intelligatur per oleum opus misericordię, siue iustitiæ, idem est sensus, quia isti resurgentes qui non habebunt hæc opera in abundantia, petunt suos defectus suppleri per eos qui habuerunt magis abundanter. Sed hoc non poterit fieri, quia vnicuique erunt sua necessaria. Ad Galat. vlti. Onus suum vnusquisque portabit. Et quia videbant ꝙ non poterat ualere lumen fidei sine opere misericordiæ, petebant ab aliis qui fecerant opera misericordiæ. Augustinus sic exponit. Consuetum est quando aliquis præoccupatur in aliquo, solet recurrere ad illud in quo sperat, istæ habebant exterius fiduciam, quia laudem aliorū quæ

so dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illę, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerūt. Da te nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Re-

rebant. Vnde dicunt. [Date nobis de oleo uestro,] idest, de laude uestra, idest, laudetis nos de opere nostro. Sed istud nō ualebit eis secundum quòd habetur, ad Romano. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, Iob. 16. Ecce enim in cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis. Vnde confidunt in humano fauore qui prodesse non potest. Secundū Origen. contingit quòd aliqui in rebus uanis expenderunt uiā suam. Et cum recognoscunt, recurrunt ad alios, & petunt orationes, & beneficia eorum. Et in hoc non sunt fatui si incipiunt reuerti ad dominum. [Responderunt prudentes dicē-

sponderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis, & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit sponsus, & quæ parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime uero ueniunt, & reliquæ uirgines dicentes. Domine domine

tes.] Hic ponitur responsio sapientum. Et in ista responsione duo ponuntur. Et primo ponitur responsio repudiandi. Item ponitur quoddam cōsilium, ibi. [Ite potius, &c.] Et quæ est ratio? [Ne forte non sufficiat nobis, & uobis.] Vnde quia oleum misericordiæ vel interius gaudium uel exteriora opera non sufficiunt nobis & uobis, sicut dicitur 1. Pe. 4. Si iustus uix saluabitur, impius, & peccator ubi parebunt? Et Apo. Ro. 6. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et Esa. 64. Omnes iustitiæ vestræ tamquàm pannus mēstruatę &c. Quia ergo non sufficit nobis, & vobis. [Ite potius ad uendentes, & emite vobis.] Sed numquid erit tempus quòd requirant sibi oleum? Ideo intelligendum ꝙ istud magis dicitur per modū improperii quàm per modum consilii, quasi diceret. Debuissetis iuisse. Secundum Chrys. isti uendentes sunt pauperes, quia mercantur regnum. Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Vnde dicunt. Ite, idest, ire debuissetis secundum Augu. dicitur enim per modum improperii. Venditores olei sunt adulatores, vnde uidentes quòd istę petunt auxilium dicunt. Ite potius, &cæt. Quasi dicerent. Vos numquàm quæsistis nisi oleum, idest, laudem humanam: modo eatis ad mundum, & ematis illud testimonium quod semper quæsistis, Secundum Origen. plana est litera, quia uult quòd totū in mundo isto contingat. Aliquando accidit quòd peccator uidet iustum, & petit quid debeat facere. Sed aliqui sunt ita sapientes quòd sibi sufficit sapientia sua, sed non sufficit sibi, & aliis. Vnde tales dicunt illis, qui ab eis petunt consilium. Non habemus tantum de doctrina spirituali quòd possimus nobis, & vobis sufficere, ideo ite ad doctores ecclesiæ, & ad sapientes qui vendent vobis. De ista habetis, Esa. 55. Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite. Sed quo modo sine argento uenditur? Dico quòd sapientia uenditur sine argento. Et quòd est prætium eius? Hoc est quòd homo libentur studeat, hoc est prætium sapientiæ, Prouerb. 2. Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem, & scientiam dei inuenies. [Dum autem irent emere uenit sponsus.] Dicit Augustinus, quòd quidam referunt istud ad statum præsentis uitę, sed non potest stare cum eo quod dicitur, & clausa est ianua. Ideo Origen. etiam hoc exponit de futuro aduentu. Et tria facit. Primo ponitur aduentus iudicii: secundo receptio bonorum: tertio exclusio malorum. Dicit ergo. [dum irent emere, &c.] idest, dum haberent solicitudinem quo modo excusarent se in iudicio. Venit dominus ad iudicium. Sed Origę. dicit, quòd quidam sunt qui venient ad consilium vel ad sacerdotes, & cum deliberatione ut conuertantur, & tunc in aduentu moriuntur. Vnde tunc uenit sponsus, quando homo moritur. Sed quid est qd hic dr, uenientę ipōso, cum supra dixerit exierunt obuiam sponso, & sponsæ? Ratio est, quia in iudicio sponsa, idest, caro Christi erit assumpta in glorificationem. Vel si referamus ad ecclesiam, tunc perfecte ipsa vnietur ipsi sponso per adhæsionem. Vnde Apostolus 1. Cor. 6. Qui adhæret deo, vnus spiritus est cum illo. Et sequitur. [Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.] Iste nuptiæ sunt regnum cælorum, de quo Apoc. 17. quoniam dominus dominorū est, & rex regum, & qui cū illo sunt uocati, & electi, & fideles. [Et statim clausa est ianua] quia nulli postea aperietur. Modo autē aperitur. Vnde psalm. 23. Attollite portas principes uestras. Et Apocaly p. 4. Post hæc uidi, & ecce ostium apertum in cælo. Sed tunc claudetur. [Consequenter ponitur repulsio malorum. Et dicuntur tria. Primo exprimitur negligentia quia tarde ueniunt. Vnde dicitur. [Nouissime autem uenerunt, &c.] Vnde signat eos qui tardā pænitentiam agunt. Sap. 5, Dicentes intra se, pænitentiā agētes, & præ angustia spiritus gemētes. Desideriū tangitur cū dicit. [Domine domine

aperi

aperi nobis.] Vnde in hoc quòd dicunt eum dominum, dicunt aliquid per quod deberent impetrare. Per hoc autem quòd geminant, signatur quòd ex angustia petant, unde dicitur supra, 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum. Desiderium autem eorum tangitur cum dicitur. Aperi nobis.

Sequitur repulsio. [Ac ille respondens ait.] [Amen dico uobis, nescio uos &c.] idest, non approbo uos. Nouit enim dominus qui sunt eius. 2. ad Timoth. 2. Sicut artifex nescit opus quod discordat ab arte sua. Consequenter concludit. [Vigilate itaque & orate, &cæt.]

b ¶ Supra posuit dominus parabolam de iudicio, in qua reprobatur aliquis propter hoc quòd bonum spirituale interius susceptum non conseruat. Hic uero ponit parabolam, in qua quis bona suscepta non multiplicat: unde diuiditur, quia primo de distributione donorum agit: secundo de usu eorum: tertio de iudicio utentium. secunda, ibi. [Abiit autem, & qui quinque talenta acceperat, &cæt. tertia, ibi. [Post multum uero temporis, &c.] Circa primū tria facit. Primo ponit necessitatē distribuēdi: secundo distributionem: tertio recessum distribuentis. Necessitatem ostendit in hoc quod dicit. [Sicut enim homo peregre, &c.] Vbi debetis notare quòd iste homo Christus est. Et possumus dicere quòd peregre proficiscebatur tripliciter, quia pergebat in locum, qui quàmuis sit sibi proprius per diuinitatē, scilicet in cælū, tamen peregrinus erat secundum carnem, quia nulla caro ibi ascēdérat. Vnde Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. Item proficiscebatur in cælū, quia in mundo peregrinus existens in cælū proficiscebatur, Hierem. 1. Quare futurus es quasi colonus in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Item, potest intelligi spiritualiter. Nunc enim peregrinatur a nobis, quoniam nos peregrinamur ab eo 2. ad Corinthio. 5. Dum sumus in corpore, peregrinamur a domino. Quando autem uidebimus eum, tunc non erimus sicut peregrini, sed sicut ciues, & domestici dei. Et notandum sicut dicit Origę. ubi ponitur, sicut, debet iungi aliquid, nisi ponatur in similitudine, sicut habetur supra 24. Sicut enim fulgur exit ab oriente, ita & erit aduentus filii dei. Sed hic non ponitur in similitudine, & non ponitur postea aliud, propter hoc debet sic legi. Aliquis peregre proficiscens sicut homo, quia Christus & deus, & homo est. Vnde secundum quòd deus non peregrinatur, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius ad Hebræos. 4. Peregre autem proficiscitur sicut homo, Ioan. 1. Vidimus eum tamquàm unigenitum a patre, idest, sicut unigenitum a patre. Et hoc fuit necesse ex quo peregre proficisceretur, quòd curam cōmiteret de suis, et hoc facit cum dicit. [Vocauit seruos suos, &cæt.] Et primo tangitur liberalitas dantis: secundo diuersitas donorum, item, discretio dandi. Dantis liberalitas in duobus tangitur, eo quòd præuenit eos quibus dedit. Item eo quòd abundanter dedit, eo quòd præuenit, quia qui expectat dare diminuit de liberalitate sua. Sic autem non dominus, in psalm. 20. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Vnde uocauit seruos suos, non illi ipsum, vnde Ioan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, Roman. 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Item, tangitur liberalitas, quia de suo. [Dedit bona sua] non aliena. Aliqui bene sunt liberales de alieno, sed non de suo: iste autem de suo, vnde de isto potest intelligi quod dicitur in psalm. 67. Ascendisti in altum, &cæt. dedisti dona hominibus. Consequenter ponitur diuersitas donorum. [Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii uero unum.] Omnes istos diuidit per tres, in fructum trigesimum, sexagesimum, & centesimum, quia omnis multitudo diuiditur in summum, & infimum, & medium. Ista talenta sunt diuersa dona gratiarum. Sicut enim talentum pondus dicitur metalli, sic gratia pondus est quod inclinat ipsam animam, unde amor est pondus animæ. Apostolus. 1. Corinthio. 12. Diuisiones gratiarum sunt, vnde ista dona diuidunturita ꝙ nō æqualiter dantur omnibus, ad Eph. 4. Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensurā donationis Christi. Et hoc est quod dicit. [Vni dedit quinq; talēta, &c.] Et q̄ est ratio huius numeri? Possumus dicere ꝙ aliquis ita superabundat, ꝙ habet mensuram dupli, aliquis uero ita ꝙ ultra duplū, vnde qui accipit duo se habet ad illum qui duo, sicut proportio duplū qui autem autem quinq;, se habet ultra proportionē dupli. Vnde vult dicere ꝙ aliquis accipit quinq; qui accipit secundum

A mensurā incomparabilē. Possumus, n. dicere ꝙ ista dona sunt eloquia dei uerba sapientiæ. Frequenter. n. sapientia diuitiis cōparatur, Ef. 23. Diuitię salutis sapientia, Quid est quod dicit, ꝙ uni dedit quinq;, &c. Origę. ꝙ illi dedit quinq; talenta qui omnia quæ in scriptura dicuntur, ad spiritualem intellectū referr. Vnde dicit

aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico uobis, nescio uos. Vigilate ergo, quia nescitis diem, neque horam.

b ¶ Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, et uni dedit quinque talenta, alii autē duo, alii

uero unum, unicuiq; secundū propriam uirtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat abiens fodit in terram,

dictū est sup. Sicut sunt quinq; sensus corporales, sic sunt quinq; spirituales. Sic dns Apostolis dedit. Luc. ultimo dr, ꝙ aperuit eis sensū ut intelligerēt scripturas. Et in Daniele c. 1. dr, ꝙ dedit de pueris intelligentiā in oī scriptura. Qui

autē sunt illi qui duo accipiunt? Secundū Origę. dualitas numerus est materiæ, vnde omnis numerus est ex binario, & unitate: B unde binario attribuitur materia, unitati forma. Vnde illi dicuntur duo recipere, qui minus recipiunt, quia nesciunt se in oibus regere, sed aliquid hnt in quo sciūt, quia sunt boni ædificatores, uel huiusmodi, vnde secundū Origę. plus accipit qui recipit unū, quàm ꝙ duo. Secundū Greg. & Hiero. est ecōuerso, quia ꝙ quinq; talenta intelliguntur quinq; sensus, vnde ille recipit quinq; talēta, qui gratiā a deo recipit circa tēporalia, circa quæ operatio sensuum uertatur. Per duo aūt talēta intelligū sensus & intellectus. Per unū uero assignatur intellectus solū, vnde ille unū recipit, ꝙ gratiā intellectus recipit nō gratiā opandi. Secūdū Hila. ille recipit quinq;, qui Christū inuenit in quinq; libris Moysi. Ille autē duo, qui gram noui & ueteris testamēti uenerat, qui i Christo ueneratur naturā diuinā & humanā. Vnū autē recipit Iudæus qui in solis legalibus gloriatur. Deide sequitur rō. [Vnicuiq; uero secundū propriā uirtutē.] Si hoc referatur ad illud quòd talēta sint C eloquia, plana est expositio, quia debent dari secundū maiorē capacitatem, Io. 16. Multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo. Et Apostolus 1. Cor. 3. Tamquàm paruulis in Christo lac potū dedi uobis, nō escam, ideo magis subtilibus, magis subtilia dedit. Si autē referamus ad bona gratiarū, quia quidā dixerunt, ꝙ secundū bona naturalia daret bona gratuita, vnde secundum ꝙ magis habet homo de bonis naturalibus, habet ēt de bonis gratuitis. Et hoc verum fuit in angelis, & in hominibus non. Et quæ est ratio? quia in angelis una est natura spiritualis, ideo ad quod mouentur, totaliter mouentur secundum totalitatē virtutis. Ideo quātum ualet conatus eorū, tm capiunt, sed homo est ex duabus cōtrariis naturis, quarum una retrahitur ab alia a suo corpore: unde non tantū datur ei nisi quantū homo cū isto bono naturali habet de studio. Itē, alius error fuit qui dixit ꝙ initium gratiæ fuit a nobis. Et contra hoc obiicit Aug. per uerbū Apostoli 2. Cotinth. 3. qui dicit, quòd non sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Sed quod est prius principiū quàm D cogitatio? Et si cogitatio a nobis non est, ergo nec operatio. Vnde qui plus conatur, plus habet de gratia, sed quòd plus conetur, indiget altiori causa, Tren. 5. Conuerte nos ad te, & conuertemur. Si autem quæris quare vnus magis habet de gratia quàm alter? Dico quòd huius rei est causa proxima, & causa prima. Proxima est maior conatus istius quàm illius. Causa prima est electio diuina, Eccl 33. Quare dies diē superat, & lux lucem, & annus annū, sol solē? A domini scientia separati sunt. Et quæ est ratio huius? Videte quòd aliter est de agente uniuersali, & particulari. Agens particulare præsupponit sibi aliquid, & secūdum hoc diuersimode operatur, vt artifex aliam formam dat vni materię, & aliam aliæ. Sed si posset facere materiam, diceretur quòd talis fecit talem materiam vt induceret formam secundum voluntatem suā. Sic dominus cum sit creator omnium, creauit istum, ut sic eū faceret, unde intelligē vt itelligatur capacitas naturæ cū conatu. Tūc E ponitur recessus dantis, cum dicit [Et profectus est statim.] Et potest intelligi quòd iste peregre proficiscebatur, quia cum Apostolis dixisset. Accipite spiritum sanctum, Io. vlt. &c. Et Petro dixisset, Pasce oues meas, statim profectus est, vnde dicebat, Io. 13. Filioli adhuc modicū uobiscū sum. Et statim ascēdit. Vel pōt dici ꝙ profectus est non recedendo, sed quia relinquit eos sub arbitrio, quia nō cōpellit eos uti donis datis. [Abiit autem & qui quinq; talenta acceperat &c.] Hic ponitur de usu donorum, et hoc quātum ad tres seruos. Et primo quantum ad primum: secundo quo ad secundum: tertio quo ad tertiū, unde dicit. Abiit aūt. Designatur hic profectus virtutis, psalm. 83. Ibunt de uirtutem in virtutem. Et hoc habetur Gen. 26. Ibat crescens, & proficiens. Virtus enim proficit per exercitum operationis. Nisi enim operetur, deficit, et ideo dicit. [Operatus est.] Vnde dicitur Prouer. 13. Anima operantium impinguabitur. [Et lucratus est, &c.] Et quo modo?

Duplicitet proficit aliquis: uno modo in seipso, alio modo in alio. In se, si habeat intelligentiam scripturarum ita ut proficiat. Si charitatem, ut proficiat aliis. Profectus est ut proficiat in alia, ut quod accepit, communicet. 1. Petri 4. Vnusquisque gratiam quam accepit, unde si quod accipis communicas, totidem lucraris. Vnde dicit quòd [superlucratus est alia qui que] quia vix est q̃ aliquis conferat ad aliquem id quod nõ habet 1. ad Corinthio. 11. Ego enim accepi a dño, quod & tradidi uobis. In eo autem quod habet, in eo proficit.

Apostolus. Gratia eius in me uacua non fuit. Secundum Hilar. Ille lucratur quinque, qui proficit in quinque libris Moysi, ut Christum lucretur. [Similiter qui duo acceperat] scilicet qui proficit intellectu, & operatione. [Lucratus est alia duo,] idest præmiationem quo ad utrumque. Vel duo, quia non solum proficit prędicando uiris, sed etiam mulieribus secundum Grego. Secundum Origen. quòd illud quod acceperat secundum rationẽ naturalium, ad intellectum referat. [Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, &cæt.] Quid autem est fodere in terram? Tripliciter exponitur secundum Gregor. Ille thesaurũ abscondit qui donum acceptum abscondit in peccatis carnis uel tẽporalibus, unde qui potest in temporalibus proficere, & conuertit se ad terrena abscondit pecuniam domini sui in terra. De talibus dicitur in psalm. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Secundum Orige. habet aliquis donum intellectus, & tamen uult religiose uiuere, & sibi solum uiuere, cum tamen multis potest proficere. Iste abscondit in terra, Tob. 12. Opera dei reuelare, & confitert honorificum est. Talis enim pecunia est ad multiplicandum, non abscondendum. Hilar. Qui sunt qui recipiunt unum? Iudæi, qui puram literam recipiunt. Isti abscondunt pecuniam in terra, idest, in carne Christi, qui propter carnem non possunt credere ipsum esse deum, unde Apostolus 1. Corinthio. 1. Nos autem prædicamus Christum Iesum, Iudæis quidem scandalum, &cæt. [Post multum uero temporis uenit dominus seruorum illorum.] Hic agitur de iudicio. Et primo ponitur ratio aduentus iudicis: secundo de iudicio, ibi. [Et posuit, &cæt.] Notandum quòd de operibus, & donis debemus deo reddere rationem, Supra 12. De omni uerbo, quod locuti fueritis, oportebit reddere rationem. Et supra 18. Simile est regnum cælorum homini, qui uoluit ponere rationem cum seruis suis. Et primo ponitur in speciali. [Et posuit rationem cum eis] quia quilibet tenetur reddere rationem in sua morte: secundo in die iudicii quando oportebit nos astare ante tribunal Christi. Cum ergo dicit. [Post multum, &cæt.] Potest referri ad utrumque. Si enim ad diem iudicii, datur intelligi quòd magna est mora inter aduentum Christi, & diem iudicii. Contra illud quod credidẽrunt quidam tempore Apostoli, unde 2. ad Thessal. 2. Non terreamini quasi instet dies domini. Sed si ad diem mortis, dicit Orige. Consideretis quod uix fuerit aliquis utilis in ecclesia, qui parum uixerit. Et hoc probat de Petro cui dixit dominus, Ioan. 21. Cum autem senueris, extendes manum tuam, &cæt. Item, de Paulo qui adolescens fuit in sui conuersione, & post factus est senex. Vnde ad Philemonem. Vt Paulus senex, &cæt. unde cum dicitur. Post multum, &cæt. datur intelligi quòd dat dominus longum spatium ad bene agendum. Et de hoc intelligitur quod dicitur, Prouerb. 8. Longitudinem dierum, & annos uitæ, & pacem apponet tibi. [Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, &cæt.] Hic agitur de tribus seruis. Et primo de primo: secundo de secundo, tertio de tertio. In primo duo facit. Primo ponitur ratio reddita: secundo remuneratio debita ibi. [Ait ei, &cæt.] Ex parte istius. Primo ponit securitatem, fidelitatem, humilitatem, & strenuitatem siue solicitudinem. Securitatem tangit qũia non expectauit, quòd dominus uocaret eũ, sed ingessit se. Vnde dicit [accedens.] Hanc securitatem habebat Paulus per sanguinem Christi. Ad Hebræos 10. Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. 2. Corinthio. 3. Habentes talem spem, multa fiducia utimur. Item notatur fidelitas, quia [ei obtulit alia quinque.] Infidelis quidem esset qui de bonis domini sui aliquid sibi attribueret. Vnde iste totum obtulit domino. Si ergo feceris aliquod bonum, si aliquem conuertisti, & tibi attribuis, non deo, non es fidelis. Primi Paralyp. 29 Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Item, notatur humilitas confessionis doni, quia cognoscebat ab eo recepisse. 1. Corinthio. 4. Quid habes quod non accepisti? unde iste confiteur donum [dicens. Domine quinque talenta tradidisti mihi, &c.] Item tangit strenuitatem siue solicitudinem. [Ecce alia quinque superlucratus sum.] Vnde bene dicebat cum Apostolo. Gratia dei in me uacua non fuit. Sequitur remuneratio debita. Et in ista facit quatuor, quia primo ponitur congratulatio: secundo cõmendatio meritorum: tertio æqualitas iudicii: quarto magnitudo præmii. Congratulatio tangitur cum dicit. [Ait illi dominus eius. Euge serue bone, & fidelis, &cæt.] Vnde dicitur Esa. 62. Ecce gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te dominus tuus. Vnde exultanti animo recipit eum, cũ dicit. [Euge,] Euge, uox est exaltationis. Sequitur commendatio. Et primo commendat de humilitate, cũ dicit, [Serue] quia recognoscebat se esse seruum eius, Luc. 17. Cũ omnia bene feceritis, dicite serui inutiles sumus. Item commendat eum de bonitate per hoc quod dicit. [Bone] quia proprie bonum est diffusiuum sui, unde bonus multiplicauit bonitatem. Item a fidelitate quia non sibi retinuit, sed domino obtulit. Vnde dicitur, [& fidelis] 1. Corinthio. 4. Iam quæritur inter dispẽsatores, ut fidelis quis inueniatur. Et supra 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, &cæt. Vnde approbat eum dicens. [fidelis.] Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commendat. 2. Corinthio. 10. Deinde ponit æqualitatem, ut præstet æquitatem iudicii dicens. [Quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam.] Ista pauca sunt omnia quæ sunt in uita ista, quia quasi nihil sunt in comparatione ad cælestia. Vnde uult dicere, quia fuisti fidelis ratione bonorum quæ sunt præsentis uitæ [super multa te constituam] idest, dabo tibi spiritualia, quæ sunt super omnia bona ista, Luc. 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est. Sequitur magnitudo præmii. [Intra in gaudium domini tui.] Gaudium enim est præmium, Ioan. 16. Videbo uos, & gaudebit cor uestrum. Et posset dicere aliquis. Nonne uisio est præmium, uel aliquod aliud bonum? Dico quòd si alia res dicatur præmium, gaudium tamen est finale præmium. Sicut possem dicere, quòd est finis *grauium locus inferior*. Item quiescere in illo loco, & illud est magis principale. Sic gaudium nihil aliud est quàm quies animi in bono adepto, unde ratione finis dicitur gaudium præmium. Et quare dicit intra in gaudium, non accipe? Dicendum quòd duplex est gaudium, de bonis exterioribus, & de bonis interioribus. Qui gaudet de bonis exterioribus non intrat in gaudium, sed intrat in gaudium ipsum. Qui autem gaudet de spiritualibus, intrat in gaudium, Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Vel aliter, Quod est in aliquo continetur ab illo, & continens maius est. Quando ergo gaudium est de aliquo, quod minus est quàm cor tuum, tunc gaudium intrat in cor tuum. Sed deus maior est corde, ideo qui gaudet de deo intrat in gaudium. Item intrat [in gaudium domini,] idest, de domino, quia dominus ueritas est. Vnde nihil aliud est beatitudo, quàm gaudium ueritatis. Vel sic [intra in gaudium domini tui,] idest, gaude eo quo gaudet, & de quo gaudet dominus tuus scilicet de fruitione suiipsius. Tunc ergo gaudet homo ut dominus, cum fruitur ut dominus, unde dicit dominus Apostolis. Statui uos ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, idest, ut sitis beati in quo sum beatus. [Accessit autem, & qui duo talenta acceperat.] Supra actum est de iudicio quantum ad primum seruum, qui quinque talenta acceperat. Hic agitur de iudicio quantum ad secundum seruum, qui duo talenta acceperat. Quantum ad literam, nihil differt a primo, nec est aliquid dicendum nisi quod dictum est de primo, & ideo non oportet iterare, quia, & iste eandem commendationem, & idem præmiũ recipit, sicut qui quinq; talenta acceperat. In quo datur intelligi secundũ Orige. q̃ qui paruum donum a deo recipit, & bene utitur secundũ posse suum, tantum accipit, & meretur quantũ qui magnum. Hoc enim solum requirit dominus ab omni homine, q̃ ei seruiat in toto corde suo, ut habetur Deut. 16. Sed hoc potest habere dubietatem. Ponatur quòd aliquis habeat magnam mẽsuram bonorum, alter paruam. Si operatur iste secundum paucam charitatem quam accepit, tunc merebitur tantum quantũ qui plus accepit, quod uidetur q̃ non possit esse, quia sic mereretur tantũ uel plus, qui minus habet de charitate quàm qui plus. Et ideo distinguendum est, quia quædam sunt bona quæ perficiunt, & eliciunt actũ uoluntatis, & inclinant, quædam autem quæ non. Donum quod in-

inclinat uoluntatem, & elicit actum est charitas. Non potest ergo esse qui plus habet de charitate, quin maiori nixu utatur, & melius. Sed sunt alia dona quibus potest aliquis uti secundum maiorem, & minorem charitatem ut scientia, & huiusmodi. In talibus qui maiori conatu utitur, quantum ad præmium magis meretur. Vnde dicitur Luc. 21. quòd paupercula mulier plus misit in Gazophilatium quàm illi qui plus apposuerũt quia usa est secundũ totum posse suum. [Accedens autem, & qui unum talentum acceperat ait.] Hic determinatur de iudicio mali serui. Et primo ponitur ratio: secundo condemnatio quam suscepit, ibi. [Respondens autem dominus eius, dixit ei.] Mirabilem rationem proposuit. Primo enim blasphemiam proposuit, inde negligentiam assumpsit: tertio innocentiam conclusit. Et sic non poterat ualere syllogismus. Blasphemiam, cum dicit [Domine scio quòd homo durus es.] Negligentiam cum dicit. [Abii & abscondi talentum, &cæt.] Innocentiam cum dicit [Ecce habes, &c.] Et consideremus quòd dicit quòd accessit. Dictum est supra de illo qui quinque talenta acceperat quòd accessit, idest, fiduciam habuit. Sed iste non accessit cum fiducia, sed per uiolentiam. Vel aliter quia aliqui in his quæ male faciunt uidetur eis bene fecisse, Prouerb. 26. Sapientior sibi piger uidetur septem uiris loquentibus sententias, unde uisum fuit ei quòd bene fecisset. Secundum Orige. Videtur æstimatio de deo alicui sicut de homine duro a quo se abstrahit aliquis propter duritiam. Ecclesi. 9. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi. Et ideo sicut qui cognoscit hominem durum non uult ei seruiret, sic cogitant aliqui de deo, quòd sit homo durus. Et secundum hoc iste seruus habebat tres malas opiniones de deo. Primo quòd deus non esset misericors: secundo quòd ei aliquid accresceret a bonis nostris: tertio quòd non omnia essent a deo, & omnes istæ opiniones procedebant ab una radice mala, quia cogitabat quòd deus esset quasi unus homo. Et hoc signatur cum dicit. [Scio quòd homo durus es,] idest, æstimo te esse hominem, quod non est uerum, ut habetur Numeri. 23. Non est deus ut homo, Esa. 55. Sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ a uiis uestris. Et dicit durus, quia homo durus non flectitur. Et dicitur de tali, Iob. 41. Cor eius indurabitur, ut malleatoris incus. Sed non sic est dominus, quia miserator, & misericors dominus, psalm. 110. Duritia solet accidere ex auaritia, Prouerb. 29. Rex iustus erigit terram, uir auarus destruet eam, ideo ita æstimat quòd sit durus, & ita auarus, & ideo attribuit ei quæ sunt auari. [Metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti.] idest ita durus es quòd aliena rapere non cessas. Quod tamen falsum est, Iob. 35. Porro si iuste egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Et in psalmis. 15. Bonorum meorum non eges. Vnde in hoc imponebat ei, quòd indigeret bonis nostris. Tertium erat quòd esset aliquod bonum quod non esset a deo, ut sunt aliqui qui ea quæ habent de patrimonio uel de studio non dicuntur habere a deo. Et hoc est quod dicit. [Vbi non seminasti.] Contra illud, Iacobi. primo. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Item aliqui æstimantes ipsum esse durum, extrahunt se a seruitio suo. Vnde aliqui qui possunt multum proficere, dicunt. Si audio confessiones, & facio prædicationes, fortassis male accideret mihi. Tales deum durum reputant. Item, aliqui dicunt si intrarem religionem, fortassis peccarem, & esset deterius. Isti reputant deum durum, qui credunt si adhæserint deo quòd deficiat eis. Tales sunt similes his qui desperant de dei misericordia. Ista allegabat iste seruus. Et tamen ista uera sunt, & habent fulcimentum ab authoritate. Est enim durus cum peccatoribus, & benignus recurrentibus ad eum. Sapient. 11. Hos quidem tamquàm pater monens, probasti, illos autem tamquàm rex durus interrogans condemnasti. Tren. 3. Bonus est dominus animæ quærenti eum. 2. Paralyp. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui requirunt in toto corde dominum deum patrum suorum. Ergo durus est cum peccatoribus, & misericors bonis, & non est dubium quòd timeri debet ne contemnatur. Vnde ad Hebræo. 10. Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Sed inquantum est misericors, debemus sperare quòd si se dat aliquis seruitio suo, quòd non cadet, & si ceciderit, resurget. Item quod dicit. [Metis ubi non seminasti.] Licet falsum sit, tamen ad aliquem sensum, uerum potest esse, quia non requirit propter se, sed propter nostram utilitatem, quia ipse metit gloriam suã, quam non seminauit. Item, [congregas ubi non sparsisti.] Qui enim metit, accipit in multitudine: ille autem qui congregat, ex multis recipit. Sic uult dominus quòd sua gloria ex diuersis hominibus crescat. Vnde Apostolus. 2. ad Corint. 1. Gloria uestra sumus, sicut uos nostra, in die domini nostri Iesu Christi. Similiter quòd dicit ubi non seminasti, quo ad aliquid ueritatẽ habet, quia homo seminat, & deus colligit, Ioan. 4. Alius est qui seminat, alius qui metit. Ego misi uos metere, ubi non laborastis, &cæt. Homo enim seminat opera sua, & deus metit ad gloriam suam. Ad Gal. ultimo. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Et dominus dicit Ioan. 14. Veniã & accipiam uos ad meipsum. Si enim facis eleemosynam, tu seminas, & dominus metit, quia sibi fortasse reputat. Vnde ipse dicit, infra in hoc capitulo. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Item sicut supra dictum est cap. 13. Semen est uerbum dei. Vnde aliquando colligit deus fructus boni operis, ubi non est seminata prædicatio, Romano. 2. Homines qui legem non habent, ipsi sibi sunt lex: tertio modo quòd quædam mala fiunt ab homine sicut mala carnis, ex quibus malum colligi debet. De quo ad Galat. ultimo. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Attamen deus facit uenire ad bonum aliquid, ut bonum iustitiæ, humilitatis uel huiusmodi, unde iste seruus primo blasphemus fuit. Deinde tangitur negligentia sua. [Timens abii.] psalmus. 13. Tre pidauerunt timore ubi non erat timor. Verum est quòd timendus est deus, ut euiterur peccatum secundum quòd habetur Iob. 31. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum. Vnde quòd non peccet homo, hoc debet facere ex amore, non timore. Ideo sequitur. [Abscondi talentum tuum in terra.] Quia ex timore. Quia timor seruilis multa mala facit. Tunc concludit. [Ecce enim habes quod tuum est.] Vnde conseruauit scientiam, & non multiplicauit. Et hoc non sufficit, quia oportet multiplicare, primæ ad Corinthio. 9. Si non euangelizauero, non est mihi gloria. [Respondens autem dominus eius dixit ei.] Hic ponitur condemnatio serui. Et sicut in aliis seruis, primo commendauit eos, deinde posuit æquitatem iudicii, & postea præmium: sic in isto, primo uituperat eum: secundo ponit æquitatem iudicii: tertio pœnam, secunda ibi. [Sciebas, &cæt.] tertia. Tollite, &cæt. Dicit ergo. [Serue male, & piger.] Seruum uocat, quia propter timorem dimisit, & seruorum est timere seruiliter. Et ideo ad Roman. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Item, eum malum uocat, quia malum dixerat de domino suo, Supra. 12. Malus homo, de malo thesauro cordis sui profert mala. Item, uocat eum pigrum, quia operari noluit, Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit. Propter frigus scilicet timoris. [Sciebas, &cæt.] Nunc arguit eum de culpa. Et primo proponit quod sciebat: secundo quid facere oportebat: tertio quid inde sequeretur. Dicit ergo. [Sciebas quòd metto, &cæt.] Et tamen non operabaris. Quàmuis habeatur, Luc. 12. Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagis uapulabit multis. Item, dixerat quòd erat durus, & quòd colligebat ubi non seminabat. Dominus bene confitetur quòd ipse metit ubi non seminat, sed non confitetur quòd sit durus, quia quod requirit ab homine, hoc nõ facit propter duritiam, sed propter misericordiam, ut bonum suũ multiplicetur. [Oportuit ergo te pecuniam meam committere nummulariis.] Et sequitur. Sicut tu dicis quòd metto ubi non seminaui, & colligo ubi non sparsi. Sed quia hæc facio, multo magis uolo quòd pecunia mea multiplicetur. Et loquitur secundum similitudinem illorum, qui pecuniam tradunt ad multiplicationem. Pecunia ista sunt uerba dei. Vnde in Græco habetur argireon. Per argentum enim quod sonorum est, signatur uerbum dei, psal. 11. Eloquia domini eloquia casta, argentũ igne examinatum. Nummularii possunt dici dupliciter, propter duplex officium, quia officium habent ut probẽt pecuniam utrũ sit bona. Item, ut exhibita pecunia lucrentur. Secundũ primũ nummularii sunt auditores qui debent probare quod audiunt, Iob. 12 Nonne auris uerba diiudicat? Item, illi qui multiplicant ut Apostoli, qui aliis dederunt donum spiritusanẽti constituen-

do Episcopos, &cæt. ad Titum primo. Huius gratia dimisi te Cretæ, ut constituas per ciuitates presbyteros. &cæt. [Et ego ueniens, recepissem utique quod meum est.] Vnde istud bonum sequeretur. Et quod est illud bonum? Tripler. Cum dominus dat tibi intellectum, & tu studes ad operandum, tunc multiplicas, Iaco. 1. Esto te factores uerbi, & non auditores tantum. Item, quando dat dominus uirtutem, & studes ad bene utendum. 1. Petr. 2. quasi modo geniti ifantes rationabiles sine dolo lac cõcupiscite, ut ĩ ea crescatis in salutem. Item ut quod in te habes, aliis studeas impartiri. [Consequenter ponit pœnam. Et circa hoc duo facit. Primo ponit pœnam damni: secundo sensus.] Circa primum ponit pœnam damni: secundo generalem sententiam, ibi. [Omni enim habenti, &cæt.] Dicit ergo. [Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta, &c.] Sicut dicit Grego. quòd ille qui quinque talenta acceperat, est ille qui scientiam habet de terrenis, quæ subiacent quinque sensibus. Qui autem unum, est qui habet intellectum sine opere. Accidit ergo quòd qui habet intellectum exercitat se in illo, psalmus. 118. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis. Aliquando econuerso accidit quòd aliquis habet donum intellectus, & occupat se in terrenis, & totum amittit, Apocalyp. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Vel potest dici quòd ille qui quinque talenta recipit, magis accepit: secundum quòd magis laborauit, magis accepit. Vnde unus accepit talentum alterius, quia sanctus homo non solum gaudebit de suis bonis, sed de omnibus quę facta sunt per quoscumque, & ita accipiet coronam istius, & sic talentum eius. Consequenter ponitur generalis sententia. [Omni enim habenti dabitur, & abundabit.] Istud potest exponi quadruplicter. Primo sic secundum Gregorium. Ab eo qui non habet, non poslet aliquid auferri, sed contingit quòd aliquis habet dona gratuita, & non habet charitatem, unde omnia auferentur ab eo, quia non habuit ad sui utilitatem. 1. ad Corinthior. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum charitatem autem non habeam factus sum uelut æs sonans aut cymbalum tinniens, &cæt. Vnde si habeat homo charitatem, dantur ei multa bona, quia accipiet bonum alterius, quia gaudebit de bono alterius sicut de suo. Chrysosto. exponit de doctrina. Qui habet gratiam docendi, & non exercitat se, amittit illam. Alter: qui non habet, & exercitat se acquirit eam, ita ut sit doctor. Hieronymus exponit sic. Aliquis habet ingenium, & dat se otio, efficitur rudis, & hæbes. Aliquis autem non habet ingenium, & exercitat se, & acquirit ingenium, & ita habenti studium datur scientia, & ingenium, & non habenti, etiam illud quod habet scilicet ingenium, auferetur ab eo. Item secundum Hieronymũ exponitur de fide, quia habenti fidem dabitur gratia. Ad Eph. 2. Gratia estis saluati per fidem. Vnde qui non haberet fidem, & si haberet alia sine fide, nihil ualerent. Hilarius autem exponit de populo Iudæorum, & gentilium, quia Iudæi uidebantur habere legem dei, & noluerunt obedire, unde facti sunt alieni. Populus autem gentilis recepit quod non habebat, & intrauit in benedictionem oliuæ. [Consequenter agit de pœna sensus. Duo autẽ sũt sensus. Visus scilicet, & tactus. Ideo ponit primo pœnam uisus: secundo tactus cum dicit, [& inutilem seruum mittite.] Et notate quòd non punitur propter malum quod fecerit, sed propter bonum quod omisit. Vnde supra. 7. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, &cæt. Et alibi, Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Et dicitur seruus inutilis, quia bonum quod habet non expendit in utilitatem aliorum. Vt si intellectum habuit, & non expendit in usum bonum alios docendo. Si pecuniam, & non exercuit opus misericordiæ [mittite in tenebras exteriores.] Orige. dicit, quòd quidam ante eum dixerunt, quòd damnati a toto mundo eiicientur. Vnde dicunt infernum esse extra totum mundum. Et innitebantur illi quod dixit, Iob. capit. 18. De orbe transferet eos deus. Ipse autem sic exponit. In tenebras, quia ignorat, psalmus. 81. Nesciẽrunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, &cæt. Et sequitur pœna tactus. [Illic erit fletus, & stridor dentium.] Hoc est expositum supra cap. 24

c ¶ Supra dominus præmisit diuersas parabolas pertinentes ad iudicium: hic autem manifeste de suo iudicio agit. Et tria facit. Primo agit de aduentu iudicis: secundo de congregatione iudicandorum: tertio de iudicio, Secunda, ibi. [Et con-

ueniens ego recepissem utique quod meum est, cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, et quod uidetur habere auferetur ab eo. Et inutilẽ seruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus, & stridor dentium.

c ¶ Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & con-

F gregabuntur, &cæt.] tertia ibi. [Et dicet rex, &cæt. [Circa primum quatuor sunt consideranda. Primo tangitur conditio iudicis uenientis: secundo dignitas: tertio ministri: quarto iudiciaria authoritas. In hoc quod dicitur. [Cum uenerit filius hominis.] non est dubium, quoniam idem sit filius dei. Sed quare potius nominat filium hominis quàm filium dei? Vna ratio est, quia inquantum filius hominis iudicabit, Ioã. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis ẽ. Et hoc ꝓpter tria. Primo ut ab omnibus uideatur. In forma enim diuinitatis non poterit uideri, nisi a bonis. Vnde si ab omnibus uideri debeat, deber uideri in forma hominis, Apocalyp. 1. Videbit eum omnis oculus. Item propter meritum Christi. Hoc enim ipse meruit per suam passionem. Ad Philipp. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, &cæt. Item ut appareat iudicaturus in forma in qua iudicatus fuit, Iob. 16. Veinam sic iudicaretur uir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Item, ex dei clementia ut homines ab homine iudicentur. Ad Hebræo. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Iste ergo erit filius hominis. Et cuius erit dignitatis? Venier [in maiestate sua.] Luc. 21. Videbunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Sed quid per maiestatem potest intelligi? Dicendum quòd diuinitas, quia licet appareat in forma hominis, tamen apparebit cum diuinitate. Vnde Apostolus, primæ Thessal. 4. Dominus in iussu, & in uoce Archangeli, & in tuba dei descendet de cælo, &cæt. Et de hoc dicitur etiam, Act. 9. Hoc est, &cæt. Vel in maiestate, idest, in gloria, quia suum corpus erit gloriosum. Et ueniet cum societate gloriosa. Vnde supra, 16. Filius hominis uenturus est cum gloria. Et ideo subdit. [Et omnes angeli.] Hic agit de ministris. Et potest intelligi de cælestibus spiritibus, psalmus. 103. Qui facit angelos suos spiritus. Et quare uenient cum istis? quia custodes sunt hominum, psalmus. 90. Angelis suis deus mandauit de te. Ideo aderunt tamquam testes, quia boni, custodiam suam receperunt, mali autem non, sed repulerunt, Esa. 50. Curauimus Babylonem, & non est curata. Vel omnes angeli, idest prædicatores uel doctores ueritatis, Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Istis comperit iudiciaria potestas, ut dicit Augustinus, Esa. 3. Dominus ad iudicium ueniet, & omnes sancti eius cum eo, Prouerb. ultimo, Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Tunc sequitur iudiciaria potestas. [Tunc sedebit, &cæt.] Non debemus intelligere secundum sedem corporalem, sed sedes eius homines sancti sunt, & angeli. In eis sedebit quia per eos iudicium exercebit. De hominibus dicitur Supra, 19. Quòd sedebunt super sedes duodecim, &cæt. De angelis dicitur, Colos. 1. Siue throni, siue dominationes, &cæt. Et in psalmis, 79. Sedes super Cherubin. Et psalmus. 9. Sedes super thronum qui iudicas iusticiam. Consequenter ponitur congregatio: secundo diuisio. Dicit ergo. [Et congregabuntur omnes gentes.] Per gentes non solum gentes signantur, sed omnes homines qui nati sunt ab Adã usque ad finem mundi. 2. ad Corinthios. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Inter istos etiam

K paruuli nati, quia, & si nihil habeant proprio merito, habent tamen aliquid scilicet uel culpam ex peccato primi hominis, uel gratiam ex sacramento Christi. Vnde notandum quòd non omnes isti congregabuntur ad idem. Sed erit quadruplex genus eorum, qui comparebunt in iudicio. Quidam enim comparebunt, ut iudicentur per discussionem meritorum. Sed istorum quidam damnabuntur, quidam saluabuntur. Quidam uero ut sine discussione sententiam recipiant. Iudicari enim dupliciter dicitur, scilicet uel sententiam recipere, quia omnes uel præmiabuntur uel puniẽtur. Vel dicitur iudicari, per discussionem meritorum reddere rationem. Et hæc discussio non erit necessaria omnibus, quia peccata, & merita illorum præcipue discutientur, qui fuerunt coniuncti cum Christo per fidem. Illi enim qui totaliter alieni sunt a Christo, non indigent discussione secundum quòd dicitur, Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Gregorius, ponit exemplum. Qui inimicum suum accipit in bello, non expectat iudicium, sed iam iudicatus est, sic

sic, &cæt. Item; aliqui sunt qui nihil habent commune cum mundo, quia omnia dimiserunt propter Christum, et isti apparebunt ut iudices. Vnde supra. 19. Vos qui secuti æstis me, sedebitis super sedes. 12. iudicantes. 12. tribus Israel. Qui sunt ergo qui iudicabuntur? fideles qui implicati sunt sæcularibus, quorum quidam sunt eis bene utentes, ut habetur primæ ad Timoth. 6. Diuitibus præcipe bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, &c. Qui autem detinentur, & eis inuoluuntur, damnabuntur. Sed

A uocalem sententiam? Quidam dicunt quòd uerbotenus, et ꝗ multum tempus tenebit iudicium: et hoc dixit Lactantius, ꝗ durabit mille annis. Sed hoc non est uerum, sed hoc ad interiorem locutionem referri deberet, & inducit in cognitionẽ hominum, quia boni digni gloria, mali pœna. Vnde quòd isti dicent, non erit uocale, sed secundum iteriorem instinctũ, & hoc dicit August. quòd diuina uirtute erit, quòd unicuique occurret quod fecit. Et hoc patet per Apostolum, Ro. 2. Testimonium reddente illis conscientia eorum, & inter se

gregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem a dextris, hœdos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a

B quæ est necessitas? Nonne omnes in morte recipiunt quod meruerunt? Ad quid ergo iudicabuntur? Notandum quòd præmium quod iusto dei iudicio datur hominibus, est duplex. Primum est stola animæ, et secundum, stola corporis. Quantum ad stolam animæ in morte recipitur, sed tunc gloriam corporis simul recipient. Vnde quantum ad animam, omnes simul recipiunt corpora, sed quantum ad pœnam, omnes simul damnabuntur. Vnde in Esa. 24. Congregabuntur congregatione unius fascis, quia unum sunt in peccato. Istam congregationem possumus intelligere congregationem localem, quia omnes congregabuntur in uno loco, Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in ualle Iosaphat: quia qui saluantur, per passionem Christi saluantur, & qui damnantur, per contemptum passionis eius damnantur: ideo ubi facta fuit passio Christi, ibi fiet iudicium. Et intelligendum est, quòd bo-

H ni in aere occurrent ei obuiam: aliqui uero in terra manebunt secundum Orige. Ista congregatio non erit localis, sed dispersi

C erunt, & in locis singulis congregabuntur. Et hoc uult illud quod est dictum supra. 24. capit. Quòd sicut fulgur exiit ab oriente, & paret usque in occidentem, ita erit & aduentus filii hominis. quia ubicumque erant, erunt ibi præsentes. Vnde uult quòd erit congregatio spiritualis, quia modo quidam dispersi guntur ab eo, quidam se tenent cum eo, sed tunc omnes congregabuntur, Esa. 40. Videbit omnis caro salutare dei nostri. Tunc agit de separatione. [Et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hœdis.] Et primo ponitur secundum nomen: secundo secundum situm, ibi. [Et statuet, &cæt.] Dicit ergo. [Et separabit, &c.] Notate quòd quamdiu mundus durat, mali sunt boni permisti. Vix autem est aliqua societas, quin aliqui sint mali, Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sed in illo iudicio mali erunt ad unam partem, boni ad aliam, Eccles. 34. Iudicabo inter oues, & hœdos. Sed quare bonos uocat oues? Hoc est propter quatuor. Inuenimus enim in ouibus innocentiam, 2. Regum. 24. Isti qui oues sunt, quid fecerunt? Item patientiam, Esa. 53. Tamquàm ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Item, æstimati sumus sicut oues occisionis, psalmus. 43. Item, obedientiam, quia ad uocem pastoris congregantur, Ioan. x. Oues meæ uocem meam audiunt. Item, affluentiam fructuum. Sicut ex oue plures fructus percipimus, sic multi sunt fructus bonorum, Ezech. 34. Lac comedebatis, & lanis cooperiebamini. Item, per hœdos intelligit peccatores, quia est animal per præcipitia uadens. Item, ad coitum feruidum, & contrarias habet proprietates. Item, pro peccato offerebatur. Consequenter ponitur diuisio quo ad situm. [Et statuet oues quidem a dextris, hœdos autem a sinistris, &cæt.] Quid intelligitur per dexteram, & quid per sinistram? Potest dici, quòd ad literam ita fiet, quòd boni ad

E partem unam, & mali ad aliam constituentur. Vel quia dextera pars nobilior est, ideo qui sunt boni, sicut habebunt nobiliorem, quia occurrent Christo in aere. Origenes retorquet istud ad finalem remunerationem, quia qui intentionem suam direxerunt ad deum, erunt a dextris, idest, in remuneratione æterna, Eccles. 10. Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Item, Prouerb. 4. Vias, quæ a dextris sunt, nouit dominus: peruersæ uero sunt quæ sunt a sinistris. [Tunc dicet rex his, &cæt.] Hic agitur de iudicio. Et primo promulgatur sententia quo ad bonos: secundo quo ad malos: tertio ponit complementum. Circa primum tria facit. Primo ponitur sententia: secundo admiratio saluandorum: tertio satisfactio. secunda ibi. [Tunc respondebunt, &cæt.] tertia, ibi. [Respondens] Circa primum duo facit. Primo inuitat ad præmium: secundo comparat ad meritum. Dicit ergo. [Tunc dicet rex.] Et uocat eum regem, quia regis est iudicare, Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio, &cæt. Sed quæstio, numquid fiet per

constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Tunc re

B spondebunt ei iusti dicentes. Do-

inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit dominus occulta hominum, &cæt. Ideo ad interiorem locutionem debet referri. Et uidetur tria tangere, quia ponitur inuitatio, causa sententiæ, & ipsum præmium: inuitatio. Venite, &c. Sed quare dicit, benedicti patris mei? Quia non erit nobis secundum nostrum meritum, sed secundum quòd confirmamur merito Christi. Vnde Apoc. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cum patre meo in throno eius, Luc. 22. Ecce ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, &cæt. Ego inquantum homo, inquantum fruor uerbo. Item, quantum ad corpus, ad Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. [Venite,] idest, conformamini. 1. Ioan. 3. Cum apparuerit; similes ei erimus. Sed numquid boni modo sunt coniuncti deo? Dico quòd sic per charitatem non plenam. Item, per fidem ænigmaticam. Sed tunc congregabuntur in charitate plena, in fide non ænigmatica. Quia nunc corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, Sapient. 9. Causa huius præmii est duplex. Causa damnationis est ex homine: causa salutis ex deo, Osee. 13. Ex te perditio tua Israel, ex me tantummodo auxilium tuum. Vnde causam salutis inuenimus temporalem, & æternam. Temporalis est appositio gloriæ, et hoc tangitur. [Venite benedicti patris mei.] Dicere suum, est facere. Vnde psal. 32. Ipse dixit, & facta sunt: unde eius benedicere, est gratiam infundere, unde dicit. [patris,] quia non est ex nobis, sed ex deo, Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Item, alia causa est, dei prædestinatio. Et hoc notatur cum dicit. [Paratum uobis regnum.] Vnde Apostolus ad Romano. 8. Quos prædestinauit, hos & uocauit, Esa. 64. Oculus non uidit, nec

D auris audiuit, quæ præparauit deus diligentibus se. Et dicit, [a constitutione mundi.] Sed quomodo est hoc? Nonne ipse elegit eos ab æterno? Ipse elegit nos ante mundi constitutionẽ, Ad Eph. 1. Et dicendum quòd elegit ab æterno, sed a constitutione mundi manifestauit. Sed quid est præmium illud quod tangit [possidete paratum uobis regnum?] Et quod est istud regnum? Istud regnum est regnum cælorum, psal. 144. Regnum tuum dõmine regnum omnium sæculorũ. Qui possidet deum, possidet regnum, Apo. 5. Et fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes. Sed diceret aliquis. Nolo regnare: sufficit mihi quòd non dãnet. Hoc non põt esse. Vel eris rex, & habebis regnum, uel eris damnatus. Et dicit [possidete] idest, intrate in possessionem. Intrare autem in possessionem proprie conuenit ei qui ius habuit: istud autem ius habuimus ex ordinatione diuina. Item, ex acquisitione Christi, qui nobis hoc acquisuit. Item, ex gratia sua. 2. ad Corinthio. 1. Quod est pignus hæreditatis nostræ. Item, dicitur possessio quæ pacifice habetur, unde plenarium dominium signatur. Modo habemus deum, sed nõquiete, quia inquietatur homo multis modis, sed tunc quieta erit possessio. 1. Pe. 3. In hoc uocati estis ut benedictionem hereditate possideatis, supra. 19. Et uitam æternam possidebit. [Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &cæt. Supra posita est sententia de præmio, hic posita est de merito. Ex quo considerare debemus quòd duplex est causa beatitudinis. Vna ex parte dei, benedictio dei: alia ex parte nostra, idest, meritum quod est de libero arbitrio. Non enim debent homines esse desides, sed cooperari gratiæ dei, ut dicitur 1. ad Corin. 15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia dei in me uacua non fuit. Sed cum sint multa bona merita, solum fit mentio de operibus misericordiæ. Et ex hoc aliqui acceperunt occasionem errãdi, dicentes ꝗ solum per opera misericordiæ saluantur, uel damnantur per omissionem eorum, ita quòd si commiserit aliquis multa peccata, & exerceat se in operibus misericordię, saluabit, iuxta illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniqtates tuas misericordiis pauperum. Contra illud quod hĩ. Ad Rom. 1. Qui talia agunt. f.

peccata, digni sunt morte. Et ad Gal. 5. Post enumerationem peccatorum carnalium, dicit. Qui talia agunt, regnum dei non possi debunt, ideo istud non est tenendum. Sed posset esse quòd aliquis abstinet, & pænitet, & sic per eleemosynam potest liberari. Eleemosynam enim debet homo incipere a se, Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placens deo.

Et quare magis fit mentio de istis operibꝰ quàm de aliis? Dicendum secundum Gregor. quòd proponit ista tamquàm minora. Si enim ista quę dictat natura, non faciunt, nec alia multo magis. Et hoc consonat uerbis euangelii, quia isti dicunt. [Qꝛ̃ uidimus, &cæt.] q.d. Istud est modicum & cum magis parum reputant, dominus magis exaltat dicens.

[Quod fecistis uni ex his &cæt.] Augu. dicit, quòd oēs peccant in mundo, non tamen omnes damnantur. Sed qui non pænitent, nec satisfaciunt. Sed qui pænitet, & promittit satisfactionem per opera misericordiæ, saluatur. Origen. dicit, quòd sub operibus misericordiæ omnia bona sunt dicta, uel prætermissa propter prętermissionem huiusmodi operum. Et significatur quia eleemosyna non solum proximo fit, sed & sibiipsi. Si enim pascit esurientem, multo magis pascere debet se esurientem, et sic de aliis operibus. Item, non solum sunt eleemosynæ corporales, sed etiam spirituales, ideo quicquid facit homo uel ad suam utilitatem, uel proximi, totum sub opere misericordiæ continetur. Vnde omnia uel sub his continentur uel sub contrario. Septem sunt opera misericordiæ, sed sex solum tanguntur. Ista septem habentur per uersum. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. De sepultura uero hic non tangitur. Sed quare? Ad excludendum errorem quorumdam qui dixerunt quòd animæ non consequuntur requiem, donec corpus condatur. Sed hoc non est uerum, quia nihil recipit anima a corpore quando est separata. Ponit ergo sex quæ impenduntur contra defectũ. Et quia est defectus quidam generalis, quidam specialis, primo agit de generali: secundo de speciali. & quia quidam generaliter ab exteriori, quidam ab interiori, primo tangit defectum a parte interiori: secundo ab exteriori. Dicit ergo. [Esuriui, & dedistis mihi manducare.] Hoc habetur, Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. [Sitiui, & dedistis mihi bibere,] quia propter me dedisti proximo. Vnde supra 10. Qui dederit calicem aquæ frigidæ uni ex minimis meis, non perdet mercedem suam, &c. De istis duobus Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitierit da ei aquam bibere. Item sunt defectus ab exteriori, et hi sunt duo scilicet a regumento coniuncto, & separato. Dicit ergo. [Hospes eram, & collegistis me, &cæt.] Ad Hebr. ultimo. Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim &cæt. Quantum ad regumentum coniunctum dicit. [Nudus fui, &cæt. [Iob. 31. Si despexi prætereuntem eo quòd non haberet indumentum, et sequitur. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est, Esa. 58. Cum uideris nudum, operi eum. Item quidam sunt particulares defectus, & horum quidam sunt naturales, quidam ab exteriori. Defectus naturalis, & ab extrinseco est infirmitas. unde dicit. [Infirmus, & uisitastis me.] Quantum ad exteriorem defectum dicit. [In carcere eram, & uenistis ad me. Et potest per carcerem intelligi quælibet tribulatio, Ad Hebræ. 10. Nam & uinctis compassi estis. [Tũc respondebunt iusti dicentes.] Hic ponitur responsio mentalis. Bonarum mentium est quòd ea quæ propter deum faciunt, parua reputent, Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis dicite, quia serui inutiles sumus. Et ad Roma. 8. Existimo quòd nõ sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis, unde dicent quòd ignorantes fecerunt, & hæc dicent parua reputantes. Vnde [Quando uidimus, &c.] Vnde hoc dicent admirantes. [Et respondens dicit illis.] Huic admirationi satisfacit, quia quando homo humiliat se, & deus exaltat hunc: quando homo se utilificat, & deus collaudat. Vnde [quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.] Supra. 10. Qui uos recipit, me recipit, quia caput & membra sunt unum corpus. Et dicit fratribus, quia fratres sunt qui dei faciunt poluntatem, unde supra 12. dicitur, quòd extendens manus in discipulos dixit, Hi sunt fratres mei. In quo notatur quòd bonis dandum est, Ecclesi. 12. Da bono, & non recipias peccatorem. Et

mine, quando te uidimus esurientem & pauimus, sitientem & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondens rex dicet illis. Amen dico uobis, quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis

F numquid dandum est peccatori? Dandum est, cum fuerit in extrema necessitate, sed magis & prius iustis: ideo dicit fratribus meis. Multi enim ueniunt, qui non fratres dei sunt. Vnde 1. Ioan. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est: unde cæteris paribus melius debemus facere bonis, tamen ad indigentiam, etiã malis dandum est in tempore necessitatis, non propter fomentum peccati, sed naturæ. Numquid omnes sunt fratres dei? Ita: sed quidam secundũ naturam, quidam secundum gratiam. Secundum naturã omnes boni, & mali. 2. Corinth. xi. Periculũ in falsis fratribus. Secundum gratiam aũt soli boni, Roma. 8. Ipse est primogenitus in multis fratribus. Et his principaliter est miserendũ, & sub ueniendum. Vnde Apostolus ad Galat.

eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus, & in carcere, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes. Domine quando te uidimus esurientem, aut

G sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens. Amen dico uobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec

6. dicit. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Sed quare dicit eos minimos? Hoc dicit quantum ad opinionem uulgi. Constat quòd homines qui propter deum parui sunt, minimi reputantur, Iaco, 3. Item minimi propter humilitatem, supra xi. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et loquitur a minori, quia possent dicere aliqui. Si fecissem pari, uel aliquibus de magnis hoc, credo quòd redderetur. Ideo dominus dicit quòd non

H solum maioribus, sed imperfectis, ideo dicit, minimis. [Tunc dicet rex, &cæt.] Hic ponitur condemnatio malorum. Et primo ponitur condemnatio: secundo excusatio eorum: tertio confutatio. Et circa primum, primo ponit sententiam: secundo pœnam. Dicit ergo. [Discedite a me maledicti, &cæt.] Hæc sententia differt a prima, quia dixit in prima. Venite benedicti patris mei, &c. Hic autem non dicit maledicti patris mei, quia benedictio nostra a deo est, maledictio autem a nobis. Et ad Hebræ. 5. & Deute. 23. Vertit benedictionem in maledictionem. Item, differentia est, quia supra dixit. Possidete paratum uobis regnum, &c. Hic autẽ dicit. [Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo, & angelis eius.] Et quæ est ratio? Dicit Orig. quòd pœnas non fecit propter homines, sed homines fecit propter bonum: sed ipsi acquirunt sibi mortem manibus suis, Esa. 31. In die illa abiiciet uir idola auri, & argenti sui, quæ fecerunt uobis manus uestræ. Sed potest aliquis dicere. Nonne etiam fecit dominus diabolum bonũ?

I Notate quòd loquitur dominus de præparatione secundũ quod manifestatur ab origine mundi. Sed diabolus ab initio peccauit, unde angelo qui quantum ad naturam creatus est bonus, non parauit, sed peccato. [Esuriui.] Hic non est aliud dicendum nisi q̃ diuersimode loquitur ad bonos, & ad malos, quia supra dixit ex plicite unumquodque per se, hic multa coniungit, unde infirmus & in carcere. Et quia coniungit ista duo dicendum, quòd ad modum boni iudicis procedit, qui inuite condemnat, & large remunerat: unde uerba remunerationis dilatat, uerba condemnationis abbreuiat. [Tunc respondebunt, &c.] Et notate quòd sicut boni abbreuiant bona, ita mali culpas, unde dicunt. [Domine quando uidimus te esurientem, aut sitientem, &c.] Totum simul dicũt in quo datur intelligi, quòd non libenter discutiunt conscientias suas, contra illud, Esa. Redite præuaricatores ad cor. Vnde cum oportet redire, redeunt ad ualde breue. Tunc sequitur confutatio [Amen dico uobis. Quamdiu non fecistis, &c.] Simile habetur Luc. x. Qui uos spernit, me spernit, Zach. 2. Qui tetigerit uos, tãgit pupillam oculi mei. [Et ibunt hi, &c.] Posita sententia, ponitur effectus. [Et ibunt hi in supplicium æternum.] Supra dixerat

k quòd in ignem æternum, quia stare posset quòd esset ignis æternus, & tamen non æternæ cruciaret, ideo dicit in supplicium. [Iusti autem in uitam æternam, &c.] Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Quòd autem sit supplicium ęternum, habetur Dan. 12. Multi de his qui dormiunt in puluere, euigilabunt, alii in uitam æternam, alii in opprobrium, ut uideant semper, Apoc. 20. Missus est in stagnum ignis & sulfuris, ubi & bestia, & pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. Esa. ultimo. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quę est causa huius supplicii? Quidam ut Orige. uoluerunt quòd nõ esset æternum supplicium. Vnde ponunt quòd omne supplicium terminatur, unde dicit quod dictũ est hic, dictum est propter exagera-

gerationé, sed Aug. arguit. Si hoc ita est, ergo quod dicitur, quòd A iusti ibunt in uitã æternam similiter diceret secundum exagerationem. Sed hoc dicitur secundum diuturnitatem, ut etiam concedit Orige. Et hoc est detestabile, quòd in eadem scriptura sit talis diuersitas. Sed quòd hoc non possit esse, patet sic, quia hoc exigit iustitia ut culpæ pœna respondeat æqualis. In qua enim mensura mensi fueritis, remetietur uobis, supra. 7. Sed quomodo post mortem tantam dilationem habebit supplicũ æternum? Respondit Gregor. dicẽs quòd deus iudex est uoluntatis, unde qui nõ retinuit uoluntatem a peccato usque ad mortem peccauit in suo æterno, ideo dignum est quòd deus puniat in suo æterno. August. dicit sic. Videmus quòd pœna debet esse æqualis culpæ, & sic est etiam in iustitia humana, quòd si quis peccat contra societatem ciuitatis, iudex non intendit mortem, nisi ut separet a societate ciuitatis perpetuo. Sed qui contra deum, intendit excludere eum a societate cælestis curiæ. Secũdum Hilariũ. Culpæ debetur pœna, sed culpa non deletur nisi per charitatem. ergo quamdiu homo nõ habet charitatem, iustum est q̃ semper sit in pœna. Ex quo ergo charitatem non habuit in hac uita, necesse est quòd semper maneat in pœna. Item, obiicitur quòd sancti orabunt, & ipsi exaudientur. ergo &cæt. Dicit Gregorius. quòd dum sunt in uia sancti pro eis exauduntur, sed non post. Item obiicitur, Deus non delectatur in pœna, quomodo ergo sine fine affliget? Dicendum quòd & si non delectatur, tamen hoc facit ad iustitiam suam conseruandam.

mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam.

CAP. XXVI.

T factum est cũ consummasset Iesus sermones B hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pasca fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes.

CAP. XXVI.

POSTQVAM posuit euangelista præparatoria passionis, hic accedit ad passionem Christi, et diuiditur in duas partes quia primo narratur passio quantum ad ea quæ facta sunt a Iudæis: secundo quantum ad ea quæ a gentilibus. 27. ca. Mane autẽ facto. Circa primum duo facit. Primo ponitur prænuntiatio dominicæ passionis: secundo narratur passio, & ordo, ibi. [Tũc abiit &cæt.] Prænuntiatur passio tripliciter, uerbo Christi, consilio inimicorum, tertio facto, & obsequio. secunda.] Tunc congregati sunt, &c.] tertia. [Cum autem esset Iesus, &c.] Circa primum. Primo ponit ordinem prænuntiationis, & ipsam prænuntiationẽ, & ordinem. [Et factum est cum consummasset.] Et item, dicit sic, quia ipse solus est qui consummare potest. Nos enim incipere possumus, sed non consummare, iuxta illud, Ecclesi. 4. Multa dicimus, & deficimus. Item, dicit [sermones hos] scilicet quos a principio suæ prædicationis dixerat. Ex quo dixerat. Pænitentiã agite &c. Vel sermones quos dixerat de prænuntiatione glorię, quia passio fuit exaltatio gloriæ, Philipp. 2. Propter quod exaltauit illum deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Item, non dicit solum omnes, sed hos omnes, quia omnia ad utilitatem credentium, & fidei est Iocutus [Scitis quia post biduum pasca fiet.] In ista prænuntiatione non simpliciter prænuntiat, sed dicitur. Post biduum pasca fiet. Et hoc factũ est ad designandum q̃ non quæcumq; passio est passio Christi, sed quæ signatur p̃ pascale sacrificiũ. Et dicit, post biduũ. Et ꝓm hoc debetis considerare, q̃ uerba hæc dicta fuerunt luna 13. i. feria tertia, quia luna. 15. celebrabatur pasca, sed habetur in Io. 12. quòd dominus uenit in Bethaniam, & hoc in die sabbati. Et alio die uenit in Hierusalem, & ibi eiecit uendentes, & ementes. Et in die lunæ rediit, & uidit ficum arentem cui maledixit, & secundũ Marcum, in die martis rediit, & tunc in illo die constituit omnes parabolas illas. Et illo die cum consummasset sermones hos, dixit. [Scitis quia post biduum, &c.] Hoc nomen Pasca, secundum quòd dicit Hierony. a pascendo dicitur, sed proprie dicitur phase, quòd est transitus. Quadruplex autem est transitus, secundũ quòd pasca quadrupliciter accipitur, secundum historiam celebrata est pasca, quando exterminator percussit primogenita Aegypti, tunc præcepit dominus quòd manducarent phase, Exo. 12. Item secundum allegoriam est transitus Christi per mortem. Et de isto, Ioan. 13. Sciens Iesus quòd iam hora esset ut transiret de

hoc mundo ad patrem &c. Item est moralis, siue typicus, secundũ quòd de carnali cõuersatione trãsitur ad spũalẽ, Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Item, transitus generalis est secundum quòd dicitur quòd cælum, & terra transibunt, &c. Vnde post duos dies, scilicet post doctrinam veteris, & nouę legis. Secundum grecum dicitur a pascui, qd̃ est pasci, unde congrue sciens Christus quòd transiret a mũdo ad patrem dixit. [Et filiꝰ hominis tradetur ut crucifigatur.] Nõ dicit a quo tradetur, quia traditus est a patre. Ro. 8 Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Item, a seipso, ad Ephes. 5. Dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis &c. Itẽ, a Iuda hic. Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam? Item, a Iudæis Pilato, Io 18. Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Itẽ a Pilato gentibus, unde dicitur Ioan. 19. Tradidit eum ad crucifigendum. [Tunc congregati sunt principes sacerdotum, &c.] In parte ista ponitur peruersum consilium pharisæorum. Et primo ponitur consilium de Christi passione, secundo de dilatione, ibi. [Dicebant &c.] Circa primum notare possumus quòd peccatum

C Iudæorum aggrauatur ex tempore, quia tunc imminente paschali festiuitate, Esa. 58. Si auerteris a sabbatho pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo. Sed (ut credo) non ad diem in mediatum refertur, sed circa illud tempus, quia Io. xi. habetur q̃ collegerunt consilium, et ex illa die cogitauerunt ut interficerẽt eum, &c. Et tunc dicitur quòd recessit Iesus in regionem iuxta desertum &c. Vnde non fuit hoc immediate factum. Vel potest dici quòd his fuit factum. Item aggrauatur ex multitudine, unde dicitur. [Congregati sunt principes, &c.] Esa. 1. Solemnitates uestras odiuit anima mea. Ecce enim manus uestrę sanguine plenę sunt. Item, ex conditione peccantium, quia erant de manibus. Vnde dicitur. Principes sacerdotum, Hier. 5. Ibo ad optimates, & loquar eis, & post: Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula, & psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum, eius. Item ex loco, quia [in atrio Principis sacerdotum.] Vnde isti

D debebant alios cohibere a malitia, ipsi autem faciebant, Dan. 13. A senioribus egressa est iniquitas. Sed numquid erãt multi principes? Præceperat enim dominus quòd esset unus solus summus sacerdos, sed non sufficiebat eis. Vnde propter cupiditatem, sacerdotium diuiserant. Item iam amiserant, & a Romanis sacerdotiũ emebant. Vel uocat Principes illos qui ante eum fuerant principes, & illum qui illius anni fuerat princeps. Item, tangitur illud de quo consiliabantur. [Vt Iesum dolo tenerent.] Et hoc erat satuum, eum credere dolo tenere, quia omnia sciebat, Hier. 9. Sagitta uulnerans lingua eorum, dolum locuta est. [Dicebant autem, Non in die festo.] Hic agitur de dilatione, et ponitur cõsilium, & ratio. Dicebant, &c. Posset aliquis dicere quòd hoc dicerent ex deuotione, ideo hoc tollit dicens. [Ne forte tumultus fieret in populo, &c.] Sciebant enim quòd multi habebant eum, ut propheram quidam uero ut Christum, ideo dissensio erat in populo, sicut habetur, Io. 7. & 9. Ideo timebant ne tollerent eum a manibus suis. Hoc isti cogitabant, sed aliud cogitabat Christus: unde illi duo cogitabant, scilicet quòd eum uolebant occidere, & quòd non in

E die festo crucifigeretur, ad significandũ quòd ista immolatio succedebat imolationi agni paschalis. [Cum autem esset Iesus, &c.] Hic ponitur prænuntiatio per factum mulieris. Et primo ponitur factum: secundo reprehensio: tertio excusatio. secunda, ibi. [Videntes autem.] tertia, ibi. [Sciens autem Iesus.] Circa primum quatuor facit. Primo locus describitur: secundo personam: tertio facultas: quarto opus. Primo duplex locus ponitur, scilicet generalis, & specialis. Generalis, cum dicit. Cum esset Iesus in Bethania specialis cum dicit. [In domo Simonis leprosi.] Notate quòd tũc non erat leprosus, sed curatus fuerat a Christo. Si enim esset, non remansisset Christus cum eo, cum esset illud prohibitum in lege, et tamen utrumque ministerio attinet. Bethania domus obedientiæ dicitur. Vnde per hoc significatur eius obedientia, Philipp. 2. Factus est obediens usque ad mortem. Ideo competit ei quòd esset in domo leprosi, Esa. 53. Et nos reputauimus eum ut leprosum, et ob hoc potius ibi uenit. Alia ratio põt eẽ literalis scilicet, ut illa haberet fiduciam ueniendi ad Christum, quia iste erat cognatus

tus Mariæ,& curatus erat ab eo lepra corporali, & ipsa ueniebat ut curaretur a lepra spirituali. Et notandum quòd nullus alius dicitur uenire ad Christum pro salute spirituali excepta ista,ideo laude digna fuit.[Accessit ad eum mulier.] Ecce persona,Matth. & Mar.dicunt hoc accidisse in eodem loco,Ioan. & Luc.non.Lucas enim loquitur de illa,Luc.7.& Io.12. Est ergo quorumdã opinio,ut fuit Orig. quòd fuerunt mulieres plures. Loquamur de primis duabus. Expresse dicit Hieron. quòd illa de qua loquitur Lucas,nõ fuit soror Lazari, quia illa dicitur quòd pedes unxit, de ista dicitur ꝙ pedes,& caput,Ambro.super Luc. dicit quòd utrumq; potest dici,quòd sit eadem, uel diuersa.Si dicimus quòd eadem, possumus dicere,& si eadẽ, non tamen eiusdem meritu:sed peccatrix non est causa caput tangere,sed post habita fiducia caput unxit.Et August.probat quòd sit eadem, quia Io. xi.(Antequàm accedat ad istud factum dicit. Erat autem Maria soror Lazari,quæ unxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis. Ideo uidetur quòd illa,de qua Luc.loquitur,fit eadem cum illa quæ est soror Lazari. Orige.dicit,quòd non est eadem illa de qua Lucas loquitur,& illa de qua Io.loquitur. Et potest probari ratione temporis,quia illud legitur factum antequàm iret in Hierusalem. Hoc factum est cũ dicit.Sciris,quia post biduum pasca fiet. Item,ex loco,quia illa in domo Marthæ,de qua in Io.Hæc autem in domo Simonis. Item, per hoc quòd ibi pedes,hic caput ungit.Quartum est quòd ibi Iudas dixit,Vt quid perditio hæc? Hic autem quòd omnes discipuli. Aug. dicit, quòd eadem mulier est, et respondet ad rationes. Orige.Ad primam dicit,quòd Matth.non seruat ordinem historiæ,sed recitat, quia ex hoc casu assumpsit Iudas occasionem peccandi,cum uidit unguentum effundi.Quod obiicit de loco,Aug. non soluit.Potest tamen sic solui, quia iste homo erat magnæ authoritatis, & potestatem habens, & domus una eorum,quia cognatus eius erat.Aliter,quomodo uerum esset quod dicitur,quòd *fecerunt* ibi,& Lazarus erat unus de discumbentibus. [Accessit ergo mulier habens alabastrum unguenti.] Alabastrum est genus marmoris quod est translucens,& fiunt inde senestræ. Et de ista petra fiebant quædam uasa ubi conseruabantur unguenta, sicut modo fiunt de terra contrita, quia ex sui frigiditate erant conseruatiua,unde alabastrum,idest,uas de alabastro plenum unguento.Et dicitur hoc pretiosi,]alibi quòd nardi pistici.Pistis grece,fidelis latine. Vnde pistici,idest,non sophisticati.Consequenter effectus ponitur. [Et effudit super caput eius discumbentis] Sed hic quæstio duplex,quomodo Christus sustinuit, quia uidetur ad lasciuiam pertinere?Ad hoc respondit August.de doctrina christiana. Aliter existimatur in persona communi,aliter in persona prophetica, quia in persona communi secundum factum, sed in prophetica secundum suam significationem.In persona cõmuni significaret lasciuam. In persona prophetica,significationẽ. Expositio allegorica,quia significat sepulturam Christi, quia antiquitus corpora solebant inungi, Marci.14.Habetur quòd præuenit corpus inungere in sepulturam.Item,mystice,unguentum significat quodcumque opus honum.Istud autem opus dupliciter potest heri,quia quoddam est quod non fit propter deum, sed propter iustitiam naturalem,ut opus gentilis, et hoc est unguentum,sed non pretiosum.Si propter deum,sic est pretiosum, unde pedes ungit,quando bonum opus facit propter utilitatem proximi.Sed quando ad gloriam dei,tunc ungit caput.Sed quid est qđ dicit Io.quòd pedes,& Matth.quòd caput? Aug.dicit quòd utrũque.Sed quid est quod dicit Marcus,quòd fregit alabastrum?Dicit August. quòd sicut accidit aliquando quòd aliquis effundit sic,ut nihil remaneat,& post frangit, sic fecit ista,& effudit, & fregit Vel si uult aliquis calumniari, potest dici quòd primo pedes,deinde caput unxit.Tunc sequitur increpatio mulieris. [Videntes autem discipuli indignati sunt.] Sed hic opponitur,quia Ioã.12.dicitur quòd solus Iudas dixit,iste quòd omnes. Duplex est responsio secundum Hierony. quia illud quod dicitur hic ꝙ discipuli dixerunt,dicitur per sinecdochem,*discipuli*,idest,*discipulus*,et hic modus cõsuetus est in scriptura,Heb. xii.Secti sunt, quia unus sectus,scilicet non nisi Esaias.Vel potest dici quòd omnes,quia secundum quòd dicit August. Iudas omnes excitauit. Item,quòd alii excitati propter inopiam pauperum:iste uero motus fuit propter auaritiam,unde dicunt. [Vt quid perditio hæc?] Sed quare hoc dicebant? Audierant dominum multum commendasse misericordiam,supra.19.Si uis perfectus esse,uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus.[Sciens autem Iesus ait illis.]Hic ponitur excusatio mulieris.Et duo facit,primo excusat, & commendat:secundo præmium eius tangit. Amen dico uobis. Et primo excusat: secundo obiectioni discipulorum respondet: tertio exponit quod dixerat. Dicit ergo. Quid molesti estis huic mulieri? Dominus semper est aduocatus huius mulieris quia Luc.7.Pharisæ accusabat eã de peccato, unde dicebat. Hic si esset prophetaseiret utique quæ,& qualis est mulier q̃ tangit eum &cet.Et dominus excusauit eã per dilectionem.

Vt quid perditio hæc?Potuit enim istud uenundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis. Quid molestis estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habebitis uobiscum,me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de duodecim,qui dicebatur Iudas Scarioth ad principes sacerdotum, & ait illis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argẽteos.

Item,Luc.10,etiam Martha accusabat eam de otio, et dominus excusabat eam per contemplationem. Hic discipuli de unguenti effusione,& dominus excusat eam ex deuotione dicens. [Quid molesti estis huic mulieri?]Iob 6.Super pupillum irruitis,& subuertere nitimini amicũ uestrũ. Opus bonum operata est in me, Prouerb. 3. Noli prohibere aliquem benefacere,si potes,tu iple bene fac.Chry sost.Aliquando contingit quòd aliquis facit bonũ opus ex genere,& forte melius facere potuisset,unde aliter est agẽdum ante factum,& post factum. Vnde post factum,de facto commendandus est: sed si ueniret ante factum,cõsulendum esset ei ꝙ faceret quod melius est. Vnde credendum si a domino petiisset ante consilium,dixisset ei quòd dedisset pauperibus. [Nam pauperes semper habebitis uobiscum &cæt.] Hic ponitur responsio ad obiectionem eorum, quia illi dicebant quòd poterat dari pauperibus.[Me autem non semper, &c.]Verum est secundum præsentiam corporalem,sed semper erit secundum præsentiam spiritualem. Vnde dicit infra ultimo. Ego ecce uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.Et quid fecit? Mittens autem hoc unguentum in corpus meum,adsepeliendum me fecit.Sed quid est? Numquid intendit sepelire Christum? Non.Sed sicut dicit August. spiritussanctus sicut monet ad loquendum,ita aliquando ad operandũ,unde scriptum est,R o.8. Qui spiritu dei aguntur,non sunt sub lege:unde accidit quòd a spiritusancto instruatur aliquis ad aliquem sensum,quem non intẽdebat.Sic ista bonum opus intendebat,sed spiritussanctus illud ordinabat ad sepulturam.Dicit.[Bonum opus, &c.] Posset aliquis dicere quòd dare proximo esset bonum opus. Verum est, sed non tantum ꝙ prædicetur per uniuersum mundum,ideo subdit. [Amen dico uobis,ubicumque prædicatum fuerit,&c.dicetur in memoriã eius,] idest,in commendationem eius,Hierony. dicit, quòd *iste crucifigendus* prænuntiat euangelium narrandum in uniuerso mundo, & tamen non erat adhuc diuulgatum cum Matth scripsit. Item notate,quòd multi uoluerunt diuulgari nauitatem suam p uniuersum mundum, & deleta est memoria eorum, factum tamẽ huius non est deletum, Prouerb. Memoria iustorum cum laudibus. Et psal.102.In memoria æterna erunt iusti. [Tunc abiit unus de duodecim.] Supra posuit triplicem prænuntiationem dominicæ passionis,hic intendit ad narrationem.Et duo facit. Primo præmittit præparatoria:secundo agit de ipsa passione, ibi. [Adhuc eo loquente,&c.]Sunt autem tria præparatoria. Primo ponitur tractatus proditionis: secundo institutio communionis dominicæ:tertio de oratione Christi.secunda ibi.[Die autem azymorum,&c.]tertia ibi.[Tunc uenit Iesus,&c.] Circa primum tria. Primo describitur persona proditoris:secundo tractatus proditionis:tertio solicitudo.Dicit ergo.[Tunc.]Intelligatis quòd non refertur ad immediate precedens,quia de ista muliere per transpositionem dictum est, sed retorquetur ad illud quod dictum est, ꝙ congregati sunt principes sacerdotum ut Iesum,&c. [Tunc abiit unus de duodecim,qui dicebatur Iudas Scarioth.] Et describitur persona eius ex tribus.Ex officio, quia unus erat de duodecim, non solum de discipulis,sed de duodecim specialiter uocatis, Io. 6.Nonne uos duodecim elegi,& unus ex uobis diabolus est?Sed quare futurum malum,& proditorem uoluit eligere. Prima ratio est ad significandum quòd nullum condemnat propter suam prædestinationem,uel saluat,sed propter præsentem iustitiam,unde si damnaret propter suam prædestinationem, non imputaretur alicui.Item propter consolationem hominum. Sciebat enim esse futurum quòd multi deciperentur in electionibus, sicut de Philippo accidit,qui elegit Simonem magum:ideo dominus permisit inter discipulos proditorem esse. Alia potest esse ratio, ut nullus uituperaretur si alliquis esset malus, cum in primo collegio unus fuerit malus,Item, describitur ex nomine persona proditoris,

datoris, qui dicebatur Iudas.*Inter discipulos vocati fuerũt hoc* nomine duo. Tamen vnus fuit malus, per quod significatur, ꝙ quidam confitentes deum sunt boni, quidam mali. De bonis psalm. 113. Facta est Iudæa sanctificatio eius. De malis dicitur ad Titum 1.Confitentes se nosse deum:factis autem negant. Item describitur a patria Scarioth &c. Est villa quædam, & interpretatur memoria mortis, quia *peccatum Iudæ in* memoria habetur. Et potest ad illud referri quod dicitur, Hiere. 17.Peccatum Iuda scripũ est stylo ferreo in vngue adamantino.[Ad principes sacerdotum] qui Christum habeant interficere, obliuiscens illius quod dictum est, psal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum &c. Et in Gen, dicit Iacob. cap. 49. In consilio eorum non descendat anima mea, [Et ait illis] Hic ponitur tractatus proditionis. Et primo,ponitur tractatus: secundo,consummatio. Et primo, consideranda est cupiditas eius: secundo,præsumptio. Cupiditas,cum dicit. [Quid vultis mihi dare &c.] Propter pecuniam, omnem amicitiam contempsit, Ecclesia. 10. Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim animam suam venalem habet.Iste enim quia non retinuit cupiditatem,incidit in proditionem. Quia enim vidit,quòd fraudatus erat pretio,unguenti, ideo voluit recuperare in prodendo Christum. Item,tangitur præsumptio cum dicit. [Et ego eum vobis tradam] Magna præsumptio fuit eum tradere qui omnia sciebat. Item,loquitur iste, vt valde male sentiens de deo, quia quando aliquis vult vendere rem quam diligit,imponit ei pretium. Sed quando habet rem de qua vult se expedire dicit, Date mihi quod placet. *Sic dicit* iste. Quid vultis mihi &c] idest, date quod vultis. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem,psal. 105. Et isti constituerunt ei triginta argenteos. Dicit Orig. quòd simili modo faciunt, qui pro temporali commodo deum dimittunt. Habitat enim in nobis per fidem, sed tunc dimittimus,quando nimis temporalibus adhæremus, vnde dixit.[At illi constituerunt ei triginta argenteos]Sed quare ita expressit?quia ita significatum erat per illud, Zach.11. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Et non est dicendum, quòd Ioseph venditus fuit triginta denariis: *sed scriptura vult* quòd *solum viginti* argenteis, idest, denariis. Sed quid vult dicere, quòd triginta intelligendum est? Iste numerus componitur ex quinque & sex, vnde quinquies sex,sunt triginta.Per quinque significantur quinque libri Moysi, vel temporalia quæ subiecta sunt quinque sensibus, vnde signatur, quod post legem Moysi in sexta ætate fieret salus. [Et ex inde quærebat opportunitatem &c.] Hic ponitur solicitudo. Et quare hoc faciebat? vt facilius & occultius faciuus perpetraret,sicut est de peccãtibus,quia Qui malẽ agit odit lucem,Io.3. & Iob cap.24. Oculus adulteri obseruat caligines.

Et exinde quærebat opportunitatẽ ut eum traderet.

b ¶ Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum,dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei. Magister dicit, Tempus meũ prope est,apud te facio pasca cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pasca. Vel pere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus

b ¶Tunc agit de constitutione sacramenti,& quia noua succedunt veteribus, vt dicitur,Leuit.26.Nouis superueniẽtibus vetera proiicietis. Primo,ergo agit de veteri: secundo,de nouo.Circa primum duo. Primo,ponitur præparatio paschæ:secũdo,ponitur prænuntiatio proditoris,ibi. [Edentibus illis &c.] Et circa primum,Primo,tempus designatur:secundo,præparatio conuiuii: tertio, institutio sacramenti. Dicit ergo. Prima die azimorum. Et hic potest esse obiectio, quia hic dies erat prima dies pasce. Et videtur contra hoc quòd dicitur in Ioan. 13.cap. Ante diem festum paschæ &c. Dicũt Græci, Matth. Lucam, & Marcum errasse, & quod Ioan.correxit eos,quia fuit facta ante diem paschæ.Vnde dicũt quòd dominus passus est 14. Luna,& cœnã fecit 13. Vnde dicunt quòd dominus confecit non in azimo,sed in fermento. Et hoc nituntur confirmare plurimis argumentis. Primo,quia dicitur,Ioan.18. Quòd non introierunt,vt non contaminarẽtur,sed manducarent pascha.Et ita die passionis debebãt comedere pascha.Item,alia ratio eorum,quia mulieres præparauerunt aromata,ideo &c.Sed hoc non potest stare,quia dominus non fregit cæremonias.Non enim inuenitur,quòd præuenirẽtur pascha, inuenitur tamẽ quòd prolongaretur. Et dato ꝙ præueniretur, hoc non est pro Græcis, quia scriptum est, quòd pascha debebat comedi cũ azimis,& lactucis agrestibus.Si ergo aliter fecisset,contra legem fecisset.Ideo secundum ꝙ tres euangelistæ dicunt, hoc fuit factum 14. luna, & tunc erat necesse comedere pascha. Quid ergo respõdendum ad id quod dicit, Ioã. Ante diem festum paschæ? Dicendum quòd consuetudo fuit, ꝙ *incipiũt diem a vesperis*, & sic dies paschalis a vesperis incipiebat.Et hoc habetur in Exodo.Quòd 14.luna ad vesperum celebrabitis pascha.Et ex tũc non inueniebatur fermentatum in domibus Iudæorum,vsque ad 21.diem Vnde si computamus a vesperæ 14.lunæ præparatio fuit facta ante diem paschæ,tamẽ erat 14.luna.Vocat ergo Ioan.diẽ illum azimorum, & diem paschæ 15.lunam. Quod tu dicis secundo, quòd non introierunt prætorium &c. Chrysosto. Sic soluit, & dicit quòd dominus non prætermisit aliquid de legalibus obseruãtiis, vnde pascha comedit 14. luna. Sed isti principes *inhiarunt ad interfe*fectionẽ Christi propter quod distulerunt,& tunc non celebrauerunt, & hoc contra legem suam. Vel per pascha intelligitur panes azimi.Quod dicũt de mulieribus. Dicit August. quòd habebant multas solennitates: sed sabbathum,solemnior erat solennitas,vnde non licebat sabbato præparare cibaria, quod tamen licebat in aliis festis: sed in die sabbati,nõ. Ideo tunc ita accidit, quòd festiuitas paschæ accidit in die veneris,& sequebatur sabbathũ:ideo tunc præparauerũt, & in die sabbati quieuerunt. Ideo possumus dicere,quod 14.luna celebrauit pascha.Sequitur solicitudo discipulorum[Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha?] Et primo,ponitur inquisitio:secundo,mãdatum:tertio,impletio. Dicit accesserunt discipuli eius. Sed qui discipuli? Dicit Remigius, quòd ex obsequio Iudas, vt cælaret proditionem suam. Tamen Leo Papa dicit,quòd etiam alii. Vbi vis paremus tibi &c. Per hoc designatur,quòd Christus non habebat ibi domũ,nec aliquis de societate: ideo signatur paupertas eius, vnde supra 8. Filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum. [At ille dixit] Hic ponitur mandatum. Et primo, denuntiat *hospitem*: *secundo,passionem:tertio,expo*sit *locum* ad conuiuandum.Dicit ergo. [Ite in ciuitatem ad quendam] Et notare debetis,quòd non erat hospitatus in ciuitatem, sed in Bethania Sed quid est,quod dicit,quẽdam? dicit August. Quòd dominus aliquem certũ nominauit,sed quia non erat necessariũ nominare, Matth.prætermisit nominare. Chrysosto.dicit,quòd dicit. Ite ad quendam,idest,ad quemcumque,quia voluit ostendere suam virtutem, vt non turbarentur.de passione. Ita enim erat diuulgata fama eius, quòd iam sententiatum erat, quòd qui reciperet eum, fieret extra synagogam, vnde voluit dare intelligi, quòd non reciperet eũ aliquis nisi immutaret cor eius, Prouerb.22. Cor regis in manu domini,& quocumque voluerit inclinabit illud [Et dicite ei &c.] Prænuntiat passionem,vt non turbentur, vnde dicit [tempus] non quodcumque dicitur, sed determinatum a patre. Secundum istum modum dicitur,Ioã.7. Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum &c. [Apud te facio pasca] idest,celebrabo pascale conuiuium apud te.Et addit [cum discipulis meis]ad denotandum,quòd non occulte sed publice, secundum Chrysosto. istud dixit, quia volebat, quòd præpararentur cibaria sufficientia, & sibi & discipulis.Sed quid est quod ipse celebrauit,& nos nõ debemus celebrare, quia Ioan. 13. dicitur, Exemplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci &c. Ad hoc respondet August. Quòd sicut Christus passus est, vt a morte nos redimeret, sic legem voluit obseruare,vt nos a lege absolueret.Tunc sequitur executio. [Et fecerunt discipuli,sicut prædixerat eis Iesus &c.]Similiter habetur Exod. 24. Omnia verba quæ præcepit dominus faciemus. Consequenter agitur de conuiuio[Vespere autem facto &c.]Et dicitur vespere, quia sicut præcipitur, Exod. 24. quòd 14. luna ad vesperam celebrabitis pascha.Vel vespere,quia tendit ad occasum,Zach.14.Et in tempore vesperi erit lux.Vel signatur verus transitus Christi, scilicet finis. Ad vesperum enim est finis diei. [Et edentibus illis &c.] Hic ponitur de prænuntiatione proditoris. Et primo,designat ex societate: secundo,ex authoritate: tertio, ex propria voce: secunda, ibi. [At ille respondens &c,] tertia,ibi. [Tu dixisti &c] Et circa primum. Primo, ponitur prænuntiatio: secundo,effectus.Et contristati sunt,vnde dicit. [Et edentibus illis dixit.Amen dico vobis,quòd vnus vestrum,me traditurus est] Amen dico, affirmat,quia magnum dicebat, quòd vnus vestrum quos elegi esse columnas ecclesiæ. Ecclesiast.6.Est amicus socius mensę,& non permanet in die necessitatis. Et in Hiere. In omni fratre tuo non habeas fiduciam, Tunc sequitur effectus, & est duplex effectus tristitia & dubitatio. Quantum ad tristitiam, dicit. [Et contristati] Et quare? Contristabantur de morte Christi, quia amarum erat eis carere tali duce, tali patrono. Item, tristabantur de tali scelere quod erat futurum, *Hier.* 9. Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum?Tunc ponitur dubitatio. [Cæperunt singuli dicere]Sed quare dubitabant? Nonne vnusquisque erat certus de se? Responsio.

sponsio. Instructi erant discipuli, quia homines sunt cito proni ad pctm, vnde Apost. 1. Cor. 12. Qui stat, videat ne cadat. Item, dubitabant, quia magis ei credebant, quàm proprie conscientiæ. Simile est illud qd dicit. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum: sed nõ tm in hoc iustificatus sum. [At ille respondens ait. Qui intingit manum &c.] Hic ponitur prænuntiatio ex verbo prophetico. Et primo, ponit prænuntiationẽ prophetica: secundo, necessitatem passionis: tertio, pœnam proditoris dicit ergo. [At ille &c.] De hoc potest intelligi illud, psalm. 46. Qui edebat panes meos &c. [Qui intingit manum in parapside] Marcus dicit in catino. Parapsis dicitur vas quadrangulare, & dicitur quasi latera paria habens. Catinus dicitur vas fictile ad recipiendum liquores, vnde in catino reponebantur liquores, in parapside sicca, vnde poterat ibi esse vtrumque. Vel dicebatur parapsis, sed ex officio catinum. Et quid est quod dicit, [Qui intingit &c.] Dicendum quòd consuetudo apud antiquos erat quòd multi comedebãt ex vna scutella, & forte vas accipiebant. Vnde omnes admirantes retraxerunt manum præter Iudam, vt magis excusaret se: & ideo erat verbum dubium, quia simul intingebat cum omnibus: ideo noluit eum tegere ne fieret magis peccator. Vel potest dici quòd duo, & duo sedebant, & istum secum posuerat, vt ipsum retraheret, sed multi per amiciam non retrahuntur. [Filius quidem hominis &c.] Quid est quod dicis, quòd tu traderis? Dicit. Filius hominis vadit, scilicet propria voluntate. Oblatus est, quia ipse voluit, sicut scriptum est, Esa. 53. Vnde prædicta fuit passio a prophetis, vt habetur, Luc. vltimo. Et incipiens a Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quę de ipso erant, & ita filio hominis nihil nocet, quia fit quod ipse disposuit. Sed dicet aliquis. Si vadit ex propria voluntate, ergo non est imputandum Iudæ. Dicendum quòd immo, quia hoc mala voluntate faciebat, quod filius spontaneus agebat. Ideo sequitur pœna. [Veh autem homini per quem &c.] Sicut supra 17. Necesse est, vt veniant scandala. Veh autẽ homini illi per quem scandalum venit. Et tangitur magnitudo pœnæ. [Bonum erat illi &c.] Ex hoc sequitur occasio erroris. Dicunt enim quidam quòd non existenti, non infertur pœna: ideo dicunt quòd melius est simpliciter non fuisse, quod est contra Apostolum, ad Roma. 9. Vnde secundum Hieronym. dicendum quòd loquitur secundum communem modum loquendi, idest, minus nocumentum, idest, maius tormentum sentit quàm si natus non fuisset. Et ad hoc videtur facere, quod dicitur, Ecclesiast. 3. Laudaui magis mortuos quàm viuentes. Et hoc est contra August. in libro de libero arbitrio. Quod nihil est, nõ potest eligi. Item, quod eligimus, est propinquius felicitati, sed quod non est, non est propinquum felicitati. Quid est ergo dicendum? Potest nẽ aliquis magis eligere non esse, quàm pœnale esse? ideo dicendum, quòd non esse, dupliciter potest accipi, vel secundum se, vel per comparationem ad aliud. Secundum se, dico quòd non est eligibile, vt dicit Augustinus. Sed per comparationem ad aliud, est eligibile, vt dicit Hieronymus. Quia hoc non est aliquid in natura, sed secundum apprehensionem animæ accipitur vt aliquid, vt non sedere. Sed electio accipitur ab eo, quod est apprehensum: ideo carere malo, accipit vt bonum. Quando ergo eligit, non propter se, sed inquantum exclusium mali sic eligit, vt dicit Philosophus. Per hoc patet responsio ad secundum. Dico ergo, quòd illud quod magis remouet a malo, accipitur vt magis propinquum felicitati, vnde homini febrienti, carere febræ, videtur esse felicitatem, quia sub miseriis videtur non esse, vnde melius est non esse, quàm sub miseriis esse. [Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. Numquid ego sum Rabbi] Notandum, quòd simulatorie hoc dixit, vnde quia tardauit quærere signauit, quòd erat tristis, sed simulauit. Item, alii vocant ipsum dominum, sed iste magistrum. Vtrumque tamen erat, Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim [At illi, tu dixisti] Notate mansuetudinem domini, supra 10. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et hoc vt nobis exemplum mansuetudinis daret, vnde dicit. Tu dixisti, idest, confessus es. Vel tu dicis ista, non assero ego: sed tu dicis. Vnde non est verbum asserentis. Nolebat enim eum reuelare, quasi dicat, non assero, sed tu dicis.

c ¶ Supra posuit Euangelista celebrationem veteris paschę, hic ponitur institutio sacramenti altaris. Et primo, instituitur sacramentum: secundo, prænuntiatur futurum scandalum discipulorum, ibi. [Tunc dixit illis Iesus &c.] Circa primum, Primo duo facit. Primo, instituitur paschale sacramentum: secundo, hymnus gratiarum actionis, ibi. [Et hymno dicto &c.] Et circa primum duo facit. Primo, institutio sacramenti sub specie panis: secundo, sub specie vini, ibi. [Et accipiens calicem &c.] Circa primum, Primo, tangit facta Christi: secundo, verba, ibi. [Accipite &c.] In factis quinque sunt notanda, Primo, ponitur tempus: secundo, designatur materia: tertio, benedictio: quarto, fractio: quinto communicatio siue distributio. Tempus tangitur cum dicit. [Cænantibus autem &c.] idest, dum essent in cænando, idest, dum cænarent, Et quare hoc constituit in ipsa cœna, & non ante? Duplex est ratio, quia voluit dominus, quòd istud succederet veteri sacramento, sicut veritas figuræ: ideo post constitutionem veteris sacramenti, nouum constituit, Hierem. 26. Nouis superuenientibus vetera proiicietis. Item, propter aliud, quia voluit vt infigeretur memoriæ. Quæ enim vltimo audiuntur, altius infiguntur memoriæ. Treno. 3. Recordare pauperratis, & transgressionis meæ absinthii & fellis. Quare ergo constituit ecclesia, quòd homines ieiuni istud sacramentum reciperent? Dicendum quòd hoc est ad reuerentiam sacramenti. Conueniens enim est, quòd ante cibum sumatur. Et hoc intelligendum est eodem die. Cum enim dies a media nocte incipiat, non debet recipere quicquàm a media nocte, vsque ad perceptionem huius sacramenti. Sed quæsierunt aliqui, si quodcumque intrat in os soluat sumptionem sacramenti, vt si bibit aliquis aquam? Intelligendum est, quòd ieiunium, scilicet ieiunium ecclesiæ, & ieiunium naturæ. Ieiunium ecclesiæ non soluit potus aquæ, sed ieiunium naturæ soluit, quia & si aqua per se non nutriat, cum aliis nutrit. Et debetis intelligere, quòd aquam recipit & potum, si aliquis lauet os & transglutiat vnam guttam casualiter. Non tamen propter hoc debet dimittere immo computatur cũ saliua. Similiter de cibo dico. ℭ si quis anisum comedit in fero & remanserit aliquid de dentibus, si a casu transglutiat, nõn propter hoc debet dimittere. Item, aliqui conscientiam faciunt, quòd, si non dormiunt non recipiant. Hoc non habet locum, quia non fuit de constitutione ecclesiæ. Vnde non facit ad rem, vt dormiat vel nõn dormiat. [Accepit Iesus panem &c.] Hic tangitur materia. Notandum quòd istud sacramentum, quantum ad aliquid veteri sacramento attinet sicut veritas figuræ. Sacramentũm illud sumebatur, vt cibus, quia mandatum erat quòd comederẽt agnum. Et istud quòd loco eius sumitur, debet sumi vt cibus. Et sicut ille erat vere cibus, ita & iste agnus Ioan. 6. Caro mea vere est cibus. Vnde falsa est ista opinio quæ ponebat, quòd solum erat ibi Christus sub signo, quia si ita esset, quid plus haberet istud signum quàm illud? Sed illud erat signum tantum. Hoc autem est figura & veritas. Sed numquid est irreuerentia quia aliquis comedat corpus domini? Dicendum quòd differt iste cibus ab aliis cibis, quia alii cibi conuertuntur in corpus nostrum. Vnde si Christus ita conuerteretur, irreuerentia esset. Sed non est sic immo econuerso, vt dicit Augustinus. Non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me, vnde illud sacramentum finis & perfectio omnium est sacramentorum: & ratio est, quia esse quod est per essentiam, est finis & perfectio eorum quæ per participationem. Alia enim sacramenta Christum continent per participationem, in isto autem est Christus secundum substantiam: ideo dicit Dionysius, quòd nullum est sacramentum, quod non perficiatur in eucharistia: vnde si adultus baptizetur, debet ei dari Eucharistia. Debet ergo sumi in cibo, vt veritas respondeat figuræ. Et quare non sub specie propria? Vna ratio est, ratione meriti fidei, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Item, vt parcatur sumentibus, quia non est consuetum quòd caro humana comedatur. Item, vt defendatur a derisionibus infidelium. Et quare sub tali specie? Quia voluit celebrari ab omnibus vbique terrarum: ideo voluit eis dare materiam quæ communis est omnibus. Communis autem cibus est panis, & communis potus hominum est vinum: vnde panis & vinum sunt cibus principalis, alia potius quasi ædulia. Item, in aliis sacramentis in vnctione nõn quodcumque oleum accipitur: sed commune, quod dicitur, oleum ex multis vnis. Sic vnitas ecclesiæ ex multitudine fidelium. Et sic patet quòd nostra sacramẽta magis sunt antiqua quàm sacramenta veteris legis. Quia sacramenta veteris legis habuerũt initium a Moyse & Aaron, sed sacramenta nouæ legis a Melchisedech: cui obtulit Abraham panem & vinum. Ideo dicitur Christus factus sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Psal. 109. Consequenter agitur de benedictione. Et hæc benedictio refertur ad tria. Ad materiam, quia benedixit fructũ terræ in quo significatur quòd maledictio Adæ reuocata est per Christum, quãdo dixit ei Gene 4. Maledicta terra in labore tuo, spinas &c. Item refertur quantum ad illud quod continebatur in illo, scilicet, Christum. Supra. 21. Benedictus qui uenit in nomine domini. Item, ad fructum sacramenti, quia per istum benedicuntur fideles, & transit a capite ad membra. Prouer. 10. Benedictio domini super caput iusti. Deinde tangitur fractio. Et fregit. Et tria significat. Primo significat mysteriũ futuræ passionis, quia in passione perforata sunt membra: secundum illud Psal. 21. Foderunt manus & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Et hoc factum est, quia ipse voluit. Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Item, significatur quòd frangatur ab unitate in multitudinem, unde significat incarnationem, quia cum ipsum dei uerbum simplex esset, uenit in istam multitudinem: non relinquendo simplicitatẽ. Item, signatur effectus quem in diuersos intulit, quia secundum Apost. 2. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Item, ponitur distributio. Dedit discipulis suis. Eccl. 29. Ex his quæ in manu habes: ciba singulos. Et dicit discipulis, quia nulli non baptizato debet dari huiusmodi sacramentũ. sicut non conficeret sacerdos nisi consecratus, sic non debet alicui illud administrari nisi baptizato. Item, nõ est dandum nisi fidelibus: immo infideles non debent admitti ad uidendum istud sacramentũ. vnde in primitiua ecclesia quando multi erant cathecumini recipiebantur in ecclesia usque ad euangelium, & tunc expellebantur. Item, cum dicat quòd discipulis suis. Quæritur utrum Iudas ibi fuerit. Omnes dicũt quòd simul dedit omnibus, & etiam Iudæ, & hoc ut eum sua benignitate a peccato reuocaret. Item, ut daret ecclesiæ documentum ut dum esset occultus peccator, quòd non prohiberetur a receptione huius sacramẽti. Homines enim non habent iudicare de occultis. Hylarius hic dicit, quòd non fuit Iudas, quia iam exierat. Et uult probare per illud quod dicitur in Ioan. 13. cum petierunt discipuli, quis est qui tradet te? Quibus dixit, cui tradidero buccellam intinctam &c. Ideo ostendit quòd iam exierat. Sed magis tenendum est quod alii dicunt. [Et ait. Accipite & comedite &c.] Hic ponuntur uerba. Et in istis verbis tria facit. Primo, hortatur ad recipiendum: secundo, ad comedendum: tertio, denuntiat ueritatem. Dicit Accipite &c. Et quod dicit accipite, ad spiritualem receptionem debet referri, quia non debet accipi nisi in fide & charitate. Ioã. 6. Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Item, inducit ad comestionem. Comedite, nõ solum spiritualiter, sed etiã sacramentaliter. Cãt. 5. Comedite &c. Item designat ueritatem. [Hoc est corpus meum.] Forma sacramenti continetur in his uerbis, quæ sunt uerba domini, quia in uerbis domini sacramentum conficitur. Vnde si uerbum Heliæ tantam uirtutem habuit quòd faceret ignem de cælo descendere, multo magis uerbum dei poterit transmutare unum corpus in aliud. Tunc quæritur utrum uirtus sit in uerbis. Et nõ est dubium quòd sic. Vnde dicitur. Psal. 67. Dedit uoci suæ uocem uirtutis. Eccl. 8. Quia sermo eius potestate plenus est. Vnde sacerdos peragit in persona Christi, & non utitur uerbis in persona propria, sed in persona Christi. Sed quæ est hæc uirtus? Quo modo tanta est uirtus? Ideo dicunt aliqui quòd nulla est ibi uirtus, sed potestas Christi solum, quæ ibi asistit. Et hoc non uidetur, quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant. Sed quam uirtutem habuit? Dicendum quòd est causa agens principalis, & hæc uirtutem habet in se manentem. Item causa instrumentalis, & hæc non operatur per uirtutem in se manẽtem, sed ab alio trãseuntem, unde sacramenta sunt causæ, non sicut causæ principales, sed instrumentales ab alio trãseuntes. Sed tũc quæritur quid est de facto. Vtrum istud, Accipite &c. sit de forma sacramenti. Et dicendum quod solum illud, Hoc est corpus meum: est de forma sacramenti. Vnde intelligendum quòd aliter est de sacramento hoc, & de aliis sacramentis, quia consecratio materiæ, aliquãdo est de necesitate sacramenti. Aliquando non ut in baptismo consecratio materiæ non est de necesitate baptismi. Sed in unctionibus, nulla fit unctio: nisi oleum benedicatur. In aliis etiam sacramentis non percipitur sacramentum in benedictione, sed in infusione, quia eidem & aquã cum sint inanimata non continẽt gratiam. unde cum gratia sit finis sacramenti non potest inferri nisi per susceptionem sacramenti. Sed in isto sacramento continetur ille qui est plenitudo gratiæ. ideo non perficitur in nobis, sed in consecratione materiæ, unde dato quòd nullus acciperet, non minus esset sacramentum. Vnde usus est consequens, & nõ est de necesitate. Vnde in aliis illud est de forma quod pertinet ad usum: istud non pertinet ad usum, sed ad materiæ sanctitatẽ. unde istud quod dicitur, accipite & comedite, quod pertinet ad usum, non est de forma. Item, solet esse quæstio utrum dominus cõfecerit sub his uerbis. Et uidetur quòd non: quia dicitur: ibi, Accepit panem & benedixit. ergo uidetur quòd in benedictione consecrauerit. ideo dixerunt aliqui quòd non consecrauit. Primo uerbis, sed spirituali uirtute. Et hoc potuit facere propter uirtutem excellentiæ, quia poterat ueritatem sacramenti sine sacramẽto tradere, quia uirtutem suã non alligauerat sacramentis, unde hoc potuit facere per uirtutẽ excellentiæ. Alii dicunt quòd primo in occulto dixit, & post in publico. Melius dicitur quòd semel dixit & non bis, & in his uerbis consecrauit, unde debet ita legi ꝙ illud quod dicitur, ait &c. referatur ad præcedentia. Vnde sic dicendo dixit, Hoc est corpus meum. Hic quæritur, quid demonstrat hoc pronomen hoc. Dixerunt quidam quòd demonstrat non ad sensum sed ad intellectũ, quia non est nisi ad substantiam panis, & non est nisi ad significandum. unde sensus est, hoc est &c. i. signatum per hoc, est corpus meum. Et hoc non potest stare, quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod signant. ideo nihil aliud facit nisi quod signat, & signat corpus Christi, & sic solum est corpus Christi sub signo. Alii dicunt quòd ly hoc, demonstrat ipsam substantiam corporis. Sed quomodo est hoc? Est ne statim corpus Christi cum dicit hoc? Constat quòd non, quia si moreretur sacerdos, non esset consecratum nisi expleret. Ideo dicunt alii quòd ly hoc, retardat suam significationem, & demonstrat illud quod erit post prolationem istius uerbi meum. Istud etiam non competit, quia sic idẽ videretur dicere, ac si diceret: corpus meum est corpus meum, & deo non competit. Alii dicunt quòd uerba proferuntur materialiter, non significatiue. Et hoc non potest stare, quia dicit Aug. accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Quid ergo? Dicendum quòd recitatiue dicuntur, & simul recitatiue & significatiue. Quare? Quia ipse loquitur in persona Christi & peragit ac si Christus esset præsens: aliter uerba non accederent ad propriam materiam. Quid ergo? Dicendum quòd aliter est in uerbis sacramentalibus, & uerbis aliis humanis, quia uerbum humanum, est solum significatiuum, sed diuinum significatiuum & factiuum. Vnde uerba sacramentalia habent uirtutem a uirtute diuina. Vnde simul dicit, & ex uirtute diuina facit. Ideo non solũ est illud uerbum est signatiuum, sed etiam factiuum. Et primo facit, secundo significat. In factione enim materiali ita est quod præexistit aliquod commune in qualibet transmutatione, & illud commune est sub uno termino trãsmutationis, & in fine sub alio. Verbi gratia. ponatur quòd de nigro fiat albũ, in ista transmutatione erat corpus, sed in principio erat sub nigredine & post albedine. Vnde quo ad aliquid est simile quo ad hoc, scilicet, quòd est aliquid commune. Sed dissimile quia non eodem modo, quia in aliis transmutationibus materialibus commune est subiectum, & differens forma. Hic autem est contrarium, quia commune est accidens, differens est substantia. Vnde substantia transmutatur, commune accidens manet. Quid ergo demonstrat ly hoc? Dicẽdum quòd sensus est, hoc est &c. i. contentum sub accidente, est corpus meum: uel hoc fit, quòd cõtentum sub accidentibus fit corpus meum. Vnde in fine posuit nomen, sed in principio pronomen, quod substantiam indeterminatam significat, sed per nomẽ forma determinata. unde in principio nõ est forma, sed in fine. Sed quo modo est ibi corpus Christi? Vna fuit opinio quòd simul cum corpore Christi substãtia panis manebat. unde quod dicit, hoc est &c. refertur ad corpus solum. Alii dicunt quod transit substantia panis in præiacentem materiam, & aduenit ibi corpus Christi præter hoc quod substantia panis transeat in eorpus Christi. Improbatur autem hoc sic. Quia sic uidetur quod aliquid incipiat esse ubi non primo fuit, quod non potest esse nisi uel mutetur secundum locum, uel quod aliquid conuertatur in ipsum. Sicut si dicatur, hic non est ignis. Quia ergo post sit ibi, hoc non potest esse, nisi quod ibi aliunde apportetur, uel quod aliquid quod ibi sit, in ignem mutetur. Sed secundum istam opinionem tollitur modus conuersionis. ergo non est nisi mutatio localis. Sed impossibile est idem corpus esse in diuersis locis, ideo &c. Ideo aliter diceudum, quod corpus incipit ibi esse, non per motum localem, sed per conuersionem alterius in ipsum. & in hoc manet forma, & transit subiectum. Vnde mutatur subiectum in subiectum, quod est principium indiuiduationis, non propter hoc quod simul cum substantia panis sit corpus Christi, uel annihiletur substantia panis, sed per hoc quod trãsmutetur per conuersionem in ipsum. Sed qualiter poterit esse in tam paruo loco? Dicendum, quod aliquid est ibi de ui sacramenti.

menti, & istud ibi principaliter est: aliquid vero per concomitantiam. Illud est ibi de vi sacramenti, in quod terminatur conuersio. Et quia panis conuertitur in corpus Christi, illud quod significatur, est corpus Christi, & non est sine anima, nec sine diuinitate: nec tamen panis conuertitur in animam, vel diuinitatem, sed sunt ibi per concomitantiam. Vnde si aliquis in triduo celebrasset, cum anima esset separata a corpore, non esset ibi anima. In pane enim duo sunt, substantia, & accidentia. Accidentia manent, substantia transit. Illud ergo ibi est principaliter, in quod terminatur transmutatio, sed terminatur in substantiã. ergo substantia est principaliter, sed accidentia per concomitantiam: dimensiones autem sunt accidentia. Nec corpus Christi in sacramento comparatur ad locum per dimensiones proprias, sed per dimensiones panis præexistentes. Item fregit. Sed nunquid in qualibet parte est totum corpus? Dico quòd sic. Et debetis intelligere, quòd dicitur aliter esse in loco, quàm locatum in loco, quia locatum comparatur ad locum sub suis dimensionibus, sed non sic hic. Ideo notandum, quòd vbicunque est aliqua differentia quantitatis, non facit differentiam in substantia. Sed si sit aliquod sequens quantitatem, diuiditur secundum quantitatem. Sed anima non habet a quantitate suam totalitatem accipere, sed habet suam totalitatẽ in qualibet parte, vnde corpus Christi non comparatur ad corpus illud secundum quantitatem, sed solum secundum substantiam, ideo sicut anima est in qualibet parte corporis, sic Christus in qualibet parte hostiæ. Quid ergo erit de istis accidentibus? Dicendum quòd manent absque subiecto ex virtute diuina. Et quo modo potest hoc esse, cum accidentia dependeant a substãtia? Dicendum quòd deus est principium essendi, unde potest producere effectum separatum a subiecto, & sine principiis. ideo cum principium substantiæ sit conseruare accidentia in esse, potest deus absque suis principiis conseruare. Si quæris verum sit verum de omnibus accidentibus, dicendum quòd omnia accidentia referuntur ad substantiam mediantibus dimensionibus, unde quodammodo indiuiduantur, ideo dimensiones sunt sine subiecto, sed qualitas in dimensionibus est vt in subiecto. Vnde sensus est. Hoc, idest, contentum sub his accidentibus, quæ accidentia manent in dimensionibus, quia substantia, quæ primo suberat sub his accidentibus, mutatur in corpus Christi.

c ¶ Supra actum est de institutione noui sacramenti quantum ad sacramentum corporis domini: hic agitur de institutione eiusdem quantum ad sacramentum sanguinis. Et circa hoc duo facit, primo ponuntur facta Christi: secundo dicta, ibi [Bibite &c.] Circa primum tria facta ponuntur, primo quòd accepit calicem: secundo quòd gratias egit: tertio quòd discipulis dedit, unde dicit. Et accipiens calicem &c. Per quod signatum est, quòd non fuit institutum quòd agatur sub vna specie, sed sub duabus. Et quæ est ratio huius? vna ratio est, quia tria sunt in hoc sacramento. Vnum, quod est sacramentum tantum, aliud quod est res tantum, aliud quod est sacramentum & res. Sacramentum tantum, sunt species panis & vini. Res tantum, est effectus spiritualis. Res & sacramentum, est corpus contentum. Si ergo consideremus sacramentum tantum, sic bene competit vt corpus signetur sub specie panis, sanguis sub specie vini, quia signatur vt indicans refectionem spiritualem: sed refectio est proprie in cibo & potu, ideo &c. Item si sumatur vt res & sacramentum, ad hoc competit quòd illud sacramentum est rememoratiuum dominicæ passionis, & non potuit melius significare quàm sic, vt significetur vt sanguis effusus & separatus a corpore. Item quantum ad id quod sumitur vt res tantum, quia sanguis pertinet ad animam, non quia sanguis sit anima, sed in sanguine vita conseruatur: vnde signatur quòd cum illud sacramentum sit ad salutem fidelium, quòd panis offertur pro salute corporis, sed sanguis pro salute animæ, Sapien. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ quod miscui vobis, quia refectio ista est in pane & vino. Item alia ratio, quia totus Christus continetur in corpore. Quæ est ergo necessitas quòd sanguis per se? Ideo est accipiendũ quod dictum est supra, quòd aliud est ibi ex vi sacramẽti directe, aliud ex naturali concomitantia. Sub panis specie continetur corpus Christi de vi sacramenti, sed sanguis per concomitantiam. In sanguine vero econuerso, quia sanguis est de vi sacramenti, sed corpus per concomitantiam. Vnde sanguine Christi effuso in terram, si fuisset celebratum, non fuisset sanguis nisi seorsum. Ideo quia hæc non intellexerunt quidam, dixerunt quòd formæ istæ continuantur, vnde dicunt quòd cum consecratur corpus, non est ibi sanguis donec vinum fuerit consecratum. Sed hoc non est ita, quia si moreretur sacerdos antequàm consecraret vinum, esset in hostia & corpus, & sanguis. Item dicit [Accipiens calicem] & non dicit accipiens vinum. Ideo quidam dixerunt, quòd debebat fieri in aqua. Et hoc excluditur, quia sequitur. Non bibam de genimine vitis &c. Secundo patet quòd fuit vinum & aqua mistum. Et huius ratio est ex parte sacramenti, quia celebrandum est vt dominus instituit. Sed in terra calida consuetudo est quòd non bibatur vinum sine aqua, ideo non est credendum quòd in puro vino consecerit. Cõpetit & contento,

c ¶ Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem

quia illud sacramentum est rememoratiuum dominicæ passionis: sed a latere Christi exiuit sanguis & aqua, vt habetur Io. 19. Item ad significandum effectus, et hoc dupliciter, quia istud significat memoriam passionis Christi. ergo inducit in nos effectum passionis Christi. Effectus autem est duplex, abluere, & redimere. Redemit nos per sanguinem suum, Apocalip. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Item abluit sordes, Apocalyp. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et hæc erant necessaria vt abluerat & redimeret. Et ablutio signatur per aquam, redemptio per vinum. Item per aquam populus Apocalyp. 17. Aquæ multæ populus multus. Et per istud sacramentum populus vnitur Christo, ideo per istam admissionem signatur populus vniti Christo. Sed quid fit de illa aqua? Dicunt aliqui quòd manet. Alii dicunt quòd conuertitur in vinum, quia cum ponatur parum, species mutatur, & ita totum est conuersum, & ita pertinet ad mysterium, quia in hoc vnitas ecclesiastica continetur. Item in hoc quod dicit. Accipiens, signatur quòd voluntarie sustinuit passionem, vnde in psalm. 115. Calicem salutaris accipiam &c. Item gratias egit. Et de quo? De duobus, de signo, & signato. De signo, quia de effectu: de signato, quia de passione. In quo signatur quòd non solum de bonis gratias reddere debemus, sed etiam de malis & aduersis. 1. ad Thessalon. 5. In omnibus gratias agentes, Ad Roman. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Item gratias egit de institutione huius sacramenti, quia virtute diuina hoc faciebat, unde in Ioanne. cap. 5. A meipso facio nihil. Ideo gratias agit deo patri, Ioan. 11. Gratias ago tibi, quoniam audisti me. In quo datur nobis exemplum, quòd si Christus gratias egit qui erat patri æqualis, quòd nos gratias agere debemus. Item gratias agit de effectu, quia effectus est salus totius mundi. Et hoc non poterat facere nisi ex diuinitate, Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Sequitur. [Et dedit.] ut sumerent in sacramento. Et per hoc significauit, quia fructus suæ passionis debebat per alios aliis ministrari: vnde Apostoli possunt comparari pullis aquilæ, de quibus dicitur Deuter. 32. Sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans. Tunc inuingit vsum. Et primo ponit vsum: secundo verba consecrationis sanguinis: tertio resurrectionem prænuntiat. Dicit ergo [Bibite &c.] Cant. primo. Bibite & inebriamini charissimi. vnde signatur quòd christiani possunt communicare loco & tempore. [Hic est enim sanguis &c.] Hæc sunt verba consecrationis. Et notate quòd in his verbis est differentia cum his quibus vtitur ecclesia. Ecclesia addit. Hic est calix. Item vbi dicit noui testamenti, ecclesia addit noui & æterni testamẽti. Item vbi dicit qui pro multis, ecclesia addit, qui pro vobis &c. Vnde ergo ecclesia habet istam formam? Dicendum quòd sicut dicit Dionys. non fuit intentio euangelistarum tradere formam sacramentorum, sed eas tanquàm secretas seruare, unde non intendebant nisi historiam narrare. Vnde ergo habet ecclesia? A constitutione Apostolorum. Vnde dixit Paulus 1. Corinth. 11. Cætera cum venero, disponam. Sed est quæstio, cur dicit. Hoc est corpus meũ, vel est sanguis, quare non dicit, hoc conuertitur in corpus, aut in sanguinem &c. Sed duplex est ratio, prima est, quia formæ sacramentorum debent signare quod efficiunt. Illud quod efficiunt est quod conuertatur in corpus Christi, sed vltimus effectus est quod fit corpus, ideo vltimus effectus signari debet, ideo debet signari quòd hoc sit corpus, non autem quòd conuertatur in corpus. In hac autem forma est aliquid simile cum veteri, aliquid dissimile. Similiter in hoc, sicut habetur Exod. 24. quòd cum legisset Moyses legem, immolauit viculos, & obtulit sanguinem & dixit. Hic est sanguis fœderis domini. Sic iste sanguis oblatus est pro salute populi, Ad Hebr. 9. dicitur, quòd semel in anno Pontifex solus introibat non sine sanguine quem offert pro sua & populi ignorantia. Ostenditur autem differentia quantum ad quatuor. Primo in hoc quòd sanguis ille est vitulorum, iste Christi: I deo iste est efficax ad remittendum, ad Hebr. 9. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ conspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram &c. Item, ille dicebatur sanguis testamenti: sed iste dicitur testamentum. Item, accipitur testamentum communiter, & proprie. Communiter pro quocumque facto, quia ita solebat esse quòd in omni facto adducebantur testes. Proprie dicitur testamentum quando aliquid legatur in morte, secundum quod dicit Apostolus, quòd testamentum in morte testatoris firmatur. Vtroque modo competit hic, quia pactio fuit ibi, & fiebat sanguine, quia in confœderatione pacis antiquitus osten debant sanguinem, ideo dicebatur sanguis fœderis. Item, secundum quòd ad mortuos dicitur, sic erat quoddam pactũ inter deum, & homines in ueteri, & in noua lege, sed differenter, quia primo de temporalibus scilicet ueteris legis, sicut patet quòd promisit eis terrã Amorrhęorum, ideo fuit vetus, quia non innouabant homines, sed magis inueterabantur. Istud autem testamentum est de cælestibus, & de supernis. Ideo supra 4. Agite pænitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum. Ideo dicitur [noui testamenti.] Ibi uero dicebatur, hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus uobiscum super cunctis sermonibus his, &cæt. Hierem. 31. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. [Vnde hic est, &cæt.] idest, dedicatus ad nouum testamentum in quo debemus habere fiduciam. Ad Hebræos. 10. Habemus fiduciam per sanguinem Christi. Item pro morte competit. Et quia per mortem Christi confirmata est repromissio. Item, alia differentia, quia ista addit, noui & æterni testamenti, quod potest referri uel ad hæreditatem æternam, uel ad Christum qui æternus est. Alia differentia est, quia in illa habetur, quod pepigi uobiscum, unde ad illos solum restrictum est illud testamentum, sed istud etiam ad gentes, Esa. 52. Ipse asperget fcilicet sanguine suo gẽtes multas [pro multis,] & pro multis, & pro omnibus, quia si consideretur sufficientia, 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non: pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Sed si consideremus effectum non habet effectum nisi in his qui saluantur, & hoc ex culpa hominum. Sed ecclesia addit pro uobis. i. Apostolis, quia ipsi ministri sunt huius sanguinis, & per istos deriuatur ad gentes. Item, ponitur. [In remissionem peccatorum] quia ille non poterat remittere peccata. [Dico autem uobis.] Hic ponitur consolatio secundum Chrysostomum, quia fecerat mentionem de effusione sanguinis per quem signatur passio, ideo consolatur eos, & prænuntiat gloriam suam. Et potest quatuor modis exponi. Exponit sic Chrysostomus, quòd dominus prænuntiauerat passionem, ideo uult eos lætificare. [Non bibam amodo de genimine uitis, idest, de uino usque, &cæt.] Hoc regnum appellat regnum resurrectionis, tunc accepit regnum nouum, idest, nouo modo. Quòd post biberit cum eis pater, Act. 10. Sed quare dicitur, nouo modo? Quia ante aliter comedit, & post, quia ante comedit ex necessitate, sed post resurrectionem non propter necessitatem, sed ut demonstraret resurrectionis ueritatem, Hieronymus dicit sic, quòd per uineã signatur populus Iudæorum, Esa. 5. Vinea domini exercituum domus Israel est, Hierem. 2. Ego plantaui te uineam electam omne semen uerum. [Dico autem uobis quòd amodo non bibam, &cæt.] idest, non gaudebit anima mea de populo isto. [Vsque in illum diem, &cæt. nouum in regno patris mei.] Regnum signat præsentem ecclesiam, nouum, idest, innouatum per fidem, quia tunc conuertentur, & tunc gaudebo cum eis. Multi enim sunt conuersi, & multi conuertentur. Remigius exponit sic. Et dicit quòd hoc referendum est ad cæremonias paschales, idest, nõ celebrabo decætero huiusmodi ceremonias usque ad statum ecclesiæ, cum gaudebo de innouatione ecclesiæ, Augustinus sic. In hoc quod dicit nouum opponitur ueteri. Vetustas autem duplex est, pœnæ, & culpæ, & hæc deriuata est ab Adam ut habetur ad Romano. 6. Christus autem uetustatem habuit pœnæ non culpæ. Vnde suum simplum soluit nostrum duplum. Dicit ergo, non bibam de uetustate pœnæ usque, &cæt. quia depositurus erat corpus istud, & assumpsit in resurrectione corpus glorificatum. Et promittit Apostolis quòd ipsi etiam assument. Et signat quòd non sunt diuersæ naturæ, quia corpus quod assumet erit eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ.

uobis, non bibam amodo de hoc genimine uitis usque in diem illũ, cum illud bibam uobiscum nouũ in regno patris mei.

e ¶ Et hymno dicto, exierunt in montem Olieuet. Tunc dicit illis Iesus. Omnes uos scandalum patiemini in me, ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquàm autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Ait illi Iesus. Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, & etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter autem & omnes dixerunt discipuli.

Dicit ergo. [Et hymno dicto.] Per hoc, exemplum duorum nobis dat, quia primo fuit cæna, & prandium materiale, post quod gratias debemus reddere, & deum laudare, psalm. 21. Edẽt pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum. Item, post istud fuit cæna sacramentalis, postquàm etiam debemus gratias agere. Vnde post illud, hymnum dixit: unde illud quod post communionem dicitur in missa, repræsentat istũ hymnum, ideo fideles debent expectare usque ad finem missæ ut hymnum istum audiant. Et hoc est quòd Ioan. 17. dicitur. Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Et hoc dicto [exierunt in montem Olieuet.] Mons enim Olieuet pinguedinem significat, quia oliuæ pingues sunt, unde spiritualem pinguedinem significat. In Genes. 49. Pinguis panis eius, &cæt. Vnde signat pinguedinem gratiæ, & gloriæ cælestis in quam prouehitur, psal. 67. Mons domini mons pinguis. oleum membra fessa quietat, dolorem mitigat, igni pabulum, & claritatem præstat. Sic erit in illa gloria quia ammouebitur omnis labor, omnis dolor, omnis aderit claritas. Item, quòd dicit in montem Olieuet connenit prænuntiationi futuræ. Per oleum misericordia signatur. Sicut enim supernatat aliis liquoribus, sic misericordia, psalm. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Item, in monte scandalum ostenditur, ut misericordia signetur præuia. Cum ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam, psalm. 36. [Tunc dicit, omnes uos, &cæt.] Hic ponitur scandalum. Et primo in generali: secundo in speciali, ibi. [Respondens &cæt.] Circa primum duo, facit. Primo prænuntiat: secundo ueideatur fortuitum, authoritatem inducit, ibi. [Scriptum est &c.] Et in isto uerbo aggrauatur peccatum discipulorũ ex multis, primo ex uniuersitate. [Omnes uos.] Esa. 1. A planta pedis usq; ad uerticem capitis non est in eo sanitas, &cæt. Item materia tangitur. [Scandalum patiemini in me] 1. ad Corinth. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum. Iudæi quia non quærebant nisi infirmitatem carnis; scandalum passi sunt. Itẽ aggrauatur peccatum appropinquatione temporis, quia post tantas monitiones, post sacramenti susceptionem. Vnde iam obliti erant quæ fecerat eis, unde bene comparati sunt, uiro considerantiũ tulit ut ut natiuitatis suæ in speculo: cõsiderauit. n. se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit, Iac. 1. Item quia in nocte, quia qui ebrii sunt, & qui dormiunt in noctæ dormiunt. 1, ad Thess. 5. Sic etiam qui scandalizantur. Tunc subiũgit authoritatem.] Scriptũ est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues.] Et scribitur Zach. 13. Et dicitur ibi. Percute pastorem scilicet Christum, &c. Hic autem dicitur, percutiam. Et satis conuenienter, quia prophetia desiderabat qd istud fieret, ideo dixit, percute, &c. Sed Christus in propria persona loquitur, & in isto die prænuntiat primo passionem Christi: secundo scandalum, cum dicit. [Percutiam pastorem.] Iste pastor est Christus, Io. 10. Ego sum pastor bonus. Et 1. Pe. 2. Conuersi estis ad pastorem, & episcopum animarum uestrarum. Et iste percussus est, quia deus tradidit eum, quia Proprio filio non pepercit: Ro. 8. Et hoc propter peccata nostra. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Item prænuntiat scandalum [Et dispergentur oues] Oues sunt fideles, Io. 10. Oues meæ uocẽ meam audiunt. Et sic deus passus est ut dispergerentur, ut post cõgregaret, psal. 146. Dispersiones Israelis congregabit. Et Io. Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Tunc prænuntiat gaudia resurrectionis. [Postquàm autẽ resurrexero, præcedam uos in Galilæam,] quia licet pater resuscitauerit eum, sicut alibi dicitur Act. 2. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, tamen propria uirtute surrexit, quia uirtus patris est uirtus filii. 2. ad Corinth. ult. Sed si crucifixus est propter infirmitatem nostram, uiuit tamen ex uirtute dei. Item, contra illud quod dixerat quòd dispergentur oues, dicit. [Præcedam uos, &c.] Oues enim sequuntur pastorem, unde pastor congregat uocando eas nominatim. Ideo dicit præcedam. Vel potest referri ad illud quod dixit. Postquàm resurrexero, quia possent aliqui credere quòd multum esset tempus usque ad resurrectionem suam, ideo dixit quòd non multum, [præcedam uos, &c.] Consuetudo eius erat quòd parum moraretur in Iudæa, sed cito transibat in Galilæam. Vult ergo dicere, ante resurgam quàm possitis uenire in Galilæam, ut ostenderet se esse illum, qui apparebit eis: ideo

ideo ſatis potuerunt certificari. Item quod dicit quòd præcedet ſecuritatem dat, quia in Iudæa perſecutionem patiebantur, ideo dicit quòd præcedet in Galileam vt remoueat eos a timore. Et dicit Chryſoſto. quòd non eſt intelligendum quòd primo apparuerit in Galileã. Sed hic apparuit, ſed non primo, immo in Hieruſalem. Quare ergo magis dicit ĩ Galilæam. Galilæa interpretatur tranſmigratio. vnde ſignificatur quòd per reſurrectionem tranſibimus a vita mortali ad immortalẽ. Et in iſta nos præceſſit, quia Chriſtus eſt primitię dormientium. Item ſignatur tranſmigratio diſcipulorum ad gentes. Et in hoc Chriſtus præceſſit, corda mouendo. [Reſpondens autem Petrus.] Hic ponitur prænunciatio de ſcandalo Petri. Et primo ponitur occaſio: ſecundo prænuntiatio: tertio excuſatio: ſecunda ibi. [Ait ei Ieſus &c.] tertia ibi. [Ait ei Petrus &c.] Hic eſt quæſtio litera lis, quia videtur quòd Petrus hoc dixerit poſtquam receſſiſſent de cœnaculo, ſed Luc. 22. videtur dicere quòd antequam receſſiſſet, & huic conſonat. Ioan. 13. Auguſ. ſoluit quòd Petrus hoc ter dixit. Et ſic concordant omnes &c. quia ſi conſideremus naturalem ex pluribus cauſis hoc dicit. Hic motus fuit ex hoc quòd ſcandalum prænuntiauit. Luc. 22. dixerat dominus. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua. Et tunc dixit Petrus. Domine tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. Sed in Ioan. dictum eſt alia de cauſa, quia Ioan. 13. dixit dominus, Quo ego vado vos non poteſtis venire modo. Tunc dixit Petrus, Animam meam ponam pro te. Ideo tertio dixit. Ideo poteſt eſſe quòd bis dixerat in cœnaculo, ſed ſemel dixit extra, ſicut hic dicitur. Et poteſt eſſe quòd ex feruore dicebat, & non conſiderabat virtutes ſuas. Tamen in tribus deliquit. primo quia nõ plus domino crediderat quàm ſibi, cum tamen ſcriptum ſit. Ad Rom. 3. Solus deus verax, omnis homo mendax. Item quia prætulit ſe aliis. Vnde dixit. [Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.] Vnde reputabat ſe aliis firmiorem, & incidit in illud quod dicitur Luc. 18. Non ſum ſicut cæteri hominum &c. Item quia attribuebat ſibi quod non debebat, cum ſcriptum ſit. Ioan. 14. Sine me nihil poteſtis facere. Quia ergo arroganter locutus eſt, ideo magis permiſit eum cadere. Et hoc facit deus, quia multum odit deus ſuperbiam. Iob. 40. Et reſpiciẽs omnem arrogantẽ, humiliat. [Ait illi Ieſus. Amẽ dico tibi &c.] quia putare poteras quòd dicerem comminatorie, ideo dico tibi amen, ideſt corde tibi dico [quia antequam gallus in hac nocte cantet ter me negabis.] Et aggrauatur eius culpa, ex propinquitate temporis, quia in hac nocte. Item ex multitudine, quia ter, ſicut ter præſumpſerat, ita ter negauit poſt præſumptionem. Iob 21. Si lęratum eſt in abſcondito cor meum. Sed quæſtio eſt de hoc, Antequam gallus cantet &c. quia in Marco 14. habetur, quòd antequam gallus bis vocem dederit. Secundum Auguſt. poteſt ſolui quòd ſecundum hiſtoriam, verum eſt quòd Marcus dicit. Et quod Matth. dicit, poteſt ſic ſolui, quòd homo dicitur facere quando facit in propoſito, ſicut ſupra 5 Qui viderit mulierem ad cõcupiſcendã eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sic Petrus in ſuo propoſito negauit ter vel etiam pluries, ex quo timorem concepit quod ſufficiens erat ad negandum ter vel pluries, ideo dicit quòd ter negauit, quia iam conceperat ſe ter vel pluries negaturum. Vnde Matth. dixit, quod interius intendebat: ſed Marcus quod exterius geſſit. Vel poteſt aliter dici quod dicendo, quando ego faciam iſtud infra tale tempus, tunc non oportet quod in illo factum ſit, ſed ſufficit quod inceptum fuerit. Vnde quod dixit quod ter eſſet negaturus, non oportebat quod ante galli cantum completum eſſet, ſed inchoatum. Sequitur excuſatio Petri. [Ait ei Petrus &c.] Excuſat ſe Petrus, [quia ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.] Et tamen timuit, quia ad vocem ancillæ negauit. Hierony. dicit, quod neſciuit quid diceret, quia ſolus Chriſtus moriturus erat, vt ſolus eſſet redemptor. Eſa. 63. Torcular calcaui ſolus. Deinde ponit affirmationem, ſcilicet aliorum. [Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.] Vnde dixerunt ſicut & Petrus, tamen alii meliorem cauſam habebant quàm Petrus ſe excuſandi, quia alii ſine aſſertione. [Tunc venit Ieſus &c.] In iſta parte ponitur præparatio quæ eſt per orationem. Et tria facit: primo proponitur propoſitum orandi: ſecundo neceſſitas orandi: tertio differentia: ſecunda ibi. [Et aſſumpſit &c.] tertia ibi. [Et progreſſus &c.] Circa primum duo facit. primo ponitur locus: ſecundo prænuntiatur propoſitum. Et dixit. Dicit ergo. [Tunc venit &c.] Contra-

trus. Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerũt. Tunc venit Ieſus in villam quæ dicitur Gethſemani: & dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic, donec vadã illuc & orẽ.

Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedęi, cępit cõtriſtari, & męſtus eſſe. Tũc ait illis. Triſtis eſt aĩa mea vſque ad mortem. Suſtinete hic & uigilate mecũ. Et progreſſus puſillũ, procidit ĩ faciẽ ſuã orãs, & dicẽs.

F rium videtur quod dicitur in Ioan. 18. quod egreſſus Ieſus venit trans torentem Cedron. Vnde notandum quod villa illa erat in pede montis Oliueti, unde idem erat locus, & ueniebat ibi poſt cœnam quaſi ad ſpatiandũ. Tunc prænuntiat propoſitũ orãdi. [Et dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic, donec vadã illuc, & orẽ.] Simile habetur Gen. 22. Dixit Abrahã ad pueros ſuos. Expectate hic cũ aſino, & ego & puer illuc vſq;, &c. Sed hic mouet Dam. quæſtionẽ. Oratio ẽ aſcenſus in deum. Intellectus autẽ Chriſti cõiũctus erat deo.

G Quo modo ergo indigebat Deus qui faciebat? vnde dicatur q̃ ip ſe orabat nõ propter ſe ſed pp noſtrã vtilitatẽ. Et hæc duplex eſt, quia orauit vt daret nobis exẽplũ, vt in tribulatione recurram ad dominũ, pſal. 119. Ad dominũ cũ tribularer clamaui. Itẽ, vt oſtẽderet ſe eſſe ab alio, & quod ab alio habebat, vnde dicit. Nõ põt filius a ſeipſo facere quicquàm. Et Io. 8. Ego a meipſo facio nihil. Itẽ, ad excludendũ errorẽ, quia dicebãt aliqui q̃ nõ eſſet eadẽ virtus patris, & filii, Io. 8. Ego honorifico patrẽ meũ. Dat ergo exemplũ orãdi, & quo modo ſit orãdũ. Prima, n. conditio orationis eſt, quia debet eſſe humilis oratio. Quod ſignatur, quia mit in uallẽ, Iudith. 9. Humiliũ, & manſuetorũ ſemper tibi placuit deprecatio. Itẽ, debet eſſe deuota, vnde in Gethſemani. ſ. in villa pinguedinis, pſal. 62. Sicut adipe, & pinguedine repleat anima mea. Itẽ, q̃ ſit ſolitaria. Sicut ſupra 6. Intra ĩ cubiculũ tuũ, & clauſo oſtio ora patrẽ tuum, &c. [Et aſſumpto Petro, & duobus filius Zebedæi.]

H Hic prænuntiat neceſſitatẽ orationis. Et hæc erat triſtitia. Et primo ponit teſtes triſtitiæ: ſecundo oſtendit triſtitiã: tertio repellit. ſecunda ibi. [Cępit cõtriſtari, &c.] tertia ibi [Suſtinete, &c.] Dicit ergo [Et aſſumpto Petro, &c.] Tres ſecũ aſſumpſit. Et quare iſtos prę aliis? Vna ratio, quia iſti firmiores erant, & quia omnes ſcãdalizabat infirmitas: ideo magis iſtis infirmitatem ſuã uoluit monſtrare quàm aliis. Itẽ oſtẽderat eis gloriã, ideo voluerat quòd ſicut viderunt gloriam, ita uiderent infirmitatẽ, ut cognoſceret quòd nec infirmitas gloriam, nec gloria abſorberet infirmitatem. [Sequitur oſtenſio infirmitatis, & primo facto: ſecundo verbo. Et ſecundum hoc tria facit. Quia primo dicit ſecundũ quæ Chriſtus triſtatus eſt: ſecundo quare triſtatus eſt: tertio quomodo triſtatus ſit. Quo ad primũ [cępit cõtriſtari, & męſtus eſſe.] Hic cauẽdi ſũt duo errores: quia quidã dixerant q̃ triſtatus eſt ſecundũ diuinitatẽ. Et hoc non põt eſſe, quia triſtatus eſt, quia paſſibilis erat. Sed diuinitas nõ erat paſſibilis. Item, opinio Arrianorũ, alias Eunomii erat q̃ ĩ Chriſto nõ erat anima ſed uerbũ loco animę. Et quare hoc dicebat? Vt omnia quæ ad defectũ pertinent ad uerbũ referrentur, vt oſtẽdere minor patre. Et hoc falſum eſt. Ideo paſſus eſt ſecundũ q̃ pati potuit. i. ſecundũ animã. [Tunc ait illis. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortẽ, &c.] Nõ dicit ego ſum triſtis, ga ego, eſt oſtenſiuũ perſonę, ſed nõ triſtabatur inquantũ uerbũ ſed ſecundũ animã, ideo excluditur error, & Arrii, & Apollinaris. Itẽ Manichæi, qui ponit eum nõ vere paſſum. Vnde patet ſecundum quod triſtatus eſt. Sed quare triſtatus eſt? Diuerſa ſunt uerba ſanctorũ, quia Hilar. & multi alii dixerunt quòd non triſtatus eſt pp ſe, nec pròpter mortẽ ſuã, ſed propter ſcãdalum diſcipulorum. Et hoc uult probare per hoc quod aſſumpſit eos. Dam. dicit q̃ triſtabatur pro ſeipſo. Et quare? Quia triſtitia in eſt ex hoc quòd caremus eo, quod naturaliter amamus. Anima naturaliter vult vniri corpori, & iſtud fuit in aĩa Chriſti, quia comedit, & bibit, & eſuriit. Ergo ſeparatio erat contra naturale deſiderium. ergo ſeparari erat ei triſte. Tamen poſſumus intelligere quòd aliquid ineſt animę ſecundũ ſe, & aliquid ineſt animæ cõparationẽ ad aliud: ſicut amara potio ſecundũ ſe conſiderata, doloroſa eſt, ſed relata ad finẽ noſtræ ſalutis, eſt cauſa gaudii. Sicut aliquid eſt rationis ut natura eſt, & aliquid rationis inquantũ rõ. Sic iſta mors Chriſti erat materia triſtitiæ ſecundũ quòd cõſideratur ſecũdũ ſe, ſed ſecundũ q̃ referebatur ad rõnẽ referẽdo ad finẽ, ſic gaudebat. Ido uerba Hila. & Hierony. intelliguntur referendo ad finẽ. Itẽ, quæ ritur quomodo triſtitia cadit in Chriſto. Ideo notandũ q̃ q̃nque triſtitia accidit ſecundum paſſionẽ, aliquãdo ſecũdũ paſſionẽ. Secundum paſſionẽ, q̃n aliquid patitur & immutatur. Sed q̃n pãtitur, & non immutatur, tunc habet paſſionem. Sed q̃ndoque huiuſmodi ſunt in nobis, ita quòd rõ immutatur, & tunc paſſiones ſunt cõpletæ. Quando autem ratio nõ immutatur, tũc eſt p paſſio. Sed in Chriſto nũq̃ fuit rõ immutata, ideo fuit paſſio, & nõ paſſio, vnde ſignanter dicit euangeliſta. Cæpit triſtari. Item dicit Aug. quòd nos habemus triſtitiam ut contractam, Chriſtus autem ut aſſumptam. Illud enim contrahitur quòd naſcẽdo per ori-

originem habetur. Sed Chriſtus aſſumpſit naturam noſtram vt voluit, ideo non fuit neceſſitas quòd paſſibilitatem acciperet, vt triſtitiam, ſed a voluntate. Item, notandum quòd dicit Damaſcenus, quia in nobis motus actionum præuenit rationem, quia aliquando eſt in nobis paſſio, & aliquando propaſſio: in Chriſto autem non fuit niſi propaſſio, & numquàm fuit in Chriſto quòd motus inſurgeret in inferioribus viribus animæ, immo ſuberãt totaliter inferiores vires rationi. Et quãdo volebat, permittebat agere inferiores vires ſecundum quòd eis erat naturale. Ideo alius euangeliſta dixit, quòd turbauit ſeipſum, quia iſti motus non potuiſſent accidiſſe, niſi ſecundum quòd voluit. [Tunc ait illis. Triſtis eſt &c.] Notate quòd dicit vſque ad mortem, per quam ſatiſfaciam pro iſto ſcandalo, & pro aliis. Vel ſecundum aliam expoſitionem. Non credatis quòd in perpetuum debeat durare, quia quamdiu corpus erit paſſibile, & hoc eſt vſque ad mortem, triſtis eſt anima mea, & tunc glorificabitur. Deinde excludit alios. [Suſtinete hic, & vigilate mecum. Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam orans, & dicens.] Supra tetigit cauſam triſtitiæ, hic autem agit de ordine orationis Chriſti. Et quia ter oratuit, ideo diuiditur hæc pars in tres partes ſecundum tres orationes. Et circa primum duo facit, primo ponit orationem orantis: ſecundo increpat diſcipulorum defectum, ibi [Et venit ad diſcipulos &c.] Et in prima, primo ponit conditionem orantis: ſecundo, tenorem orationis. Triplex autem conditio commendatur, quia primo notat ſolicitudinẽ: ſecundo, humilitatem: tertio de uotionem. Solicitudinem, quia [Progreſſus puſillum] quia etiã ab illis quos elegerat ſe ſeparauit, ſupra. 6. Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Sed notate quòd non multum, ſed puſillum, vt notaret q̃ non longe eſt ab inuocantibus eum, pſalm. 144. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus. Item, vt uiderent eum orantem, & formam acciperent, ideo ſequitur humilitas. [Et procidit in faciem ſuam] Vnde exemplum humilitatis oſtẽdit. Et primo propter humilitatem communem, quia humilitas neceſſaria eſt ad orationem, Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Itẽ propter humilitatẽ ſpecialem, ſcilicet Petri, quia dixerat, Si oportuerit me mori tecum &c. Ideo dominus procidit, ut ſignaret q̃ non debebat de ſua uirtute cõfidere, ſupra. 10. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Item, ſignatur conditio pietatis, ſiue conditionis, cum dicit [Pater mi] Neceſſarium enim eſt oranti vt ex deuotione oret. vnde dicit. [Pater mi] quia ipſe ſingulariter filius, nos autem per adoptionem, Ioan. vltimo. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, quaſi aliter meum, & aliter veſtrum. Conſequenter tenorem orationis ſubiungit [Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.] Iſta oratio tripliciter potest exponi, & quocunque modo exponatur, duo ſunt conſideranda. Primo conſiderare debetis in communi quantum ad omnes, quia ſecundum Damaſcenum. Oratio eſt aſcenſus mentis in deum: vnde oratio eſt ſecundum mentem, vel ſecundum ſuperiorem rationem, ſed tamen infra deum conſtitutam, ſupra tamen humanam naturam, vel ſub diuina uoluntate. Quid ergo debet intelligi? ſecundum quòd eſt cum ſuperior ratio deſcendit ad iſta inquantum decet, tamen quòd ſemper ſubdatur rationi diuinæ, et hoc notatur cum dicitur. [Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu] quia ſuperior ratio ſequitur voluntatem naturæ, non tamen ſimpliciter, ideſt, ſi relata ſuperiori, non repugnat. Vnde vult dicere, volo quòd impleatur quod volo, ſi nõ repugnat tuæ iuſtitiæ, ſed uolo tuam iuſtitiam impleri. Et in hoc docet exemplum qualiter affectiones debemus ordinare, quia ita debemus ordinare, quòd non a regula diuina diſſonent. Vnde non eſt graue quòd aliquis quod graue eſt naturæ refugit, dum tamen ordinet ad uoluntatem diuinam. Item, poteſt exponi ſecundum Chryſoſtomũ & Origenẽ ita quòd per calicem ſignificetur paſſio Chriſti, de quo in pſalm. 115. Calicem ſalutaris accipiam &c. Conſtat quòd Chriſtus habuit naturalem hominis uoluntatem. Hoc autem eſt quòd mortem refugiat, ideo vt hominem ſe oſtendat, petit tranſire calicem a ſe, et hæc eſt ita naturalis, quòd petitionem non amouit ab eo. Item dixit [Si poſſibile eſt, tranſeat calix] ideſt, paſſio: ſed non abſolu-

Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro. Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundo abiit, & orauit dicens.

A te dico, ſed ſi poſſibile. Et quia poſſet aliquis credere quòd dubitaret an eſſet deo poſſibile, ideo oſtendit q̃ eſt poſſibile, quia omnia tibi poſſibilia ſunt, Mar. 14. [Veruntamen non ſicut ego uolo &c.] ideſt, ſi congruit iuſtitiæ tuæ, volo: ideo dicit, non ſicut ego volo. vnde duas tangit voluntates, vnam quam habebat a patre in quantum deus, & in hoc confunditur error multorum: item, aliam voluntatem inquantum homo, & iſtam uoluntatem in omnibus ſubmittebat patri, in hoc dans nobis exemplum, quòd voluntatem noſtrã voluntati dei ſubmittatus, Ioan. 6.

Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat uoluntas tua. & uenit iterum, & inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eundem ſermonem dicens. Tunc uenit ad diſcipulos ſuos, & dicit

B illis. Dormite iam & requieſcite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus

Deſcendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Secundum Hierony. non petebat ſimpliciter, ſed vt iſte calix tranſiret, videbat ſe paſſurum a iudæis. Volebat igitur quòd tranſiret, ideſt, quòd ita redimeret mundum, quòd non eſſet delictum iudæorum, Roma. 11. Delictum iudæorum ſalus eſt gentibus. Hilarius vero dicit ſic. Non rogat dominus vt non moriatur, ſed rogat vt calix in alios tranſeat. q. d. Accipiam calicem cum fiducia. Rogo vt diſcipuli mei ſine dubitatione fidentia accipiant. Sed quare dicit, Si poſſibile eſt? quia hoc videtur contra naturam quòd mortem ſine dolore accipiant, vnde vult dicere. Ego vellem alios non pati ſi poſſibile eſſet: ſed fiat

C ſicut vis, ideſt, ſecundum tuam ordinationem. [Et uenit ad diſcipulos ſuos.] Hic increpat diſcipulorum defectum. Et primo ponitur defectus: ſecundo increpatio: tertio admonitio: quarto cauſa admonitionis. Cum oraſſet [venit ad diſcipulos, & inuenit eos dormientes.] Et iſtud habet rationem ſecundum literam, quia iam pars noctis tranſierat, ideo ſomno erant grauati. Item cauſa erat, quia triſtes erant, & tales facile ſubrepit ſomnus, Prouerb. 17. Spiritus triſtis deſiccat oſſa. Item, ſignatur quòd Chriſto aſcendente pro nobis ad paſſionem, multi dormiere, ſicut dormitauerunt omnes & dormierunt, ſupra. 25. [Et dicit Petro. Sic? non potuiſtis &c.] Sed quare magis dixit Petro? Ratio eſt, quia Petrus magis ſe iactauerat quòd aſſiſteret ei in neceſſitatibus. Ideo iam erat futurum præſagium caſus ſui. Non potuiſtis &c. Et quæ eſt ratio quòd omnibus poſtea dixit? quia omnes promiſerant cum Petro. vnde dictum eſt ſupra. Similiter autem & omnes dixerunt. [Vigilate

D & orate &c.] In iſta parte ſubiungitur admonitio. Vos de vobis confiditis: ſed vos debetis refugere ad ſuffragia orationis. Vnde [orate ne intretis in tentationem] vnde ſupra. 6. In oratione communi docet hoc petere. Et ne nos inducas in tentationem &c. Et præmittit vigilantiam ad præparationem, Eccl. 18. Ante orationem præpara animam tuam, ideſt, neceſſaria eſt prudentia, ſupra. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma, quaſi dicat. Quod promittis, ex promptitudine eſt ſpiritus. Sed tamen non eſt neceſſaria oratio propter ſpiritum, ſed propter carnem quæ infirma eſt, ideo neceſſaria eſt vigilantia. Simile eſt quod Apoſtolus dicit, Rom. 8. Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſed ſpiritus viuit propter iuſtificationem. Sed notandum quòd omnium caro eſt infirma, ſed non omnium ſpiritus eſt promptus. In malis ſiquidem ſicut caro eſt infirma, ita & ſpiritus. Econtrario in bonis, quia ſpiritum habent promptum, & ideo in reſurrectione ſpiritus redit corpus prom

E ptum. Vel poteſt eſſe duplex infirmitas, vna mala quæ inclinat ad peccatum, ſecundum quòd dicit Apoſtolus ad Rom. 7. Non habitat in carne mea bonum. Alia infirmitas bona, ſecundum quòd carnalis deficit ſecundum promptitudinem, ſecundũ quòd dicitur in canticis. Nuntiate dilecto, quia amore langueo. Et ex iſta cauſa debet homo vigilare, ſicut dicit Orige. Sicut qui habet magnum theſaurum, diligenter vigilat vt illud cuſtodiat. [Iterum ſecundo abiit, & orauit] Hic ſecundo orat. Secundum Chryſo. ad hoc ſecundo orat, vt firmius veritatem humanę naturæ oſtendat. vnde in Gen. 41. Quod ſecundo vidiſtis, firmitatis indicium eſt. Quod autem dicit [ſi non poteſt tranſire &c.] poteſt tripliciter exponi, primo ſic. Supra ſub conditione petierat, hic autem quia fuit certificatus, quòd non poterat eſſe quin illũ biberet, ideo petit vt fiat voluntas eius, quaſi dicat, Si non poteſt eſſe quin tranſiturus ſim ad gloriam immortalitatis, q̃ mortalitas non erat contracta, ſed aſſumpta: ideo ſiue pateretur, ſiue nõ,

erat transiturus ad gloriam immortalitatis, sed non poterat transire a se, & a membris, vnde si non biberet, non transiret a membris. Vult ergo dicere. Si non potest transire a me & a membris, [fiat voluntas tua] psal 39. Vt facerem voluntatem tuã deus meus volui: secundo, exponit sic Hieron. Si non potest fieri, quòd veritas transeat ad gentes, nisi Iudæi excedãt, fiat voluntas tua. Eorum enim delicto, salus gentibus facta est. Hilar. sic exponit. Si non potest fieri quòd alii sancti bibant calicem passionis nisi exemplo meo, fiat &c. quia alii sancti ex passione Christi exemplum cœperunt. Vult ergo dicere, Si non potest transire a me in discipulos, nisi ego bibam, vt fortiores efficiantur ad bibendum, fiat voluntas tua. Consequenter ponitur secunda dormitio discipulorum. [Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati] somno, idest, propter somnum, & propter tristitiam, psal. 30. Turbatus est in ira oculus meus. [Et relictis illis &c.] Hic de tertia agit oratione. Et duo facit. Primo, ponit ordinem: secundo, concessionem somni, ibi [Et venit &c.] Dicit. [Et relictis illis, iterum abiit & orauit tertio, eundem sermonem dicens.] Sed quid signat quòd ter orauit? Ter orauit, ut nos a malis præsentibus, præteritis, & futuris liberaret. Item, vt orationem nostram doceret ad patrem, & filium, & spiritum sanctum dirigendam, vnde in oratione ecclesiæ semper dicitur. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Item, vt trina oratione trinam Petri negationem liberaret, Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Item, ter orauit contra tres timores. Est enim timor contra concupiscentiam. Est enim triplex concupiscentia, curiositatis, superbiæ, & carnis, & ista triplex tangitur, 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Isti triplici concupiscentiæ triplex timor respondet, scilicet concupiscentiæ carnis, timor doloris: concupiscentiæ oculorum, timor paupertatis: concupiscentiæ superbiæ, timor opprobrii & ignominiæ. Et hæc passus est Christus, non quia indigeret, sed pro nobis. [Tunc venit ad discipulos suos, & dixit illis.] Et primo indulgit somno: secundo, excitat, ibi [Surgite &c.] Primo, dat licentiam: secundo, causam assignat, ibi [Ecce appropinquabit hora &c.] Christus prima vice inuenit eos dormientes, & increpauit eos: secundo, inuenit eos dormientes, & tacuit: tertio, inuenit eos dormientes, & somnum concessit. Quæ est ratio? Ratio literalis est, quia prælatis datur forma correctionis, quia quando venit ad aliquem, & inuenit dormientem, nescit si ex negligentia ei accidit, vel ex infirmitate. Et potest indulgere. Item, quia post resurrectionem inuenit dormientes, & eis exprobrauit, Luc. 24. O stulti & tardi corde ad credendum. Item, visitauit post acceptum spiritum sanctum, & tunc nihil dicit, quia adhuc erant infirmi: quia adhuc legalia obseruabant, ut dicitur de Petro ad Gal. 2. Sed vltimo in suo aduentu visitabit, & dimittet eos in quiete sancta, & pacifica, psal. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Secundum August. concedit eis, & supra negauit: sed alius est hic somnus, & supra, quia est somnus aggrauationis, & de hoc loquitur supra, vnde dicitur. Erant oculi eorum grauati somno, & hoc est increpandum: hic autem somnus est somnus quietis, & iste permittitur. Item, est somnus propter turbationem, et hic prohibetur. De isto dicitur ad Eph. 5. Surge qui dormis, & exsurge a mortuis. Aliquando enim propter quietem corporis, sed tamen anima vigilat. Ego dormio, & cor meum vigilat, Cant. 5. Item, quia laboraturi erant, ideo oportebat quòd quiescerent. Tunc causam assignat, [Ecce appropinquauit hora.] Non hoc habuit ex aliqua necessitate facere, sed ex ordinatione diuina, Ioan. 7. Quærebant eum, & non poterant manus injicere in eum, quia nondum venerat hora eius. Sed hæc hora venerat, Ioan. 13. Sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Sed possent dicere. Si hora est ex ordinatione diuina, ergo non peccãt occidentes eum, Ideo cum hoc ponit peccatum. [Et filius hominis &c.] idest, non faciunt hoc sic ex ordinatione diuina, sed ex impletione voluntatis suæ, Hiere. 12. Dedi dilectam animam meam in

peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquauit qui me tradet.

b ¶ Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus missi a principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens. Quemcumq; osculatus fuero ipse est, tenete eũ. Et confestim accedens ad Iesum dixit. Aue rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi Iesus. Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Iesus. Conuerte gladium tuũ in locum suũm. Omnes

F manibus inimicorum eius &c. [Tunc ponit excitationem. Et primo ponit eam: secundo, necessitatem, ibi [Ecce &c.] In hoc autem quòd dicit [Surgite] promptitudinem suam ostendit, vnde Ioan. 18. dicitur, quòd occurrit eis. Et quare? [Ecce appropinquat qui me tradet.] Prope erat, non quòd oculo corporali videret, sed ipso spiritu, oculo scilicet diuinitatis, sed quomodo dixit eis surgite, cum licentiasset eos dormire? Soluit Augu. quia improperãdo dixerat, quasi dicat. Dormitis quantum voluetis: ecce appropinquauit hora &c. Et dicit Augustin° quòd istud sufficeret, nisi melius occurreret, ideo dicit aliter quòd isti dormierunt aliquantulum, et cum dormissent, dixit [Surgite &c.]

b ¶ Supra posita sunt præparatoria ad passionem, scilicet institutionem sacramenti, & orationem Christi, hic autem ponit passionem quantum ad ea quæ a Iudæis sunt illata. Et primo, ostendit quo modo capitur: secundo, quo modo examinatur: tertio, quo modo condemnatur. secunda ibi [Principes &c.] tertia ibi [Tunc principes sacerdotum &c.] Circa primum tria facit. Primo, agit de proditione: secundo, de captione: tertio, quo modo ductus est post captionem. secunda ibi [Tunc accesserunt &c.] tertia ibi [At illi tenentes eũ &c.] Circa primum tria facit. Primo, describit personam proditoris: secundo, signum proditionis: tertio complementum. secunda ibi [Qui aũt tradidit &c.] tertia ibi [Et confestim &c.] Describit proditorem ex tribus. Primo, ex nomine: secundo, ex dignitate: tertio, ex societate. Ex nomine [Adhuc eo loquente ecce Iudas &c. Loquente scilicet verba hæc, quibus eis fiduciam adhibebat. [Ecce Iudas] qui dicitur confitens. Duo fuerunt Iudæ, quorum vnus est malus, alter bonus, ad signandum quòd quidam conãtentes in ecclesia futuri erant boni, Rom. 10. Ore autem confessio fit ad salutem. Quidam futuri mali, ad Tit. 1. Confitentur se posse deum, factis autem negant. Consequenter describitur ex dignitate [vnus ex duodecim] quia licet in tanta esset dignitate constitutus, in tantum scelus cecidit. In quo datur exemplum q̃ nullus de statu suo debet se confidere, Apostolus 1. Corin. 10. Qui stat, videat ne cadat, Ioan. 6. Nonne vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Et quare elegit eum, cum sciret ipsum futurum malum? Ratio vna est, vt daret exemplum prælatis vt non desolarentur. Item, describitur ex societate. [Et cum eo venit turba multa &c.] Sicut habuit crudelem animum, ita crudelem societatem, quia omne animal sibi simile appetit. Et hoc describitur, quia multa. In hoc notatur q̃ erant stulti, stulti enim sunt in multitudine. Stultorum infinitus est numerus. Et ipsi bene stulti erant, quia sapientiæ contradicebant. Item, erant armati, quia cum gladiis & fustibus. Et quæ est ratio? Orige. dicit, q̃ multi credebant in eum, & ideo timebant ne eum turba ab eis raperet. Item, quia dicebant supra 12. quòd in Belzebub dæmonia eiiciebat, ideo vt nulla potestas tueretur eum, venerunt armati. Item, describitur ab authoritate, quia [missi erant a principibus sacerdotum & senioribus populi.] vnde instructi erant eorum authoritate, ita vt nullus eis contradiceret, vt impletum sit quod dicitur in psalm. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Consequenter agitur de signo proditionis. [Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens &c.] Sed hic est quæstio. Cum esset notus in Iudæa, quare petebant signum? Ratio duplex potest esse. Vna, quia audierat Iudas quòd Christus transfiguratus erat in monte, & credebat hoc esse factum arte magica, ideo præuenire voluit per osculi signum, antequàm posset se transfigurare. Hanc expositionem ponit Hieron. Origę. autem dicit sic, quia sicut manna in deserto vnicuique sapiebat id de quo opinabatur, sic Christus apparebat vnicuique, secundum quòd habebat opinionem de ipso, ideo fuit necessarium quòd signum daret. Dedit mirabile signum, quia [Quemcumque osculatus fuero &c.] signum amicitiæ fecit signum proditionis, Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula inimici. [Et confestim accedens ad Iesum dixit. Aue rabbi, & osculatus est eum.] Hic ponitur complementum proditionis. Et primo signa demon-

demonstrauit: secundo cepit agere, & ostendit primo dicto, cum dicit. [Aue rabbi,] secundo facto [Et osculatus est eum] Simile habetur. 1. Reg. 20. quòd Ioab tenuit mentum Amase, & interfecit eum, sed quare non venit statim ad eum, sed primo salutauit? Vna ratio est propter reuerentiam magistri. Item, primo salutauit eũ, quia timebat ne priusquã eum manifestaret, se primo posset transfigurare [Dixitque illi Iesus. Amice ad quid venisti?] Et potest illico legi interrogatiue, vel remissiue. Si interrogatiue, tunc potest legi quòd per opprobrium dictum est, ac si dicat. Tu ostendis amicitiam per osculum, & venisti perdere me? secundum illud, psal. 27. Loquuntur pacem in ore suo, mala autem in cordibus eorum, & dixit [Amice] Quoties amicum aliquem vocat, improperando loquitur. Vnde dictum est supra. 22. Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Et alibi. 20. Amice non facio tibi iniuriam &c. 1. Ioan. 4. Non enim prius dileximus eum, sed ipse prior dilexit nos, vel potest legi remissiue, & non est verbum increpatorium, sed permissiuum. [Amice ad quid venisti] secundum illud Ioan. Quod facis, fac citius. Et vocat eum amicum quantum est de se, quia cum his qui odorent pacem eram pacificus, psal. 119. Et licet sciret eum osculaturum esse, tamen occurrit ei. [At illi tenentes &c.] Nunc agitur de captione. Et primo ponitur seueritas captionis: secundo testimonium: tertio reprehensio discipuli. Circa primũ tria facit, quia primo dicit quomodo ministri eum capiunt: secundo quomodo quidam discipulus impedire volebat: tertio quòd Christus reprehendit eum. Dicit ergo. [At illi tenentes iniecerũt manus &c.] Esa. 1. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Ipse enim tradidit se, Hiere. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Tunc ponitur quomodo vnus discipulus inuasit inuadentes. [Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu extendens manum exemit gladium suum.] Quis fuit iste? Dicendum quod Petrus. Vnde sicut supra. 16. voluit passionem Christi impedire, sic & hic: vnde habuit occasionem, ex eo quod habetur Luc. 22. ubi dominus præcepit, quòd emant gladios, & hoc intelligentes crediderunt quòd gladii essent necessarii, vnde habebant cultellum ad incidendum agnum. Ideo Petrus habuit vnum. [Percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit ei auriculam.] Non credatis quòd habuit tempus deliberationis quòd auriculam amputaret, sed proiecit ictum, & cum vellet percutere eum ad mortem, accidit quòd auriculam amputauit. Nomen istius erat Malchus, qui interpretabatur rex. Et signat abscisionem regni a populo iudaico, & tamen factus est seruus principum sacerdotum, idest, romanorum: huic Petrus abscidit auriculam. Per auriculam, audiens signatur, & hic est duplex, scilicet dexter, per quem signatur vita æterna: sinister, per quem temporalis. [Amputauit auriculam eius,] quia a populo iudæorum doctrinam spiritualium amputauit, & hoc factum fuit occasionaliter, quòd gentes receperint dexteram, quia Petrus primo prædicauit gentilibus, & ita amputauit dexteram trahendo gentiles ad fidem. [Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium &c.] Hic ponitur reprehensio. Et primo reprehendit Petrum: secundo ministros. In illa hora &c. Et primo ponit admonitionem: secundo rationem admonitionis assignat. [Omnes enim &c.] Dicitur. [Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium &c.] Venerat vt voluntarie pateretur, ideo nolebat defendi. Et in hoc dabat exemplum vt martyres patientes pro Christo non defenderent se. Deinde rationem assignat. Et primo ex pœna: secundo ex voluntate Christi: tertio ex authoritate, secunda ibi. [An putas &c.] Tertia ibi. [Quomodo ergo &c.] Primo mitigat ex terrore pœnæ dicens. [Omnes qui acceperunt gladium, gladio peribunt.] Sed mouet quæstionem August. quia non omnes qui gladio feriunt, gladio pereunt, sed aliquando febre: ideo potest exponi triplicíter, secundum quòd triplex est gladius, est gladius materialis, de quo in psal. 36. Gladium euaginauerunt peccatores. Item, diuinæ sententiæ, de quo Hiere. 19. Subuertam eos gladio. Item, diuini verbi, Eph. 6. Et gladium accipite quòd est verbum dei. Potest ergo intelligi de omnibus istis. De gladio materiali, quia qui gladio perimit, gladio peribit, idest, suo non alieno. Vnde psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Item, potest exponi de gladio condemptionis, de quo habetur Genes. 3. quòd dominus gladium versatilem posuit ante paradisum, vnde qui alios condemnant, diuina sententia condemnabuntur: vel aliqui propria authoritate accipiunt quod non habent ab alio, & tales gladio pereunt. [An putas quòd non possum &c.] Hic assignat rationem ad mitigandum animum Petri, dans intelligere quòd voluntarie patiebatur, & quòd poterat effugere. Et quia videbat eum præsumentem, ideo dicit. [Nõ possum rogare patrem meum.] Et non dicit nõ possum vocare, vel adducere, sed rogare. Dicit enim verba hominis, quia orare hominis est. [Et exhibebit mihi modo plusquàm duodecim legiones Angelorum?] Et istud dictum est secundum infirmitatem animi Petri. Ira Petrus se habebat, quòd deberet eum defendere, & indigeret auxilio hominum, ideo vult dicere quòd si auxilio hominum posset defendi, multo magis angelorum: sed non erat necesse, quia magis angeli sustentantur per ipsum. Sed quid est quod dicit. [duodecim legiones angelorum?] Dicendum quòd societas apud græcos dicitur phalanga, apud romanos legio, & habebat sex milia hominum: unde duodecim legiones sunt. 70. millia, et tot sunt linguæ hominum, sicut habetur ex Gen. 11. Vnde vult dicere. Si omnes homines insurgerent contra me, posset dominus mittere contra quamlibet linguam mille angelos, & si vnus angelus destruxit tot millia, vt patet Esa. 37. multo magis mille poterunt occidere vnam linguam, Iob. 25. Nunquid est numerus militum eius. Et Dan. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Remigius dicit sic. Quicumque faciunt voluntatem dei, possunt dici angeli, idest, nuntii, Esa. 18. Ite angeli veloces ad gentem contulsam & dilaceratam &cæt. Quicumque obsequuntur deo, angeli dicuntur, psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Potest ergo per legionem intelligi legio romanorum, vnde dominus posset adducere & prouocare legiones romanorum ad destruendos Iudæos, sicut post sub Tito & Vespasiano factum fuit. Et isto loco destruxerunt quidam opinionem illorum, qui dicebant quòd non poterat dominus facere nisi quod facit, quia si poterat legiones conuocare quas non conuocauit, constat quòd potest facere multa quæ non facit. [Quomodo ergo impleburtur scripturæ?] Hic ponitur tertia ratio, quare non debeat impedire, quia ita scripturæ dixerunt, & ideo sic oportet fieri. Et non dicit quæ scripturæ, quia omnes prophetæ dixerunt vel occulte, vel manifeste. Vnde Luc. vltimo. Nonne oportuit Christum pati &cæt. [In illa hora dixit Iesus turbis.] In parte ista redarguit ministros. Et duo facit. Primo commemorat factum: secundo irrationabilitatem facti, cum dicit. [Quasi ad latronem &cæt.] Iob. 16. Infremuit contra me dentibus, quia exierunt ac si esset latro: sed ipsi magis veniebant vt latrones. Latro latet vt non capiatur, sed Christus effert se in manifesto. Et latrones si nocere volunt, non nocent in publico, sed Christus se offerebat. Vnde dicit. Quotidie apud vos eram docens in templo &cæt.] ideo venistis vt latrones. Vt enim daret oportunitatem exiuitatem. Quotidie apud vos &cæt. Simile habetur Ioan. 18. In occulto locutus sum nihil &cæt. Et dicit. [docens in templo.] Hæc erat consuetudo sua semper vt doceret in templo. [Et non me tenuistis.] Vnde pater quòd sicut latrones venistis. Consequenter ponitur testimonium. Hoc autem totum factum est, vt implerentur scripturæ prophetarum. Et non dicit quorum, quia quasi in omnibus habetur, psal. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Et Esa. 53. Reputauimus eum nouissimum virorum virum dolorum &c. Et dicit vt impleretur, ly vt potest teneri causatiue, & sic non tenetur hic, vel consecutiue, & sic accipitur hic. Quia enim prophetæ dixerunt, non accidit, sed ideo prædixerunt, quia accidere debebat, vnde sensus, vt adimpleretur, idest, hoc facto adimplerum est quod per prophetas prædictum erat. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt, ita quòd compleretur quod dicitur in psal 37. Dereliquerũt me amici mei, & proximi mei. Sed quare non a principio dereliquerunt? Respondet Hieron. quia scriptum est, Ioan. 7. quòd quærebant eum, & nemo misit in eum manum, quia nondum venerat hora eius, vnde a principio credebant quòd se liberare posset, & se defendere. Sed cum viderunt quòd captus esset, & quòd non vellet se defendere, fugerunt, & dereliquerunt eum.

tronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.

e ¶ Supra actum est de captione Christi, nunc agitur quo sit ductus. Et describitur locus, & societas conuenientium ad locum. Dicit ergo. [At illi,] scilicet qui tenuerunt eum duxerunt eum ad Caipham. Iste Caiphas erat pontifex anni illius secundum Hierony. secundum quòd habetur Ioan. 11. Cum autem esset pontifex anni illius &c. Iam enim sacerdotium non secundum legis præceptum agebatur. Mandauerat dominus quòd Aaron & filii eius essent sacerdotes iure hæreditario, ita quòd mortuo vno remaneret alter sacerdos. Sed post, ambitione crescente, non potuerunt pati, sed subiecta iudæa romanis, iste Caiphas emerat sacerdotium a Iudæis, emerat a Pilato, ideo iniquus erat princeps. Et non mirum, si iniquus iudex, siue princeps, iniquum facit iudicium, & hoc conuenit mysterio, quia sicut passio Christi erat oblatio veri sacrificii, sic & loeus congruere debebat, vt Christus, qui est sacerdos in æternũ, in domo pontificis offerretur. Caiphas inuestigator interpretatur, & potest referri ad malitiam, qua Christum condemnauit: sed hic est quæstio, quia Ioan. 18. dicitur quòd primo ductus est ad Annam, & hoc intelligendum est esse verum. Conuenerãt enim ad domum Annæ, & ibi congregati erant, & in hoc apparet malitia eorum, quia cum intenti esse deberent solemnitati, erant intenti malitiæ, ita quòd bene conueniebat eis quod dicitur Esa. 1. Solemnitates vestras odiuit anima mea, vnde completum est quod dictum est, psal. 2. Conuenerunt aduersus deũ, & aduersus Christum eius. [Petrus autem sequebatur eum a longe. Actum est de loco, hic agitur de Petro peruenientes. Primo ducitur, deinde Petrus peruenit. Et tria facit, quia primo tangit modum: secundo quomodo sequens peruenerit. Quòd peruenerit, hoc erat seruoris: quòd a longe, hoc erat timoris, vnde significabatur quòd in fide Petri fundata ecclesia secutura erat Christum, tamen a longe, quia Christus passus est pro ecclesia non pro se. Petrus autem & ecclesia passa est pro se. Item, tangitur locus, quia [vsque in atrium principis sacerdotum.] Non enim ausus est intrare domum, ne videretur esse de discipulis Iesu. Quomodo autem intrauit tacet Matth. sed narrat Ioã. 18. Quia discipulus quidam notus erat pontifici, & introduxit Petrum. sequitur societas. [Et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem.] Et hoc faciebat, vel ex curiositate, vel ex pietate. Et hæc tria iam erant quædam dispositiua ad casum Petri: quòd a longe sequebatur, hoc disponebat, quia significabat quòd non erat firmus: qui enim firmus est, debet appropinquare. Vnde dicitur Iacob. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. In domo enim est sedes dei & agni, vt habetur Apocalyp. vltimo. In domo enim erat perfecta charitas. Vnde Petrus non appropinquauit ad charitatem Christi. Item, non peruenerat ad malitiam Iudæorum, ideo tepidus erat, ideo accidit ei id quod dicitur in Apocalyp. 3. Quia tepidus es, eiiciam te de ore meo. Item, quia famuli mali, Ecclesiast. 10. Secundum iudicem populi, sic & minister eius, & ideo non fuit mirum si cecidit, quia in mala societate manet: quare psal. 17. Cum sancto sanctus eris &c. Tunc sequitur examinatio Christi. Et primo per testes: secundo per propriam confessionem, ibi [Et surgens &c.] Circa primum tria facit. Primo designatur peruersum studium principum: secundo defectum: tertio falsum testimonium. Dicit ergo. [Principes autem sacerdotum quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent &cæt.] Sed est quæstio, quare non sine testimonio eum morti tradebant? Vna causa est, quia hypocritæ quærunt quod videtur esse bonum, sed veritatem non quærunt, sic isti quærebant vt viderentur non a se facere, vnde contra legem faciebant, Exod. 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Si non licet loqui, neo quærere. Alia ratio erat, quia non habebant authoritatem occidendi, & ideo quærebant vt ipsum tradere possent principi. [Et non inuenerunt, cum tamen multi falsi testes &cæt.] Ecce defectus, in quo designatur innocentia Christi, vt posset dicere, psalm. 17. Ego in innocentia mea ingressus sum. Semper enim insidiati sunt Christo, sed non inuenerunt aliquid mali. Vnde impleuit illud quod habetur. 11. Pet. 2. Benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Tunc sequitur falsum testimonium. [Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt.] Sed hic est quæstio, quare dicuntur falsi testes? quia manifestum é Christum dixisse, Ioan. 2. Secundum Hieronymum. Nõ solum falsus dicitur qui dicit quod nescit, sed qui dictum ad falsum refert intellectum. [Hic dixit. Possum destruere templum hoc &c.] Sed non intelligebat de templo materiali, sed de templo corporis sui. Item, non solum est falsum testimonium quo ad sensum, sed quo ad vocem, quia dixerat. Soluite templum hoc, & non dixit. Possum soluere templum dei, quasi dicat, Vos Iudæi soluite templum, idest, Christum, & post triduum resuscitabo illud. Non dixit, & post triduum reædificabo, quia reædificare magis ad materiale templum pertinet, sed excitare magis ad corpus, vnde falsi testes erant tam ratione vocis, quàm ratione significationis. Item, est quæstio, quare non accusant eum de violatione sabbathi? Respondet Chrysostomus, quòd quia sæpe accusauerunt eum de hoc, & semper excusauerat se, & excusationem confirmauerat miraculis, ideo cogitabant quòd non valeret eis. Item, iudex non erat iudeus, ideo sciebant quòd non reciperet hanc accusationem. Tunc sequitur examinatio per propriam confessionem. Et primo ponitur interrogatio quantum ad testificationem: secundo quo ad principale, secunda ibi. [Et princeps.] Dicit ergo. [Surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil respondes &c.] Quòd surrexit, fuit ex impatientia & furore, audiens quòd Christus non conuincebatur, & quòd dicit, Nihil respondes &c. non dicit vt excusaret eum, sed vt caperet eum in sermone, Esa. 32. Stultus fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem. [Iesus autem tacebat.] Sed quare tacebat? Propter tria. Vt doceret nos cautelam. Sciebat enim vt quicquid ille diceret, totum ad calumniam referrent, & in tali casu coram insidiatoribus est tacendum, psalm. 38. Posui ori custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Alia ratio erat, quia tunc non erat tempus docendi, sed patientiam habendi. Et ita completum est quod dicitur, Esa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. Tertia ratio, est vt doceret nos constantiam, quando aliquis de aliquo accusatur iniuste, Esa. 51. Opprobrium hominum ne metuatis. Tunc sequitur quæstio de principali. [Princeps autem sacerdotum ait illi. Adiuro te &c.] Et primo ponitur inquisitio: secundo domini responsio. Videns princeps quòd non posset capere, adiurauit eum. Et hoc vt in sermone caperet. Et hoc habetur Ioan. 10. Vsquequo animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Apud enim Iudæos pro magno habebatur adiurare. Adiurare enim est ad iuramentum cogere. Sicut enim Christiani non debent iurare nisi ex necessitate, sic nec debent vti ad iuratione, sed loco adiurationis debent vti oratione. Tunc sequitur responsio. [Dixit illi Iesus. Tu dixisti.] Notate quòd cum aliquid fuit contra eum, tacuit, sed statim cum adiurata fuit potestas patris, respondit. Vnde gloriam patris semper quæsuit, Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro &cæt. Et circa hoc primo ponit responsionem: secundo manifestationem. Dicit ergo. Dixit ei Iesus &cæt. Potest exponi vt Christus non asserat, sed reliquit in dubio, supra. 7. Nolite sanctum dare canibus &cæt. Vel potest assertiue legi. Tu dixisti, idest, verum est, & patet, quia dicitur in Marco decimoquarto. Ego sum. Tunc euidentiam ostendit. [Verumtamen dico vobis. Amodo videbitis &cæt.] Et vult euidenter ostendere quòd ipse sit filius dei, secundum duas authoritates. Vna est in psalm. 109. Dixit dominus domino meo &cæt. Et per hanc ostenderat, supra. 22. quòd Christus erat filius dei. Alia est Daniel. 7. Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat &cæt. Ita dico dicit, scilicet [Tu dixisti.] Sed non nosti veritatem. Attende quia veritas manifestabatur, quia [videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei,] quia dixit sedentem in dextris, exponit Chrysostomus, quòd sessio a dextris signat dignitatem regiam, Esa. 9. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Vel sedere a dextris est esse i plena beatitudine virtutis, vel in bonis potioribus. Dextera enim nobilior pars est, ideo maiorem dignitatem significat, non quia maiorem habeat potestatem, sed æqualem, infra vltimo. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Item de eius potestate dicit. [Venientem in nubibus cæli,] Sed quid est quod dicit. Amodo videbitis &cæt. Notandum quòd id quod dicit in nubibus, potest referri ad aduentum vltimum, vel quotidianum. Aduentus vltimus erit in nube, Act. 1. Quemadmodum vidistis eum &c. & supra. 24. dicitur quòd venient in nubibus. Alio modo potest exponi de aduentu quotidiano, de quo Iob. 9. Si venerit &c. Et iste aduentus est in nubibus, idest, in Apostolis & sacris doctoribus. De istis dicitur Esa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Isti dicuntur nubes, quia in altum ascendunt. Item, nubes fecundæ sunt. Primum pertinet ad altitudinem vitæ: secundum ad fœcunditatem doctrinæ. Et sunt nubes cæli, idest, cælestes, quia portauerunt imaginem cælestem. Sed quid est. Amodo videbitis, idest, statim post passionem aliquos conuertit ad fidem, alios per operum euidentiam. Vnde aliqui conuersi sunt propter eorum fidem, quidam propter bonam operationem. Item si referatur ad vltimum aduentum, dicit Orige. Totum tempus mundi comparatum ad æternitatem nihil est, sicut vnum momentum, psal. 89. Mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesterna quæ præteriit. Ideo dicit. Amodo, quia nihil est tempus vsque ad iudicium respectu æternitatis. Verumtamen postquam a me receditis, non restat nisi quòd manifeste me cognoscetis, quia veniam in nubibus cæli. Et tunc cognoscetis me esse filium hominis. Similis modus loquendi habetur supra 23. Non me videbitis Amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini. [Tunc princeps sacerdotum scidit &c.] Hic ponitur condemnatio. Et primo ponitur quomodo condemnatur: secundo quomodo a discipulo negatur. Et primo agit de condemnatione: secundo de delusione. Circa primum duo facit, quia primo princeps eum condemnat: secundo exquirit sententiam. [Condemnans autem] ostendit culpam & facto, & verbo. Facto, quia scidit vestimenta sua, eodem furore scidit vestimenta sua, quo paulo ante surrexit de sede sua. Confusum enim erat quòd qui audiebant blasphemiam, scindebant vestimenta sua in signum quòd non poterant audire. Verumquòd hæc duo fecit, aliquid significabatur: quòd surrexit de solio, ostendebatur quòd amitteret sacerdotium: et quòd scidit vestimenta sua, significabat quòd transferti debebat, ad Hebr. Translato sacerdotio, necesse est quòd translatio legis fiat. Vestis Christi non fuit scissa, Ioan. 19. Non diuidamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit. Vnde significabat abolitionem. Et hoc signatur. 1. Reg. 15. Scidit dominus regnum Israel a te hodie. Sic scissum est a iudæis, & datum est membris Christi. Tunc imponit culpam. [Blasphemauit.] Quia hoc dixerat, reputabat eum blasphemum. Vnde Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia homo cum sis, filium dei te facis, et tali debebatur mors. Tunc manifestat culpam, [quid adhuc indigemus testibus?] Tunc exquirit sententiam. Quid vobis videtur? [At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis] secundum iudicium legis. Et hoc esset verum si esset blasphemus, sed non erat, ideo male iudicant, quia authorem vitæ morti condemnant. 1. Cor. 15. Sicut enim mors per Adam in omnes homines, sic & vita per Iesum. [Tunc expuerunt in faciem eius &c.] Post condemnationem Christi agitur de illusione. Et satis conuenienter, quia Christus peccata nostra tulit, vt Esa. 52. Homo autem per peccatum in mortem est traditus, quando dictum est ei, Gen. 2. Quacumque hora comederitis, morte moriemini. Item proprium honorem amisit, quia homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus &c. psal. 48. Et ideo Christus redemptor mortem & opprobria primo facto sustinuit: secundo verbo, ibi [Prophetiza &c.] In prima conspuitur, colaphis ceditur. In secundi in facie percutitur. Quantum ad primum dicitur. Tunc expuerunt &c. Secundum quòd habetur ex verbis, istud fiebat in signum mandati dei contẽpti. Vnde habetur Deut. 25. Si aliquis nolebat accipere vxorem fratris, quòd conspuebant in faciem suã. Item propter contemptum mandati paterni. Sic de Maria sorore Moysi. Vnde spuebant in faciem eius, quia blasphemum reputabant, Esa. 50. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Item, [colaphis cedebãt] ad modũ ebrii, vel stulti, Esa. 53. Vidimus eũ nouissimũ virorũ. i. ita despectus videbatur ac si esset nouissimus omnium virorum. [Alii autem palmas in faciem dederunt.] in irreuerationem, Tren. 3. Dabit percutienti se maxillam. Mystice secundum August. Adhuc hoc aliqui faciunt, quia spuere in faciem, nihil aliud est quàm contemnere præsentiam gratiæ Christi, Ad Heb. 10. Quanto magis putatis maiora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti polutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Sed proprie colaphizat qui caput manui suppunit, et tales sunt qui magis dignitatem suam inquirunt, quàm Christi honorem. De talibus dicitur quòd dilexerũt magis &c. Illi autem qui faciem percutiunt, sunt illi qui quodammodo præsentiam eius demoliri contendunt, vt sunt iudæi. De his Esa. 30. Cesset a facie nostra sanctus Israel. Tunc improperia ingerunt verbo. [Prophetiza nobis &c.] Et hoc dicebant illudendo, quia nullus eorum pro propheta eum habebat, & non erat necessarium. Infamia enim eorum manifesta erat. Vnde hoc noluit dicere, Iob. 16. Et exprobrantes percusserunt maxillam meam. [Petrus autem sedebat foris.] Hic agitur de negatione Petri. Lucas autem alio ordine refert, quia primo ponit negationem Petri, quàm illusionem Christi. Matth. autem econtrario. Et non est contrarietas, quia dum illuderetur, simul factum est, ideo non refert si ante, vel post ponatur. Et notandum quòd cum ducebatur, non negat, sed quando illuditur negat, ad significandum quòd quidam magis timent opprobria quàm verbera, contra illud Esa. 51. Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum nolite metuere. Et circa hoc primo ponitur negatio: secundo pœnitentia Petri, & continuo &c. Prima diuiditur in tres secundum tres negationes, secunda ibi. [Exeunte &c.] tertia ibi. Et post pusillum &c.] Et primo ponitur locus: secundo occasio: tertio negatio. Dicit ergo. [Petrus autem sedebat foras,] scilicet extra locum vbi Christus patiebatur. Illi enim qui a Christo se elongant, cito confunduntur, Hiere. 17. Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur. Econtrario in psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Qui enim est extra passionem Christi, de facili labitur. Tunc ponitur excitatiuum ad denegandum. [Et accessit ad eum vna ancilla dicens. Et tu cum Iesu galileo eras] Et conuenit casus Petri casui primi hominis, Eccl. 25. A muliere initium peccati. Sic Petrus ad vocem mulieris Christum negauit, in quo dominus præsumptionem eius humiliare voluit, quia non ad vocem viri, sed mulieris. Et tu cũ Iesu nazareno eras &c. Hoc solebat ei esse gloriosum, sed modo est ei terribile, et ideo negauit. [At ille negauit coram omnibus dicens &c.] Si volumus aggrauare culpã Petri, possumus aggrauare ex tribus. Aggrauatur, quia statim ad modicũ terrorem negauit, Leui. 26. Terrebit eos sonitus folii volantis. Item, quia nõ erubuit coram omnibus. Item ex mendacio, quia dixit, nescio quid dicis, & non noui hominem. Contra illud, Eccle. 4. Ne confundaris dicere verum. [Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla &c. Et iterum negauit &c.] Hic ponitur secunda negatio, et primo tangitur locus: secundo incitatiuum: tertio negatio, quantum ad historiam secundũ Marcum, cap. 14. Post primã negationẽ gallus cantauit, & tunc exiuit ianuã, & vidit eum ancilla, & negauit. Sed videtur contrariũ aliis, quia videtur alii dicere, q̃ sedentes dixerunt, et Lucas dicit q̃ vnus de sedentibus. Quo ergo hic dicitur q̃ ancilla? Notandum ẽ m Aug. quòd quãdo negauerat, exiuit. Et dum esset in exeũdo, dixit ei ancilla &c.

e ¶ At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & Seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe vsque in atriũ principis sacerdotum: et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem. Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimoniũ contra Iesum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt. Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per Deum viuum, vt tu dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illis Iesus. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla dicens. Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus dicens, nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro. Vere & tu

la &c. Et tunc negauit, quod audiens Petrus reuersus est intus. Tunc illi qui audierant ab ancilla, petierunt idem. Et potest esse quòd vnus qui cognoscebat eum, magis vrgebat eum, et iterum cum iuramento negauit, quia non noui hominem. Contra illud, Eccle. 24. Iurationi ne assuescat os tuum. Tunc sequitur tertia negatio. Et primo describitur tẽpus: secundo incitatiuum: tertio negatio. Dicit ergo. Et post pusillum. Lucas dicit, quòd facto interuallo quasi vnius horæ: et hoc procurabat diabolus vt respirationem non haberet. Vnde dicunt ei. [Et tu ex illis es? et hoc probãt.[Nam & loquela tua &c.] Sed cõstat quòd omnes iudæi erant, Quomodo ergo dicit. Nam & loquela tua &c? Soluit Hieronym°. quòd in eadem lingua sæpe diuersa locutio fit, sicut patet in Francia, & Picardia, & Burgundia, et tamen vna loquela est. Sic galilæi aliquam differentiam habebant a hierosolymitanis. Sic & cuilibet potest dici. Nam & loquela tua &c. quia vt dicitur Luc. 6. Ex abundantia cordis os loquitur, quia cum homo est carnalis, cito prorumpit in verba carnalia, cum spiritualis in verba spiritualia. [Tunc cepit detestari, & iurare &cæt.] Aliqui sunt qui volunt excusare Petrum, quòd non peccauit. Vnde cum dixit. Non noui hominem, verum est hominem, sed hominem & deum. Et hoc non est bonum, quia imponit mendacium Christo: quia dixerat Christus. Tu me negabis. Ideo melius est dicere quòd Petrus potius mentitus est, quàm Christus. Item notandum quòd non solum negauit Christum, sed negauit se esse christianum. Vnde in vna negatione dixit, Non noui eum, scilicet non sum christianus. Item notandum quòd qui cito non se retrahit a malo, de malo cito in peius vadit, Eccl. 19. Qui spernit modica, paulatim deficiet, vnde negationi periurium addidit, periurio blasphemiam. Vnde Greg. Peccatum quod per pænitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Item, notandum quòd signatur triplex tentatio qua tentatur homo. Tẽtatur a concupiscentia carnis, Iacob. 1. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua &c. Item tentatur a cupiditate terrenorum, Sapien. 4. Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit. Item, a dæmonibus, et hoc signatur per illam negationem in qua dicitur. Post pusillum &c. Ad Ephesios 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. De istis tribus habetur, primæ Ioan. 2. Omne quòd est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Vel aliter secundum Augustinum, dicendum est, quòd per istas tres negationes omnium hæreticorum error signatur. Quidam enim Christi diuinitatem negabant, vt Fotinus. Quidam autem humanitatem, vt Eunomius. Quidam vtrunque vt Arrius, qui inæqualem patri dicebat filium. Item secundum Origen. signatur persecutio quam habitura erat ecclesia. Prima fuit a iudęis, in qua multi mortui sunt: secundo a gentibus, in qua multi martyres facti sunt: tertia ab hæreticis, quæ multos se duxit, & aliqui etiam mortui sunt, Item notandum quòd inueniuntur quædam scripta, quæ videntur excusare Petrum, quòd non peccauit mortaliter, quia dicit Bernardus. Sopita fuit in eo charitas, non extincta. Dicendum quòd mortaliter peccauit, non tamen fuit ex malitia, sed timore mortis. Et hoc voluit dicere Bernardus, quòd sopita fuit &c. [Et continuo Gallus cantauit. Hic agitur de pænitentia Petri. Et primo ponitur motiuum, siue excitatiuum: secundo pænitentia eius, ibi. [Et egressus foras &c.] Tanguntur duo, quibus fit excitatio. Primo cantus galli. Vnde & continuo gallus &c. Per gallum prædicator signatur, qui homines peccatores excitat ad pænitentiam. Vnde Apostolus 1. Corinth. 15. Euigilate iusti, & nolite peccare. Et ad Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Secundum est memoria Petri. [Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat &c.] psalm. 21. Reminiscentur, & conuertentur ad dominum omnes fines terræ. Et hæc duo frequenter accidunt ad vocem prædicatoris, quia qui oblitus est deum per peccata, ad vocem prædicatoris reuertitur. De illo gallo dicitur in Iob. 38. Quis dedit gallo intelligentiam? Item Lucas ponit tertium, quia dominus respexit Petrum, Luc. 22. Apostolus ad Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, Tren. 3. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Post agitur de pænitẽtia Petri. [Et egressus foras fleuit amare.] Et est pænitẽtia cõmendabilis ex tribus, & primo quia cito, quia statim egressus, Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum. Item prudens, quia declinauit a consortio eorum qui induxerant eum ad negandum, sic & pænitentes debent occasionem vitare peccandi, secundæ ad Corinth. sexto. Exite de medio eorum, & separamini dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos. Item, quia efficax & vera, Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum, Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ &c.

ex illis es: nam & loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem: et continuo gallus cãtauit. Et recordatus ẽ Petrus verbi Iesu quod dixerat, priusquã gallus cantet ter me negabis, et egressus foras fleuit amare.

a CAP. XXVII.

MAne autem facto cõcilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent, & vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pænitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens. Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonã, quia pretium sanguinis est. Concilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictũ est per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses dicens. Tu es rex Iudæorũ? Dicit illi Iesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacer-

CAP. XXVII.

SVpra Euangelista narrauit quòd passus est christus a Iudęis. Hic narrat quòd passus est a gentilibus. Et quatuor facit. Primo tangit quomodo traditus est gentibus: secundo quomodo examinatur: tertio quomodo condemnatur; quarto quomodo patitur. secunda ibi. [Iesus autem stetit &c.] tertia ibi. [Per diem solemnem &c.] quarta ibi. [Tunc milites &c.] Circa primum duo. Primo narrat de assignatione, quo traditus est in manibus gentilium: secundo de morte & peccato traditoris, ibi. [Tunc videns Iudas &c.] Circa primum tria. Primo motiuum assignat: secundo modum: tertio factum. Causa fuit consilium habitum de morte, & secundum hoc tria tangit, ex quibus aggrauatur eorum peccatum. Primo ex solicitudine, et hoc tangit cum dicit. [Mane autem facto &c.] Quia cum tota nocte soliciti essent in illusione, tamen mane conuenerunt. Vnde bene soliciti erant, Iob. 24. Mane primo consurgit homicida. Item aggrauatur ex communitate, quia [omnes principes.] Si enim vnus, vel duo, excusabile esset: sed omnes conuenerunt, Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, ideo dicit, [omnes principes.] Ezech. 11. Fili hominis hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum. Item ex crudelitate, quia multa alia cogitare poterant, sed cogitabant [quomodo eum morti traderent.[Prouerbio. 1. Pedes eorum ad malum currunt & festinant vt effundant sanguinem. Sed quomodo? [Vinctum adduxerunt.] Hæc erat consuetudo, quòd tales vincti adducerentur, & signarentur morti condemnati. Et signauit quòd sicut mortem nostram morte destruxit, sic vincula peccatorum vinculis suis destruxit. [Et tradiderunt Pontio Pilato.] Et quare? Triplex est ratio. Vna literalis erat, quia vicarius erat Imperatoris, & iudæi non habebant iudicium sanguinis. Propter quod dicunt in Ioan. 19. Nobis non licet interficere quenquam. Item, ex intentione ipsorum. Ipsi enim nolebant occulte interficere, sed manifeste, vt fama diuulgaretur, secundum quòd habetur Sapien. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Tertia causa est, quia pro omnibus voluit mori, ideo voluit vt omnes congregarentur tam iudæi quàm gentiles, ita quòd impletum est illud, psalm. 2. Astiterunt reges terræ &c. [Tunc videns Iudas qui eum tradidit quòd damnatus esset &cæt.] Hic agitur de pænitentia & morte Iudæ. Et circa hoc duo facit. Primo narrat de proditione: secundo quid factum sit de pretio, ibi [Principes autem &cæt. [Circa primum. Primo agitur de pænitentia: secundo de desperatione, ibi [Et proiectis &cæt.] Circa primum tria facit. Primo ponitur motiuum: secundo pænitentia: tertio effectus. Motiuum. [Tunc videns quòd damnatus esset &c.] Potuit esse quòd credidit Iudas quando vendidit eum, quòd non occideretur, sed

sed quòd flagellaretur: ideò videns quòd damnatus esset, pœnituit. Sed est quæstio quando traditus fuit præsidi, quo modo videre potuit quòd esset damnatus? Hierony. dicit, quòd hoc vidit oculo mentis, quia ex quo vidit quòd a iudæis damnatus erat, & traditus Pilato, cogitauit quòd Pilatus iudicaret ad voluntatem eorũ, scilicet iudęorum. Origen. dixit quòd quidam dixerunt. Videns Iudas quòd esset damnatus, scilicet ipse Iudas, ex isto motus fuit ad pænitẽtiam. [Vnde pænitentia ductus retulit &c.] Et hæc pænitentia non fuit vera pænitentia. Habuit tamen aliquid pænitentiæ, quia pænitentia debet esse media inter spem & timorem. Iudas autem timorem & dolorem quidem habuit, quia de peccato præterito doluit: sed spem non habuit. Et talis est pænitentia impiorum, Sapien. 5. Pænitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. & quare ductus pænitentia? Notandum quòd dicit Origen. quòd aliquando accidit quòd diabolus impellit hominem ad peccandum, aliquando homo, sed aliter & aliter, quia homo vt libidinem compleat, diabolus vt perdat. Et si diabolus immisit, non habuit ex creatione, & ideo pœnitere potuit. Et hoc est contra Manichæos, qui dicunt quòd duplex est creatio bona, & mala, & qui sunt de creatione mala, non possunt bene agere, & conuerti. Et secundum eos iudas fuit de creatione mala. Quomodo ergo potuit pœnitere? Dicit ergo quòd hoc quòd desperauit, non fuit nisi quia negligens fuit. Sequitur effectus. Effectus pænitentiæ est vt peccator studeat emendare. Peccauerat, quia vendiderat Christum, fecerat enim quòd in se erat, ideo [triginta denariòs retulit.] Et primo ponitur retractatio: secundo pænitentia, ibi [Peccaui &c. Retulit ergo &c.] Et in hoc retractauit dicens. [Peccaui] idest, vere deliqui. In hoc autẽ quod dicit [tradens sanguinem iustum,] & si bene dicit, non complete tamen, quia potest retorqueri ad hominem iustum. Vnde Hiere. 26. Si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos: vnde dicit Hierony. quòd si rectam fidem habuisset, non desperasset. Debuit enim dicere, tradens deum. In hoc ergo quod dixit. [Tradens sanguinem iustum] minorauit eius potestatem, & ostendit se non habere rectam fidem. Tunc ponitur iudæorum obstinatio. [At illi dixerunt. Quid ad nos?] Iste iustum confitebatur, & tamen dicunt. [Quid ad nos] Hiere. 8. Populus meus non cognouit iudicium domini. [Tu videris,] idest, non sequimur conscientiam tuam. Remigius. Quid ad nos? Tu primo vendidisti, & post iustum confiteris. Quis videris apud nos qui ita mutas sententiam? Mutare enim de malo in bonum, bonum est: de malo autem in malum, malum, Eccle. 27. Iustus in æternum stat, stultus autem vt luna mutatur. [Tunc ponitur desperatio. Desperatus enim, de bonis temporalibus nihil curat. Et sic facit iste, quia [proiectis argenteis &c.] Non habuit curam de pecunia, & [abiens laqueo se suspendit.] Vnde habetur Act. 1. quòd suspendit se, & crepuit per medium. Et quare? Dicit Orige. quòd accidit quòd diabolus præcipitat aliquem in peccatum, & licet det spatium, tamen vult præcipitare in aliud. Et hoc caueri voluit Apostolus dicens. 2. Corin. 2. Ne forte abundantiore tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Sic Iudas ad tantam absortionem venit, quòd abiens &c. psal. 68. Neque absorbeat me profundum &c. Orige. narrat opinionem quorundam dicentium, quòd quia Iudas audierat loqui de resurrectione. Ideo credebat Christo occurrere, & ideo laqueo se suspendit. Quærit August. quando hoc fuit? Quia si velimus considerare, vix inueniemus tempus ante passionem quo istud acciderit, quia principes occupati fuerunt tota die circa mortem Christi. Item in sequenti die sabbathum fuit, & non recepissent ipso die pecuniam: ideo videtur August. velle quòd istud fuit post resurrectionem. Tamen potest dici, quòd & si aliqui ad Pilatum accesserant, & morti vacabant Christi, tamen aliqui in templo remanserunt, & his tradidit Iudas triginta denarios. [Principes autem &c. Ostendit quid fuerit de pecunia Iudæ factum. Et primo dicitur quomodo excluditur a corbona: secundo in quid expensa fuit, dicitur. Dicit ergo. [Principes autem sacerdotum acceptis argenteis &c. Non licet &c.] Notandum quòd in corbonam ponebatur oblatio gratificationis, vel donum gratiæ. Vnde quędam erant voluntaria quæ offerebantur, alia ex debito. Voluntaria in corbonam mittebantur, alia vero alibi, Eccle. 34. Dona iniquorum non probat altissimus. Non licet ergo ponere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Et in hoc verificatur verbum domini supra. 23. Transglutientes camelum, & excolentes calicem. Nolebant hanc pecuniam mittere in corbonam, sed de morte filii dei bene tractabant. Tunc narrat quid inde factum est. Et dicit primo factum: secundo quid inde sit factum. Dicit [consilio autem inito.] Quare hoc fecerũt? Dicendum, q̃ deus sic procurauit vt istud factum in memoria haberetur. Vnde [emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum,] non eorum qui erant de patria, sed alienorum. Secundum mysterium congruit, quia per sanguinem Christi accelerabatur non solum iustificatio, sed quies mortis, Apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescãt a laboribus suis. Vel potest esse quòd peregrini sunt qui non habent ibi mansionem propriam, psal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Isti autem consepeliuntur Christo, Apostolus Ro. 6. Consepulti estis Christo. Ager iste, sancta ecclesia est. Vnde supra. 13. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro &c. Iste figulus est Christus. Vnde dicitur Hiere. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic & vos domus Israel in manu mea &c. Tunc ponitur confirmatio facti. Et primo ex nomine. [Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est ager sanguinis vsque &c.] scilicet vsque ad illud tempus, in in quo scriptum est istud euangelium. Tunc confirmat ex authoritate. Tunc adimpletum est &c. Sed est quæstio, quare dicit, [per Hieremiam prophetam dicentem,] quia verba secundum quòd ibi iacent non sunt scripta in tota sacra scriptura. Tamen simile habetur Zach. 11. Appenderunt. 30. argenteis &c. Est ergo quæstio, quare ponitur per Hiere. cum dictum sit per Zacha. August. dicit, quòd alicubi inuenitur scriptum per prophetam, & non per Hiere. tamen videtur quòd ille sit Hiere. sicut habetur in litera. Hierony. Tangit solutionem quòd prophetæ scripserunt aliquos libros qui canonizati sunt apud iudæos. Vnde aliqui sunt libri prophetarum qui non sunt in canone bibliæ, sicut Iudas nominat quædam in canonica sua, & etiam apostoli omnes istos receperunt. Vnde dicit q̃ quidam attulit ei librum Hiere. vbi ista verba scripta erant verbo ad verbum, & euangelista scripsit secundum quòd in apocripho inuenit. August. soluit Contingere aliquando quòd volens exprimere nomen vnius authoris, occurrit nomen alterius, ideo potest esse quòd cum vellet scribere Zach. scriberet Hieremiam. Sed multi erant tunc iudæi qui legem nouerant. Quare non correxerunt? Quia cogitauerunt quòd diuinitus esset dictum, quia a spiritu sancto omnes prophetæ locuti sunt, & non habent efficaciam verba prophetæ nisi a spiritu sancto, ideo vt insinuarent hoc mysterium, non correxerunt. Alia solutio quam innuit est, q̃ licet non sint verba Hieremiæ, tamen est ibi quoddam factum simile, vt habetur Hiere. 32. quòd recepit mandatum quòd emeret agrum. Vel spiritus sanctus sic mouit Matheum ad idem factum, sicut mouit Hieremiam. Sed si volumus accipere verba Hierony. in libro de optimo genere interpretationis, qui dicit quòd Christi pedisequus non incurrit aliquam notam falsitatis. Officium est enim boni interpretis non considerare verba, sed sensum. Ideo iste posuit sensum quorundam scriptorum in Hieremia, quorumdam in Zacha. sicut habetur in Marco, quòd ponit authoritatem Esaiæ. Cuius vna pars est Malach. alia Esaiæ, sic & Matth. coniunxit duas sententias, quarum vna a Zacharia altera a Hiere. ponitur cap. 32. Quod enim est in Zacha. scilicet quòd appenderunt, idest, acceperunt triginta argenteos, in Hiere. non inuenitur, sed quòd agrum emit, quod signabat factum toti populo. [Sicut constituit mihi dominus.] Hoc expresse habetur ex eo quod præcepit Hierem. Vbi supra quòd agrum emeret. Ideo secundum primam partem, in Zach. habetur, secundum secundam in Hieremiam. [Iesus autem stetit ante præsidem.] Et interrogauit eum &c. Supra enarrauit euangelista quomodo dominus assignatus est in manu gentium. Hic autem agit de examinatione. Et circa hoc tria facit. Primo narrat quomodo ante terrenum iudicem sistitur: secundo quomodo examinatur: tertio quomodo accusatur. Dicit ergo. Ita dictum est de Iuda cum tradidisset præsidi Iesum. [Iesus ergo stetit ante præsidem] idest, tanquam reus & accusandus, Hiere. 36. Causa autem tua &c. Per hoc enim meruit vt fieret iudex viuorum & mortuorum. [Tunc sequitur examinatio. Et primo ponitur interrogatio: secundo responsio,

spósio, ibi [Et interrógaúit eũ &c.] Pontifices in multis accusabant eũ, scilicet de subuersione legis, & quia regem se dicebat. Vnde Pilatus non curauit quærere de transgressione legis, sed potius de eo quòd videbatur tangere læsionem maiestatis, scilicet [ru es rex iudæorum,] quia Ioan. 19. habetur. Omnis qui se regem facit, cõtra dicit Cæsari. Tunc sequitur responsio. [Dicit ei Iesus. Tu dicis.] dicit Hiero. quòd Christus sic moderatur sermonẽ suum, quòd non affirmat, nec negat, sed dicit. Tu dicis, Prouerb. 17. Qui moderatur sermones suos, prudens est. Item, secundum Hylarium, quòd supra. 26. Interrogatus a principe iudæorum. Si tu es Christus &c. dixit. Tu dixisti. Et respondit per præteritum. Cum autem respondit gentili, respondet per præsens. Et in hoc significatur quòd confessio Christi a iudæa est de præterito; quia facta est per prophetas, Hiere. 23. Regnabit rex, & sapiens erit &c. Sed loquens ad gentilem, dicit. [Tu dicis,] quia gentilitas confitebatur. Consequenter agitur de accusatione. Et primo ponitur accusatio: secundo inductio ad respondendum, ibi [Dixit autem Pilatus.] Dicit ergo. [Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, nihil respondit.] Super quibus accusaretur tacet Matth. sed Luc. hoc dicit cap. 23. Hæc est consuetudo euangelistarum, quia quod vnus omittit, alter narrat. Vnde ibi dicitur quòd seduceret turbas &c. Et quòd prohibebat dari censum Cæsari. Item, regem se diceret. Et hoc est falsum secundum intentionem suam, quia intendebant de regno temporali: sed ipse dicit Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo, sed Christus nihil respondit. Tunc impletum est quod dictum est per Esa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Et capit. 43. Non audietur foris vox eius. [Tunc dicit ei Pilatus.] Ex tunc conabatur Pilatus eum liberare, ideo conabatur vt responderet, unde dicebat. [Non audis quanta aduersum te &c.] Et primo ponitur incitatio. [Non audis &c.] Hoc autem dicebat, quia volebat dimittere eum. Ipsi enim qui erant accusatores, erant testes, & ideo noluit respondere. Quare autem non respondit? potest esse ratio ex parte Christi, quia noluit excusare passionem suam. Poterat enim eam excusare loquendo, ideo noluit loqui. Oblatus enim est, quia voluit, Esa. 53. Item, vt daret nobis exemplum, quia cum maledicereturnon maledicebat. Item, quia tot signa iudæi viderant, quòd conuerti poterant, & ideo reputauit eos indignos, Eccl. 32. Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Et notandum quòd in multis loquitur, & in multis silet, quia si semper loqueretur, excusaret se. Item, si semper taceret, pertinax videretur. Pilato autem quandoque respondet, quandoque non: sed iudæis nunquàm respondet, quia Pilatus ignorabat, ideo veritatem aliquando dicebat: sed iudæi obstinati erant. Tunc ponitur admiratio Pilati. [Ita vt præses miraretur.] Et quare miratur? quia audiebat eum facundissimum, & hoc est quod dicit Dauid, psalm. 37. Ego autem tamquàm surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, idest, ac si essem ignorans. Et notate quòd dicit. [vehementer.] Quòd enim aliquis sapiens nihil respondeat, mirum est: sed quòd in tali causa vbi adiudicatur morti, non respondeat, hoc vehementer est admirandum. Item, quia non videbat eum perterritum: in tali enim casu solent homines etiam pertereri. Tunc agitur de damnatione. Et primo ponitur diuersum studium volentium excusare ipsum: secundo studium volentium condemnare, ibi [Principes autem &c.] tertio condemnatio, ibi [Tunc dimisit &c.] Circa primum. Primo ponitur studium Pilati ad liberandum: secundo studium principum ad condemnandum. Circa primum. Primo ponit quasdam opportunitates: secundo tractat de eius liberatione: tertio dat causam, secunda ibi. [Congregatis &c.] tertia ibi. [Sciebat &c.] In prima ponit duas opportunitates. Dicit ergo. [Per diem autem solemnem &c.] Illa consuetudo non erat ex lege Imperatoris, sed ex voluntate eius, vt redderet populum sibi magis deuotum, quia in solemnitate debebant magis esse iocundi, nolebat quòd illa die esset causa tristitiæ. Sic & Romæ in illo die quo imperator intrabat, nullus adiudicabatur morti. Item, de nouo acquisiuerat præfecturam, ideo volebat sibi eos esse deuotos. Aliquid tamen simile legitur in veteri testamento, scilicet quòd Saul liberauit Ionatham qui adiudicatus erat morti. 1. Reg. 14. Deinde ponit opportu-

dotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? & non respondit ei ad vllum verbum, ita vt mirarentur præses vehementer. Per diem autem solemnem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quem voluisset. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedendicens, an Iesum qui dicitur Christus? Christus enim dicitur vnctus. Vnde Regem appellabat eum, ideo credebat quòd Christum deberent accipere, Eccles. 15. Ante hominem vita & mors, sic Pilatus ante eos posuit bonum & malum, & ipsi acceperunt malum, ideo eos semper sequitur malum. Deinde ponit causam. [Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.] Ex quo sciebat? Audierat enim multa bona de eo, & videbat eum constantem, unde sciebat quòd per inuidiam &c. Sicut enim inuidia diaboli fuit inimica primo homini, sic debuit esse inuidia istorum inimica Christo. Sic enim Ioseph ex inuidia traditus est a fratribus, Gen. 32. [Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum &c.] Supra posuit euangelista vnam causam, quare Pilatus nitebatur dimittere eum. Hic autem ponit aliam causam, scilicet, admonitio vxoris. Et primo ponitur admonitio: secundo causa admonitionis, ibi [Multa enim &c. Sedente autem eo &c.] Sicut dicit quædam glo. Tribunal est sedes iudicum, Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Cathedra proprie doctorum, supra. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi &c. Et dicitur a tribunis, quia primo tribuni electi sunt a Romanis ad facienda iudicia, et dicit [pro tribunali.] Et est iste modus loquendi græcus. Aliquando enim, pro, accipitur pro ante, sicut exercitus est pro castris, idest, ante castra. Aliquando pro in, vnde pro tribunali, idest, in tribunali. [Misit ad eum vxor eius dicens.] Erat ista mulier gentilis, & signat ecclesiam gentilium, quæ suscepit Christum, vt infra ad Corinth. 1. [Nihil tibi & iusto illi,] idest, non pertinet ad te iudicare, immo ipse debet esse iudex tuus, Actuum. 10. Qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum. [Multa enim &c.] Hic ponitur causa. Et est modus loquendi talis, quando enim abstrahitur quis a sensibus, aliqua secundum imaginationem apparent, & consuetum est, quòd visio refertur ad id quod apparet, cum sit alienatio a sensibus. Hoc autem fit aliquando in vigilia, aliquando in somno. Quando in vigilia, visio dicitur, vnde Nume. 12. dicitur. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum. Hic autem ponitur propheta pro vtroque. Notandum quòd huius causa quandoque corporalis intrinseca est, vt quando superabundat sanguis, fit apparitio corporum rubeorum, & sic de aliis. Aliquando ex causa extrinseca, vt ex frigore somniat aliquis quòd sit in niue. Aliquando autem fit a causa spirituali, & hoc vel a deo per bonum angelum, & de hoc Iob. 33. Per somnium in visione nocturna aperit aures virorum. Et hæc vera sunt, & veritatem habentia, non tamen multum debet considere, Ecclesiast. 34. Ne dederis in illis cor tuum, multos enim errare fecerunt somnia. Aliquando fiunt a dæmonibus qui possunt imprimere in phantasiam, quia est virtus corporalis: vnde diuinationes, & huiusmodi prohibentur in lege, Deuteron. 28. Non inueniatur in te qui somnia obseruet, vel auguria &c. De hac visione possumus dicere quòd facta est a deo per bonos angelos. Vel a diabolo, quia erat ad impediendum passionem, quia in passione erat peccatum occisionis, & sic fiebat per angelos bonos: sed ex passione sequitur fructus, ideo diabolus iam percipiens eum esse deum, & timens per passionem potestatem amittere sicut in mente Iudæ posuerat vt eum traderet, sic & modo voluit impedire, non quia vellet impedire peccatum, sed potius passionis fructum. [Tunc ponit studium iudæorum volentium occidere Christum. [Principes autem sacerdotum & seniores populi &c. In vtroque enim se ostendunt abominabiles, quia principes qui alios corrigere deberent, Prouerb. 17. Qui iustificat impium, abominabilis est. Similiter eo quòd seniores, Dan. 13. Egressa est iniquitas a senioribus populi. [Respondens autem præses ait

nitatem ex quodam latrone, qui dicebatur Barrabas, qui interpretatur filius patris, scilicet diaboli, Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. [Congregatis autem illis, dicit Pilatus. Quem vultis &c.] Hic facit Pilatus contra consuetudinem iudæorum, quia non solebat eos rogare, sed ipsi rogabant eum. Sed hoc faciebat quærebat eum dimittere, & videtur inducere, quia videbatur ei quòd deberẽt præeligere Christum quàm Barrabam, quia iste erat reus læsæ maiestatis & multis nocuerat. Item, ex eo quòd Christũ nominat, Christus enim dicitur vnctus, vnde Regem appellabat eum, ideo credebat quòd Christum deberent accipere, Eccles. 15. Ante hominem vita & mors, sic Pilatus ante eos posuit bonum & malum, & ipsi acceperunt malum, ideo eos semper sequitur malum. Deinde ponit causam. [Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.] Ex quo sciebat? Audierat enim multa bona de eo, & videbat eum constantem, unde sciebat quòd per inuidiam &c. Sicut enim inuidia diaboli fuit inimica primo homini, sic debuit esse inuidia istorum inimica Christo. Sic enim Ioseph ex inuidia traditus est a fratribus, Gen. 32. [Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum &c.] Supra posuit euangelista vnam causam, quare Pilatus nitebatur dimittere eum. Hic autem ponit aliam causam, scilicet, admonitio vxoris. Et primo ponitur admonitio: secundo causa admonitionis, ibi [Multa enim &c. Sedente autem eo &c.] Sicut dicit quædam glo. Tribunal est sedes iudicum, Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Cathedra proprie doctorum, supra. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi &c. Et dicitur a tribunis, quia primo tribuni electi sunt a Romanis ad facienda iudicia, et dicit [pro tribunali.] Et est iste modus loquendi græcus. Aliquando enim, pro, accipitur pro ante, sicut exercitus est pro castris, idest, ante castra. Aliquando pro in, vnde pro tribunali, idest, in tribunali. [Misit ad eum vxor eius dicens.] Erat ista mulier gentilis, & signat ecclesiam gentilium, quæ suscepit Christum, vt infra ad Corinth. 1. [Nihil tibi & iusto illi,] idest, non pertinet ad te iudicare, immo ipse debet esse iudex tuus, Actuum. 10. Qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum. [Multa enim &c.] Hic ponitur causa. Et est modus loquendi talis, quando enim abstrahitur quis a sensibus, aliqua secundum imaginationem apparent, & consuetum est, quòd visio refertur ad id quod apparet, cum sit alienatio a sensibus. Hoc autem fit aliquando in vigilia, aliquando in somno. Quando in vigilia, visio dicitur, vnde Nume. 12. dicitur. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum. Hic autem ponitur propheta pro vtroque. Notandum quòd huius causa quandoque corporalis intrinseca est, vt quando superabundat sanguis, fit apparitio corporum rubeorum, & sic de aliis. Aliquando ex causa extrinseca, vt ex frigore somniat aliquis quòd sit in niue. Aliquando autem fit a causa spirituali, & hoc vel a deo per bonum angelum, & de hoc Iob. 33. Per somnium in visione nocturna aperit aures virorum. Et hæc vera sunt, & veritatem habentia, non tamen multum debet considere, Ecclesiast. 34. Ne dederis in illis cor tuum, multos enim errare fecerunt somnia. Aliquando fiunt a dæmonibus qui possunt imprimere in phantasiam, quia est virtus corporalis: vnde diuinationes, & huiusmodi prohibentur in lege, Deuteron. 28. Non inueniatur in te qui somnia obseruet, vel auguria &c. De hac visione possumus dicere quòd facta est a deo per bonos angelos. Vel a diabolo, quia erat ad impediendum passionem, quia in passione erat peccatum occisionis, & sic fiebat per angelos bonos: sed ex passione sequitur fructus, ideo diabolus iam percipiens eum esse deum, & timens per passionem potestatem amittere sicut in mente Iudæ posuerat vt eum traderet, sic & modo voluit impedire, non quia vellet impedire peccatum, sed potius passionis fructum. [Tunc ponit studium iudæorum volentium occidere Christum. [Principes autem sacerdotum & seniores populi &c. In vtroque enim se ostendunt abominabiles, quia principes qui alios corrigere deberent, Prouerb. 17. Qui iustificat impium, abominabilis est. Similiter eo quòd seniores, Dan. 13. Egressa est iniquitas a senioribus populi. [Respondens autem præses ait

ait illis.] Hic ponit conatum quo conabatur Pilatus dimittere eum. Et primo ostendit quibus verbis egerit ad liberationem: secundo quibus factis, ibi [Videns autem.] Tribus modis est conatus liberare eum. Primo ex comparatione: secundo ex dignitate: tertio ex innocentia. Ex comparatione, quia cõparauit eum malo actori; respondens. s. petitioni populi, vel istis principibus qui instigabant eum. [Quem vultis vobis dimitti &c. [At illi dixerunt, Barrabam.] Quod & populo imperat Petrus, Act. 3. dicens de Christo. Quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis &c. Dicit ergo Pilatus. Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Hic allegat dignitatem. Quid faciam &c. quasi dicat, Iniuriosum erit vobis si illum occidatis, qui dicitur Christus. Sed isti vereri non potuerunt, immò [dicunt omnes. Crucifigatur.] Hæc enim erat mors turpissima. Ideo comprehendit quod dicitur, Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum, Esa. 3. Lingua eorum & adinuentiones, eorum contra dominum. [Ait illi præses. Quid enim mali fecit?] Hic allegat innocentiam eius, intendens eum liberare, quasi vtens illo quod dicitur, Hiere. 2. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis? Et Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? [At illi magis clamabant. Crucifigatur.] Vnde flecti non poterant, secundum Hiere. 8. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. 1. unde pertinaces erant in malitia. [Videns autem Pilatus quòd nihil proficeret.] Hic intendit liberationem eius per factum. Et primo ponitur factum: secundo populi obligatio ad pœnam, dicit. Videns &c. Per hoc dat intelligere quòd multa alia dixerat, & quòd nihil proficiebat. [Accepta autem aqua lauit manus suas.] Hæc erat consuetudo, quòd quando volebat se ostendere innocentem, lauabat manus, sic & iste. Vnde dixit. Ego innocens sum a sanguine iusti huius &c.] Secundum hunc modum habetur in psal. 25. Lauabo inter innocentes manus meas &c. Et vere ipse fuisset innocens, si in sua sententia permansisset, unde vocat eum iustum. [Vos videritis,] idest, quid vobis accidere debeat. Vnde Ioan. 19. dicitur. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Tunc sequitur obligatio ad pœnam. [Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] Et ita fiet quòd sanguis Christi expetitur ab eis vsque hodie, & bene conuenit illis quod dictum est Gen. 4. Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra: sed sanguis Christi efficacior est quàm sanguis Abel. Apostolus. Ad Hebr. 12. Habemus sanguinem melius clamantem quàm sanguis Abel, Hiere. 26. Verumtamen si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vos metipsos. [Tunc dimisit Barrabam.] Dimisit, idest, absoluit a sententia mortis [Iesum vero flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.] Et quare flagellatum? Hieronymus dicit, quia consuetudo erat Romanorum quòd adiudicatus morti primo flagellabatur. Et sic dicitur Ioan. 19. Ipse flagellauit: unde completur in eo quod habetur in psal. 37. Ego autem in flagella paratus sum. Quidam dicunt quòd flagellauit vt mouerentur ad pietatem, & sic flagellatum dimitterent.

Postquàm habitum est de condemnatione, hic agitur de passione & morte. secundo de sepultura, ibi [Cum sero autem factum esset &c.] Circa primum duo facit, quia primo narrat quæ indigne pertulit: secundo quæ magnifice fecit, ibi [A sexta hora &c.] Prima pars in tres. In prima agit de illusione militum: secundo de crucifixione: tertio de Crucifixi derisione per iudæos facta. secunda ibi [Et postquàm,] tertia ibi [Præteuntes autem &c.] Circa primum, primo describuntur illusores: secundo illusio. Dicit ergo [Milites congregauerunt vniuersam cohortem.] Cohors societas militum dicitur, & quilibet qui habebat iudiciariam potestatem, habebat cohortem militum ad exercendum iudicium. Prætorium, dicitur esse locus vbi exercebantur iudicia. Vnde congregati sunt ad eum & genti-

les, & iudæi, vt nulli essent immunes, quia omnes debebat redimere. Ideo competit quod habetur, Roma. 11. Conclusit deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Et in psal. 117. Circuierunt me sicut apes &c. [Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei.] hic describitur illusio. Et primo quo ad habitum: secundo quantũ ad honorẽ: tertio quantum ad opprobrium: secunda ibi [Et genu flexo &c.] tertia ibi [Exeuntes &c.] Notãdum quòd licet accusassent eũ de multis, tamen non propter aliud patiebatur, nisi quia regem se dicebat, sicut habetur Ioan. 19. Si eum dimittis, non es amicus Cæsaris. Vnde ex hac causa magis timuit. Ideo volentes illudere imposuũt ei signa Regis.

Consuetudo enim est quòd Reges purpuram induantur, & isti loco huius, vestem coccineam eum induerunt. Item, solent habere coronam, & loco huius fecerunt coronam spineam. Itẽ, solent habere sceptrum, & loco huius dederunt ei baculum harundineum. Dicit ergo. Et chlamydem coccineam circundederunt ei, idest, rubeam. Sed quid est quòd Marcus dicit cap. 15. quòd eum purpura induerunt? Augustinus soluit, quòd hoc dixit propter similitudinem coloris. Vel potest dici quòd quamuis esset coccinea, tamen habebat aliquid de purpura. Per hoc quòd propriis vestibus exuitur, & alienis induitur, reprehenduntur hæretici qui dixerunt eum non esse verum hominem. Ista chlamys potest signare carnem Christi sanguine proprio cruentatam. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, Esa. 53. Vel signat sanguinem martyrum, qui lauerunt stolas suas in sanguine agni: siel peccatum gentilium. [Et plectentes coronam &c.] Vnde pro corona gloriæ imposuerunt ei coronam contumeliæ, Esa. 23. Corona te eum corona tribulationis. Per istas spinas signantur aculei peccatorum, quibus conscientia vulneratur. Et istas Christus accepit pro nobis, quia pro peccatis nostris mortuus est. Vel potest referri ad maledictum Adæ, vbi dictum est. Spinas & tribulos germinabit tibi, Gene. 3. unde signatum est quòd soluebatur ista maledictio. Et loco sceptri [harundinem in dextera eius] Et signatur potestas dæmonum secundum Origenem, quam Christus de manibus eorum eripuit. 4. Reg. 18. Non confidas in baculo harundineo. Potest enim signari inanitas gentilium, quam sibi tamen Christus assumpsit, psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et bene comparantur harundini, quia sicut harundo fertur in omnem ventum, sic gentilitas in omnem errorem. Item, harundine vtebatur ad scribendum: item ad venenosu occidendum. Sic Christus fideles ad se trahit & ascribit, sed persecutores ad mortem. Tunc agitur de illusorio honore, & istum exhibebant facto, unde dicitur [Et genu flexo &c.] Et licet hoc fecerunt illudendo, tamen signabat quòd omne genu ante eum flecti debebat, Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur &c. Vnde illudebant verbo, dicentes ei. [Aue rex iudæorum] Et signantur per istos illi qui voce confitentur se nosse deum, factis autem negant, ad Titum primo: item, varias contumelias intulerunt, quia inspuerunt in faciem eius, Esa. 50. Faciem meam non auerti a conspuentibus in me. Item [percutiebant caput eius] tanquàm stultus esset. Et qui sunt illi qui caput Christi percutiunt? Caput Christi est deus, vt habetur. 1. Corint. 11. Illi ergo caput Christi percutiunt, qui diuinitatem Christi blasphemant. Per harundinem sacra scriptura signatur. Tales errorem suum per sacram scripturam confirmant. [Exeuntes autem inuenerunt hominem &c.] Post illusionem agitur de crucifixione. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de loco crucifixionis: secundo de habitu, & de his q̃ in eo loco sunt acta. Et primo narrat quo modo Christus ductus est ad locum: secundo quo modo crux est delata: tertio quo modo pertinerunt ad passionem. [Et postquàm illuserunt exuentes &c.] scilicet chlamydem, quam ei induerat. Nota tãtum q̃ illuditur in veste aliena, sed ducitur in propria, per quod signatur q̃ nõ erat ex proprium illudi, sed occidi, quia vt habet

ad Phil.2. Humiliauit semetipsum factus obediẽs vsque ad mortem &c. Ibi n. apparuit eius virtus, psal. 117. Dextera dñi fecit virtutem, Esa. 53. Quasi ouis ad occisionem ducetur &c.

[Exeuntes autem inuenerunt &c.] Hic agitur de delatione crucis. Et per hoc signatur quòd noluit pati in ciuitate, sed extra. Et ratio assignatur ad Heb. vltimo, vbi dicitur. Propter qd vt Iesus sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portã passus est. Competit etiam figuræ, quia sicut habetur Leuit. 16. Quòd hircus qui pro peccato debuit immolari, extra castra mittebatur, sic & Christꝰ qui erat hostia populi. Itẽ, ad nostram ædificationem, vt det nobis intelligere quòd exire debemus ad eum extra conuersationem nostram, Ad Hebr. vltimo. Exeamus ergo ad eum extra castra improperium eius portantes &c. Item passus extra portã, vt virtus passionis non includeretur ad vnam gentem, Ioan. 11. Mortuus est vt omnes gentes congregaret in vnum. [Hunc angariauerunt vt tolleret crucem.] Hic videtur discordia, quia Ioan. 19 habetur quòd exiuit baiulans sibi crucem. Hic est quædam solutio secundum Hierony, quòd primo portauit, sed post incedentes obuiauerunt Simoni, & angariauerunt &c. Origẽ dicit, quòd conuersus fuit quòd Simon primo portauit, & post Christus. Et ratio est mystica, quare primo tulit crucem. Vnde supra. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me &c. Et notandum quòd iste Simon extraneus erat. Et signat gentilem populum qui crucem domini tulit. 1. Corinth. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia, his autem qui saluã fiunt, idest nobis, virtus dei est. Et Simon dicitur obediens, & gentilis populus obediuit, psal. 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Et veniebat de villa. Villa latine, pagos dicitur grece. Vnde ille de villa venit, qui de paganismo venit. Conuenit & quod dicit cyrenæum, quod interpretatur hæreditas pretii, psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam. Et quod dicit q̃ coegerunt eum, signat illos qui exterius crucẽ ferunt. Interius autem coacte ferunt, quia nõ propter deum, sed propter mundum, Ad Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Consequenter ponitur locus. [Et venerunt in locum qui dicitur golgotha, quod est caluariæ locus.] Caluaria, dicitur apud homines denudatum sicut patet in cæmiteriis. Vnde dicitur in græco κρανίου Et dicunt aliqui quòd in illo loco sepultus fuit Adam. Hierony. istud improbat, quia sepultus fuit in Ebron, vt habetur in Iosue. 14. Et quare ibi passus est? Notandũ q̃ in qualibet ciuitate est aliquis locus vbi solent dãnati cruciari. Vnde ibi erat locus damnatorũ. Tunc narratur quid actũ est in sua crucifixione. Et ponitur potatio eius: secũdo crucifixio: tertio alia q̃ facta sunt. Et circa primum, ponitur quid sit oblatũ: secundo quomõ se habuit ad oblatũ. Dicit ergo. [Et dederunt ei vinũ bibere cum felle mistum.] Voluerunt q̃ omnes sensus eius paterentur, Visus passus est per sputa & vigilias. Auditus per blasphemias & verba irrisoria. Tactus quia flagellatus, ideo voluerunt quòd & gustus pateretur. Et completũ est quòd in psal. 68. dicitur. Et dederunt in escam meã felin & siti mea potauerunt me aceto, & Hieremiæ secundo. Quo modo eõuersa est in prauum vinea aliena? Sed est quæstio, quia in Mar. cap. 15. habetur quòd dederunt ei vinum myrrhatum. Dicendum q̃ myrrha amarissima est, & vinum felle mistum amarum. Sed consuetudo est omne amarũ nominari sub specie fellis. Vnde secũdum veritatem vinum erat myrrhatum, sed tamen ad similitudinem fellis dicitur. Et per hoc significabatur quòd amaritudinem peccatorum nostrorum tulit. Postea ponitur quo modo se habuit, quia [cum gustasset, noluit bibere.] Sed quid est quod dicis Mar. quòd accepit, hic autem dicit q̃ gustauit? Potest dici quòd non accepit nisi ad gustandum, & hoc signat, quia gustauit mortem, quia enim cito surrexit, vix visus ẽ mortuus, quia fuit inter mortuos liber, psal. 87. [Postquàm autem crucifixerunt eum &c.] Sed potest quæri

F quare magis ista morte voluit mori. Vna ratio est ex parte crucifigentium, quia volebant q̃ per hoc infamaretur secundum illud Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum &c. Et hæc est crucis. Item, ex parte ordinationis dei, quia Christus voluit esse noster magister, vt daret nobis exemplum patiẽdi mortem, vnde passus est mortem, vt per mortem liberaret nos, vt habetur ad Hebr. 2. Sed multi sunt qui bene volunt pati mortẽ, sed mortem abiectã refugiunt, ideo dominus dedit exemplum ne quodlibet genus mortis refugerent. Item, competebat redemptioni, quia ad satisfactionem pro peccato primi hominis: sed primus homo peccauit in ligno, ideo dominus in ligno pati voluit, Sapien. 14. Benedictũ lignum, per quod

Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus, & dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset, noluit bibere. Postquàm autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meam miserunt sortem, & sedentes seruabant eum. Et imposuerũt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones vnus a dextris, & vnus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes. Vah qui destruis templum dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: si filius dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotũ illudentes cum scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet nunc eum si vult. Dixit enim, quia filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt per vniuersam terram usque ad horam nonam, & circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens. Heli, heli, lamazabathani. Hoc est deus meus, deꝰ meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audiẽtes dicebant. Heliam uocat iste. Et cõtinuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit harundini, & dabat

sit iustitia. Item, Christus exaltandus erat per passionem, ideo exaltari voluit per passionem in cruce. Item, volebat corda nostra trahere ad se, Ioan. 11. Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Item, vt corda nostra eleuarentur. [Diuiserũt sibi vestimenta sua.] Hic ponuntur quæ facta sunt in contumeliam crucifixi. Et primo ponitur diuisio vestimentis secundo superpositio tituli: tertio associatio. Circa primum, Primo ponit factum: secundo propheticam. Dicit ergo. [Diuiserunt] Chrysost. dicit, q̃ hoc factũ fuit in magnum vituperiũ, consuetudo erat q̃ cõdemnatus non denudabatur nisi vilissimus homo, ideo vt magnã contumeliã inferrent ei, denudauerũt ipsum, vt instruamur q̃ nos ab omni affectu actuum carnalium debemus nos denudare. Quõ hoc factum sit, Matth. transit, sed Ioã. narrat. 19. q̃ quilibet miles accepit partẽ suã de alia veste: sed super tunica incõsutili miserũt sortẽ. Tunc ponit propheria. [Vt adimpleret &c.] ly vt, nõ ponitur causatiue, sed cõsecutiue, quia Chrõ patiente accidit impleri istud qd dictũ erat. [Et sedẽtes seruabãt eũ &c.] vt. s. nõ sepelirẽtur, Iob. 19. Ipsi vero cõsiderauerũt &c. Tũc sequitur titulus. [Et imposuerunt super caput eius cãm ipsius scriptã &c.] Et attendendũ q̃ illud ad ignominiam fecerunt, ex ordinatione cessit ad honorẽ eius. Vnde imposuerunt cãm ipsius, idest, causam pro qua patiebatur. Apor. 18. Habetur scriptum. Rex regum, & dominus dominantium. Quod ergo dicit [Rex iudæorum] hoc pertinet ad honorem, quia futurus erat Rex super omnes gentes, psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius &c. Tunc ponitur societas. [Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones.] Hæc fuit societas, quia in medio duorum latronum vt malefactor. Vnde Esa. 53. Et cum iniquis deputatus est. Sed [vnus a dextris, alter a sinistris] crucem accepit vt iudex. Sicut, n. in iudicio quidã a dextris, quidam a sinistris, sic hic. Vnde per hoc signatur iudex viuorum & mortuorum, Ad Phil. 2. Propter quod exaltauit illum deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum &c. Iob. 36. Causa tua quasi impii iudicata est, causam iudiciumque recipies. Item, per hoc q̃ vnus a dextris, alius a sinistris, signatur quòd pro omnibus Christus passus est, sed tamẽ aliqui credũt, aliqui nõ. 1. ad Corin. 1. Nos aũt p̃dicamus Chrm crucifixũ, iudæis quidẽ scãdalũ, gentibus aũt stultitiã. Vel potest dici q̃ quidã crucẽ patiunt propter deũ, & hi a dextris, quidam aũt non p̃p deũ, sed p̃p mundũ, & hi a sinistris. Tunc agit de illusione crucifixi. [Prætereũtes aũt &c.] Et primo agit de ea q̃ a populo: secũdo de ea q̃ a principibus: tertio de illa quæ a latronibus. Circa primũ, primo describit blasphemos: secũdo blasphemias. Primo ergo describit quia [prætereuntes,] idest, præter viam estes. De talibus dicitur Esa. 30. Declinate a me semitam, cesset a facie vestra sanctus Israel. Item, describuntur, quia [mouebant capita.] Et hoc faciebãt ad delusionem. Per caput significatur ratio, per pedes affectus, vnde primo mouerũt affectus ad malum, post mouent capita, quia infatuantur in peccatis. In tribus irrident eum: Primo in verbis: secundo, de operibus quæ fecit: tertio de dignitate quam sibi appropriauit. De primo dicit. [Vah qui destruis templum dei &c.] Vah, est interiectio derisionis. Iam enim erat diuulgatũ, & nõ volebant credere, vñ de his dicitur Hie. 8.

Appre-

Apprehenderunt mendaciũ, & noluerunt reuerti, quasi diceret. Si vis reædificare templum, reædifica te. Sed non poterat reædificare, nisi primo solueretur, ideo primo voluit quòd solueret, quia de templo corporis sui hoc dixerat. Deinde ex opere. [Salua teipsum.] quasi diceret. Saluasti alios, salua te. Sed non vere saluasti alios, nec poteris te saluare. Item, ex dignitate, quia [si filius dei es, descẽde nũc de cruce.] Hæc conditionalis non est bona, immo potius, si filius dei est, debet eẽ obediens patri. Ipse enim factus est obediens vsq; ad mortem, Phil. 2. Item, potius deberent dicere, si filius dei es, ascende, & non descende, Ioan. 3. Nemo ascendit ad cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. Vtuntur eodem verbo quo diabolus vsus est tentans eum. Si filius dei es, mitte te deorsum. Non est. n. filii dei descẽdere, vnde persuasione diaboli loquebantur volentes impedire passionem eius. Tunc sequitur de illusione principum. [Similiter & principes &c.] Vnde nõ solum populus, sed principes illudebant ei. Aliquis non facit vim si a minimis contemnatur, sed derisionem maiorum tolerare non potest. Naturaliter enim homo appetit honorari. Honor autẽ fit in testimonium virtutis, vnde delusio fit propter opprobrium. Et describuntur isti ex authoritate, quia principes. Item, ex doctrina q̃ scribæ. Item, ex vita, quia pharisæi, qui præeminebant in vita, Hiere. 5. Ibo ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam dñi, & iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul cõfregerũt iugum, tuperũt vincula &c. Et tria dicũt. Primo improperãt miracula quæ fecit: secundo Regiam dignitatẽ: tertio q̃ filiũ dei se fecit. Quantũ adprimum dicunt. [Alios saluos fecit &c.] Volebant dicere, Si alios saluos fecit, se poterit saluare: sed se non potest. ergo nec alios saluos fecit. Sed nos econtrario debemus arguere, Alios saluos fecit. ergo se saluare põt: sed se potuit saluare resurgendo. ergo & nos poterit saluare, Ad Hebr. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, vnde isti non intendebant nisi salutem temporalem. Christus autem voluit ostendere quòd salus æterna præponenda est, vnde dicunt. [Si rex Israel est &c.] Hic improperant regiam dignitatẽ, & faciunt falsam promissionem, & faciunt malã consequentiam, quia si rex Israel est, non debet descendere, quia per crucem debet ascendere, psal. 95. Dominus regnauit a ligno, & in Esaia 9. Factus est principatus, idest, crux super humerum eius. Itẽ, facit quod maius est, quia surrexit de sepulcro, & tũ non crediderunt, vnde mendaces erãt, Hiere. 23. Nolite audire verba propheratũ, qui prophetant vobis, & decipiunt uos, & sequitur. Visionem enim cordis sui loquuntur uobis. Item, improperant quòd dixit se filium dei. [Confidit in deo, liberet eum si vult.] psal. 21. Speranit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Poterat liberare si vellet, sed nolebat: quia uolebat eum ad tempus morti exponere, vt nobis salutem procuraret, & sibi honorem, vnde impletum fuit quod dicitur in Hiere. cap. 15. Omnes maledicunt mihi. [Idipsum autem & latrones &c.] Sed quid est quod dicitur hic quòd ambo improperant ei? In Luc. autem 23. quòd unus solus? Soluit August. quòd aliquando consuetudo est in scriptura, quòd plurale ponitur pro singulari, vt in Dan. Obturauerunt ora leonum, idest, obturauit scilicet Dan. et est loquendi modus, sicut dicitur, isti rustici mihi sunt infesti etiam si vnus solus sic infestat eum. Sic Matth. loquitur. Vel aliter secundũ Hierony. quòd a principio ambo improperauerunt ei, sed unus uidẽs miracula quæ faciebat, pœnituit. Et hoc vt dicit Chrysost. diuina dispensatione factum est, vnde significantur illi qui post multa scelera ad Christum reuertuntur. [A sexta autem hora tenebræ factæ sunt &c.] Supra narrauit euangelista quomodo dominus passus est in cruce, hic quomodo operatus est magnifica. Et primo ponit quæ operatus est ante mortem: secundo, quæ post mortem, ibi [Iesus autem &c.] Circa primum duo facit. Primo, narrat obtenebrationem accidentem: secundo, clamorem, ibi [Et circa horam &c.] Dicit ergo [A sexta hora &c.] Sicut narrat Orig. gentiles audientes euangelistam hoc

A narrantem pro miraculo, deridebant eum, & dicebant hoc factum fuisse naturaliter, ideo credebant quòd ut ignorans diceret, cum sol naturaliter pateretur. Sed nõ fuit hæc eclypsis naturalis, sed miraculosa. Sed si vultis videre, audite q̃ Dion. dicit, qui erat 25. annorum, & studebat in astris in ciuitate Helyopolis. Et dũ viderẽt, admirati sunt ipse & Appollonius, & videbatur eis quòd non erat naturalis, & considerauerunt quatuor miracula. Primum, ex tempore, quia cum esset dies qua paschæ debebat fieri, luna erat 15. vbi luna est in oppositione ad solem, sed naturalis eclypsis fit ex coniunctione lunæ ad solem. Secundum miraculũ fuit quòd quando sol in occidente est, luna debet esse in oriente, sed hic mutatus est cursus lunæ. Item, tertium signum est quòd semper obscuratio incipit a parte occidentis, quia omnes planetæ habẽt duplicem motum, proprium & communem. Luna quo ad proprium motum velocior est, & cum venit ad corpus solis, venit ab occidente: sed sic non fuit hic, quia ab oriente venit. Quartum miraculum fuit, quòd ab eadem parte incipit obscuratio, & redit illuminatio, sed hoc tunc non fuit, quia illam partem quam primo occupauit, vltimo dimisit, quia luna ab oriente venit vsque ad corpus solis, & tunc retrocessit, vnde illa pars primo fuit illuminata, et ideo ista considerans, in aduentu Pauli se conuertit, & post conuertit socium suum. Quintum miraculum quod est maius, vt dicit, est quòd quando naturalis ecclypsis est, parum durat. Non enim sol patitur, sed fit obscuratio per interpositionem lunæ, sed corpus lunæ non est maius quàm solis, ideo moram non habet, sed istud duauit tribus horis, ideo magnum fuit miraculum. Sed quærit Orige. si istud fuit ita magnum miraculum, quare aliquis astrologorum non descripsit. Respondit, & dixit quòd ista obscuratio non fuit vniuersalis, sed circa terrã Iudæę. Vel quòd dicitur quòd super vniuersam terram, scilicet Iudæã, similis modus loquendi est, cum dicitur. Non est gens, aut regnum &c. Intelligendum enim de illa gente, sic & hic. Chrys. vero dicit, quòd intelligitur super uniuersam terram. i. super totum mundum, quia moriebatur pro vniuerso mundo, ideo uoluit per signum passionis omnibus innotescere. Sed Diony. dicit, q̃ erat in Aegypto, & ipse uidit, & sic poterat intelligere quòd durabat usq; in Asiã, unde magis est ei credẽdum. Narrat quidam Astronomus de quadam eclypsi quæ facta fuit tempore Tyberii, sed non dicit quando, uel quantum duauit, vel quo modo, tamen potest dici, quòd quia cum nõ erat tẽpus eclypsis, non perpenderunt modum: vnde aliqui dixerunt quòd nubes multæ interpositæ fuerunt inter nos & solem. Aliqui autem dixerunt quòd sol retraxit radios suos, unde Amos 8. Occidit eis sol in meridie. Sed est quæstio, quia hic dicitur quòd crucifixus est hora sexta, Marcus uero dicit hora tertia, Marc. 15. Dicendum quòd Matth. historiam narrat, quòd crucifixus est hora sexta, & mortuus est hora nona. Et hoc mysterio competit, quia sol in meridie est in medio cæli, ideo competit filio dei qui est uerus sol, Malach. 4. Vobis timentibus nomen dei orietur sol iustitiæ. Item, competit transgressioni primi hominis, quia Adam post meridiem peccauit, Gene. 3. ideo Christus satisfacere uoluit illa hora. Quare ergo dicit Marcus quòd hora tertia. Dicendum quòd crucifixus fuit hora tertia lingua Iudæorum, sed hora sexta manibus militum. Item, tribus horis fuerunt tenebræ, et fuit figuratũ per id quod scribitur, Exo. 12. quòd Moyses tribus horis extendit manus suas in cælum, & factæ sunt tenebræ tribus diebus &c. Sic Christus in cruce expandit manus suas, & factæ sunt tenebræ tribus horis ad signandum quòd priuati erant lumine trinitatis. [Et circa horam nonam &c.] Hic ponit clamorem Christi. Et primo ponitur clamor, secundo, effectus, ibi [Quidam autem de illic stantibus &c.] Dicit ergo] Et circa horam nonam &c.] Secundum Orige. Christus voce magna clamat & signat multitudinẽ mysteriorum, Esa. 6. quòd seraphin clamabant alter ad alterũ &c. vnde qui vult hoc intelligere quòd tedio mortis clamauit, non intellexit mysterium, ideo non sic intelligendum est, sed quia

voluit

voluit dare intelligere se æqualem patri lingua hebræa dixit [heli heli &c.] Item, quia voluit signare q̃ pronunciata est a prophetis, ideo dixit illũ psal. 21. Deus meus, deus meus respice in me &c. vnde dicit Hierony. quòd impii sunt qui aliter psalmum illum exponere volunt, quàm de passione Christi. Notate quòd quidam male intellexerunt: vnde debetis scire, quòd fuerunt duæ hæreses. Vna quæ in Christo non posuit verbum vnitũ, sed verbum fuit loco animæ, & hoc posuit Arri⁹. Alii vero q̃ uerbũ non fuit vnitũ naturaliter, sed per gratiam, sicut in aliquo iusto, ut in prophetis, & sic Nestorius, vnde exponebant. Deus deus &cæt. Dicunt quòd hoc dicebat verbum dei, & vocat eum deum, quia creatura sua est, & conqueritur, quòd hoc verbum fecit sibi vniri, & post dereliquit eum. Sed hæc est expositio impia, quia semper cum eo est, vnde diuinitas non dimittit carnem, nec animam, vnde in Ioan. Qui me misit, mecum est. Quid ergo? Dicendum quòd ex ipso modo loquendi manifestum est quòd de Christo debebat intelligi. Dicitur enim de eo Ioan. vltimo. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum. Patrem nominat eo quòd deus est, deum nominat eo quòd homo est, ideo cum dicit, [Deus deus, deus meus &c.] manifestum est quòd secundũ quòd est homo loquitur, ideo ingeminat vt magnitudinem affectus humani designet. Et quod dicitur [dereliquisti me] dicitur per similitudinem, quia quod habemus, a deo habemus, vnde sicut cum aliquis alicui malo exponitur, dicitur derelictus, sic quando dominus dereliquit hominem cadere in malum pœnæ, vel culpæ, dicitur derelictus, ideo Christus derelictus non quantum ad vnionem, non quantum ad gratiam, sed quantum ad passionem, Esa. 54. Ad punctum dereliqui te. Et dicit [vt quid] non quasi ex tædio, sed potest designare cõpassionem ad Iudæos, vnde non dixit nisi postquàm tenebræ essent, vnde vult dicere, Quare voluisti ut passioni traderer, & isti obtenebrarentur? Item, signat admirationem, vnde admirabilis est dei charitas. Commendat deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, ad Ro. 5. Tunc sequitur effectus. Quidam autem illic stantes &c.] Et primo ponitur effectus communis in omnibus: secundo, in vno eorum, ibi [Et continuo &c.] Dicit ergo [Quidam autem &c.] [Heliam vocat iste &c.] Qui fuerunt isti? Credit Hieron. quòd isti fuerunt milites qui nesciebant linguam hebræa, & p̃ hoc credebant q̃ Heliam vocaret, quia Helias multum erat famosus, quia raptus fuit in cælum, vt habetur 4. Reg. 3. Vel potest dici quòd illi fuerunt Iudæi, & volunt per hoc ostendere quòd Christus est homo, & non deus, qui auxilium alterius petit. Tunc ostenditur effectus in vno. Et primo dicitur quid ipse fecerit: secundo, quid alii. Dicit ergo. [Vnus autem &c.] Quare hoc fecerit, non dicitur hic, sed in Ioan. 19. quia Christus videns omnia consummata dixit, Sitio, ideo iste volens ei satisfacere, dedit ei potum damnatorum, vnde impletum est quòd in psal. 58. dicitur Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Notandum q̃ erat vinum myrrhatum, sed dictum est fel & acetum, quia habebat amaritudinem. Mystice per vinum myrrhatum significantur illi qui nihil habent de fide. Vel per acetum quod fit per corruptionem uini, signatur corruptio humanæ naturæ. Istam autem amaritudinẽ Christus portauit: Vel per acetũ, malitia Iudæorum signatur. Et ponitur in spongia quæ cauernosa est, & signat cautelas & versutias Iudæorũ. Sed imponunt calamo. Per calamum, sacra scriptura signatur: vnde suam malitiam per scripturam confirmare volunt. Et potest esse quòd, iste ex compassione mouebatur, vnde volebat iste facere ei auxilium, alii autem nolebant, ideo dicebant. Sine, videamus &c. [Iesus autem iterum &c.] Hic agitur de his quæ post mortem acta sunt. Et primo ponitur mors Christi: secundo, quæ acta sunt: tertio, effectus. secunda ibi [Et ecce velum.] tertia ibi [Centurio autem &c.] Circa primum tangitur mors, & modus mortis. Causa mortis triplex assignatur, vna causa fuit vt ostenderet quantum nos amauit, Augustinus. Nulla maior est ratio amoris, quàm præuenire amando, Rom. 5. Commendat deus charitatem suam in nobis, quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Item, vt doceret nos contemnere mortem. Per mortem destruxit omnia peccata. Item, ut pœnã peccati Adę tolleret, vt liberaret a peccato Adæ. Dictum enim fuit ei, Gen. 2. Quacumq; hora comederitis, morte mini. Ab hac morte nos liberauit. Item, quia diabolus qui est actor mortis, inuaserat eã qui non meruerat, ideo potestatem in aliis amisit, iõ aĩam suam morti tradidit vt nostras liberaret. Item, designatur cõditio mortis. [Et clamans voce magna emisit spiritum.] Quidã dixerũt q̃ diuinitas mortua fuerat: sed hoc est falsum, quia uita non põt mori, sed deus non solum est viuens, sed ẽt vita. Aliqui dixerunt animã mori cum corpore, quod esse non põt, quia nõ posset apprehẽdere immortalitatẽ. Item, notandum quòd omnes moriuntur ex necessitate: Christus autem propria voluntate, vnde non dicit, est mortuus, sed emisit, quia ex voluntate, & hoc signat potestatem, sicut alibi dicitur Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et uoluit mori cum magna voce, ad signandum quòd ex potestate, & non necessitate moriebatur: vnde animam suam posuit cum voluit, & accepit cum voluit, vnde facilius fuit Christo pouere animam & recipere, quàm alicui dormire & excitari. Sed quare imputatum est eis? quia fecerunt quod in eis fuit. [Et ecce velum tẽpli scissũ est &c.] In parte ista agitur de effectu. Primo, agitur de his quę circa templum facta sunt: secundo, de his quæ in elementis: tertio, de his quæ in hominibus. Et uidendum q̃ Matth. alio ordine narrat q̃ Lucas. Dicit August. q̃ Matth. narrat ordinẽ historiæ. Et hoc patet quia dicit. Et ecce velum templi &c. In Luca autem nihil tale habetur. Et notandum q̃ in templo duplex velũ erat sicut in tabernaculo, quia erat velum intra sancta sanctorum, & erat velum aliud quod non erat in sanctis. Et ista duo duplicem relationem signabant, quia velum interius significabat relationem mysteriorum cælestium quę nobis reuelabantur. Tunc enim similes ei erimus, cum apparuerit gloria sua. Aliud quod exterius erat, significabat relationem mysteriorum quę ad ecclesiam pertinent, vnde istud exterius fuit scissum, alterum non, ad signandum quòd mysteria manifestabantur per mortem Christi, quę ad ecclesiam pertinent. Sed aliud non fuit diuisum, quia secreta cælestia adhuc remanent velata, vnde Apostolus 2. Corin. 3. Cum autẽ Israel conuersus fuerit ad deum, amouebitur velamen: vnde per passionem, omnia mysteria quæ in lege & prophetis scripta sunt, aperta fuerunt, vt habetur Luc. vltimo. Incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Vel significabant dispersionem populi Iudæorum: & quia gloria eorum erat in velo, quod in passione domini scissum est, significabatur quòd tota gloria diuidebatur ab eis. [Et terra mota est, & petræ scissę sunt &c.] Supra positum est miraculum quod factum est circa sacra templi, hic ponit miraculum quod factum est circa elementa, & ista conuenientia inuenitur primo quantũ ad virtutem passionis: secundo, quantum ad effectum salutis: tertio, quantum ad iudiciariam potestatem quam Christus patiendo meruit. Conuenit quòd terra mota est &c. quia non potest præsentiam tantæ maiestatis sine tremore sustinere, vnde in psal. 103. Qui respicit terram, & facit eam tremere. [Et petræ scissæ sunt] per quod signatum est quòd nulla virtus potest ei resistere, 3. Reg. 19. Transit dominus subuertens montes, & conterens petras. [Et monumenta aperta sunt.] Monumenta sunt claustra corporum mortuorum, vnde signatur quòd vincula mortis distrũpit, Osee. 13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne &c. Item, 1. ad Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria. Item, conuenit quantum ad effectum. Cõmouisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est, psal. 59. Item, petræ scinduntur, quando duritia cordium ad compassionem mouetur,

eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multę a lõge, quæ secutæ erant Iesum a Galilæa ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

G Cum autem sero factum esset, venit quidã homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, & qui ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.

ei bibere. Cæteri vero dicebant. Sine, videamus an venit Helias liberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, & terra mota est, & petrę scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cũ

tur, Hiere. 23. Verba mea, scilicet passionis, quasi ignis, & quasi malleus conterens petras. Item, quòd monumenta aperta sunt, signat quòd mortui in peccatis debent resurgere, Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge ex mortuis. Item, conuenit venienti ad iudicũ, quia ipso veniente, terra mouebitur, Aggæi 2. Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cælum & terram. Item, petræ scindũtur, quia omnis altitudo virorum deprimetur. Item, monumenta aperientur, quia mortui venient ad iudicium, Ioan. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audiẽt vocem filii dei &c.

Tunc Pilatus iussit reddi corpus, & accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Erat autem ibi Maria magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulcrum.

B Altera autem die, quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotũ & pharisæi ad Pilatum dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, surrexit a mortuis, & erit nouissimus

Consequenter tangitur miraculum in hominibus. Et primo, tangit resurrectionem: secundo, manifestationem. Dicit ergo [Et multa corpora &.] de istis solet esse quæstio, vtrum resurrexerint iterum mori uti, vel non moriuri. Constat aliquos resurrexisse, vt post morerentur, vt Lazarus. Sed de istis potest dici quòd surrexerunt non iterum moriuri, quia surrexerunt ad manifestationem resurrectionis Christi. Certum autem est quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Item, si surrexissent, non esset eis beneficium exhibitum, sed potius detrimentum, ideo surrexerunt tamquàm tratuti cum Christo in cælum [Et exeuntes de monumentis &c.] & notandum quòd licet istud dictum sit hoc in morte Christi, tamen intelligendum est per anticipationem esse dictum, quia post resurrectionem actum est, quia Christus primogenitus mortuorum, Apocaly. 1. [Et venerunt in sanctam ciuitatem,] non quòd modo esset sancta, sed quia ante fuerat, Esa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Vel dicitur sancta, quia sancta ibi tractabantur. Vel secundum Hierony, in sanctam ciuitatem, scilicet cælestem, quia cum Christo venerunt in gloriam, & apparuerunt multis. Sicut enim Christus potestatem habet se manifestandi quibus vult, sic intelligendum de corporibus glorificatis. [Centurio autem &c.] Hic agitur de effectu miraculorum. Et primo, in gentibus: secundo, in mulieribus, ibi [Erant autem.] Circa primum tria facit. Primo, ponitur diligens consideratio: secundo, timor: tertio, vera confessio fidei prouenienes ex timore. Dicit ergo. [Centurio &c.] In Luca dicitur, quòd iste territus fuit ex hoc, quòd Christus clamans expirauit: hic autem dicitur quòd viso terræmotu, & dicit August. quòd non esset facile soluere, nisi diceret [& his quæ fiebant.] Iste autem signabat gentilem populum, qui salubri timore confessi sunt dominum, vnde Osee 2. Dicam non populo meo, populus meus es tu. Et ipse dicet, deus meus es tu: vocabo gentem meam, non gentem meam &c. Esa. 26. A facie tua domine concepimus, & peperimus spiritum salutis &c. Deinde ponitur vera confessio, ibi [Vere filius Dei erat iste.] In hoc confunditur Arrius, qui eum existentem in cælum non confitetur esse vere filium Dei, quem Centurio in morte confitetur, 1. Ioann. 5. Hic est vere filius Dei, & vita æterna. Sequitur deuotio mulierum. [Erant autem ibi mulieres multę &c.] Et primo describuntur quo ad præterita, & quo ad præsentia. In quo considerandum, quòd populis recedentibus, mulieres adhæserunt, ita quòd impletum est quod dicitur Isa. 50. Non remansit vir mecum. Sed considerandum, quòd hic dicitur, quòd steterunt a longe: Ioan. autem. 19. dicit, quòd stabant iuxta crucem &c. Augustin. dicit, quòd potest dici, quòd aliæ mulieres essent quæ prope, & quæ longe, nisi diceretur vtrobique, quòd Maria Magdalena erat vna. Ideo aliter dicendum, quòd sicut multum & paucum dicuntur relatiue, sic prope & longe. Et sicut idem potest dici multum & paucum respectu diuersorum, sic prope & longe. Sic considerandum quòd Centurio & Gentiles iuxta crucem erant, sed mulieres post eos, turbæ vero magis a longe. Vnde secundum diuersũ comparationem erant longe & prope. Longe cõparando ad Centurionem & Gentiles: prope comparando ad turbas. Vel potest dici, quòd primo steterunt prope, sed cum emisit spiritum steterunt longe. Item notate quod dicit, quòd [secutæ erant eum a Galilæa ministrantes ei.] Ipse enim cui angeli ministrabant, permisit vt ministraretur ei a mulieribus. In hoc dedit documentum Apostolis sequentibus, quòd recipierent temporalia ab his, quibus ministrarent spiritualia. Et hæc erat consuetudo antiquitus, quòd doctores recipiebant necessaria a bonis, quos docebant. Sed Paulus quia gentibus prædicabat, inter quos non erat hæc consuetudo, ne videretur quòd pro pecunia prædicaret, recipere nolebat. [Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iacobi &c.] Ex isto verbo Eluidius assumpsit occasionem erroris, qui dixit Iesum esse natum ex femine Ioseph. Ad hoc dicit Hieron. q̃ duo fuerunt Iacobi. Maior qui dicitur frater Ioãnis, & minor q̃ fuit filius Alphæi, cuius mater erat mater etiã Ioseph. Vnde illa quæ fuit mater Iacobi maioris, non fuit mater Iacobi minoris, q̃ statim additur. [Et mater filiorum Zebedæi.] Sed quid est quod dicitur, Maria Cleophe, & Maria Alphęi? Soluit Hierony. quòd potuit esse, q̃ illa Maria habuit virum, qui fuit binomius, vnde vocabatur Cleophas & Alphæus. Vel potest dici, quòd primo Cleophę nupsit, & mortuo illo nupsit Alphæo. Vel potest dici, q̃ Cleophas fuit pater, & mater fuit vocata Salome, quia Mar. dicit. & Salome: vnde Salome est nomen mulieris. Vnde patet error Magistri in glo super secundo capitu. ad Gal. quòd fuit nomen viri. Et Magistri in historia, qui in Græco habetur Solome, quæ est terminatio fœminea, quæ nullo modo inuenitur in masculino. [Cum fero autem factum esset &c.] In parte ista agitur de sepultura: secundo, de veneratione: tertio, de custodia. secunda ibi [Accepto corpore inuoluit &c.] tertia ibi [Altera autem die &c.] Circa primum primo conditio ponitur sæpelientis: secundo, eius peritio. Conditiones ponuntur quatuor, vnde [Cum fero factum esset,] quia oportebat, q̃ remoueretur, vt nõ in sabbatho remaneret. [Venit quidam homo &c.] & describitur ex facultate, quia diues, Eccle. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Sed quare dicit eum diuitem? Dicendum, q̃ hoc non dicit propter eius laudem, vel iactantiã, sed ad hoc quòd potuit impetrare a Pilato, quod non potuisset vnus pauper. Item describitur a patria, quia ab Arimathia, quod idem est quod Ramatha quæ fuit Samuelis. Et signat excelsum, et iste excelsus fuit. Item ex nomine, quia Ioseph, qui accrescens signatur. Item ex religione, quia [& ipse discipulus erat Iesu:] quia ex fide non exciderat, Ioan. 8. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Tunc agitur de impetratione. Et primo ponitur peritio: secundo impetratio. [Et accessit &c.] Et commendatur quia accessit. Sequitur impetratio [Tunc Pilatus &c.] Sequitur de sepultura [Et accepto corpore Ioseph inuoluit &c.] Et agitur de cultu, & sepultura. De cultu fuit simplex cultus, quia simplici sindone. Et ideo secundum Hierony. vituperatur cultus nimius sepulturæ. Per istam sindonem secũdum mysterium tria signantur. Primo, signatur caro Christi munda. Fit enim de lino, quod per multam pressuram dealbatur: sic caro Christi per multam pressuram ad candorem resurrectionis peruenit, Luc. vltimo. Sic oportuit Christum pati &c. Vel signat Ecclesiam non habentem maculam neque rugam. Et hoc signatur per istud lintheum, quod ex diuersis filis est contextum. Item signatur munda conscientia, vbi Christus quiescit. [Et posuit eum &c.] Et quatuor dicit de isto monumento. Primo quòd erat suum. Et satis conueniebat, quòd qui pro peccatis aliorum mortuus erat, quòd in monumento aliorum sepeliretur. Itẽ dicit, nouo: quia si alia corpora posita fuissent, nesciretur quis surrexisset. Item dicit q̃ in petra, non in monumento ex diuersis lapidibus constructo, vt omnis calumnia amoueretur. Sed quare non sub terra? Ratio fuit ne crederetur, quòd discipuli per cauernas terrę extraxissent eum. Item dicit quòd aduoluit saxum magnum. Et ideo quia magnum, non poterat a paucis reuolui, & maxime cum essent ibi custodes. Tunc sequitur deuotio mulierum. Vnde mulieres quæ ardentius amabant secutæ sunt eum vsque ad sepulcrum. Vnde dicitur [erat ibi Maria Magdalena, & altera Maria] & non nominatur Maria Zebedæi, quę non erat ibi, quia non ita ardenter amabat. [Altera autem die &c.] Hic agitur de custodia sepulcri. Et tria facit. Primo, ponitur petitio: secundo concessio: tertio executio. Circa primum ponitur tempus, & causa, & petitio, & periculum imminens. Tempus [Altera autem die &c.] Parasceue præparatio dicitur, vnde Iudæi quia in sabbatho nihil agebant, præparabant in præcedenti die,

die, & ideo Parasceues, vnde quàmuis aliquid solemnitatis haberet, tamen maioris obseruationis erat sabbathum, vnde nihil in sabbatho præparabãt ex præcepto, Exo. 16. vbi præcepit Dominus, quòd die ueneris colligerent de manna ad duos dies. [Tunc conuenerunt principes sacerdotum] vnde mulcum intenti erant ipsum persequi, quia non sufficit persequi vsque ad mortem, sed etiam post mortem, vnde voluerunt impedire resurrectionem. Sed quare conuenerunt? Sequitur causa [Domine recordati sumus, quòd seductor ille] Seductorem vocant illum, vnde Ioan. 7. dicitur, quòd quidam ex eis dicebant, quia bonus est: alii autem non, sed seducit turbas. Post tres dies resurgam. Istud habebant ex hoc quòd dixerat supra cap. 12. quòd sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Et ponitur pars pro toto, sicut supra expositum est. Item, ponitur petitio. [Iube ergo custodiri sepulcrum.] Ipsum studium Iudæorum prodest nobis ad certitudinem, vnde quanto magis nocere intendebant, tanto magis proficiebant ad salutem credentium, Iob. 6. Apprehendit sapientes in astutia eorum, quia quod intendunt, dominus in aliud conuertit. Deinde ponitur intentio petitionis: [ne forte discipuli eius veniant, & furentur eum, & dicant plebi, Resurrexit a mortuis.] Et in hoc prophetauerunt: ideo magis peccauerunt, quia mirabilia viderunt, & tamen non crediderunt posse resurgere. Sequitur concessio.] Ait illis Pilatus. Habetis custodiam.] idest habeatis custodiam, quasi dicens. In vobis est vt custodiatis eum. Sequitur executio. [Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem &c.] Vnde non sufficit quòd custodes ponerent, sed etiam sigillauerunt. Nec sufficit eis quòd milites hoc facerent, sed etiam ipsimet sigillauerunt. psalm. 21. Consilium malignantium obsedit me.

a CAP. XXVIII.

error prior priore. Ait Pilatus. Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum signantes lapidem cum custodibus.

a CAPVT XXVIII.

POstquàm compleuit sacramenta dominicæ passionis, agit euangelista de triumpho dominicæ resurrectionis. Et diuiditur, quia primo ostenditur, quomodo discipuli cognouerunt Christi resurrectionem per auditum: secundo, quomodo per visum, vt per auditum & visum fiat testificatio certa. Circa primum. Primo, ponitur quomodo per auditum a mulieribus: secundo, quomodo a custodibus. secunda ibi. [Quæ cum audissent &c.] Circa primum duo facit. Primo, dicit quomodo mulieres cognouerunt per angelum: secundo, per Christi visionem, ibi [Et exierunt &c.] Circa primum tria. Primo, ponuntur personæ, quibus facta fuit reuelatio: secundo, angelus reuelans: tertio, reuelatio. secunda ibi. [Et ecce terræmotus &c.] tertia ibi. [Respondens autem &c.] Circa primum tria facit. Primo, designat tempus: secundo, personas: tertio, studium. tempus. [Vespere autem Sabbathi.] Et circa hoc duplex est dubitatio. Prima, de hoc quòd dicit, vespere: secunda, de hoc quòd dicit [lucescit.] Circa primum est dubitatio, quia videtur contrariari Matth. & Ioan. quia Ioa. dicit, quòd adhuc tenebræ erant. Quid ergo dicit hic? Vespere autem &c. Hic est triplex solutio. Prima Hierony. quòd venerunt vespere & mane. Et quòd hic dicit, uespere, ille quidem mane, non est dissonantia, sed sedulitas sanctarum mulierum. Beda solut sic, quòd incœperunt venire in vespere, sed peruenerunt in mane. Sed numquid erat tantum spatium? dicit quòd non: sed tunc dicitur aliquis facere, quando præparat se ad faciendum. Et hoc habetur in Luca, quòd videntes monumentum &c. In parasceue emerunt aromata, & in sabbatho quieuerunt, & in vespere parauerunt se ad eundem. Tertia solutio est Augustini, qui dicit, quòd modus consuetus in sacra scriptura est, quòd sumitur pars pro toto. Vnde intelligitur vespere pro tota nocte sabbathi: vnde, Vespere autẽ sabbathi, idest quæ est post sabbathum, vnde vespere quę est initium primæ sabbathi. Simile habetur Gen. 1. in commemoratione operum Dei. Et factum est vespere & mane &c. vnde venerunt vespere, quæ est initium primæ sabbathi. Simile habetur Gen. 1. in commemoratione operum Dei. Et factum est vespere & mane &c. vnde venerunt vespere, quia in vltima parte noctis. Et hæc est quæ lucescit &c. Vespere non lucescit, quia vespere tenebrescit. Vnde venerunt quando lucescit, idest, sub prima hora diei. Notate quòd Iudæi omnes ferias incipiunt a sabbatho, vnde prima sabbathi dicitur dies dominica. Et si quæras ab Augusti. quare Marcus vtitur tali modo loquendi? Dicet quòd vespere parauerunt aromata, & mane venerunt, vnde reddit in idem quod Beda dicit. Sed secundum Hierony. quomodo intelligendum, quod dicit, quæ lucescit? quia vespere tenebrescit. Sciendum quòd Iudæis dies incipit esse a vespere. Et ratio est, quia a luna obseruabant dies. Luna autem incipit lucere a sero, ideo illa dies incipit a vespere, sed lucescit in prima sabbathi. Similis modus loquendi, Lucæ vltimo. Erat autem parasceues &c. Et iste modus loquendi mysterio competit, primo ad solemnitatem dominicæ resurrectionis, quia nox illa fuit lucida. psalm. 138. Et nox sicut dies illuminabitur. Item, competit humanæ restaurationi, quæ facta est per Christum. In primo enim homine fuit processus a die in noctem, scilicet peccati, & mutatus est status, scilicet a nocte in diem, Ad Ephe. 5. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. Item, signatur quòd quicquid erat tenebrosum in lege & prophetis, totum per resurrectionem Christi lucescit. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Psalmus 17. Hoc autem in resurrectione illuminatur, vt habetur Lucæ vltimo. Incipiens a Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Consequenter agit de personis. [Venit Maria Magdalena, & altera Maria.] Et intelligitur mater Iacobi, Marcus addet tertiam, & Salome, vnde Salome est nomen mulieris. Sed non fuit sine mysterio, quòd duæ eiusdem nominis venerunt, vnde mulieri primo voluit apparere, quia in hoc quodammodo reparatur sexus mulieris: quia sicut mulier primo in loco vitæ prius auxit mortem, sic in loco mortis per ordinationem diuinam primo vidit vitam, Eccle. 25. A muliere initium peccati factum est. Item, eiusdem nominis, quia per has vnitas signatur ecclesiæ. Primo enim vna fuit ex gentibus, vna ex Iudæis: sed modo omnes sunt vna Ecclesia, Cant. 6. Vna est columba mea. Item, vocantur Maria. Sicut enim de vtero clauso Maria suscepit puerum, sic iste exeuntem de tumulo clauso meruerunt videre eum, vnde istæ venerunt videre sepulcrum, & in hoc signatur deuotio earum, quia non poterant satiari, ideo cum non possent eum videre, volebant saltem videre sepulcrum. Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum est, supra 6. [Et ecce terræmotus &c.] Hic agitur de angelo reuelante. Et primo tãgitur aduentus angeli: secundo, opus eius: tertio, dispositio: quarto, effectus. secunda ibi. [Et accedens &c. [tertia ibi. [Et sedebat &c.] quarta ibi. [Præ timore autem &c.] Et circa primum. Primo, præsignatur aduentus: secundo, tangitur aduentus causa, ibi [Angelus autem &c. Dicit ergo. [Et ecce terræmotus &c.] Hoc congruebat, & habet causam literalem. Vna ratio secũdum Chrysost. quia istæ de nocte venerant, & ideo esse potuit, quòd dormierunt, ideo vt excitarentur, factus est terræmotus ad excitandum illas. Hierony. dicit. quòd aliquid tactum erat de humanitate, ideo debebat aliquid tangi de diuinitate, ideo cum agitur de sepulcro quòd erat humanitatis, fit terræmotus, vt signaretur quòd talis mortuus non poterat teneri sub terra. Fuit enim inter mortuos liber, psal. 87. Mystice bis factus est terræmotus, vt per vnum significetur motus cordium, quia per mortem eius liberati sumus a peccato: per alium translatio ad gloriam, Rom. 4. Traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, & in psal. 59. Commouisti terram, & conturbasti eam. Item, huius resurrectio est quædam præfiguratio resurrectionis futuræ. In futura autem erit tremor terræ, psal. 75. Terra tremuit & quieuit cũ exurgeret in iudicio deus. Et quare? Subiungitur. [Angelus domini descendit de cælo.] Si terra non potuit angelum sustinere, multo minus poterit aduentum Christi ad iudicium, & dicit descendit. Licet enim angelus non circumscribatur loco, tamen diffinitur loco, secundum suam operationem, ideo aliquis motus

dalene, et altera Maria videre sepulcrum, & ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentum eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite

motus ei conuenit. Item, conuenit quòd per angelum denuntietur resurrectio tum propter gloriam illius, per quem fit, vt dicit Paulus, Actuum 13. Deus suscitauit eum a mortuis. Eius autem ministri sunt Angeli. Item, ad denotandum dignitatem resurgentis. De isto dicitur supra 4. quòd accesserunt angeli, & ministrabant ei. Item, competit quia per rectionem cælestia terrestribus coniungebantur. [Consequenter ponit opus angeli. [Et accedens reuoluit lapidem &c.] Et hoc secundum literam, vt panderet iter mulieribus, quia secundum veritatem iam surrexerat Christus. Sicut enim de vtero clauso exiuit, ita de signato sepulcro, vnde hoc factum est ad manifestandum mulieribus, vnde reuoluit, idest, iterato voluit, ad signandum gloriam resurgentis, & hæc reuolutio significabat manifestationem legis, quæ scripta erat in tabulis lapideis. Consequenter ponitur dispositio. Et primo, quo ad situm: secundo, quantum ad aspectum: tertio, quo ad habitum. Quantum ad situm, quia [sedebat] non ut fessus, ad signandum quòd doctor esset diuinæ resurrectionis. Item, sedere est quiescentium: et per hoc signatur quies, quam ex resurrectione habuit in gloria, Rom. 6. Christus resurrexit ex mortuis, iam non moritur &c. Item, sedere est dominantis, psal. 109. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et iste sedet [super lapidem] scilicet diabolum, ad signandum quòd iam dominabatur & mortis, & diaboli. [Erat autem aspectus eius &c.] Hic describitur ex aspectu, et in hoc patet quòd apparuit in corpore assumpto. Sed quare [sicut fulgur?] quia sicut fulgur claritatem habet, sic & angeli cognitionẽ, Dan. 10. Et oculi eius quasi lampas, sed Christus est qui omnem venientem in hunc mundum illuminat, Ioan. 1. Item, fulgur habet terrorem, sic aspectus angeli, vnde Lucæ 1. dicitur q̃ territus fuit Zach. ad vocem angeli. Item, describitur ex habitu. [Vestimenta eius sicut nix,] per quod candor iustorum. Mystice autem signatur gloria resurrectionis, Apocalyp. 3. Qui vicerit, vestietur vestimentis albis. Item, claritas vitæ, Eccles. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Item, nota quòd dicit quòd aspectus eius erat sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix, quia in iudicio erit terribilis malis, & demulcebit bonos, Ioan. 16. Videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Præ timore autem &c.] Hic ponitur effectus apparitionis, quia in eorum cordibus extitit timor, & merito, quia ex mala conscientia seruabant eum, & semper timida est nequitia, Sapien. 17. Et facti sunt quasi mortui,] qui Christum in morte quantum in ipsis fuit voluerunt detinere, Esa. 33. A voce angeli fugerunt populi. [Respondens autem &c.] Hic sequitur denuntiatio resurrectionis. Et primo, mulieres confortat: secundó, studium commendat: tertio, gaudium indicat: quarto, officium iniungit denuntiandi. Dicit ergo. Respondens autem angelus &c. sed ad quid respondet? intentioni mulierum. Non legitur eas aliquid fuisse locutas præ timore. Semper enim ita est quòd homo semper turbatur in apparitione angeli, siue bonus, siue malus appareat angelus, quia natura humana fragilis est, sed sicut dicit. B. Antonius, si bonus est angelus, semper dimittit consolatum, vt pater in apparitione Zachariæ, & Virginis Mariæ vtrique dictum est, Ne timeas &c. Luc. 1. sic & istas confortat. Et si dimittat desolatum hominem, constat quòd non fuit bonus angelus, ideo dixit [Nolite timere vos] quasi dicens. Vestrum non est timere, quia amatis Christum. Non enim accepistis spiritum seruitutis in timore, Rom. 8. Non enim confortauit custodes, quia non digni erant. Tunc commendat studium. [Scio enim quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis &c.] Sed numquid angeli cognoscunt cogitationes? Videtur q̃ non, Hiere. 12. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda, & probans renes. Dicendum est quòd non, nisi per reuelationem diuinam, vel per signum, quia frequenter per gestus corporis habet indicia voluntatis. [Iesum quæritis.] Nominat eum vt significet eundem esse. Item, crucifixum. Et in hoc innuit paruam fidem earum, quia quærebant eum in loco mortis, & credebant eum morte posse teneri. Tunc annuntiat resurrectionem. Surrexit scilicet, propria virtute, psal. 3. Ego dormiui, & somnum cepi, & exurrexi quia

timere vos. Scio enim quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis dicens. Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerũt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus. Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me uidebunt. Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & angelo prima locuta est, vt omnia restaurarentur: secundo, innuitur locus. [Et præcedet vos in Galilæam.] Et quare primo in Galilæam? Non enim prius visus est in Galilæam, sed in Hierusalem. Sed quare magis nominat Galilæam? ad signandum quòd ipse idem est qui solebat conuersari in Galilæam. Item, vt a timore liberarentur, quia securius habitabant in Galilæam, quàm in Iudęa. Vel mystice dictur Galilæa transmigratio, & potest signare transitum ad gentes, vnde videbitis in Galilæam, idest, nuntiabitis nomen meum gentibus: hoc autem non facerent, nisi præcederet eos. [Ibi eum videbitis, sicut prædixi vobis.] vnde verbum domini tantæ potestatis est, quòd non poterit aliter esse. Sed hic est quæstio literalis, quia hic dicitur quòd viderunt eum sedentem super lapidem, in alio euangelista q̃ introeuntes in monumentum &c. Soluit August. quòd bis viderunt visionem angelorum, vnde possibile fuit quòd vnum viderunt extra, alium intra. Vel potest dici, quòd sepulcrum non solum dicitur lapis excisus, sed erat ibi aliqua materies, ubi includebatur monumentum, vnde Marcus dicit, quòd introeuntes in monumentum, non est intelligendum de lapide illo, sed de spatio in quo includebatur, & hoc patet, quia dicitur hic quòd [exierunt cito de monumento cum timore & gaudio &c.] [Supra nuntiata est resurrectio mulieribus, hic certificantur de ipsa per christum. Et tria facit Euangelista. Primo describuntur mulieres: secundo Christi occursus: tertio iniungitur denuntiationis officium. secunda ibi. [Et ecce Iesus &c.] tertia ibi. [Nolite timere &c.] In prima tria notabilia est considerare. Primo mulierum statum: secundo affectum: tertio propositum. Status tangitur cum dicitur. [Exierunt cito.] Quantum ad literam. Monumentum non dicitur lapis excisus, sed illud spatium quòd aliquo munimine erat firmum. Secundum mysterium monumentum est locus mortuorum, & per hoc signatur status peccati, psal. 87. Sicut vulnerati dormientes in sepulcris &c. vnde exire de monumento est exire de peccato, 2. ad Corin. 2. propter hoc exite de medio eorum &c. Et notate quòd dicit, [cito,] quia de peccato est cito exeundum, Ecclesiast. cap. 5. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Item, tangitur affectus duplex, scilicet timoris, & gaudii. Timor de angeli visione, gaudium de resurrectione. Timor ex fragilitate humana, gaudium a visione diuina, psal. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Sic peccator debet timere, Ecclesiast. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu. Sed gaudere debet de spe resurrectionis, psal. 2. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Tunc tangit propositum. [Currentes nuntiate discipulis &c.] Et istud pænitentibus competit, quia currere debent, & festinare vt proficiant in bonis, 1. ad Corin. 9. Sic currite vt cõprehendatis. Et ad Heb. 4. Festinemus ingredi &c. Item, tangit bonum propositum, quia voluit vt quod acceperant, aliis communicarent, 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes. [Et ecce Iesus.] Hic ponitur occursus Christi. Et primo ponitur occursus: secundo, salutatio. tertio, mulierum reuerentia. Dicit ergo. [Et ecce Iesus occurrit illis.] Et recte dicit quòd occurrit, quia ex insperato occurrit dando gratiam, Sapien. 6. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat, Esa. 64. Occurristi lætanti & facienti iustitiam. Item, salutauit eas dicens. [Auete.] Auete in græco, gaudium signat, vnde dictum est supra, quòd cum gaudio ibant. Vnde spirituale gaudium semper augetur in iustis, & hoc per spiritualem loquelam, psal. 84. Audiam quid loquatur in me deus, & hæc erant verba consolatoria, quia sicut prima mulier

lier audiuit maledictionem, sic istæ mulieres audierunt bene-
dictionem, & maledictioni benedictio respondet. [Et tunc
illæ accesserunt &c.] vnde accedunt, tenent pedes, adorant.
Sic anima peccatoris non debet gratiam dei recipere in vanum.
Et hoc signatur, quia accesserunt, psal. 33. Accedite ad eum,
& illuminami ni.
Item, debent firmi
ter adhærere, & hoc
signatur in hoc q̃
[tenuerunt pedes
eius.] Qui appro-
pinquant pedibus
eius, accipiẽt de do
ctrina. Item, tangit
reuerẽtiam in hoc
quod dicit. [Et adorauerunt eum &c.] Quia ipsum deum re-
cognouerunt, psal. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pe-
des eius. Sed potest esse quæstio, quia Ioan. vltimo dicitur ei.
Noli me tangere. Hic autem dicitur quòd tenuerũt pedes eius;
ideo intelligendum quòd bis viderunt, et semel viderunt vnũ
angelum, & dicit August. alia vice duos, sed etiam bis Christum.
Primo, vidit Maria magdalena plorans, vt habetur
Ioan. 20. Sed post aliis superuenientibus occurrit eis, & tunc
tenuerunt pedes eius, sed Maria Magdalena primo non potuit
tenere eum, et hoc secundum August. quia primo dubitauit,
& ideo digna non fuit, sed iam certificata, digna est effecta tan
gere Christum, ut tactus exterior concordaret interiori. [Con-
sequenter iniungit officium denunciandi. Et ubi hoc facit, pri-
mo excutit timorem: secundo, officiũ iniungit, ibi [Ite, &c.]
Dicit ergo. [Tunc ait Iesus eis. Nolite timere &c.] Et hoc
factum est conuenienter, quia qui ad officium prædicationis
ponuntur, non debent timere, vnde dominus mittens discipu-
los suos dixit. Nolite timere. Timor autem est duplex, scilicet
seruilis, & initialis, & hic est bonus, psal. 118. Confige timo-
re tuo carnes meas, vnde dixit. [Auete.] vt augeret chari-
tatem in eis. Sed quia perfecta charitas foras mittit timorem,
1. Ioan. 4. ideo dicit. [Nolite timere.] Et primo dat annun
tiandi officium: secundo, perfectam charitatem ad suos ostendit.
Iniungitur autem annunciandi officium mulieribus, vt sicut
mulier tulit verba mortis ad virum, sic econtrario congruebat
mulieri vt esset nuntia salutis. Et primo, tangitur denuntia-
tio: secundo, locus apparitionis. Dicit ergo. [Ite, nuntiate
fratribus meis &c.] Et quare dicit meis? Ad comprobandum
veritatem naturæ. Quia enim exierat de sepulcro, & appare-
bat gloriosus, posset aliquis credere, quòd veram carnem non
cœpisset, ideo dicit, fratribus meis. Item, propter similitudi-
nem gratiæ, quia frater noster fieri voluit propter iustificatio-
nem nostram, Ad Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis
fratribus. Item fratres, idest, cohæredes. Hæredes quidem
dei, cohæredes autem Christi, Rom. 8. vnde iam acquisita hæ
reditate vocat fratres. [Vt eant in Galilæam.] Hæc verba vi-
dentur sonare quòd primo apparuit in Galilæam. Iste non facit
mentionem de aliis apparitionibus, sed Beda dicit, quòd de-
cem vicibus apparuit. Quinquies ipso die resurrectionis. Pri-
mo, Mariæ magdalenæ, vt Ioan. 20. Secundo, his duabus de
quibus tangit hic Matth. Tertio apparuit Petro: qualiter tamẽ
& quando, non dicitur, sed quòd sit factum, non tacetur in
Luca. Quarto duobus discipulis euntibus in Emaus. Quinto
qñ omnib⁹ discipulis apparuit excepto Thoma. Verũ post istas
leguntur quinque aliæ. Primo, post alias fuit, quando die octa-
uæ omnibus discipulis apparuit, & Thomę. Secũdo qñ apparuit
in piscatione, quando Petrus dixit, vado piscari, Ioan. vltimo.
Alia, quæ hic dicitur. Alia, quando exprobrauit incredulitatẽ.
Vltima, quando in monte Oliueti, cum ascendit in cælum,
Marci vltimo. Tamen aliæ fuerunt, sicut dicit Paulus, 1. Co-
rin. 15. Sed quid est quòd dicunt, & angelus, & Christus, quòd
præcedet vos in Galilæam? Chrysosto. dicit quòd hoc propter
hoc dicit, quia solebant ibi conuersari. Item, vt securi essent
ibi, & secure eum expectarent: tamen August. secundum
mysterium dicit quòd Galilæa transmigratio dicitur, vnde si-
gnat transmigrationem ad gentes. Vel huius mundi in glo-
riam. Apostolus 2. Corin. 5. Dum sumus in hoc corpore, pe-
regrinamur a domino. [Quæ cum abiissent &c.] Hic agitur
de denuntiatione quæ facta est per custodes. Et primo, ponit de-
nuntiationem: secundo, impedimentum, ibi [Et congrega-
tis &c.] Dicit ergo. [Et cum abiissent &c.] Et quare tantum
expectauerunt? Dicendum quòd dictum est, quòd præ timore
exterriti sunt custodes. Et forte hoc fecit dominus, ne mole-
stiam mulieribus inferrent. [Ecce quidam de custodibus ve-
nerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum.]
Et quare principibus? quia habebant familiaritatem. Item,

nuntiauerunt principibus sacer-
dotum omnia quæ facta fuerant.
Et congregati cum senioribus, con
cilio accepto pecuniam copiosam
dederunt militibus dicentes. Dici-
te, quia discipuli eius nocte vene-

quia ab eis acceperant pretium. Nihilominus nuntiauerunt
Pilato, vnde in quadam epistola quam misit Pilatus ad Tibe-
rium scriptum est, quomodo custodes nuntiauerunt Pilato &c.
[Et nuntiauerunt.] Iam signabatur quòd per ora gentilium
erat manifestanda Christi resurrectio. Tunc ponitur malitia
impedientium. Et
primo tangitur ma
litia principum: se-
cundo corruptio cu
stodum: tertio, ple
bis. Circa primum
cõcurrunt quatuor
ad exaggerandum
malitiam istorum.
Primo, ponitur con
gregatio, vnde dicit. [Et congregatis &c.] quia non vnus tan
tum, Daniel. 14. Egressa est iniquitas a senioribus populi. Item,
exaggeratur malitia, quia hoc non fecerunt ex infirmitate, sed
ex malitia, siue ex maligno consilio, & hoc est consilium im-
piorum, de quo, psal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio
impiorum. Item, fraudem fecerunt, quia oblatam pecuniam
expenderunt in vsum mendacii, vnde sciebant illud, Eccl. 10.
Quòd pecuniæ obediunt omnia. Sicut dicit Hieronymus, Si-
miles sunt istis qui bona ecclesiastica expendunt ad faciendam
voluptatem. Item, in hoc quòd suaderunt mendacium. Et
primo suadent: secundo, impunitatem promittunt. Suadent
mendacium. [Dicite, quia discipuli eius &c.] Hiere. 9.
Docuerunt linguam suam loqui mendacium, in psal. 26. Mentita
est iniquitas sibi, & vere, vt ait Hieronymus mendacium, quia
discipuli ita stupefacti erant, quòd non ausi fuissent accedere.
Item, si debuissent accedere, accessissent primo die quando non
aderant custodes. Item, hoc patet, quia remanserunt intlhea-
mina, vnde si tulissent eum, non dimisissent. Item, ſconstat
quòd cum aromatibus sepultus est, vnde lintheamina adhære-
bant vt colla, vnde vix potuissent amouisse. Item, lapis erat
magnus, vnde non potuissent sine magno adiutorio, & sine stre-
pitu multo soluisse. Item, arguit sic August. Aut venerunt
vobis vigilantibus, aut dormientibus. Si vigilantibus, quare
non eiecistis eos? Si dormientibus, quomodo vidistis? Et sic ap-
paret quòd mendacium fuit. Deinde impunitatem promit-
tunt, unde possent dicere, Erimus puniti, si præses audiret,
vnde dicit. [Si hoc auditum fuerit a præside, nos suademus
ei, & securos &c.] Et quomodo poterunt istud facere? Dicendũ
quòd præses non multum curabat. Item, sciebant quòd non
puniret eos nisi ad petitionem eorum, ideo sciebant quòd &c.
In hoc signatur cautela diaboli.] At illi accepta pecunia fece-
runt sicut erant edocti.] Non est mirum si milites corrupti fue-
runt pro pecunia, quia & vnꝰ de discipulis eius corruptus erat,
Ecclesiast. 9. Auaro nihil est scelestius. [Et diuulgatum est.]
Et non solum vsquequo fuit scriptũ hoc, sed etiam vsque nunc.
[Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam &c.] Supra
auditum est quomodo notitia resurrectionis peruenit ad disci-
pulos ex reuelatione mulierum. Hic quomodo ex eius visione.
Et diuiditur, quia primo ponitur Christi apparitio: secundo,
apparentis instructio, secunda ibi. [Et accedens Iesus &c.]
Circa primum tria facit. Primo, describitur locus visionis:
secundo, visio: tertio, officiũ. Dicit ergo. [Vndecim autem
discipuli &c.] quia obedientes Christo abierunt in Galilæã.
Quòd dicit, vndecim, intelligendum quòd Iudas abierat, Ioa. 6.
Duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus est. Sed duo
sunt notanda, quòd Christus videtur in Galilæa, & quòd in
monte, Galilæa interpretatur transmigratio. Per hoc signatur
quòd nullus potest videre deum, nisi ex duplici transmigratione
trãsferatur, scilicet a vitio ad virtutem, supra 5. Beati mundo
corde, quoniam ipsi deum videbunt. Item, a mortalitate ad
immortalitatem, vnde dicit Apostolus, Phil. 1. Coarctor autem
e duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Item,
visus est in monte ad signandum quòd qui vult videre deum,
oportet quòd tendat ad celsitudinem iustitiæ, psal. 83. Ibunt
de virtute in virtutem. Item, quòd in monte, significat excel-
lentiam illam, ad quam exaltatus est per resurrectionem: quia
dum fuit in mundo, fuit in valle mortalitatis, & ascendit in
montem immortalitatis per resurrectionem, Esa. 2. Eleuabitur
super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et notate quòd
apparet eis. [in loco ubi constituerat,] in quo signatur obe-
dientia, quia soli obedientes ueniunt ad uisionem diuinam, in
Ioa. 15. Si diligitis me, mandata mea seruate, & sequitur. Et
ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, psal. 118. A man
datis tuis intellexi, idest, ab obseruatione mandatorum, vnde,
in ueteri lege nemo poterat ascendere in montem. Noua lex
supplet, & necessarium fuit quòd eis apparuerit, quia testes
debebant

debebant ad tantum opus dari, sed ipse dedit testes non solum
de auditu, sed, etiam de visu, 1. Ioan. 1. Quod vidimus, &
audiuimus, hoc testamur: sed quæstio est, quando fuit facta hæc
apparitio, et secundum quòd August. dicit. In prima die re-
surrectionis non, quia in sero fuit visio, vbi Thomas non erat.
Item, nec infra octa
uam, aut in octaua
die, quia in Hieru-
salem fuerunt octo
diebus. Nec possu-
mus dicere, q̃ sta-
tim post octo dies, quia cõeradiceremus Ioanni, qui dicit, quòd
quando manifestauit se ad mare Tyberiadis, iam tertio mani-
festatus est Iesus, & hoc hic non est tertio, sed post hanc tertiã
facta est. [Et videntes.] Notandum quòd considerantium dei
magnalia duo sunt genera, quia quidam habent illa in reuerẽ-
tia, vnde Abraham dixit, Gen. 18. Loquar ad dominum meum
cum sim puluis & cinis, & Iob 9. Quantus sum ego vt re-
spondeam ei, & loquar verbis meis cum eo &c. & sequitur,
ideo me reprehendo, & ago pænitentiam in fauilla & cine-
re. Item, hæc reuerentia reperitur in angelis, Apocalyp. 7.
quòd omnes angeli ceciderunt in cõspectu throni in facies suas,
& adorauerunt deum, & hoc est, quia quanto magis aliquis
eum cognoscit, eo magis reuereturr eum, sed aliqui in infideli-
tatem vertuntur. Volunt enim omnia adæquare suo intelle-
ctui, vnde quæcumque non intelligunt, blasphemant, sic fuit
de discipulis, quia [Et videntes eũ adorauerunt &c.] psal. 131.
Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. [Quidam autem
dubitauerunt.] ideo dominus tradidit se palpandum, vt di-
citur Lucæ 24. [Et accedens Iesus.] Hic ponitur instructio
facta a Christo. Et tria sunt consideranda. Primo, potestatem
denuntiat: secundo, officium iniungit: tertio, auxilium fu-
turum promittit. secunda ibi. [Euntes &c.] tertia ibi. [Ecce
ego &c.] Dicit ergo. [Et accedens &c.] Discipuli dispartiti
erant, quia quidam eum in reuerentiam, habebant, quidam
autem dubitabant, ideo indigebant vtroque, scilicet, quòd ma-
nifestaret se, & quòd confortaret eos. Sic accessit ad totum po-
pulum, Esa. 9. Populus gentium qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam. Item, nuntiauit potestatem. [Data
est mihi omnis potestas &c.] Et sicut dicit Hieronymus. Data
est potestas ei qui a populo ante crucifixus est. Potentia dei nĩ-
hil aliud est quàm omnipotentia, & hæc data non est Christo,
quia non conuenit Christo secundum humanitatem. Conue-
nit autem ei aliquid & secundum quòd homo, & secundum
quòd deus, vnde in Christo secundum quòd homo est scientia,
voluntas, & liberum arbitrium, & similiter secundum quòd
deus. Duplex ergo in Christo est voluntas, scilicet creata, &
increata. Potest ergo argui, quòd duplex est potentia, & du-
plex scientia &c. Est ergo quæstio, quare sicut communicatur
ei omnis scientia, quare non omnipotentia? Ratio est ista.
Scientia & cognitio est secundum assimilationem cognoscentis
ad cognitum, quia sufficit quòd species cognitorum sit in cogno
scente aliquo modo, vel quòd ita per essentiam cognoscat, vel
quòd sint inditæ, uel ita quòd accipiantur a rebus: qualiter-
cumque sint, sufficit ad cognitionem, ideo non oportet quòd
essentia sit omnium, sed quòd sit capax omnium. Hoc autem
est esse receptionis infinitæ, sicut materia prima: sed potentia
actiua sequitur actum, quia quantum est actu, tantum habet
agere, ideo qui habet omnipotentiam actiuam, habet potentiã
ad actum omnium. Hoc autem nõ est, nisi quia habeat poten-
tiam infinitam, quod non conuenit Christo inquantum ho-
mo, sed solum inquantum deus, quid ergo dicit quòd [mihi
est data omnis potestas &cæt?] Notandum secundum Hila-
rium, quòd datio potest intelligi sue quantum ad diuinitatem,
quia pater ab æterno suam essentiam communicauit filio, &
quia sua essentia est sua potentia, ideo ab æterno dedit suam po
tentiam: vel potest etiam referri ad Christum secundum hu-
manitatem. Sed intelligendum quòd humanitas Christi aliquid
accepit gratia vnionis, & hæc sunt omnia quæ sunt deo pro-
pria. Aliquid autem accepit consequens vnionem, vt plenitu-
dinem gratiæ, & huiusmodi, & est quasi effectus unionis,
Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum a patre plenum gra-
tiæ & veritatis. In omnibus ergo his quæ iniuit Christo gra-
tia vnionis, non oportet quòd omnia dicantur secundum du-
plicitatem, sed in aliis quæ consequuntur: vnde dico quòd
potentia est data, non quia alia potentia sit data, sed data est
secundum quod est vnita verbo, vt filio dei per naturam, sed
Christo per gratiam vnionis. Sed quare magis dicit post re-
surrectionẽ, Data est mihi omnis potestas, quàm ante resurre
ctionem? Dicendum quòd in scriptura dicitur aliquid fieri,
quando primo innotescit, sic ergo ante resurrectionem non

verbum istud apud Iudæos vsque
in hodiernum diem. Vndecim au-
tem discipuli abierunt in Galilæam

fuit ita manifestata omnipotentia, licet eam habuit, sed tunc
fuit maxime manifestata, quando potuit totum mundum con-
uertere. Possumus & aliter dicere, quòd potestas significat
quendam honorem præsidentiæ, sicut dicimus homines in po-
tentatibus, & sic accipitur hic potestas. Constat autem quòd
Christus q̃ ab æter
no habebat regnum
mundi, vt dei fi-
lius, executionem
accepit ex resurre-
ctione, quasi dicat.
Iam sum in possessione. De ista habetur, Daniel 7. Iudicium
sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsq;
in finem. Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni
detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum, regnum sem-
piternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient, vn-
de intelligitur quædam præsidentia actualis: sicut si exalta-
retur filius ad exercitium potestatis quam naturaliter habe-
bat, Apocalyp. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere
virtutem & diuinitatem &c. [Euntes autem &cæt.] Hic in-
iungit officium, et triplex iniungit officium. Primo, docen-
di: secundo, baptizandi: tertio, officium informandi quantum
ad mores. Dicit ergo. [Euntes &c.] Et hoc sic sequitur, quasi
dicat. Data est mihi omnis potestas a deo, quòd non solum
Iudæi, sed etiam gentes conuertantur ad me, ideo quia tem-
pus est. [Euntes &c.] Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego
mtitto vos. Et Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mi-
hi pater meus regnum &c. Et dicit. [Euntes ergo docete.]
Quia hoc est primum, in quo debemus instrui, scilicet in fide,
quia sine fide impossibile est placere deo, Ad Hebr. 11. Et ex
hoc inoleuit in ecclesia, quòd primo catechizat baptizandos,
idest, instruit in fide, & potestate accepta mittit ad omnes
gentes. Et hoc est quod dicit. [Docete omnes gentes] Dedi
te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum ter-
ræ, Esaiæ 49. Et postquàm docti sunt de fide, dat officium ba-
ptizandi. [Baptizantes eos &c, quasi diceret. Qui ad dignita-
tem promouetur, oportet quòd primo notificetur ei dignitas, vt
ei post reuerentia habeatur, Ad Gala. 3. Quicumq; in Christo
baptizati estis, Christum induistis. Sed quæ est forma baptis-
mi? [In nomine patris, & filii, & spiritus sancti.] In Christo
duo sunt, humanitas, & diuinitas. Humanitas est via, non fi-
nis, Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita: ueritas, tan-
quàm finis contemplatiuæ: uita, tanquàm finis actiuæ. Non
volo quòd in via, scilicet in humanitate maneatis, sed vlte-
rius transeatis ad diuinitatem, ideo oportet, quòd duo signa-
rentur, & humanitas, & diuinitas. Per baptismum humani-
tas, Ad Rom. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptis-
mum in mortem &c. et per formam verborum, diuinitas, ita
quòd sanctificatio est per diuinitatem. Et ideo dicit. In nomi
ne patris, & filii &c. Et ratio est, quia per baptismum fit re-
generatio, & in regenerationе tria requiruntur. Primo, cui
fiat: secundo, per quem: tertio, quo. Cui scilicet deo patri,
vt dicit Apostolus, Roman. 8. Quos præsciuit, hos & prædes-
tinauit conformes fieri imaginis filii sui. Et Ioan. 1. Dedit eis
potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Per
quem, quia per filium. Gal. 3. Misit deus filium suum, vt
adoptionem filiorum reciperemus, quia per adoptionem ad na
turalem filium sumus filii. Item, quo, quia accepimus do-
num spiritus sancti, Ad Rom. 8. Non accepistis spiritum serui-
tutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filio-
rum Dei, ideo oportuit fieri mentionem de patre, filio, & spi-
ritu sancto. Et ista in baptismo Christi fuerunt, quia fuit fi-
lius per quem, pater a quo, & spiritussanctus in columba. Et
dicitur in nomine, idest, in inuocatione nominis. Vel in vir-
tute nominis, quia virtutem habet, Hiere. 14. Tu autem in
nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne
derelinquas nos. Item dicit, in nomine, non in nominibus,
& confunduntur hæreses, quæ non ponunt distinctionem, in
hoc quod dicit. In nomine patris, & filii, sed confunditur
Arrius per hoc, quòd in singulari dicit. In nomine. Notan-
dum quòd in primitiua ecclesia baptizabatur in nomine Chri-
sti, & hoc vtredderetur nomen venerabile, sed numquid mo-
do sufficeret? Credo quod non, quia extrema requiritur inuo-
catio trinitatis. In Christo continetur implicite trinitas, sic er-
go inducit vt eos instrueret ad baptismum. Sed contra Apo-
stolus dicit, quòd non misit eum deus baptizare, sed euange-
lizare, sed baptizare per alios, sicut Christus non baptizabat,
sed discipuli eius. [Docentes eos &c.] Sed numquid sufficit
ad salutem credere & baptizari? Non. Immo etiam requiri-
tur instructio morum, ideo dicit, Docentes seruare omnia quæ-
cumque &c. psalm. 118. Tu mandasti mandata tua custo-
diri

diti nimis, & dicit quæ mandaui, non quæ consului. Vnde in Matth. Quæ vobis dico, omnibus dico. Tunc ponit tertium. [Et ecce ego vobiscum sum &cæt.] Hic promittit auxilium: quare respondet dicentibus. Tu mandas quòd doceamus omnes, non sumus sufficientes. Non timeatis, quia ego vobiscum sum. Et notate quòd sicut mãdatum ponitur trãsire in omnes, sic & auxiliũ, quia promittit Apostolis, & aliis simile exequẽtibus, vnde ipse ad patrem orans dicit.

dens Iesus, locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

A bus vsque ad consummationem sæculi.] Non sic dicit, vt quasi post non sit nobiscum, nisi vsque ad consummationem sæculi, sed quia tunc erimus per consummationem in gloria, Apocalyp. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt; & ipse deus cum eis erit eorum deus, vnde etiam Esaiæ 7. dicitur, quòd vocatur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscũ deus, [vsque ad consummationem sæculi.]

Non pro eis autem rogo tantum, scilicet discipulis, sed & pro his qui crediturí sunt per uerbum eorum in me, Ioann. 17. vnde omnibus communiter promittit, Ioan. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Item, per omne tempus, vnde dicit. [Omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.] quasi dicat, generatio fidelium fortior est quàm mundus. Non enim peribit mundus, donec omnia fiant, idest, ecclesia fidelium consummetur, & compleatur numerus electorum a deo in vitam æternam, cui est honor & potestas per infinita sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L.

Omnes sunt Quaterniones, præter L qui est Quinternio.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI IN EVANGELIVM BEATI IOANNIS EVANGELISTAE EXPOSITIO:

Prologus S. Thomæ.

Verba proposita sunt contemplantis, & si capiantur quasi ex ore Ioannis euãgelistæ prolata, saris pertinet ad declarationẽ huius euangelij. Vt enim dicit Aug. in libro de Consensu euangelistarũ. Ceteri euangelistæ informant nos in eorũ euangeliis, quantum ad vitam actiuam; sed Ioannes in suo Euangelio informat nos, et quantum ad vitã contemplatiuã. In verbis autẽ propositis describit contẽplatio Ioannis tripliciter; secundũ q̃ dñm Iesum est tripliciter contẽplat⁹.

PROLOGVS.

Vidi dominũ sedentẽ sup̃ solũ excelsum, & eleuatũ: & plena erat omnis terra a maiestate eius, & ea quæ sub ipso erãt, replebant templum. Isa. 6.

Describitur autẽ alta, ampla, & pfecta. Alta quidẽ: quia [Vidi dñm super solium excelsum & eleuatũ.] Ampla quidẽ: quia [plena est omnis terra a maiestate eius.] Perfecta: quia [ea quæ sub ipso, &c.] Circa primum sciendũ, q̃ altitudo, & sublimitas contemplationis consistit maxime in contẽplatione, & cognitione Dei. Isa. 40. Leuate in excelso oculos vestros, & videte quis fecit hæc. Tũc ergo homo oculos cõtemplationis in excelso eleuat, qñ videt, & contemplatur ipsum rerum omnium creatorẽ. Quia ergo Ioannes crescendit quicquid creatum est. s. ipsos montes, ipsos cœlos, ipsos angelos: & peruenit ad ipsum creatorẽ omnium: vt dicit Aug. manifestũ est, q̃ contẽplatio sua altissima fuit. Et ideo dicit. [Vidi dñm.] Et quia sicut ipse Ioãnes dicit. Ioan. 12. Hæc dixit Isaias, qñ vidit gloriam eius, scilicet Christi: & locutus est de eo. Ideo dñs sedens super solium excelsum & eleuatum, Christus est. In hac autem contemplatione Ioannis circa verbum incarnatum, quadruplex altitudo designatur. Auctoritatis; vnde dicit. [Vidi dñm.] Aeternitatis, cum dicit [sedentem.] Dignitatis, seu nobilitatis naturæ: vnde dicit [super solium excelsum,] & Incomprehensibilis veritatis, cum dicit [& eleuatum.] Istis enim quatuor modis, antiqui Philosophi ad dei cognitionem peruenerunt. Quidam enim per auctoritatẽ Dei, in ipsius cognitionẽ peruenerunt, & hæc est via efficacissima. Videmus enim ea, quę sunt in rebus naturalibus propter finem, & agere, & consequi vtiles & certos fines, & cũ intellectu careant, seipsa dirigere non possunt, nisi ab aliquo dirigente per intellectum dirigantur, & moueantur. Et hinc est, q̃ ipse motus rerũ naturalũ in finẽ certũ, indicat esse aliquid altius, quo naturales res dirigunatur in finẽ, & gubernantur. Et ideo, cũ totus cursus naturæ, ordinate in finẽ procedat & dirigatur, de necessitate oportet nos ponere aliquid altius, qđ dirigat ista: & sicut dñs gubernat, & hic est Deus; & hæc gubernandi auctoritas in verbo Dei demonstratur, cum dicit [dñm.] vnde in Psal. 88. dicitur. Tu dñaris potestati maris: motum autẽ fluctuum eius, tu mitigas, &c. q. d. Tu es dñs & vniuersa gubernas. Hanc cognitionẽ manifestat Ioannes se habere de verbo, cum dicit. [In propria venit] .i. in mundũ. quia totus mundus est suus proprius. Alij vero venerunt in cognitionẽ Dei ex eiũ æternitate. viderunt enim, q̃ quicquid est in rebus, est mutabile, & quãto aliquid est nobilius in gradibus rerum, tanto minus habet de mutabilitate, puta, inferiora corpora sunt ẽm substantiam, & ẽm locum mutabilia, corpora vero cœlestia, quæ nobiliora sunt, secundum substantiam immutabilia sunt: secundum autẽ locum tantum mouentur: Secundum hoc ergo euidenter colligi potest, quòd primũ principiũ omnium rerum, & supremum & nobilius, sic immobile, & æternum. Et hanc ęternitatẽ verbi Propheta insinuat, cum dicit [sedentem] .i. absque omni mutabilitate, & æternitate præsidentẽ. Psal. 44. Sedes tua deus in sęculum sęculi. Heb. vlt. Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in sęcula. Hanc ęternitatẽ Ioannes ostendit dicens. [In principio erat verbum.] Quidam autẽ venerunt in cognitionẽ Dei, ex dignitate ipsius dei, (& isti fuerunt Platonici.) Considerauerunt enim, quòd omne illud, quod est secundum participationẽ, reducitur ad aliquid, quod sit illud per suam essentiam, sicut ad primum & ad summum, sicut omnia ignita, per participationem reducuntur ad ignẽ, qui est per essentiam suam talis. Cum ergo omnia quæ sunt, participent esse, & sint per participationẽ entis, necesse est esse aliq̃d in cacumine omniũ rerum, quod sit ipsum esse per suã essentiã, idest, q̃ sua essentia sit suum esse. Et hic est Deus qui est sufficientissima, & dignissima & perfectissima causa totius esse, a quo omnia quæ sunt, participant esse. et huius dignitas ostẽditur, cum dicitur [super solũ excelsum,] quod secundũ Dionysiũ, ad diuinam naturã refertur. Psal. 121. Excelsus super omnes gẽtes Dñs. hanc dignitatem ostendit nobis Ioannes, cũ dicit [& Deus erat verbũ.] quasi verbum erat Deus: vt li. [verbũ] ponatur ex parte suppositi. & [Deus] ex parte appositi. Quidã aũt venerũt in cognitionem Dei, ex incõprehensibilitate veritatis. Omnis enim veritas, quam intellectus noster capere potest, finita est, quia secundum Aug. Omne quod scitur, scientis cõprehensione finitur, & sic finitur, est determinatum & particularizatum, & ideo necesse est primam & summam veritatem, quæ superat omnẽ intellectum, incõprehensibilẽ, & infinitã esse, & hoc est Deus: vnde in Psal. 8. dicitur. Eleuata est magnificentia tua super cœlos. i. super omnem intellectum creatum, angelicum, & humanum. Et hoc ideo, quia vt dicit Apostolus. Lucem habitat inaccessibilem 1. Timo. vlt. huius autẽ incõprehensibilitas veritatis ostẽditur nobis, cũ dicit [& eleuatũ] .s. sup̃ omnẽ cognitionẽ intellectus creati, & hãc incõprehensibilitatem insinuat nobis Ioãnes, cũ dicit in j. Can. ca 4. Deũ nemo vidit vnquã. Sic ergo contẽplatio Ioannis alta fuit, & quãtum ad auctoritatem, & quantum ad ęternitatem, & quantum ad dignitatem, & quantum ad verbi incomprehensibilitatẽ, quã nobis in suo Euãgelio tradidit Ioannes. Fuit etiã ampla: tunc enim contẽplatio ampla est, qñ in causã potest aliquis considerare omnes effectus ipsius causæ. quando. s. nõ solum essentiã causæ, sed etiam virtutem eius secũdum quam se ad multa diffundit, cognoscit. De qua diffusione dicitur Eccl. 24. Qui implet quasi Phison sapientiã, & quasi Tigris in diebus nouorum. Psal. 64. Flumen dei repletum est aquis: quia diuina sapientia altitudinẽ habet quãtum ad cognitionẽ omnium rerum. Sap. 9. Ab initio est tecum sapientia, quæ nouit opera tua. Quia ergo Ioannes euãgelista eleuatus in contemplationẽ naturæ diuini verbi & essentiæ est, cum dicit. [In principio erat verbum; & verbum erat apud Deum.] statim virtutem ipsius verbi, ẽm quòd diffundit se ad omnia nobis insinuat, cum dicit [Omnia per ipsum facta sunt] Ideo contẽplatio sua ampla fuit. & ideo in auctoritate præmissa, postquam dixerat Propheta [Vidi dñm sedentẽ.] subiũgit de virtute ei⁹. [& plena erat omnis terra a maiestate eius.] .i. tota plenitudo rerũ & vniuersi est a maiestate ei⁹, & virtute Dei, per quẽ omnia facta sunt, & cuius lumine omnes homines venientes in hunc mundum, illuminantur. Psal. 23. Dñi est terra, & plenitudo eius. Fuit etiam contemplatio eius perfecta: tunc enim contemplatio perfecta est, quando contemplans perducitur, & eleuatur ad altitudinem rei contemplatæ. Si enim remaneret in infimis, quantumcumq; alta ipse contemplaretur, non esset contẽplatio perfecta. Ad hoc ergo quòd sit perfecta, oportet quòd ascendat, & consequatur ipsum finẽ rei contemplatæ, inhęrẽdo & assentiendo per affectum, & intellectum veritati contemplatæ Iob. 37. Nunquid nosti semitas nubium, idest contemplationes prędicantium, quòd perfectę sunt? quantum firmiter p̃ affectum, & intellectum, inhęrent summę veritati contemplatæ. Quia ergo Ioannes non solum docuit quomodo Christus Iesus, uerbũ Dei, est deus sup̃ omnia eleuatus: & quomodo omnia p̃ ipsum facta sunt: sed etiã quòd per ipsum sanctificamur, & ei per gratiã quã nobis infundit, inhæremus, dicit. De plenitudine eius omnes accepimus, gratia pro gratia: Ideo apparet, quòd sua contemplatio perfecta fuit: & hæc perfectio ostenditur, cum subdit. [Et ea quæ sub ipso erãt replebant tẽplum.] nã sicut dicitur j. Cor. 11. Caput Christi deus. Quæ ergo sub Chto sunt, sacramẽta sunt humanitatis, q̃ quæ fideles replentur plenitudine gratiæ. Sic ergo ea quæ sub ipso erant, replebant tẽplum. i. fideles qui sunt tẽplũ Dei sanctũ, sicut dr. 1. Cor. 3. inquantum per ipsius sacramẽta humanitatis, fideles Christi, oẽs de plenitudine

tudine gratię ipsius accipiũt. Fuit ergo Ioãnis cõtemplatio ampla, alta, & perfecta. Sed notandũ, q̃ diuersimode diuersæ scientiæ istos tres modos contẽplationis sortiũtur. Perfectionẽ namq; contẽplationis habet scientia moralis, quæ est de vltimo fine, Plenitudinem autẽ scientia naturalis, quę res a Deo procedẽtes cõsiderat. Altitudinẽ vero contemplationis inter scientias Physicas, hẽt Metaphysica. Sed euãgelistã Ioannis, quæ diuisim scientiæ prędictæ habẽt, totũ simul cõtinet, & ideo est perfectissimũ. Sic ergo ex præmissis colligit materia huius Euãgelii, qa cũ Euãgelistæ alij tractẽt principaliter mysteria humanitatis Christi; Ioãnes specialiter, & præcipue diuinitatẽ Christi in Euãgelio suo insinuat: vt supra dictũ est, nec tamẽ præterm isit mysteria humanitatis. quod ideo factũ est, qa post quã alij Euãgelistę sua euãgelia scripserũt: insurrexerũt hęreses circa diuinitatẽ Christi quę erãt, q̃ Christus erat purus homo, sicut Ebyon, & Cherintus falso opinabãt. Et ideo Ioãnes euãgelista, q̃ veritatẽ diuinitatis verbi ab ipso fonte diuini pectoris hauserat ad prẽces fidelis Euãgelii istud scripsit in quo doctrinã de Christi diuinitate nobis tradidit, & oẽs hęreses confutauit. Patet ergo ordo istius Euãgelii ex verbis præmissis. Primo.n. insinuãt nobis [Dñm sedentẽ super solũ excelsũ, & eleuatũ] In prima parte, cũ dicit [In principio erat verbũ.] In secũda vero parte insinuat, quo [omnis terra plęna est maiestate eius.] cũ dicit { oia per ipsum facta sunt } In tertia parte manifestat, quo { ea quæ sub ipso erãt, repleãtur ęnẽ plũ. } cũ ipse dicit { Verbũ caro factũ est. } Patet etiã finis huius euãgelii qui est. vt fideles templũ Dei efficiãtur, & repleãtur a maiestate Dei. Vñ & ipse Ioan. 20. Hæc aũt scripta sunt, vt credatis, &c. Patet ẽt materia huius Euãgelij, quæ ẽ cognitio diuinitatis verbi, patet ordo, patet & finis. Sequitur cõditio Authoris, quæ quidẽ de scribit in præmissis, quantũ ad quatuor, quãtũ ad nomen, quãtũ ad virtutẽ, quantũ ad figurã, & quantũ ad priuilegiũ. Quantũ ad nomẽ, qa Ioãnes, q. huius euãgelii auctor fuit. Ioãnes aũt interpretatur, in quo est gratia: qa secreta diuinitatis videre nõ possunt nisi qui gratiã Dei in se habẽt. 1. Cor. 11. dicitur. Quę sunt Dei nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Ioãnes ergo vidit dominũ sedentẽ. Quantũ ad virtutẽ, qa fuit virgo, talibus.n. cõpetit videre dominũ, Matth. 5. Beati mũdo corde. Quantũ ad figurã, qa Ioãnes figuratur p aquilã. Et hoc, qa cũ alii tres Euãgelistę circa ea quæ Christus in carne est operatus, occupati, designẽtur per animalia, quę gradiuntur in terra. f. per hominẽ, vitulũ & leonẽ. Ioãnes vero supra nebulã infirmitatis humanę sicut aquila volãs, lucẽ incõmutabilis veritatis, alẽissimis atq; firmissimis oculis cordis intuetur, atque ipsam Deitatẽ domini nostri Iesu Christi, qua patri æqualis est, intendens, eã in suo Euãgelio, quãtum inter oẽs sufficere credidit, studuit præcipue cõmendare, & de hoc volatu Ioãnis, dicitur Iob. 39. Nunquid ad præceptũ tuũ elevabitur aquila. 1. Ioannes. & infra: Oculi eius de lõge prospiciũt qa. f. ipsum verbũ Dei in sinu patris, oculo mẽtis intuetur. Quantũ ad priuilegiũ: qa inter cæteros discipulos domini. Ioãnes magis fuit dilectus a Christo. Ite est. n. discipulus ille quẽ diligebat Iesus, sicut ipsemet nõ exprimẽs nomẽ suũ Ioan. vltimo dixit. et ideo, qa amicis reuelãtur secreta, vt dicit Ioan. 15. Vos aũt dixi amicos, qa oia quæcumq; audiui, &c. secreta sua huic discipulo specialiter dilecto, specialiter cõmendauit. Vnde Iob. 36. dicit. Immanibus. i. superbis abscõdit lucẽ, Christus. f. diuinitatis suæ veritatẽ: & annũciat de ea amico suo. f. Ioãni, q̃ possessio eius sit, &c. qa ipse est, qui lucẽ verbi incarnati excellentius videns, ipsam nobis insinuat, dicens [Erat lux vera, &c. Patet ergo materia, ordo, finis, & author huius Euangelij beati Ioannis, quòd præmanibus habemus.

DIVI THOMÆ AQVINATIS
IN PROLOGVM BEATI HIERONYMI
EXPOSITIO.

IN quo intẽdit Hieronymus exprimere. f. auctorem euãgelij & ostendere, q̃ ei scribere hoc euangeliũ competebat. Diuiditur ergo in duas partes. Primo ergo describit Ioannẽ, quantum ad vitã. Secundo, quantum ad mortẽ; ibi. [Hic est Ioannes.] Circa primũ, duo, facit. Primo describit auctorem operis, quantum ad dona in vita sibi collata. Secundo, ex illis ostẽdit idoneitatẽ ad Euangelium cõscribendum, ibi [denique manifestãs.] Circa primũ duo facit. Primo ostendit præconia auctoris. Secũdo probat, ibi. [Cui virginitatis] Describit.n. auctorẽ, quantum ad nomẽ. d. [Hic est Ioãnes.] In quo gratia. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum, id qd̃ sum. Secundo, quantũ ad officium, cum dicit [Euãgelista] Isa. 41. Primus ad syon dicet; ecce adsum, & hierusalem Euangelistã dabo. Tertio, quantũ ad dignitatem, cum dicit [ex discipulis domini] Isa. 54. Ponã vniuersos filios tuos doctos a domino. Quarto, quantũ ad castitatis virtutẽ, cũ dicit. [Qui virgo.] Quinto ab electione, [est electus a domino.] Infra 15. Nõ vos me elegistis. Sexto a modo vocationis cũ dicit, q̃ [de nuptiis vocauit] ab illis. f. nuptiis ad quas est inuitatus Iesus cũ discipulis suis, vbi mutauit aquã in vinũ. Sed cõtra est, qd̃ dicitur. Mat 4. Quòd vocatus est cũ Iacobo fratre suo de naui, nõ aũt de nuptiis. Ad qd̃ dicendũ est, q̃ diuersæ fuerunt vocationes Apostolorũ. Primo.n. vocati fuerũt ad familiaritatẽ Christi: sed vltimo vocati ad discipulatũ, qñ. f. relictis omnibus, secuti sunt Iesũ. quod ergo Hieronymus dicit, intelligendũ est de prima vocatione, qua Ioãnes ad familiaritatẽ Christi de nuptiis est vocatus. quod vero Matthæus dicit, intelligendũ est de vltima vocatione, qua de naui vocauit cũ Iacobo fratre suo qñ. f. relictis omnibus, secutus est Christum. Consequenter cum dicit.

b PRobat præconiũ virginitatis Ioãnis, duplici signo. Primo, signo maioris dilectionis, & quantũ ad hoc dicit [Cui. f. Ioãni. [In hoc] .f. Euãgelio [duplex testimoniũ virginitatis datur in euangelio,] i. ex verbis euãgelii, siue quæ continentur in euãgelio [& præ cæteris discipulis a Deo dilectus dicitur.] infra 21. Hic est discipulus ille, &c. Causa aũt huius specialis dilectionis fuit mundicitia, quæ ad dilectionẽ prouocat, vt dicitur Prouerb. 22. Qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorũ, habebit amicũ regem. Secundo, probat idem signo commendationis matris, cum dicit [Et huic] scilicet Ioãni. [Dominę. f. in cruce pendẽs, matrẽ cõmendauit [vt dicit Ioan. 19.] vt virgo. f. Ioãnes [virginẽ matrẽ] cõgrue [seruaret] Deinde cũ dicit,

PROLOGVS DIVI HIERONYMI
IN EVANGELIVM IOANNIS

IC est Ioannes Euangelista, vnus ex discipulis domini, q̃ virgo a Deo electus est, quẽ de nuptiis volentem nubere, vocauit Deus.

b Cui virginitatis in hoc duplex testimoniũ datur in euangelio, & quòd præ cæteris dilectę a Deo dicit: & huic matrem suam pendens in cruce cõmendauit dominus: vt virginem virgo seruaret.

c Deniq; manifestãs in euãgelio, quòd erat ipse incorruptibilis verbi opus incho ans, solus verbum carnẽ factum esse, nec lumen a tenebris comprehẽsum fuisse, testatur primum signũ ponẽs, quod in nuptiis fecit dominus: ostendens, q̃ ipse erat: vt legentibus demonstraret, quòd vbi dominus inuitatus sit: deficere nuptiarum vinũ debeat: & veteribus immutatis noua omnia quę a Christo instituuntur, appareant. Hoc autem euangelium scripsit in Asia: posteaquàm ptibilis] fuisse testatur. Secundo, quantũ ad miraculorũ exordium. Incipit enim miraculorum ordinẽ texere, a miraculo quod Deus in nuptiis ostendit, quando scilicet aquam mutauit in vinum, vt patet Ioan. 2. in quibus vinum nuptiarum defecit: vino nouo scilicet virginitatis restituto. Et quantum ad hoc dicit [primũ signum. idest miraculũ, [quod in nuptiis fecit dominus] ponens scilicet in principio aliorum miraculorum [ostendẽs quòd ipse erat,] scilicet virgo [vt legentibus, &c. deficere vinum nup.] idest cõiugii delectatio debeat [& vetteribus immutatis.] idest antiqua aqua in nouum vinum [noua omnia, &c.] quia, scilicet, homines conuersi ad Christum, debent exuere veterem, & induere nouũ hominem: vt dicit. Coll. 3. & Apoc. 21. Dicit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Sed cõtra: videtur per hoc, quod dicit, q̃ vbi dominus inuitatus est, debeat deficere vinum nuptiarum, q̃ quicumq; Deũ amat, & diligit, debet cessare a coniugio: nõ ergo licet

cet vxorẽ ducere. Respondeo dicendum, q̃ homo inuitat a Deo dupliciter quãtum ad communẽ gratiam, & sic non est necesse deficere vinũ nuptiarũ, & quantum ad speciale contemplationis fastigium, & sic oportet deficere vinum nuptiarũ. Cuius rationẽ Apostolus assignat. 1. Cor. 7. Quia mulier, quæ nupta est, cogitat quõ placeat viro: & ideo oportet, q̃ ab actu cõtẽplationis impediat, quæ autem nupta non est, cogitat quomodo placeat Christo. Vel dicendum, q̃ diligentibus Deum, & habentibus ipsum p gratiã, deficere debet vinum nuptiarũ ab effectu vini, vt. f. non inebriatur delectatione carnali, quæ tãta posset esse, & cum tãta libidine exerceri, q̃ etiam in coniugatis eẽt peccatũ mortale. Tertio quantũ ad ordinem descriptionis libri. Nã post omnes alios libros sacræ scripturę hoc euãgeliũ est scriptum.] Cũ enim canonica scriptura incipiat a libro. Gen. & terminet in Apocalypsim. Euangeliũ istud cõscriptum fuit, [postquam] Ioannes reuocatus est [a Pathmos insula Asiæ,] vbi ad præces Episcoporum Asiæ hoc scripsit euangelium. Nõ tamen ordinat vltimo, licet vltimo scripserit. Ex quo congruentia scribendi Euangelium ostendit [Vt cui in principio canonis] idest sacræ scripturæ vbi dr. In principio creauit Deus cęlũ & terrã [incorruptibile principium prænotatur, ei etiam incorruptibilis, &c. in Apocal. &c.] quantum ad ordinem librorum nõ quantum ad ordinem scripturę. Deinde cum dicit.

d DEscribit auctorẽ, & circa hoc duo facit. Primo ponit pręconia suæ laudis, quantum ad mortẽ. Secundo, concludit ex his congruentiã ordinis huius euangeliiibi. [Tamen post omnes.] Priuilegium aũt mortis admirabile, & speciale est, quia nullum dolorẽ sensit in morte, & hoc Deo facienteſ vt quia corruptione carnis extitit penitus alienus: esset a dolore mortis extraneus. Congruentiam auctoris ad fidẽ ostendit, dicens.

e IN libris sacrę scripturę duplex ordo cõsideratur, scilicet temporis quo scripti fuerunt, & alius dispositionis quo in Biblia ordinantur.

SANCTVM IESV CHRISTI
EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM,
Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.
LECTIO PRIMA.

VAngelista Ioannes (sicut dictum est) intendit principaliter ostendere diuinitatem verbi incarnati. Et ideo diuiditur istud euangelium in partes duas. Primo enim insinuat Christi diuinitatem. Secundo, manifestat ea, per ea quæ Christus in carne fecit, & hoc. 2. cap. [Et die tertia.] Circa primum duo facit. Primo proponit Christi diuinitatem. Secundo, ponit modũ, quo Christi diuinitas nobis innotuit ibi. [Et vidimus gloriã eius &c.] Circa primum, duo facit. Primo, agit de diuinitate Christi. Secundo, de verbi Dei incarnatione. ibi. [Fuit homo missus a Deo.] Quia vero in vnaquaque re sunt cõsiderãda duo, scilicet esse, & opatio, siue virtus ipsius: ideo primo agit de esse verbi, quantũ ad naturam diuinam. Secundo, de virtute seu operatione ipsius, ibi. [Omnia per ipsum facta sunt.] Circa primũ quatuor facit: primo ostendit, quando erat verbũ, quia [in principio erat verbũ.] Secundo, vbi erat, quia [apud Deũ.] Vnde dicit. [Et verbũ erat apud Deũ] Tertio quid erat: quia Deus. Vnde subiũgit [& Deus erat verbũ.] Quarto quomodo erat qa [hoc erat in principio apud Deũ. [Prima duo pertinent ad quæstionẽ, an est: secũda vero duo pertinent ad quæstionẽ quid est. Circa primũ autẽ videndum est, quid sit hoc, qd̃ dicitur. [In principio erat verbũ. Vbi tria diligenter inquirenda } concurrũt, secundũ tres dictiones huius orationis. Et primo, quid sit hoc quod dicitur [Verbum.] Secũdo quod sit hoc, qd̃ dicit [In principio.] Tertio quod sit hoc quod dicit. [Verbum erat in principio.] Ad intellectũ autem huius nominis [verbũ.] sciendum est, q̃ secundũ Philosophum: ea quæ sunt in voce, sunt signa earũ, quæ sunt in aia passionũ. Consuetũ est aũt in scriptura, q̃ significata nominanẽ nominibus signorũ: sicut illud 1. Cor. 9. Petra autẽ erat Christus. De necessitate autẽ oportet, q̃ illud intrinsecum aiæ nostræ, qd̃ significat exteriori verbo nostro, verbũ vocetur. Vtrũ aũt p prius conueniat nomẽ verbi, rei exteriori voce prolatæ, vel ipsi cõceptioni mentis: nihil refert ad præsens. Planũ est tũ, q̃ illud, quod voce significat, interius existens in anima, prius est q̃ ipsum verbũ exteriori voce prolatũ: vtpote causa eius existens. Si ergo volumus scire qd est interius verbũ mẽtis, videamus quid significat, quod exteriori voce profertur. In intellectu aũt nostro sunt tria. f. ipsa potẽtia intellectus, species rei intelligibilis, & ipsum intellectum, & ipsum verbũ. Potẽtia aũt intellectus, quæ est forma eius se habẽs ad ipsum intellẽm, sicut species coloris ad pupillam, et tertio ipsa operatio intellẽs, quæ est intelligere. Nullũ autẽ istorũ significatur verbo, exteriori voce prolato. Nam hoc nomẽ lapis, nõ significat substantiã intellẽs: quia hoc non intendit dicere nominãs. Nec significat specie, quæ est, quo intellẽs intelligit, cũ etiam hoc nõ sit intentio nominantis. Non significat etiã ipsum intelligere, cũ intelligere nõ sit actio exterius progrediens ab intelligere, sed in ipso manens. Illud ergo proprie dicit verbũ interius, quod intelligens intelligẽdo format. Intellectus autẽ duo format, secundum duas eius operationes. nã secundum operationẽ suam, quę dicit indiuisibilium intelligentia, format diffinitionẽ. Secundũ vero operationẽ suam qua cõponit, & diuidit, format enunciationẽ, vel aliquid huiusmodi: & ideo illud sic formatũ, & expressum per operationẽ intellectus, vel diffinientis, vel enunciãtis, exteriori voce significatur. vnde dicit Philosophus, q̃ ratio, quã significat nomẽ, est diffinitio. Istud ergo sic expressum. f. formatũ in anima, dicit verbũ interi? & ideo cõparatur ad intellectũ nõ sicut quo intellectus intelligit: sed sicut quo intelligit, qa in ipso expresso, & formato, videt naturã rei intellectæ. Sic ergo habemus significationẽ huius nominis [verbũ.] Secundo, ex his quę dicta sunt cõcipere possumus, q̃ verbum semp est aliud, pcedẽs ab intellectu in actu existẽte. Iterũ, q̃ verbũ semp est ratio, & similitudo rei intellectæ. Et si quidẽ eadẽ res sit intelligẽs, & intellecta, tũc verbum est rõ, & similitudo intellectus, a quo procedit. Si autẽ sit aliud intelligens & intellectũ, tunc verbum nõ est similitudo, & ratio intelligentis: sed rei intellectæ: sicut conceptio quã aliquis habet de lapide, est similitudo lapidis tantum. Sed quãdo intellectus intelligit se, tunc huiusmodi verbũ est similitudo, & ratio intellectus. Et ideo Augu. ponit similitudinem: Trinitatis in anima, secundũ q̃ mẽs intelligit seipsã non autem secundum q̃ intelligit alia. Patet ergo, q̃ in qualiber natura intellectuali necesse est ponere verbum. Quia de ratione intelligendi est, quòd intellectus intelligendo aliquid formet. Huius autem formatio, dicitur verbum, & ideo in omni intelligente oportet ponere verbũ. Natura aũt intellectualis ẽ triplex. f. humana, angelica, & diuina: & ideo triplex est verbũ. f. humanũ de quo in Ps. 15 Dixit insipiẽs in corde, &c. Est & angelicũ de quo Zach. 1. & in mul

1. Pet. 1. c. 2

De Tri. l. 9. ca. 5.

eis locis sacræ scripturæ dicitur; Dixit Angelus, &c. Tertiũ est verbum diuinum, de quo Genes. 1. Dixit Deus, Fiat lux, &c. Cum ergo Euangelista dicit. [In principio erat verbum] non intelligi potest de humano, vel angelico verbo; quia vtrumque istorum verborum est factum: cum homo, & angelus habeant sui esse, & operationis principium, & causam; verbum aũt hominis, vel angeli, non potest præexistere eis. de quo autem verbo intellexerit Euangelista, declarat per hoc, quòd dicit, hoc verbum non esse factum. Cum omnia sint facta per ipsum, hoc autem est verbum Dei, de quo Ioannes hic loquitur. Sciendum est autem, quòd hoc verbum differt a nostro verbo in tribus. Prima differentia est, secundum Aug. quia verbum nostrum prius est formabile, quàm formatum, nam cum volo cõcipere rationem lapidis, oportet quòd ad ipsam ratiocinando perueniam: & sic est in omnibus alijs, quæ a nobis intelliguntur. Nisi forte in primis principijs, quæ cum sint simpliciter nota, absque discursu rationis statim sciuntur: quandiu ergo, sic ratiocinando, intellectus iactatur hàc, atque illàc: nec dum formatio perfecta est, nisi quando ipsam rationẽ rei perfecte conceperit: & tunc primo habet rationem rei perfecte. & tunc primo habet rationem verbi. Et inde est, quòd in anima nostra est cogitatio, per quam significatur ipse discursus inquisitionis, & verbum, quod est iam formatum secundum perfectam contemplationem veritatis. Sic ergo verbum nostrum primo est in potentia, quàm in actu: sed verbum Dei semper est in actu: & ideo nomen cogitationis verbo Dei proprie non conuenit. Dicit enim August. 15. de Trin. ita dicitur verbum Dei: vt cogitatio non dicatur, ne quid quasi volubile credatur in Deo. Id autem quod Anselm. dicit, scilicet. Dicere summo spiritui nihil aliud est, quàm cogitando intueri, improprie dictum est. Secunda vero differentia verbi nostri, ad verbum diuinum est: quia verbum nostrum est imperfectũm: sed verbum diuinum est perfectissimum: quia enim nos non possumus omnes nostras conceptiones vno verbo exprimere: ideo oportet, quòd plura verba imperfecta formemus, per quæ diuisim exprimamus omnia quæ in scientia nostra sunt. In Deo autem non est sic. Cum n. intelligat, & seipsum etiam, & quicquid intelligit per essentiam suam vno actu: vnicum verbum diuinum est expressiuum totius quod in Deo est: non solum personarum, sed etiam creaturarum: aliàs esset imperfectum. vnde dicit Aug. si aliquid minus esset in verbo, quàm in dicentis scientia continetur: verbum imperfectum esset, sed constat q̃ est perfectissimum: ergo est tantum vnum. Iob. 33. Semel loquitur Deus, &c. Tertia differẽtia est, q̃ verbum nostrum nõ est eiusdem naturæ nobiscum: sed verbum diuinum est eiusdem naturę cum Deo; & ideo est aliquid subsistẽs in natura diuina. Nam ratio intellecta, quã intellectus videtur de aliqua re formare, habet esse intelligibile tãtum in anima nostra. Intelligere autem in anima nostra, nõ est idem quod est naturale animæ: quia anima non est sua operatio. Et ideo verbum quod format intellectus noster, nõ est de essentia animæ, sed est accidens ei, In Deo autem idem est intelligere & esse; & ideo verbum intellectus diuini, non est aliquid accidens, sed pertinẽs ad naturam eius. Vnde oportet, q̃ sit subsistens, quia quicquid est in natura Dei, est Deus. Vnde dicit Damas. q̃ Deus verbum subsistantiale est, & in hypostasi ens. Reliqua vero verba nostra. s. virtutes sunt animæ. Ex premissis etiam patet, q̃ verbum proprie loquendo, semper personaliter accipitur in diuinis, cũ non importet, nisi quid expressum ab intelligẽte. Item, q̃ verbum in diuinis sit similitudo eius, à quo procedit: & q̃ sit coæternum ei, a quo procedit: cum non prius fuerit formabile quàm formatum: sed semper in actu: & q̃ sit æquale patri, cum sit perfectum, & totius esse patris expressiuum: & q̃ sit consentaneum, & consubstantiale patri, cum sit substantia eius. Patet et, q̃ cum in qualibet natura, illud quod procedit habens similitudinẽ naturę eius, a quo procedit, vocetur filius, & hoc verbum procedit in similitudine, & identitate naturæ eius, a quo procedit: cõuenienter & proprie dicitur filius; & productio eius dicitur generatio. Sic ergo patet primũ. s. quid sit hoc, q̃d dicitur [verbũ.] Circa hoc aũt quatuor quæstiones occurrunt: duæ sunt Chriso. Prima est, cur Ioannes Euangelista patrem dimittens, cõfestim incẽpit a filio, dicẽs. [In principio erat verbum.] Ad hoc autem est duplex rãtio. Vna est, quia pater omnibus innotuerat in veteri testõ, quãmuis non in ratione patris, sed vt Deus: filius aũt ignorabatur, & ideo in nouo testamento, in quo agitur de cognitione verbi, incipit a verbo, siue filio. Alia est, quia per filiũ ducimur in notitiã patris. Io. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi, &c. volẽs ergo fideles in notitiam patris ducere Euangelista, decenter incẽpit a filio, statim subiungens de patre, cum dicit [Et verbum erat apud Deũ.] Secunda quæstio est ẽt Chriso. cum. n. sicut dictum est, verbum procedat vt filius, quare dixit verbum, & non filius? Ad hoc ẽt dupliciter respondetur. Primo, quia filius dicit aliquid genitum, & cum audimus generationẽ filij, posset quis cogitare generationẽ illam talem esse, qualem comprehendere posset. s. materialem, & passibilem, ideo ergo non dixit filius, sed verbum, quod importat intelligibilem processum, vt non intelligat materialem, & passibilem generationem illam fuisse, Ostendens igitur filium ex Deo immaterialiter nasci, destruit vitiosam suspitionem per verbi nuncupationem. Aliter, potest dici sic. Euangelista tractaturus erat de verbo, inquantum venerat ad manifestandum patrem. Vnde, cũ ratio manifestatiõis magis importetur in noie verbi, q̃ in noie filij, ideo magis est vsus nomine verbi. Tertia quæstio est Aug. in lib 83. q. quæ talis est. In Græco: vbi nos habemus verbum, habetur logos. Cum ergo logos significet in Latino rationem & verbum, quare translatores transtulerunt verbum, & non rationem, cum ratio sit quid interiscum, quemadmodum etiam verbum? Respondeo, dicẽdum, q̃ ratio proprie nominat conceptum mentis, secundum q̃ in mente est, & si nihil per illam exterius fiat, per verbum vero significatur respectus ad exteriora, & ideo, quia Euãgelista per hoc, q̃d dixit logos, nõ solum intendebat significare respectum ad existentiã filij in patre, sed etiam operationum potentiam filij, quã per ipsum facta sunt omnia, magis antiqui trãstulerunt verbum, quod importat respectum ad exteriora, q̃ ratio, quæ tũ conceptum mentis insinuat. Quarta quæstio, est Orige. quã talis est, Scriptura in pluribus locis, loquens de verbo Dei, nominat ipsum, nõ absolute verbum, sed cum additione, s. Dei, eum dicit verbum Dei: vel Domini. Ecclesiast. 1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et Apocalip. 19. Et nomen eius verbum Dei; quare ergo Euangelista, cum loquerentur hic de verbo Dei: non dixit. [In principio erat verbum Dei,] sed dixit tantummodo verbum? Respondeo, dicendum, q̃ licet sint multæ veritates participatæ, est tamẽ vna veritas absoluta, quæ per suã essentiam est veritas. s. ipsum esse diuinum. Quã veritate, omnia verba sunt verba. Eodẽ modo est vna sapientia absoluta, supra omnia eleuata. s. sapientia diuina, per cuius participationem omnes sapientes, sunt sapiẽtes. Et etiam est vnum verbum absolutum, cuius participatione omnes habentes verbum, dicũtur dicentes, Hoc autem est verbum diuinum, q̃d per seipsum est verbum super omnia verba eleuatum: Vt ergo Euangelista hanc supereminentiam diuini verbi significaret, ipsum verbum absque illa additione nobis absolute proposuit. & quia Græci, quãdo volunt significare aliquid segregatum, & eleuatum ab omnibus alijs, consueuerunt apponere articulum nomini, per quod illud significatur, sicut Platonici, volentes significare subsistantias separatas, puta bonum separatum, vel hominem separatũ, vocabant illud ly per se bonũ: vel ly per se hominem: ideo Euangelista volens significare segregationẽ, & eleuationem istius verbi super omnia, apposuit articulũ ad hoc nomen logos: vt sic dicatur in Latino, ly verbũ; Secundo considerandum est, quid significet hoc quod dicit. [In principio.] Sciendum est autem, quòd principium, secundum Orige. multis modis dicitur. Cum enim principium importet ordinem quendam ad alia, necesse est inuenire principium in omnibus, in quibus est ordo. Inuenitur autem ordo in quantitatibus, & secundum hoc dicitur principium in numeris, & longitudine, puta lineæ. Inuenitur etiam ordo in tempore, & secundum hoc dicitur principium temporis, vel durationis. Inuenitur ordo in disciplinis, & hic est duplex, secundum naturam, & quò ad nos, & vtroque modo dicitur principium. Heb. 5. Debeteris esse magistri per tempus, &c. Et hoc modo secundum naturam quidem in disciplina Christiana, initiũ & principiũ sapientiæ nostræ est Christus, inquantũ est sapiẽtia, & verbũ Dei. i. secundũ diuinitatẽ. Quo ad nos autem, principiũ est ipse Christus, inquãtũ verbũ caro factũ est. i. ẽm eius incarnationẽ. Inuenitur et ordo in productiõe rei, & ẽm hoc, principiũ dr̃ ex parte generati. s. ipsa prima pars gñati seu factiõis: sicut fundamẽtũ dr̃ principiũ domus. Vel ex parte facientis: & sic est triplex principium. s. intentionis, quod est finis, quod mouet agentem. rationis, quod est ipsa forma in mente artificis, & executionis, quod est potẽtia operans. His igitur modis de principio inquirendũ est, quõ sumatur hic principium, cũ dicit. [In principio erat verbum.] Dicendũ est igitur, q̃ potest sumi tripliciter. Vno modo, ẽm q̃ principiũ supponit pro persona filij, quod principium est creaturarũ ẽm rationem virtutis actiuæ, & per modum sapientiæ quæ est ratio eorũ quæ fiunt. Vnde dicitur. 1. Cor. 1. Christũ Dei virtutem, & dei sapiẽtiã. Vnde & Dñs de se dicit. Io. 8. Ego principiũ, qui & loquor vobis. Sic ergo accipiendo principium intelligendum est, quod dr̃ [In principio erat verbum] ac si diceret. In filio erat verbũ: vt sic sensus, ipsum verbũ est principiũ ex mõ loquendi, quo dicitur vita esse in Deo, quę tñ non est aliud, q̃ ipse Deus. & hæc est expositio Orige. Dicit ergo hic Euãgelista [In principio] vt statim in principio diuinitatẽ verbi ostenderet, vt Chrys. dicit, dũ asserit ipsum esse principiũ, quia ẽm determinationẽ omniũ, principiũ est honoratissimũ. Secũdo modo, põt accipi principiũ, prout supponit pro persona patris, quod est principiũ, non solũ creaturarũ, sed omnis diuini processus. Et sic accipitur in Psal. 109. Tecũ principiũ, &c. Secundum hoc ergo dicit [In principio erat verbũ.] ac si diceretur. In patre erat filius, & hæc est expositio Aug. & ẽt Orig. dicitur autem filius esse in patre, quia eiusdem essentię est cum patre. Cum enim filius sit sui essentia, in quocumque est essentia filij, est filius. quia ergo in patre est essentia filij per cõsubstantialitatẽ, cõueniẽs est,

est, quòd filius sit in patre: vnde. Ioan. 14. dicitur. Ego in patre, &c. Tertio modo potest accipi principium, pro principio durationis, vt sit sensus [In principio erat verbum.] idest, verbum erat ante omnia, vt Augustinus exponit, & designatur per hoc, verbi æternitas, secundum Basilium, & Hilarium: per hoc enim quod dicitur [In principio erat verbũ] ostenditur, q̃ quodcũque principium durationis accipiatur, siue rerum temporalium, quod est tempus: siue æuiternarum, quod est æuum: siue totius mundi: siue quodcumque imaginatum extensum per multa sęcula, in illo principio, iam erat verbum. Vnde Hilarius dicit 7. de Trinitate. transeuntur rẽpora: transcendũtur sęcula, tolluntur ætates, pone aliquid, quod voles tuæ opinionis principiũ verbũ iam erat: vnde tractatur, & hoc est, quod dr̃ Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Quod autem est ante durationis principium, est æternum. Sic igitur secundum primam expositionem, asseritur verbi causalitas. Secundum autem secundam, verbi consubstantialitas ad patrem, qui verbum loquitur. Secundum vero tertiam, verbi coæternitas. Consideradum est etiam hic, quod dicitur [Verbum erat] quod est temporis præteriti imperfecti: maxime videtur competere ad designandum æternam, si attendamus naturam temporis, & eorum quæ sunt in tempore. Quod futurum est, nondum est actu, præsens autem actu est, & per hoc quod est actu præsens, non designatur fuisse: præteritum autem perfectum designat aliquid extitisse & esse iam determinatum, & iam defuisse. Sed præteritum imperfectum significat aliquid fuisse, & non esse adhuc determinatum, nec defuisse, sed adhuc remanere: ideo, signanter Ioannes vbicumque ponit aliquid æternum, dicit [erat.] vbi vero dicit aliquid temporale, dicit [fuit] vt infra patebit. Sed quantum ad rationem præsentis competit maxime ad designandum æternitatem prẽsens tempus, quod signat aliquid esse in actu, quod semper conuenit æternis: & ideo dicitur Exod. 3. Ego sum qui sum, & Augustinus dicit, quòd ille solus vere est, cuius esse non nouit præteritum, & futurum. Et etiam considerãdum, quòd hoc verbum [Erat] secundum glo. non sumitur hic inquantum significat temporales motus, more aliorum verborum, sed secundũ, quòd signat rei existentiam, vnde & verbum substantiuum dicitur. Sed potest aliquis quærere, Cum verbũ sit genitum a patre, quomodo possit esse patri coæternũ, homo enim filius a patre homine genitus, est eo posterior. Ad quod dicendum est, quòd principium ori ginis inuenitur esse prius duratione, eo quod est ex principio, propter tria. Primo quidem, quia principium originis ad cuius rei, precedit tempore actionem, quia producit rem. cuius est principium, sicut non statim quando homo est, incipit scribere; & ideo tempore pręcedit scripturam. Secundo per hoc, quòd actio successionem habet, & ideo etiam si simul cũ agente incipiat, tamen terminus actionis est post agentem, sicut cum simul generatus est ignis in istis inferioribus, incipit sursum tendere: prius tamen est ignis, quàm sit sursum, quia motus quo sursum tendit, quodam tempore mensuratur. Tertio modo, eo quòd ex voluntate principii determinatur initium durationis eius, quod est in principio, sicut ex voluntate Dei, determinatur initium durationis creaturæ: vnde prius fuit Deus, quàm creatura. Nihil autem horum trium in generatione diuini verbi in uenitur: non enim Deus primo fuit, quam incœperat generare verbum. Cum enim generatio verbi nihil aliud sit, quàm intelligibilis conceptio: sequeretur, quòd Deus esset prius intelligens in potẽtia, quàm in actu, quod est impossibile. Similiter non potest esse, quòd ipsa verbi generatio sit successiua, sic enim diuinum verbum prius esset informe, quam formarum, sicut accidit in nobis, qui cogitando verba formamus, quod est falsum, vt iam dictũ est. Similiter nõ potest dici, quòd pater sua voluntate initium durationis filio suo præstituerit: quia Deus pater, non generat filium voluntate, vt Ariani dixerunt, sed naturaliter. Deus enim pater seipsum intelligendo, verbum concipit, & ideo non ante fuit Deus pater, quàm filius. Huius aliqualis similitudo apparet in igne, & in splendore procedẽte ab igne: procedit enim splendor naturaliter, & sine successione. Item, si ignis esset æternus, splẽdor eius coæternus esset, propter q̃d filius dicitur splendor patris. Hebr. 1. Qui cum sit splendor glorię. sed in hac similitudine deficit connaturalitas, & iõ nominamus eũ filium, cum tamen in humana filiatione deficiat coæternitas: oportet enim ex multis similitudinibus sensibiliũ in diuinam cognitionẽ peruenire, quia vna non sufficit, & hoc est, quod dicitur in lib. Ephesini concilii, consistere, semper patri filium: splendor enim denunciat impassibilitatem, natiuitas ostendit verbum, consubstantialitatem vero, filii nomen insinuet. Nominamus ergo filium diuersis nominibus, ad exprimendum perfectionem eius, quæ vno nomine non potest exprimi: vt enim ostẽdatur connaturalis patri, dicitur filius: vt ostendatur in nullo dissimilis, dicitur imago: vt ostendatur coæternus patri, dicitur splẽdor: vt ostendatur immaterialiter genitus, dicitur verbum. Deinde cum dicit.

A b HIc ponitur secunda clausula, quam Euãgelista ponit in sua narratione: ubi prius considerandum est significatio duorum verborum, quæ in prima clausula posita non fuerunt, scilicet [Deũ & apud.] Quid enim sit verbum, & quid principium, iam expositũ est. Hæc ergo quæ in hac secunda clausula ponuntur de nouo, scilicet [Deum, & apud.] inuestigantes, diligentius prosequamur. Et vt melius expositionẽ huius secundæ clausulæ intelligamus, dicendum est aliquid de significatione vtriusque, quantum pertinet ad propositum. Sciendum est ergo in primis: quòd hoc nomen Deus, significat diuinitatem: sed in supposito, & concrete. Hoc vero nomen deitas, significat deitatem in abstracto, & absolute: & inde est, quòd non potest supponere pro persona, ex naturali virtute, & ex modo significandi: sed supponit solummodo pro natura. Hoc vero nomen [Deus] habet naturaliter ex modo significandi quòd supponat pro aliqua personarum: sicut hoc nomen homo, supponit pro supposito humanitatis: & ideo quandocũque veritas locutionis, vel ipsum prædicatum exigit, vt hoc nomen Deus supponat pro persona, tũc supponit pro persona, vt cum dicimus, Deus generat Deum: & ita cũ hic dicitur [apud Deum] necesse est, quòd Deus pro persona patris supponat, quia hæc præpositio, apud, distinctionem significat verbi, quod esse dicitur apud Deũ, & licet significet distinctionem in persona, non tamen in natura, cum eadem sit natura patris & filii. Euangelista igitur significare voluit patris personam, per hoc, q̃d dixit [Deum.] Sciendum est autem circa hoc, quòd hæc præpositio, apud, quandam coniunctionem rei significatæ per rectum, ad rem significatam per obliquum importat, sicut hæc præpositio, in: sed differenter, quia hęc præpositio, in, significat quandam coniunctionem intrinsecam, hæc vero præpositio, apud, quodammodo extrinsecam coniunctionem importat, & vtrumque dicimus in diuinis, scilicet filium esse in patre, & esse apud patrem, & intrinsecum quidem ad consubstantialitatem pertinet, extrinsecum vero (vt sic loqui liceat) cum improprie in diuinis dicatur extrinsecum, non nisi ad distinctionem personalem refertur, cum filius a patre solum per originem distinguatur: & ideo per vtrumque istorum, & consubstantialitas in natura designatur, & distinctio in personis. Consubstantialitas quidem inquantum coniunctionem quandam importat, distinctio vero inquantum distinctionem quãdam significat, vt superius dictum est. Et quia hæc prepositio in, vt dictum est, principaliter consubstantialitatem designat, inquantum importat coniunctionem intrinsecam, & ex consequenti distinctionem personarum, inquantum omnis præpositio est transitiua; hæc autem prepositio, apud, distinctionem personalem significat principaliter, consubstantialitatem vero inquantum, quandam coniunctionem significat, quasi extrinsecam, ideo Euangelista in hoc loco specialiter ista præpositione apud, vsus est: vt distinctionem personę filii a patre insinuaret, cum dixit [Et verbum erat apud Deum.] idest, filius apud patrem: vt alia persona apud aliam. Sciendum est autem, quòd per hanc præpositionem, apud, quatuor significantur, per quę obiectiones quatuor contrarię excluduntur. Significat enim hoc prepositio, apud, primo, subsistentiam in recto, quia ea quę subsistentiam per se non habent, nõ dicuntur proprie esse apud aliquid: sicut non dicimus albedinem esse apud corpus, & similiter de aliis, quæ per se non subsistunt. Ea autem quę per se subsistunt, dicuntur proprie esse vnum apud aliud, sicut dicimus hominem esse apud hominem: & lapidem apud lapidem. Secundo, significat auctoritatem in obliquo: non enim proprie dicitur Rex esse apud militem, sed proprie dicitur miles apud regem. Tertio, dicit distinctionem, non enim proprie dicitur aliquis esse apud seipsum: sed vnus homo est apud alium. Quarto, significat coniunctionem, & societatem quandam. Cum enim dicitur aliquis esse apud alium, insinuatur nobis inter eos quędam socialis coniunctio. Secundum autem ritas conditiones importatas in significatione huius prepositionis, apud, conuenienter Euangelista hanc clausulam, scilicet [verbum erat apud Deum.] subiungit primæ clausulæ, scilicet [In principio erat verbum.] Prætermissa namque vna illarum trium expositionum huius quod est [In principio erat verbum.] illa scilicet, secundum quam principium ponitur pro filio, ad quamlibet aliarum expositionum. s. ad illam quæ principium dicit idem quod ante oĩa, & ad illam, secundum quam principium sumitur pro patre, duplex obiectio fit ab Hęreticis, & sic sunt quatuor obiectiones, quas per quatuor conditiones huius præpositionis, apud, supra positas excludere possumus. Quarum prima talis est. Tu dicis, quòd verbum erat in principio, idest, ante omnia, sed ante omnia nihil erat: vbi ergo erat verbũ, si ante oĩa nihil erat? Hæc autẽ obiectio procedit secundum imaginationem eorum, qui ponunt, omne quod est, esse alicubi & in loco. Quę quidem excluditur a Ioanne, cũ dicit [apud Deum] & designat coniunctionẽ secundum vltimam dictarum conditionum: vt sit sensus; secundum Basilium.

vbi ergo erat verbum? Respondet [apud Deum.] non in aliquo loco, cum mentis ipsibile sit sed apud patrem, qui nullo comprehenditur loco. Secunda quæstio ad idem, est talis. Tu dicis, quòd verbum erat in principio, idest, ante omnia; sed ea quæ sunt ante omnia, a nullo videntur procedere: cum illud a quo procedit aliquid, prius esse videatur. Et ideo, quod procedit ab ipso, ergo verbum non est procedens, ab alio. Hæc autem obiectio excluditur, cũ dicit [verbum erat apud Deum. [vel apud] accipiatur secundum, secundam conditionem secundum quam importat auctoritatem in causali, & sic sensus secundum Hilarium. A quo est verbum si est ante omnia? Euãgelista respondet [verbum erat apud Deum] quasi dicat, licet verbum caret initio durationis, non tamen caret principio vel auctore. Erat enim apud eum, vt apud auctorẽ. Tertia quæstio est, ad aliam expositionem, secundum quam principium, sumpsit pro patre, quæ talis est. Tu dicis [in principio erat verbũ.] idest, filius erat in patre sed illud quod est in aliquo, non videtur esse subsistens, vel hypostasis: sicut albedo quæ est, in corpore, non subsistit. Sed hæc obiectio soluitur per hoc, quod dicit [verbum erat apud Deum.] vt li [apud] sumat sim primam conditionem, per quam importat substantiam in recto, & sic secundum Christostomum est sensus Verbum erat in principio [non vt accidens: sed [erat apud Deum] vt subsistens, & hypostasis diuina. Quarta quæstio ad idem, est talis. Tu dicis, quòd verbum erat in principio: idest, in parte, quod autẽ est in aliquo non est distinctum ab eo: ergo filius non est distinctus a patre. Sed hæc obiectio excluditur [& verbũ erat apud Deum.] vt li [apud] sumatur secundum tertiam conditionem, secundum quam significat distinctionem: vt sic sensus secundum Alcuinum, & Bedam [verbum erat apud Deum.] & sic erat in patre per consubstantialitatem naturę, quod tamen est ſ apud ipsum per distinctionem personæ. Sic ergo per hãc clausulam [& verbum erat apud Deum.] ostenditur conuunctio verbi ad patrem in natura, secundum Basilium. Distinctio autem in persona, secundum Alcuinum & Bedam. Subsistentia verbi in natura diuina, secundum Chrisostomum. Auctoritas partis ad verbum, secundum Hilarium. Notandum autem secundum Originem, quòd per hoc quod dicit [verbũ erat apud Deum.] ostendit filium semper fuisse apud patrem. In veteri enim testamento dicitur, factum esse verbum domini: ad Hieremiam: vel quemcumque alium, vt patet in multis Scripturæ locis: non autem dicitur verbum domini erat apud Hieremiam, vel apud alium: quia ad illos fit verbum, qui incipiunt habere verbum, postquam non habuerunt: vnde Euangelista non dixit, verbum factum esse apud patrem, sed [erat apud patrem.] qa ex quo pater erat, verbum apud eum erat. Deinde cum dicit.

Homil. 1. in ioan.

Homil. 2. in ioan.

c Et Deus erat verbum.

c HEc est tertia clausula narrationis Ioannis, quæ quidem secundum ordinẽ doctrinæ, cõgruentissime sequitur. Quia enim Ioannes dixerat de verbo, quando erat, & vbi erat: restabat quærere, quid erat verbum, idest, verbum erat Deus, vt li [verbum] ponatur ex parte subiecti, & li [Deus] ex parte prædicati. Sed cum prius quærendum sit de re quid est, quam vbi, & quando sit, videtur quòd Ioannes hunc ordiem peruertat, insinuans primo de verbo, vbi, & quando sit. Ad hanc autem quæstionem respondet Origines dicens, quòd aliter dicitur esse verbum Dei apud hominem: & aliter apud Deum. Nam apud hominem est vt perficiẽs ipsum: quia per illud homo efficit, sapiens & bonus. Sap. 7. Amicos Dei & Prophetas cõstituit. Apud Deũ vero, non ita dr esse verbũ, quasi pater perficiatur p verbũ, & illustretur ab ipso: sed sic est apud Deum, q accipit naturalem diuinitatem ab ipso, qui verbum loquitur, a quo habet, vt sit idem Deus cum eo. Ex eo, q est per originẽ apud Deum, necesse fuit primũ ostẽdere, quòd verbũ erat in patre, & apud patrẽ, quam quòd verbũ erat Deus. Sciendum est autem, quòd per hanc clausulam, [Deus erat verbum.] Responderi potest duabus obiectionibus, quæ ex præcedentibus insurgunt. Quarum vna insurgit ex nomine verbi, & est talis. Tu dicis, quòd [verbum erat in principio, & apud Deum.] Constat autem, quòd verbum secundum communem vsum loquendi significat vocem aliquam, & enunciationem necessariorum, manifestationem cogitationum: sed ista transeunt, & non subsistunt, posset ergo credi, quòd de tali verbo Euangelista loqueretur. Sed ista quæstio satis per prædicta excluditur, secundum Hila. & Augu. Homel. prima super Ioan. qui dicit, manifestum esse verbum, in hoc loco non posse per locutionem accipi: quia cum locutio sit in motu, & transeat, non posset dici, quòd. [In principio erat verbum] si verbum esset quid transiens, & in motu. Item, cum dicit [& verbum erat apud Deũ.] datur idẽ intelligi, satis enim patet q aliud inesse, & aliud est adesse. Verbum enim nostrũm, cum non subsistat, non adest, sed inest, verbum autem Dei est subsistens, & ideo adest: & idcirco Euangelista signanter dixit [verbum erat apud Deum.] Sed tamen, vt obiectionis causa tollatur totaliter, naturam & esse verbi subdit, dicens. [& verbum erat Deus.] Alia quæstio insurgit ex hoc, quòd dixerat [apud Deum] Cum enim li [apud] dicat distinctionem, posset credi, quòd verbum erat apud Deum.] scilicet patrem: ab ipso in natura distinctum. Et ideo, ad hoc excludendum statim subdit consubstantialitatem verbi ad patrem. d. [Et verbum erat Deus.] quasi dicat, non separatus a patre per diuersitatem naturæ, quia ipsum verbũ est Deus.

d Hoc erat ī prinº apud Deũ.

Nota etiam specialẽ modum significandi, qa dicit verbũ erat in principio [Deº]. absolute ponendo [Deum.] vt ostendat non eo modo Deum esse, quo nomen deitatis aliis tribuit dicere, in sacra scriptura, quia cum additione aliqua, aliquando hoc nomen creatura participat: sicut illud Exod 7. Ego constitui te Deum Pharaonis, ad designandum quòd non erat Deus simpliciter, nec per naturam, quia constituebatur Deus alicuius determinate. Et illud Psal. 81. Ego dixi dij estis. quasi dicat, per meam reputationẽ, non secundum rei veritatẽ Dij estis. Aliud enim est Deum reputari, & aliud esse Deũ. Vnde verbum absolute dicitur Deus, quia est secundum essentiam suam Deus, & non participatiue: sicut homines & angeli. Sciendum est etiam, quòd circa hanc clausulam Origines turpiter errauit ex modo loquendi, qui in græco habetur, sumens occasionem sui erroris. Consuetudo enim est apud græcos, quòd cuilibet nomini apponuntur articulum, ad designandum discretionẽ quãdam, quia ergo in Euãgelio Ioannis in græco, huic nomini quod est verbum, cum dicitur [In principio erat verbũ.] & similiter, huic nomini quod est [Deº] cum dicitur [& verbum erat apud Deum.] apponitur articulus, vt dicatur li [verbum.] & li Deus.] ad designãdum eminentiam, & discretionem verbi ad alia verba, & principalitatem patris in diuinitate, & ideo cum in hoc qd̃ dicitur [verbum erat Deus.] non apponatur articulus huic nomini Deus, quod supponit pro persona filii: blasphemauit Origenes, quòd verbum nõ esset Deus per essentiam: licet sit essentialiter verbum, sed dicitur per participationẽ Deus, solus vero pater est Deus per suam essentiam, & sic ponebat filiũ patre minorem. Quod autem nõ sit verum, probat Chrisostomus per hoc, quòd si articulus positus huic nomini [Deus] importaret maioritatem in patre respectu filii, nũquã apponeretur huic nomini Deus, cũ de alio prędicatur, sed solum quando prædicatur de patre, & semper cum dicitur de patre, apponeretur articulus. In uentimus autem cõtrarium per duas auctoritates Apostoli, qui notat Christum Deum, cum appositione articuli, dicẽs in epistola ad Titum. 2. Expectãtes beatã spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Ibi enim Deus, supponit pro filio, & apponitur et articulus: in gręco ergo Christus est Deus magnus. Item, idem Apostolus. Rom. 9. dicit. Ex quibus Christus, qui est super omma Deus benedictus in sæcula: ibi similiter ad li [Deus] ponitur Græco articulus. Præterea, 1. Ioan. vltimo dicitur. Vt simus in vero filio eius Christo Iesu, hic est verus Deus, & vita æterna. Chrs ergo non est p participationẽ, sed verus. Patet igitur, esse falsum quod Origenes finxit. Ratio autem, quare Euangelista non posuit articulum huic nomini [Deus.] assignatur a Chriso. Quia iam bis nominauerat Deũ cum appositione articuli, & ideo nõ oportebat reiterare tertio, sed subintelligitur. Vel dicendũ est, & melius, quòd Deus ponitur hic in prędicato, & tenetur formaliter: consuetum erat autẽ, quòd nominibus in prædicato positis, non ponitur articulus, cum discretionẽ importet, si vero Deus poneretur hic ex parte subiecti, pro qua cumq; persona supponeret, siue pro filio, siue pro spiritusſancto, nõ est dubiũ, quòd in gręco ibi apponeretur articulus. Deinde cũ dicit.

d HIc ponitur quarta clausula, quæ introducitur propter clausulam præcedentem. Ex hoc enim, quòd Euangelista dixerat, quòd [verbum erat Deus.] duplex falsus intellectus accipi poterat a non recte sentientibus. Vnus a Gentilibus, qui ponunt pluralitatem, & diuersitatem Deorum, & eorum contrarias dicunt esse voluntates, sicut illi, qui fabulantur Ionem pugnasse cum Saturno, & sicut Manichæi, qui ponunt duo contraria principia naturę. Contra hunc errorem Dominus dixit. Exo. 30. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Quia ergo Euangelista dixerat, [Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum] possunt isti in fulcimentum sui erroris, istud adducere, intelligentes alium esse Deum, apud quem est verbum, & alium ipsum verbũ, & cum hoc alterius, hue contrariæ voluntatis, quod est contra legem Euangelii. Ad hoc ergo excludendum, dicit [hoc erat in principio apud Deum,] quasi dicat secundum Hylarium, ita dico, quòd verbum est Deus, quod tamen non est habens diuisam diuinitatem, sed est apud Deum, scilicet in vna natura, & eadem, in qua ipse est. Item per hoc, quod dicit [verbum erat Deus,] ne intelligeretur, quòd haberet contrariam voluntatem, addit hoc, quòd scilicet [verbum erat in principio apud Deum,] scilicet, patrem non diuisum ab ipso, nõ contrariũ, sed habens cum eo identitatem naturæ & concordiam voluntatis, quæ quidem vnio fit per communionem diuinæ naturæ in tribus personis, & p nexum naturalis amoris patris & filii. Alius error poterat ex præmissis verbis elici ab Arrianis, qui ponunt filium minorem esse, quàm pater, propter hoc, quod

quod dicitur. Pater maior me est. Ioan. 14. Dicunt enim patrẽ maiorem filio, & quantum ad æternitatem, & quantum ad naturæ diuinitatem: vt ergo Euangelista excluderet, addit [hoc erat in principio apud Deum.] Arrius enim primam clausulam, scilicet. [In principio erat verbum,] admittit. Non tamen vult, quòd ibi principiũ accipiatur pro patre, principio creaturarum, dicit quòd [verbum erat in principio] creaturarum, & ideo nequaquam patri est coæternus: sed hoc excluditur. secundum Chrisost. per illam clausulam [hoc erat in principio,] nõ quidem creaturarũ, sed [in principio apud Deum,] idest, ex quo Deus fuit, numquam enim pater solitarius fuit a filio, siue verbo, sed semper hoc, scilicet verbum apud Deum erat. Item Arrius confitetur, quòd verbum erat Deus, sed tamen minor patre. Sed hoc excluditur per ea quæ sequuntur. Duo enim sunt propria magni Dei quę Arrius Deo patri singulariter attribuebat, scilicet æternitas, & omnipotentia. In quocunq; ergo ista duo inueniuntur, ille est magnus Deus, quo nullus est maior, sed hæc duo Euangelista verbo attribuit, ergo verbum est magnus Deus, & non minor. Æternitatem quidem dicit esse in verbo, per hoc quod dicit. [Hoc erat in principio apud Deum,] idest, verbum ab æterno, non solum in principio creaturarum (vt Arrius intellexit) erat, sed apud Deum, accipiẽs esse, & diuinitatem ab eo. Omnipotentiam vero attribuit verbo per hoc quod subdit [omnia per ipsum facta sunt.] Origenes vero hanc eandem clausulam satis pulchre exponens, dicit ipsam non esse aliam a tribus primis: sed ipsam esse quendam epilogum præmissorum. Euangelista enim post quam insinuauerat veritatem esse filii: transiturus ad eius insinuandam virtutem recolligit, quasi in summa epilogando in quarta clausula, quod in primis tribus prę dixerat. Primo enim per hoc quod dicit [hoc.] intelligit tertiam clausulam. Per hoc vero, quod dicit [erat in principio.] recolligit primam. Per hoc vero quod subdit [erat apud Deum.] recolligit secundam: vt sic non intelligas aliud verbum quod erat in principio, & quod erat Deus [Sed hoc verbum quod erat Deus: erat in principio apud Deum.] Si quis ergo recte consideret has quatuor propositiones, inueniet euidẽter per eas destrui omnes Hæreticorũ & Philosophorum errores. Quidam enim hæretici sicut Hebion, & Cherintus, dixerũt, Christum nõ præextitisse beatæ virgini: sed ab ea sumpsisse essendi, & durationis principium: ponẽtes eum fuisse hominem purum, sed meruisse diuinitatẽ per bona merita. Quod etiam Fotinus, & Paulus Samosatenus eos secuti dixerunt. Horum errorem Euãgelista excludit, dicẽs, [In principio erat verbum.] idest, ante oia, & in patre ab æterno, ergo non sumpsit initium ex virgine. Sabellius vero, licet fateretur quòd Deus qui carnem suscepit ex virgine non sumpsit initium, sed fuit ab æterno: tamen dicebat quòd nõ erat alia persona patris, qui fuit ab æterno: & filii, qui carnem assumpsit ex virgine, sed idẽ erat pater & filius personaliter, trinitatem personarum in diuinis confundẽs. Contra hũc errorem dicit Euãgelista [& verbum erat apud Deum.] scilicet filius apud patrem, vt alius apud alium. Eunominus vero, posuit filium omnino dissimilem esse patri: & hoc cõsequenter Euangelista excludit dicens. [& Deus erat verbum.] Arrius vero dicebat filium patre minorem: sed hoc exclude Euangelista cum dicit [hoc erat in principio apud Deum.] quod supra fuit expositum: Per hoc etiam excludũtur errores Philosophorum. Quidam enim Philosophorũ, antiqui, scilicet naturales, ponebant mundum non ex aliquo intellectu, neq; per aliquam rationẽ, sed a casu fuisse: & ideo a principio rationem non posuerunt, seu intellectum aliquam causam rerum, sed solam materiam fluitantem, vtpote athomos: sicut Democritus posuit, & alia huiusmodi principia materialia, vt alii posuerũt. Contra hos est quod Euangelista dicit [In principio erat verbũ.] a quo, res scilicet principium sumpserunt: & nõ, a casu. Plato autem posuit rationes omniũ rerum factarum subsistentes separatas in propriis naturis: per quarũ participationẽ res materiales essent: puta, per rationem hominis separatam, quam dicebat per se hominem, haberẽt quòd sint homines. Sic ergo, ne hanc rationẽ, per quam omnia facta sunt, intelligas rationes separatas a Deo, vt Plato ponebat, addit Euangelista [& verbum erat apud Deum.] Alii etiam Platonici, vt Chrisost. referunt: ponebant Deum patrem eminentissimum, & primum: sub quo ponebant mentem quandam, in qua dicebant esse similitudines, & ideas omnium rerum. Ne ergo sic intelligas, quòd verbum erat apud patrem quasi sub eo & minor eo: addit Euangelista [& verbum erat Deus.] Aristoteles vero posuit in Deo rationes omnium rerum, & quòd idem est in Deo intellectus, & intelligens, & intellectum: tamen posuit mundum coeternum sibi fuisse. Et contra hoc est quod Euangelista dicit [hoc.] scilicet verbum solum [erat in principio apud Deum.] Ita quòd li [hoc] non excludit aliam personam: sed aliam naturam coæternam. Nota etiam in prædictis differentia Ioannis ab aliis Euangelistis: quomodo scilicet, dignius euangelium suum incepit, quam

A alii. Ipsi enim annuntiauerunt Christum filium Dei ex tempore natum. Matthæ. 2. Cum natus esset Iesus, &c. Ioan. vero dicit, eum ab æterno fuisse [In principio] inquit, [erat verbum.] Ipsi etiam dicunt eum subito inter homines apparuisse. Luc. 2. Nunc dimittis seruum tuum domine, &c ante faciem omnium populorum, &c. Ioannes vero dicit eum apud patrem semper fuisse. [& verbum] inquit, [erat apud Deum.]

LECTIO II.

Omnia per ipsum facta sunt.

Alii vero ipsum hominem Matthæi. 9 Glorificabant Deum, qui potestatem talem hominibus dedit. Ioannes vero dicit ipsum esse Deum. [& verbum] inquit, [erat Deus.] Alii dixerunt eum fuisse cum hominibus conuersatum Mat. 17. Conuersantibus autem illis, &c. Sed Ioan. dicit. eum apud patrem semper fuisse. [hoc] inquit, [erat in principio apud Deum,] Nota etiam, quòd Euangelista signanter recitat hoc verbum [erat.] vt ostendat verbum Dei omnia tempora, scilicet præsens, præteritum, & futurum excedere, quasi dicat, erat vltra tempus præsens, præteritum, & futurũ, secundum quòd tangitur in glosa.

LECTIO II.

Ostquam Euangelista esse, & naturam diuini verbi quantum dici potest ab homine, insinuauerat: consequenter manifestat eius virtutem. Et primo, ostendit eius virtutem quantum ad omnia, quæ in esse procedunt. Secundo, specialiter quantum ad homines ibi [Erat vita lux hominum. Circa primum ponit tres clausulas, quas non distinguimus ad præsens: quia secundum diuersas expositiones sanctorum, sunt diuersimode distinguendæ. Prima ergo clausula est [Omnia per ipsum facta sunt.] quæ inducitur ad ostendendum tria de verbo. Et primo secundum Chrisо. ad ostendendum æqualitatem verbi ad patrem: sicut enim dictum est supra, Euangelista exclusérat errorem Arrii ostendens coæternitatem filii ad patrem per hoc quod dixerat [hoc erat in principio apud Deum.] hic vero eundem errorem excludit, ostendendo omnipotentiam filii, dicens [Omnia per ipsum facta sunt.] Esse enim principium omnium factorum, proprium est Dei magni omnipotentis: iuxta illud Psalm. 134. Omnia quæcumque dominus voluit fecit in cælo, & in terra. Verbum ergo per quod facta sunt omnia, est Deus magnus, & coæqualis patri. Secundo ad ostendendum coæternitatẽ verbi ad patrem. secundum Hilarium. Quia enim per hoc quod dixerat [In principio erat verbum.] posset aliquis intelligere, hoc dictum fuisse de principio creaturarum, idest fuisse aliquod tempus ante omnem creaturã: in quo verbum non erat, ideo hoc excludens Euangelista, dixit [Omnia per ipsum facta sunt.] Si enim omnia sunt facta per verbum, ergo & ipsum tempus: Ex quo sic argumentatur. Si omne tempus ab ipso factum est: ergo nullum tẽpus fuit ante ipsum, nec cum ipso: quia ante omnia erat, ergo sunt ab æterno coæterni. Tertio, secundum Aug. ad ostendendam consubstantialitatẽ verbi ad patrẽ. Si enim facta oia sunt per verbum, ergo ipsum verbum non potest dici factum, quia si est factum, est factum per aliquod verbum, quia omnia per verbum facta sunt. Oportet ergo esse aliud verbum, per quod verbum, de quo hic loquitur Euangelista, sit factũ, & illud verbum dicimus vnigenitum Dei, per quem facta sunt oia, quia nec factũ est, nec creatura est, & si non est creatura, necesse est dicere ipsum esse eiusdem substantiæ cum patre, cum omnis substantia præter essentiam diuinam facta sit. Substantia autẽ quę creatura non est Deus est. Verbũ ergo per quod oia facta sunt, consubstantiale est patri, cum nec factum, nec creatura sit. Sic ergo habes verbi æqualitatẽ ad patrẽ, secundum Chrisostо. coæternitatẽ, secundũ Hilarium: & consubstantialitatem, secundũ Augustũ. per hoc quod dicit [Omnia per ipsum facta sunt.] Cauendi sunt aũt hic tres errores. Et primo error Valentini. Ipse. n. intellexit per hoc quod dicitur [Omnia per ipsum facta sunt.] q verbũ dederit causam creatori, quòd mũdum crearet: vt dicatur omnia sic per verbũ facta, quasi ex verbo processerit, quòd pater mundũ creauit, & hoc videtur ducere in positionẽ illorũ, qui dicebant Deũ mundũ fecisse, propter aliquã exteriorem causam, quod est contra illud Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sed hoc est falsum, qa sicut Orige. dicit, si verbũ fuisset causa creatori præstãs ei materiã ad faciendũ, non dixisset omnia per ipsum facta sunt. sed e conuerso, omnia facta sunt p creatorem a verbo. Secũdo vitiũs est error Origę. qui dicit spiritumsanctum inter omnia factum esse per verbũ, ex quo sequitur ipsum esse creaturam: & hoc posuit Orige. Hoc autem est hæreticum, & blasphemum: cum spiritussanctus eiusdem sit gloriæ & substantiæ & dignitatis cum patre & filio, iuxta illud Mat. vlti. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritussancti: & iuxta illud 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimoniũ dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus: & hi tres, vnũ sunt. Cũ ergo dicit Euangelista [Omnia per ipsum fa-

Hom. 4.

2. de Trin. circa med.

1. de Trin. cap. 6.

cta sunt.] Non est intelligendum simpliciter, facta omnia, sed in genere creaturarum, & rerum factarum, quasi dicat. Omnia quæ facta sunt, per ipsum facta sunt: aliàs si simpliciter intelligatur, sequeretur patrem & spiritumsanctum factos per ipsum: quod est blasphemum: igitur nec pater, aliquid substantiale patri, per uerbũ factum est. Tertio uitandus est alius error ipsi? Orige. Ipse enim sic omnia facta esse per uerbum dixit, sicut aliquid fit a maiori per minorem, quasi minor sit filius, & ut organum patris. Sed quòd per hanc prepositionẽ per, non significetur minoritas in obliquo, scilicet filio seu uerbo, patet ex pluribus scripturæ locis. Dicit enim Apostolus 1. Corinth. 1. loquens de patre. Fidelis Deus, per quem uocati estis in societatem filii eius: si ille per quem fit aliquid habet superiorem. ergo & pater superiorem habebit, hoc autem est falsum, ergo per propositionem per, non significatur minoritas in filio, cum dicitur omnia facta per ipsum. Ad maiorem autem euidentiam huius sciendum est, quòd quando dicitur aliquid per aliquem fieri, hæc prepositio per, denotat causalitatem in obliquo respectu operationis aliquo modo, sed diuersimode. Cum enim operatio secundum modum significandi, consideretur media inter operantem, & operatum: potest considerari ipsa operatio dupliciter. Vno modo secũdũ quod exit ab operante, qui est causa ipsius actionis. Alio modo secundum q terminatur ad operatum. Quandoque ergo prepositio per, significat causam operationis, secundum quod exit ab operante: quandoque autẽ secundum quod terminatur ad operatũ. Causam autẽ operationis secundum quòd exit ab operante, significat quando illud quod significatur per obliquum, est causa operanti, quòd operetur, uel efficiens uel formalis. Formalis quidem, sicut ignis calefacit per calorem: est enim calor causa formalis, calefactionis ignis. Causa uero mouens, seu efficiens, ut secunda agentia operantur per prima, ut si dicam, quòd baculus operatur per Regem, quia Rex est causa efficiens baculi quòd operetur: & hoc modo intellexit Valẽtinus, omnia facta esse per uerbum. ac si uerbum esset causa conditoris ut omnia faceret. Causalitatem uero operationis, secũdũ quòd terminatur ad operatum, importat hæc prepositio per, quando illud, quod significatur per ipsam causalitatẽ, non est causa ipsa quòd operetur, sed est causa operationis, secundum quòd terminatur ad operatum. Sicut cum dico, carpentarius facit scamnum per securim quæ non est causa carpentario, quòd operetur, sed ponimus esse causam, q scamnum fiat ab operante. Sic ergo cum dicitur. [Omnia per ipsum facta sunt,] si ut per, denotet efficientem causam seu mouentem patrem ad operandum, Dicendum est, quòd pater nihil operatur per filium, sed per se ipsum omnia operatur (ut dictum est.) Si uero ut per, denotat causam formalem, sic cum pater operetur per sapientiam suam, quę est sua essentia, operatur per suam sapientiam, sicut operatur per suam essentiam, & quia sapiẽtia & uirtus patris attribuitur filio. 1. Cor. 1. Dicimus Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam, ideo appropriate dicimus, quòd pater omnia operatur per filiũ, idest per sapiẽtiam suã. Et ideo dicit Aug. quòd hoc, quod dicitur Ex quo omnia, appropriatur patri: per quę omnia filio: in quo omnia, spiritui sancto. Si uero ut per, denotat causalitatem ex parte operati, tunc hoc quod dicimus pater oia operari per filium, non est appropriatum uerbo, sed proprium eius: quia hoc, quod est causa creaturarum, habet ab alio. s. a patre a quo habet esse, nec tamen propter hoc sequitur ipsum esse instrumẽtum patris, licet omne quod mouetur ab alio ad aliquid operandum, ratione instrumenti habeat. Cum autem dico aliquem operari per uirtutem receptam ab alio, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd eadem numero sit uirtus, & dantis, & accipientis, & hoc modo qui operatur per uirtutem accepram ab alio, non est minor, sed æqualis ei a quo accipit. Quia ergo pater eandem uirtutem, quam habet, dat filio, per quam filius operatur, cum dicitur pater operari per filium, propter hoc, filius non est dicendus minor patre, neq; instrumentum eius. Sed hoc sequitur in illis qui non eandem uirtutem accipiunt ab aliquo, sed aliam & creatã. Sic ergo patet quòd spiritussanctus, nec filius, est causa patri, quòd operetur, neque patris minister seu instrumentum, vt deliraui t. Orig. Si autem recte considerentur verba prædicta. [Omnia per ipsum facta sunt] euidenter apparet Euãgelistam propriissime fuisse locutum. Quicumque enim aliquid tacit, oportet quòd illud præconcipiat in sua sapientia, quæ est forma, & ratio rei factæ, sicut forma in mente artificis preconcepta, est ratio archæ faciendæ. Sic ergo Deus nihil facit nisi per conceptum sui intellectus, qui est sapientia ab æterno concepta. s. Dei verbum & Dei filius, & ideo impossibile est, quòd aliquid faciat nisi per filium. Vnde Aug. de Trini. dicit, quòd verbũ est ars plena omnium rationũ viuentium, & sic patet, quòd omnia quæ pater facit, facit p ipsum. Notandũ autẽ secundum Chrisost. quòd omnia quę Moyses per multa enumerat in productione rerum a Deo dicẽs, Dixit Dominus, fiat lux, & fiat firmamentũ, &c. hæc omnia Euangelista excedẽs, vno verbo comprehẽdit. s. [Omnia per ipsum facta sunt.] Cuius ratio est, quia Moyses tradere volebat emanationem creaturarum a Deo, & ideo sigillatim enumerat. Ioannes vero ad altiorem festinans materiam, in hoc libro intendit nos inducere specialiter in cognitionem ipsius creatoris. Deinde dicit.

b Et sine ipso factum est nihil.

b HAec est secunda clausula, quam quidã peruersè intellexerũt vt dicit Aug. in lib. de natu. boni. Nã ex hoc modo loquendi, quo Ioan. hic vtit, ponens hoc quod dicitur [nihil] in fine orationis, crediderunt ipsum [nihil] teneri affirmatiue, quasi [nihil] sit aliquid, quod sine verbo factum sit: vnde voluerunt, quòd hæc clausula posita sit ab Euangelista, ad excludendum aliquid, quod a verbo nõ sit factum. Vnde dicunt, quòd postquam Euangelista dixerat [omnia per ipsum facta sunt,] consequenter adiunxit [& sine ipso factum est nihil.] q.d. ita dico omnia per ipsum facta esse, quòd tamen sine ipso factum est aliquid, scilicet ipsum nihil. Ex hoc autem processit triplex hæresis, scilicet, Valentini (qui vt dicit Orige.) ponit multa principia & ex illis principiis dicit procedere. 30. sæcula. Prima tamen principia quæ ponit sunt duo, scilicet Profundum, quod vocat Deum patrem, & Silentium. Ex his duobus dicit processisse decem sæcula. Ex profundo autem, & silentio, dicit esse alia duo principia, scilicet Intellectũ & Veritatem, ex quibus processerunt octo sæcula. Ex intellectu autem & veritate dicit esse alia duo principia, scilicet Verbũ & Vitã, ex quibus procedunt. 12. sæcula, & sic sunt. 30. ex verbo aũt & vita secundum æuum, processit homo Christus, & ecclesia: sic ergo Valentinus ponebat prolationem verbi multa sæcula præcessisse, & ideo dicit, quòd quia Euãgelista dixerat [omnia per ipsum facta sunt,] ne aliquis intelligeret illa sæcula præceden tia esse perfecta per verbum, ideo consequenter adiũxit [& sine ipso factum est nihil.] idest omnia sæcula præexistẽtia, & quæ in eis fuerunt, quæ ideo Ioan. vocat [nihil] quia humanam rationem excedunt, nec possunt capi per intellectum. Secũdus error ex hoc procedens fuit Manichæi, qui ponebat duo cõtraria principia. Vnum scilicet rerum incorruptibilium, & aliud corruptibilium: dicit ergo, quòd postquam Ioan. dixerat. [Omnia per ipsum facta sunt,] ne crederetur verbum esse corruptibilium rerum causam, statim subiunxit. [Et sine ipso factum est nihil,] idest, corruptioni subiecta, quę nihil esse dicuntur, quia eorum esse est continue transmutari in nihil. Tertius error est eorum qui volunt, quòd per [nihil] intelligatur diabolus; iuxta illud. Iob. 18. Habitent in tabernaculo eius, scilicet eius, qui nõ est. dicunt ergo omnia esse facta p verbũ, præter diabolum. Et ideo exponunt [sine ipso factum est nihil,] idest, diabolus. Sed omnes isti tres errores ex vno fonte procedentes, scilicet ex hoc, quod ipsum nihil volunt affirmatiue accipi, excludũtur p hoc, quòd [nihil] nõ ponitur hic affirmatiue, sed negatiue tantũ, vt sit sensus, ita facta sunt omnia per verbum, q nihil est participãs esse, quod non sit factum per ipsum. Sed, instabit forsitan aliquis, dicens hanc clausulam superfluè fuisse appositam. Si intelligatur negatiue, eo quòd Euangelista dicens. [Omnia per ipsum facta sunt,] sufficienter videtur dixisse nõ esse aliquid, quod non sit factum per verbum. Ad quod dicendum, quòd secũdum multos introducta est hæc particula multipliciter, ex multis de causis. Quarum vna causa est secundum Chrisosto. ne aliquis legens in uetері testamento, & inueniens solum visibilia enumerata a Moyse in creatione rerũ, crederet illa tantum facta esse per verbum, ideo Euangelista dum dixisset. [Omnia per ipsum facta sunt.] quæ. s. enumerat Moyses, ideo consequenter adiunxit [sine ipso factum est nihil] q.d. nihil eorum quæ sunt siue visibile, siue inuisibile, est factũ sine verbo. Et hoc modo loquit. Apost. Col. 1. dicens. Omnia cõdita esse in Christo, siue visibilia, siue inuisibilia. Vbi Apostol. specialiter mentionẽ facit de inuisibilibus: quia de eis Moyses aperte mentionem non fecerat propter ruditatẽ illius populi, qui supra sensibilia eleuari nõ poterat. Introducitur etiam secundũ Chrisosto. alio modo sic. Posset enim aliquis legẽs Euangelium, multa signa, & miracula facta per Christum, sicut illud. Matth. 11. Cæci vident, &c. credere per hoc, quod dicit Ioannes. [Omnia per ipsum facta sunt,] debere intelligi omnia illa tantũ, quæ in illis Euangeliis continentur, & nihil aliud factũ per ipsum, & ideo ne hoc suspicetur qui, consequenter Euangelista inducit, [Et sine ipso factum est nihil.] q.d. non solum ea quæ in Euangeliis continentur sunt facta per ipsum: sed nihil eorum quę facta sunt, est factum sine ipso: & sic secundum Chrisostom. hæc particula introducitur ad ostendendum totalem causalitatem, & est quasi completiua præmissæ. Secundum Hilar. vero introducitur hęc particula, ad ostendendum, quòd verbum habet virtutem operatiuam ab alio, quia enim Euangelista dixerat [Omnia per ipsum facta sunt,] posset intelligi patrem excludi ab omni causalitate: ideo cõsequenter addit. [Et sine ipso factũ est nihil.] q.d. sic per eum facta sunt omnia, vt tamen pater cum eo omnia fecerit. Nam tantum valet [sine eo,] ac si dicatur non solus: vt sit tensus, non ipse solus est per quem facta sunt omnia, sed ipse est alius, sine

sine quo factum est nihil, quasi dicat [sine ipso,] cum alio operante scilicet patre [factum est nihil.] iuxta illud. Prouerbior. 8. Cum eo eram cuncta componens. in quadam autem Homel. quæ incipit. Vox spiritualis aquilæ, & attribuitur. Orige. inuenitur alia expositio satis pulchra. Dicitur enim ibi, quòd in Græco est [choris] vbi in Latino habemus [sine,] choris autem idem est, quod forsis: vel extra: quasi dicat, ita. [Omnia per ipsum facta sunt,] quòd extra ipsum factum est nihil: & ideo hoc dicit, vt ostendat per verbũ, & in verbo omnia conseruari iuxta illud. Hebræ. 1. Portans omnia verbo virtutis suę. Quædam enim sunt quæ non indigent operante, nisi quantum ad fieri, cum possint subsistere, postquam fuerunt facta absque agẽtis in fluxu, sicut domus indiget quidem artifice, quantum ad suum fieri, sed tamen persistit: in suo esse absque artificis influentia. Ne ergo credat aliquis omnia per verbum sic facta esse, quòd sit causa eorum quantum ad fieri solum, & non quantum ad conseruationem in esse, ideo consequẽter Euangelista subiunxit. [Et sine ipso factum est nihil,] hoc est, nihil factum est extra ipsum: quia ipse ambit omnia cõseruans ea. Exponitur autem hæc particula secundum August. & Orige. & plures alios sic, vt per nihil intelligatur peccatum: quia ergo cum diceret. [Omnia per ipsum facta sunt,] posset intelligi malum, & peccatum per ipsum fieri, ideo consequenter adiunxit & [nihil,] id est, peccatum [est factum sine ipso.] Nam sicut ars non est principium, seu causa alicuius defectus in artificiatis, sed per se est causa perfectionis ipsorum & formæ, ita & verbum, quod est ars partis plena rationum viuentium, non est causa alicuius mali: vel inordinationis in rebus, & præcipue mali culpę, quod habet perfectam rationem mali. Sed huius mali causa per se est voluntas creaturæ, siue hominis, siue Angeli, libere declinans a fine; ad quem naturaliter ordinatur. Operans secundum artem voluntariè errans, est causã defectuum incidentium in artificiatis, non per artem, sed per voluntatem. Vnde in talibus, ars non est principium, seu causa defectuum, sed voluntas: & ideo malum est defectus voluntatis, & non artis alicuius, & ideo inquantum tale, nihil est. Sic ergo ista particula additur ad ostendendum ipsius verbi vniuersalem causalitatem, secundum Chrisostom. societatem ad patrem secundum Hilariũ, & virtutem verbi in conseruando secundum Originem. Item puritatem causalitatis: quia sic est causa bonorum, quòd non est causa peccati ſm Augustinũ & Origen. & plures alios. Deinde cũ dicit.

c Quod factum est in ipso vita erat.

c PonitUr tertia particula, vbi cauendus est falsus intellectus omnia, Manichęi, qui ex hoc verbo motus est ad dicendum, q quæ sunt, viuunt, puta lapis, lignum, & homo, & quicquid aliud est in mũdo: & punctabat sic [Quod factũ est in ipso] distinguẽ erat vita.] sed non erat vita nisi viueret, ergo quicquid factum est in ipso viuit: vult etiam quòd [in ipso] idem sit, ac si dicatur per ipsum cum communiter scriptura in ipso, vel per ipsum accipiatur: sicut illud Collossen. 1. In ipso, & per ipsum cõdita sunt omnia. Sed hũc intellectum ista expositio ostendit esse falsum. Potest tamen fine errore multipliciter exponi. Nam in illa Homelia. Vox spiritualis, exponitur sic [quod factũ est in ipso.] idest, per ipsum hæc vita erat non in seipso, sed in sua causa. In omnibus enim causatis hoc commune est, quòd effectus siue per naturam, siue per uoluntatem producti, sunt in suis causis non secundum proprium esse, sed secundum virtutem propriæ suæ causæ, sicut effectus inferiores sunt in sole, vt in causa, non secundum eorum esse, sed secundum virtutẽ solis. quia ergo causa omnium effectuum productorum a Deo, est vita quædam, & ars plena rationum viuentium, ideo omne quod factũ est in ipso, idest, per ipsum, vita erat in sua causa. s. in ipso Deo. Aug. aliter legit sic punctando. [Quod factum est.] distingue [in ipso vita erat] Res enim dupliciter considerari possunt, secundum scilicet quòd sunt in seipsis, & secundum quod sunt in verbo. Si considerentur secundum quòd sunt in seipsis, sic non omnes res sunt vita, nec etiam viuentes: sed aliquæ carent vita, aliquæ viuunt, sicut facta est terra, facta sunt etiam & metalla, quæ nec vita sunt, nec viuunt, facta sunt animalia, facti sunt homines, quæ secundum quòd sunt in seipsis, non sunt vita, sed viuunt solum. Si vero considerentur secundum quòd sunt in verbo, non solum sunt viuentes: sed etiã vita: nam rationes in sapientia Dei spiritualiter existentes, quibus res factæ sunt ab ipso verbo, sunt vita: sicut archa facta per artificẽ, in se quidem nec uiuit, nec uita est. Ratio uero archæ quę præcessit in mente artificis, uiuit quodammodo, inquantum habet esse intelligibile in mente artificis, non tamen est uita, quia per ipsum intelligere artificis, non est in sua essentia, neque suum esse. In Deo autem suum intelligere est. sua uita, & sua essentia: & ideo quicquid est in Deo, non solum uiuit, sed est ipsa uita, quia quicquid est in Deo, est sua essentia. Vnde creatura in Deo est creatrix essentia. Si ergo considerentur res secundum quòd in uerbo sunt, vita sunt. Hanc expositionem habes alibi. Origen. vero super Ioannem legit hoc aliter, punctando sic. [Quod factum est in ipso] distingue [vita erat] Vbi notandum est, quòd de filio Dei dicitur aliquid, & secundum se sicut dicitur Deus omnipotens, & huiusmodi. Aliquid vero dicitur de eo per comparationem ad nos, sicut saluator & redemptor. Aliquid vero vtroque modo: sicut sapientia & iustitia. In omnibus autem quæ absolute & secundum se de filio dicũtur: non dicitur quòd sit factũ, sicut nõ dicitur filius factus Deus: neque omnipotens. Sed in illis quæ dicũtur in comparatione ad nos, seu vtroque modo, potest addi adiunctio facti, vt dicatur secundum illud Corinth. 1. Qui factus est nobis a Deo sapientia, &c. Et sic licet semper fuerit in seipso sapientia & iustitia, tamen potest dici quòd de nouo factus est nobis iustitia, & sapientia. Secundum hoc ergo, Origenes exponens dicit, quòd quamuis in seipso sit vita: tamen nobis factus est vita per hoc, quòd nos viuificauit: iuxta illud Romanorum 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in ipso omnes viuificabũtur. Et ideo dicit quòd Euerbum quod factum est] nobis vita [in ipso vita erat] vt quandoque nobis fieret vita, & statim ideo subdit [Et vita erat lux hominum.] Hilarius enim sic punctat [Et sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso.] & postea dicatur [vita erat.] quia ipse dicit in 11. de Trinita. cum dicit Euangelista [& sine ipso factũ est nihil.] posset esse ambiguum, an quædam alia adhuc quæ per ipsum facta sunt, fuerunt facta non per ipsum, non tamen sine ipso: sed in eis associauit facientem, & hanc clausulam esse additã ad correptionem præcedentis. Ne ergo hoc intelligeretur: ideo Euangelista cum dixisset. [Omnia per ipsum facta sunt.] subiungit [& sine ipso factũ est nihil] quod tamen factum est [in ipso] idest, per ipsum; & ratio huius est, quia [vita erat.] Manifestum est enim quòd hoc modo omnia dicuntur per verbum facta: inquantum verbum ex patre procedens est Deus. Ponamus autem quòd aliquis pater filium habeat, qui non sit perfecte habens operationes hominis: sed paulatim ad hoc peruenìat, manifestum est, quòd multa faciet, non per ipsum filium, licet non sine eo. Quia ergo filius Dei eandem vitã habuit ab æterno, quam & pater secundum illud Ioannis 6. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: ideo non potest dici quòd Deus pater etsi nihil fecerit sine filio, tamen fecit aliqua non per ipsum, quia vita erat. In uirtutibus enim quæ vita participant, potest contingere quòd vita imperfecta præcedat vitam perfectam: sed in per se vita, quæ non participant vitam, sed est absolute simpliciter vita, nullo modo potest imperfectio aliqua esse. Quia ergo verbũ est per se vita nunquam fuit in eo vita imperfecta: sed semper perfecta: & ideo ita [nihil factum est sine eo qđ tamen nõ factũ in [ipso] idest, per ipsum. Chrisostomus autem alium modum legendi habet: & punctat sic [Et sine ipso factum est nihil quod factum est.] & ratio huius est: quia aliquis posset credere, quòd spiritussanctus esset factus per verbum, & ideo Euangelista hoc volens excludere dicit [Quod factũ est.] quia spiritussanctus non est quid factum: & postea sequitur [In ipso vita erat.] quod introducitur propter duo. Vnum est, vt post productionem omnium rerum ostendatur indeficiẽtia causalitatis ad res, non solum productas, sed etiam producendas, quasi dicat: in ipso vita erat, quia. s. non solum omnia producere potuit, sed etiam quę habet indeficientem fluxum, & causalitatem absque mutationis dispendio, ad res continue producendas: vtpote fons viuus qui non minoratur ex fluxu continuo. Aqua vero collecta, & non viua, cũ desluit, minoratur & deficit: vnde dicit in Psal. 35. Apud te est fons vitę. Secundum est vt ostendatur gubernatio rerum esse p verbũ, quia enim [in ipso vita erat.] ostenditur quòd non produxit res per necessitatem naturæ: sed per voluntatem: & intellectum & quod res productas gubernat, Hebræor. 4. Viuus est sermo Dei, &c. Et quia apud Græcos Chriso. est tantę auctoritatis in suis expositionibus, quòd vbi ipse aliquid exposuit in sacra scriptura, nullam aliã expositionem admittant: ideo in omnibus libris Græcis inuenitur sic punctatum, sicut punctat Chrisosto. scilicet hoc modo [Sine ipso factum est nihil quod factum est.]

LECTIO III.

E T vita erat lux hoĩum.

EVangelista supra insinuauit virtutem verbi, secundum quam omnia produxit in esse, hic vero insinuat eius uirtutem, secundum quod se habet ad homines, dicens hoc verbum esse lucem hominum, vbi primo introducit nobis lucem quandam cum dicit [Et vita erat lux hominum.] Secũdo lucis irradiationem, cum dicit [Et lux in tenebris lucet.] Tertio lucis participationem, cum dicit [Et tenebræ eam non comprehenderunt.] Potest autem totum dupliciter exponi. Vno modo secundũ influxum cognitionis naturalis. Alio modo, secundum communicationem gratiæ. Dicit ergo quãtum ad primum [quòd vita erat lux hominum] Vbi primo considerandum est, quòd secundum Augustinum, & plures alios, nomen lucis magis proprie dicitur in spiritualibus, quàm in sensibilibus. Ambrosius tamen vult,

vult, quòd splendor metaphorice dicatur de Deo, sed in hoc non
eit magna vis facienda. Nam de quocumque nomen lucis dicatur,
ad manifestationē refertur: siue illa manifestatio sit in intelligibilibus,
siue in sensibilibus. Si ergo comparentur manifestatio intelligibilis,
& sensibilis, secundum naturā prius inuenitur lux in spiritualibus,
sed quo ad
nos qui nomina rebus imponimus, ex ea
rum proprietatibus
nobis notis, prius inuenitur in sensibilibus, quia prius impositum
est a nobis hoc nomen ad significandum lucem sensibilem, quàm
intelligibilem: quàmuis secundum virtutem prius, & verius con
ueniat spiritualibus quàm sensibilibus. Ad euidentiam autem eius
quod dicitur [Et vita erat lux hominum.] Sciendum est, quòd mul
tipliciter est gradus vitæ. Quædam namque viuunt, sed absque luce
: quia nullam cognitionem habent: sicut sunt plantæ: vnde vita
earum non est lux. Quædam vero viuunt, & cognoscunt, sed tamē
eorum cognitio cum sit sensus tantum, non est nisi particularium
& materialium, sicut est in brutis: & ideo hæc & vitam habent, &
lucem quandam, sed non lucem hominū, qui viuunt, & cognoscūt
non solum ipsa vera, sed ipsius veritatis rationem, sicut sunt creatu
ræ rationales, quibus non solum manifestatur hoc vel illud, sed ipsa
veritas, quæ manifestabilis est, & manifestatiua omniū. Et ideo
Euangelista loquēs de verbo dicit, non solum esse vitam, sed etiam
esse lucem, ne intelligas vitam sine agnitione hominum autem ne
tantum cognitionem sensibilem suspiceris, qualis est in brutis. Sed
quare dixit hominum, cum etiam sit lux angelorum? Ad hoc est
duplex responsio. Chrisostomus enim dicit, quòd Euangelista in
tendebat in isto euangelio tradere nobis cognitionem de verbo, se
cundum quòd ad salutem hominum ordinatur, & ideo magis ref
fert secundum suam intentionem ad homines, quàm ad angelos.
Origenes vero dicit, quòd participatio huius lucis pertinet ad ho
mines, inquantum sunt rationalis naturę. Et ideo Euangelista di
cens [Erat lux hominum.] voluit intelligi omnis rationalis na
turæ. In hoc etiam ostenditur perfectio, & dignitas huius vitę, quia
est intellectualis, seu rationalis. Cum enim illa dicuntur viuentia, quę
se aliquo modo mouent, illa dicuntur vitā habere perfectam, quæ
perfecte seipsa mouent: mouere autem seipsum perfecte, & proprie
in inferioribus creaturis soli homini conuenit. Nam & si alia ex se
ipsis ab aliquo principio intrinseco moueātur, nō tamen illud prin
cipium se habet ad opposita, & ideo ex necessitate mouentur, & nō
libere. Mota igitur a tali principio magis aguntur quàm agunt.
Homo vero cum sit dominus sui actus, libere se mouet ad omnia
quæ vult, & ideo homo habet vitam perfectā, & similiter quęlibet
intellectualis natura. Vita ergo verbi, quæ est lux hominū, est vita
perfecta. Attenditur etiam in præmissis verbis congruus ordo, nam
in naturali rerum ordine, primo inuenitur esse, & hoc primo Euā
gelista insinuauit, dicens. [In principio erat verbum.] Secundo vi
uere, & hoc est, quod sequitur. [In ipso vita erat.] Tertio intelli
gere, & hoc consequenter adiunxit [vita erat lux hominum.] Vnde
secundum Origē. conuenienter vitæ attribuit lucē: quia lux non ni
si viuenti attribui potest. Est tamen notandum, quòd lux ad viuen
tem dupliciter comparari potest, vel vt obiectum, vel vt participa
ta, vt patet in visu exteriori. Oculus enim lucem exteriorem co
gnoscit tamquam obiectum, sed oportet ad hoc quòd eam videat,
quòd participet aliquam lucem interiorem, per quam aptetur, &
disponatur oculus ad lucem exteriorem videndam. Sic ergo, quod
hic dicit. [Et vita erat lux hominum,] dupliciter potest intelligi,
vt dicatur lux hominum per modum obiecti quasi a solis homini-
bus conspicabilis, quia ipsam sola rationalis creatura conspicere po
test, cui ipsa sola diuinæ visionis sit capax. Iob. 35. Docet nos super
iumenta terrę, & super volucres cæli erudit nos, quia licet alia ani-
malia cognoscant aliqua quę vera sunt, solus tamen homo ipsam
rationem veritatis cognoscit. Potest etiam dici lux hominum par
ticipata. Nunquam enim ipsum verbum, & ipsam lucem conspice-
re possemus, nisi per participationem eius, quæ in ipso homine est,
quæ est superior pars animæ nostræ, scilicet lux intellectiua, de qua
dicitur in Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, idest
filii tui, qui est facies tua, qua manifestaris.

b Et lux in tenebris lucet, &

b INtroduxit supra, Euangelista lucem quandam: nunc vero agit
de ipsius lucis irradiatione, cum dicit. [lux in tenebris lucet.]
Quod quidem dupliciter potest exponi, secundum duplicem acce-
ptionem tenebrarum. Primo vero accipiamus tenebras, naturalē
defectum, ac creatæ mentis, nam ita se habet mens ad lucem istam
de qua hic loquitur Euāgelista, sicut se habet aer ad lucē solis: quia
licet aer capax sit lucis solis, tamen in se consideratus tenebra est,
& secundum hoc sensus est [lux,] idest, vita illa, quæ est lux homi
num [in tenebris lucet,] scilicet in animabus, & mentibus creatis
irradiando semper omnes. Iob. 5. Viro cui abscondita est lux, [sed
tenebrę eam non comprehenderunt,] idest, inducere nō potuerūt.
Illud enim dicitur comprehendi, cuius fines concluduntur, & con-
spiciuntur. Quia sicut dicit August. attingere Deum mente, ma-

De Verb. dñi Ser. 38.

F gna beatitudo est, comprehendere vero, impossibile est. Tenebræ er
go eam non comprehenderunt. Iob. 37. Ecce Deus magnus vincēs
scientiam nostram. Hier. 32. Magnus consilio, & in comprehen-
sibilis cognitu. Et hęc expositio habetur in illa. Hom. quę incipit.
Vox spiraculæ. Alio modo potest exponi accipiendo tenebras se-
cundum Aug. pro na
turali insipientia ho
minum, quæ tenebra
dicitur. Eccles. 2. Vi-

tenebrę eā nō cōprehēderūt.

di quia tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt
lux a tenebris. Ex eo ergo aliquis insipiens est, quòd priuatur lumi
ne sapientiæ diuinę: sicut ergo mentes sapientium participatione
istius diuinæ lucis, & sapientię lucidæ sunt, ita eius priuatione tene
brę sunt. Quòd ergo quidam tenebrosi sunt, nō est ex defectu illius
lucis: quia inquantum est de se, in tenebris lucet, & omnes irradiat,
sed ideo insipientes priuati sunt ea luce, quia [tenebræ eam non cō
G prehenderunt,] idest, non apprehenderunt, ad ipsius participationem,
eorum insipientia pertingere non valentes, vt post elati non
durantes. Iob. 36. Immanibus, idest, superbis abscondit lucem,
idest, lumen sapientiæ, & annuntiat de eo amico suo, quòd possessio
eius sit, & ad eam possit ascendere. Baruch. 3. Viam autem nescie-
runt, neque commemorati sunt semitas eius'. Licet autem aliquæ
mentes sint tenebrosę, idest, sapidæ, & lucida sapientia priuatæ, nul
la tamen adeo tenebrosa est, quin aliquid lucis diuinæ participet,
quia quicquid veritatis a quocumque cognoscitur, totum est parti
cipatione istius lucis, quę in tenebris lucet, quia omne verum a
quocumque dicatur, a spiritui sancto est, & tamen tenebrę, idest,
homines tenebrosi [eam non comprehenderunt] secundum ve-
ritatem. Sic ergo exponitur ista clausula secundum naturalem in-
fluxum, secundum Orige. & secundum Augu. Alio modo ab illo lo
co. [Et vita erat lux hominum,] exponitur secundum fluxum gra
H tiæ, quia irradiamur per Christū, & cōtinuatur sic ad præcedentia.
Supra egit Euangelista de creatione rerum per verbum, hic vero
tractat de restauratione rationalis creaturæ facta per Christum. d.
[Et vita verbi erat lux hominum] communiter, & non Iudeorū
tantum, quia filius Dei carnem assumere venit in mundum: vt il-
luminaret gratia, & veritate omnes homines. Ioan. 18. In hoc na
tus sum, & ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati. Item
infra 9. Quāmdiu in mundo sum, lux sum mundi, & ideo nō dicit
lux Iudæorum, quia licet olim tantū in Iudæa notus esset, tamen
postea toti mundo innotuit. Isa. 49. Dedi te in lucem gentibus: vt
sis salus mundo vsque ad extremum terrę. Congrue etiam conten
git lucem, & vitam. d. [vita erat lux hominum,] vt ostendat ista
duo, lucem, scilicet & vitam nobis prouenisse per Christum. Vitā
quidem per participationē gratiæ Infra, Gratia, & veritas, per Ie- Eodē cap.
sum Christum facta est. Lucem vero per cognitionem veritatis, &
sapientiæ. Hoc autem quod dicit [lux in tenebris lucet] potest se-
cundum hanc expositionem exponi tripliciter, secundum quod tri
I pliciter possumus accipere tenebras. Vno modo pro pœna, nam
quęlibet tristitia, & afflictio cordis, tenebra quædam dici potest, sic
ut quodlibet gaudium lux. Mich. vlt. Cum sedero in tenebris, &
in afflictionibus, domus lux mea est, idest, gaudium & consolatio.
Dicit ergo Orige. secundum hoc lux in tenebris lucet, idest, Chri-
stus in mundum veniens, & corpus passibile, & absque peccato ha-
bēs in similitudine carnis ꝓ m quod dr. Ro. 8. lux incarne, quæ. s. ca
ro Christi ꝓ m quod in se habet similitudinē carnis peccati, tenebra
dicitur. q. d. lux. i. verbum Dei circumuelatū tenebris carnis, luxit
in mundū, ꝓ m illud Eccles. 32. Solē nube tegā. Secundo accipiendo
ꝑ tenebras dæmones iuxta illud. Ephes. vlti. Non est nobis collucta
tio aduersus carnē & sanguinem tm, sed aduersus principes, & pote
states aduersus mūdi rectores tenebrarū harum: & secundū hoc di
cit. [lux] idest filius Dei. [in tenebris] lucet, idest in mundum de
scendit, vbi tenebræ, idest dæmones dominabantur infra 12. Prin
ceps huius mundi eiicietur foras [& tenebræ.] idest dæmones. [eā]
K non comprehenderunt.] idest eum obscurare non potuerunt ten
tando, vt patet Matth. 4. Tertio accipiendo tenebras errores siue
ignorantias, quibus totus mundus ante aduentum Christi ple-
nus erat, secundum quod dicit Apostolus. Eratis aliquando tene-
bræ. Dicit ergo, quòd [lux] idest verbum Dei incarnatum [in te
nebris lucet] idest hominibus mundi, erroris & ignorantiæ tene-
bris obscuratis. Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris. Et Isa. 9. Po
pulus qui sedebat in tenebris: vidit lucem magnam. [Et tenebræ
eum non comprehenderunt.] idest non vicerunt, quia quantum-
cūque homines peccatis obscurati, inuidia excæcati, superbia tene-
brosi, contra Christum pugnauerunt, vt patet ex Euangelio, expro
brando scilicet iniurias, & contumelias inferendo, & tandē occidē
do, non tamen [eum comprehenderunt.] idest non vicerunt eum
obscurādo, quin eius claritas per totum mundum fulgeret. Sap. 8.
Luci comparata inuenitur prior, illi enim succedit nox, sapiētiam
autem idest filium Dei incarnatum non vincit malitia Iudęorum
scilicet & Hæreticorum, quia vt dicitur. Sap. 10. Certamen forte
dedit illi ut vinceret, & sciret, quā omnium potentior est sapientia.

Lectio

LECTIO IIII.

SVpra Euangelista egit de veritatis incarnatione. Et circa hoc
duo facit, Primo agit de teste verbi incarnati suo præ-
cursore: secundo de aduentu verbi ibi [erat lux vera.]
Circa primum duo fa
cit. Primo describit
præcursorem in testi-
monium venientem.
Secundo ostendit eū
ad saluandum insuffi-
cientem ibi [non erat
ille lux.] Præcursorē

LECTIO IIII.

Vit homo missus à
Deo, cui nomen erat
Ioannes, hic venit in

testimonium, vt testimo-
nium perhiberet de lumine:
vt omnes crederent per il-
lum.

autem describit quadrupliciter. Primo a naturæ conditione, cum
dicit [fuit homo.] Secundo ab auctoritate, cum dicit, [missus a
Deo.] Tertio ab officii idoneitate, cum dicit. [Cui nomen erat Io-
annes.] Quarto ab officii dignitate ibi. [Hic venit,] Considera-
B dum autem est circa primum, quòd statim cum Euangelista ince-
pit de aliquo temporali, mutat modum loquendi. Cum enim supra
loqueretur de æternis, vtebatur hoc verbo [erat,] quod est præte-
riti imperfecti, ostendens per hoc, æterna interminata esse. Nunc
vero, cum loquitur de temporalibus, vtitur hoc verbo [fuit] ad ostē
dendum, quòd temporalia sic præterierunt, quòd tamen terminan
tur. Dicit ergo. [Fuit homo,] per quod in principio excludit per-
uersam opinionem hæreticorum, contra conditionem, seu naturā
Ioannis, qui propter id quod Dominus. Matthęi. 11. dicit de Ioa-
nne. Hic est, de quo scriptum est. Ecce mitto Angelum meum ante
faciem meam, & etiam Marc. 1. dicitur de ipso, opinati sunt, quòd
Ioannes fuisset natura, Angelus. Quod excludens Euangelista di-
cit [fuit homo] natura, non Angelus. Ecclesiastici. 6. Scitur quòd
sit homo, & quòd non possit contra fortiorē se, in iudicio contende
re. Conuenienter autem homo ad homines mittitur, per quem ho
mines magis alliciuntur, vt pote, per sibi similē. Vnde dicitur. Hæ-
C bræorum. 7. Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatē
habentes. Poterat enim Deus homines gubernare per Angelos,
sed maluit per homines, vt ipsorum exemplo magis instruerentur.
Et ideo Ioannes [homo] fuit, & non Angelus. Ex auctoritate qui
dem describitur, cum dicit [missus a Deo,] equidem, licet Ioan-
nes natura non fuerit Angelus, fuit tamen officio, quia [missus a
Deo.] Proprium enim angelorum officium est, quòd a Deo mitta
tur, & sint nuncii Dei. Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiri-
tus in ministerium missi: vnde Angelus, nuncius interpretatur. Pos
sunt ergo homines qui a Deo ad aliquid annunciandum mittun-
tur, angeli dici, iuxta illud Aggei. 1. Dixit Aggeus, nūcius domini
ex nunciis domini. Requiritur autem ad hoc quòd aliquis testimo-
niū de Deo perhibeat, quòd sit a Deo missus: iuxta illud Rom. 10.
Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Et quia cum a Deo mittū
tur, non sua quęrūt: sed quæ Iesu Christi. 2. Corinth. 4. Non enim
prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum, qui vero mittitur
a seipso, non a Deo, sua quærit, vel quæ sunt hominis: non autem
D quę Christi. Ideo ergo hic dicitur [Fuit homo missus a Deo.] vt
intelligas, quia non annūtiauit nisi dominum, non humanum. No
ta autem quòd tripliciter inuenimus aliquos missos a Deo, scilicet
per internam inspirationem, sicut Isa. 28. Et nunc misit me domi-
nus, & spiritus eius, quasi dicat, per interiorem spiritus inspiratio-
nem sum a Deo missus. Item per expressam & apertam iussionem
siue corporalem, siue imaginariam. Et sic iterum missus est Isaias.
vnde dicit Isaiæ. 6. Audiui vocem domini dicens. Quem mittam,
& quis ibit nobis? & dixi, Ecce ego, mitte me. Itē per prelati iniun
ctionem, qui gerit in hoc personam Dei. 2. Corinthio. 2. Nam & 'ego, si qd donaui propter vos in persona Christi. Et inde est, quòd
qui mittuntur a prelato, mittuntur a Deo, sicut missi fuerunt ab
Apostolo Barnabas, & Timotheus. Cum autem dicitur hic [Fuit
homo missus a Deo] Intelligendum est per interiorem inspiratio
nem, vel etiam forte per exteriorē iussionem a Deo eum missum
fuisse. Infra eodem. Qui misit me, ipse dixit: super quem videris spi
ritum Dei, &c. Per hoc ēt quod dixit [fuit homo missus a Deo] nō
est intelligendum sicut quidam hæretici ponebant, credentes ani-
mas hominum ante corpus fuisse cum angelis ab initio creatas,
& mitti animam cuiuscunque quando nascitur ad corpus. Et quòd
Ioannes sit missus ad vitam idest, eius animam ad corpus, sed quòd
fuit missus a Deo ad officium baptizandi & prædicandi. Ex idonei
tate vero commendatur, cum dicit [Cui nomen erat Ioannes.] Ad
officium namque testimonii requiritur idone tas. Nam nisi testis
sit idoneus qualitercumque mittatur ab alio, non est sufficiens tes-
timonium eius. Homo enim efficitur idoneus ex gratia Dei. 1. Co
rinthio. 15. Gratia Dei sum id quod sum. 2. Corinth. 3. Qui ido-
neos nos fecit ministros noui testamenti. Satis ergo congrue Euan
gelista idoneitatem præcursoris insinuat ex eius nomine, dicens.
[Cui nomen erat Ioānes.] Quod interpretatur, in quo est gratia:
quod quidem nomen non fuit frustra sibi impositum, sed ex diuina
præordinatione, & antequam nasceretur, vt patet Lucę. 1. Et voca

A bis nomē eius Ioannem, dixit angelus ad Zachariam. Vnde potest
dicere illud Isaiæ. 49. Dominus ab vtero vocauit me & Ecclesiast. 6.
Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius, quod etiam ostendit
Euangelista ex modo loquendi, cum dicit. [Erat] quantum ad
Dei præordinationem. Ex officii etiam dignitate deteribitur, cum
dicit [Hic venit in te
stimonium.] Vbi pri
mo ponitur officium.
Secundo ratio officii,
ibi [vt testimonium
perhiberet de lumi-
ne.] Officium autem
huius est testificandi,
vnde dicit, [Hic venit in testimonium.] Vbi notandum est, quòd
Deus, & homines, & omnia quæ facit, propter se operatur. Prouer.
16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Non qui
B dem vt aliquid ei accrescat, quia bonorum nostrorum non egeo sed
vt eius bonitas manifestaretur in omnibus a se factis, inquantum
per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna eius vir
tus, & diuinitas. Romano. 1. Et ergo quæ per creaturam in testimo
nium Dei, inquantum qualiber creatura est testimonium quoddam
diuinæ bonitatis. Et quidem, magnitudo creaturæ testimonium
quoddam est diuinæ virtutis & omnipotentiæ, pulchritudo vero di
uinæ sapientiæ. Specialiter vero modo ordinātur a Deo quidam ho
mines, & non solum naturaliter inquantum sunt, sed etiam spiri-
tualiter per sua bona opera Deo testimonium ferunt. Vnde omni-
nes sancti viri, testes sunt Dei, inquantum propter eorum bona
opera, Deus gloriosus apud homines efficitur. Matth. cap. 5. Sic lu-
ceat lux vestra coram hominibus, &c. Sed tamen illi qui participat
non solum dona Dei in seipsis per gratiam Dei bene operando, sed
etiam diffundunt ad alios dicendo, mouendo, & exhortando: spe-
cialius sunt testes Dei. Isaiæ. 43. Omnem, qui inuocat nomen meū
C in laudem meam creaui illum. Ioannes ergo venit in testimonium
ad hoc, vt in alios diffunderet dona Dei, & annunciaret laudem.
Hoc autem officium Ioannis se liter, testificādi est valde magnum,
quia nullus potest de aliquo testificari: nisi eo modo quo illud par-
ticipat, infra. 3. Quod scimus loquimur: & quod vidimus testamur.
Vnde testimonium perhibere diuinę veritati, indicium est cogni-
tionis ipsius veritatis. Et inde est, quòd ēt Christus hoc officiu ha
buit, infra 18. Ad hoc veni, & in hoc natus sum, vt testimoniū. &c.
Sed aliter Christus: & aliter Ioannes. Christus enim: vt ipsum lu-
men comprehendens, imo ipsum lumen existens. Ioannes vero, vt
ipsum lumen participans tantum. Et ideo Christus perfecte testi-
monium perhibet: & perfecte manifestat veritatē, Ioannes vero
& alii sancti, inquantum ipsam veritatem diuinam participant.
Est ergo magnum officium Ioannis, & ex participatione diuini lu
minis, & ex similitudine ad Christum, qui hoc officio vsus fuit.
Isaię. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gē
tibus. Ratio autem huius officii ponitur, cum dicit. [Vt testimo-
D nium perhiberet de lumine.] Vbi sciendum est, quòd duplex est tes-
timonium perhibetur, duplici de causa. Vna causa potest esse ex
parte rei cui testimonium adhibetur, pura, si est dubia vel incerta.
Alia causa est ex parte audiētium, si sunt duri & tardi corde ad cre
dendum. Ioannes vero in testimonium quidem venit, non propter
ipsam rem, cui testimoniū perhibebat, quia lumen erat, vnde di-
cit [Vt testimonium perhiberet de lumine] non de obscura: sed
de re manifesta: venit ergo in testimonium propter ipsos, quibus
testificabatur [vt omnes crederent per eum] scilicet Ioannem.
Nam sicut lumen non solum in seipso, & per se visibile est, sed etiā
omnia alia per ipsum videri possunt, ita verbum Dei, non solum
in se lumen est: sed etiam est omnia manifestans, quæ manifestantur.
Cum enim vniuniquodque manifestetur per suam formam, &
cognoscatur: omnes autem formæ sunt per verbum, quod est ars
plena rationum viuentium. Est ergo lumen, non solum in se, sed
omnia manifestans. Ephe. 5. Omne quod manifestatur, lumen est.
E Congrue autem Euangelista filium dicit lumen. Quia venit lu-
men ad reuelationem gentium. Lucę. 2. Supra autem dixit verbum
Dei verbum, quo pater dicit se & omnē creaturam. Vnde cum pro
prie sit lux hominum, & hic Euangelista de eo agat secūdum quod
venit ad salutem hominum procurandam, congrue intermittit,
hoc nomen verbum, cum loquitur de filio, & dicit illud lumen. Sed
si istud lumen sufficiens est per se omnia manifestare, non solum
seipsum, quid ergo indigebat vt testificaretur? non ergo necessaria
sunt testimonia Ioannis & Prophetarum de Christo, respondeo,
dicendum, quòd hæc obiectio est Manicheorum, qui volūt destru
re vetus Testamentū. Vnde a sanctis contra hos multiplex ratio as
signatur, qua Christus testimonium Prophetarum voluit habere.
Orige. quidem assignat tres rationes ad hoc. Primo quidem, quòd
Deus vult aliquos testes habere, non vt ipse eorū testimonio indi-
gear, sed vt eos nobiliter, quos constituit testes, sicut videmus etiam
in ordine vniuersi, quòd Deus producit aliquos effectus per causas
medias, non quia ipse impotens sit ad eos immediate producendos:

sed

sed quia ad nobilitãdas ipsas causas medias eis causalitatis dignitatem communicare dignatur. Sic ergo, & si Deus potuerit oẽs homines illuminare per se, & in cognitionem suam adducere: vt tamen debitus ordo seruaretur in rebus, & vt aliquos homines nobilitaret, voluit diuinam cognitionem ad homines per aliquos homines deuenire. Isaię. 43. Vere vos testes mei estis, dicit dominus. Secunda ratio est, quia Christus illuxit mũdo per miracula: quæ quidẽ, quia in ipe facta erant, temporaliter transierunt, neq; peruenerũt ad oẽs. Verba vero Prophetarum cõmendata scripturæ, poterant non solũ ad præsentes: sed etiã ad posteros peruenire. Voluit ergo dñs homines ad cognitionem verbi venire per testimonia Prophetarum, vt non solum præsentes: sed etiam futuri de ipso illuminarentur, & ideo signanter dicit [vt omnes crederent per illum.] nõ solum presentes: sed etiam futuri. Tertia ratio est, quia homines sunt diuersæ conditionis, & diuersimode ad veritatis cognitionem perducti, & dispositi. Quidam namque, ad veritatis cognitionem magis perducuntur per signa & miracula. Quidam vero magis per sapientiam quærunt. vt ergo dominus omnibus ostenderet viam salutis: vtramque viam pandere voluit, scilicet, signorum, & sapientiæ, vt qui non perducerentur ad viam salutis per miracula in veteri & nouo testamento facta, saltem per viam sapientiæ, vt in Prophetis: & aliis sacræ Scripturæ libris, ad veritatis cognitionem perueniant. Quarta ratio est Chrisostomi, quia. homines infirmi intellectus veritatem, & cognitionem Dei seipsa capere non possunt, voluit Deus eis condescendere, & illuminare quosdam homines de diuinis præ aliis, vt ab eis humano modo cognitionem de diuinis acciperent, quorum cognitionem in seipsis attingere nõ valebant: & ideo dicit [vt omnes crederent per illum.] quasi dicat, [venit in testimonium.] non propter ipsum lumen: sed propter ipsos homines, vt scilicet [crederent per illum.] Sic ergo patet idonea esse, & congruentia testimonia Prophetarum, & ideo recipienda: vtpote, nobis necessaria ad veritatis cognitionem. Dicit autem [crederent.] quia est duplex participatio diuini luminis. Vna, scilicet perfecta, quæ est in gloria. Psalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Alia est imperfecta, quæ scilicet, habetur per fidem [quia venit, &c.] De istis duobus modis dicitur. 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum, &c. & ibidẽ dicitur. Nũc cognosco ex parte &c. istorum autem modorum prior est modus participationis per fidem: quia per ipsam peruenitur ad speciem. Vnde Isaiæ. 7. secundum aliam literam. Nisi credideritis, non intelligetis, vbi nostra haber, Si non crediderit is non permanebitis. 2. Corint. 3. Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem, scilicet, quam perdidimus, transformamur a claritate in claritatẽ. Glosa, a claritate fidei, in claritatem spẽi, dicit ergo [Vt omnes crederent per illum] non vt omnes viderent illum per fecte statim, sed vt primo per fidẽ credendo, & postea per speciem in patria perfruendo. Dicit autem [per eum] vt ostendat differentiam eius ad Christum. Christus enim venit, vt omnes crederent in eum. Ioan. 7. Qui credit in me, &c. Ioan. vero vt omnes crederent, non quidem in eum, sed in Christum per eum. Sed contra: non omnes crediderunt per illum, si ergo venit vt omnes crederẽt per illum, frustra venit. Respondeo, Dicendum, quantum est ex parte Dei mittentis, & ex parte Ioan. venientis, sufficiens modus adhibitus est omnibus perueniendi ad fidem, sed ex parte eorũ qui oculos suos statuerunt declinare in terrã, & noluerũt videre ipsum lumen, defectus fuit, quia non oẽs crediderunt. Licet autẽ Ioan. de quo hoc dicta sunt, & quod missus a Deo magnus sit, nihilominus tñ eius aduentus non est sufficiens hoibus ad salutẽ: quia salus hoĩs in hoc cõsistit, q̃ participet ipsã lucẽ: vñ, & si Ioãnes lux fuisset, suffecisset hoibus ad salutẽ eius aduentus, sed ipse nõ erat lux. Vñ dicit.

b Non erat ille, lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.

Psal. 16.

b ET ideo necessaria erat lux, quæ sufficiret hominibus ad salutem. Vel aliter, Ioãnes venit vt testimoniũ perhiberet de lumine. Cõsuetum est autem, testificantẽ esse maioris auctoritatis, quàm ille cui perhibet testimonium, ne ergo credatur Ioannes esse maioris auctoritatis, quàm Christus, dicit Euangelista. [Non erat ille, lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.] Testatur enim, non quia maior, sed qua notior, etiam si sit minor. Sed quæritur de hoc, quod dicit, [Nõ erat ille, lux.] cõtra dicitur. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino & Matt. 5. Vos estis lux mundi, &c. Sunt ergo Ioannes, & Apostoli, & omnes boni, lux. Respondeo: quidam dicunt, quòd Ioannes non erat lux cũ articulo: quia hoc est solius Dei propriũ. Sed si lux ponatur sine articulo, erant Ioannes, & omnes sancti, facti lux, quod est dictu. Filius Dei est lux per essentiã, Ioannes vero, & oẽs sancti per participationẽ. Et ideo, quia Ioannes participabat verũ lumen, cõgruẽter testimoniũ perhibebat de lumine. Ignis. n. cõuenientius manifestatur per aliquod ignitũ, q̃ per aliquid aliud, & color per coloratum.

F

G

H

I

K

LECTIO V.

Vperius egit Euangelista de præcursore, & teste verbi incarnati. In parte vero ista, agit de ipso verbo incarnato. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit aduentus verbi necessitatem. Secundo, ex aduentu verbi collatam nobis vtilitatem, ibi [in propria venit.] Tertio, veniendi modum, ibi. [Et verbum caro factum est, &c.] Necessitas autem aduentus verbi: videtur esse defectus diuinæ cognitionis, quæ in mundo erat. Vnde hanc necessitatem sui aduentus assignat, dicens. Ioannis. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni. Ad intuendum ergo nunc diuinæ cognitionis defectum, duo facit Euangelista. Primo ostendit, quòd iste defectus non est ex parte Dei, neque ex defectu verbi. Secundo ostendit, quòd est ex parte hominum, ibi. [Et mundus eum non cognouit.] Quòd autem non fuerit defectus ex parte Dei & verbi, quin homines Deum cognoscerent, & illuminarentur a verbo, ostendit ex tribus. Primo, ex ipsius diuinæ lucis efficacia [quia erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Secundo, ex ipsius diuinæ lucis præsencia: quia [in mundo erat.] Tertio ex eius euidentia: quia [mundus per ipsum factus est.] Non fuit ergo defectus diuinæ cognitionis in mundo, ex parte verbi: quia efficax est. Vnde primo ostendit rationem huius efficaciæ. Quia [Erat lux vera.] Secundo ipsam eius efficaciam. Quia [illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum.] Bit enim efficax diuinum verbum ad illuminandum: quia. [Erat lux vera] Quomodo autem verbum sit lux, & quomodo sit lux hominum, quia supra satis explanatum est, superfluum est ad præsens reiterare, Istud tamen ad præsens est dicendum, quomodo sit [lux vera.] Notandum est ergo, ad huiusmodi euidentiam, quòd verum in scriptura, tribus opponitur. Aliquando enim diuiditur contra falsum sicut illud. Ephes. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem. Aliquando autem diuiditur contra figurale, sicut illud Ioan 1. Lex per Moysen data, &c. quia veritas figuratum legis, facta est per Christum. Aliquando vero diuiditur contra participans, sicut illud 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius, qui scilicet, non est filius per participationem. Fuit autem ante aduentum verbi in mundo quædam lux, quam scilicet, Philosophi se habere iactabant. Sed hęc quidem falsa fuit: quia (vt dicitur. Roma. 1.) Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ, dicentes enim se esse sapientes, &c. Hierem. 10. Stultus factus est omnis homo, a scientia sua. Fuit etiam quædam alia lux, quam gloriabantur se habere Iudęi ex doctrina legis. Sed hæc quidem lux, erat lux figuralis. Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Erat etiam in Angelis, & in sanctis hominibus lux quędam, non tamen specialiori modo per gratiam Deum cognoscebant. Sed hæc lux participata erat. Iob. 35. Super quem non resplendet lumen illius? quasi dicat. Quicunque lucidi sunt, intantum lucent, inquantum participant lumen illius, idest Dei. Sed verbum Dei, non erat lux falsa, non figuralis, non participata, sed [lux vera,] idest, per essentiam suam. Et ideo dicit [erat lux vera.] In quo quidem verbo excluditur duplex error, scilicet Fotini, qui Christum opinatus est, ex virgine initium sumpsisse, & ideo ne aliquis hoc suspicari posset, Euangelista loquens de incarnatione verbi, dicit. [Erat lux vera,] scilicet ab æterno, non solum ante virginem, sed ante omnem creaturam. Excluditur etiam error Arrij, & Origen. dicentium Christum non fuisse verum Deum, sed per participationem tantum. Quod si verum esset, non esset lux vera [vt Euãgelista dicit.) Sicut enim dicitur. 1. Ioan. 1. Deus lux est, non per participationem, sed lux vera. Si ergo verbum erat lux vera, manifestum est, illud esse Deum verum. Patet ergo ratio efficaciæ diuini verbi, ad diuinam cognitionem causandam. Efficacia autem ipsius verbi est, quia [illuminat omnem hominem venientem.] Omne enim, quod est per participationem, deriuatur ab eo, quod est per essentiam suam tale. Vt omne ignitum est hoc per participationem ignis, qui est ignis per suam naturam. Quia ergo verbum est lux vera per suam naturam, oportet, quòd omne lucens luceat per ipsum, inquantum ipsum participat. Ipse ergo [illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Sciendum est autem ad horum intellectum, quòd mundus in Scriptura accipitur tribus modis. Aliquando enim ratione suę creationis, sicut hic in ferius ait Euang. [Mundus per ipsum factus est.] Aliquãdo autem ratione suæ perfectionis ad quã per Christũ pertingit, sicut illud 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Aliquando ratione suæ peruersitatis, sicut illud. 1. Ioan. 2. Totus mundus in maligno positus est. Illuminatio seu illuminari per verbum, intelligitur dupliciter, scilicet de lumine naturalis cognitionis, de quo dicitur in Psal. 4. Signatum est super nos, &c. Item de lumine gratiæ, de quo dicitur Isai. 60. Illuminare Hierusalem.

LECTIO V.

Rat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat.

Et mũdus p ipsũ fact⁹ est, & mũdus eũ non cognouit.

His

His duabus distinctionibus suppositis, facile soluitur dubitatio, quę ex istis orit. Cum enim dicit Euangelista. [Illuminat omnẽ hominem.] vt subesse falsum, cum adhuc multi sint in mundo tenebrosi. Si ergo nos, memores dictarum distinctionũ, accipiamus mundũ, secundum quòd ponitur ratione suæ creationis, & illuminare: secundum quòd accipitur pro lumine naturalis rationis: verbum Euangelistæ nullam habet calumniã: quia homines omnes venientes in hunc mundum sensibilem, illuminantur lumine naturalis cognitionis, ex participatione huius veræ lucis, a qua deriuatur quicquid de lumine naturalis cognitionis participatur ab homib is. Vcitur autem Euangelista hoc modo loquendi (vt dicat venientem in hunc mundum,) nõ quòd homines vixissent aliquo temporis spatio extra mundum, & postea venirent in mundum ę im hoc sit contra sententiã Apostolo. R.o. 9. Cum enim non dum nati essent, aut aliquid egissent boni, aut mali: vt secundum electionem, &c. Vnde, cum non egissent aliquid antequam nati essent, manifestum est, quòd anima non est antequam corpori coniungatur. Dicit ergo [venientem in hũc mũdum.] vt ostendat, quòd homines illuminantur a Deo, secundum hoc, scilicet, quòd veniunt in mundum idest, secũdum intellectum qui est ab extrinseco, homo enim ex duplici natura cõstituitur corporali scilicet, & intellectuali: & secũdum corporalem quidem natur. m, seu sensibilem, illuminatur homo lumine corporeo & sensibili, secundum animam vero & intellectualem naturam, illuminatur lumine intellectuali, & spirituali. Cum ergo homo secundum naturam corporalem, non veniat in hunc mundum, sed sit ex mũdo, sed secundum intellectualem naturam, quæ est ab exintrinseco (vt dictum est.) sit a Deo per creationem. vnde dicitur. Eccle. 12. Donec omnis caro in suã reuertatur originem, & spiritus dirigatur ad Deum qui fecit illum: ostendit Euangelista, quòd hæc illuminatio, est secundum illud quod est ab intrinseco, scilicet secundum intellectum, cum dicit [Venientem in hunc mũdum.] Si vero accipiatur illuminari pro lumine gratiæ, sic hoc quod dicitur. Illuminat omnem hominem,] potest tripliciter exponi. Vno modo, secundum Orige. in illa. Homel. Aquila grãdis, exponitur hoc modo, vt accipiamus mundum ratione suæ perfectionis, ad quam perducitur homo reconciliatus per Christum, & tunc dicitur. [Illuminat omnem hominem venientem] per fidem, [in hunc mundum] spiritualem scilicet ecclesiam illuminatam lumine gratiæ. Alio modo, secundum Chriso. exponitur, accipiendo mundum ratione suæ creationis, & talis est sensus [illuminat] scilicet verbum quantum de se est: quia ex parte sua nulli deest, imo vult omnes salvos fieri; & ad agnitionem veritatis venire, vt dicitur. 1. Thim. 2. [Omnem hominem venientem.] idest qui nascitur in hunc mundum sensibilem: quòd si aliquis non illuminatur, ex parte hominis est, auertentis se a lumine illuminante. Tertio modo, secundum Augustinum exponitur, vt li [omnem] sit distributio accommoda: vt sit sensus [illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] non simpliciter, [sed omnem hominem] qui illuminatur, scilicet, quia nullus illuminatur nisi a verbo. Dicit ergo secundum Augustinum [venientem] vt assignet rationem, quare homo indiget illuminari. Accipiendo tamen mundum ratione suæ peruersacis & defectus, quasi dicat, ideo indiget illuminari: quia [uenit in hunc mũdum] peruersitate & defectibus tenebrosum, & ignorantia plenum. De mundo spirituali primi hominis Lucæ. 2. Illuminare his, qui in tenebris. Destruitur autem per verba prædicta error Manichei ponentis homines, & mundum a principio contrario, idest, diabolo in mundo creatos fuisse: quia si homo fuisset creatura diaboli veniens in mundũ, non illuminaretur a Deo sue a verbo, quia Christus venit in mundum, vt dissoluat opa diaboli. 1. Ioannis. 3. Sic ergo patet efficacia diuini verbi, quòd defectus cognitionis in hominibus, non est ex parte ipsius verbi: quia ad omnes illuminandos efficax est, cum sit [lux vera quæ illuminat omnem hominem, &c.] Sed ne credas defectum ipsum esse ex remotione, seu absentia veræ lucis, hoc excludens Euangelista, subdit [In mundo erat.] Simile huic habetur. Actũ 17. Non longe est ab vnoquoque nostrum, scilicet Deo, in ipso enim viuimus, &c. quasi dicat Euangelista, verbum diuinũ efficax est: & præsens est ad illuminandum. Notandum vero, quòd in mũdo dicitur aliquid esse tripliciter. Vno modo p continentiã, sicut locatum in loco. Ioannis 17. Hi in mundo sunt. Alio modo, sicut pars in toto: nam pars mundi dicitur esse in mundo, etiam si nõ sit locata sicut substantiæ supernaturales, licet localiter non sint in mundo: tamen sunt vt partes. Psalm. 145. Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Neutro autem istorum modorum lux vera in mundo erat, quia nec localis est: nec pars vniuersi, immo quodãmodo (vt ita liceat loqui) totum vniuersum est pars, bonitatem eius participaliter participans. Erat ergo in mundo, tertio modo, sicut causa efficiens, & conseruans. Hieremiæ 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed tamen aliter est de verbo agente, & causante omnia, & aliter de aliis agentibus. Nam alia agentia operant (vt extrinseca existentia.) Cum enim nõ agant nisi mouendo; & alterãdo aliquo modo, quantũ ad ea quæ sunt extrinseca rei, ut extrinseca operant. Deus vero operat in oibus, vt interius agẽs: quia agit creando. Creare autem, est dare esse rei creatæ, cum ergo esse sit intimũ cuilibet rei. Deus qui operãdo dat esse, operatur in rebus, vt intimus agens. In mundo ergo erat (vt dans esse mundo.) Consuetum est autem dici, Deum esse in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam. Ad cuius intellectũ sciendum est, quòd per potentiam dicitur esse aliquis in omnibus, quæ subduntur potentiæ eius: sicut Rex dicitur esse in toto regno sibi subiecto, per suam potentiam. Non tamen ibi est per presentiã neque per essentiam. Per præsentiam dicitur esse in omnibus, quæ sunt in conspectu eius, sicut Rex dicitur esse per præsentiam in domo sua. Per essentiam vero dicitur esse in illis rebus, in quibus est sua subsitãtia: sicut est Rex in vno loco determinato. Dicimus enim Deum esse vbique per potentiam, quia omnia eius potestati subduntur. 138. Si ascendero in cœlum, tu illic es. Si sumpsero pennas meas diluculo, &c. tenebit me dextera tua. Per præsentiam vero, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, quę sunt in mundo, vt habetur Hebræo. 4. Per essentiam autem, quia essentia sua intima est omnibus rebus: oportet enim de necessitate omne agens, inquantum agens, immediate coniungi suo effectui. Cum mouens & motum oportet simul esse. Deus autem actor est, & conseruator omnium, secundum esse vniuscuiuscunque rei. Vnde, cum esse rei sit intimum in qualibet re: manifestum est, quòd Deus per essentiam, suam, per quam omnia creat, sit in omnibus rebus. Notandum autem, quòd Euangelista signanter vtitur hoc verbo [erat] cum dicit [In mundo erat.] ostendens ab initio creaturæ semper ipsum fuisse in mundo, causans & conseruans omnia: quia si ad momentũ subtraheret Deus virtutem suam a rebus conditis, omnia in nihilum redigerentur, & esse desinerent. Vnde Origenes satis ad hoc, congruo exemplo vtitur dicens, quòd sicut se habet vox humana ad verbum humanum in mente conceptum, sic se habet creatura ad verbum diuinum: nam sicut vox nostra, est effectus verbi conceptui in mente nostra, ita & creatura est effectus verbi in diuina mente concepti. Dixit enim, & facta sunt. Vnde sicut videmus, quòd statim deficiente verbo nostro, vox sensibilis deficit, ita si virtus verbi diuini subtraheretur a rebus, statim res oẽs in ipso momento deficerent, & hoc, quia est portãs omnia verbo virtutis suæ Hebræ. 1. Sic ergo patet, quòd defectus diuinę cognitionis: non est in hominibus, ex verbi absentia: quia [In mundo erat.] Non est etiam ex verbi inuisibilitate seu occultatione: quia fecit opus, in quo similitudo euidenter relucet, scilicet mundum. Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit eorum creator videri: & Rom. 1. Inuisibilia Dei p ea, &c. & ideo statim Euangelista subiungit. [Et mundus per ipsum factus est.] vt scilicet, in ipso lux ipsa manifestatur: sicut in artificio manifestat ars artificis: ita totus mundus nihil aliud est, q̃ quædam repræsentatio diuinæ sapiętię in mente patris cõceptę. Sap. . Sparsit illam super omnia opera tua. Sic ergo pater, q̃ defectus diuinę cognitionis, non est ex parte verbi, quia efficax est cum sit [lux vera.] Præsens est, quia [in mundo erat.] Euidens est, quia [mundus per ipsum factus est.] vnde autem sit huius defectus, ostendit Euãgelista consequenter cũ dicit.

D pecc. mot ca. 2 5.

b QVasi dicat, non est ex parte ipsius: sed ex parte mundi, qui [eum non cognouit.] Dicit autem eum in singulari, quia supra, verbum dixerat, non solum lucem hominum, sed Deum, vnde cum dicit [eum] intelligit Deum. Ponitur autẽ hic mũdus, pro homine. Angeli nãq; cognouerũt eum intelligendo. Elementa cognouerunt eum obediendo: sed mundus, idest homo habitator mũdi, eum non cognouit. Et possumus hunc defectum cognitionis diuinæ referre, vel ad naturam hominis, vel ad culpam. Ad naturam quidem: quia licet omnia hæc prædicta auxilia data sint homini, vt ducatur in cognitionem Dei: tamen ratio humana in se deficiẽs est ab hac cognitione. Iob. 36. Vnusquisque intuetur eũ procul. Et iterũ ibi. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Sed in ali qui eũ cognouerunt. hoc fuit non inquantum fuerunt in mundo, sed inquantũ fuerunt supra mundũ, & tales quibus dignus non erat mundus, qa [mundus eũ non cognouit.] Ier est quæ ratio: quare ab hominibus Deus non cognoscitur, & sic mundus accipitur pro inordinato mundi amore, quasi dicat [mundus eum non cognouit] vnde si aliquid æternum in mente perceperũt, hoc fuit inquãtum non erant de hoc mundo. Si vero referatur ad culpam hominis, tunc hoc quod dixit [Mundus eum non cognouit.] est quasi ratio, quare ab hominibus Deus non cognoscitur, & sic accipitur mundus pro inordinato mundi amatore, quasi dicat [mundus eũ non cognouit] quia sunt mundi amatores. Amor enim mundi (vt dicit Augustinus) maxime retrahit a Dei cognitione, quia amor mundi

E

F

G

H

I

K

mundi inimicum Dei constituit, Iacobi. 4. Qui autem non diligit Deum, non potest eum cognoscere. 1. Corin. 2. Animalis homo nõ percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Notandum autem, quòd ex hoc soluitur quæstio Gentium, qui vane quærunt, si a paucis temporibus filius Dei pro salute humana mundo innotuit, videtur quòd ante tempus illud naturam humanam despiceret. Quibus dicendum est, quòd non despexit, sed semper fuit in mundo: & quantũ in se est, cognoscibilis est ab hominibus: sed quòd aliqui eum non cognouerunt, fuit eorũ culpa, quia mundi amatores erant. Notandum etiam, quòd Euangelista loquitur de incarnatione verbi, vt ostendat idem esse verbũ incarnatum, & quod [erat in principio apud Deum, & Deus, &c. Resumit quæ de ipso supra dixerat, ibi enim dixerat, quòd [verbum erat lux hominum] hic vero dicit quòd [erat lux vera.] ibi [omnia per ipsum facta sunt.] hic vero [& mundus per ipsum factus est.] supra vero dixit, quod [sine ipso factum est nihil.] idest, secũdum vnam expositionem, omnia conseruãs, hic vero dicit [In mundo erat.] mundum & omnia creans, & conseruans. Ibi dixit. [Et tenebræ eam non comprehenderunt.] hic vero [Et mundus eum non cognouit.] & ideo totum hoc quod sequitur ab illo loco [Erat lux vera.] videtur quædam explicatio superiorũ. Possumus etiam ex prædictis accipere triplicem rationẽ, quare Deus voluit incarnari, Vna est peruersitas humanæ naturæ, quæ ex sui malitia iam obtenebrata erat vitiorum, & ignorantiæ obscuritate. Vnde supra dixerat, quòd [tenebræ eam non comprehenderunt.] Venit ergo in carnem Deus: vt tenebræ possent apprehendere lucẽ, idest, cognitionem eius pertingere. Isaiæ 9. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Secunda, propter insufficientiam Prophetici testimonii. Venerunt enim Prophetæ, venerat Ioannes, sed sufficienter illuminare nõ poterant, quia [nõ erat ille lux] Vnde necessarium erat vt post Prophetarum vaticinia, post Ioannis aduentum, lux ipsa veniret, & sui cognitionem mũdo traderet: & hoc est, quod Apostolus dicit, Hebræ. 1. Multipharie, multisque modis, & 2. Pet. 1. Habetis Propheticum sermonẽ, cui bene facitis attendentes, donec dies illucescat. Tertia, propter creaturarum defectum. Nam creaturę insufficientes erant ad ducendum in cognitionem creatoris, vnde [mundus per ipsum factus est] & [ipsum non cognouit] Vnde necessarium erat, vt ipse creator per carnem in mundum veniret, & per seipsum cognosceretur: & hoc est quod Apostolus dicit. 1. Corinth. 1. Nam quia in Dei sapientia, mundus non cognouit per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes.

LECTIO VI.

ASsignata necessitate incarnationis verbi, consequenter Euangelista manifestat vtilitatem, ex ipsa incarnatione ab hominibus consecutam. Et primo insinuat lucis aduentum, quia [in propria venit] Secundo, hominũ occursum ibi [Et sui eum non receperunt.] Tertio, fructum ex aduentu lucis allatum, ibi. [Dedit eis potestatem.] Ostendit ergo, quòd lux quæ erat præsens in mundo, & euidens seu manifesta per effectum, non tamen cognoscebatur a mũdo. Et ideo [venit in propria [vt cognosceretur. Sed ne, cum dicit [venit] intelligeres motum localem in hoc modo, vt scilicet venerit quasi desinens esse vbi prius erat, & denuo incipiens esse vbi prius non erat, dicit Euãgelista [in propria,] idest, in ea quę erant sua, quę ipse fecerit, & venit ipse, vbi erat: infra 16. Exiui a patre, & veni in mũdum. Venit (inquã) in propria, idest, in Iudęam secundum quosdam, quę quidem speciali modo sua erat. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, Isa. 5. Vinea Domini exercituum, domus Israel est. Sed melius est, vt dicatur. [propria,] idest, in mundum ab eo creatum. Psal. 22. Domini est terra. Sed si prius erat in mundo, quomodo venit in mũdum? Respondeo. Dicendum, quòd venire in aliquem locum, dicitur dupliciter, scilicet vel quòd aliquis veniat, vbi nullo modo prius fuerat; vel quòd vbi aliquo modo prius fuerat, incipiebat esse quodã nouo modo, sicut Rex, qui prius erat in ciuitate aliqua sui regni per potentiam, ad illam postmodum veniens personaliter, dicitur venire, vbi prius erat. Venit enim per suam substantiam, vbi prius erat solum per suam potentiam. Sic ergo filius Dei venit in mundum, & tamen in mundo erat. Erat quidem per essentiam, potentiam, & præsentiam, sed venit per carnis assumptionem, erat inuisibilis, venit vt esset visibilis, Deinde cum dicit.

b SEquitur hominum occursus, qui differenter se habuerunt ad venientem. quia quidam eum receperunt, non sui. Vnde. d. [Et sui eum non receperunt.] Sui, sunt homines, quia ab eo formati. Genes. 1. Formauit Deus hominem. Psal. 99. Scitote, quoniam Dominus ipse fecit nos, quia ad eius imaginem facti. Gene. 1. Faciamus hominem. Sed melius est vt dicamus [sui,] idest, Iudæi

LECTIO VI.

N propria venit.

b Et sui eũ nõ receperunt.

F eum non receperunt per fidem credendo, & honorando. infra. 5. Ego veni in nomine patris mei, & nõ recepistis me: & infra 8. Ego honorifico patrem meum, &c. Sunt quidem Indei sui, quia ab ipso in populum peculiarem electi. Deut. 26. Elegit te Dominus in populum peculiarem. [sui] secundum carnem, coniuncti. Rom 9. Ex quibus Christus, secundum carnẽ. Itẽ [sui.] ab eo beneficiis promoti. Isai. 1. Filios enutriui & exaltaui. Sed licet, [sui,] Iudæi eum non receperunt, non defecerunt tamen, qui eum receperunt. Vnde subdit. [Quotquot autem receperunt.] Vtitur Euangelista hoc modo loquendi. d. [Quotquot] vt ostendat ampliorẽ esse factã solutionẽ, quã fuerit promissio, quæ facta fuit solũ suis, scilicet Iudæis. Isa. 33 G Dominus legifer noster, &c. sed solutio non solum fuit facta suis, sed [quotquot receperunt eum,] i. omnibus in eum credentibus. Roma. 15. Dico autem, Christum ministrum fuisse circumcisionis, &c. promissiones patrum. idest patribus factas, &c. Gentes autẽ super misericordia, qa misericorditer sunt recepti dicit [Quotquot] vt ostendat, quòd gratia Dei indifferenter datur omnibus recipientibus Christum. Act. 11. Ergo in nationes gratia spiritus sancti, &c. Et non solũ liberis, sed et seruis, non solum masculis, sed etiã & fœminis. Col. 3. In Christo Iesu, non est masculus, nec fœmina, Gętilis, vel Iudæus, circũcisio & præputiũ, &c Deinde eũ dicit.

c SEquitur fructus eius aduentus. Vbi primo ponit fructus magnificentiam: quia [dedit eis potestatem.] Secundo, ostendit quibus datur, quia [his qui credunt.] Tertio insinuat modum dandi: quia [non ex sanguinibus.] Est ergo fructus aduentus filii Dei magnus, quia homines fiunt per hoc filii Dei. Gal. 4. Misit Deus filiũ suum factum ex muliere, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et H hoc congrue, vt qui sumus filii Dei, per hoc, quòd assimilamur filio, reformamur per filium. Dicit ergo { dedit eis potestatem. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd homines fiunt filii Dei per assimilationem ad Deum, & ideo secundum triplicem assimilationẽ hominum ad Deum, homines sunt filii Dei. Primo enim, per gratiæ infusionem. vnde quicumque habet gratiam gratum facientẽ, efficitur filius Dei. Rom. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis, &c. Gal. 4. Quoniam estis filii Dei, misit deus spiritum filii. Secundo assimilamur Deo per operum perfectionem, quia qui facit opera iustitiæ, est filius. Mat. 5. Diligite inimicos vestros. Tertio assimilamur Deo, per gloriæ adoptionem, & quantum ad animam per lumen gloriæ. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus. Et quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrę. Vnde de istis duobus dicitur. Rom. 8. Adoptionem filiorum Dei, expectantes. Si ergo accipiamus potestatem filios Dei fieri, quantum ad operum perfectionem, & glorię adeptionem, nullam difficultatem habebit sermo, quia cum dicit [dedit eis potestatem] I intelligiẽ de potestate gratiæ, qua habita, potest homo facere opera perfectionis, & adipisci gloriam, quia vt dicitur. Rom. 6. Gratia Dei, vita æterna. Et secundum hunc modum dicitur [eis] qui eum receperunt [potestatem,] idest, infusionẽ gratiæ filios Dei fieri, bene operando, & gloriam acquirendo. Si vero intelligatur de gratiæ infusione, tunc dubitationẽ habet hoc, quod dicitur { dedit eis potestatem. } Quia nõ est in potestate nostra fieri filios Dei, cum non sit in potestate nostra gratiam habere. Hoc ergo quod dicit { dedit eis potestatem } aut intelligitur de potestate naturæ, & hoc non videtur esse verum, quia infusio gratiæ est supra naturam nostram. Aut intelligitur de potestate gratię, & tunc hoc ipsum est gratiam habere, quod habere [potestatem filios Dei fieri] & sic non dedit potestatem filios fieri Dei, sed filios Dei esse. Ad quod dicendum, quòd in datione gratię, requiritur in homine adulto ad iustificationem suam consensus, per motum liberi arbitrii: vnde quia in potestate hominis est, vt consentiat, & non consentiat [dedit eis potestatem.] Dedit autem hanc potestatem suscipiendi K gratiam dupliciter. Præparando & hominibus proponendo. Sicut enim qui facit librum, & proponit homini ad legendum, dicitur dare potestatem legendi. Ita Christus, per quem gratia facta est, vt dicitur infra. et qui operatus est salutem in medio terræ. Vt dicitur in Psal. 73. Dedit nobis { potestatẽ filios Dei fieri, } p gratiæ susceptionem. Secundo, quia hoc non sufficit, cum etiam liberum arbitrum indigeat ad hoc, quòd moueatur ad gratiæ susceptionẽ, auxilio gratię diuinæ, non quidem habitualis, sed mouentis: ideo dat potestatem mouendo liberum arbitrium hominis, vt consentiat ad susceptionem gratię: iuxta illud. Tren. vlt. Conuerte nos Domine ad te, monendo voluntatem nostram ad amorem tuum, & conuertemur, &c. Et hoc modo vocatur interior vocatio, de qua dicitur. Roma. 8. Quos vocauit, interius voluntatem instigando ad consentiendum gratię, hos iustificauit, gratiã infundẽdo. Quia vero per hanc gratiam habet homo hanc potestatem conferuandi se in diuina filiatione, potest & aliter dici [dedit eis,] idest, eum recipientibus

quotquot aũt receperũt eũ.

c Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

[Et sui eũ nõ receperunt, non defecerunt tamen, qui eum receperunt. Vnde subdit. [Quotquot autem receperunt.] Vtitur Euangelista hoc modo loquendi. d. [Quotquot] vt ostendat ampliorẽ esse factã solutionẽ, quã fuerit promissio, quæ facta fuit solũ suis, scilicet Iudæis. Isa. 33 G Dominus legifer noster, &c. sed solutio non solum fuit facta suis, sed [quotquot receperunt eum,] i. omnibus in eum credentibus. Roma. 15. Dico autem, Christum ministrum fuisse circumcisionis, &c. promissiones patrum. idest patribus factas, &c. Gentes autẽ super misericordia, qa misericorditer sunt recepti dicit [Quotquot] vt ostendat, quòd gratia Dei indifferenter datur omnibus recipientibus Christum. Act. 11. Ergo in nationes gratia spiritus sancti, &c. Et non solũ liberis, sed et seruis, non solum masculis, sed etiã & fœminis. Col. 3. In Christo Iesu, non est masculus, nec fœmina, Gętilis, vel Iudæus, circũcisio & præputiũ, &c Deinde eũ dicit.

c SEquitur fructus eius aduentus. Vbi primo ponit fructus magnificentiam: quia [dedit eis potestatem.] Secundo, ostendit quibus datur, quia [his qui credunt.] Tertio insinuat modum dandi: quia [non ex sanguinibus.] Est ergo fructus aduentus filii Dei magnus, quia homines fiunt per hoc filii Dei. Gal. 4. Misit Deus filiũ suum factum ex muliere, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et hoc congrue, vt qui sumus filii Dei, per hoc, quòd assimilamur filio, reformamur per filium. Dicitergo { dedit eis potestatem. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd homines fiunt filii Dei per assimilationem ad Deum, & ideo secundum triplicem assimilationẽ hominum ad Deum, homines sunt filii Dei. Primo enim, per gratiæ infusionem. vnde quicumque habet gratiam gratum facientẽ, efficitur filius Dei. Rom. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis, &c. Gal. 4. Quoniam estis filii Dei, misit deus spiritum filii. Secundo assimilamur Deo per operum perfectionem, quia qui facit opera iustitiæ, est filius. Mat. 5. Diligite inimicos vestros. Tertio assimilamur Deo, per gloriæ adoptionem, & quantum ad animam per lumen gloriæ. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus. Et quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrę. Vnde de istis duobus dicitur. Rom. 8. Adoptionem filiorum Dei, expectantes. Si ergo accipiamus potestatem filios Dei fieri, quantum ad operum perfectionem, & glorię adeptionem, nullam difficultatem habebit sermo, quia cum dicit [dedit eis potestatem] intelligiẽ de potestate gratiæ, qua habita, potest homo facere opera perfectionis, & adipisci gloriam, quia vt dicitur. Rom. 6. Gratia Dei, vita æterna. Et secundum hunc modum dicitur [eis] qui eum receperunt [potestatem,] idest, infusionẽ gratiæ filios Dei fieri, bene operando, & gloriam acquirendo. Si vero intelligatur de gratiæ infusione, tunc dubitationẽ habet hoc, quod dicitur { dedit eis potestatem. } Quia nõ est in potestate nostra fieri filios Dei, cum non sit in potestate nostra gratiam habere. Hoc ergo quod dicit { dedit eis potestatem } aut intelligitur de potestate naturæ, & hoc non videtur esse verum, quia infusio gratiæ est supra naturam nostram. Aut intelligitur de potestate gratię, & tunc hoc ipsum est gratiam habere, quod habere [potestatem filios Dei fieri] & sic non dedit potestatem filios fieri Dei, sed filios Dei esse. Ad quod dicendum, quòd in datione gratię, requiritur in homine adulto ad iustificationem suam consensus, per motum liberi arbitrii: vnde quia in potestate hominis est, vt consentiat, & non consentiat [dedit eis potestatem.] Dedit autem hanc potestatem suscipiendi gratiam dupliciter. Præparando & hominibus proponendo. Sicut enim qui facit librum, & proponit homini ad legendum, dicitur dare potestatem legendi. Ita Christus, per quem gratia facta est, vt dicitur infra. et qui operatus est salutem in medio terræ. Vt dicitur in Psal. 73. Dedit nobis { potestatẽ filios Dei fieri, } p gratiæ susceptionem. Secundo, quia hoc non sufficit, cum etiam liberum arbitrum indigeat ad hoc, quòd moueatur ad gratiæ susceptionẽ, auxilio gratię diuinæ, non quidem habitualis, sed mouentis: ideo dat potestatem mouendo liberum arbitrium hominis, vt consentiat ad susceptionem gratię: iuxta illud. Tren. vlt. Conuerte nos Domine ad te, monendo voluntatem nostram ad amorem tuum, & conuertemur, &c. Et hoc modo vocatur interior vocatio, de qua dicitur. Roma. 8. Quos vocauit, interius voluntatem instigando ad consentiendum gratię, hos iustificauit, gratiã infundẽdo. Quia vero per hanc gratiam habet homo hanc potestatem conferuandi se in diuina filiatione, potest & aliter dici [dedit eis,] idest, eum recipientibus

A cipientibus [potestatem filios Dei fieri,] idest gratiam, per quam potentes sunt in diuina filiatione cõseruari. 1. Ioan. vlt. Omnis q̃ natus est ex Deo, non peccat, sed gratia Dei (per quam regenerantur in filios Dei) conseruat eum. Sic ergo [dedit eis potestatem filios Dei fieri,] per gratiam gratum facientem, per operum perfectionem, per gloriæ adeptionẽ, & hæc ppa rando, mouendo, & cõ feruando gratiam. Deinde cum dicit.

d His qui credunt in nomine eius.

d OStenditur, quibus conferatur fructus eius aduentus. Et hoc quidem potest accipi dupliciter, vel vt sit expositiuum superiorum, vel determinatiuum. Expositiuum quidẽ, quia Euangelista dixerat. { Quotquot autem receperunt eum.] vt ergo ostendat quid est recipere eum, quasi exponendo, consequenter subiungit [his qui credunt in nomine eius] quasi dicat: hoc est recipere eum, in eũ credere, quia per fidem, Christus habitat in cordib⁹ nostris, iuxta illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Illi ergo [receperunt eum, qui credunt in nomine eius.] Vt determinatiũ vero, ponitur ab Orige. in Homel. quę incipit. Vox spiritualis. hoc modo multi recipiunt Christum, dicentes se esse Christianos, qui tamen non sunt filii Dei, quia non vere credunt [in nomine eius.] falsa dogmata de Christo suggerendo, subtrahendo scilicet, aliquid sibi de diuinitate, vel de humanitate, iuxta illud. 1. Ioanis. 4. Omnis spiritus qui soluit Christum ex Deo non est. et ideo Euangelista quasi determinando, dicit [dedit eis,] scilicet, recipientibus eum per fidem [potestatem filios Dei fieri,] illis tantũ [qui credũt in noĩe eius,] idest, qui nomen Christi integrum seruant, vt nihil de diuinitate, vel humanitate Christi diminuant. Potest etiam hoc referri ad formationẽ fidei, vt dicatur [his,] scilicet [dedit potestatem filios Dei fieri, qui credunt in nomine eius] idest, per fidem charitate formatam, opera salutis faciunt. illi enim qui habent solum fidem informem, non credunt in nomine eius, quia non operantur ad salutem. sed prima expositio, quæ accipitur, vt expositiuum præmissorum melior est. Deinde cum dicit.

e His qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed

e OStenditur, qualiter conferatur hominibus tam magnificus fructus. quia enim dixerat, quòd fructus aduenientis lucis, est potestas fieri filios Dei hominibus data. Filius autem dicitur aliqs ex eo, quòd nascit. ne æstimes eos materiali generatione nasci dicit [nõ ex sanguinibus.] et licet hoc nomen tanguis, in Latino non habeat plurale, quia tamen in Græco habet, ideo translator regulam grammaticæ seruare non curauit, vt veritatem perfecte doceret. Vnde non dicit ex sanguine, secundum Latinos, sed [ex sanguinibus] per quod intelligitur quicquid ex sanguine generatur, concurrens vt materia ad carnalem generationem. semen autem, secundum Philosophum: est vltimi superfluitas cibi sanguinei. unde siue semen viri, siue menstruũ mulieris, intelligitur per sanguinem. Causa vero motiua ad actum carnalem, est voluntas se commiscentium, scilicet maris & fœminæ: quia licet actus virtutis generatiuæ secundum quòd huiusmodi, non sit subiectus voluntati: præambula tamen ad ipsum voluntati subiiciuntur. Et ideo dicit [neque ex voluntate carnis.] pro persona mulieris [neque ex voluntate viri] vt ex causa efficiẽte. [sed ex Deo nati sunt.] quasi dicat, non carnaliter, sed spiritualiter filii Dei fiunt: accipitur autem hic caro secundũ Aug. pro muliere, quia sicut caro obedit spiritui sic mulier debet obedire viro. Gen. 2. Dixit Adã de muliere. Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. Et attendendum ẽm Aug. quòd sicut dissipatur possessio domus, in qua principatur mulier & lubicitur vir, ita dissipatur homo, cũ caro dominatur spiritui. Propter quod dicit Apostolus Roma. 8. Debitores sumus non carni, vt secũdum carnem viuamus. de modo autem dictæ generationis carnalis, dicitur. Sap. 7. In ventre matris figuratus sum caro. Vel possumus dicere, quòd motiuum ad carnalem generationem, est duplex E Vnũ scilicet ex parte appetitus intelligitur, quæ est voluntas: aliud a parte sensitiui, quod est concupiscentia; ad designandum ergo materialem causam, dixit [non ex sanguinibus] Sed ad designandũ causam efficientem quantum ad concupiscentiam, dicit [neque ex voluntate carnis,] Quamuis improprie voluntas dicatur concupiscentia carnis, quo tã modo dicitur Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Ad designandũ vero appetitũ intellectiuum, dicit [Non ex voluntate viri.] sic ergo generatio filiorum Dei, nõ est carnalis, sed est spiritualis, quia [ex Deo nati sunt.] Ioan. vltimo. Omne quod natum est ex Deo: &c. Nota autem, quòd hæc præpositio, de, semper denotat materialem causam, & efficientem, & etiã consubstantialem. Dicimus enim, quòd faber facit cultellum de ferro, & pater generat filium suum de seipso, quia aliquid sui concurrit aliquo modo ad generationem. Hæc vero præpositio, a, semper denotat causam mouentem. Hæc vero præpositio, ex, accipitur ut cõmunis, quia importat causam materialem & efficientem, non tamen consubstantialem. Vnde quia solus filius Dei, qui est verbum est de substantia patris, ideo cum patre est vna substantia. alii vero sancti, qui sunt adoptiui, non sunt de eius substantia: ideo Euangelista vtitur hac præpositione, ex, dicens de aliis [ex Deo nati sunt.] De filio vero naturali, quòd de patre est natus. Notandum est etiã quòd secundum vltimam expositionẽ carnalis generationis possumus accipere differentiam carnalis generationis ad spiritualem. Quia enim illa est ex sanguinibus, ideo carnalis, ista vero, quia nõ est ex sanguinibus, ideo spiritualis. Ioan. 3. Quod natũ est ex carne, caro est, & quod natũ est ex spiritu, spiũs est. Item quia materialis generatio est ex voluntate carnis, idest, ex concupiscentia, ideo est immunda, & generat filios peccatores. Ephe. 2. Eramus natura filii iræ. Itẽ, quia illa est [ex voluntate viri,] idest, hominis facit filios hominum, hæc vero quia est ex Deo, facit filios Dei. si vero hoc quod dicit [dedit eis potestatem] voluit referre ad baptismum propter quod in filios Dei regeneramur, possumus videre in hoc ordinem baptismi. vt scilicet, primo requiratur fides, quod fit in cathecuminis, qui debent primo instrui de fide, vt scilicet credant in nomine eius & deinde regenerentur per baptismum: non quidem ex sanguinibus carnaliter, sed ex Deo spiritualiter.

Degen. animal. ca. 18.

B Fuerunt

ex Deo nati sunt.

LECTIO VII.

ET verbum caro factum est.

LECTIO VII.

POsita necessitate aduentus verbi in carnem, & etiam vtilitate, consequenter Euangelista modum venienti manifestat dicens. [Et verbum caro factum est.] Et secũdum hoc continuatur ad hoc, quod dixerat. [In propria venit.] quasi dicat: verbum Dei in propria venit, sed ne credas ipsum venisse, locum mutando, ostendit modum quo venit, scilicet C per incarnationem, eo enim modo venit, quo missus est a patre a quo missus est, in quantum factus est caro. Galath. 4. Misit Deus filium suum, factũ ex muliere, &c. vbi dicit Aug. Eo missum quo factum. Secundum Chrisõ. autem continuatur ad illud, [dedit eis potestatem, &c.] quasi dicat. Si quæris, vnde potuit dare hanc potestatem hominibus vt filii Dei fierent. Respõdet Euãgelista, quia [verbum caro factum est.] dedit nobis, quòd possemus filii dei fieri. Gal. 4. Misit Deus filium suum, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Secundum vero Aug. continuatur sic, ad hoc quod dixerat [sed ex Deo nati sunt] quasi enim dure videbatur, vt homines ex Deo nascerentur. ideo quasi in argumentum huius dicit: vt scilicet, verbum esse credatur, subdit Euangelista illud, de quo minus videtur, s. quòd [verbum caro factum est.] quasi dicat: ne mireris si homines ex Deo sunt nati: quia [verbum caro factũ est.] i. Deus factus est homo.] Notandum, quòd hoc quod dicitur [verbũ caro factũ est.] qu dam male intelligentes sumpserunt occasionem erroris. Quidam namque posuerunt verbum ita carnem factum esse ac si ipsum, vel aliquid eius sit in carne conuersum, sicut cum farina fit panis, & aer ignis. et hic fuit Eutices, qui potuit commixtionem naturarum in Christo, dicens, in eo eandem fuisse Dei, & hominis naturam. Sed huius opinionis falsitas manifeste apparet: quia sicut est dictum supra [verbum erat Deus.] Deus autem immutabilis est, vt dicitur. Mal. 3. Ego Deus, & non mutor. vnde, nullo modo potest esse, quòd in aliam naturam conuertatur. Est ergo dicendum contra Euticem. [Verbum caro factum est] verbũ carnem assumpsit, nõ q̃ ipsum verbum sit ipsa caro, sicut si dicamus, homo factus est albus: non quòd ipse sit ipsa albedo; sed quòd albedinem assumpsit. Fuerunt etiam alii, qui licet crederent verbum non in carnem mutatum, sed quòd eam assumpsit, tamen dixerunt ipsum assumpsisse carnem sine anima. nam si carnem animatam assumpsisset, dixisset Euangelista [verbum caro] cum anima [factum est.] Et hic fuit error Arrii, qui dixit, quòd in Christo non erat aia, sed uerbũ Dei erat ibi loco animæ. Et huius positionis falsitas apparet, tum, quia repugnat sacræ scripturæ, quæ in pluribus locis mentionem facit de anima Christi, sicut illud Matthæi. 27, Tristis est anima mea vsque ad mortem, &c. Tum etiam, quia quædam passiones animæ recitantur de Christo, quæ in verbo Dei nullo modo esse possunt, nec etiã in carne sola, sicut illud. Matth. 14. Cæpit Iesus tedere, & mæstus esse. Tum etiam, quia Deus non potest esse forma alicuius corporis: nec etiam angelus corpori vniri potest per modum formæ, cum secundum naturam a corpore sit separatus: anima autem vnitur corpori sicut forma. Non igitur verbum Dei corporis forma esse potest. Præterea contrat, quòd caro non sortitur speciem carnis, nisi per animam, quod patet, quia recedente anima a corpore hominis seu bouis, caro hominis vel bouis, non dicitur caro nisi æquiuoce. Si ergo verbum non assumpsit carnem animatam, manifestum est, quòd non assumpsit carnem sed [verbum caro factum est] ergo carnem animatam assumpsit,

Fuerunt autem alii, qui ex hoc moti, dixerunt: verbum carnẽ quidem animatam assumpsisse: sed anima sensitiua tantum, non intellectiua, loco cuius, in corpore Christi dixerunt verbum esse. Et hic fuit error Apolinaris, qui quandoque Arrium secutus est, tandem propter auctoritates prædictas, coactus fuit ponere aliquam animã in Christo, quæ posset harum passionum esse subiectum: ita tamẽ quòd ratione, & intellectu careret. Sed loco horum, verbum esset in homine Christo. Sed hoc manifeste apparet esse falsum, quia repugnat auctoritati sacræ scripturę, in qua quædam dicunẽ de Christo, quę nec in diuinitate, nec in anima sensitiua, nec in carne inueniri possunt. Sicut illud, quòd admiratus est, vt dicitur Matt. 8. admiratio autem, est passio animæ rationalis, & intellectiuæ, cum sit desiderium cognoscendi causam occultam effectus visũ. Sic igitur, sicut tristitia cogit in Christo ponere partem animæ sensitiuam, contra Arrium: ita admiratio cogit ponere in ipso partem animæ intellectiuam, contra Appollinarem. idem etiam apparet per rationem. Sicut enim non est caro sine anima: ita non est vera caro humana sine anima humana, quæ est anima intellectiua. si ergo verbum assumpsit carnem animatam, anima sensitiua tantum, & non rationalis: non assumpsit carnem humanam. et ita non poterit dici: Deus factus est homo. Præterea. ad hoc verbum humanam naturam assumpsit, vt eam repararet: ergo id reparauit quod assumpsit. Si ergo non assumpsit animam rationalem, non reparasset eam: & sic nullus fructus proueniret nobis ex verbi incarnatione, quod falsum est. [Verbum Jergo, [caro factũ est.] idest, carnem animatam anima rationali assumpsit. Sed forte dicis. si verbum carnem sic animatam assumpsit: quare Euangelista de anima rationali mentionem non fecit: sed de carne solum, dicens. [Verbum caro factum est.]? Respondeo: dicẽdum, q̃ propter quatuor rationes Euangelista hoc fecit. Primo, ad ostendendum veritatem incarnationis, contra Manichæos, qui dicebant verbum non assumpsisse veram carnem, sed fantasticam tantũ, cum non esset conueniens, vt boni Dei verbũ assumeret carnem, quam ipsi dicebant diaboli creaturam. Et ideo Euãgelista, vt hoc excluderet, fecit de carne specialiter mentionẽ, sicut & Christus Luc. vlti. Existimantibus discipulis esse fantasma, veritatem resurrectionis ostendit, dicens. Spiritus carnem, & ossa non habet, &c. Secundo, ad demonstrandam Dei erga nos magnitudinem benignitatis. constat enim, quòd anima rationalis magis conformis est Deo, quàm caro, & quidem magnum pietatis sacramentum fuisset, si verbum assumpsisset animam humanam, vtpote, sibi conformem. Sed assumere etiam carnem elongatam a simplicitate suę naturæ, fuit multo amplioris, imo inęstimabilis pietatis indicium, secũdum quòd Apostolus dicit. 1. ad Thi. 3. Et manifeste magnũ est pietatis sacramentum, quod manifestatũ, est in carne, &c. Et ideo, vt hoc ostenderet Euãgelista, solum de carne mentionem fecit. Tertio, ad demonstrandam veritatem, & singularitatem vnionis in Christo. Alis enim hominibus sanctis vnitur quidem Deus, quantum ad animam solum. Vnde dicitur Sapien. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert: amicos Dei & Prophetas constituens. Sed, quòd verbum Dei vniretur carni, hoc est singulare in Christo, secundum illud in Psal. 140. Singulariter sum ego, &c. Iob 28. Non adæquabitur ei aurum, &c. hanc ergo singularitatem vnionis in Christo ostendere volens Euangelista, de carne solum mentionem fecit, dicens. [Verbum caro factũ est.] Quarto, ad insinuandam cõgruitatem humanæ reparationis. homo enim per carnem infirmabatur, & ideo Euangelista volens insinuare aduentum verbi congruum esse nostræ reparationi, mentionem de carne specialiter fecit, vt ostenderet quòd caro infirma, per carnẽ verbi reparata fuit. et hoc est, quod Apostolus dicit. Roma. 8. nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinẽ carnis peccati, &c. Sed quæritur, quare Euangelista non dixit, verbum carnem assumpsit, sed potius [verbum caro factum est.] Respondeo, dicendum, quòd hoc ideo fecit, vt excluderet errorem Nestorij, qui dixit in Christo fuisse duas personas, & duos filios, & alium esse filium virginis: vnde non concedebat, quòd beata virgo esset mater Dei. Sed secundum hoc deus non esset factus homo: quia impossibile est q̃ duorum singularium, quæ diuersa sunt secundum suppositum, vnũ prædicetur de alio. Vnde, si alia est persona verbi seu suppositum, & alia persona hominis seu suppositum in Christo, tunc non erit verum, quod dicit Euangelista [Verbum caro factum est.] Ad hoc enim fit aliquid, vt fit. Si ergo verbum non esset homo, non posset dici, quòd verbũ sit factũ homo. Et ideo signanter Euangelista dixit [factum est.] & non dixit assumpsit, vt ostendat quòd vnio verbi ad carnem non est talis, qualis est assumptio Prophetarum, qui non assumebantur in vnitatem suppositi, sed ad actum Propheticum: sed est talis quòd Deum vere faceret hominem, & hominem deum, idest, quòd deus esset homo. Fuerunt & alii, qui non intelligentes modum incarnationis, posuerunt quidem assumptionem prædictam esse terminatam ad veritatem personę, cõstitẽtes in Deo vnam personam Dei & hominis, sed tamen dicunt in ipso fuisse duas hypostases, siue duo suppositi: vnum naturæ humanæ creatũ, & temporale, aliud diuine increatũ & ęternum. Et talis est prima opinio quæ ponitur 3. Sen. dist. 6. Sed secundum hanc opinionem non habet veritatem ista propositio, Deus factus est homo, & homo factus est Deus. Et ideo hæc opinio damnata est tamquam hæretica in quinto Concilio, vbi dicitur. Si quis in domino Iesu Christo vnam personam, & duas hypostases dixerit, anathema sit: & ideo Euangelista, vt omnem assumptionem excluderet, quæ non terminatur ad vnitatem personę, vtitur hoc verbo [factum est.] Si vero quæris, quomodo verbum est homo? Dicendum, quod eo modo est homo, quo quicumque alius est homo, scilicet habens humanam naturam, non quòd verbum sic ipsa humana natura, sed est diuinum suppositum vnitum humanæ naturæ. Hoc autem quod dicitur [verbum caro factum est.] non aliquam mutationem in verbo, sed solum in natura assumpta de nouo in vnitatẽ personæ diuinæ dicit [& verbum caro factum est.] per vnionem ad carnem. Vnio autem relatio quędam est. Relationes autem de nouo dictæ de Deo in respectu ad creaturas, non important mutationem ex parte Dei: sed ex parte creaturæ nouo modo se habentis ad Deum. Sequitur.

b Et habitauit in nobis.

Q Vod quidem dupliciter distinguitur a præmissis. Primo, vt dicatur quòd supra Euangelista egit de verbi incarnatione, dicens [verbum caro factum est.] hic vero modum incarnationis insinuat, dicens [& habitauit in nobis.] Secundum enim Chrisõ. & Hylarium per hoc, quod Euangelista dicit [verbum caro factum est.] Posset aliquis intelligere, quòd sit conuersum in carne & non sint in Christo duę naturæ distinctæ, sed vna tantum natura, ex humana & diuina commixta. Ideo Euangelista hoc excludens, subiunxit [& habitauit in nobis.] idest, in nostra natura vt ramen in sua maneret distinctum. Illud enim quod in aliquid conuertitur, non manet ab eo in quod conuertitur secundum naturam distinctum. Quod autem ab aliquo non distinguitur, non inhabitat illud, quia habitare, distinctionem inhabitantis, & in quo habitat importat. Sed verbum habitauit in nostra natura, ergo naturaliter est ab ipsa distinctũ, & ideo inquantũ humana natura a natura verbi fuit in Christo distincta, dicitur habitaculũ diuinitatis, & templum, iuxta illud Ioan. 3. Hoc autẽ dicebat de templo corporis sui. Et quidem quàmuis a prædictis sanctis hoc sane dicatur, cauenda est tamen calumnia quam aliqui ex hoc incurrunt. Nam antiqui doctores, & sancti, emergentes errores circa fidẽ persequebantur: vt interdum videretur contrarios. sicut Augustinus contra Manichęos qui destruebant libertatem arbitrij, taliter disputat, quòd videt in hęresim Pelagij incidisse. Hoc igitur modo Euangelista Ioannes, ne per hoc, quod dixerat. [Verbum caro factum est.] intelligeretur in Christo confusio vel transmutatio naturarum, subiunxit & [habitauit in nobis.] ex quo verbo Nestorius occasionem sumens erroris, dixit filium Dei sic esse vnitum homini, vt tũ Dei & hominis non esset vna persona. Voluit enim, quòd verbum per solam inhabitationem, per gratiã fuerit humanę naturę vnitum. Ex hoc autem sequitur, q̃ filius Dei non sit homo. Ad quorum euidentiam sciendum est, quòd in Christo duo considerare possumus, scilicet naturam & personam. Secundum naturam autem attenditur in Christo distinctio, non secundum personam quæ vna & eadem est in duabus naturis, quia humana natura in Christo fuit assumpta in vnitatem personæ. Inhabitatio ergo, quam ponunt sancti, referenda est ad naturam: vt dicatur, quòd [habitauit in nobis.] idest, natura verbi inhabitauit naturam nostram, non secundum hypostasim seu personam, quæ est eadem veriusque naturę in Christo. Quod autem blasphemat Nestorius auctoritate sacrę scripturæ, euidenter refellitur. Apostolus enim Phil. 2. vnionem Dei & hominis exinanitionem vocat, dicens de filio. Qui cum in forma Dei esset, &c. vsque, formam serui accipiens. non autẽ dicitur Deus exinaniri ex eo, quòd creaturã rationalem per gratiã inhabitet: quia sic pater & spiritus sanctus exinanirentur, cum & ipsi inhabitare hominem dicuntur per gratiam. Dicit enim Christus de se, & de patre loquens, Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. de spiritu autẽ sancto dicit Apostolus. 1. Cor. 3. Spiritus Dei habitat in nobis. Pręterea, si Christus personaliter Deus non esset, præsumptuosissime dixisset. Ego & pater, vnum sumus, &, antequam Abraham fieret, ego sum. Ego autem, personam loquentis demonstrat. homo autẽ erat, qui loquebatur, vnum cum patre præexistebat Abrahę. Potest etiam aliter continuari; vt dicatur, quòd supra egit de verbi incarnatione. Nunc autem agit de verbi incarnati conuersatione, dicens [Et habitauit in nobis,] idest, inter nos Apostolos conuersatus est familiariter. Secundum quòd dicit Petrus. Actuum 1. In omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus. Baruch. 4. Post hæc in terris visus est, &c. Hoc autem Euangelista addidit propter duo. Primo, vt ostendat mirabilem conformitatẽ verbi ad homines, inter quos sic conuersatus est, vt videret quasi vnus ex eis. Non solũ enim in natura voluit assimilari hominibus, sed etiam in conuictu, & familiari conuersatione absq; peccato, cũ eis voluit esse simul: vt sic homines suæ conuersationis dulcedine allecti, traheret ad seipsũ. Secundo, vt ostendat sui testimonij veritatem. Euãgelista enim supra de verbo magna quædam dixerat, & ad huc multa de eo mirabilia dicturus erat, & ideo vt eius testimonium credibilius fieret, accepit quasi in veritatis argumentum, se cum Christo conuersatũ fuisse, dicens. [Et habitauit in nobis:] q.d bene possum testimoniũ perhibere de ipso: quia cum ipso conuersatus sum. j. Ioan. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, &c. & Act. 10. Dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus prędestinatis à Deo, idest nobis, &c.

c Plenũ gratiæ, & vertatis.

LECTIO VIII.

POsita verbi incarnatione. Hic consequenter Euangelista insinuat verbi incarnati euidentiam. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit modum manifestationis verbi incarnati. Secũdo, vtrumque modũ exponit, ibi [de plenitudine.] Innotuit autẽ Apostolis verbum incarnatum dupliciter. Primo quidẽ, per visum acceperunt de eo notitiam. Secundo, per auditum ex testimonio Ioannis Baptistæ. Primo ergo manifestat quid de verbo viderint. Secundo, quid à Ioanne audierunt, ibi. [Ioannes testimonium, &c.] Dicit autem tria de verbo. Primo, eius gloriæ manifestationẽ: vnde dicit. [Et vidimus gloriã eius.] Secundo, eius gloriæ singularitatẽ, cum subdit [quasi vnigeniti.] Tertio, huius gloriæ determinationem quia [plenum gratiæ & veritatis.] hoc autẽ quod dicit [vidimus gloriã eius,] potest continuari ad præcedentia tripliciter. Primo, vt sit argumentum eius, quod dixerat. [Verbũ caro factum est:] q.d. ex hoc habeo, & scio, quòd verbum Dei est incarnatum, quia ego, & alij Apostoli vidimus gloriã eius. Ioan. 3. Quod scimus loquimur: & quod vidimus testamur. Et j. Ioan. 1. Quod fuit ab initio, &c. Secundo, continuatẽ ꝗm Chrysost. vt sit expressiuum multiplicis beneficij: q d. Non tolum hoc beneficium collatum est nobis per incarnationẽ verbi, sed quod efficiamur filij Dei, sed etiã, quòd videamus gloriam. Oculi enim debiles, & infirmi lucẽ Solis non possunt videre. Sed tunc eã videre possunt, cum in nube, vel in aliquo corpore opaco resplẽdet. Ante incarnationẽ enim verbi, mentes humanæ erant inualidæ ad videndum in seipsa lucẽ diuinam, quæ illuminat omnẽ rationalem naturã, & ideo vt a nobis facilius cerni contemplariq; posset, nubẽ nostræ carnis se texit. iuxta illud. Exo 16. Respexerunt ad solitudinem, & viderunt gloriam Dñi in nube. i. verbum Dei in carne. Secundum August. autem continuatur sic, quòd referatur ad beneficium gratiæ. Spirituales enim oculi hominum, non solum naturaliter deficiebant a contẽplatione diuinę lucis, sed etiã ex defectu peccati. ꝗm illud. Psal. 57. Supercecidit ignis. s. concupiscentiæ. & non viderunt Solem. s. iustitiæ. Vt ergo ipsa diuina lux posset à nobis videri, sanauit oculos hominum, faciens de carne sua salutare collirium, vt sic oculos ex concupiscentia carnis corruptos: verbum collirio suæ carnis curaret. Et inde est, quòd statim cum verbum factum est caro, dixerunt. [Et vidimus gloriã eius.] Ad hoc significandum fecit dñs lutum ex sputo, & liniuit oculos cęci nati. Ioã. 6 Lutum quidem de terra est: sputum quidem à capite deriuatur. Ita in persona Christi, natura quidem humana assumpta de terra est: verbũ vero incarnatũ à capite est, s. à Deo patre. hoc ergo lutum statim cum appositum fuit oculis hominum. [Vidimus gloriam eius, &c.] Hanc autem verbi gloriã Moyses videre optauit, dicens. Ostende mihi gloriam tuam, &c. Exo. 33. sed eam videre non meruit: immo dictum est ei à dño. Posteriora mea videbis, idest, vmbras & figuras. Apostoli vero ipsam claritatem viderunt. 2. Cor. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculantes, &c. Moyses enim, & alij Prophetæ verbi gloriam manifestandam mundo in fine temporum speculabantur, enigmatibus, & figuris. Vnde dicit Apostolus. j. Cor. 12. Hęc dixit Ilaias, quando vidit gloriam eius. Apostoli autem ipsam verbi claritatem per præsentiam corporalem viderunt. 2. Corin. 3. Nos autem reuelata facie, &c. & Luc. 10. Beati oculi qui vident, &c. Multi enim reges & Prophetę, &c. Consequenter cum dicit.

b Gloriam quasi vnigeniti à patre.

OStendit gloriæ eius singularitatẽ. Cum enim de quibusdam hominibus inueniatur, q̃ fuerunt gloriosi, sicut & Moyses. legitur Exo. 34. Et facies eius facta est splendida: vel cornuta, ꝗm aliam literam, posset aliquis dicere, quòd ex hoc, quòd viderunt eum gloriosum, non debet dici quòd verbum Dei sit factum caro. Sed hoc euangelista excludit, dicens. [Gloriam quasi vnigeniti à patre. Jq.d. gloria eiꝰ, nõ est sicut gloria angeli, vel Moysi & Eliæ, vel Elisęi, vel cuiusque alterius: sed [quasi vnigeniti.] quia vt dicitur Hebr. 3. Amplior gloria, &c. Psal. 88. Quis similis Deo in filiis Dei. Hoc autem quod dicit [quasi] est expressiuum veritatis ꝗm Grego. et est modus (vt Chrysostomus dicit.) sicut si aliquis vidisset regem multiplici gloria incedentem; & interrogatus ab aliquo, qualiter regẽ vidisset: volens se expedire, illam multiplicem gloriam vno verbo exprimeret dicens, q̃ ipse incedebat sicut Rex, idest, sicut regem decebat. Ita hic Euãgelista, quasi interrogaretur ab aliquo, qualis esset gloria verbi quam videret: non valens eam plene exprimere. dicit eam esse [quasi vnigeniti à patre,] i. talem qualem decebat vnigenitum Dei; attenditur autẽ singularitas gloriæ verbi quantum ad quatuor. Primo, quantum ad patris testimonium, quod filio reddit: quia Ioannes fuit unus de tribus qui uiderant Christũ transfiguratum in monte, & audierunt vocem patris dicentis. Hic est filius meus dilectus, &c. Et de ista gloria dicitur. 2. Petri. 1. Accepit a Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa, &c. Secundo, quantum ad angelorum ministerium. nã ante incarnationem Christi homines erant angelis subiecti, post modum vero, Christo subiecti ministrauerunt. Matth. 4. Tunc accesserunt angeli, &c. Tertio vero, quantum ad naturę obsequium. Tota enim natura Christo obediens ei obsequabatur ad nutũ, vtpote, ab ipso instituta: quia omnia per ipsum facta sunt. Quod quidem, nec angelis, nec alicui alii creaturæ concessum est, nisi soli verbo incarnato, & hoc est, quod dicitur Matth. 9. Qualis est iste, quia mare & venti obediunt ei? Quarto, quantum ad docendi, seu operandi modum. Moyses enim & alii Prophetæ non propria auctoritate præcepta dabant, & homines instruebant, sed Dei. Vnde dicebant, Hæc dicit dominus, &c. Et locutus est dominus ad Moysen, &c. Christus vero loquitur tanquam dominus, & potestatem habens, idest propria virtute. Vnde dicebat. Matthæi 5. Ego dico vobis, &c. propter quod in fine sermonis eius in monte dicitur. Quòd erat docens quasi potestatem habens, &c. Item, alii sancti operabantur miracula virtute, non sua: Christus vero virtute propria. Vnde dicitur. Matthæi 1. Quęnam est hæc noua doctrina, quia spiritibus, &c. Sic ergo singularis est gloria verbi. Nota autem, quòd aliquando dicimus in scriptura Christum vnigenitum, sicut hic, & infra. Vnigenitus, qui est in sinu patris, &c. Aliquando vero dicimus ipsum primogenitum. Hebræ. 1. Et cum iterum introducit primogenitum, &c. quod ideo est, quòd sicut totius sanctæ Trinitatis proprium est esse Deũ, ita verbo dei proprium est, quòd sit Deus genitus. Et quandoque quidem nominamus Deum, secundum quòd est in se, & sic ipse solus sit naturaliter genitus a patre, vnus tantum est genitus Dei. Si vero consideremus ipsum filium, secundum quod per similitudinem ad ipsum, filiatio deriuatur ad alios: sic sunt multi filii Dei per participationem. Et quia per eius similitudinem dicuntur filii Dei: ideo ipse dicitur primogenitus omnium: Romano. 8. Quos præsciuit conformes fieri, &c. Sic ergo Christus dicitur Vnigenitus Dei per naturam, primogenitus vero inquantum ab eius naturali filiatione per quandam similitudinem & participationem, filiatio ad multos deriuatur. Consequenter cum dicit.

c IPsam gloriam verbi determinat, quasi dicat, talis est eius gloria quod plenus est gratia & diuinitate. Possunt autem hæc verba exponi de Christo tripliciter. Primo, secundum vnionem. Ad hoc enim aliqui datur gratia, vt per ipsam vniatur Deo. Ille ergo gratia plenus est, qui perfectissime Deo vnitur. Et alij quidem coniunguntur Deo p participationẽ similitudinis naturalis. Genes. 1. Faciamus hominem, &c. Alij per fidem. Ephes. 6. Habitare per fidem Christum. &c. Alij per charitatem. quia, Qui manet in charitate, in Deo manet, vt dicitur 1. Ioannis 4. Sed omnes isti modi particulares sunt: quia neque per participationem naturalis similitudinis perfecte aliquis Deo coniungitur, neque videtur Deus per fidem sicuti est, neque per charitatẽ diligitur, quantũ diligibilis est: quia enim ipse est infinitum bonũ, ideo sua amabilitas est infinita, ad quam infinite amandam, nõ potest pertingere alicuius creaturę amor; & ideo non potest esse plena coniunctio. In Christo autẽ in quo humana natura est vnita diuinitati in vnitate suppositi, est inuenire plenam, & perfectam coniunctionem ad Deum, quia talis fuit illa vnio, vt omnes actus, tam diuinæ quàm humanæ

humanæ naturæ essent actus suppositi. Fuit ergo plenus gratia, inquantum non accepit a Deo aliquod donum gratuitum speciale, sed quòd esset ipse Dei Filius. Philip. 2. Dedit illi nomen, scilicet Deus pater filio, quod est super omne nomen. Roman. 1. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Fuit etiam plenus veritatis, quia humana natura in Christo peruenit ad ipsam veritatẽ diuinam, scilicet, quòd ille homo esset ipsa diuina veritas. in aliis enim hominib⁹ sunt multæ veritates participatæ. secundum quod ipsa veritas prima per multas similitudines in mentibus eorum relucet; sed Christus est ipsa veritas, vnde dicitur. Colloss. 2. quòd in ipso sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ. Secundo, possunt exponi secundum animæ perfectionem, secundum quam dicitur plenus gratiæ, & veritatis, secundum quod in anima eius fuit plenitudo omnium gratiarum absque mensura alia qua. Ioannis. 3. Non enim datus est spiritus ad mensuram, qui tamen mensurate datus est omnibus creaturis rationalibus tam angelis, quàm hominibus. nam secundum Augustinum, sicut in singulis membris corporis est vnus sensus communis, scilicet sensus tactus, in capite vero sunt sensus omnes. ita in Christo, qui est caput omnis rationalis naturæ, & specialiter sanctorum, qui ei vniuntur per idem & charitatem, superabundanter omnes virtutes, & gratiæ & dona inueniuntur. In aliis vero sanctis participationes sunt donorum & gratiarum, quàmuis commune donum omnium sanctorum sit charitas. de plenitudine gratiæ Christi dicit. Isa. 11. Egredietur virga de radice iesse, &c. vsque spiritus timoris domini. Fuit etiam Christus veritate plenus: quia eius preciosa, & beata anima omnem veritatem tam diuinam, quàm humanam ab instanti conceptionis cognouit. Vnde dicit ei Petrus, Ioan. vlti. Tu omnia scis. & in Psal. 88. Veritas mea, idest, cognitio omnis veritatis: & misericordia mea, idest, omnium gratiarum plenitudo cum ipso. Tertio modo, possunt exponi secundum capitis dignitatem, scilicet, inquantum Christus est caput ecclesiæ, & sic sibi competit gratiam communicare aliis, tam in mentibus hominum operando virtutem per gratiæ infusionem, quàm merendo per doctrinã, & opera, & passiones mortis superabundantem gratiam infinitis mundis, si essent: inquantum igitur nobis largitus est perfectam iustitiam, quam non poteramus habere per legem, quæ infirmabatur, quæ nullum iustificare posset: neque ad perfectum adducere, in tantum gratia plenus est, vt dicitur Roma. 8. Quod impossibile erat legi, &c. Item fuit veritate plenus; inquantum figuras veteris legis, & promissiones factas patribus adimpleuit. Roma. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas, &c. 2. Corinth. 1. Quotquot promissiones Dei sunt, &c. Item, dicitur plenus gratia: quia eius doctrina & conuersatio gratiosissima fuit. Psal. 44. Diffusa est gratia, &c. Vnde dicit. Luc. 21. quòd omnes manebant, idest, mane ire studebant, sed plenus veritate: quia non docebat in enigmatibus & figuris, nec palpabat vitia hominum, sed veritatẽ omnibus aperte, sine vlla fraude prædicabat. Ioan. 16. Ecce palam loqueris, &c.

LECTIO IX.

Oannes testimonium perhibet de ipso.

b Et clamat dicens.

c Hic erat, quem dixi.

d Qui post me vẽturus est, ante me fact⁹ est: quia prior me erat.

POsita euidentia verbi, qua ipsis Apostolis innotuit per visum: consequenter Euangelista ponit eius euidentiam, secundum quòd aliis quàm Apostolis innotuit per auditum, per testimonium ipsius Ioannis, &c. Et circa hoc tria facit. Primo enim, testis introducitur. Secundo, testificandi modus innuitur, ibi [Et clamat.] Tertio, testimonium ponitur, ibi. [Hic erat quem dixi, &c.] Dicit ergo: Nos quidem gloriam eius vidimus, sicut vnigenit⁹ à patre, sed hoc nobis non creditur, quia forte: habemur suspecti: accedat illius testis, scilicet Ioannes Baptista, qui testimonium Christo perhibuit. Et enim testis fidelis, qui non mentietur, Prouerb. 14. Testis fidelis nõ mentietur, &c. Ioannis 5. Vos misistis ad Ioannem, &c. Hic enim Ioannes testimonium perhibet, quasi dicat, perseuerantes suum officiũ implet. et quia ipse venit in testimonium. Prouerb. 10. Labium veritatis, &c. Deinde cum dicit.

b POnitur modus testificãdi, qui fit cum clamore: & ideo dicit [clamat,] inquãtum libere sine timore. Isaiæ. 40. Exalta in fortitudine, &c. Ecce Deus noster, &c. ardenter & ex magno feruore; quia vt dicitur Ecclesiast. 48. Verbum eius vt facula ardebat. Isaiæ 6. Seraphim clamabant alter ad alterum, per quod intimior ardor mentis exprimitur. Per manifestationem etiam clamoris, ostenditur, quòd non sub figuris, neque occulte ad paucos sermo testificantis dirigitur: sed aperte & ostensiue declaratur, & denuntiatur veritas iam non paucis, sed multis. Isaiæ 48. Clama, ne cesses. Deinde cum dicit.

c QVid sit testificatus, subiungit. Vbi duo facit. Primo enim describit continuitatem sui testimonij. Secundo, describit eum, cui testimonium perhibet ibi [Qui post me.] Fuit ergo testimonium Baptistæ continuum: quia non semel tantum: sed multoties: & etiam antequam Christus ad ipsum venisset, Ioannes testimonium ei perhibuit. et ideo dixit. [Hic erat quem dixi.] idest, antequàm vidissem eũ corporaliter, testimoniũ ei perhibui. Luc. 3. Tu puer propheta, &c. Et hoc ideo, quia præsentem & futurum ostendit. Est etiam eius testimonium certum, quia non solum futurum esse prædixit, sed præsentem digito demõstrauit, dicens [Ecce agnus Dei.] ex quo insinuatur, quòd Christ⁹ corporaliter præsens erat Ioanni, nam solitus erat sæpe ad Ioãnem venire, antequàm baptizatus fuisset. Describit autem consequenter eum, cui testimonium perhibet, dicens.

d VBi notandum est, quòd Ioannes non statim prædicat discipulis Christum esse filium Dei, sed paulatim eos ad altiora prouehit. Primo, præferens eum sibi, qui tamen tantę famæ & auctoritatis erat: vt crederet esse Christus, vel aliquis de magnis Prophetis. Comparat autem Christum sibi. Primo, quantum ad ordinem prædicationis. Secundo, quantum ad ordinem dignitatis. Tertio, quantum ad ordinem durationis. Quantum ad ordinem prædicationis Ioannes præcessit Christum, sicut famulus dominum, & sicut miles regem, & sicut lucifer solem. Mala 3. Ecce ego mitto angelũ meũ, &c. [Qui: igitur post me venit.] scilicet in notitiã hominum prædicãdo. Et notandum, quòd ly [venit] est tẽporis præsentis, quia in Græco ponitur participiũ præsentis temporis. Præcessit autẽ Ioannes Christum, duplici ratione. Primo, secundũ Chryso. quia Ioannes erat consanguineus Christi secundũ carnẽ. Luc. 1. Et ecce Helisabeth cognata tua, &c. Si ergo testimonium perhibuisset Christo postquã eum cognouerat, potuisset suum testimonium suspectũ habere, & ideo Ioannes venit ad prædicandum, non dum habens familiaritatem cum Christo, vt eius testimonium efficacius esset. Vnde dicebat. Ioann. 1. Ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego, &c. Secundo, quia in his quæ de potentia procedunt ad actum, imperfectum naturaliter precedit perfectum. vnde dicitur. 1. Cor. 15. Non prius, quod spirituale est, sed quod animale, &c. Et ideo perfectam Christi doctrinam debuit precedere imperfectior doctrina Ioannis, quæ quodam modo fuit media inter doctrinam legis, & prophetarum, quę annunciabat de longinquo Christum futurum, & doctrinam Christi, quę manifesta erat, & Christum manifeste annunciabat. Comparat sibi quantum ad ordinem dignitatis: cũ dicit. [Ante me factus est.] vnde sciendum est, quòd ex hoc Arriani sumpserunt occasionem erroris. Dicebant enim quòd hoc, quod dixit [post me venit] intelligitur de Christo ſ̃m carnem assumptam, sed hoc quod addit. [Ante me factus est,] non potest intelligi nisi de verbo Dei quod carni præexistebat, & ꝓpea Christum inquantũ est verbũ, factum esse, & non esse patri coæternum. Sed secundum Chrysost. hæc expositio stulta est, quia si hoc esset verum, non dixisset Baptista. [Ante me factus est: quia prior me erat.] cum nullus ignoret, quòd si prior eo erat, ante eum factus est, sed potius econuerso dixisset. [prior me erat,] quia factus est ante me. Et ideo secundum Chrysost. intelligendum est de prioritate dignitatis, idest, mihi prælatus est, & antepositus: quasi dicat, quàmuis Iesus post me ad prædicandum venerit, tamen factus est ante me, idest, dignior & superior auctoritate, & hominum reputatione. Iob. 38. Non adęquabitur ei aurum, &c. Vel [ante me factus est,] idest, coram me, vt habetur in Glos. & littera in Græco hoc sonat, quasi dicat [coram me] idest in conspectu meo, quia mihi apparuit & innotuit. Item, comparat eum sibi, quantum ad ordinem durationis, dicens [quia prior me erat.] quasi dicat. Ipse est ab ęterno Deus, ego ex rempore homo fragilis. et ideo, licet eum prædicando præcesserim, tamen rationabiliter prelatus est mihi in fama, & opinione hominum, qui sua æternitate præcedit omnia. Heb. vltimo. Iesus Christus heri & hodie, &c. infra 8. Antequam Abraham fieret, ego sum. Potest etiam exponi, quod dictum est. [Ante me factus est] vt referatur ad ordinem temporis secundum carnem. Christus enim in instanti suę conceptionis fuit perfectus Deus & perfectus homo, habens rationalem animam perfectam virtutibus, & corpus omnibus lineamentis distinctum. non tamen secundum quantitatem perfectam. Hiere. 31. Mulier circundabit virum scilicet perfectum. Constat autem, quòd Christus ante fuit conceptus, quàm Ioannes esset natus & perfectus homo, & ideo dicit. [Ante me factus est,] quia ipse prius fuit homo perfectus, quàm natus fuisset ex vtero, Sequitur.

LECTIO X.

VErba ista vsque ad locum illum. [Et hoc est testimonium, &c.] dupliciter inseruntur. Nã secũdum Orig. sunt verba prolata a Ioanne Baptista, & subduntur ab eo quasi in argumentum præmissorum: quasi dicat. [Vere prior me erat:] quia [de plenitudine eius,] scilicet gratiarum, non solum ego, sed etiam omnes prophetæ & patres accepimus; quia omnes gratiam quam habuerunt, habuerunt per fidem incarnati verbi. Et secundum hoc, ab illo loco. [Ioannes testimonium perhibet, &c.] incipit texere exordium suæ incarnationis. Secundum Augu. aut & Chryso. sunt verba Ioan. Euangelistæ ab hoc, quod dicitur. [Ioannes testimonium perhibet,] & tunc continuatur ad hoc quod dixerat [plenum gratiæ, & veritatis.] Vt dicatur sic. Supra Euangelista ostendit eundem tam verbi quę innotuit, & per visum, & per auditũ, hic vero versique explicat. Et primo, quomodo Apostolis innotuit visu, quasi à Christo accipientibus. secundo, quomodo Ioan. testificatus est de eo, ibi. [Et hoc testimonium.] Circa primũ, duo facit. Primo ostẽdit gratiam esse fontalem originẽ omnis spiritualis gratię. Secundo, ostendit deriuatam in nos gratiam per ipsum, & ab ipso, ibi. [Et gratiam pro gratia.] Dicit ergo primo, experimento patet, ꝙ vidimus eum plenum gratiæ & veritatis; quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. [Est aũt plenitudo sufficientiæ, qua aliquis est sufficiens ad actus meritorios & excellentes faciendos, sicut in Stephano. Itẽ est plenitudo redundãtiæ, qua beata Virgo excellit omnibus sanctis, propter eminentiam, & abundantiam meritorum. Est etiam plenitudo efficiẽtiæ & effluentiæ, quæ soli homini Christo cõpetit, quasi auctori gratiæ. Sic enim beata Virgo redundauit gratiam in nos: vt ñ auctrix gratiæ nequaq̃ esset, sed ab anima eiꝰ gratia redundauit in carnẽ. Nam per spiritusſancti gratiã, non solum mens Virginis fuit Deo per amorẽ perfecte vnita, sed eius vterus spiritusſancto est supernaturaliter impregnatus. Et ideo statim cum dixisset Gabriel, Aue gratia plena, subiunxit de plenitudine ventris dicens. Dñs tecum. Vt ergo Euangelista hanc singularẽ plenitudinẽ redundantiæ & efficientiæ de Christo ostenderet, dicit de plenitudine eius oẽs accepimus,] scilicet Apostoli, & Patriarchæ, & Prophetæ, & iusti, qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam oẽs Angeli.

Nota, quòd hæc præpositio, de, aliq̃n quidem denotat efficientiam, seu originalem causam, sicut cum dicitur; radius est, vel procedit de Sole, & hoc modo denotat in Christo efficientiã gratiæ, seu auctoritatẽ: qua plenitudo gratię quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum, quæ sunt in omnibus intellectualibus creaturis. Eccl. 24. Venite ad me oẽs qui concupiscitis me, & à generationib⁹ meis, quæ de me procedũt adimplemini, participatione sufficientis plenitudinis. Aliq̃n autem hæc prępositio, de, denotat consubstantialitatẽ: vt cum dicitur, filius est de patre: & ſm hoc plenitudo Christi est ſpiritusſanctus, qui procedit ab eo cõsubstantialis ei in natura, in virtute, & maiestate. Quàmuis enim dona habitualia alia sint in anima Christi, q̃ ea quę sunt in nobis, tñ ſpiritusſanctꝰ, qui est in ipso vnus & idẽ, replet oẽs sanctificandos. 1. Cor. 12. Hęc omnia operatur vnus atq; idem spiritus. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo, &c. Ro. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nam vnitas spiritusſancti, facit in ecclesia vnitatẽ. Sap. 1. Spiritus dñi repleuit, &c. Tertio modo hæc præpositio, de, denotat participialitatẽ. Sicut cum dicimus, accipe de hoc pane, vel vino, i. partẽ accipe, & non totum. Et hoc modo accipiendo, notat in accipientibus partẽ de plenitudine deriuari. Ipse enim accepit omnia dona spiritusſancti sine mensura, ſm plenitudinem perfectam. sed nos de plenitudine eius partem aliquam participamus per ipsum. Et hoc ſm mensuram, quam vnicuique Deus diuisit. Ephe. 4. Vnicuique autem nostrum data est gratia, &c. Deinde cum dicit.

b OStendit deriuationem gratiarum in nos per Christum, vbi duo facit. Primo ostẽdit, quòd accepimus gratiã à Christo, eo auctore. secundo accepimus ab eo sapientiã, ibi [Deum nemo vidit vnquã.] Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd de plenitudine eius accepimus. secundo necessitatem accipiendi ostendit, ibi. [Quia lex ꝑ Moysen.] Dicit aũt primo, quòd accepimus de plenitudine Christi hoc, quod dico. [Et gratiã pro gratia.] Sed per hoc quod ponit, cogimur intelligere, quòd de plenitudine eius accepimus gratiam: & pro illa gratia accepimus aliã: & ideo videndum est, quæ sit prima gratia, pro qua secundã accepimus, & quæ ipsa secunda. Secundum Chrysost. aũt prima gratia, quã totum genus humanũ accepit, fuit gratia veteris Testamẽti accepta in lege, quæ quidem magna fuit; iuxta illud. Prouerb. 4. Donum bonũ tribuã vobis, &c. Magnum enim fuit, quòd hominibus idolatris data sunt præcepta à Deo, & vnius veri Dei, vera cognitio. Ro. 3. Quid amplius Iudęo: aut quæ vtilitas circũcisioni? multum quidem per omnẽ modum: primum quidem quia credita sunt eis eloquia Dei. Pro gratia ergo ista quæ prima fuit, secundã longe meliorẽ accepimus. Zac. 8. Exęquabit gratiã gratiæ. Sed nunquid non sufficiebat prima gratia? Respondeo, Dicendum quòd non: quia per legẽ solum cognitio peccati datur, non ablatio. Nemo enim ad perfectum adduxit lex. Et ideo erat necesse, quòd alia gratia peccata auferẽs, & reconciliãs Deo, veniret. Et ideo dicit.

ta est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

LECTIO XI.

Eum nemo vidit vnquam.

B VBi Euangelista præfert Christum legislatori Moysi, quem Baptista sibi prætulerat. Moyses autem reputabatur maximus prophetarũ. Deuter. vltimo. Nõ surrexit vltra Propheta, &c. Præfert aũt eum Moysi, quantum ad excellentiam & dignitatẽ operũ, quia per Moysen lex data est, & horum duorũ, tantũ vnum excellit alium, quantum figuratum excellit figuram, & veritas ipsam vmbrã. Vmbram enim habuit lex futurorum bonorũ, &c. Heb. 10. Item, excellit quantũ ad modum operandi, quia lex data est per Moysen sicut proponentem, nõ per facientem, quia solus dominus est legifer noster. Isa. 35. [Gratia autem, & veritas facta est per Christum] sicut per dominum & auctorem veritatis, & gratiæ, vt supra expositum est. Secundum Aug. vero, prima est iustificans & præueniens quę non datur nobis ex operibus Rom. 2. Si aũt gratia, iam non ex operibus. Pro ista ergo gratia, scilicet imperfecta, accepimus aliam gratiam cõsummatam, scilicet æternę vitę, & quàmis æterna vita aliquo modo meritis acquiratur, tamen qa principium merendi in omnibus est gratia pręueniens, ideo vita æterna dicitur gratia. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Et vt breuiter concludaẽ, quicquid pręuenienti gratię de gratia additur, totum gratia pro gratia dicitur. Necessitas autẽ secundæ gratiæ est, ex insufficientia legis, quæ ostendebat, quid faciendum, & quid cauendum erat, sed ad implendum ea quæ pręcipiebat, non præbebat auxiliũ, immò per occasionem operabatur mortem, quę tamen videbatur fuisse ad vitam. Rom. 7. & Apostolus. 2. Corin. 3. dicit, legẽ ministrã fuisse mortis. Nam si ministratio damnationis in gloria est, &c. Item, promittebat auxiliũ gratiæ, sed non soluebat: quia neminem ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Heb. 7. Item, per sacrificia, & cæremonias veritatem nouæ gratię figurabat, ipso suo ritu clamãs eam figuram, & idẽ necesse fuit, quòd Christus veniret, qui per mortẽ propriam, alienas mortes perimeret & conferret auxiliũ nouæ gratiæ, vt faciliter & delectabiliter adimpleremus pręcepta, & moreremur transgressioni antiquæ. Rom 6. Vetus homo noster simul crucifixus est, &c. Itẽ vt manifestaretur veritas figurarũ contentarum in lege, & vt promissiones factæ patribus soluerẽtur. 2. Corin. 1. Vel aliter [veritas per Christum facta est] quantũ ad sapientiã & veritatem occultam a sęculis, quàm venien in mũdo aperte docuit. infra 19. In hoc natus sum, & ad hoc veni, &c. Sed si ipse Christ⁹ est veritas vt infra 14. dicit, quomodo ꝑ ipsum facta est veritas, cũ nihil possit fieri a seipso? Respõdeo: dicendum est, ꝙ ipse est per suã essentiã veritas increata, quæ æterna est, & non facta, sed a patre est genita: sed per ipsum factæ sunt omnes veritates creatę, quæ sunt quædam participationes, & refulgentiæ primę veritatis, quę in animabus sanctis relucent.

LECTIO XI.

VPra Euangelista ostendit, quomodo gratiam Apostoli acceperunt a Christo, eo faciente. hic ostendit, quomodo acceperunt ab ipso eam docente. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit huius doctrinæ necessitatem, dicens. [Deum nemo vidit vnquam.] Secundo doctoris ad docendum eam facultatẽ. ibi [Enarrauit.] Necessitas autem huius doctrinæ erat defectus sapientię in hominibus, quem quidẽ defectum Euãgelista insinuabat per ignorantiam Dei, quæ in hominibus abundabat, dicens. [Deum nemo, &c. Et hoc facit congrue. nam sapientia proprie in cognitione Dei, & diuinorũ consistit. Vnde Augustinus dicit, quòd sapientia est diuinarũ rerum cognitio: sicut & scientia humanarum. Quod autem hic dicit Euangelista [Deum nemo vidit vnquam.] contrariari videt pluribus auctoritatibus diuinę Scripturæ. Dicitur enim. Isai. 6. Vidi dominũ sedentem, &c. 2. Reg. fere idem habetur. cap. 6. Nomen domini sedentis super cherubim, &c. Matth. 5. dicit dominus. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed si aliquis responderet ad hoc vltimum, dicens, verum esse, quòd in præterito nullus vidit: sed in futuro videbit; sicut dominus promittit, Apostolus hoc excludit dicens. 1. Thim. vltimo. Lucem habitat in accessibilẽ quam nullus

hominum vidit, sed nec videre potest. Sed quia Apostolus dicit, nul-
lus hominum vidit, posset aliquis dicere, quòd si nō ab hominibus
videri possit, saltem videtur ab angelis: præsertim cum deus dicat.
Matth. 18. Angeli eorū in cœlis semper videntᵗ, &c. Sed nec isto mo
do dici potest: quia (vt dicitur Matth. 22.) Filij resurrectionis erũt
sicut angeli Dei in cœ
lo. Si ergo angeli vi-
dent Deū in cœlo: ma
nifestum est etiam, q

b Vnigenitus filius,

qui est in sinu patris.

& filij resurrectionis eum vident. j. Ioan. 3. Cum apparuerit, simi-
les ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Quomodo ergo intelli-
gendum est hoc, quod dicit Euangelista [Deum nemo vidit vnu-
quam.] Ad huius ergo intellectum sciendum est, quòd Deus dici-
tur videri tripliciter. Vno quidem modo, per subiectam creaturam,
visui corporali propositam: sicut creditur Abraham vidisse Deum.
quando tres vidit, & vnum adorauit. Gen. 18. vnum quidem ado-
rauit, quia tres, quos prius homines putauerat, & postmodum an
gelos credidit, recognouit mysterium trinitatis. Alio modo, per
repræsentatam imaginationem. Et sic Isa. vidit dominum seden-
tem super solium excelsum, &c. Plures visiones huic similes in scri-
pturis reperiuntur. Alio vero modo, videtur per aliquam speciem
intelligibilem à sensibilibus abstractam ab his, qui per considera-
tionem magnitudinis creaturarum, in intellectu intuentur magni
tudinem creatoris (vt dicitur. Sapien. 13.) A magnitudine speciei,
& creaturæ cognoscibiliter poterit, &c. & Roma. 1. Inuisibilia
Dei, &c. Alio modo, per aliquod spirituale lumen à Deo infusum
spiritualibus mentibus in contemplatione. & hoc modo vidit Ia-
cob Deum facie ad faciem. Gen. 32. quæ visio secundum Grego.
facta est per altam contemplationem. Sed per nullam istarum vi-
sionum, ad visionem diuinæ essentię peruenitur. Nulla enim spe-
cies facta, siue qua informatur sensus exterior, siue qua informatur
imaginatio, siue qua informatur intellectus, est repræsentatiua di-
uinæ essentiæ sicut est. Illud autem homo per essentiam cogno-
scit, quod speciem quam habet in intellectu representat vt est: per
nullam ergo speciem ad visionē diuinæ essentiæ peruenitur. Quòd
autem nulla creata species diuinam essentiam repræsentet, patet:
quia nullum finitum potest representare infinitum, vt est: omnis
autem species creata est finita. ergo, &c. Præterea, Deus est suum
esse: & ideo eius sapientia, & bonitas, & quęcumque alia, idem sunt.
per vnum autem creatum non possent omnia ista representari: er-
go cognitio, qua Deus per creaturas videtur, non est ipsius essentia,
sed enigmatica & specularis, & à remotis. Iob. 36. Omnes homi-
nes vident eum; aliquo dictorum modorum, sed vnusquisque nau
tur procul: quia per omnes illas cognitiones non scitur de Deo qd
est, sed quid non est, vel an est: vnde dicit Dionysius lib. mysticæ
Theologiæ. quòd perfectus modus, quo Deus in vita præsenti co-
gnoscitur, est per priuationem omnium creaturarum, & intellecta
rum à nobis. Fuerunt autem aliqui dicentes, quòd diuina essentia
nunquam videbitur ab aliquo intellectu creato: & quòd nec ab an
gelis, vel beatis videtur. Sed hæc positio ostenditur esse falsa, & hę-
retica tripliciter. Primo quidem, quia contrariatur auctoritati diui-
nę scripturæ j. Ioā. 3. Videbimus eum sicuti est. & Ioan. 16. Hæc
est vita æterna, &c. Secundo, quia claritas Dei non est aliud quàm
eius substantia. non enim est lucens per aliquam participationem
luminis, sed per seipsam. Tertio, quia impossibile est aliquis perfe-
ctam beatitudinem consequatur, nisi in visione diuinæ essentiæ:
quia naturale desiderium intellectus est scire; & cognoscere cau-
sas omnium effectuum cognitorum ab eo, quod non potest imple-
ri nisi scita & cognita prima vniuersali omnium causa, quæ non est
composita ex effectu & causa, sicut causæ secundæ, & ideo auferre
possibilitatem visionis diuinæ essentiæ ab hominibus, est auferre
ipsam beatitudinem. Necesse est ergo, ad beatitudinem intellectus
creati, vt diuina essentia videatur. Matthęi 5. Beati mundo corde:
quoniam ipsi Deum videbunt. Quo ad visionem autem diuinæ es-
sentiæ, oportet tria attendere. Primo, quia numquam videbitur
oculo corporali, vel aliquo sensu vel imaginatione, cum per sensus
non percipiantur nisi sensata corporea, Deus autem incorporeus
est. Iuxta 4. Deus spiritus est, &c. Secundo, quia intellectus huma-
nus quamdiu corpori est coniunctus, Deum videre non potest, qa
aggrauatur a corruptibili corpore, ne possit ad summum contem-
plationis pertingere. Et inde est, quòd anima quanto magis est à
passionibus libera, & purgata ab affectibus terrenorum, tanto
amplius in contemplationem veritatis ascendit, & gustat quàm
suauis est dominus. Summus gradus autem contemplationis est vi
dere Deum per essentiam, & ideo quamdiu homo in corpore iubie-
cto ex necessitate passionibus multis, viuit, Deum non potest per
essentiam videre. Exod. 33. Non videbit me homo, &c. Ad hoc er-
go, quòd intellectus humanus diuinam essentiam videat: necesse
est vt totaliter deserat corpus vel per mortem; sicut Apostolus di-
cit 2. Corinth. 5. Audemus & bonam voluntatem habemus ma-
gis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum; vel quòd
totaliter abstrahantur per raptum à corporis sensibus, sicut de Paulo
legitur 2 Corinth. 9. Tertio modo, quòd nullus intellectus creatus quantumcumque abstractus: siue per mortem; vel à corpore se separatus videns diuinam essentiam, ipsam nullo modo comprehendere potest. Et ideo communiter dicitur, quòd licet diuina essentia tota videatur à beatis, cum sit simplicissima, & partibus carens; tamen non videtur totaliter, quod hoc est eam comprehendere. Hoc enim quod dico totaliter, dicit modum quendam: quilibet autem modus Dei est di uina essentia: vnde, qui non videt eum totaliter, non comprehendit eam. Comprehendere autem proprie dicitur aliquis aliquam rem cognoscendo qui cognoscit rem illam quantam in se cognoscibilis est: alia, quamuis cognoscat eam, non tamen comprehendit. Sicut qui cognoscit hanc propositionem, Triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, syllogismo dialectico, non cognoscit eam quantum cognoscibilis est, & ideo non cognoscit totaliter, sed qui cognoscit eam syllogismo demonstratiuo, totaliter scit eam. Vnumquodque enim tantum cognoscibile est, quantum habet de ente & veritate: sed ipse cognoscens, tantum cognoscit, quantum habet de virtute cognoscitiua. omnis autem substantia intellectualis creata est finita; ergo finite cognoscit. Cum ergo Deus sit infinitæ virtutis & entitatis, & per consequens infinite cognoscibilis, a nullo intellectu creato cognosci potest quantum est cognoscibilis: & ideo omni intellectui creato remanet incomprehensibilis. Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Solus autem ipse comprehendendo contemplatur seipsum, quia tanta est eius virtus in cognoscendo, quanta est eius entitas in essendo. Hieremię 32. Fortissimæ magnæ potens dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, incomprehensibilis cogita tu. Sic ergo secundum præmissa intelligitur. [Deum nemo vidit vnquam.] primo sic [Nemo.] idest, nullus hominum, [vidit Deum.] idest, essentiam diuinam oculo corporali & imaginario. Secundo, [nemo] in hac mortali vita viuens, vidit diuinam essentiam in seipsa. Tertio [nemo] homo vel angelus [vidit Deum] visione comprehentionis. Quod autem de aliquibus dicitur, quòd Deum viderunt oculo, seu viuentes in corpore, intelligitur non per essentiam, sed per subiectam creaturam, vt dictum est. Sic ergo necessarium erat, quòd reciperemus sapientiam, quia [Deum nemo vidit vnquam.]

b Hvius aūt sapientiæ sufficiēs doctor nobis proponit ab Euan
glista, cum subdit. Vnigenitus filius qui est in sinu patris.]
In quo ostendit nobis doctoris ipsius facultatem per tria, scilicet
per naturalem similitudinem, & per singularem excellentiam, &
perfectissimam consubstantialitatem. Per naturalem similitudi-
nem: quia filius naturaliter similitudinem patris habet, & inde est
etiam, quòd intantum aliquis dicitur filius Dei, inquantū similitu
dinem filii naturalis participat: & intantum cognoscit, inquantum
de similitudine eius habet. quia cognitio fit per assimilationē. 1.
Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, et sequitur. Cū apparuerit, similes ei
erimus, & videbimus eum sicuti est. Et ideo in hoc, quod Euangeli-
sta dicit. [Filius,] importat similitudo, & aptitudo, ad cognoscen-
dum Deum. Sed quia iste doctor, specialius quàm alii filii Deū co
gnoscit, ideo Euangelista hic insinuat per excellentiā singularem,
cum dicit. [Vnigenitus.] quasi dicat, iste cognoscit Deum prę aliis
filiis, ideo dicitur [Vnigenitus.] quia est filius naturalis, vnde ha-
bēs cum patre naturam & cognitionem. Psal. 2. Dominus dixit ad
me, filius meus es tu. Quamuis autem singulariter cognoscit: pos
set tamen sibi deesse facultas docendi, si non cognosceret totaliter,
& ideo addit tertium, scilicet consubstantialitatem eius ad patrem
cum dicit. [In sinu patris] vt non accipiatur sinus, prout in homi
nibus veste præcinctis dici consueuit, sed pro patris occulto. Illud
enim in occulto gerimus, quod in sinu portamus. Occultum au-
tem patris est; quia superexcedit omnem virtutem & cognitionem
cum diuina essentia sit infinita. In illo ergo [sinu,] idest, in occul-
tissimo paternæ naturæ & essentię, quæ excedit omnem virtutem
creaturę, est vnigenitus filius, & ideo consubstantialis est patri. et
quod Euangelista hic significauit per sinum, hoc Dauid expres-
sit per vterum. dicens. Psal. 109. Ex vtero ante luciferum, i. ex intimo
& occulto meę essentię incōprehensibili omni intellectui crea
to genui te, & consubstantialem mihi & eiusdem naturæ, & virtu-
tis, & potestatis, & cognitionis: 1. Corinth. 2. Quę sunt hominis no
mo nouit, &c. & quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei: com-
prehendit ergo diuinam essentiā, quę sua est. Anima autē Christi
Deū cognoscendo non comprehendit, quia hoc non dicitur, nisi de
vnigenito, qui est in sinu patris. Vnde & dominus dicit: Matthęi
11. Nemo nouit patrem, nisi filius: & cui voluerit filius reuelare,
vt vtrumque intelligatur de notitia comprehensionis, de qua
hic videtur loqui Euangelista. Nullus enim diuinam comple-
hendit essentiam: nisi solus Deus, pater, & filius, & spiritussan-
ctus, sicergo patet facultas Doctoris ad docendum. Notan-
dum etiam, quòd per hoc quod dicit. [Qui est in sinu patris,] si

excluditur

excluditur error quorūdam dicentiū, patrem inuisibilem esse, filiū
vero visibilē, & non visum fuisse in veteri Testamento. Nāex hoc,
quòd est in abscondito patris, manifestū est, quòd naturaliter inui-
sibilis est: sicut pater. & propter hoc dicebat de ipso. Isa. 45. Tu es
vere Deus absconditus. & ideo in scriptura diuina fit mentio de cō
prehensibilitate filij.

c Ipse enarrauit.

LECTIO XII.

Matt. 11. Nemo no-
uit filiū nisi pater, ne-
que, &c. & Prouer. 30.
Quod nomē filij eius,
si nosti? Consequenter
Euangelista modū tra
dendi ipsam doctrinā
insinuat, cum dicit.

c Olim enim vni-
genit' filius ma
nifestauit Dei cogni-
tionem per Prophetas, qui eam intantum annuntiauerunt, inquan
tum æterni verbi fuerunt participes. Vnde dicebāt. Factum est ver
bum Domini, &c. Sed nunc ipse vnigenitus filius [enarrauit.] fide-
libus. Isaiæ. 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Hebręo. 1. Mul
tipharie, &c. Et hęc doctrina ideo omnibus aliis doctrinis super-
eminet dignitate, auctoritate, & vtilitate: quia ab vnigenito filio,
qui est prima sapientia, immediate est tradita. Hebr. 2. Quæ cum
initium accepisset enarrari per Dominum, &c. Sed quid narrauit,
nisi vnum Deum? hoc ipsum & Moyses enarrauit. Exodi. 3. Audi
Israel, Dominus Deus tuus, &c. Quid ergo amplius Moyse? Mul-
tum per omnem modum, quia mysterium Trinitatis, & multa
alia, quæ nec Moyses, nec aliquis Prophetarum narrauit.

LECTIO XII.

Vpra ostendit Euāgelista quomodo Christus innotuit
testimonio Ioannis ipsis Apostolis, hic plenius explicat ipsum testimonium, & primo ponit testimonium Ioannis ad turbas. Secundo vero, testimonium, quod perhibuit de Christo discipulis suis, ibi. [Altera die iterū stabat.] Si autem bene consideretur quæ dicta sunt, duplex testimonium Ioannis ad Christum inuenitur. Vnū, quod tulit Christo in eius præsentia; aliud, in eius absentia. nisi enim in eius præsentia testimonium Ioannes tulisset, non dixisset [hic erat.] Et nisi in eius absentia non diceret [quem dixi vobis.] Primo ergo, Euangelista explicat testimonium Ioannis, quod tulit de Christo in eius absentia. Secundo, quod tulit in eius præsentia, ibi. [Altera die vidit.] Differunt autem hęc duo testimonia, quia primum tulit interrogatus: alterum spontaneus, & ideo in primo testimonio, non solum ponitur testimonium quod tulit, sed etiam ipsa interrogatio. Primo autem fuit interrogatus de persona: secundo, de officio, ibi. [Et qui missi fuerant.] Ostenditur ergo primo, quomodo Ioan. confessus est se non esse, quod non erat. Secundo, quomodo non negauit se esse, quod erat, ibi. [Dixerunt ergo ei, &c.] Circa primum ponuntur tres interrogationes, & tres responsiones, sicut patet in litera. In prima autem interrogatione est magna Iudęorum reuerentia ad Ioannem, qui mittunt ad eum, eius testimonium inquirentes, vbi magnitudo reuerentię ex quatuor colligitur. Primo, ex mittentium dignitate. non enim Galileī miserunt, sed illi qui præcipui fuerunt in populo Israel scilicet, Iudęi qui sunt de tribu iuda, habitātes iuxta Hierusalem. Paral. 5. De iuda elegit dominus, &c. infra. 4. Salus ex Iudæis est. Secundo, ex loci præeminentia, quia ab Hierusalem, quæ est ciuitas sacerdotalis: & diuino cultui mancipata, infra. 4. Vos dicitis, &c. Isaiæ 73. Ante altare hostā. &c. Tertio ex nunciorum auctoritate, qui solennes erant, & sanctiores in po
pulo, quia sacerdotes & leuitæ. Isaię 41. Vos sacerdotes domi
ni, &c. Quarto, ex hoc quod miserunt, vt Ioannes de se testimo
nium perhiberet, quasi tantam fidem habentes dictis suis, vt cre
derent Ioanni de ipso etiam testimonium perhibenti. Vnde di-
citur [Vt interrogarent eum, tu quis es?] quod Christo non fa-
ciebant, immo dicebant ei. Ioan. 8. Tu testimonium perhibes de te
ipso, &c. Consequenter, cum dicit [& confessus est, &c.] Ponitur
Ioannis responsio. Ideo autem euangelista ingeminat hoc quod di
cit [& confessus est.] vt ostendat humilitatem Ioannis; quia licet
esset tantæ auctoritatis apud Iudęos, vt eum crederent Christum,
non tamen honorem sibi non debitum vsurpabat; immo [confes-
sus est, quia non sum ego Christus.] Sed quid est hoc, quod dicit
[confessus est & non negauit?] Videtur autem, quòd negauit, quia
dicit se non esse Christum.]Sed dicendum est, quòd ideo non nega
uit veritatem, quia dicit se non esse Christum. aliàs negasset veri-
tatem. Iob. 31. Vidi Solem cum fulgeret, & Lunā incedentem cla-
re: & negātio contra Deum altissimum, &c. Non negauit ergo ve-
ritatem; quia quantumcumque haberetur magnus, non est elatus
in superbiam, vsurpans sibi honorem alienum. [Et confessus est,
quia non sum ego Christus, Iquia vere nō erat, supra eodem. Non
erat ille lux, &c. Sed cum hi qui missi erant, non quęrerent, an es-
set Christus, sed quis esset: quare Ioannes respondit, non sum ego
Christus? Sed dicendum, quòd magis respondet ad mentem quæ-
rentium, quàm ad quęstionem, & hoc potest accipi dupliciter. Se-
cundum Origenem enim intelligendum est, quòd sacerdotes, & le
uitę bona intentione venerant ad ipsum. Cognouerant enim ex
scripturis, & præcipue ex Prophetia Danielis, quia iam venerat
tempus aduētus Chri
sti. Vnde videntes san
ctitatem Ioannis, su-
spicabantur eum esse
Christum. Vnde mi-
serunt ad Ioannem,
quasi [ire volentes p
hoc, quod dicunt eis tu
qs es] an ipse le Chri
stū fateretur. Et ideo
eorum respondit men
ti [Nō sum ego Chri
stus.] Chrisostomus vero dicit, quòd isti fraudulenter interro-
gabant. nam Ioannes cognatus erat sacerdotum, vtpote princi-
pis sacerdotum filius; erat etiam sanctus, & tamen testimonium
perhibebat Christo, cuius genus humile videbatur. Vnde, & dice-
bant. Nonne iste est fabri filius? & ignotus erat eis, & ideo cupien-
tes magis habere magistrum Ioannem, quàm Christum, mittunt
ad eum volentes eum per blandicias allicere; & inducere, vt sibi ho
norem hunc attribuens, confiteatur se esse Christum. Quam qui-
dem malitiam videns Ioannes, dicit. [Non sum ego Christus.]
Secunda interrogatio ponitur consequenter, cum dicitur [Et in-
terrogauerunt eum, &c.] Sciendum est autem, quòd a populo Iu-
dæorum sicut expectabatur dominus venturus, ita expectabatur
Elias Christum præcessurus. Mal. vltimo. Mittā vobis Eliam &c.
Et ideo videntes qui missi erant, quòd Ioannes non confitebatur
se esse Christum, instant quòd saltem conficeatur si est Elias.
Et hoc est, quod dicunt. [Quid ergo? Elias es tu?] Quidam au-
tem Hęretici dicunt, quòd anima de corpore transmittitur in cor
pus, & hoc dogma tunc temporis erat in auctoritate apud Iudæos,
vnde credebant, quòd propter similitudinem operum Ioannis ad
Eliam: anima Eliæ esset in corpore Ioannis, & dicunt, quòd quæ-
rebant illi a Ioanne, an esset Elias, idest, an anima Eliæ esset in
Ioanne. & adducunt pro eis, quod dicit dominus. Matth. 11. de Io-
anne. Si vultis scire ipse est Elias. Sed tamen contrariatur eis res-
ponsio Ioannis, dicentis [non sum Elias.] Ad quod ipsi respon-
dent quòd Ioannes ex ignorantia respondit, nesciens, an anima
sua esset anima Eliæ. Sed contra hoc dicit Origenes, quòd valde
irrationabile videtur, quòd Ioannes tanquam Propheta a spiri-
tu illuminatus, & de Deo vnigenito tanta narrans, ignoraret de
se ipso, an numquam eius anima fuerit in Elia. Non hac ergo in-
tentione quærebant [Elias es tu] sed quia habentes ex scriptu-
ris. 4 Regum 2. quòd Elias non fuit mortuus, sed viuus raptus est
per turbinem in cœlum. vnde credebant eum subito inter eos ap-
paruisse. Sed contra hoc est, quòd Ioannes ex notis parentibus na-
tus erat, & natiuitas eius omnibus nota erat. Vnde dicitur. Luc. 1.
quòd mirati sunt vniuersi, & ponebant in corde suo, dicēces. Quis
putas puer iste erit? Ad quod potest dici, quòd non est incredibile,
quòd ita extimarent de Ioanne, sicut dictum est. quia & simile ha-
beturMat. 14. 9 Hærodes credebat de Christo, quòd esset Ioan-
nes, quem ipse decollauerat & tamen diu antequam Ioannes de-
collatus esset, Christus prædicauerat, & notus fuerat, & ideo ex si-
mili amentia & crassitudine, Iudæi quærebant a Ioanne, an ipse es
set Elias. Sed quid est hoc, quod dicit Ioannes [Non sum,] scilicet
Elias cum Christus dixerit. Matthęi 11. Ipse est Elias. hanc au-
tem quæstionem soluit angelus. Lucæ 1. Ipse præcedet ante eum
in spiritu & virtute Eliæ: in suis, scilicet operibus. Non fuit ergo
Elias in persona, sed in spiritu & virtute: quia scilicet, similitudi-
nem Elię in suis operibus ostendebat. Potest autem attendi simi-
litudo quantum ad tria. Primo, quantum ad officium: quia sicut
Elias secundum domini aduentum preueniet, ita ille præcessit pri
mum, &c. Vnde & angelus dixit. Ipse præcedet ante ipsum, &c.
Secundo, quantum ad viuendi modum, quia Elias in desertis mo-
rabatur: parco vtebatur cibo, & duris vestibus operiebatur, vt di-
citur 3. Reg. 19. et 4. Reg. 1. Et Ioannes in desertis erat, cibus eius
locustæ, & mel silueſtre; & zona eius de pilis Camelorum. Ter-
tio, quantum ad zelum, quia Elias maximi zeli fuit: vnde dice-
bat 3. Regum 19. Zelo zelatus, &c. sic & Ioannes zelo veritatis mortuus est: vt patet Matthęi 14. Consequenter, cum di-
cit [Propheta es tu?] ponitur tertia quæstio. Vbi primo quæ-
ritur, cum dicatur: Lucæ primo. Tu puer Propheta altissimi vo-
caberis &c. quid est, quòd Ioannes interrogatus si esset Prophe-
ta, respondit se non esse Prophetam? Ad quod tripliciter res-
pondetur. Vno modo, quòd Ioannes non est Propheta simplici-
ter, sed plusquam Propheta. alii namque Prophetæ solum futu-
ra prædicebant a remotis. Abac. 2. Si moram fecerit, &c. Ioannes
vero Christum præsentem annunciauit, quasi digito ostendens.

Ioan eodem, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & ideo Matthæi 11. Dominus dicit cum esse plus quàm Propheram. Itē alio modo, secundum Origenem: quia Iudæi ex malo intellectu res excellentes per sonas futuras credebant circa aduentum Christi, scilicet ipsum Christum, Eliam, & quendam alium maximum Propheram: de quo Deuteron. 18. Propheram suscitabit uobis dominus, &c. Et licet hic maximus Propheta, secundum veritatem non sit alius, q̄ Christus: tamen secūdum Iudæos alius est a Christo, & ideo nō quærunt simpliciter, verum sit Propheta, sed an sit ille Propheta maximꝰ: quod quidem ex ordine quæstionis apparet. nam primo quærunt, an sit Christus. Secundo, an sit Elias. Tertio, an sit Propheta ille. Et ideo in Græco ponitur hic articulus. vt dicatur ly, Propheta, quasi anthonomastice dictū. Tertio modo, quia Pharisæi mouebantur contra Ioannem, ꝙ sibi baptizandi officium præter ordinem legis, & traditionē eorū assumpsisset. De tribus autem habetur in veteri Testamento quibus com petere poterat baptizare, scilicet, de Christo. Ezechielis 36. ex persona Christi dicitur. Effundam super vos aquam mundam, &c. Item de Elia, de quo dicitur 4. Regum 2. Quòd diuisit aquas Iordanis, transiens raptus est. Item de Eliseo, qui Naaman syrum lauari fecit septies in Iordane. vt lauaretur a læpra: vt dicitur 4. Regum 4. Videntes ergo Iudæi Ioannem baptizare, credebant eum aliquem istorum esse, scilicet, Christū, vel Eliam vel Elisæum, & ideo cum dicunt hic [Propheta es tu?] Interrogant, an sit Elisæus. Et dicitur singulariter [Propheta.] propter multa miracula quæ fecerat, vnde & ipse dicit 4. Regum 4. Vt autem sciat Propheram esse in Israel. & secundum hoc respondet [Non sum] scilicet Eliseus. Consequenter, cum dicit.

b Ostendit, quomodo confessus est se esse, quod erat. Et primo, ponitur interrogatio nunciorum. Secundo, responsio, ibi: [Ego vox clamantis in deserto.] Dixerunt ergo [Quis es? vt responsum demus, &c.] quasi dicat, ad hoc missi sumus, vt sciamus quis es; ideo dicas nobis, [quid dicis de teipso?] Sed attende Ioānis deuotionem, iam impleuit quod Apostolus dicit Gala. 2. Viuo ego iam non ego, &c. & ideo non respondet: Ego sum filius Zachariæ: vel talis & talis, sed solum illud, in quo Christum sequebatur. Vnde dicit.

c Dicit autē se vocem esse; quia vox origine posterior est verbo; sed notitia prior. Nam verbum in corde conceptum, per vocem prolatam cognoscimus; cum sit signum eius. Deus autē pater præcursorem misit Ioannem in tempore factum; vt verbum suum ab æterno conceptum annunciaretur; & ideo congrue dicit] Ego vox] quod autem addit [clamantis.] potest intelligi dupliciter: vt scilicet, sit, vel Ioānis in deserto clamantis, & prædicantis, vel Christi clamantis in ipso, secundum illud 2. Cor. vlt. An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus? Clamat autem propter quatuor. Primo namque, clamor manifestationem importat, & ideo vt ostendat, ꝙ Christus in Ioanne, & in se manifeste loquebatur, clamat, Ioan. 7. In nouissimo magno festiuitatis, &c. In prophetis aūt non clamauit, quia prophetiæ in enigmate & figuris datæ sunt. vnde in Psal. 17. dicitur. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Secundo, quia clamor fit ad distantes. Iudæi autē elongati erant a Deo, ideo necesse erat, ꝙ clamaret. Psal. 87. Elongasti a me amicū & proximū. Tertio clamat, quia surdi erant. Isa. 42. Quis surdus, nisi seruus meus? Quarto clamat, quia cū indignatione loquitur, quasi irā Dei meruerūt. Psal. 2. Loquetur ad eos in ira sua, &c. Sed attende, ꝙ clamat [in deserto.] quia Luc. 3. Factū est verbum dñi super Ioannē, &c. Et potest esse huiusmodi ratio, & literalis: & mystica. Literalis quidē, vt in deserto manens, immunis esset a omni peccato, vt sic dignior esset Christo testimoniū ferre: & ex vita sua testimonium suum credibilius esset hominibus. Mystica autem causa duplex est. nam per desertum, gentilitas designatur; iuxta illud Isaiæ 54. Multi filij desertæ, &c. vt ergo ostenderet, ꝙ doctrina Dei de cętero non debet esse in Hierusalem tm̄, sed in gentibus: Clama uit in deserto. Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Item, per desertum intelligitur Iudęa, quæ iam deserta erat. Matth. 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, Clamauit ergo [in deserto.] idest in Iudęa: vt per hoc daretur intelligi, ꝙ populus, cui prædicabat, iā desertus erat a Deo. Psal. 62. In terra deserta, &c. Sed quid clamat? [Dirigite viam dñi.] quia ad hoc missus fuit. Luc. 1. Tu puer propheta altissimi vocaberis, &c. parare vias eius, &c. Via autem ad recipiendum Deū parata & recta, est via iustitiæ; secundum illud Isaię 26. Semita iusti recta est, &c. Tunc enim semita iusti est recta, qn̄ homo totus subiicitur Deo, vt scilicet, intellectus per fidem: voluntas per amorem: operatio per obedientiam, Deo subdantur: & hoc [sicut dicit Isaias Propheta,] idest, sicut prædixit, quasi dicat, ego sum ille in quo ista complentur.

LECTIO XIII.

ET qui missi fuerant, erant ex Pharisęis: & interrogauerunt eū, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus: neq; Elias: neq; Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua.

LECTIO XIII.

VPra Ioannes interrogarū, perhibuit testimoniū Christo de seipso, quantū ad personā hic vero, quantū ad officiū. Et circa hoc ponūtur quatuor. Primo, interrogantes. Secundo, interrogatio, ibi [Et interrogauerunt eum.] Tertio, responsio in qua testimonium perhibuit, ibi [Respondit eis Ioannes, &c.] Quarto, locus vbi hęc facta sunt, ibi [Hęc in Bethania facta sunt, &c.] Interrogantes autem sunt Pharisęi: vnde dicit [& qui missi fuerant, erant ex Pharisęis.] Et quidem secundum Origenem, quod dicitur ex hoc loco, ad aliud testimonium pertinet [& isti qui missi sunt ex Pharisęis] non sunt idē cum sacerdotibus & leuitis, qui missi sunt à Iudęorum vniuersitate: sed alij specialiter missi à Pharisęis, & secundum hoc dicitur [& qui missi sunt.] non à Iudęis, scilicet, sicut fuerunt sacerdotes & leuitę: sed alij erant ex Pharisęis: & ideo dicit, quòd quia sacerdotes, & Leuitę disciplinati erant, & reuerentes, humiliter, & cum reuerentia Ioannem interrogant de eius dignitate: vtrum scilicet, Christus esset, an Elias, an Propheta. Isti vero, qui ex pharisęis erant, secundum nomen suum diuisi & importuni, contumeliosas voces prætendūt baptistæ: vnde [dixerūt ei. Quid ergo baptizas, si tu nō es, &c.] Secundum alios vero, Gregorium. [Chrisō. & Augustinum: isti qui ex Pharisęis, sunt illi idē, qui missi fuerant a Iudęis sacerdotes & leuitæ. Quædā. n. secta erat inter Iudæos: qui propter exteriorem cultum diuisi erāt ab aliis: vnde & Pharisęi, idest, diuisi vocabantur in qua quidem erāt aliqui de sacerdotibus & leuitis & aliqui de populo. Vt ergo nuncii maioris auctoritatis essent, miserunt sacerdotes & leuitas, qui erāt ex Pharisęis, vt eis nec sacerdotalis ordinis dignitas, nec religionis deesset auctoritas. Ideo aūt euangelista addit hoc, quod dī [& qui missi fuerant erāt ex Pharisęis.] vt primo quidem rationem quęstionis baptismi Ioannis: pro qua missi non fuerunt assignet: quasi dicat, missi fuerūt; vt interrogarēt a Ioanne quis esset; sed quod quærunt. [Quid ergo baptizas.] fecerunt, quia erāt ex Pharisęis, quibus eorū religio ausum præbebat. Secundo, vt dicit Gregorius: vt ottēdat quā intentione quęsierunt a Ioāne [Tu quis es?] Pharisęi enim inter omnes alios insidiosę, & calumniosę se habebāt ad Christum. Vnde ipsi dixerūt ei. Matt. 12. In Belzebub principe demoniorum, &c. Ipsi etiā inierunt cū Hærodianis consilium, vt caperent Iesum in sermone. Matth. 22. Et ideo per hoc, quod dicit [qui missi fuerāt, erant ex Pharisęis] oltēdit, quòd calumniose se habebant, & ex inuidia eum interrogauerunt. Interrogatio autem est de officio baptizandi: vnde dicitur [Et interrogauerūt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, &c.] Vnde notandum est, quòd non quærunt, vt sciant; sed vt impediant. quia enim videbant multitudinem populi ad Ioannem currere, propter nouum ritum baptizandi, & extraneum a ritu Pharisęorum & legis: inuidebant Ioanni, & conabantur pro posse, impedire baptismum eius. et ideo se continere non valentes, suam manifestant inuidiam, & dicunt. [Quid ergo baptizas, si tu non es, &c.] quasi dicat, non debes baptizare, ex quo negas te esse aliquem illorum trium, in quibus prefiguratus est baptismus (vt dictum est supra.) scilicet. [Si tu non es Christus.] qui habiturus est fortem in ablutionem peccati: & si non es Elias, siue Propheta? idest, Elisæus: qui sicco vestigio Iordanem transiuerunt(vt dicitur. 4. Regum 2.) Quomodo audes baptizare? Similes istis sunt inuidi, animarum profectum impedientes: qui dicunt videntibus, nolite videre, &c. Isa. 30. Responsio autem est vera, vnde dicit. [Respondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua.] quasi dicat. Non debetis mirari, si ego qui non sum Christus, nec Elias, nec Propheta baptizo: quia baptismus meus non est completiuus, sed imperfectus. Nam ad perfectionem baptismi exigitur lotio corporis & animæ, & corpus quidem secundum naturam lauatur a qua: anima vero non nisi spiritu vnde [Ego baptizo in aqua. [idest, corpore lauo corpus. Venet autem alius, qui perfecte baptizabit, scilicet, in aqua & spiritu sancto, Deus & homo, qui & corpus aqua, & spiritum spiritu lauabit: ita quòd sanctificatio spiritus deriuabitur ad corpus. Act. 1. Ioannes quidem baptizauit aqua, &c. Testimonium autem perhibet de Christo, cum dicit.

Et

b ET primo, per comparat ionē ad Iudæos. Secundo, per comparationē ad seipsum, ibi. [Ipse est qui post me, &c.] Ad Iudæos autem comparat eum, dicens. [Medius autem vestrum, &c.] quasi dicat, ego imperfectū opus feci, sed est alius, qui perficiet opus meū. [Qui steterit medius vestrum, &c.] quod quidem exponitur multipliciter: vno siquidē modo, secundū Greg. Chrisō. & August. vt referatur ad communem Christi conuersationē inter homines: quia secundum naturam humanam alis hominibus similis apparuit. Phil. 2. Qui cum in forma Dei esset, &c. habitu inuētus vt homo: & secūdum hoc, dicit. [Medius vestrū stetit, &c.] idest, multotiens conuersatus est, quasi vnus ex vobis. Luc. 22. Ego in medio vestrum sum, &c. [Quē vos nescitis,] idest hoc, ꝙ Deus factus est homo, capere non potestis. Itē nescitis, q̄ magnus sit ēm naturam diuinā, quæ in eo latebat. Iob. 36. Ecce Dñs magnus vincens scientiā vestram, &c Et ideo, vt August. dicit. Accēsa est lucerna. s. Ioannes: vt inueniatur Christus. & Psal. 130. Parauī lucernā Christo meo. Alio modo exponitur, ēm Orige. & hoc dupliciter. Primo, vt referatur ad Christi diuinitatē, & ēm hoc [medius vestrū,] idest, in medio omnium rerum [stetit,]. s. Christus: quia ipse ēm quòd, verbum à principio creaturæ impleuit vniuersam creaturā. Hiere. 22. Cœlum & terram ego impleo [quem tm̄ vos nescitis:] quia (vt dicitur, supra eodē.) [In mundo erat, & mundus eum nō cognouit.] Alio modo, vt referatur ad causalitatē humanæ sapientiæ, & dicatur, [medius vestrum steterit,]. i. in intellectu omniū relucet: quia quicquid lucis & sapientiæ est in hominibus, prouenit eis ex participatione verbi, & dicit [in medio] quia in medio hominis corporaliter est cor, cui attribuitur quædā sapientia & intellectus: vnde licet intellectus non habeat organum corporale, tm̄ quia cor est principale organū, consueuit accipi pro intellectu: vnde in medio stare dicitur ēm hanc similitudinē, inquantum illuminat omnē hominem venientē in hunc mūdum [quem tm̄ vos nescitis:] quia (vt dicitur supra) Lux in tenebris lucet, & tenebrę eā non cōprehenderūt.] Quarto modo exponitur, vt referatur ad Propheticā Christi prænuntiationē: vt sic respondeatur principaliter Pharisęis qui cōtinue scripturas veteris Testamenti, in quibus prænuntiabatur Christus, inquirebāt, & tm̄ eum non cognoscebant, & ēm hoc dicitur. [Medius vestrum stetit,]. i. in sacra scriptura quā vos semp reuolutis. Infra 5. Scrutamini scripturas, &c. [Quem tamē vos nescitis:] quia cor vestrum induratum est, pp infidelitatem: & oculi vestri excęcati sunt: vt non agnoscatis præsentē, quem creditis futurum. Comparat aūt Christum ad se Ioannes, cum dicit.

c VBi primo, ponit excellentiā Christi ad seipsum. Secundo uero, excellentiæ immēsitatē ostēdit, ibi. [Cuius nō sum, &c.] Excellentiā autē Christi ad seipsum ostendit, & quantū ad ordinē prædicationis, & quantum ad ordinē dignitatis. Quantum quidē ad ordinē prædicationis, Ioānes primo innotuit, & ideo dicit. [Ipse est, qui post me venit,] ad prædicandum, baptizandum, & morientdum; quia ut dicitur. Luc. 1. Præibis ante faciem Dñi, parare uias eius. Sed Ioannes quidē præcessit Christum, sicut imperfectū perfectum, & sicut dispositō formā. sicut dicitur. j. Cor. 15. Non prius quod spirituale, &c. nā tota uita Ioannis fuit quoddā præparatorium ad Christū. unde dixit supra. Ego uox clamantis in deserto. sed Christus præcessit Ioannē, & nos oēs, sicut perfectum imperfectum; & sicut exēplar exemplatum. Matth. 16. Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, &c. j. Pet. 2. Christꝰ passus est pro nobis; uobis relinquens exēplum. Quantū uero ad ordinē dignitatis, cū dicit [Qui ante me factus est]. i. mihi prælatus est; & dignitate præpositus: quia (ut dicit infra 3.) Me oportet minui, illum autem crescere. Immensitatem autem excellentiæ assignat, cum dicit.

d QVasi dicat, Non intelligatis ipsum mihi in dignitate præpositum: sicut unus homo præfertur alteri. sed tā excellenter, ꝙ nihil sum in cōparatione ad ipsum. Et hoc patet [Quia non sum dignus ut soluā corrigiā calciamenti eius.] quod est minimū obsequium, quod hominibus fieri potest. Ex quo patet, ꝙ Ioannes multū accesserat ad Dei cognitionē, inquantū ex consideratione infinitę magnitudinis Dei se totaliter uilipendebat, & nihil se esse diceba t. Sicut Abrahā, cū Deū cognouisset dicebat Gen. 18. Loquar ad dñm meum, cum non sim puluis & cinis. Sic Iob. 41. Cum dñm audisset, dixit. Nunc oculus meus uidet te, idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiā in fauilla & cinere. Sic Isa. 40. postq̄ uidit gloriā Dei dixit, Omnes gentes quasi non sint, &c. Et hæc quidē expositio est literalis. Exponitur aūt & mystice, Vno modo ēm Greg.

A ut per calciamentum quod fit de pellibus mortuorum animalium, intelligatur humana natura mortalis, quam Christus assumpsit. Psalm. 59. In idumea extendam calciamentum meum, &c. Corrigia autem calciamenti eius, est ipsa vnio diuinitatis & humanitatis: quam nec Ioannes, nec aliquis potest soluere: nec potuit plenē inuestigare: cum talis esset, quòd hominem faceret Deum; & Deū hominem: & ideo dicit [cuius non sum dignus, ut soluam corrigiam calciamenti.] id est, ut explicem mysteriū incarnationis, &c. Intelligendum est plene & perfecte. nam quoquo modo & Ioannes, & alii prædicatores licet imperfecte, soluunt corrigiam calciamenti. Alio modo exponitur, quia in ueteri lege præceptum erat, Deuter. 25. ꝙ quādo aliqs moriebatur sine liberis: frater defuncti, uxorē defuncti recipere tenebatur, & ex ea semen fratri suo suscitare, ꝙ si nolleret eā in uxorē recipere tūc aliqs propinquus defuncti eā recipere volēs, debebat eū discalciare in signum huius cessionis, & illam in uxorem recipere, & domus eius debebat uocari domus discalciati. Secundum hoc ergo dicit [Cuius non sum dignus corrigiā calciamenti soluere.]. i. non sum dignus habere sponsam quæ sibi debetur, ecclesiam: quasi dicat: non sum dignus, vt uocer sponsus ecclesiæ, quæ consecratur Christo in baptismo spiritus. Ego autē baptizo in aqua tantum Ioan. 3. Qui habet sponsam, sponsus est, &c. Locus autem vbi prædicta facta sunt, subditur consequenter, cū dicit.

e SEd circa hoc primo cōsurgit quęstio Cū Bethania sit in mōte Oliueti quod est iuxta Hierusalē (sicut dicitur Ioānis, & Matt. 16.) quomodo dicit, ꝙ facta sunt trās Iordanē, qui multū distabat ab Hierusalē? Sed dicendū, ēm Origenem, & Chrisō. ꝙ nō debet dici Bethania, sed Bethabora, quæ est quędā villa vltra Iordanē. et hoc qd̄ dicit Bethania corruptū est vitio scriptorū. Sed qa, tam libri Græci q̄ Latini habēt Bethania. ideo dicendum est aliter ꝙ est duplex Bethania: vna quæ est prope Hierusalē in latere montis Oliueti, alia trās Iordanē, vbi erat Ioānes baptizans. quòd autē mentionem facit de loco, habet rationē literalē & mysticā. Literalem quidē ēm Chrisost. quia Ioānes scribebat euangelium istud viuentibus forte aliquibus, qui & tempus quo ista facta sunt, & locum viderant, & ideo quasi ad maiorem certitudinem illos testes facit illorum quæ viderant. Mysticam vero, quia hæc loca conueniunt baptismo. nam si dicatur Bethania, quæ domus obedientiæ interpretatur, signifi cat ꝙ necesse est per obedientiā fidei ad baptismum peruenire. Romano. 1. Ad obediendū fidei in omnibus gentibus. Si vero dicatur Bethabora, quæ interpretatur domus præparationis, significat ꝙ per baptismum præparatur homo ad vitā æternam. Nec vacat mysterio quòd trās Iordanē fit. Iordanis. n. interpretatur descensus eorum, & secundum Originem significat Christum, qui descendit de cœlis (vt dicit ipse.) Descendi de cælo, vt facerem voluntatē patris mei. Vnde dicitur Ecclesiast. 24. Ego quasi fluuius Dorix. per ipsum autem omnes ingredientes in hunc mundum, mundari conuenit, secundum illud Apocalyp. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Conuenienter etiam Iordanis baptismū significat: ipse enim confiniū est inter illos qui acceperunt sortes hæreditatis a Moyse ex vna parte Iordanis, & illos qui acceperunt a Iosue ex alia, & ita baptismus, quasi quoddā confiniū est inter Iudæos & Gētiles, qui proficiscūtur illuc, vt se lauēt ad Christū veniētes, vt opprobrium peccati deponāt: sicut etiā filios Israel terram promissionis intrātes oportuit transire Iordanem, ita & per baptismū oportet patriam cœlestem intrare. Dicit aūt [trans Iordanē.] vt insinuet, quòd etiā transgressoribus, & peccatoribꝰ baptismū pœnitentiæ prædicabat Ioannes vnde & dominus Matthęi 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores, &c.

LECTIO XIIII.

VPra Ioannes perhibuit testimonium Christo interrogatus. hic vero perhibet aliud testimonium Christo spontaneus. Et primo quidem fert ipsum testimonium. Secundo, testimonium latum confirmat, ibi [Et testimonium perhibuit Ioannes, &c.] Circa primum autem, primo quidem describuntur circunstantiæ testimonii. Secundo, ponitur ipsum testimonium, ibi [Ecce agnus Dei.] Tertio, excluditur suspitio testis, ibi [Et ego nesciebam eum, &c.] Describuntur autem circunstantiæ, vna quidem ex parte temporis, unde dicit [Altera die.] in quo quidem commendatur Ioannis constantia: quia non vno die: non semel tantum: sed pluribus diebus & multoties Christo testimoniū perhibebat. Psal. 144. Per singulos dies

b Dixerūt ergo ei. Quis es? vt respōsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? ait.

c Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viā domini: ni sicut dixit Isaias Propheta.

trans Iordanē, vbi erat Ioannes baptizans.

LECTIO XIIII.

LItera die vidit Ioannes Iesum venientē ad se, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.

b Medius autem vestrū stetit, quem vos nescitis.

c Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est.

d Cuius ego nō sum dignꝰ, vt soluam eius corrigiam calciamenti.

e Hæc in Bethania facta sūt

benedicam tibi. Commendatur etiam eius profectus: quia non de F
ber nobis succedere vna dies sicut alia; sed quæ succedit debet esse
altera, dest, melior: iuxta illud Psalm. 83. Ibunt de virtute in virtutem. Alia circũstantia ponitur ex parte modi testificadi. [Quia vidit Ioannes Iesum.] In quo insinuatur cerritudo. nam testimonium de visu certissimum est. Alia vero circumstantia ponitur ex parte eius, cui testimonium perhibetur: vnde dicit [Iesum ad se venientem] scilicet

b Hic est de quo dixi. Post me venit uir, qui ante me factus est: quia prior me erat.

de Galilæa, vt dicitur Mat. 3. Venit Iesus a Galilea, &c. Nec tamẽ intelligendum est de aduentu quo venit ad baptismum, de quo ibi loquitur Matthæus, sed de alio aduentu quo iam baptizatus, & circa Iordanem aliquandiu commoratus, venit ad Ioannem: aliàs nõ dixisset. Super quem videris spiritum descendentem, &c. Et ego vi- G
di, &c. Iam ergo videratẽ eum, & spiritum super eum descendentem quasi columbam, &c. vt infra dicit. Huius autem Christi ad Ioannem aduentus post baptismum vna causa fuit, vt testimonium Ioãnis certificaretur: dixerat enim Ioannes de Christo. Ipse est qui post me venturus est. nam aliqui posset errare in cognitione venturi cum adesset: venit ad Ioannem, ab eo digito ostendendus, dicente Ioanne [Ecce agnus Dei, &c.] Alia ratio, vt excluderet errorẽ. Posset enim aliquis credere, q̃ Christus prima vice, cum venit ad baptismum, venerit ad Ioannem sicut a peccatis purgandus. Ioannes ergo vt hoc excluderet venit etiam ad eum post baptismum, vnde signanter dicit Ioannes [Ecce qui tollit.] Peccatum nullũ fecit, sed venit peccatum tollere. venit etiam vt præberet humilitatis exemplum, quia (vt dicitur Ecclesiastic. 4.) Quanto maior es, humilia te in omnibus. Et aduertendum, q̃ sicut Christo iam concepto quando virgo mater ascendit in montana cum festinatione Helisabeth matrem Ioãnis visere: Ioannes in vtero matris existẽs H
nec loqui valens, reuerentiam Christo & tripudium faciens, exultauit in vtero: ita & nunc Christo ex humilitate ad eum venienti testimonium & reuerentiam præbet, & in vocem prorumpit, dicẽs [Ecce agnus Dei, &c.] Vbi testimonium Ioannis ponitur in quo quidem ostendit virtutem Christi, & dignitatem eius, ibi [Hic est de quo dixi.] Virtutem quidem ostendit dupliciter. Primo, proponendo figuram. Secundo, exponendo eam, ibi [Ecce qui tollit peccata mundi.] Circa primum sciendum est, q̃ sicut dicit Origẽ. In veteri lege contueuerunt quinque animalia offerri in templo; tria de terrestribus scilicet. Vitulus, Capra, & Ouis, sed ouium quidem aries, ouis, & agnus. De volatilib9 vero duo, Turtur scilicet & Columba. quæ quidem omnia præfigurativa fuerunt veri sacrificii: quod est Christus, qui semetipsum obtulit oblationem Deo (vt dicitur Ephes. 5.) Quare ergo Baptista Christo testimonio perhibens, agnum specialiter nominauit? huius ratio est: quia sicut dicitur Numeri 24. Licet alia fierent sacrificia in templo cæteris temporibus, vnum tamẽ erat quotidianum, in quo ingiter vnus agnus mane, & alius vespere offerebatur: nec hoc mutabatur vnquam, sed tanquã principale obseruabatur. Alia vero ex adiuncto, & ideo per agnum, qui erat principale sacrificium significatur Christus, qui est principale sacrificiũ. nam licet omnes sancti, qui pro fide Christi passi sunt profint ad salutem fidelium, hoc tamẽ non habent nisi inquantum super oblationem agni quasi oblatio adiuncta principali sacrificio, immolantur. Offertur quidem mane & vespere, q̃ per Christum patet aditus ad intelligibilia diuinorum contemplãda, & fruenda, quod pertinet ad cognitionem matutinam, & instruimur, quomodo vtamur terrenis absque inquinamento, quod pertinet ad vespertinam, & ideo dicit [Ecce agnus Dei, &c.] idest, per agnũ significatus. dicit aũt [Dei] quia in Christo sunt duæ natura humana, s. & diuina. Et q̃ hoc sacrificiũ esset virtuosum ad purgandum & sanctificandum a peccatis: habet ex virtute diuinitatis inquantum scilicet Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. 2. Cor. 5. uel dicitur. [Agnus Dei.] quasi oblatus a Deo, scilicet ab ipso Christo qui est deus, sicut dicitur oblatio hominis, quã homo offert. Vel dicitur. [Agnus Dei.] scilicet patris. quia ipse prouidit homini oblationem ad offerendum pro peccatis sufficientem, quam homo per se habere non potest. vnde Gen. 22. Cum Isaac quæreret ab Abraham. Vbi est victima holocausti, &c. Respondit, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, &c. Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, &c. Dicitur autem Christus [Agnus] primo, ppter puritatẽ. Exo. 12. Erit agnus anniculus. &c. 1. Pet. 1. Non corruptibil bus auro vel argento, &c. Secundo, propter mansuetudinem. Isa. 53. Quasi agnus, &c. Tertio, propter fructum. Prouer. 28. Agni sunt tibi, &c. Et hoc quantum ad indumentum, iuxta illud. Rom. 13. Induimini Dominum Iesum Christũ. Et quantũ ad cibum. infra 6. Caro mea, &c. Et ideo dicebat Isa. 16. Emitte agnum dñe, &c. Consequenter propositam figuram exponit, cum dicit. [Qui tollit peccata mundi.] idest, auferit, quod in lege nec per agnum, nec per alia sacrificia auferri poterat: quia (vt dicitur Heb. 19.) Impossibile est per sanguinem, &c. Sanguis iste tollit idest aufert peccata mundi. Ose. vlti. Omnem aufert iniquitatem: vel tollit. i. in se accipit peccata totius mundi: quia (vt dicit j. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit, &c. Isa. 53. Dolores nostros ipse tulit & languores nostros ipse portauit. Dicit aũt secũdum Glo.

c Et ego nesciebã eũ. Sed vt manifestẽt in Israel, ꝓpterea veni ego in aqua baptizans.

Peccatũ, & non peccata, vt ostendat in vniuersali, quòd abstulit totum genus peccati. j. Ioã 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: vel quia pro vno peccato, scilicet originali mortuus. Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit, &c.

b SVpra perhibuit Baptista testimoniũ Christo, quantũ ad eius virtutẽ. hic vero perhibet. s. testimoniũ, quantũ ad eius dignitatẽ, comparans eũ sibi tripliciter. Et primo quantũ ad officium, & ordinẽ prædicationis: vnde dic t [Hic]. s. Agnus, digito eũ demonstrãs, [est] ille [de quo dixi]. s. in eius absentia. [post me venit vir] ad prædicandũ & baptizandũ [qui post me venit] nascendo. Dicit aũt vir Christus, ratione pfectæ ętatis: quia q̃n̄ incepit docere post baptismũ, iã erat in ætate perfecta. Luc. 3. Iesus erat incipiens quasi annorum triginta. Irẽ ratione perfectionis omnium virtutum quę in eo fuerunt. Isa. 4. Apprehendent septẽ mulieres. i. virtutes virũ vnum. s. Christum perfectum. Zach 7. Ecce vir, oriens nomen eius: quia ipse est origo omniũ virtutum in aliis. Itẽ, ratione desponsationis: quia ipse iponsus est Ecclesiæ. Ose. 2. Vocabis me virum, &c. 2. Cor. 2. Desponsi vos vni viro, &c. Secundo, quantũ ad ordinẽ dignitatis, cũ dicit [qui ante me factus est.] q. d. licet post me venerit ad prædicandum. tñ ante me. i. præ latus mihi factus est dignitate. Cant. 2. Ecce iste venit saliens in mõtibus, trãsiliens colles. Collis vnus fuit Ioãnes Baptista quẽ Christus transiliuit: quia (vt dicitur infra 3. Me oportet minui, illum aũt crescere. Tertio, quantum ad ordinẽ durationis, cũ dicit [quia prior me erat.] q. d. non mirum, si præfertur mihi dignitate: quia & si posterior sit tpe, est tñ prior in æternitate: [q̃ a prior me erat.] Ex hoc aũt duplex error destruit. Error Arrij: quia nõ dicit [prior me factus est.] vt sit creatura, sed [prior me erat.] ab æterno ante omnẽ creaturam. Prouer. 8. Ante ões colles generauit me Dñs. Item, error Pauli Samosateni: quia dixit [prior me erat:] vt ostendat, q̃ non ex Maria sumpserat exordium. nã, si essendi principiũ sumpsisset ex virgine, non extitisset vtiq; prior præcursore, qui Christum in sex mensibus, secundum generationem præcedebat humanam. Consequenter cum dicit.

c EXcludit falsam suspitionẽ a suo testimonio. Posset enim aliquis dicere, Ioannẽ testimoniũ perhibuisse Christo pp affectionẽ specialis familiaritatis, quã ad ipsum habebat. Et ideo hoc excludens Ioannes, dicit. [Ego nesciebam eum.] nã Ioannes in deserto a puericia sua conuersatus est. licet autẽ miracula multa facta sint in natiuitate christi, puta de Magis, & de stella, & huiusmodi, tñ non erant nota Ioanni. Tum, quia infans erat ẽm ætatem. Tum, quia ad desertum secedens, Christi familiaritatẽ non habuit. medio vero tpis a natiuitate vsque ad baptismũ nullum miraculum Christus operatus est, sed conformis conuersatione aliis erat, & sua virtus ignota omnibus existebat. Quòd autẽ medio tpe non fuerit miracula operatus vsque ad triginta annos, patet per hoc, qd̃ dicitur, infra 2. Hoc fecit initium signorum Iesus, &c. Ex quo apparet falsitas libri de infantia Saluatoris. Ideo autem non fecit miracula medio tpe, vt non putaretur mysterium circũcisionis & incarnationis fantasma esse, si non se habuisset ætate sicut alij infantes. Et ideo demonstrationẽ scientiæ & virtutis suæ in aliud distulit tẽpus, in quo alij homines sciẽtia & virtute vigere cõsueuerũt. Iuxta quod dicitur. Luc. 2. Puer autẽ proficiebat gratia, & sapientia, &c. Non, q̃ ipse virtutẽ, & sapientiã ante nõ habitã susciperet, cũ in eis fuerit ab instãti suæ cõceptionis perfectus, sed quia virtus eius & sapientia magis innotescebat hominibus. Isa. 45. Vere tu es Deus absq̃ scõdiru, &c. ideo ergo Ioãnes nesciebat eũ, quia nulla signa adhuc de eo viderat, neq; aliis ꝑ signa innotuerat: vnde subdit [sed vt manifestẽt in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans.] q. d. totũ ministerium meũ est ad manifestationem, supra eodem capitulo. K
Non erat ille lux, sed vt testimonium, &c. Dicit aũt [veni in aqua baptizans,] ad diũam baptismi Christi: quia Christus nõ in aqua solũ baptizauit, sed in spiritu, cõferens gratiã; vnde & baptismus Ioannis fuit significatiuum tñ, non effectiuum. Manifestauit aũt baptismus Ioannis Christũ tripliciter. Primo, s. per Ioannis prædicationẽ. Licet enim Ioannes etiã sine baptismo potuisset prædicando parare viam Dño, & inducere turbas ad Christum, tñ propter nouitatẽ officij plures ad eũ concurrebãt, q̃ si sine baptismo prædicatio facta esset. Secũdo, profuit baptismus Ioannis pp Christi humilitatẽ, quã demõstrauit, baptizari volens a Ioãne. Matth. 3. Venit Christus ad Ioannẽ, &c. In quo quidẽ exẽplũ humilitatis prębuit: vt. s. nullus quantũcũq; magnus, dedignet à quocũq; ad hoc ordinato, sacramẽta suscipere. Tertio, q̃ a Christo baptizato a Ioãne, affluit

virtus

virtus patris in voce, & spiritussanctus in columba, per quam virtus Christi & dignitas magis manifestata fuit. Luc. 3. Et vox patris intonuit. Hic est filius meus, &c. Consequenter cum dicit.

d IPse magna, quæ testatus est de Christo, quòd totius orbis terrarum solus peccata tolleret, confirmat auctoritate Dei. Et circa hoc tria facit.

d Et testimoniũ perhibuit Ioannes, dicens. Quia vidi spiritum descẽdentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.

e Et ego nesciebã eum: sed qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris spiritũ descendentem, & manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritusancto: & ego vidi, & testimonium perhibui: quia hic est filius Dei.

Primo, proponit visionem. Secundo, præbet de intellectu visionis instructionem, ibi [& ego nesciebã eũ.] Tertio, suam ex ipsa visione conceptionem ostendit, ibi [& ego vidi & testimoniũ, &c.] Visionem quidẽ proponit, cum dicit. [Vidi spiritum descendentem, &c.] Quod quidem quando factum fuerit, Ioannes Euangelista non refert. Sed Math. & Luc. dicunt hoc factũ fuisse quando Christus baptizatus est a Ioanne. Et quidem congruebat, quòd spiritussanctus adesset baptizato & baptismo. Baptizato namque congruebat: quia sicut filius existẽs a patre, manifestat patrẽ. infra 17. Pater, manifestaui nomen tuum, &c. ita & spiritussanctus a filio existens, filium manifestat. infra 16. Ille me clarificabit, q̃a de meo accipiet &c. Baptismo autem congruit: quia baptisma Christi est inchoatiuum & cõsecratiuum nostri baptismatis. Nostrum autem baptisma consecratur per inuocationem sanctæ Trinit. Marc. vlti. Baptizates eos, in nomine patris & filii, & spiritussancti, &c. Quod ergo nos inuocamus in baptismo nostro, affuit baptismo Christi, scilicet, Pater in voce, Spiritussanctus in columba, Filius in humana natura. Dicit autem [descendentem:] quia cum descensus duos terminos habeat, scilicet principium sursum, & terminum deorsum, quantum ad vtrunque conuenit baptismo. Est enim duplex spiritus: vnus mundi, & alius Dei, & spiritus quidẽ mundi est amor mundi, qui non est desursum: sed ab inferiori ascendit in homine, & eum descendere facit. Spiritus autem Dei, scilicet dei amor desursum descendit ad hominem, & eum ascendere facit. 1. Corinthio. 2. Nos aũt, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ Dei, &c. Quia ergo ille spiritus de superius est, ideo dicit [descendentem.] similiter etiam, quia impossibile est creaturam recipere Dei bonitatem in tanta plenitudine, secundum quòd conuenit Deo, ideo bonitatis ipsius ad nos deriuatio, est quasi quidã descẽsus. Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens, &c. Sed quia spiritussanctus in sua natura videri nõ potest (vt dicitur infra 3.) Spiritus vbi vult spirat, &c. Spiritus etiam non est descendere, sed ascendere. Ezechiel. 8. Eleuauit me spiritus, &c. Ideo consequenter Euangelista modum visionis & descensus exponit, dicens, hic non fuisse in spiritu, idest natura, sed in specie columbæ in qua apparuit: vnde dicit [quasi columbam,] & hoc quidem congrue, vt scilicet filius Dei per carnem mundo visibilis factus, manifestaretur per spiritumsanctum visibili specie columbæ, quæ quidem columba non est assumpta a spiritusancto in vnitatem personæ, sicut humana natura assumpta est a filio Dei. Cuius ratio est, quia filius apparuit, non solum vt manifestator, sed vt saluator. Et ideo, secundum quòd dicit Leo Papa, oportuit quòd esset Deus & homo. Deus quidem, vt afferret remedium, homo vero vt præberet exemplum. Spiritus vero sanctus apparuit solum ad manifestandum, ad quod sufficiebat speciem corporalem assumere solum ad significationem quandam. Verum autem columba illa fuerit verum animal, & verum præexistẽs apparitioni. Scientẽ, quòd rationabiliter dicitur illa fuisse vera columba. venit enim spiritussanctus ad manifestandum Christum, qui cũm sit veritas, non nisi per veritatem manifestandus erat. Quantum vero ad secundum dicendum, quòd non præextitit apparitioni: sed tunc virtute diuina absque cõmixtione maris & fœminę formata fuit, sicut, & corpus Christi virtute spiritussancti conceptum non ex virili semine, & tamen fuit vera columba, quia (vt Augustinus dicit in lib. de Agone Christiano.) Omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbæ, siue aliarum columbarum ministerio figurare, sicut non fuit difficile verum corpus in vtero beatę Virginis sine naturali semine fabricare. Cyprianus in libro de Vnitate ecclesiæ. Id circo, & in columba dicitur, spiritussanctus, quia columba simplex animal & innocens est, non felle amarũ, non morsibus ferum, nõ vnguium laceratione violentum: hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, cum generat simul filios edere: cum conueniat volantibus inuicem cohærere: communi conuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia vnanimitatis implere. Quare autem potius in columba, quàm in alia specie apparuit: multipliciter ratio assignatur. Primo quidem, propter columbæ simplicitatem. nam columba simplex est. Matth. 10 Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, &c. Spiritus autem sanctus, quia facit respicere vnũ, scilicet deum, simplices facit, & ideo in specie columbę apparuit, & quidem secundum Augusti. apparuit etiam super discipulos congregatos per ignem, quia quidam sunt simplices, sed tep. dãs quidam autem feruentes, sed malitiosi: vt ergo spiritus sanctificati dolo careant, spiritus in colũbæ specie demõstratur, & ne simplicitas frigiditate tepescat, demõstratur in igne. Secundo, propter charitatis vnitatem. nam columba amore multũ feruer. Cãt. 6. Vna est columba mea, &c. Vt ergo ostendat Ecclesiæ vnitatem, in specie columbæ spiritussanctus apparuit. Nec te moueat quòd discipulis dispartitæ linguæ apparuerunt, quando sedit supra singulos eorum spiritussanctus, qui & dispartitus apparet, secũdum diuersa donorum officia, & tamen vnit per charitatem, & sic propter primum apparuit in dispartitis linguis (vt dicitur 1. Corinth. 12.) Diuisiones gratiarũ sunt. in columbę specie, propter secundum. Tertio propter gemitũ, Columba enim habet gemitum pro cantu, sic spiritussanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, &c. (vt dicitur Ro. 8. & Naũ. 2. Ancillæ eius mirabãtur. Quarto, propter fœcunditatẽ, hęc enim columba animal fœcundissimum est, idcirco ad designandum fęcunditatem gratiæ spiritualis, in Ecclesia in specie columbæ spiritussanctus apparuit. Hinc est, quòd Leuitici. 15. Dominus pullos columbarum offerre præcepit. Quinto, propter columbę caute lam. sedet enim super riuos aquarum, in quibus respicientes, Palconem volitantem conspicit, & sibi ab eo cauet. Cãtic. 6. Oculi tui tuitut columbæ, &c. Vnde quia in baptismo est nostra tutela & detensio congruè in specie columbæ spiritussanctus apparuit. Respõdet igitur figuræ veteris Testamenti, sicut enim columba deferens ramum virentis oliuę, ostendit signum clementiæ Dei his qui residui fuerant ex aquis diluuii: ita & in baptismo veniens spiritussanctus in columbæ spec e, ostendit signum diuinæ clementiæ, quę baptizatis & peccata remittit, & gratiam confert. dicit autem [Manentem super eum.] quia in mansione quies designatur. Et quòd spiritussanctus in aliquo non quiescat, duplici de causa contingit. Vna est ex peccato. Omnes enim alii homines præter Christum, vel saucianturvulnere peccati mortalis, per quod effugatur spiritussanctus, vel obfuscantur macula veniali per quam aliqua operatio spiritussancti impeditur. In Christo autem neque mortale, nec veniale, nec originale peccatum fuit: vnde nec in eo fuit spiritussanctus inquietatus: sed super eum mansit, idest quieuit. Alia causa q̃a quantum ad gratias gratis datas, non semper adest aliis sanctis potestas operandi. Sicut non semper adest sanctis potestas operandi miracula: nec Prophetis, spiritus prophetiæ. Christus vero semper habuit potestatem ad omnem operationem virtutum & gratiarũ. Et ideo ad hoc designandum [super eum mansit.] Vnde hoc propriũ signum fuit agnoscendi Christum (vt dicitur in Glo. Isa. 2.) Requiescet super eum spiritus domini. Q̃ quod intelligendum est de Christo, inquantum est homo, secundum quòd est minor patre, & spiritussancto. Consequenter cum dicit.

e INtrunt de intellectu visionis prædictæ. Quidam enim hæretici, scilicet Ebyonitę: dicebant Christum a principio nativitatis suæ, neque Christum fuisse, nec filium Dei: sed ex tunc filius Dei & Christus esse incępit, quando in baptismo oleo spiritussancti vnctus fuit. Sed hoc est falsum, quia in ipsa hora natiuitatis, angelus dixit pastoribus. Lucæ 2. Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate David. Ne ergo aliquis crederet spiritumsanctum in baptismo supra Christum descendisse, quasi de nouo Christus indigeret spiritu ad sui sanctificationem. ideo causam sui descensus Baptista ostendit dicens, quòd non descendit propter sui necessitatẽ: sed propter nos, vt scilicet gratia eius nobis manifestaretur, & ideo dicit [Ego nesciebam eum, sed, vt manifestaretur, &c.] Sed hic oritur quæstio. dicit enim. [qui misit me baptizare, &c.] Si dicatur, quòd pater misit eum, verum est. Similiter si dicatur, quòd filius, manifestius cum dicatur, quòd & pater, & filius misit eum, quia Ioannes non est de illis de quibus dicitur Hieremię 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Q̃ uomodo ergo dicit [ego nesciebam eum.] Si filius misit eum? Si dicatur, quòd licet cognosceret eum secundum diuinitatem, non tamen cognosceba eum secundum humanitatem, nisi postquam vidit spiritum descendentem super eum. Contra, spiritus enim sanctus descendit super Christum quando baptizatus est. Ioannes autem cognouit Christum antequam baptizaretur: aliàs non dixisset [ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me?] Est ergo dicendum, quòd tripliciter

potest

potest ad hanc quæstionem responderi. Vno modo, secundũ Chri F
sostomum, vt referatur ad cognitionem familiaritatis. Vt sit sẽsus [ego nesciebam eum.] scilicet familiariter. Et si obiiciatur, q̃ dicit Ioannes [Ego a te debeo baptizari, &c] Dicitur q̃ ista duo sunt ad diuersa tempora referenda, vt in hoc quod dicit [ego nesciebam eum.] referatur ad tempus diu ante baptismum, in quo nondum Christo familiaris erat, Hoc vero quod dicit [ego a te debeo baptizari] referatur ad tempus illud, in quo baptizatus est Christus, quando iam propter frequentem visitationem eius, Christus familiaris erat. Alio modo, secundum, Hiero. dicendum, quòd erat Christus filius Dei, & saluator mundi, & hoc quidem G
sciebat Ioannes: sed nesciebat eum per baptismum mundi saluatorem, & ideo hoc quod nesciuit addidit scilicet quòd [hic est qui baptizat in spiritusancto.] Sed melius dicendum est secundum Aug. quòd aliquid sciuit, & aliquid nesciuit, & hoc quod nesciuit addidit scilicet quòd potestatem baptizandi quam potuit fidelibus suis cõmunicare, sibi soli retinuit. Et hoc est quod dicit [qui misit me baptizare in aqua, &c. hic est singulariter scilicet & solus qui baptizat in spiritusancto & nullus alius: quia hanc potestatem sibi soli retinuit. Notandum autem, quòd triplex potestas Christi attendi tur in baptismo. Vna est efficientiæ, qua mundat interius animam a macula peccati, quam quidem potestatem habet Christus inquã tum est Deus, non autem inquantum homo, & hæc potestas nulli alii potest communicari. Alia potestas est ministerii, quam quidẽ communicauit fidelibus Mat. vltl. Baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritusancti, &c. et ideo sacerdotes, vt ministri potestatem habent baptizandi. Christus autem, inquantum homo mi H
nister dicitur (vt Apostolus dicit.) sed tamen caput est omnũ ministrorum ecclesiæ, & quantum ad hoc habet singulariter potestatem excellentiæ in sacramentis: quę quidem excellentia apparet in quatuor. Primo, in sacramentorũ institutione, q̃ nullus homo purus, nec ẽ tota ecclesia posset sacramẽta instituere, vel sacramenta mutare, aut a sacramentis absoluere. nam sacramenta inuisibilem gratiam conferunt ex eorum institutione. Conferre autẽ gratiam solius Dei est. et ideo solus qui est verus Deus potest sacramẽta instituere. Secundum est, quantum ad meriti Christi efficaciã. nam ex merito passionis Christi sacramenta virtutem habent. Ro. 6. Quicunqne baptizati, &c. Tertium est, quia Christus potest conferre effectum baptismi sine sacramento: quòd solius Christi est. Quarto, quia aliquo tempore baptismus conferabatur ad mu cationẽ nominis Christi: sed modo non ita fit. Quæ quidem quatuor nulli hominum communicauit: licet aliquid eorum communicare potuisset, puta q̃ in nomine Petri, vel alicuius alterius conferretur baptismus, & forte aliquem aliorum. Sed hoc non ideo fuit factum, ne fieret scisma in Ecclesia: si baptizati spem suã ponerent in illis, in quorum nominationem baptizarentur. hoc ideo didicit Ioan. per hoc q̃ spiritussanctus descendit super eũ, q̃ Christus solus interius est, qui sua virtute baptizat. Et forte posset dici, q̃ cum dicit. [Ego a te debeo baptizari, &c.] cognoscebat eum per internã reuelationem: sed cũ vidit spiritumsanctum descendentẽ super eũ cognouit eum, per exterioris signi manifestationem, & ideo vtrunque modum cognitionis tangit. Primum, cum dicit [Qui me misit baptizare, ille mihi dixit.] idest interius reuelauit. Secundum, quando addidit [super quem videris, &c.] Consequenter ostendit quid Baptista ex hac visione intellexit, scilicet q̃ Christus esset filius Dei, & hoc est quod dicit [& ego vidi.] scilicet spiritum descendentem super eum. [& testimonium perhibui, quia hic.] scilicet Christus [est filius Dei.] scilicet verus & naturalis. Filij. n. adoptiui patris fuerũt ad similitudinẽ filii Dei naturalis. Ro. 8. Quos præsciuit conformes fieri, &c. ille ergo debet filios Dei facere, qui baptizat in spiritusancto per quem filii adoptantur. Roma. 8. Nõ K
enim accepistis spiritum seruitutis, &c. sed spiritũ adoptionis, &c. Quia ergo iste, scilicet Christus est qui baptizat in spiritusancto, ideo recte concludit Baptista, quòd est filius Dei verus & purus. Ioãnis vltimo Vt simus in vero filio eius, &c. Sed si alii viderunt spiritum sanctum descendentem super eum, quare non crediderũt? Respondeo, quia non erant dispositi ad hoc, vel forte, quia soli Baptistę visio illa demonstrata est.

LECTIO XV.

Vpra Euangelista posuit testimonia Baptistæ ad turbas. hic consequenter ponit eius testimonia ad discipulos Ioannis. Et primo ponitur testimonium. Secundo ostẽditur testimonii fructus, ibi [& audierunt eum, &c.] Circa primum tria facit. Primo describitur testis. Secũdo assignat modus testificandi. Tertio ponitur eius testimoniũ. Sed testis de-

scribitur, cum dicit. [Altera die, iterum stabat Ioan. &c.] In hoc autem, quod dic t [stabat] tria notantur circa Ioannem scilicet, doctrinę ipsius modus, qui differens fuit a modo doctrinæ Christi, & discipulorum eius. Christus enim circũeundo docebat: vnde dicitur. Matt. 3. quòd circuibat Iesus totam Galileam, &c. Similiter & Apostoli discurrendo per mundum, docebant. Matt. vlt. Eũtes in mundum vniuersum, &c. Sed Ioannes stando docebat, vnde dicitur [stabat Ioannes.] scilicet in vno loco trans Iordanem, & instruebat de Christo omnes ad eum venientes. Ratio autem, quare Christus, & eius discipuli discurrendo docebant, est, quia predicatio Christi facta erat credibilis per miracula, & ideo circuibant diuersa loca vt miracula & virtutes Christi innotescerent. Predicatio vero Ioannis non est confirmata miraculis: vnde dicitur infra 4. Ioannes signum fecit nullum, sed merito, & sanctitate vitæ, & ideo [stabat] in loco vno: vt diuersi ad eum cõfluerent, & per eĩ sanctitatem ducerentur ad Christum. Similiter etiam, si Ioannes sine miraculis discurrisset ad prænunciandum Christum, eius testimonium incredibilius redderetur, cũ videretur importune, & quasi ingerendo se hoc facere. Secundo notatur Ioã. constantia in veritate, quia Ioannes non fuit a rundo vento agitata, ted firmus fide secundum illud 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, &c. Abac. 2. Super custodiam meam stabo. Tertio allegorice notat, q̃ stare, allegorice idem est, quod deficere. 4. Reg. 6. Stetitque oleum. i. defecit: stabat ergo Ioannes veniente Christo, quia cum venit veritas, defecit figura. Ioannes stat, quia lex transit. modus autem testificandi ponitur certus, quia cum aspectu. vnde dicit [& respiciens Iesum ambulantẽ.] vbi sciendum est, q̃ Prophetę perhibuerunt testimoniũ I
Christo. Act. 10. Huic omnes Prophetæ, &c. Similiter & Apostoli per mũdum discurrẽtes. Act. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, &c. Sed tamen non per visum, neque de præsente, sed de absente, Prophetæ quidem, vt de futuro, Apostoli vero, vt de præterito: sed Ioannes Christo sibi præsente, & a se viso testimonium perhibuit: et ideo dicit. [Et respiciens,] oculis corporis & mentis, iuxta illud. Psal. 63. Respice in faciem Christi tui. Isa. 5. Oculo ad oculum videbunt, sed dicit [ambulantem,] vt designet incarnationis mysterium, per quod Dei verbum mutabilem naturam assumpsit, infra 16. Exiui a patre, & veni in mundum. Consequenter ponitur testimonium, cum dicit [Ecce Agnus Dei,] quod non solum est demonstratiuum, sed admiratiuum virtutis ipsius. Isa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis. Et vere admirabilis virtutis est iste Agnus, qui occisus, Leonem interfecit. Illum (inquam) Leonem de quo dicitur. 1. Pet. vlt. Aduersarius vester diabolus, tanquam Leo rugiens, &c ideo ipse Agnus Leo vocari meruit victor, & gloriosus. Apoca. 5. Ecce vicit &c. Breuiter autẽ testimonium profert, dicens [Ecce Agnus Dei, &c.] Tum quia di I
scipuli quibus hoc testimonium perhibebat ex his quæ audierant a Ioanne iam satis imbuti erant de Christo, Tum etiam, quia per hoc satis intelligitur tota intentio Ioannis, quę ad hoc solum erat vt eos ad Christum duceret. nec dicit, ite ad eum, ne videantur di scipuli gratiam præstare Christo, si eum sequerentur, sed commendat Christi gratiam, vt quasi in beneficium sibi cõputent, si Christum sequuntur, & ideo dicit. [Ecce Agnus Dei.] i. ecce in quo est gratia & virtus purgatiua peccatorũ. Agnus. n. offerabatur pro peccatis (vt dictũ est.) Cõsequẽter ponit fructũ testimonii cũ dicit.

b ET primo ponitur fructus prouenienes ex testimonio Ioannis, & discipolorum eius. Secundo vero, ponitur fructus prouenienes ex prædicatione Christi ibi. [In crastinũ autẽ voluit, &c.] Circa primum, primo ponitur fructus prouenienes ex testimonio Ioannis. Secundo fructus prouenienes ex prædicatione vnius discipulorum eius, ibi. [Erat autem Andreas, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponitur inchoatio huius fructus ex testimonio Ioan. facta. Secundo ponitur consumatio facta per Christum, ibi. [Conuersus autem Iesus, &c.] Dicit ergo primo. [Et audierunt eũ.] scilicet Ioan. duo discipuli qui erant cum eo, loquentẽ. [Ecce Agnus Dei,] & secuti sunt Iesum, ad literam, euntes cũ eo. Vbi quatuor, secundum Christo. considerari possunt. Primo, quia hoc quod Ioan. loquitur, & Christus tacet, & verbo Ioã. discipuli congregãtur ad Christum, comperit ministerio. Christus enim est sponsus ecclesiæ Ioan. vero, amicus & paranimphus sponsi. Officium autem paranimphi est, sponsam tradere sponso, & loquẽdo, pacta tradere: sponsi autem est quasi præ verecundia tacere, & de sponsa iam habita pro velle disponere. Sic ergo discipuli traduntur a Ioanne Christo quasi desponsati per fidem. Ioannes loquitur, Christus tacet, sed susceptos diligenter instruxit. Secundo vero, quòd cũ Ioãnes dignitatẽ Christi commendans dixit. [Ante me factus est, & q̃m non sum dignus soluere corrigiam calciamẽti eius.] nullus cõuersus est.

Sed

Sed quando humilia de Christo, & incarnationis misterio locutus est, tunc secuti sunt eum discipuli: quia humilia, & quæ pro nobis passus est Christus magis mouent nos, & ideo dicitur Canti. 1. Oleum effusum nomen tuum idest misericordia, qua salutem omnium procurasti, & ideo statim sequitur, adolescentulæ dilexerunt te nimis. Tertio, quia verbum prædicationis est sicut semen cadens in diuersas terras. In vna quidẽ fructificat, in alia nõ. ita & Ioannes cum prædicat, non omnes discipulos conuertit ad Christum, sed duos tãtum, scilicet qui bene dispositi erant, alii vero econtrario, inuidia mouentur ad Christum, vnde & quæstionem ei mouent (vt dicitur Mat. 9.) Quartum est, quòd discipuli Ioannis audito eius testimonio de Christo, non statim ingesserunt se ad loquendum cum eo ex arrupto, sed quasi studiosi cum quadam verecundia, singulariter loqui cum eo, & in secreto loco studuerunt. Ecclesiast. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Consequenter ponitur consumatio fructus, cum dicit.

c QVod enim Ioannes inchoauit, consumatur p Christũ, quia neminem ad perfectum adduxit lex (vt habetur Heb. 7.) Et circa hoc Christus duo fecit. Primo enim examinauit discipulos sequẽtes. Secũdo, eos instruxit, ibi [dicit eis Venite, & videte.] Circa primum, primo ponitur Christi examinantis interrogatio: Secundo, discipulorum examinatorum responsio, ibi. [Qui dixerunt ei. Rabbi, &c. Dicit ergo. [Conuersus autem Iesus, & videns eos, &c.] Et quidem per literalem sensum intelligendũ est, q̃ Christus eos præibat, & hi duo discipuli eum sequentes, faciem eius minime videbant, & ideo Christus vt daret eis fiduciam, conuertit se ad eos. In quo datur nobis intelligi, q̃ omnibus qui Christum sequi incipiunt puro corde, dat fiduciam vel spem misericordiæ. Sap. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Conuertit autem se Iesus ad nos: vt videatur a nobis, hoc erit in illa beata visione, quando ostendet nobis faciem suam vt dicitur in Psalm. 79. Ostende, nobis faciem tuam, & saluẽ erimus. Quamdiu enim in mundo istos sumus, videmus posteriora eius, quia per effectus in eius cognitionẽ venimus: vnde dicitur Exod. 33. Posteriora mea videbis. Item conuertit se, vt opem suæ misericordiæ nobis impendat. Hoc petebat. Psal. 89. Conuertere domine aliquantulũ, &c. Quãdiu enim Christus opẽ suæ miserationis non impẽdit, videtur a nobis auersus. Cõuersus est ergo Iesus ad discipulos Ioannis sequentes, vt faciẽ suam eis ostenderet, & gratiam eis infunderet. Examinat autẽ eos specialiter de intentione, sequentium namque Christum non eadem intentio est. Quidam enim eum sequuntur propter bona temporalia: alij vero propter bona spiritualia. et ideo, quid isti intendant, Dominus quærit, dicens. [Quid quæritis?] Non quidem vt discat, sed vt rectam intentionem aperientes, magis familiares faciat, & ostendat eos auditione dignos. Notandum autem, q̃ hoc est primum verbum, quod Christus in isto Euãgelio loquitur, & congrue, quia primũ, quod quærit Deus ab hoie, est recta intentio. Et secundũ Orig. post sex verba quæ Ioã. dixerat, Christus septimum locutus est. Primum namque Ioan. Bapti. locutus est, quando testimoniũ perhibens de Christo clamabat, dicens, Hic erat de quo dixi, &c. Aliud, quando dixit. [Nõ sum dignus soluere corrigiã, &c.] Tertium, quando dixit. [Ego autem baptizo in aqua, medius autẽ vestrum, &c.] Quartum. [Ecce agnus Dei.] Quintum. [Vidi spiritum descendentem quasi columbã, &c.] Sextum, cum hic dicit. [Ecce Agnus Dei, &c.] Et Christus septimum loquitur, vt intelligas mystice, q̃ quies quæ designatur per 7. dies, nobis est futura per Christum, & q̃ in ipso est plenitudo septiformis gratiæ spiritussancti. consequenter respondent discipuli.

d ET quidem interrogati de vno, duo respõdent. Primo quidẽ, quare Christum sequuntur, scilicet vt addiscãt, vnde & Magistrum eum vocant. [Rabbi,] quod dicitur interpretatum magister: quasi dicerent, quærimus: vt nos doceas. Iam enim prẽcognoscebant, quod dicitur Mat. 23. Vnus est magister vester Christus. Secundo vero, quòd sequendo quærunt. s. [Vbi habitas?] quod quidem literaliter dici potest, quòd in veritate domum Christi quærebant, propter enim mira & magna, quæ a Ioãne de eo audierant nolebant eum perfunctorie interrogare, nec semel tantum, sed frequenter & seriose, & ideo domum eius scire volebant, vt frequẽter ad eum accederent, iuxta consilium sapientis. Eccl. 6. Si videris sensatum, euigila ad illum, &c. et Pro. 8. Beatus qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie. Allegorice autem, in cœlis est habitaculum Dei, secundum illud. Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. quærunt ergo vbi Christus habitet, quia ad hoc

deberemus Christum sequi, vt per eum ducamur ad cælos, idest, ad gloriam cælestem. Moraliter autem interrogant, vbi habitas? quasi vellent scire, quales debẽt esse homines, qui digni sunt: quòd Christus habitet in eis, de quo habitaculo dicitur Ephe. 2. Ædificamini in habitaculum Dei, & Cantic. 1. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas &c. Consequenter cũ dicit.

e PONitur instructio discipulorum a Christo & primo describitur ipsa instructio discipulorum a Christo. Secundo, commendatur discipulorum obedientia [venerunt, & viderunt.] Tertio, determinatur tempus: quia [hora erat quasi decima.] Dicit ergo primo [venite & videte.] scilicet vbi habitem. Sed hic est quæstio, cum dominus dicat. Mat. 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, quare dicit, venite & videre vbi habito? Respondeo, dicendum secundum Christ. quòd per hoc quod dixit dominus, filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. demonstrauit quòd nõ habuit proprium habitaculum, non q̃ in domo alicuius alterius non maneret. Et ad hanc videndum istos inuitabat, dicens [venite & videre.] Mystice autẽ dicit [venite, & videre.] quia habitatio Dei siue glorię, siue gratię, agnosci non potest, nisi per experientiã. nã verbis explicari non potest. Apoc. 2. In calculo nomen nouum, &c. & ideo dicit [venite & videte.] venite credendo, & operando. [& videte] experiendo & intelligendo. Notandum autem, q̃ quatuor modis peruenitur ad hanc cognitionem. Primo per bonorum operum actionem vnde dicit [venite.] Psalm. 41. Quando veniam, & apparebo ante faciem domini. Secundo, per mentis quietem seu vacationem. Psal. 45. Vacate & videte. Tertio, per diuinæ dulcedinis gustationẽ. Psal. 33. Gustate & videte, quoniã suauis est dominus. Quarto, per operationem deuotionis. Treñ. 6. Leuemus corda nostra, cũ manibus orãdo, &c. & ideo dicit dominus Lucæ. 24. Palpate & videte, &c. Cõsequenter ponitur discipulorum obedientia, quia statim sequitur [venerunt, & viderunt.] quia veniendo viderunt, & videntes non defecerũt: vnde dicit [Et manserunt ibi de illo.] quia (vt dicitur infra 6.) Omnis qui audit a patre. &c. Qui enim recedunt a Christo non viderunt eum adhuc, sicut videre oportet. Isti autem qui perfecte credendo, eum viderunt, mãserunt ibi die illo audientes & videntes, beatum diem, beatam noctem duxerunt. 3. Reg. 10. Beati viri tui, & beati serui tui, &c. hi qui stant coram te semper, &c. Et ideo (vt dicit Augu.) Ædificemus & nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domũ quo veniat illę, & doceat nos. Et dicit [die illo] quia nox esse non potest, vbi est lumen Christi: vbi est sol iustitiæ. Tempus autem determinatur consequenter, cum dicit. [Hora autem erat, &c.] quod quidẽ Euangelista determinat, vt secundum literam insinuet commendationem Christi & discipulorum. hora enim decima est in occasu diei: ex quo & Christus commendatur, qui tam studiosus erat ad docendum, q̃ nec propter temporis tarditatem eos docere distulit, sed in hora decima docuit eos. Eccles. 10. Mane semẽ tuum, &c. Similiter etiam commendatur & discipulorum temperantia: quia etiam hora decima qua consueuerunt homines comedere, & esse minus sobrii, ad perceptionẽ sapientiæ ipsi & sobrii, & apti erant ad sapientiam audiendam, nec pp cibum, aut vinũ impediebantur. Nec mirum, quia discipuli eius fuerant scilicet Ioannis, cuius potus erat aqua, esca autem locusta & mel sylueſtre. Secundũ autem August. per horam decimam lex signatur, quæ in decem pręceptis data est. Erat ergo hora decima quando isti venerunt, & manserunt cum Christo, & ab eo erudiuntur, vt impleretur lex per Christum quæ a Iudæis impleri non poterat. Et ideo erãt in ipsa hora vocatus est [Rabbi.] i. magister. Cõsequẽter cũ dicit.

f PONitur fructus, quem fecit discipulus Ioannis, conuersus ad Christum. Et super hoc primo describitur discipulus. Secũdo fructus ab ipso inchoatus ibi [Inuenit hic primum, &c.] Tertio, ponitur consummatio fructũ facta per Christum, ibi [Intuitus autem eum Iesus:] Describitur autem discipulus. Primo a nomine cum dicit [Erat autem Andreas.] idest virilis. Psal. 30. Viriliter agite & confortetur cor vestrum. Exprimit autem nomen. vt ostẽdatur eius priuilegium: tum, quia prior conuersus est ad fidẽ Christi perfecte: tum etiam, quia Christum prædicauit. vnde sicut Stephanus fuit primus martyr post Christum, ita & Andreas fuit primus Christianus. Secundo describitur a cognitione, quia [frater Simonis Petri.] quia iunior erat, & hoc quidẽ est ad commendationem suam, vt qui ætate posterior: fide efficiatur primus. Tertio a disciplina. quia [vnus ex duobus qui audierant a Ioanne.] & hujus quidẽ nomen describit ad ostendendũ Andreæ priuilegiũ

quòd

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

c Conuersus autẽ Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis. Quid quæritis?

d Qui dixerunt ei, Rabbi, (q̃d dicit̃ interpretatũ, magister:) vbi habitas? Dicit eis.

e Venite & videte. Venerũt, & viderunt vbi maneret: & apud eum mãserũt die illo. hora aũt erat quasi decima.

f Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri: vnus ex duobus, qui audierant à Ioãne: & secuti fuerant eum.

De tempo. ser. 255. to. 10.

quòd insignis fuerit. Alterius enim nomẽ taceturaut qa ille alius fuit Ioannes Euangelista, cuius consuetudo est in suo euangelio cũ de eo agitur, nomen suum non exprimere propter humilitatẽ. aut secundum Chryso. non fuit aliquis insignis, nec fecit aliquid magnum vnde non fuisset vtilitas nomen eius ponere. sic enim & Lucas. Luc. 10. nomina septuaginta duorũ discipulorum, quos dominus binos misit ante faciem suam, non posuit; quia non erant solennes personæ, & insignes: sicut Apostoli fuerunt. aut secundũ Alcuinum. ille discipulus fuit Philippus. et hoc patet: quia statim postquam Euangelista prosecutus ẽ de Andrea, prosequitur

g Inuenit hic primum fratrẽ suum Simonem, & dicit ei Inuenimus Messiam: quod est interpretatum Christus: & adduxit eum ad Iesum.

h Intuitus autẽ eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioãna: tu vocaberis Cephas, qd̃ interpretatur Petrus.

de Philippo, dicens [In crastinum autem voluit exire in Galilęã: & inuenit Philippum, &c.] Quarto, commendatur a deuotionis studio vnde dicitur [Et secuti fuerant eum. 1. Iesum. Iob 33. Vestigia eius secutus est pes meus. Fructus autem inchoatus per Andream ponitur, cum dicit [Inuenit hic primum Simonem fratrẽ suum.] Et primo insinuat, apud quem fructum fecit, scilicet apud fratrem suum, vt commendet suæ conuersionis perfectionem, sicut enim Petrus dicit in Itinerario Clementis. Euidens signum perfectæ conuersionis alicuius est, cum conuersus, quanto aliquis sibi est magis coniunctus, tanto magis satagit eum conuertere ad Christũ; & ideo andreas perfecte conuersus non detinuit apud seipsum inuentũ thesaurum: sed festinat & currit cito ad fratrem, traditurus ei bona quę suscepit. Et ideo dicit.

g SCilicet Andreas. [primum.] idest Primo aduerbialiter [Fratrem suum Simonem] quem quęrebat vt sicut erat sanguine, ita faceret eum germanum fide. Prouerb. 18. Frater qui adiuuatur a fratre, &c. Apoca. vlti. Qui audit, dicat veni. Secundo ponit verba quæ dicit Andrea. [Inuenimus Messiam quod interpretatur Christus] vbi secundum Chriso. tacite respondet cuidam quæstioni, scilicet si quis eum interrogarer, de quo instructi fuissent a Christo, in promptu est responsio scilicet quòd per testimonia scripturæ, instruxit eum interantum, quòd cognosceret eum esse Christum. et ideo dicit [Inuenimus.] per quod etiam innuit quòd diu eum desiderio eum quęsierat: Proue. 3. Qui inuenit sapientiã &c. [Messiam] Hebraice, quod Gręce interpretatum est Christus, idest vnctus Latine. quia specialiter vnctus est oleo inuisibili, idest spiritu sancti. Ideo signanter nomine isto manifestat eum, vnde in Psal. 44. dicitur. Vnxit te Deus tuus oleo leticię præ consortibus idest præ omnibus sanctis. nam omnes sancti isto oleo vnguntur: sed iste singulariter vnctus est, & singulariter sanctus, ideo secundũ Christo non dicit [Messiam] simpliciter, sed cum adiectione articuli. Tertio ponit fructum quem fecit: quia [Adduxit eum ad Iesum.] scilicet Petrum, in quo Petri obedientia commendatur. Cõfestim enim occurrit, in hoc non tardans. & Andreæ deuotionem considera: quia duxit eum ad Iesum, non ad se. (sciebat enim se infirmum.) & ideo eum ad Christum adducit: vt ipse eum instruat instruens simul per hoc, q̃ hic debet esse prędicator cũ conatus & studium: vt fructus prædicationis & studium non sibi vendicent seu ad vtilitatem, & honorem proprium conuertant: sed vt adducant ad Iesum, idest ad eius gloriam & honorem referant. 2. Corinth 4. Non enim prædicamus nosmetipsos, &c. sed Iesum Christum, &c. Consummatio autem huius fructus ponitur cum dicit.

h VBi Christus ad fidem diuinitatis eum eleuare volens incipit quæ diuinitatis sunt opera facere, occulta prædicans. Et primo quidem quantum ad occulta præsentia; vnde [Intuitus eũ.] idest statim cum vidit eum virtute diuinitatis considerauit, & dixit ei nomen suum. Vnde dicit [Tu es. Simon.] nec mirum, quia (vt dicitur 1. Reg. 16.) homines vident ea quæ parent Deus autẽ intuetur cor. Congruit autem hoc nomen mysterio. nam Simon interpretatur obediens; vt insinuet quòd obedientia necessaria est ei, qui conuersus est ad Christum per fidem. Act 5. Dat spiritum sanctum obedientibus, &c. Secundo vero, quantum ad occulta præterita: vnde dicit [filius Ioanna] quia hoc nomine vocatus est pater tuus, uel secundum Mat. filius Iona, cum dicit Simon Bariona, & verumque congruit mysterio. Ioanna enim interpretatur gratia: vt insinuet, quòd homines per gratiam veniunt ad fidem Christi, Ephes. 2. Gratia saluati estis, &c. Iona vero interpretatur columba, vt insinuet quòd per spiritum sanctum, qui datus est nobis, firmamur in amore Dei. vt dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus, &c. Tertio vero, quantum ad occulta futura, vnde dicit [Tu vocaberis Cephas, quod interpretat Petrus.] & in Græco caput. & congruit mysterio, vt ille qui debet esse aliorum caput & Christi vicarius, firmitati inhæreret Mat. 16. Tu es Petrus & super hanc Petram, &c. Sed hic est quæstio Literalis. Et primo: quare Christus impositi ei in principio suæ conuersionis nomen, & nõ voluit quòd a principio natiuitatis suę hoc nomine vocaretur? ad hoc respondetur dupliciter, s̃m Chriso. primo, quidem quia nomina diuinitus imposita aliquam eminentiam gratię spiritualis designant. Quãdo autem Deus confert specialem gratiam alicui ab ipsa natiuitate nomen gratiam illam significans imponitur, sicut patet de Ioanne Baptista q̃ ante a Deo est nominatus quam natus, quia fuit sanctificatus in vtero matris. Aliquando autẽ aliter confertur eminentia gratiæ specialis tempore procedenti, & talia nomina diuinitus imponuntur, non a principio natiuitatis, sed in ipso processu temporis: sicut patet de Abraham & Sara, quibus nomina mutata sunt, quando promissionem multiplicandi germinis acceperunt; eodem modo, & Petrus nominatur diuinitus, qũ a fidem Christi, & gratiam Apostolatus vocatur & specialiter, quia constitutus est princeps Apostolorum totius ecclesiæ, quod in alis Apostolis non est factum. Secundum Augu. autem, quia si a principio fuisset nominatus Cephas, non apparuisset mysterium. Et ideo voluit dominus, quòd tunc nomen haberet, vt mutatione nominis, ecclesiæ mysterium appareret, quæ in confessione fidei eius fundata erat. Petrus enim a petra dicitur, Petra autem erat Christus. In Petri ergo nomine figurata est ecclesia, quę supra firmã petram immobilem, idest Christum ædificata est. Secunda quæstio est: vtrum hic fuerit impositum hoc nomen Simoni an in Matth. eum dicitur. Tu es Petrus. Et ad hoc respondet Augu. dicens, quòd illud nomen, hoc loco fuit Simoni impositum, sed quòd dicit ei Dominus in Matth. Tu es Petrus, &c. non est nominis impositio, sed impositi nominis commemoratio, vt quasi vtatur illo nomine, tanquã iam imposito. Alii autem dicunt, q̃ hoc nomen fuit impositũ Simoni, quando Dominus dixit ei. Tu es Petrus & super hanc petra ędificabo ecclesiam meam, &c. Hic vero non imponit ei hoc nomen, sed præsignat, quòd sit ei postmodum imponendum. Tertia quæstio est de vocatione Pet. & And. quia hic dicitur, quòd fuerunt vocati iuxta Iordanẽ qui fuerunt discipuli Ioannis. & Mat. 4. dicitur, quòd Christus vocauit eos iuxta mare Galileæ. Et ad hoc dicendum, quòd triplex fuit vocatio Apostolorum. Prima fuit ad cognitionem, seu familiaritatem, & fidem, & de hac dicitur hic. Secunda fuit in effectu præsignatione de qua habetur. Luc. 5. Ex hoc eris homines capiẽs. Tertia tuit ad apostolatũ de qua dicit. Matt. 4. quæ fuit perfecta. quia postea non redierunt ad propria, &c.

LECTIO XVI.

N crastinum voluit exire in Galilęam, & inuenit Philippũ & dicit ei Iesus. Sequere me. erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri.

LECTIO XVI.

Posito fructu, qui prouenit ex prædicatione Ioan. & eius discipuli. Consequenter Euangelista manifestat fructũ qui prouenit ex prædicatione Christi. Et primo agit de conuersione vnius discipuli ad prędicationem Christi; secundo de conuersione aliorum ad prędicationem discipuli ad Christum conuersi, ibi. [Inuenit Philippus Nathanaelem, &c.] Circa primum tria facit. Primo ponitur discipuli vocandi occasio: secundo subditur ipsius discipuli vocatio. tertio describitur vocati discipuli conditio, ibi. [Erat autem Philippus a Bethsaida.] occasio quidẽ vocationis, fuit exitus Iesu a Iudęa; et ideo dicit [In crastinum autem voluit exire.] scilicet Iesus a Iudęa in Galilęã [& inuenit Philippum.] Ratio autem exitus Iesu in Galilęam assignatur triplex, duæ videlicet litterales. quarum vna est: quia post quam baptizatus fuerat a Ioanne, volens honorem deferre Baptistæ, exiuit in Galilęam a Iudęa recedens, ne sua prędentia offuscaret & minueret Ioannis magisterium, dum adhuc statum habet: docens nos honore inuicem præuenire (vt dicitur Rom. 12.) Secunda ratio est, quia in Galilęa nõ sunt insignes personæ. infra. 7. A Galilęa propheta non surgit, &c. et ideo voluit exire illuc Iesus: & eligere inde principes orbis terrę, qui sunt Prophetis maiores vt per hoc, suam virtutem ostendat. Psal. 106. Posuit desertum in stagna aquarum. Tertia ratio est mystica. quia Galilęa interpretatur transmigratio. Voluit ergo exire a Iudęa in Galilęam vt insinuet quòd in crastinum idest in die gratię scilicet Euangelii exiret a Iudęa in Galilęam, idest ad Gentes saluandas. infr. 8. Nunquid hic iturus est in dispersionem gentium? &c. Vocatio ergo discipuli est ad sequendum. et ideo dicit. [Inuenit Philippum, & dicit ei, sequere me.] et nota, quòd aliquando homo inuenit Deũ: sed quasi ignotum. Proue. 8. Qui inuenit me, inueniet vitã, & hauriet

riet salutem a domino. Aliquando Deus inuenit hominem, sed vt eum manifestet & magnificet. Psalm 88. Inueni Dauid seruũ meum, &c. et sic Christus inuenit Philippum, vt eum ad fidem, & gratiam vocet. et ideo statim dixit. [Sequere me.] Quæstio est, quare Iesus a principio nõ vocauit discipulos. Ad quod respondet Christost. quòd noluit a principio aliquẽ vocare, antequam aliqs spõtaneẽ ei adhęreret per prædicationẽ Ioannis. quia homines magis exemplo trahũtur, q̃ verbis. Exo. 25. Cortina trahit cortinam. quæritur etiã, quare Philippus statim ad vnum verbum secutus est Christum, cum Andreas eum secutus fuerit, audiens a Ioãne de Christo. Petrus autẽ ab Andrea. Ad hoc est triplex responsio. vna quia Philippus iam instructus erat a Ioanne. quia secundum vnam expositionem supra positam. ille alius, qui cum Andrea secutus est Christum erat Philippus. Alia ratio est, quia vox Christi virtutem quandam habebat, vt non solum exterius sed etiã interius cor moueret. Hieremię 22. Verba mea sunt quasi ignis, &c. non enim vox Christi solum exterioribus dicebatur, sed fidelium interiora ad eius inflammabat amorem. Tertio, quia forte Philippus iam de Christo fuerat instructus ab Andrea, & Petro: quia ex eadem villa erant, quod Euangelista videtur innuere per hoc, quod subdit. [Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri.] In quo dicipult vocati cõditio exprimit. quia erat Bethsaida. Et sic congruit mysterio. Bethsaida enim domus venatorum interpretatur: vt ostendat, quales tunc animo erant Philippus, Petrus, & Andreas, & quòd de domo venatorum, congruę venatores vt ad capiendas animas ad vitam vocaret, Hieremiæ 25. Mittam meos venatores, &c.

b CONsequenter ponitur fructus discipuli ad Christum conuersi. Et primo, ponitur inchoatio fructus facta a discipulo. Secundo, consummatio facta per Christum, ibi [vidit Iesus Nathanaelem, &c.] Circa primum tria facit. Primo ponitur annunciatio Philippi. Secundo responsio Nathanaelis, ibi. [Et dixit Nathanael.] Tertio consequens admonitio Philippi, ibi [Dicit ei Philippus.] Circa primum attende, quòd sicut Andreas perfecte conuersus, studuit adducere fratrem suum ad Christum, ita & Philippus fratrem suum Nathanaelem. et ideo dicit. [Inuenit Philippus Nathanaelem.] quem forte quęrebat sicut Andreas Petrum quæsierat, quod fuit signum perfectę conuertionis. [Et dixit, &c.] Nathanael interpretatur donum Dei, & quòd aliquis ad Christum conuertatur, ex dono Dei est. Annunciat autem ei omnes Prophetias, & legem complementum habere, & desideria sanctorum patrum nõ esse frustrata, sed esse verificata, & quod eorum desideriis erat promissum a Deo, iam adimpletum esse. [Quẽ scripsit Moyses in lege, &c.] Per quod datur intelligi, q̃ Nathanael erat satis peritus in lege, & quòd etiam Philippus iam instructus de Christo, voluit Nathanaelẽ ex sibi notis, scilicet lege & Prophetis inducere ad Christum. et ideo dicit. [Quem scripsit Moyses, &c.] Moyses. n. de Christo scripsit. infra. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi. de me enim ille scripsit, &c. Similiter Prophetæ de Christo scripserunt. Act. 10. Huic omnes Prophetę testimonium perhibent. Etiam attende, quòd tria dicit de Christo Philippus, legi, & Prophetis consona. Primo quidem nomen. vnde dixit. [Inuenimus Iesum.] et hoc cõsonat Prophetis. Isa. 29. Mittam eis saluatorem, &c. Abac. vlt. Exultabo in Deo Iesu meo. Secundo vero genus, vnde duxit originem humanam, cum dicit [filium Ioseph.] scilicet qui erat de domo Dauid & familia. Et quamuis ex eo Christus originem non duxerit, tamen ex Virgine duxit, quæ erat de eadem progenie cũ Ioseph: vocat autem filium Ioseph. quia eius filius extimabatur esse, cui scilicet desponsata erat mater eius. Vnde dicit. Luc. 3. Vt putabat filius Ioseph. nec mirum, si Philippus vocabat eum filium Ioseph, cum & mater eius diuinę incarnationis conscia, ipsum eius filium diceret Luc. 2. Pater tuus, & ego dolentes, quærebamus te. et si quidem aliquis filius alicuius vocatur, quia nutritur ab ipso, Ioseph multo amplius pater Iesu dici poterat, licet secundum carnem pater non esset, quia & eum nutriuerat, & sponsus matris virginis erat. Dicitur autem hic a Philippo, non tanquam de commixtione Ioseph, & virginis natus esset, sed quia sciebat Christum de generatione Dauid nasciturum, de cuius domo & familia erat Ioseph, cui desponsata erat Maria. Et hoc etiam consonat Prophetis. Hie. 33. Suscitabo Dauid

A germen iustum, &c. Tertio commemorat patriam dicens [a Nazareth,] non quia in ea natus esset, imo in Bethleem, sed quia in ea erat nutritus. quia enim natiuitas eius multis erat incognita, locus autẽ vbi nutritus erat, cognitus erat multis, ideo Philippus Bethleem tacuit, & posuit Nazareth, & hoc quidem consonat dictis Prophetarũ. nam Isai. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos, siue Nazareus (secundum aliam literã) de radice eius ascendet. Consequenter cum dicit.

c POnitur responsio Nathanaelis quod quidẽ potest legi & assertiue, & interrogatiue, & vtroque modo huiusmodi responsio congruit verbis Philippi. Si enim secundum quòd Aug. vult, legatur assertiue est sensus [a Nazareth potest aliquid boni esse.] idest a ciuitate tanti nominis potest esse, quòd aliquid summæ gratiæ nobis oriatur, seu aliquis Doctor eximius, qui florem virtutum, munditiam sanctitatis nobis prædicet. Nazareth enim flos interpretatur. Ex quo datur intelligi, quòd Nathanael doctissimus in lege, scrutatus scripturas prænoscebat, quòd de Nazareth expectandus esset saluator, quòd non facile alii Scribæ & Pharisei nouerant, & ideo, cum Philippus diceret. [Inuenimus Iesum a Nazareth] erectus in spẽ, respondit: vere a Nazareth potest esse, &c. Si vero legatur secundũ Chrisostom. interrogatiue, tunc est sensus. [A Nazareth potest aliquid boni esse?] Quasi dicat, omnia alia quæ dicis credibilia videntur esse, quia & nomen, & genus Prophetis consonat, sed hoc quod dicis. [A Nazareth] non videtur possibile: Nathanael enim habuerat per scripturas, quòd a Bethleem oportet Christum venire, secundum illud Mich. 2. Et tu Bethleem terra Iuda, &c. & ideo non inueniens conuenire enunciationem Philippi cum Prophetica prædicatione, prudenter & mansuete de veritate dicti interrogat. [A Nazareth potest aliquid boni esse?] Consequenter ponitur admonitio Philippi: dixit ei Philippus. [Veni & vide,] quæ quidem admonitio vtrique responsioni Nathanaelis conuenit, Assertiue quidem: vt dicatur, tu dicis, quòd a Nazareth potest aliquid boni esse. sed ego dico, quòd illud bonum, quod tibi annuncio, tantum, & tam magnificum est, quòd ego exprimere non valeo: & ideo. [Veni & vide.] Interrogatiue autem legitur sic. Tu admirando dicis, a Nazareth potest aliquid boni esse?] reputans hoc esse impossibile secundum scripturas. sed si expertri volueris quę ego expertus sum, intelliges vera esse, quę dico, & ideo [Veni & vide.] Trahit quidem Philippus Nathanaelem ad Christum eius interrogationibus non fractus, qui scit de reliquo eum non contradictorum, si verba & doctrinã Christi gustauerit: & in hoc Philippus Christum securus est, qui superius interrogantibus eum de habitaculo. respondit, Venite & videte. Psalm. 33. Accedite ad eũ & illuminamini Consequenter cum dicit.

d POnitur consummatio fructus per Christum. Sciendum autem, quòd aliqui dupliciter conuertuntur ad Christum. quidam per miracula visa, & experta in se, siue in alis. quidam vero per spirationes internas, & per Prophetiam, & prænoscentiam occultorum futurorum. Sed efficacior est modus per prophetias, & prænoscentiam futurorum cõuerti, quàm per miracula. Ipsi enim dęmones & aliqui homines eorum auxilio, aliqua mira prætendere possunt: sed futura prædicere solius diuinæ virtutis opus est. Isaiæ 49. Ventura quoque annunciate, & dicemus, quod Dii estis 1. Cor. 14. Prophetię datæ sunt fidelibus. Et inde est quod dominus non per miracula, sed per prænunciationem occultorũ Nathanaelem ad fidẽ trahit, & ideo dicit de eo [Ecce vere Israelita, &c.] Vbi tria occultã ei insinuat, scilicet occulta præsentia, quę sunt in corde, pręterita facta, & futura cœlestia, quę quidem tria scire, diuinum est, non humanum opus. Occulta quidem præsentia insinuat ei, cum dicit [Ecce vere Israelita in quo, &c.] Vbi quidem primo ponitur Christi prænunciatio. Secundo vero Nathanaelis inquisitio, ibi [Vnde me nosti?] Dicit ergo circa primum [Vidit Iesus Nathanaelem. &c.] q. d. anteaquam ad ipsum peruenirẽt dixit de eo. [Ecce vere Israelita, &c.] Dixit autem hoc de eo antequàm ad ipsum peruenier, quia si dixisset hoc postquàm ad Iesum peruenisset: potuisset credere Nathanael, q̃ hoc Iesus audiuisset a Philippo. Dixit autem [Ecce vere Israelita in quo dolus nõ est] Israel autem duas interpretationes habet. Vno enim modo interpretatur rectissimus. Isa. 44. Noli timere serue meus rectissime, quem elegi, vbi dicit Glosa, q̃ Israel interpretatur rectissimus,

Alio

b Inuenit Philippus Nathanaelem: & dixit ei. Quẽ scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth.

c Et dixit ei Nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? Dixit ei Philippus, veni, & vide.

d Vidit Iesus Nathanaelẽ venientem ad se, & dixit de eo, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dixit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidite. Respondit ei Nathanael & ait. Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis:

Alio modo Israel interpretatur vir videns Deũ, & secundũ verumque, Nathanael est vere Israelita. Quia enim ille dicitur rectus in quo non est dolus ideo dr [Vere Israelita in quo dolus non est.] q.d. vere representas genus tuũ: quia tu es rectus & sine dolo. Quia vero per mundiciam & simplicitatem homo Deum videt, ideo dixit [Vere Israelita.] idest tu es vir vere videns Deum, quia tu es simplex, & sine dolo. Dixit autem [In quo dolus non est.] ne credatur quòd malitiose dixerit. a Nazareth potest aliquid boni esse, quasi interrogans. Augu. autem aliter exponit. Manifestum est enim quòd omnes sub peccato nascuntur. Illi ergo dicuntur dolosi, qui peccatum habentes in corde, exterius fingunt se iustos: qui vero peccator est, & se peccatorem confitetur non est dolosus. Dixit ergo [Ecce vere Israelita in quo dolus non est.] non quòd peccatum non haberet, non quòd illi medicus necessarius non esset, quia nemo sic natus est, vt nullo medico indigeat: sed in eo confessionem peccati laudauit. Consequenter cum dixit. [Vnde me nostis? ponitur Nathanaelis inquisitio. Admirãs enim Nathanael virtutem Dei in occultorum manifestatione: quia hoc solius Dei est, Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile: & quis cognoscet illud? Ego dominus, &c. & 1. Reg. 16. Homines vident ea quę parent, Deus autem intuetur cor, & ideo quærit [Vnde me nostis?] In quo commendatur Nathanaelis humilitas: quia licet laudaretur, non est elatus: sed laudem propriam suspectam habuit. Contra quod dicitur Isa. 3. Populi meus qui beatum te dicũt ipsi te decipiunt. Præterita vero absentia insinuat, cũ dicit [priusquam te Philippus vocaret, &c.] Vbi primo ponitur denunciatio Christi. secundo confessio Nathanaelis: ibi [respondit ei Nathanael & ait. Rabbi tu es filius Dei.] Circa primum sciendum est, q̃ Nathanael posset habere duplicem suspitionem de Christo. Vna quòd dixisset Christus præmissa, volens ei blandiri, & ad amicitiã suã trahere. aliam, quòd ea quæ dixit supra ab alio cognouisset. Vt ergo suspitionem auferat, & ad altiora erigat, illa occulta manifestat quæ nullus nisi diuinitus scire potuisset: ea videl. cet quę statim circa ipsum Nathanaelẽ contigerant. Et hoc est quòd dicit [priusquam te Philippus vocaret: cum esses sub ficu vidi te.] Ad literam enim, sub arbore fici fuerat Nathanael: cum a Philippo vocaretur, quod Christus virtute diuinitatis coniecerat, quia (vt dicitur Eccle. 33. Oculi domini multo lucidiores super solem, &c. Mystice autem per ficum designatur peccatum, tum, quia inuenimus arborem fici maledictam foliis sola habentem, & non fructum. Mat. 21. qd factum est in figuram peccati: tum, quia Adam & Eua cum peccassent, de foliis ficus perizomata fecerunt. Dicit ergo [cum esses sub ficu.] i. sub vmbra peccati anteq̃ ad gratiam vocatus esses. Ego vidi te.] Oculo misericordiæ. nã ipsa Dei prædestinatio, oculo pietatis respicit prædestinatos sub peccatis viuẽtes. Ephes. 1. Elegit nos, ante mũdi constitutionẽ, &c. Et de isto oculo loquit hic. [Vidi te] prædestinando scilicet ab æterno. Vel ſm Greg. [Cum esses sub ficu] idest sub vmbra legis. [vidi te] Heb. 10. Vmbrã habẽs lex, &c. Statim autem Nathanael ad hoc cõuersus: & virtutem diuinitatis in Chro cognoscẽs, in vocem cõfessionis & laudẽ prorumpit dicẽs. [Rabbi tu es filius Dei.] Vbi tria considerat de Christo. s. plenitudinẽ sciẽtiæ cũdicit [Rabbi] quod interpretatur magister: ac si dicat pfectus es in sciẽtia. Iã prælẽntiebat quod dr Mat. 23. Magister vester vnus est Christus. secundo excellentiam singularis gratiæ, cum dicit [Tu es filius Dei.] Nam q̃ homo sit filius Dei per adoptionẽ, non est nisi gratiæ, & etiã esse filiũ Dei per vnionem: quod est propriũ homini Christo, per gratiã est, quia non ex aliquibus præcedentibus meritis, sed per gratiã vnionis homo ille est filius Dei. Tertio vero immensitatẽ potẽtiæ, cũ dicit [Tu es Rex Israel.] idest expectatus ab Israel in Regem, & defensorem. Dan. 7. Potestas eius, potestas æterna, &c. Sed circa hoc insurgit quæstio, secundum Chryso. Cum Petrus, qui post multa miracula: post magnã doctrinã confessus fuit quod hic confiterur Nathanael de Christo [tu es filius Dei] meruit beatificari, dicẽte domino: Beatus es Simon Bariona, &c. cur & Nathanael, qui simile dixerat ante visa miracula, & perceptam doctrinã beatificatus nõ fuit? Et ad hoc respõdet Chryso. q̃ huius causa est, quia licet eadem verba Nathanael & Petrus protulerint, non tamen fuit eadem intentio vtriusque. Petrus quidem confessus Christum esse filium Dei verum per naturam vt scilicet sic esset homo q̃ tamẽ esset verus Deus. hic autem confessus est esse filium Dei per adoptionẽ ſm illud. Psal. 81. Ego dixi Dii estis, &c. Et hoc patet per verba sequentia. Si enim intellexisset eum esse filium Dei per naturam, nõ dixisset, tu es Rex Israel solum, sed totius mundi. Hoc etiam patet, quia ad fidem Petri Christus nihil addidit, quasi perfectã existentem, sed ecclesiam

maius his videbis. Et dixit ei. Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum: & angelos Dei ascendentes & descendẽtes super filium hominis.

dixit se fabricaturum esse in confessione illius. Sed Nathanaelem, quasi maiori parte suæ confessionis deficiente, eleuat ad maiora scilicet ad cognitionem diuinitatis suæ. Vnde dixit [Maius his videbis.] Vbi notatur tertium. s. insinuatio futurorum: quasi dicat, quia dixi tibi præterita; credis me esse filium Dei per adoptionem, & Regem Israel tantũ: sed ducam te ad maiorẽ cognitionem: vt. s. credas me filium Dei naturalem, & Regẽ omnium sæculorum. Et ideo sequitur [Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum &c.] vbi ſm Chryso. vult probare dominũ, quòd sit verus dei filius, & deus. Angelorum enim est proprium ministrare & subiici. Psal. 102. Benedicite domino omnes angeli eius ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Cum ergo videbitis, quòd angeli administrabunt mihi, certum erit vobis, quòd sum verus filius Dei. Heb. 1. Cum introducit primogenitũ in orbẽ terræ dicit, & adorent, &c. Sed quando viderunt hoc apostoli? Viderunt (inquam) in passione quando angelus affuit illi, confortans eum Luc. 22. Item, in resurrectione, quando Apostoli inuenerunt duos angelos stantes supra sepulchrum. Similiter in ascensione, quando dixerunt Apostolis. Act. 1. Viri galilęi, quid admiramini aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlum, &c. Sic quia de præteritis ei vera iam dixerat, magis ei credibile fuit, quod prænunciat de futuro, cum dicit [Videbitis] Euidens enim argumentum est vera dicere de futuris, qui de occultis præteritis manifestauerat veritatem. Dicit autem super filium hominis angelos ascendentes & descendentes, quia ſm carnem mortalem paulo minoratus est ab angelis: & in tantum angeli ascendunt & descendunt super eum, sed ſm quòd est filius, ipse super angelos est (vt dictum est.) Secundum Aug. autem pulchre in verbis prædictis suam diuinitatem manifestat. Legitur enim Gen. 28. quòd Iacob vidit scalã & angelos ascendentes & descendentes. Et Iacob intelligens quid vidit, surgens vnxit lapidem oleo, & deinde dixit. Vere dominus est in loco isto. lapis iste Christus est, quem reprobauerunt ædificãtes: & est vnctus oleo inuisibili spiritu sanctí, sed erigitur in titulum, quia futurus erat ecclesiæ fundamentũ (vt dicitur 1. ad Corin. 3.) Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, &c. Angeli autem ascendũt & descendũt, inquantum ei adsunt obsequendo, & ministrãdo, Dixit ergo [Amẽ amẽ dico vobis, &c.] quasi dicat, quia vere Israelita es, attende ad id quod Israel vidit, vt scilicet credas me illum esse, qui est significatus per vnctum lapidem a Iacob. nam tu etiam videbis super ipsum angelos ascendentes & descendentes. Vel angeli sunt prędicatores, ſm Aug. prædicantes Christum. Isa. 18. Ite veloces angeli, &c. qui quidem ascendunt per contemplationem, sicut Paulus ascenderat vsque ad tertium cœlum, vt dicitur 2. Corinth. 12. & descendunt per proximorum eruditionem super filium hominis, idest ad honorẽ Christi, quia vt dicitur 2. Cor. 4. Non enim prædicamus nosipsos, &c. sed vt ascendant & descendant apertũ est cœlũ, quia oportet q̃ gratia cœlestis detur prędicatoribus vt ascẽdant & descẽdant. Psal. 67. Cœli distillauerũt, &c. Apoc. 4. Postea vidi cœlũ apertũ, &c. Ratio autem quare Nathanael non eligitur in Apostolum post tantam fidei confessionem, ista est, quia Christus noluit, quod mũdi conuersio ad fidem, ascribereturr humanæ sapientiæ, sed solum potentię Dei. Et ideo non voluit Nathanaelem in lege peritissimum, in Apostolum eligere, sed simplices, & indoctos elegit, vt dicitur 1. Cor. 1. Non multi sapientes, &c.

CAPVT SECVNDVM.

LECTIO PRIMA.

ET die tertia, nuptiæ factæ sunt in cana Galilęæ.

LECTIO PRIMA.

SVpra Euangelista ostendit dignitatem verbi incarnati, & euidentiam eius multipliciter, hic consequenter incipit determinare de effectibus & operibus, quibus manifestata est mundo diuinitas verbi incarnati. Et primo narrat ea quæ Christus fecit in mundo viuendo, ad manifestationem suę diuinitatis: secundo, quomodo Christus suam diuinitatem monstrauit moriendo, & hoc a 12. Cap. & vltra. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit Christi diuinitatem quantum ad dominium, quod habuit supra naturam: secundo quantum ad effectus gratiæ, & hoc in 3. capi. ibi [Erat homo ex Pharisęis Nicodemus nomine, &c.] Dominium autẽ Christi super naturam proponitur nobis per hoc, quòd naturam mutauit, quæ quidem mutatio facta est a Christo in signum. Primo discipulis, ad confirmandum. secundo vero turbis ad credendum, ibi [Post hoc descendit Capharnaum:] Mutatio autem naturæ ad confirmandos discipulos in nuptiis facta est, in quibus conuertit aquam in vinum. Et hoc est quod dicit. [Nuptiæ factæ sunt, &c.] Vbi primo describuntur nuptię. secundo illi qui nuptiis interfuerunt, ibi. [Erat

[Erat autem mater Iesu ibi.] Tertio describitur ipsum miraculum patratum, ibi [& deficiente vino, &c.] Describit autem nuptias. Primo quidem quantum ad tempus. vnde dicit. [Et die tertio nuptiæ factæ sunt.] scilicet postquam prędicta de vocatione discipulorum fecerat. Postquam enim manifestatus fuerat testimonio Ioan. voluit etiã seipsum manifestare. Secundo vero, quantũ ad locum: vnde dicit. [In cana Galilęæ.] Galilæa namque prouincia ẽ, Cana vicus quidã in ipsa prouincia. Quantũ aũt ad literã pertinet, sciendum est, q̃ circa tempus prędicationis Christi est duplex opinio. Quidã nãq; dicunt, q̃ a baptismate Christi vsq; ad passionẽ eius, fuerint duo anni & dimidius. Et ſm hos hoc qd hic legitur de nuptiis, eodẽ anno factũ est, quo Christus baptizatus est. Sed his contrariatur sententia, & cõsuetudo ecclesiæ. nã in festo Epiphaniæ triũ miraculorum cõmemoratio fit scilicet adorationis magorum, quæ fuit primo anno nativitatis dominicæ & babtismi Christi, quo baptizatus est eodem die, reuolutis eiusdẽ annis, & de nuptiis quæ sunt factæ eodem die reuoluto anno, ex quo sequitur, quòd ad minus vnus annus elapsus fuit a baptismo vsque ad nuptias. In quo quidem anno nil aliud legitur Dominus fecisse nisi quod dicitur. Matt. 4. De ieiunio in deserto & de tentatione a diabolo, & ea quæ hic Ioan. refert de testimonio Baptistæ, & conuersione discipulorum. A nuptiis autem cœpit publice prædicare, & miracula facere vsque ad passionem, ita quòd duobus annis cum dimidio publice prædicauit. Mystice autem, per nuptias intelligitur coniunctio Christi & ecclesiæ quia (vt dicit Apostolus Ephe. 5.) Sacramentum hoc magnum est. Dico autem in Christo & ecclesia. Et illud quidem matrimonium initiatum fuit in vtero virginali, quando Deus pater filio humanam naturã vniuit in vnitate personæ, vnde huius coniunctionis thalamus fuit vterus virginalis. Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum. De istis nuptijs dicitur. Mat. 22. Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Tunc scilicet qñ Deus pater humanam naturam verbo suo copulauit in vtero virginali. Publicatum autem fuit, qñ ecclesia sibi per fidem coniuncta est. Ose. 2. Sponsabo te mihi in fide, &c. De istis nuptiis dicitur. Apo. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni, &c. Venerunt nuptiæ agni, &c. Consumatum autem erit, quando sponsa, idest ecclesia introducetur in thalamum sponsi in cœlestem scilicet gloriam. Nec vacat a mysterio, quòd die tertio nuptiæ factæ sunt. Primus nãque dies est tempus legis naturę. Secundus tempus legis scriptæ. Tertius vero dies tempus gratiæ: in quo Dominus incarnatus nuptias celebrauit. Ose. 6. Viuificabit nos post duos dies, &c. Locus autem congruit mysterio. Cana enim interpretatur zelus. Galilæa vero transmigratio. In zelo ergo trãsmigrationis hæ nuptiæ celebrantur, vt denũcier eos maxime Christi conuiuium dignos existere, qui zelo pię deuotionis feruentes transmigrant de statu culpę ad gratiam ecclesiæ. Eccle. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Et de morte ad vitã, idest de statu mortalitatis & miserię, ad statum immortalitatis & gloriæ. Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Consequenter cum dicit.

b Et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

c Et deficiente vino, dixit mẽ Iesu ad eũ. Vinũ nõ hãt.

d Dixit ei Iesus: quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.

b DEscribitur personæ inuitatę vbi agitur de tribus, scilicet de matre, de Iesu, & de discipu. De matre quidem cũ dicit. [Et erat mater Iesu ibi.] Quæ quidem præmittitur, vt ostendatur, q̃ Iesus adhuc ignotus erat, & non vocatus ad nuptias, sicut insignis persona, sed ex quadam familiaritate, tanquam notus & vnus aliorum, sicut enim vocauerunt matrem, ita & filium. Vel forte prius inuitatur mater, quia ambigebant de Iesu, an inuitatus venturus esset ad nuptias propter summam religiositatem, quam videbant in eo, & quia nõ viderunt eum se immiscuisse conuiuiis. & ideo puto, quòd primo consuluerunt matrem, an Iesus esset vocandus. Et ideo signanter dixit Euangel. primo matrem adesse iam in nuptiis & Iesum postmodum fuisse vocatum. et hoc est, quod sequit. [Vocatus est Iesus] Voluit autem Christus nuptiis interesse. Primo quidem, vt daret nobis humilitatis exemplum. neque enim ad dignitatem suam respiciebat. sed quomodo dignatus est formam seruiũ accipere, ita non dedignatus est ad nuptias venire seruorũ (vt dicit Chryso.) & ideo Aug. Erubescat homo esse superbus, quoniam factus est humilis Deus. nam inter cætera humilia quę fecit filius virginis venit ad nuptias, qui eas, cum esset apud patrem instruit in paradiso. & de hoc exemplo dicitur Matt. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Secũdo vero, vt errorem quorũdam excluderet, qui nuptias damnãt, quia (vt dicit Beda.) Si thoro immaculato, & nuptiis debita castitate celebratis, culpa inesset, nequaquam Dominus ad has venire voluisset. Quia ergo ad nuptias venit, insinuat, q̃ sit damnabilis eorũ perfidia, qui nuptiis detrahũt. 1. Cor. 7. Non peccat mulier, si nubat. De discipulis vero agitur, cũ dicit [& discipuli eius.] Mystice autem in nuptiis spiritualibus est mater Iesu, virgo scilicet Beata, sicut nuptiarum consiliatrix, quia per eius intercessionem coniungitur Christo per gratiam. Eccl. 24. In me omnis spes vitæ, & virtutis. Christus autem, sicut verus animę sponsus (vt dicitur infr. 3.) Qui habet sponsam, sponsus est. discipuli vero, vt paranimphi quasi coniungentes ecclesiam Christo. De quo vno dicebatur. 2. Corinth. 11. Despondi vos vni viro, &c. Et q̃a in istis nuptiis materialibũ aliquid de miraculo pertinet ad matrem, aliquid ad Christum, & aliquid ad discipulos. ideo consequenter cũ dicit.

OStendit, quid pertineat ad matrem, quid ad Christum, & qd ad discipulos. Ad matrem quidem pertinet miraculi procuratio. ad Christum autem miraculi cõsummatio & hoc ibi. [Erat ibi lapideę Idrię sex, &c.] ad discipulos vero miraculi contestatio, ibi. [Hoc fecit initium, &c.] Gessit ergo quantum ad primum, mater Christi mediatricis personam, & ideo duo facit. Primo enim interpellat ad filium. Secundo erudit ministros, ibi [& dicit mater eius, &c.] Circa primum quidem duo ponuntur, primo matris interpellatio: secũdo filii responsio, ibi [dixit ei Iesus quid mihi, &c.] In matre autem interpellãte, primo quidem nota pietatẽ & misericordiam, ad misericordiam enim pertinet, vt quis defectum alterius reputet quasi suum: misericors enim dicitur, quasi miserum habens cor, super miseria alterius. 2. Cor. 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? quia ergo virgo Beata misericordia plena erat, defectus aliorum subleuare volebat, & ideo dicit [Deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum.] Secundo, reuerentiam eius ad Christum, ex reuerentia enim quam ad Deum habemus. sufficit nobis ei tantum defectus nostros exponere ſm illud. Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum, qualiter autem nobis Deus subueniat, non est nostrum inquirere quia sicut dicitur. Rom. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, & ideo mater eius defectum aliorum simpliciter exposuit dicens. [Vinum non habent.] Tertio virginis sollicitudinem & diligentiam: quia vsque ad extremam necessitatẽ non distulit, sed deficiente vino, idest dum esset in deficiendo iuxta illud, quòd dicitur in Psal. 9. de eo. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Sed quærit Chryso. quare ante non incitauit Christũ ad miracula? nam de virtute eius erat instructa per Angelum, & confirmata per multa, quę viderat circa ipsum fieri, quę omnia cõseruabat, conferens in corde suo, vt dicitur. Luc. 2. Cuius ratio est, quia antea vt vnus aliorum conuersabat: vnde quia non videratẽ tẽpus opportunum, hoc facere distulit. Nunc vero post Ioan. contestationem, & post discipulorum conuersionem confidenter Christum ad miracula facienda prouocat, gerens in hoc figuram synagogæ, quæ est mater Christi, nam familiare est Iudęis miracula requirere. 1. Corint. 1. Iudæi signa petunt. Dicit ergo ei. [Vinum non habent.] Vbi sciendum est, quòd ante incarnationem Christi, triplex vinum deficiebat scilicet iustitiæ, sapientiæ, & charitatis, seu gratię. Vinum enim mordeat, & quantum ad hoc iustitia dicitur vinum. Luc. 10. Samaritanus vinum & oleum apposuit vulneribus fauciati, idest cum dulcedine misericordiæ seueritatem iustitiæ. Psal. 59. Potasti nos vino compunctionis. Vinũ etiam letificat cor. iuxta illud. Psal. 103. Vinum letificat cor hominis, & quantum ad hoc dicitur vinum cuius meditatio maxime letificat. Sap. 8. Non habet amaritudinẽ conuictus illius. Vinum similiter inebriat. Cãt. 5 Bibite amici, & inebriamini charissimi; & ſm hoc charitas dicitur vinum. Cãt. 5. Bibi vinum meum cum lacte meo, & dicitur charitas etiam vinum, ratione feruoris. Zacha. 8. Vinum germinans virgines. Et quidem iustizię vinum deficiebat in veteri lege in qua iustitia imperfecta erat. sed Christus eam perfecit. Mat. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, &c. Deficiebat etiam vinum sapientię, quæ erat occulta, & figuralis, quia (vt dicitur. 1. Cor. 10.) Omnia in figura contingebant illis sed Christus eam manifestauit. Mat. 8. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, &c. sed & vinum charitatis deficiebat ibi: quia acceperant spiritum seruitutis tantum in timore, sed Christus aquam timoris conuertit in vinum charitatis, quando cedit spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater, vt dicitur. Rom. 8. Et quando charitas Dei diffusa est in cordibus nostris ita dicitur. Roma. 5. Consequenter cum dicit.

d POnitur responsio Christi, ex qua quidem responsione triplicis hæresis occasio sumpta est Manichæi nãque dicunt Christum non habuisse verum corpus, sed fantasticum, & Valentinus asserens Christum attulisse corpus cæleste dicens, quòd quantum ad corpus, christus nihil pertinet ad virginem. Et huius erroris fulcimentum sumit per hoc, quod dicit ei Iesus. [Quid mihi & tibi est mulier.] quasi dicat. Nihil a te suscepi. Sed hoc est contra auctoritatem sacręscripturæ: dicit enim Apostolus. Gal. 4. Misit Deus filiũ suum, factum ex muliere, non enim posset dici ex ea factus: nisi ex ea aliquid sumpsisset. Arguit præterea contra eos Aug. dicẽs. Quo modo

modo sciris, q̃ dñs dixit. Quid mihi, & tibi Respondes quia Ioãnes Euangelista hoc narrat. Sed ipse etiam euangelista dicit de virgine quòd erat mater eius. Si ergo credis Euãgelistę in eo, quòd narrat, Iesum dixisse matri, quid mihi & tibi est mulier, credas etiã in hoc ei, quod dicit. [Erat mater Iesu ibi.] Ebion autem dicens ex viri semine Christũ concepti, & Eluidius qui dicit, quòd virgo post partum non permansit virgo: sumpserunt erroris fulcimentum ex hoc, quod dicit [mulier.] quod videt corruptionẽ importare; sed hoc est falsũ, quia mulier in sacra scriptura quandoque importat solum sexum fœmineum, secundum illud Gal.4. Factum ex muliere, &c. Et hoc patet etiam per hoc, q̃ Adam ad Deum loquens de Eua, dixit. Mulier quam dedisti mihi, &c. Genes.3. Constat enim tunc Euam adhuc virginem fuisse, cum adhuc esset in paradiso, vbi non cognouerat eam. Vnde hoc quod hic dicitur [mulier] non importat corruptionem: sed determinat sexum. Sumpserunt etiã Priscillianistæ erroris occasionẽ, ex hoc, quod dixit [nondum venit hora mea]: dicentes, omnia ex fato accidere, & facta hominum certis horis esse subiecta, & etiã Christi, vnde propter hoc, dixit. [Nondum venit hora mea.] Sed hoc est falsum de quolibet homine. cum enim homo liberam electionem habeat; libera autẽ electio competat ei ex hoc, quòd rationem & voluntatem habet, quæ quidem sunt immaterialia, manifestum est, quòd homo quantum ad electionem nulli corpori subijcitur: sed potius dominatur. Immaterialia enim nobiliora sunt materialibus, & ideo dicit Philosophus, quòd sapiens dominatur astris. Præterea, hoc multominus locum habet in Christo, qui est dominus & cõditor syderum, vnde per hoc quod dixit [Nondum venit hora mea] intelligitur hora passionis, sibi, non ex necessitate, sed secundum diuinam providentiam determinata. Contra eos etiam est, quod dicitur. Ecclesia.33. Quare dies diem separat, &c. Respondet, a domini sciẽtia separata sunt, idest diuina prouidentia distincta sunt adinuicẽ non a casu. His ergo exclusis inuestigemus huius dominicæ responsionis causam. [Quid mihi & tibi est mulier?] Et quidem secundũ August. in ipso sunt duæ naturæ, diuina scilicet & humana, & quauis idem Christus sit in vtraque natura: ea tamen quæ conueniunt ei f̃m humanam naturam, distincta sunt ab his quæ cõueniunt ei f̃m diuinam. Miracula autem facere competit ei f̃m diuinam naturam, quam accepit a patre: patri vero secundum humanam, quã accepit a matre; & ideo matri exigẽti miraculum respondit dicens. [Quid mihi & tibi est mulier?] Ac si dicat. Illud quod in me facit miraculũ nõ accepi a te, sed illud vnde patior idest secundum quòd competit mihi pati, scilicet humanam naturam a te accepi & ideo tunc te cognoscam, cum ipsa infirmitas pẽdebit in cruce & ideo subdit. [Nondum venit hora mea.] quasi dicat, cum venerit hora passionis ibi te matrem recognoscam. Vnde & in cruce pendens matrem discipulo commendauit. Secundum Chryso. vero aliter exponitur. Dicitur enim, q̃ beata virgo feruens zelo honoris filij, voluit quod statim antequam oportunum esset. Christus miracula faceret, & ideo Christus matre haud dubiũ sapientior eã repressit. Noluit enim prius fcere miraculum, quam sciretur defectus, quia ex hoc fuisset minus notũ & minus credibile & ideo dicit. [Quid mihi & tibi est mulier.] q.d. Quid me molestas? [Nondum venit hora mea.] idest nondum cognitus sum his qui adsunt. Sed neque defectum vini sentiunt, sine ergo, primo hoc sentire: quia cum necessitatem cognouerint, maius reputabunt beneficium, quod recipiẽt. Quãquam autem mater repulsa sit, tamen de filij misericordia nõ diffidit. Ideo consequenter monet ministros, dicens.

e Quodcumque dixerit vobis facite.

f Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secũdum purificationem Iudęorũ, capientes singulæ metretas binas, vel ternas.

g Dixit eis Iesus: Implete hydrias aqua: & impleuerũt eas vsque ad summum.

h Et dixit eis Iesus: Haurite nunc: & ferte Architriclino, & tulerunt.

e IN quo quidem consistit totius iustitiæ perfectio. Perfecta nanque iustitia est Christo in omnibus obedire. Exo.24. Omnia quę pręcepit nobis dominus faciemus. Hoc autem verbum [omnia quæcumque dixerit vobis, &c.] non conuenit dici, nisi de solo Deo, homo enim aliquãdo potest errare. Vnde in talibus quæ sunt contra Deũ hominibus obedire nõ tenemur. Act.4. Oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Deo autem qui non errat: nec falli potest, in omnibus obedire debemus, Consequenter cum dicit.

f POnitur consummatio miraculi per Christum. Circa quod primo describuntur vasa in quibus miraculum patratum est. Secundo, designatur materia miraculi, ibi [Dixit eis Iesus, implete hydrias aqua.] Tertio insinuatur miraculi demonstratio & approbatio ibi [dixit eis Iesus. Haurite, &c.] Vasa autem in quibus miraculum patratum est, ponuntur sex: & hoc est, quod dicit. [Erant autem ibi, &c.] Vbi sciendum est, quòd sicut Mat.7. dicitur. Iudæi obseruabant multas ablutiones corporales, & baptismata calicum & vasorum; vnde, quia erat in Palestina in qua est defectus aqua-rum: habebant vasa in quibus seruabatur aqua purissima, quæ sc, & vasa crebro lauarent, & ideo dicit, [quod erant ibi sex lapideæ hydriæ] idest vasa ad conseruandum aquã, ab hydros, quę d est aqua. [positæ secundum purificationem Iudæorum.] idest ad vsum purificationis. [capientes singulę metretas.] idest mensuras binas, vel ternas. Metros.n. græce, mensura latine dicit & vt dicit Chryso. Vasa ista deferũtur ad tollendam miraculi suspitionem, tũ propter eorum puritatẽ, ne posset aliquis suspicari, quòd aqua saporẽ vini sumpsisset ex fecibus vini prius in eis repositi. (nam vasa illa erant secundum purificationem.) & ideo purissima oportebat ea esse: tum etiam, propter vasorum quantitatem, vt euidenter pateat, q̃ aqua tot vasorum, in vinum mutari non potuisset, nisi virtute diuina. Mystice vero, per sex hydrias significãtur sex ætates veteris testamenti, in quibus erant corda hominum receptiua scripturarum Dei parata, & proposita in exemplo viuendi (vt dicit glo.) Hoc vero, quod dicit metretas, f̃m Aug. refertur ad Trinitatem personarũ. Et dicuntur binæ, vel trinę, quia quandoque in sacra scriptura tres personæ distinctim ponuntur, f̃m illud. Mat. vlt. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Quandoque vero duo tãtum, scilicet pater & filius, in quibus intelligitur persona spiritussancti, qui est cõnexio amborum f̃m illud infr. 14. Si quis sermonem meum seruabit: pater meus diliget eum, &c. Vel binas propter duas conditiones hominum Iudæorũ scilicet & Gentilium, ex quibus propagata est Ecclesia. Vel ternas, propter tres filios Noe, ex quibus propagatum est humanum genus post diluuiũ. Consequenter cum dicit.

g ACitur de miraculi materia. Sed circa hoc insurgit quæstio, quare non ex nihilo, sed ex materia præiacenti hoc miraculum factum est. ad quod triplex ratio assignaẽ. vna est f̃m Chryso. & litterali, quia ex nihilo aliquid facere, maius est & mirabilius, quàm facere aliquid ex subiecta materia, sed non est ita euidẽs & credibile multis. Et ideo volens magis credibile esse quod fiebat, ex aqua fecit vinum: capacitati hominum condescendens. Alia ratio est: ad confutandum peruersa dogmata. Quidam namque sunt (vt Marcionistę & Manichæi) qui dixerunt alium esse conditorẽ mundi, quàm Deum, & omnia visibilia ab illo, idest diabolo condita esse. et ideo dominus plura miracula, & ex substantiis creatis, & visibilibus fecit, vt ostẽdat ipsas substãtias bonas esse, & a Deo creatas. Tertia ratio est mystica, ideo enim noluit ex nihilo vinum facere, sed ex aqua vinum fecit, vt ostenderet se non omnino nouam doctrinam condere, & veterem reprobare, sed adimplere: vt dicitur Mat. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere: dum quod figurabat vetus lex, & promittebat, Christus exhibuit, & aperuit. Luc. vl. Aperuit illis sensum vt intelligerent. &c. Voluit autem per ministros hydrias impleri aqua: vt eos, eius quod fiebat, testes haberet. vnde infra dicitur [ministri autem sciebant. &c.] Consequenter cum dicit.

h POnitur miraculi publicatio: statim enim, q̃ hydriæ impletæ sunt, aqua in vinum conuersa est, & ideo statim dominus miraculum publicat, dicens. [haurite nũc, & ferte, &c.] vbi primo ponitur mandatum Christi examinatorem eligentis. Secundo sentiam Architriclini degustantis, ibi [vt autem gustauit, &c.] dixit ergo eis scilicet ministris. [haurite nunc.] scilicet vinum de hydriis [& ferte Architriclino.] Vbi sciendum est, q̃ triclinium est locus vbi sunt tres ordines mensarum & dicitur triclinium a triplici ordine lectorum; clinem enim in græco, lectum significat. Nan autẽ qui in lectis accumbentes consueuerãt comedere (vt maximus Valerius narrat.) Et ideo dicunt in scripturis accumbere & recũbere. Architriclinus ergo dicitur primus, & princeps inter cõuiuas. Vel aliter f̃m Chryso. Architriclinus erat, qui erat ordinator, & dispẽsator totius conuiuii. Quia vero sollicitus nondum aliquid gustauerat; voluit dominus quòd ipse iudicaret de eo, quod factum erat, & non conuiuæ, ne aliquis posset miraculo detrahere; dicens eos ebrios esse, & eorum sensus per comestionem corruptos: ita q̃ non possent discernere, an vinum esset vel aqua. Sed f̃m Aug. Architriclinus erat maior inter discumbentes (vt dictum est) & ideo, vt eius sententia acceptabilior fieret: voluit in eo quod factum erat habere sententiam pręsidentis. Mystice autem, qui hauriunt aquã sunt prędicatores. Isa.12. Hauritis aquas, &c. Architriclinus autẽ est aliquis legisperitus puta Nichodemus. Gamaliel, & Paulus. Dum ergo talibus verbum euangelij committitur: quod latebat in litera legis, quasi vinum de aqua factum Architriclino propinatur: qui hoc degustans approbat fidem Christi. Consequenter cum dicit.

i POnitur examinantis iudicium. Vbi primo inquirit veritatẽ facti. secundo profert sententiam, dicens. [Omnis homo, &c.] Dicit ergo. [Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam: & non sciebat vnde esset.] quia ignorabat aquam vinum factam miraculo per Christum. [Ministri autem sciebant.] Cuius ratio est: quia hauserant aquam. [Vocat sponsum Architriclinus.] vt veritatem inquirat: [& de vino sententiã proferat. vnde subdit. [Omnis homo primum bonum vinum, &c] Vbi secundum Chrysoit. hoc cõsiderandum est in miraculis Christi, quòd omnia pfectissima fuerũt; vnde & socrui Petri perfectissimam sanitatem restituit: ita vt statim surgens ministraret (vt dicitur Mat. 1. & Mat. 9.) Paraliticum etiam ita perfecte sanitati restituit quòd statim surgens & sublato lecto iret in domum suam (vt dicitur Ioan. 5. Hoc etiam in isto miraculo apparet: quia non qualecumque vinum de aqua fecit; sed optimum quod poterat esse. Et ideo dicit architriclinus [Omnis homo primũ bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est.] quia minus bibunt. Et quia vinum bonum in quantitate sumptum, cum quantitate cibi magis grauat. q.d. Vnde est tale vinum [quod tu seruasti vsque adhuc?] contra consuetudinem, scilicet faciens. Competit autem mysterio. nam aliquis dicitur mystice primo bonum vinũ ponere, qui alios decipere intendens, errorem quem intendit non proponit primo: sed quæ alliciant auditores, vt postquam inebriati & allecti fuerint ad consensum suæ intentionis perfidiam manifestet. & de isto vino dicitur Prouerb. 23. Ingreditur blande: & in nouissimo, &c. Dicitur autem aliquis primo bonum vinum ponere, qui à principio suæ conuersionis sancte & spiritualiter viuere incipiens, tandem in vitam carnalem degenerat. Gal. 3. Sic stulti facti estis, vt cum spiritu cœperitis, &c. Christus vero non primo vinum bonum ponit; quia à principio amara & dura proponit. Matth. 7. Arcta est via, quæ ducit ad vitam. Sed quanto plus homo in eius fide & doctrina procedit, tanto plus dulceratur & maiorem suauitatem sentit. Prouerb. 4. Ducam te per semitam æquitatis, quam cũ ingressus fueris, &c. Item in mundo isto amaritudines & tribulationes patiuntur omnes, qui pie volunt viuere in Christo, infra 16. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, &c. Sed in futuro delectationes, & gaudia suscipient. Vnde & sequitur. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Roman. 8. Existimo, quòd non sunt condignę pæsiones huius temporis ad futuram, &c. Consequenter cum dicit.

i POnitur miraculi contestatio per discipulos facta. Ex quo habetur, quòd falsa est historia de infantia saluatoris, in qua recitantur multa miracula facta à Christo adhuc puero existente. Si enim hoc verum esset, non vtique Euangelista diceret [Hoc fecit initium signorum Iesus.] Et ratio, quare non in pueritia miracula fecit, assignata est supra, ne ea scilicet homines fantastica reputarent. ergo hac de causa hoc miraculum, scilicet de aqua vinum fecit in Cana Galileæ Iesus; quod est initium signorum, quæ fecit Iesus postea [& manifestauit gloriam suam,] idest potentiam qua gloriosus est. Psal. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. [Et crediderunt in eum discipuli eius.] Sed quomodo crediderunt? Iam enim discipuli erant, & ante crediderant. Sed dicendum est, quòd aliquid dicitur esse aliquando non secundum quod nunc est, sed secundum quòd futurum est: sicut dicitur, quòd Paulus Apostolus natus est Tharso Ciliciæ; non quòd ibi sit natus Apostolus: sed quòd futurus Apostolus, ibi natus fuit. ita dicitur hic [Et crediderunt in eum discipuli eius, scilicet qui erant discipuli eius. Vel dicendum, quòd ante crediderũt ei sicut bono viro, iusta & recta prędicanti, sed modo crediderunt in eum tanquam in Deum, &c.

h Vt autẽ gustauit Architriclinus aquã vinum factã, & non sciebat vnde esset (ministri autẽ sciebant, qui hauserant aquam) vocat sponsum Architriclinus: & dixit ei. omnis homo primũ bonum vinũ ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autẽ seruasti bonum vinum vsque adhuc.

LECTIO II.

SVpra Euangelista posuit signum, quod fecit Christus pertinens ad virtutem immutatiuam naturæ ad discipulorum confirmationem. Hic consequenter agit de signo resurrectionis ad eandem virtutem pertinente, quod proposuit Christus ad turbarum conuersionem. Circa hoc ergo miraculum duo facit euangelista. Primo ponit miraculi proponendi occasionem. Secundo, ipsius miraculi prænunciationem, ibi. [Responderunt ergo Iudęi, &c.] Circa primum duo facit. Primo describit locum. Secundo narrat factum, quod fuit occasio miraculi proponendi. ibi. [Et inuenit in templo.] Locus autem in quo hoc fuit, est hierosolyma. Et ideo Euangelista gradatim ostendit quo ordine hierusalem dominus venerit. Primo ergo ostendit, quomodo in Capharnaum descendit. Secundo vero, quomodo hierosolymam ascendit, ibi. [Et prope erat Pascha.] Circa primum tria facit. primo, assignat locum quo descẽdit. secundo, describit societatem quam habuit. tertio, innuit moram quam protraxit. Locus quidem quo descẽdit est Capharnaũ, & ideo dicit. [Post hoc. [scilicet miraculum de vino [descendit in capharnaum.[Videtur quantum ad historiã pertinet, huic dicto cõrrariari, quod dicitur Mat. 4. scilicet quòd dominus descenderit capharnaum post incarcerationem Ioannis. hoc autem quod hic refert Euangelista totum factum est ante incarcerationem Ioannis. Respondeo, dicendum, quòd ad huius quæstionis intelligentiã sciendum est, q̃ sicut ex ecclesiastica historia habet, reliqui Euãgelistæ scilicet. Mat, Marc. & Luc. narrationem euangelicam incęperunt ab eo tempore quo Ioannes fuit inclusus in carcerem. Vnde statim Mat. 4. post baptismum, & ieiunium, & tentationem eius, texere incępit suam narrationem ante incarcerationem Ioannis, dicens. Cum audiuisset Iesus quòd traditus esset Ioan. &c. & similiter. Marc. Vnde dicit primo. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in galilęam, &c. Ioannes vero euangelista qui superuixit alijs, cum trium Euangelistarum ad ipsum notitia peruenisset: dictorum fidem, & veritatem probauit, tamen quia vidit aliqua deesse, illa scilicet quę primo prædicationis suæ tempore ante Ioannis incarcerationem, dominus gesserat: ideo ad preces fidelium ipse euangelium suum altius inchoans, ea quæ præterierant, priora ante traditionem Ioannis domini gesta conscripsit, scilicet a primo anno quo baptizatus est: (vt in eius euangelij serie apparet.) Secundum hoc ergo euangelistæ non dissonant, sed quia dominus bis Capharnaum descẽdit, semel ante incarcerationẽ Ioannis, de quo agitur hic, & semel post incarcerationẽ eius de quo agitur Mat. 4. & Luc. 4. Capharnaũ aũt interpretatur villa pulcherrima, & significat mundũ istũ, qui habet decorem ex ordine, & dispositione diuinæ sapientiæ. Psal. 4. Pulchritudo agri mecũ est. Descendit ergo dominus in capharnaũ. i. mundũ istum cũ matre, & fratribus, & discipulis. Nã in cælis dominus patrem habet sine matre, in terris matrem sine patre. & ideo signãter matrẽ solũ nominat. In cœlis & fratres non habet: sed est ipse vnigenitus, qui est in sinu patris. Supra primo. In terris vero est primogenitus in multis fratribus: vt dicitur. Rom. 8. In terris habet discipulos quos doceat mysteria diuinitatis, quæ ante hominibus non nota fuerant. quia, vt dicitur, Hebr. 1. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, &c. Vel capharnaum interpretãt ager consolationis: per quod signatur omnis homo qui fructũ bonũ facit. Genes. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Et talis homo dicit ager consolationis: quia dñs consolat & gaudet de profectu eius. Isa. 62. Gaudebit dominꝰ super te, &c. quia de eius bono angeli gaudent. Luc. 15. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore, &c. dicit [ipse & mater.] Societas eius fuit primo matris. vnde dicit [& mater eius.] Quia enim ad nupcias venerat & fuerat miraculi procuratrix, reducebat eam Dominus Nazareth, quæ erat villa in Galilęa, in qua capharnaum Metropolis erat. Secundo fuit fratrum, vnde dicit [& fratres eius, &c.] Vbi cauendi sunt duo errores. f. Eluidij dicentis, q̃ beata Virgo post Christũ alios filios habuit, & hos dicit fratres Domini, quòd est hæreticum: quia fides nostra tenet, q̃ mater Christi sicut fuit virgo ante partũ, ita & in partu, & post partum virgo permãsit. Item, error quorũdam dicentiũ, Ioseph ex alia coniuge filios genuisse, & hos vocari fratres Domini, qd ecclesia nõ tenet. Et ideo Hierony. eos improbat. nã dominus in cruce pendens Virginem matrem virgini discipulo custodiendam dimisit. Si ergo Ioseph fuerit specialis custos virginis, & etiã saluatoris in pueritia, credibile est eum virginem fuisse, & ideo sane intelligentes, fratres dominj dicimus cõsanguineos virginis matris, in quocunq; gradu: vel & Ioseph qui putabatur pater, & hoc quidem secundum cõsuetudinem scripturæ, quæ cõmuniter consanguineos fratres appellat. Vnde Genes. 13. Ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus, dixit Abraham ad Loth, cum tamen esset nepos eiꝰ: & attende, quòd separatim nominat fratres & discipulos: quia non omnes cõsanguinei Christi, eius discipuli erãt. Vnde infr. 7. dicitur.

i Hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilęę: & manifestauit gloriã suam: & crediderũt in eũ discipuli eius.

LECTIO II.

POst hoc descẽdit Capharnaũ ipse, & mater eiꝰ, & fratres eiꝰ: & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus.

Nondum credebant in eum fratres eius. Tertio socij eius fuerũt di scipuli sui. vnde dicit. [Et discipuli eius.] Sed ex hoc insurgit quę stio, qui fuerint eius discipuli. Videtur enim ſm Matth. quòd primi qui conuersi sunt ad Christum, fuerint Pet. & And. Ioan. & Iacob. sed hi vocati sunt à Christo post incarcerationẽ Ioannis: (vt patet Matth. 4.) non videẽ ergo, quòd descenderint cũ Christo in Capharnaum (vt hic habetur,) cum hoc fuerit ante Ioan. incarcerationem. Sed ad hoc duplex est respõsio. Vna ſm August. de consensu Euãgelistarum. q̃ Mat. non seruat ordinẽ hystoriæ, sed illud quod prætermiserat recapitulans, ea narrat post Ioan. incarcerationẽ, quæ ante facta fuerant. Vnde sine vlla tpis cõsequentis dẽia dixit, Ambulãs Iesus iuxta mare Galilęæ, vidit duos fratres, &c. non addens: Post hoc: vel In diebus illis. Alia est ſm eundem, q̃ discipuli dñi, in Euangelio dicunt, non solum illi duodecim quos elegit dñs & Apostolos nominauit, vt habetur Mat. 10. sed etiam oẽs, qui in eum credentes, eius magisterio ad regnũ cœlorũ erudiebantur. Potuit ergo esse, q̃ quàmuis illi duodecim nondum eum secuti fuissent, nihilominus tñ aliqui alij qui sibi adhæserunt, hic eius discipuli nominantur. Sed prima respõsio melior est. Moram aũt contraxit ibi paruã. Vnde dicit. [Et ibi mãserunt non multis diebus.] huius rõ est: quia ciues capharnaũ non se exhibuerunt deuotos ad suscipiendũ doctrinã Christi: quia erant valde corrupti. vnde & Mat. 11. Dñs eos obiurgat, q̃ nec ad virtutes in eis factas, nec ad doctrinã Christi pœnitentiã egerunt, dicens. Et tu Capharnaum, numquid ad cœlũ exaltaberis? &c. quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, &c. Et tñ quãquã mali essent, descẽdit illuc: vt deduceret matrẽ, ad cuius consolationẽ & honorẽ ibidẽ aliquam diu moratur. Mystice aũt signatur p hoc, q̃ aliq̃ multis sermonibus Chri immorari non pñt, sed pauca ad eorũ illuminationẽ de multis sufficiunt, pp intellꝰ eorum imbecillitatẽ. Vnde apud tales Christus paucis documentis immoratur (vt Origenes dixit ſm illud. infr. 16.) Multa habeo vobis dicere, &c. Consequenter cum dicit.

b Manifestat locum, quo ascendit. et circa hoc duo facit. Primo, innuit occasionem ascensus. Secundo, ponit ascensum ibi. [Et ascendit.] Occasio autem ascensus fuit Pascha Iudęorum. Exo. 23. Pręcipitur, q̃ ter in anno omne masculinũ præsentetur coram dño: & inter illos terminos vnus erat pascha Iudæorũ. Quia ergo dñs venit vt doceret oẽs humilitatis & perfectionis exemplũ: voluit legẽ, quamdiu statũ habuit, obseruare. non enim venit legẽ soluere: sed adimplere, (vt ipse dicit Mat. 5.) Ex quo, quia pascha Iudæorum imminebat, hierusalẽ ascendit. Nos ergo ad eius exemplum deberem⁹ sollicite diuina pręcepta seruare. Si enim ipse Dei filius decreta legis à se datæ implebat, celebrans solennitates: quãto studio bonorũ operũ deberemus nos eas & prẽuenire, & celebrare? Notandũ est, quòd in euangelio Ioannis in tribus locis fit mẽtio de pascha. [hic, & infra 6. vbi fecit miraculũ de panibus. vbi dicitur. Erat aũt proximum pascha dies festus Iudæorũ. & infra 13. vbi dr. Ante diẽ festum paschæ, &c. Vnde ſm hoc euangelũ habemus, q̃ post miraculũ de vino Christus prædicauit duobus annis: & quantum est à diebus baptismi, vsq; ad pascha. nam hoc, quod fecit hic fuit prope pascha (vt hic dr.) et postea reuoluto anno, prope aliud pascha fecit miraculũ de panibus, & tunc Ioannes fuit decollatus. Vnde Ioannes circa pascha decollatus fuit. quia (vt dr.) Mat. 14. statim post decollationẽ Ioannis, Christus secessit in desertum; & ibi fecit miraculum de panibus, quod quidẽ miraculum fuit factũ prope pascha (vt dicit infra 6.) sed tñ festum huius decollationis celebratur eo die, quo caput eius inuentum est. Postea in alio paschate passus est Christus. Secundũ opinionem ergo illorum, qui dicunt, quòd miraculum factũ in nuptiis, & ea quæ hic dicũtur: eodẽ anno gesta sunt, quo baptizatus est Christus, a baptismo Christi, vsq; ad eius passionẽ fuerunt duo anni & dimidius, & ideo ſm eos Euangelista dicit. [Prope erat pascha Iudęorum.] Vt ostendat qñ ante paucos dies fuerat baptizatus. sed ecclesia tenet contrarium. Credimus enim, quòd eodem die, quo dñs baptizatus est, reuoluto, anno, factũ fuerit miraculum de vino, & postea reuoluto anno, prope pascha, Ioannes fuerit decollatus: & quòd ab isto paschate circa qd̃ Ioãnes fuit decollatus; fuit vnus annus vsque ad Pascha in quo Chrs passus est. vnde oportet aliud pascha à baptismo Christi, vsq; ad miraculũ de vino intermediũ esse: de quo nullus Euangelista facit mentionẽ; & sic ſm quòd ecclesia tenet; Christus tribus annis & dimidio prædicauit. Ait aũt [Iudęorum.] non quòd alterius nationis homines Pascha celebrarent; sed duplici de causa. Vna, quia qñ aliqui festũ aliquod sancte, & pure celebrant, dicitur illud dño celebrare. Cum vero nec pure, nec sancte celebrant, non domino, sed sibi solẽnizant. Isa. 1. Kalẽdas vestras, & festiuitates vestras odit anima mea. q.d. quia vobis, & non mihi celebratis, nõ placent mihi. Zacha. 7. Cum ieiunaretis, numquid ieiunium ieiunastis mihi? &c. q.d. non, sed vobis. Quia ergo isti Iudæi deprauati erãt, & eorum pascha indebite celebrabant. ideo Euangelista non dicit. [Prope erat pascha domini.] sed [Iudæorum.] Vel hoc dicit ad differentiam nostri paschæ. nam pascha Iudæorum erat figurale: vtpote immolationẽ agni figuralis celebratum. Sed nostrum pascha verum est; in quo recolimus veram passionẽ agni immaculati. j. Corinth. 5. Pascha nostrũ immolatus est Christus. Ascensus fuit in Hierusalem. Et ideo dicit.

b Et prope erat Pascha Iudęorum.

c Et ascendit Iesus Hierosolymam.

c VBi nota, ſm ordinem historiæ, Iesum bis circa festum Paschæ Hierosolymam ascendisse, & expulisse de templo, emẽtes, & vendentes. Semel quidem ante incarcerationem Ioannis: q̃d̃ hic Euangelista commemorat. Alia vice, imminente Paschate, & tempore passionis, quod narrat Matthæus. nam frequenter dominus similia facta operatus est sicũt pater de duplici illuminatione cæcorum. vna Matth. 9. et alia Mat. 10. Et similiter bis eiecit emẽtes & vendentes de templo. Mystice autem. [ascendit Hierosolymam] quę interpretatur visio pacis: & significat æternam beatitudinem: in qua ascendit, & suos transduxit. Sed non vacat a mysterio, q̃ in caphernaum descendit, & postmodum Hierosolymã ascendit. Nisi. n. descendisset primum, non cõpetisset ei ascendere. quia (vt dicitur. Ephe. 4.) Qui descendit, ipse est & qui ascendit. Non facit autem mentionem de discipulis in ascensu ad Hierosolymam quia discipulorum ascensus est ex ascensu Christi. infra 3. Nemo ascendit in cœlum, &c. Consequenter cum dicit.

d NArrat Euangelista factum, quod mouit Christum ad signũ resurrectionis proponendum. et circa hoc duo facit. Primo manifestat Iudæorum vitium. Secundo innuit Christi remedium, ibi. [Et cum fecisset quasi flagellum, &c.] Tertio subdit prophetiæ oraculum. ibi. [Recordati vero sunt discipuli, &c.] Circa primum sciendum, quòd diabolus insidiatur his, quę Dei sunt, & ea nititur corrumpere. Inter cætera autem quibus sancta corrumpit, præcipuum est vitium auaritiæ. vnde dicitur. Isa. 56. Pastores eius nescierunt intelligentiam, &c. ad auaritiam, &c. Quod quidẽ ab antiquis tẽporibus diabolus fecit. nam sacerdotes veteris testamẽti, qui instituti erant vt diuinis vacarent, auaritiæ studebant. Præceptũ autẽ erat a Deo in lege, q̃ in certis solẽnitatibus domino immolarent aliqua animalia, ad quod quidẽ præceptũ implendum de prope veniẽtes ad tẽplũ, secũ animalia ducebãt. Illi aũt qui a remotis veniebãt, nõ valebant animalia ducere de domibus suis. Quia ergo oblationes huiusmodi cedebant in vtilitatẽ sacerdotũ, ne deessent animalia de remotis venientibus ad offerendũ, prouiderũt ipsi sacerdotes vt animalia in tẽplo venderentur, & ideo faciebant ea in templo. i. in atrio templi exponi ad vendendum. Et hoc est, quod dicit. [Et inuenit dominus in templo vendentes oues, & boues, & colũbas, &c.] Vbi primo facit mẽtionem de duobus animalibus terrestribus: quæ ſm legem domino offerri poterãt, scilicet de boue: & oue. Tertium vero animal terrestre, quod offerebatur, capra, scilicet, annumerantur cum oue. Similiter etiam turtur annumeratur cum columba. Et quia contingebat aliquando aliquos ad templum venire, qui nec animalia secum ducebant, nec pecuniam, vnde emere non valebãt, ideo sacerdotes aliam auaritiæ artem adinuenerant: vt scilicet in tẽplo constituerunt nũmularios & campsores, qui prædictis non habentibus pecuniam mutuarent. Et licet vsuram inde nõ reciperẽt, quia hoc erat in lege prohibitum, loco tamẽ eius quædam collibia, idest parua munuscula & vilia recipiebant. Et hæc ipsa in vtilitatẽ sacerdotum cedebant: & hoc est, quod dicit. [Et nummularios sedentes.] scilicet in templo paratos ad pecuniã mutuandã. Sed hoc quidem mystice tripliciter intelligi potest. Primo enim per vendẽtes & emẽtes significantur illi, qui ecclesiasticas res vendunt, vel emunt. nam bona ecclesiastica spiritualia, & eis annexa significantur per oues, & boues, & colũbas. Ipsa consecrata quidem & cõfirmata sunt ex doctrinis. Apostolorũ, & doctorum; quæ significantur per boues. Prouer. 14. Vbi plurimę sunt segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. Item, ex sanguine martyrũ, qui significãtur per oues. Vnde in persona eorũ dicit in Psa. 43. & Ro. 8. Aestimati sumus vt oues occisionis, Itẽ dona spiritussanctiq̃ que significant per colũbas. quia (vt dicit supra Primo.) Spiritussanctꝰ in specie colũbę apparuit: omnia ergo hæc vendunt. s. doctrinã Apostolorũ: sanguinẽ Martyrum: & dona spiritussancti, quicũq; bona ecclesiastica spiritualia, & eis annexa vẽdere præsumũt. Secundo cõtingit aliquos prælatos, seu ecclesiarum prępositos: ersi nõ manifeste per symoniã, occulte tamen per negligentiam boues, & oues, & columbas vendere: tunc. s. quando iterum inhiant temporalibus lucris & occupantur in eis: & negligunt spiritualẽ salutẽ subditorũ. nam per hoc vendunt oues, & boues, & colũbas idest tria genera hominum eis subditorum. s. prædicatores, & operatores qui significantur per boues, Isa. 32. Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedes bouis & asini, quia prelati debent ordinare boues. i. doctores, & sapientes cum asinis. i. rudibus & simplicibus. vendunt etiam actiuos & ministeriis vacantes, qui significantur per oues, infra 10. Oues meæ vocem meã audiunt, &c. 2. Reg. vlt. [Isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vendunt & contẽplantes, qui significantur per columbas. Psal. 54. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ & volabo, &c. Tertio, quia tẽplum Dei potest intelligi spiritualis anima (vt dicitur. j. Cor. 3.) Templum Dei sanctũ est, quod estis vos, Tũc ergo homo vendit in tẽplo oues, & boues, & columbas: qñ in anima bestiales motus retinet, pro quib⁹ homo vendit se diabolo. Nã per boues, qui agriculturæ deseruiunt, significantur terrena desideria: per ouẽ quæ est animal stultum significat hominis stoliditas. Per columbas vero hominis instabilitas. Quæ quidem Deus de cordibus hominum expellit. Et ideo statim ponitur domini remedium, cum dicit.

e VBi dñs apposuit remedium, & operis, & verbi. vt doceret eos qui curã habẽt ecclesiæ, subditos, facto & verbo debere corrigere. Et ideo circa hoc duo facit. Primo, ponit remediũ, quod adhibuit facto. Secũdo remediũ quod adhibuit verbo, ibi. [Et his qui vẽdebãt colũbas, &c.] Circa primũ tria facit. Primo, eiecit homines. Secũdo, oues & boues. Tertio, effudit pecuniã. Eiecit quidem hoies flagello. & hoc est quod dicit. [Et cũ fecisset quasi flagellũ de funiculis.] Quod quidẽ non potuit fieri nisi virtute diuina. Nã & Origenes dicit, q̃ diuina potestas Iesu poterat cũ volebat accẽsam iracundiã hominũ sustocare: sicut sedare mentium turbines. Psal. 32. & 93. Dñs dissipat cogitationes hominũ. Facit aũt flagellũ de funiculis, quia (vt dicit August.) de peccatis nostris sumit materiam: vnde nos puniat. Ipsa enim protelatio peccatorũ ſm q̃ peccata peccatis adduntur, funiculi dicunt. Prouer. 5. Funibus peccatorum, &c. Isa. 5. Vę qui trahitis iniquitatẽ in funiculis, &c. Sicut ergo eiecit de tẽplo negociatores, ita nũmulariorũ ęs effudit: & mẽsas subuertit. Attẽde, q̃ si ista quæ videbant aliquo modo licita, quasi ad cultũ Dei ordinata; de tẽplo eiecit, quãto magis si inuenisset aliqua illicita? Ideo aũt eos eiecit: quia sacerdotes in hoc nõ intẽdebant honorem Dei: sed vtilitatẽ propriã. Vnde dr. Ezech. 44. Posuisti custodes, &c. Ostendit aũt dñs zelum ad ea quæ sunt legis, vt ex hoc ipso cõfutaret pontifices & sacerdotes, qui erãt ei de lege calumniã illaturi. Per hoc etiã, q̃ hmõi eiecit de tẽplo, dedit intelligere q̃ appropinquabat tẽpus, quo sacrificia legis cessare debebãt; & verus Dei cultus ad gentes transferri. Mat. 21. Auferetur à vobis regnũ, &c. Similiter etiã, vt ostenderet eorum damnationem, qui spiritualia vendunt. Act. 8. Pecunia tua tecũ sit, &c. Consequenter cum dicit.

f POnit remediũ quod adhibuit verbo. Vbi notandũ est, q̃ simoniaci primo quidẽ fugandi sunt de ecclesia. Sed quia adhuc dũ viuunt, per liberum arbitrium possunt se cõuertere: & adiuti à Deo ad statum gratię redire, non sunt desperandi. Si vero nõ conuertuntur, tunc quidem non fugãtur, sed ligantur ab illis, quibus dicitur. Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus, &c. Et ideo dñs hoc attẽdens, Primo quidẽ admonet. Secundo rationẽ admonitionis inducit, ibi. [Et nolite facere, &c.] Monet quidem venditores columbarũ eos increpando: quia per eos signantur illi qui vendunt dona spiritussancti. s. simoniaci Rationem huius inducit, cum dicit.

g ISaiæ Primo cap. Auferte malũ, &c. Attẽde autem, q̃ Matt. 21. dicit, Nolite facere domũ meã spelũcã latronũ. hic vero dicit domũ negotiationis. quod dñs ideo fecit: vt sicut bonus medicus, primo à leuioribus incipiẽs, postea dura proponeret. Hoc enim qd̃ hic factũ dicit primo factum fuit, vnde in ipso principio, nõ latrones, sed negociatores eos vocat. Sed quia ex eorum duritia adhuc à tali negotiatione nõ cessabãt: ideo dñs alia vice eos expellens. (De quo agit in Marco) durius eos increpat, vocãs latrociniũ, quod primo vocauerat negociationẽ. Dicit autẽ [domũ patris mei.] ad excludendũ errorẽ vt anichęi qui dicebãt; q̃ Deus veteris testamẽti, nõ fuerat pater Christi; sed Deus nouꝰ. Sed si hoc verũ esset cũ templum fuisset domus veteris testamẽti; non vtiq; Christus dixisset, templũ domũ patris sui. Sed quare nõ sunt turbati Iudæi de hoc, q̃ hic vocat Deũ patrẽ suum; sicut dr infra 5. quòd pp hoc eum persequerentur? Ad quod dicendũ est, quòd Deus est pater aliquorum per adoptionẽ, puta iustorũ; & hoc nõ erat nouũ apud Iudæos Hier. 9. Patrẽ vocabis me, & post me, &c. Sed per naturã solius Christi est; Psal. 2. Dñs dixit ad me; filius meꝰ es tu. s. verus & naturalis. & hoc inauditum erat apud eos. Et ideo, quia Christus se verũ dei filium dicebat, Iudæi persequebant ipsum. infr. 5. Propter hoc persequebantur Iudęi Christũ; non quia solũ soluebat sabbatũ; sed patrem suum dicebat deũ, æqualẽ se deo faciens. Cum aũt hic deum vocat patrẽ; dicebant de eo quòd esset p adoptionẽ. Quòd aũt domus dei non debeat fieri domus negociationis, habetur Zacha. vlt. Nõ erit vltra mercator, &c. Et in Psal. 70. ſm aliam literã. Quoniam non cognoui negotiationẽ, introibo in potentias domini. Consequenter cum dicit.

h POnit Prophetię oraculum, quod quidẽ scriptum est in Psal. 68. Zelus domus tuę. Vbi sciendũ, quòd zelus, ꝓprie dicit quandam intensionẽ amoris, qua intẽse diligẽs, nihil sustinet qd̃ amori suo repugnet. Et in de est, quòd viri diligẽtes intense vxores, nec in eis sustinentes aliorum consortium: vtpote amori eorum contrarium, zelotipi dicunt. Ille igitur proprie zelum Dei habet, qui nihil patienter sustinere potest contra honorem Dei, quem maxime diligit. 2. Reg. 19. zelo zelatus sum pro domino exercituũ, &c. Nos aũt debemus diligere domũ domini, ſm illud Psal. 25. Domine dilexi decorẽ domus tuæ. Et in tantum debemus diligere, q̃ zelus eius nos comedat: dum si qd contrarium fieri videbimus, studeamus eriã quantumcunque chari nostri sint, qui hoc faciant, remouere, nec timeamus propter hoc aliqua mala perpeti. vnde dicit in Glo. Bonus zelus est feruor animi, quo quis mortis abiecto timore, pro defensione veritatis accendit. Eo comeditur, qui quęliber praua, quę viderit, corrigere satagit: & si nequit, tolerat, & gemit.

e Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo: oues quoq; & boues, & nummulariorũ effudit ęs, & mẽsas subuertit.

f Et his qui columbas vẽdebant, dicit: Auferte ista hinc.

g Et nolite facere domũ patris mei, domũ negotiatiõis.

h Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptũ est: Zelus domus tuæ comedit me.

LECTIO III.

RESponderũt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

b Respondit Iesus, & dixit eis. Soluite templum hoc: & in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud.

LECTIO III.

ROsita occasione signi exhibendi, hic consequenter Euangelista manifestat signum exhibendum. Et primo ponit signum, quod exhibetur: secundo ponit fructum factorum signorum, qui sequitur, ibi. [Cum autem esset Hierosolymis, &c.] Circa primum tria facit. Primo ponitur signi postulatio: secundo signi exhibitio, ibi. [Respõdit Iesus, & dixit eis, soluite, &c.] tertio signi exhibiti intellectus seu cõceptio ibi. [Dixerũt ergo ei. Quadraginta & sex annis, &c.] Signũ aũt postulãt a Iudęis, & hoc est qd̃ dixit. [Responderũt ergo Iudæi & dixerũt ei. Quod signum, &c.] Vbi sciẽdum est, q̃ in eiectione negociatorũ de tẽplo per Iesum, duo considerari poterãt in Christo: rectitudo & zelus, quæ pertinẽt ad virtutẽ, & potestas seu auctoritas. Sed de virtute & zelo Christi quib⁹ prędicta fecerat: nõ oportebat peti signum a Christo, cum vnicuiq; liceat operari ſm virtutem. De auctoritate tamen eius, qua eos de templo expellit, signum ab eo quæri poterat cum hoc non cuilibet liceret facere sed auctoritatem habenti. Prætermisso igitur Iudæi zelo, & virtute, signum petunt de eius auctoritate: & ideo dicunt. [Quod signum ostendis nobis; quia hæc facis?] idest quare cũ tãta potestate, & auctoritate nos expellis? non vt hoc esse tui officii. Simile dicũt. Matt. 21. In qua potestate hęc facis, &c. Signũ autẽ quærunt: quia familiare erat Iudæis signum quærere: vt pote per ea ad legem vocati. Deut. vlt. Nõ surrexit vltra Propheta. Et. 1. Cor. 1. Iudæi signa quærunt. Ideo Dauid in persona Iudæorũ conqueritur. dicẽs. Psal. 73. Signa nostra non vidimus. Quærebant autẽ signum, non vt crederent: sed quasi desperãtes, q̃ signũ ostendere non posset, & sic eum reprimerent & impedirent. Quia ergo prave quærebant, non dedit eis signum apertum, sed occultum in figura scilicet signum de resurrectione. Vnde dicit.

b IN quo ponitur signi postulati exhibitio. Ideo aũt dat eis signũ resurrectionis futurũ, qa in hoc maxime virtus diuinitatis eius ostẽditur. Non. n. puri hominis est, vt se excitaret a mortuis, sed solũ Christus qui fuit inter mortuos liber, hoc virtute suæ diuinitatis fecit. Simile etiã signũ ostẽdit eis. Mat. 15. Gñatio mala & adultera signũ q̃rit; sed signũ nõ dabit ei, &c. Et licet vtrobiq; dederit signũ occultũ & figurale, illud tñ manifestius, istud vero obscuri⁹ fuit. Notãdũ aũt, q̃ ante incarnationẽ dedit Deus signũ futuræ incarnatiõis. Isa. 7. Ipse dñs dabit vobis signum. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, &c. Sit. & ante resurrectionẽ dedit signũ de resurrectione futura. quia istis duobus maxime virtus diuinitatis commendatur in Christo. Nihil enim mirabilius fieri potuit, q̃ quòd Deus factus est homo, & quòd humanitas in Christo, post eius resurrectionẽ immortalitatis diuinæ particeps effecta est. Rom. 6. Christus resurgẽs ex mortuis, iam non moritur, &c. quod enim viuit, viuit Deo, idest ad similitudinem Dei. Sed attendendũ sunt verba signi dari, nam Christus corpus suum templum dicit. Cuius ratio est, quia templũ dicitur, in quo Deus inhabitat, &c. secundum illud. Psal. 10. Dñs in

templo sancto suo. Et inde est, q̃ anima sancta quã deus inhabitat, dicitur templum dei. j.Cor.3. Templum dei sanctum, &c. Quia ergo in corpore Christi diuinitas inhabitat, ideo corpus Christi est templum dei, non solum ſm animã, sed ét secundũ corpus. Coll.2. In quo inhabitat, &c. corporaliter, &c. In nobis quidẽ habitat Deꝰ ſm gratiam. ſ. secundum actũ intellectus & voluntatis, qui non est actus corporis sed animę tm, sed in Christo habitat ſm vnionem in persona: quæ quidẽ vnio non solum ipsam animam, sed & corpꝰ includit, & ideo ipsum corpus Christi est templum dei. Ex hoc aũt Nestorius sui erroris occasionẽ sumẽs dicit Verbũ dei vnitum humanæ naturæ secundũ inhabitationem tantum. Ex quo sequitur, q̃ alia sit persona dei, alia hoĩs in Chrõ. Et ideo dicendũ est, q̃ inhabitatio Dei in Christo refertur ad naturam: quia alia est diuina natura, alia humana in Christo, sed nõ ad personã quæ est eadem in Christo dei, & hominis. ſ. persona verbi (vt dictũ est supra) Hoc igitur supposito, circa hoc signum dñs duo facit. Primo quidẽ prænunciat suã mortem futurã. Secundo vero resurrectionẽ, Mortem quidẽ prænunciat, cũ dicit. [Soluite templum hoc.] Christus enim mortuus fuit, & ab aliis occisus. Mat.15 Et occident eũ, eo tñ volente, quia (vt dicitur Isa.53.) Oblatus est quia ipse voluit. Et 10 dicit. [Soluite templũ hoc.] i. corpus meũ, sed non dicit soluetur, ne intelligas eum ſ ipsum occidisse: sed dicit [soluite,] quod non est imperantis, sed prænũciãtis, & permittẽtis, prænũciantis quidem, vt sit sensus. [Soluite tẽplũ hoc.] i. soluetis. Permittentis vero, vt sit sensus. [Soluite tẽplum hoc.] i. facite de corpore meo, quod vultis, illud vobis expono, sicut dicit Iudæ. inf. 13. Quod facis, fac citius. non quidẽ imperãs ei, sed eũ ejus arbitrio deliquẽs, dicit aũt [Soluite.] q̃a mors Chri est solutio corporis eius, aliter tñ quãm aliorũ hominũ. nã corpora aliorũ hominũ solnuntur p mortẽ vsq; ad incinerationẽ carnis & puluerizationem. Qualis quidem solutio nõ fuit in Chrõ: q̃a, vt dr in Psal.15. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ. Puir ibi tñ solutio p mortẽ, q̃a aĩa separata est a corpore, vt forma a materia & q̃a sanguis separatus est a corpore, & quia corpꝰ eius pforatũ est clauis & lãcea. Resurrectionẽ aũt prænunciat cũ dicit. [Et in tribus diebus excitabo illud.] ſ. corpus idest a mortuis suscitabo. Non aũt dicit excitabit, nec excitabit illud pater; sed [ego excitabo:] vt ostẽdat se propria virtute a mortuis resurgere. Nec tñ negamꝰ quin pr eũ a mortuis suscitauerit, quia (vt dr Ioan.8. Qui suscitauit Iesum a mortuis & in Psal.40. Tu aũt Dñe miserere mei, & rususcita me. Sic ergo Deꝰ pr Christũ suscitauit a mortuis, & Christus propria virtute resurrexit. Psal.3. Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, &c. Necest in hoc cõtrarietas, quia eadẽ est virtus vtriusq; vnde quæcunq; pater facit, hoc similiter & filius facit. Ioã.5. Nã si pr eũ suscitauit, & filius. 2.Cor.vlt. Nã si crucifixus ẽ ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei: dicit aũt. [Et in tribꝰ dieb ',] & nõ post tres dies, quia nõ diebus tribus compleris in m onumento permansit, sed sicut August. dicit, est synecdochica locutio, in qua ponit pars pro toto. Origenes autem huius locutionis mystica rationẽ assignat, dicens. Corpus Christi verũ est tẽplũ Dei; quod quidẽ corpus, figurat corpus mysticũ. i ecclesiã. 1.Cor.7. Vos estis corpus Christi, & membra de mẽbro. Et sicut in corpore Christi habitat diuinitas per gratiam vnionis, ita & in ecclesia per gratiã adoptionis. Et quamuis corpꝰ istud mystice dissolui videatur aduersitatibus tribulationũ quibus affligitur. tamen suscitatur in tribus diebus. ſ. in die legis naturæ, & in die legis scripturæ, & in die legis gratię: quia, & si in his diebus, quantum ad aliquos corpus dissoluatur: quantum ad aliquos tamen viuit. Et ideo dicit. [In tribus diebus.] quia hujus resurrectio spiritualis in tribus diebus perficitur, sed post tres dies perfecte resuscitabimur: non solum quantum ad primam resurrectionem, sed etiã quantum ad secundam. Apoc.20. Beatus qui habet partem in resurrectione secunda. Consequenter cum dicit.

c Dixerũt ergo Iudęi. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?

d Ille autem dicebat de tẽplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus.

Ponitur signi exhibiti intellectus. Et primo quidem, ponitur intellectus falsũ, conceptus a Iudæis. Secundo vero intellectꝰ verus, conceptus ab Apostolis, ibi. [Ille autem dicebat, &c.] Falsus autem intellectus Iudęorum erat: quia credebant q̃ Christus diceret hoc de templo materiali: in quo tunc erant. Et ideo ſm hũc intellectum, respondent de tẽplo materiali, et dicũt Quadraginta & sex annis ædificatum est tẽplum hoc.] ſ. materiale; in quo sumus [& in tribus diebus, &c.] Sed cõtra hæc est obiectio literalis. Nã tẽplũ de Hierusalẽ p Salomonẽ fuit ædificatũ; & vt habetur. 1.Reg.7. a Salomone fuit consumatum 7. annis. Quidest ergo, quod hic dicit. [Quadraginta & sex annis ædificatũ est tẽplũ hoc] Respõdeo, dicendum secundum quosdam, quòd hoc non est intelligendum de prima ędificatione templi; quæ completa est a Salomone septẽ annis. Nã templum quod Salomon ędificauerat, destructũ fuit a Nabuchodonosor. sed intelligendum est de reædificatione facta sub Zorobabel, postquã fuerũt in captiuitate: sicut legit in libro Esdræ. Quæ quidẽ multis impugnantibus vndiq; inimicis intãtũ impedita, & dilata fuit: q̃ non potuit cõsumari templũ vsque ad 40. & 6. annos. Vel dicẽdum ſm Origenem, q̃ intelligitur de tẽplo Salomonis: quod dicitur ędificatum. 40. & 6. annorũ tẽpore, vt numeretur tempus ab eo die, quo Dauid mentionẽ fecit de ędificatione tẽpli, consulens sup hoc Nathan prophetam: (vt habetur. 2.Reg.7.) vsque ad consumationem, perfectã per Salomonem. nam ex illo die Dauid incepit præparare materiã & necessaria ad ædificationẽ tẽpli, Et si diligenter dictũ ips cõsideretur, ascendit ad numerum 46 annorũ. quamuis aũt Iudæi intentionẽ suam referrent ad templũ materiale, tamen ſm Aug. potest referri ad templum corporis Christi, quia sicut ipse dicit in libr. 83. q. Cõceptio & formatio humani corporis perficitur 45. diebus hoc modo. Primis enim 6. diebus corporis humani conceptio, quasi lactis habet similitudinem. 9. vero diebus sequentibus conuertitur in sanguinem 12. inde diebus solidatur in carnem, sed 18. reliquis diebus formatur vsque ad perfecta lineamenta omniũ membrorũ. Isto ergo numero. ſ. 6. 9. 12. & 18. in vnum coacto, exurgit numerus. 45. cui addito vno pp sacramentum vnitatis, fiunt. 46. Sed ex hoc infertur quæstio: quia huius processus formationis nõ videt habere locũ in corpore Christi. quia in ipso instanti cõceptionis formatũ fuit, & animatum. Sed dicendum, q̃ licet in corpore Christi formatione sit aliquid singulare, q̃a in ipso instanti corpus Christi fuit perfectũ quantum ad oia lineamẽta membrorũ: non tñ quantum ad debitã corporis quantitatẽ. & ideo in vero virginis tandiu permansit, quousque ad quantitatẽ debitã peruenirẽt. Accipiamus aũt dictũ numerũ supra positũ. ſ. senarium qui primus erat. & 46. qui erat vltimus & ducamus vnũ in alterũ, ex eis surgunt 276. diuidẽdo ergo tot dies in menses, dando cuilibet mẽsi 30. dies, fiunt nouẽ mẽses, & sex dies. Recte ergo. 46. annis templũ dicitur ędificatum esse quod significabat corpus Christi: vt infinuet, q̃ tot anni fuerunt in fabricatione templi, quot fuerunt dies in perfectione corporis Christi. nã ab 8. Kal. Aprilis in quo Christus fuit cõceptus, & (vt creditur) passus, vsq; ad 8. Kal. Ianuarij sunt tot dies, scilicet 276. qui numerus surgit ex senario ducto in 46. Ex hoc ẽt numero Augu. (vt patet per glo.) aliud intelligit mystice. Dicit enim, quòd ex literis nominis Adam multiplicatis ſm numerũ, quem more græcorum ipsæ literę important surgit numerus. 46. Nam A. in græco secundũ numerũ important vnum, cum sit prima litera in alphabeto. D vero secundum ordinẽ importat quatuor: addito ergo vno quod importat A. & 40. quod importat. M. habemus 46. In quo significat, q̃ corpus Christi assumptum est de corpore Adam. Itẽ ſm græcos ex primis literis acceptis ex nominibus quatuor partium mũdi componitur hoc nomen Adã, scilicet Anathole, quod est oriens: Disis qd̃ est occidens. Arctos, qd̃ est septẽtrio; Mẽsembria qd̃ est meridies, in quo significatur, q̃ Christus ex Adã carnem assumpsit, vt cõgreget electos suos a quatuor partibus mundi. Matth.24. Congregabit electos suos, &c. Consequenter cum dicit.

e Cum autem esset hierosolymis in Pascha, in die festo: multi crediderunt in nomine eius, videntes signa, quæ faciebat.

f Ipse autem Iesus, non credebat semetipsum eis.

g Eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei nõ erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat q̃d esset in homine.

Ponitur intellectus signi verus, conceptus a discipulis. Et primo ponitur ipsorum intellectus. Secundo vero, vnde Apostoli hoc conceperũt, ibi. [Cum ergo surrexisset.] dicit ergo: Iudęi hoc dixerunt ignorantes, sed Christus non sic intelligebat: imo intelligebat de templo corporis sui. Et hoc est quod dicit. [Ille autem dicebat, &c.] q̃ua autem ratione corpus Christi dicatur templum, dictum est supra. Et ex hoc Apollinaris occasionẽ erroris sumens dixit, q̃ caro Christi esset materia inanimata: quia templũ est res inanimata. sed in hoc decipit: quia cũ dicitur, q̃ corpus Christi est templũ, est metaphorica locutio: in qua quidẽ locutione nõ attẽditur similitudo quantũ ad oia: sed quantũ ad aliquid, ſ. quantũ ad inhabitationẽ quæ quidẽ refertur ad naturã (vt dictũ est supra.) Præterea hoc manifeste apparet per auctoritatẽ sacræ scripturę cũ dicit ipse Christꝰ, Potestatẽ habeo ponẽdi animã meã inf. 10. vnde aũt Apostoli hũc verũ intellectũ cõceperunt, ostendit cõsequenter Euangelista cũ subdit. [Cũ ergo surrexisset à mortuis, &c.] nã ante resurrectionẽ difficile erat hoc intelligere; primo, quia p hoc ostẽdebat, q̃ in corpore Christi erat vera diuinitas; aliàs nõ potuisset dici templũ, & hoc tũc temporis intelligere, humanã capacitatem excedebat. Secundo, quia in hoc facit mentionem de passione, & resurrectione cũ dicit [Excitabo illud.] quem nullus discipulorum adhuc audiuerat, vnde, quando Christus resurrectionem & passionem suam expressit apostolis, Petrus hoc audiens, plenè illiratus est, dicens: Absit a te domine. Matth.16. Sed post resurrectionem, quando iam plene

cognouerunt

cognouerunt Christum esse deum, p ea quæ circa passionem, & resurrectionẽ ostenderat. & qñ sacramentum resurrectionis ipsius dicerant. [Tunc recordati sunt discipuli eius, q̃a hoc dicebat de corpore suo: & tunc crediderunt scripturæ] ſ. prophetarum, Oseæ.6. Viuificabit nos post duos dies, & tertia die suscitabit nos. Ionæ 2. Erat Ionas in ventre Cęti, &c. Et inde est, q̃ in ipsa die resurrectionis aperuit illis sensũ, vt intelligerẽt scripturas. [Et sermoni eius, quẽ dixit Iesus.] huic. ſ. [Soluite templum hoc, &c.] Anagogice aũt per hoc datur nobis intelligi, ſm Origenem, q̃ in vltima resurrectiõe naturæ, erimus Christi discipuli, qñ in magna resurrectione totum corpus Iesu. i. ecclesia eius certificabitur de his, quæ nunc per fidem enigmatice cognoscimus, & tunc recipiemus fidei complemẽtum, videndo per speciem: quod nunc per speculum intuemur. Consequenter cum dicit.

e Cum autem esset hierosolymis in Pascha, in die festo: multi crediderunt in nomine eius, videntes signa, quæ faciebat. Infra vlt. Multa quidem signa fecit Iesus, &c. Et hoc, signãter euangelista ostendit, cum dicit. [Videntes signa, &c.] Quæ iam prætermissa sunt, quia non fuit intentio euãgelistarum omnia signa Iesu conscribere, sed tot, quot necessaria erant ad ecclesiam fidelium instruendam. Alio modo, quia inter alia miracula, potest maximum signum reputare: quòd cum flagello facto ex funibus, hominũ multitudinem Iesus de templo solus eiecerit. Qualiter autem ad credentes se habuit: ostendit dicens.

f Scilicet, qui crediderant in eũ. Sed quid est hoc, q̃ homines credunt deo, & ipse Iesus non credebat se eis? Nunquid potuissent eum occidere, ipso nolente? Sed dicet aliquis, q̃ ideo non credebat se eis, quia sciebat eos ficte credere. Sed si hoc verũ esset, non vtiq; diceret euangelista. q̃ multi crediderant in nomine eius. & tamen non credebat se eis. Et ratio est, ſm Chrysost. q̃ isti crediderunt in eum, sed imperfecte, quia nondum poterant attingere ad perfecta mysteria Christi. Et ideo non credebat se eis, i. secreta sua mysteria eis nondum reuelabat. nam & ipsis Apostolis multa non reuelauit. Infra 17. Multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. j.Cor.3. Non potui vobis loqui, &c. Et ideo notanter euangelista; vt ostendat eos imperfecte credere. non dicit, q̃ credebant in eum. quia nondum credebant eius diuinitatẽ: sed dicit [in nomine eius.] illud quod de eo nomine tenus dicebatur. ſ. quòd iustus, uel huiusmodi. vel ſm August. Isti gerunt in ecclesia typum cathecuminorũm, qui & si credant in nomine Christi; Iesus tamẽ nõ credit se illis. quia ecclesia nõ dat eis corpus Christi: quod quidem corpus: sicut nullus sacerdos conficere potest, nisi in sacerdotem cõsecratus; ita nullus sumere debet, nisi baptizatus. Ratio autem huius, q̃ nõ credebat se eis, ostẽditur ex pfecta Christi cognitione. Vnde dicit.

g Licet autem homo ignorans, debeat de quolibet præsumere bonum: tamen postquãm veritas innotescit de aliquibus; debet se homo habere ad eos secundum eorum conditionẽ. Et quia Christum nihil latebat eorum, quæ sunt in homine (cum sciret eos imperfecte credere) non credebat se eis. Describitur autem cognitio Christi vniuersalis, quia non solum familiares: sed etiam alios extraneos cognoscebat. Et ideo dicit [eo quòd ipse nosset omnes] & hoc per potentiam diuinitatis. Ecclesiast. 23. Oculi domini multo lucidiores sunt super Solem, &c. Nam homo, etsi cognoscat alios, non tamen certam cognitionem de eis potest habere. quia non videt nisi ea quę apparent: & ideo opus est ei testimonio aliorum.

CAPVT TERTIVM.

LECTIO PRIMA.

Erat autem homo ex Phariseis, Nicodemꝰ nomine, princeps Iudęorum. hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei. Rabbi, scimus quia à Deo venisti Magister: nemo enim potest hęc signa facere quę tu facis: nisi fuerit Deus cum eo.

Christus autem certissime cognoscit; quia intuetur cor. & ideo non erat ei opus, vt q̃s testimonium perhiberet de homine. immo ipse testis est. Iob 16. Ecce in cœlo est testis meus. Perfecta, quia non solum quantũ ad exteriora, sed etiam quantum ad interiora sua cognitio se extendit, & ideo dicit [Ipse enim sciebat quid esset in homine.] idest occulta cordis. Prouerbio. 15. Infernus, & perditio corã dño.

LECTIO PRIMA.

Vpra ostẽdit euãgelista virtutẽ Christi, quantũ ad mutationẽ naturæ. Hic vero ostendit eã, quantũ ad reformationẽ gratiæ: de qua principaliter intẽdit. Reformatio aũt gratię fit p spiritualem generationẽ, & p beneficiorũ regeneratis collationẽ. Primo ergo tractat de spirituali generatione. Secũdo de beneficiorũ spiritualiũ regeneratis diuinitus collatione. Et hoc in 3. cap. ibi [Post hoc erat dies festus Iudęorũ, &c.] Circa primũ duo facit. Primo agit de spũali regeneratione, quantũ ad Iudęos. Secũdo de ꝓpagatione fructũ huius regenerationis, ét quantũ ad externas nationes. Et hoc in 4. cap. ibi. [Vt ergo cognouit Iesus, q̃a audierũt Phariseĩ, &c.] Circa primũ duo facit. Primo manifestat spiritualẽ regenerationẽ verbi. Secũdo, implet eã factis, ibi [Post hoc venit Iesus & discipuli eius in Iudęã terrã, &c.] Circa primũ tria facit. Primo ostẽdit spũalis regenerationis necessitatẽ. Secũdo, eiꝰ qualitatẽ, ibi [Dicit ad eũ Nicodemus: qũo potest, &c.] Tertio, eius modũ & rationẽ, ibi [Rñdit ad eũ Nicodemus, & dixit ei; qũo possunt hæc fieri? &c.] Circa primũ duo facit. Primo ostendit, demõstrandæ necessitatis occasionẽ. Secundo, necessitatẽ huius regenerationis, ibi. [Rñdit Iesus & dixit ei. Amẽ amẽ dico tibi, &c.] Occasio aũt huius necessitatis inducit ex Nicodemo. Et ideo dicit. [Erat aũt homo ex phariseis, Nicodemus noĩe: &c.] Quẽ describit ex persona: ex tpe, & ex cõfessione ipsius. Ex psona quidẽ describit quantũ ad tria. ſ. quantum ad religionẽ: quia Pharisęus, vnde dicit. [Erat homo ex Phariseis.] Duplex nãq; secta erat apud Iudęos. ſ. Pharisęorũ, & Saducęorũ. Sed Phariseĩ magis conueniebant nobiscũ in opinionibus. Q̃ia credebãt resurrectionẽ, & dicebant esse creaturas aliquas spirituales. Saducęi vero magis discordabãt. quia nec resurrectionẽ futurã, nec spiritũ esse credebãt. & dicebantur isti Phariseĩ: quasi ab aliis diuisi. Et q̃a opinio eorũ probabilior erat: & magis propinqua veritati, ideo Nicodemus facilius cõuersus est ad Christũ. Act.26. Secundũ certissimam sectã religionis nostræ, &c. Itẽ, quantũ ad nomen. cũ dicit [Nicodemus noĩe.] qd interpretatur victor, seu victoria populi. p quã significantur illi, qui ex Iudæis ad Chrm cõuersi, fide vicerũt mũdũ. j. Ioã. vlt. Hæc est victoria, quæ vincit mũdũ, &c. Itẽ tertio, quãtũ ad dignitatẽ. vnde dicit. [Priceps Iudęorũ.] A principio nãq; licet dñs nõ elegerit sapiẽtes, potẽtes, aut nobiles, ne virtus fidei sapiẽtiæ & potẽtiæ humanæ attribueret (vt dr. j Cor.1. Nõ multi sapiẽtes, &c.) voluit tñ aliquos sapiẽtes, & potẽtes à principio ad se cõuertere: ne si doctrina sua solũ ab ignobilibus, & insipiẽtibus recipereẽ, haberet contẽptui. Et ne credentiũ multitudo potius attribueret rusticitati; & insipiẽtiæ cõuersorum, q̃ virtuti fidei. Nihilominus tñ voluit istos nobiles, & potẽtes non multos esse ad eũ cõuersos: ne (vt dictũ est) humanæ potẽtiæ aut sapientiæ ascriberetur. Et ideo dr. Ioã. 12. q̃ aliqui ex principibus crediderunt in eũ. Inter quos fuit iste Nicodemus. Psal.46. Principes populorũ congregati sunt. Ex tpe vero describit eum, cũ dicit. [Hic venit ad Iesum nocte, &c.] Circa qd̃ sciendũ est, q̃ qualitas tpis cõsueuit in scriptura describi circa aliquos; ad insinuandã cognitionẽ mentis, seu conditionẽ actionis eorũ. Describitur aũt hic, tempus istud obscurũ. vnde dicit. [Venit nocte.] Nox enim obscura est, & cõperebat qualitati affectus Nicodemi, qui nõ cũ securitate & libera propalatione: sed cũ timore ad Iesum veniebat. nã erat de illis principibus, de quibus dr. Ioan. 12. q̃ crediderunt in eũ: sed pp Pharisęos nõ cõfitebanẽ, vt de synagoga nõ eiicerenẽ. Nõ enim pfecte diligebant, vnde subditur. Dilexerunt enim magis gloriam hominum, &c. Competit ét nox eius ignorantiæ, & imperfectæ cognitionis, quã iste habebat de Chrõ. Rom.13. Nox præcessit, &c. Psal.81.

Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambu.&c. Ex cõfessione vero describitur, cũ subdit. [Et dixit ei. Rabbi scimus,&c.] Vbi confitetur Christi officium in docendo, cum dicit. [Rabbi,&c.] et eius potestatem in agendo, ibi. [Nemo enim potest,&c.] Et quidẽ in vtroque verum dicit, licet parum confessus est. Verum enim est, quòd vocat eum. [Rabbi.] idest, magister, quia (vt dicit infra. 13. Vos vocatis me magister,& dñe,& bene dicitis,&c.) Legerat enim Nicodemus, qd̃ scriptũ est Ioel.2. Filij syõ exultate,&c. Sed parum dicit, quia dicit eum à Deo venisse magistrum: sed tacet eum deũ esse. nam venire a deo magister, cõe est omnib⁹ bonis prælatis. Hier.3. Et dabo vobis pastores,&c. Vnde hoc non est singulare Christo, quamquam aliter doceant homines, aliter Christus. Alij enim magistri docẽt tantum exterius, sed Christus etiã interius: quia (vt dicitur supra primo.) Erat lux vera,&c. et ideo ipse solus dat sapientiam. Luc.10. Ego dabo vobis os,& sapientiam.& hoc nullus purus homo dicere potest. Potestatem vero confitetur ex signis visis; q.d. Credo, quòd à Deo venisti magister. [Quia nemo potest hæc signa facere.] et verum dicit: quia signa quæ Christus fecit, non possunt fieri nisi diuinitus,& qa deus cum eo erat. infra 8. Qui me misit, mecum est. Sed parum dixit: quia credebat, q̃ Christus non propria potestate signa faceret, sed quasi indigens extranea virtute, ac si Deus non esset cum eo p vnitatẽ essentiæ, sed per infusionẽ gratiæ solum. Quod quidem falsum est: quia nõ extranea virtute, sed propria, signa faciebat. nam eadem est potestas Dei & Christi. simile est, qd̃ dicit mulier Eliæ. 3.Reg.17. In hoc facto cognoui,&c. Consequenter cum dicit.

b Ponit necessitatem spiritualis regenerationis prouenientẽ ex ignorantia Nicodemi. Et ideo dicit. [Amen amen.] Vbi notandũ est, quòd hæc dictio, Amen, est hebrea: qua frequenter Christus vsus est. vnde ob eius reuerentiam nullus trãslator tam Græcorum, q̃ Latinorum transferre voluit. Et qnq; quidem significat idem, quod verum, aut idem, quod vere. Quandoq; vero idem, qd̃ fiat. Vnde in Psal.71.88.& 106. vbi nos habemus, Fiat. in Heb. est. Amen amen. Sed hanc dictionẽ solus Ioannes Euangelista ingemi nat inter Euangelistãs. Cuius ratio est: qa alij Euangelistæ ea principaliter tradunt, quæ ad humanitatẽ Christi pertinent, ad quæ cũ facilius credibilia sint, minor assertio necessaria erat. Ioannes vero ea quæ ad diuinitatem Christi pertinent, principaliter tractat, quę cum occulta sint, & à cognitione hominum semota, maiori assertione indigebant. Deinde attendendum est, q̃ hæc responsio Christi videtur omnino inconsona propositis à Nicodemo, nisi diligenter consideretur. Quomodo namque conuenire videtur, quod dixit Nicodemus. [Rabbi, scimus quia à Deo venisti.] cũ hoc, quod respondit dominus, [nisi quis renatus fuerit denuo?&c.] Sed notandum, sicut iam dictum est, quòd Nicodemus imperfectam opinionem habens de Christo, confitebatur eum magistrũ, & hæc signa facere, tamquam hominem purũ: vult ergo ei Dominus ostẽdere, quomodo ad altiorem cognitionẽ de ipso posset peruenire, & quidem poterat de hoc Dñs disputare, sed quia hoc fuisset versum in contentionem, cuius contrarium de eo scriptum est. Isa.42. Non contendet, ideo cum mansuetudine voluit eum ad verã cognitionem perducere: quasi diceret. Non mirum si me purum hominem credis: quia illæ secreta diuinitatis non potest aliquis scire, nisi adeptus fuerit spiritualem regenerationẽ. Et hoc est, quod dicit. [Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.] Vbi sciendum, quòd cum visio sit actus vitæ, ẽm diuersas vitas, diuersæ sunt visiones. Nam est quædam vita carnalis, qua cõiter omnia alia viuunt, & hac habet carnalem visionem seu cognitionem. Est & vita spiritualis, qua homo cõformatur Deo, & spiritibus sanctis, & hæc habet spiritualem visionem. Secundum carnalem quidem spiritua lia videri non possunt. j.Cor.2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, sed percipiũtur visione spirituali. vnde ibidem subditur. Quæ dei sunt, nemo nouit,&c. Spiritus autẽ est qui regenerat. vnde Apostolus. Rom.8. Non accepistis spiritum,&c. Et hunc quidem spiritum per regenerationem spiritualem accipimus. ad Tit.3. Per lauacrũ regenerationis spiritus sanctũ,&c. Si ergo visio spiritualis non est nisi per spiritum sanctum, & spiritus sanctus infunditur nobis p lauacrum regenerationis spiritualis: ergo nõ possumus videre regnum Dei: nisi p lauacrum regenerationis. Et ideo dicit [nisi quis renatus fuerit,&c.] q.d. Non est mirũ si non vides regnũ Dei; quia nullus illud videre potest nisi accipiat spiritum sanctũ, per quem renascitur in filiũ Dei. Ad regnum autẽ non solũ pertinet regale solium: sed etiã quæ sunt ad regni gubernationem. s. regia dignitas: beneficia gratiarũ, & via iustitiæ: qua solidatur regnum. Et ideo dicit. [Non potest videre regnũ Dei.] i. gloriã & dignitatem dei. i. mysteria salutis æternæ, quæ per fidei iustitiã inspiciuntur. Rom.14. Regnum dei non est esca & potus. In veteri aũt lege fuit quãdã regeneratio spiritualis, sed imperfecta, & figuralis. j.Cor.10. Omnes in Moyse baptizati sunt,&c. i. in figura, baptismum acceperunt. Et ideo mysteria regni Dei videbant quidem: sed figuraliter rãtum. Heb.11. A longe aspiciẽtes. In noua vero lege est manifesta regeneratio spiritualis, sed tñ est imperfecta, qa renouamur interius tantũ per gratiam, sed non exterius per incorruptionem. 2.Cor.4. Licet is qui foris est noster homo cortumpatur,&c. Et ideo videmus regnum Dei & mysteria salutis æternæ: sed imperfecte, quia vt dicitur. 1. Cor.13. Videmus nunc per speculum in enigmate,&c. In patria vero est perfecta regeneratio: quia renouabuntur interius & exterius. Et ideo regnum Dei perfectissime videbimꝰ, vnde 1.Cor.13. Tunc autẽ videbimus facie ad faciẽ. Et Ioan.3. Cũ apparuerit, similes erimus,&c. Patet ergo, q̃ sicut visionẽ corporalẽ non habet qs nisi natus: ita nec spiritualem habere potest, nisi renatus. Et ẽm triplicem regenerationẽ est triplex modus visionis. Nota aũt, q̃ in grẽco nõ habet [denuo:] sed anothe. i. desuper, quod Hieronymus transtulit denuo: vt. s. importet additionẽ, & sic Hieronymus intellexit dicẽs. [Nisi renatus fuerit denuo.] q.d. nisi renatus iterato per fraternalẽ generationẽ. Chrysostomus aũt dicit, nasci desuper, esse proprium filij dei: qui ipse solus natus est desup, infra eodem. Qui desursum venit, super oẽs est. & dicit Christus nasci desuper quantũ ad tẽpus (vt ita liceat loqui) qa ab æterno genitus Psal.109. Ante luciferum genui te. Et quantũ ad generationis principiũ, quia a patre cœlesti. infra 6. Descẽdi, nõ vt faciam voluntatẽ meã,&c. Quia ergo nra regeneratio est ad similitudinẽ filij Dei; ẽm illud. Ro.8. Quos præcinit conformes fieri,&c. et ideo, qa illa generatio supna est, & nostra generatio desuper est, quantũ ad tempus per æternã prædestinationem. Eph.1. Elegit nos in ipso,&c. et quantum ad donum Dei, infra 6. Nemo potest venire ad me,&c. Ephe.2. Gratia saluati estis,&c. Consequenter cum dicit.

c Ponit modũ, & rationem huius spiritualis regenerationis. Et circa hoc primo ponit dubitatio Nicodemi. Secundo responsio Christi: ibi. [Respondit Iesus. Amen amen dico tibi,&c.] Circa primum sciendum est, q̃ sicut dicitur. 1. Cor.2. Animalis homo nõ percipit ea quę sunt spiritus Dei, & ideo, quia Nicodemus carnalis adhuc, & animalis erat, non potuit quæ dicebantur, nisi carnaliter intelligere. Et ideo ea, quæ dominus dixerat de regeneratione spirituali, ipse de regeneratione carnali intelligebat. Et hoc est, quod dicit. [Quomodo põt homo nasci,&c.] Vbi ẽm Chrysostomũ sciendum est, q̃ Nicodemus voluit obijcere contra verba Saluatoris, sed tamen obiectio eius derisibilis est, quia Christus loquitur de regeneratione spirituali, hic autem obijcit de carnali. Similiter oẽs rationes inductę ad impugnandum ea quę sunt fidei, derisibiles sunt, quia nõ sunt ẽm intentionem sacræ scripturæ. Obijcit autem Nicodemus contra verba domini dupliciter, secundum quòd dupliciter videbatur dictum domini impossibile. s. quòd homo denuo renascat. Vno modo. s. propter irreuersibilitatẽ humanæ vitę. nã senectute non põt homo redire ad puericiã. Vnde dicit Iob 18. Semitã. s. vitã præsentẽ, per quam reuertar, ambulo. Et ẽm hoc dicit. [Quõ potest homo nasci cum sit senex?] Quasi dicat, nunquid iterum efficietur puer, vt renascatur? Iob 7. Nõ reuertetur vltra in domum suã neq; cognoscet,&c. Secũdo, ex modo carnalis generatiõis, nam homo a principio cum generatur est in parua quantitate, ita vt possit eũ vterus maternus capere: postmodũ vero, cum iam natus est, ad cõtinua cremẽta paulatim perducitur ita vt non possit in materno vtero contineri. Et ideo dicit. [Nunquid põt in ventre matris suæ iterato introire, & renasci?] quasi dicat. Non, quia non capit eum venter. Sed hæc locum non habent in generatione spirituali, quia homo quantumcunque per peccatum spiritualiter inuetera tus (ẽm illud Psal.31. Quoniam tacui inueterauerunt omnia ossa mea) potest per auxiliũ gratiæ diuinæ ad nouitatẽ venire, ẽm illud Psal.102. Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua. Põt & quantũcunq; magnus in vterum spiritualẽ. s. ecclesiæ p sacramentũ baptismi introire. Qui aũt sit vterus spiritualis, manifestũ est, aliàs nunquã diceretur. Ex vtero ante luciferũ genui te. nihilominus tñ aliqualem similitudinem habet, quod dicitur. nam sicut homo semel carnaliter natus, nõ potest iterũ nasci, ita & semel per baptismum spiritualiter natus, nõ potest iterũ nasci, quia non debet iterũ baptizari. Eph.4. Vnus dominꝰ, vna fides, vnũ baptisma. Cõsequẽter cũ dicit.

d Ponitur responsio Christi. et circa hoc tria facit. Primo soluit rationes Nicodemi, ostendendo qualitatẽ regenerationis. Secũdo manifestat solutionẽ p rõnẽ ibi. [Quod natũ est ex carne,&.]

Tertio

Nisi quis renatus fuerit denuo, nõ potest videre regnum Dei.

c Dicit ad eũ Nicodemus. quomodo potest homo nasci cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suę iterato introire, & renasci?

d Respondit Iesus: Amen amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

e Quod natũ est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

Tertio, per exemplum, ibi. [Non mireris,&c.] Soluit ergo obiectiones, ostendens q̃ regeneratio de qua loquitur, est spiritualis, & non carnalis. Et hoc est quod dicit. [Amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit,&c.] q.d. tu intelligis de generatione carnali, sed ego loquor de spirituali. Sed attende, quod supra dixerat. [Non potest videre regnum Dei.] hic vero dicit. [Non potest introire in regnũ Dei] quod idẽ est. nam quæ regni Dei sunt, nullus videt, nisi regnum Dei intret, & tantum videt, quantũ intrat. Apoc.2. In calculo nomen nouũ scriptum,&c. Quòd autẽ spiritualis regeneratio ex spiritu fiat, rationẽ habet. nam oportet generatum, generari ad similitudinẽ generantis. nos aũt regeneramur in filios Dei, ad similitudinẽ veri filij: oportet ergo, q̃ regeneratio spiritualis fiat p̃ id p quod assimilamur vero filio, quod quidẽ est p hoc, q̃ spiritum eius habemus. Ro.8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. j.Ioan.4. In hoc cognoscimus qm̃ in eo manemus, & ipse in nobis, qa de spiritu suo dedit nobis,&c. Oportet ergo q̃ spiritualis regeneratio p spiritum sanctum fiat. Rom.8. Non accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore,&c. infra 7. Spiritus est q̃ viuificat,&c. Est etiã huic regenerationi necessaria aqua, pp̃ tria. Primo quidem, pp̃ humanæ naturæ conditionem (homo enim ex anima & corpore constat.) & si in eius regeneratione esset spiritus tm̃, solum quod spirituale est hominis, ostenderetur regenerari. Vt ergo regeneretur et caro, oportet, q̃ sicut est ibi spiritus, p quem regeneratur aĩa: ita sit ibi aliquod corporale, p quod regeneretur corpus, & hæc est aqua. Secũdum, pp̃ humanã cognitionẽ, nã sicut Dionys. dicit, Diuina sapientia, ita oẽa ordinat, vt vnicuq; protuideat ẽm modum suæ conditionis. (homo aũt est naturaliter cognoscitiuus) oportet ergo, eo modo dona spiritualia hominib⁹ conferri, vt ea cognoscant. j.Cor.2. vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Naturalis aũt modus huius cognitionis est, vt spiritualia p sensibilia cognoscat, cum oẽs nostra cognitio à sensu incipiat. Oportuit ergo ad hoc, q̃ intelligamꝰ id, quod spirituale est in hac regeneratione, quod esset in ea aliqd sensibile & materiale. s. aqua p quod intelligamus, q̃ sicut aqua lauat, & purgat corporaliter exterius, ita & p baptismũ homo lauatur, & purgat interius spiritualiter. Tertio, pp causæ congruitatẽ. Nam causa nostræ regenerationis est verbũ incarnatũ, supra.1. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. congruit ergo, q̃ in sacramentis quæ efficaciã habent ex virtute verbi incarnati, sit aliquid correspondens verbo, & aliquid correspõdens carni seu corpori. Et hoc est specialiter aqua in sacro baptismo: vt. s. per eã configuremur morti Christi; dũ submergimur in ea: sic baptizamur, sicut Chrs tribus diebus fuit in ventre terræ. Ro.6. Consepulti enim sumus cũ illo p baptismum,&c. Hoc ẽt mysterium in prima rerũ productione signatũ est. Gen.1. qm̃ spiritus dñi ferebat sup aquas, sed p tactũ mundissimæ carnis Christi maior virtus collata est aquis: quia in principio producebãt aquæ reptile aiãe viuentis; sed ex quo Chrs baptizatus est in Iordane, aiãs spirituales aqua reddit. Per hoc aũt qd̃ hic dicit. [Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto] manifeste apparet spiritũ sanctũ esse deũ. Supra enim primo cap. dicit. Nõ ex sanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ex quo sic format rõ. Ille ex quo spiritualiter renascuntur hoies est Deus: sed hoies renascunt spiritualr per spiritũ sanctũ (vt hic dr) ergo spũs scũs est Deus.

Sed hic est duplex quæstio. Prima est. Si nullus intrat regnũ Dei; nisi renascat aqua: antiqui aũt patres nõ sunt renati aqua, qa non baptizabant: ergo nõ intrauerũt regnũ Dei. Alia est; quia cũ sit triplex baptismus. s. fluminis, flaminis, & sanguinis: et multi fuerint baptizati vltimis duobus: quos dicimus intrasse regnũ Dei statim (cum tñ non fuerũt renati aqua) non vr esse verum, qd̃ hic dicitur. [Nisi qs renatus fuerit,&c.] Rñdeo, dicẽdum est quantũ ad primũ, quia regeneratio ex aqua & spiritu sancto fit dupliciter. s. in veritate & figura. Antiqui aũt patres; licet non fuerint regenerati regeneratione vera, fuerũt tñ regenerati regnatione figurali; qa semp habuerunt aliquod signũ sensibile; in quo vera regeneratio præfigurabatur: & ẽm hoc nati intrauerũt regnũ Dei, soluto precio.

Quantũ ad ẽm dicendum, q̃ illi qui renascunt baptismo sanguinis, & flaminis, licet nõ habeant regenerationẽ in actu, habent tñ in voto: aliàs enim neq; baptismus sanguinis aliquid valeret: nec esse posset baptismus spiritꝰ. Sic ergo, ad hoc q̃ homo intret regnũ Dei, oportet q̃ adsit baptismus aquæ in re [sicut est in oĩbus baptizatis.] vel in voto, sicut est in martyribus & cathecumenis, q̃ mortę præueniuntur anteq̃ votũ impleant. vel in figura, sicut in antiquis patribus. Ex hoc, qd̃ dr. [Nisi qs renatus fuerit,&c.] Pelagiani hæretici dixerũt, q̃ pueri baptizant, non quidẽ vt mundentur a peccatis quæ nondũ habent; sed ut possint intrare regnum Dei. Sed hoc est falsum; quia qd̃ August. dicit in lib. de Baptismo parvulorum. inconueniens est, q̃ imago dei, s. homo subtrahatur a regno Dei: nisi pp aliquod impedimentum, quod esse non potest, nisi peccatũ. oportet ergo, q̃ in pueris qui subtrahuntur à regno: hr aliquod peccatum, scilicet originale. Consequenter cum dicit.

LECTIO II.



On mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis: sed nescis vnde venit, & quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit eis Nicodemus. Quomodo potest hæc fieri? Respondit Iesus. Tu es magister in Israel, & hæc nescis? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non credistis, quomodo si dixero vobis cęlestia? Et nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cęlo filius hominis qui est in cęlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Sic enim dilexit deus mundum, vt filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erat enim eorum mala opera. Omnis enim qui malefacit odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.

Robat per rationem, q̃ oportet nasci ex aqua, & spiritusancto. et est ratio sua talis. Nullus potest peruenire ad regnum; nisi spiritualis efficiatur: sed aliquis non efficitur spiritualis nisi per spiritũ sanctum. ergo nullus põt intrare regnum Dei nisi renatus ex spiritusancto. Dicit ergo [quod natũ est ex carne, caro est.] idest, natiuitas secundum carnem, facit nasci in vitam carnalem. 1.Cor.15. Primus homo de terra terrenus,&c. [& quod natũ est ex spiritu.] idest, ex virtute spiritusanctũ [spiritus est.] idest, spiritualis. Nota autẽ, q̃ hęc præpositio ex, quandoq; designat causam materialẽ, sicut cũ dico, cultellus est ex ferro: qnque causam efficientem, sicut domus est ex ædificatore. Et ẽm hoc quod dicitur [quod natum est ex carne] potest intelligi dupliciter, effectiue, & materialiter. Effectiue quidem, quia virtus quæ est in carne, est effectiua generationis. Materialiter vero, quia aliquod carnale in animalibus est materia generati. Sed ex spiritu, nõ dicitur aliquid nasci materialiter, cum spiritus immutabilis sit: materia vero sit subiectum trasmutationis: sed dicitur effectiue. Secundum hoc ergo, possumus accipere triplicem generationem. Vnam, quæ est ex carne materialiter, & effectiue: quę est communis omnibus qui carnalem statum habent. Alia est ẽm spiritum effectiue, secundum quam regeneramur in filios Dei per gratiam spiritussancti, & efficimur spirituales. Tertia est media, scilicet quæ est ex carne materialiter solum, & ex spiritusancto effectiue. Et hæc est singularis, & propria Christi: quia materialiter est habens carnem ex carne matris natus, & effectiue est ex spiritusancto. Mat.1. Quod enim in ea natum est, de spiritusancto est. Et ideo natus est sanctus. Luc.1. Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrauit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, &c.

LECTIO II.



Vpra posuit Dominus rationem ad instruendam spiritualem generationem. hic ponit exemplum. Datur autem intelligi, quòd Nicodemus audito [quod natum est ex spiritu, spiritus est.] turbationem quandam dubietatis incurrit. Et ideo dominus dicit ei, [Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo.] Vbi sciendum est: quòd duplex est admiratio. Vna deuotionis, secundum quòd aliquis magnalia Dei considerans, cognoscit ea sibi incomprehensibilia esse: vnde relinquitur admirationi locus, ẽm illud Psalm.92. Mirabilis in altis dominus & alibi 118. Mirabilia testimonia tua,&c. Et ad hanc homines sunt inducendi, non prohibendi. Alia est infidelitatis, dum quis ea quę dicuntur, non credens, miratur. Vnde dicitur Matth.13. q̃ mirabantur in doctrina Christi, & sequitur, quòd scandalizabatur in eo. & ab hac admiratione dominus Nicodemum remouet, inducens exemplum, cum dicit. [Spiritus vbi vult spirat.] Quod quidem eadem seruata sententia, dupliciter quantum ad litteram exponi potest. Vno enim modo, ẽm Chrysos. accipitur spiritus pro vẽto, sicut in Psalm.148. Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. et ẽm hoc quatuor dicit de vento. Primo, venti potestatem, cum dicit. [Spiritus vbi vult spirat,] idest, ventus quo vult, flat. Et si dicas, quòd ventus non habet voluntatem. Dicendum, quòd voluntas sumitur pro appetitu naturali, qui nihil est aliud q̃ naturalis inclinatio, de qua dicitur. Iob.28. Qui creauit vẽtis pondus. Secundo ponitur venti iudicium, cum dicit. [Et vocem eius audis.] et sumit vox pro sono, quem facit ventus ex percussione ad aliquod corpus. De quo dicitur in Psal.76. Vox tonitrui tui in rota. Tertio ponit venti originem, quæ occulta est. Vnde dicit. [Et nescis vnde veniat.] idest, vbi oriat. Psal.134. Qui producit vẽtos de thesauris suis. Quarto ponit vẽti finẽ, qui similiter occultus est. Vñ dicit [aut quo vadat,] supple nescis, idest, vbi persistat. & hanc quidem similitudinem inducit ad propositũ, cum dicit. [Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.] quasi dicat. Si ventus, qui est corporeus, habet occultam originem, nec potest sciri eius processus, quomodo miraris, si tu non potes scire processum regenerationis spiritualis? Sed contra hanc expositionem obijcit Augustinus dicens, quòd dominus non intellexit de vento, cum dicit. [Spiritus vbi vult spirat,&c.] nam de quolibet vento scimus, vnde veniat, aut quo vadat. nam Auster venit a meridie, & vadit ad Aquilonem. Boreas vero eõuertit ab Aquilone ad Meridiẽ vadit. Quomodo ergo de spiritu corporeo dicit dominus [Nescis vnde veniat?&c.] Sed ad hoc respõderi pót, q̃

Nesciebant neq; intellexerunt, in tenebris ambu.&c. Ex cõfessione vero describitur, cũ subdit. [Et dixit ei. Rabbi scimus,&c.] Vbi confitetur Christi officium in docendo, cum dicit. [Rabbi,&c.] et eius potestatem in agendo, ibi. [Nemo enim potest,&c.] Et quidẽ in vtroque verum dicit, licet parum confessus est. Verum enim est, quòd vocat eum. [Rabbi.] idest, magister, quia (vt dicit infra. 13. Vos vocatis me magister, & dñe, & bene dicitis, &c.) Legerat enim Nicodemus, qd̃ scriptũ est Ioel. 2. Filij syõ exultate, &c. Sed parum dicit, quia dicit eum à Deo venisse magistrum: sed tacet eum deũ esse. nam venire a deo magister, cõe est omnib̃ bonis prælatis. Hier. 3. Et dabo vobis pastores, &c. Vnde hoc non est singulare Christo, quamquam aliter doceant homines, aliter Christus. Alij enim magistri docẽt tantum exterius, sed Christus etiã interius: quia (vt dicitur supra primo.) Erat lux vera, &c. et ideo ipse solus dat sapientiam. Luc. 10. Ego dabo vobis os, & sapientiam. & hoc nullus purus homo dicere potest. Potestatem vero confiteretur ex signis visis; q.d. Credo, quòd à Deo venisti magister. [Quia nemo potest hæc signa facere.] et verum dicit: quia signa quæ Christus fecit, non possunt fieri nisi diuinitus, & qa deus cum eo erat. infra 8. Qui me misit, mecum est. Sed parum dixit: quia credebat, q̃ Christus non propria potestate signa faceret, sed quasi indigens extranea virtute, ac si Deus non esset cum eo p vnitatẽ essentiæ, sed per infusionẽ gratiæ solum. Quod quidem falsum est: quia nõ extranea virtute, sed propria, signa faciebat. nam eadem est potestas Dei & Christi. simile est, qd̃ dicit mulier Eliæ. 3. Reg. 17. In hoc facto cognoui, &c. Consequenter cum dicit.

b Respondit Iesus & dixit ei. Amen amẽ dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, nõ potest videre regnum Dei.

c Dicit ad eũ Nicodemus. quomodo potest homo nasci cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suę iterato introire, & renasci?

d Respondit Iesus: Amen amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

e Quod natũ est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

b Ponit necessitatem spiritualis regenerationis prouenientẽ ex ignorantia Nicodemi. Et ideo dicit. [Amen amen.] Vbi notandũ est, quòd hæc dictio, Amen, est hebrea: qua frequenter Christus vsus est, vnde ob eius reuerentiam nullus trãslator tam Græcorum, q̃ Latinorum transferre voluit. Et qnq; quidem significat idem, quod verum, aut idem, quod vere. Quandoq; vero idem, qd̃ fiat. Vnde in Psal. 71. 88. & 106. vbi nos habemus, Fiat. in Heb. est. Amen amen. Sed hanc dictionẽ solus Ioannes Euangelista ingemi nat inter Euangelistãs. Cuius ratio est: qa alij Euangelistæ ea principaliter tradunt, quæ ad humanitatẽ Christi pertinent, ad quæ cũ facilius credibilia sint, minor assertio necessaria erat. Ioannes vero ea quæ ad diuinitatem Christi pertinent, principaliter tractat, quę cum occulta sint, & à cognitione hominum remota, maiori assertione indigebant. Deinde attendendum est, q̃ hæc responsio Christi videtur omnino inconsona propositis à Nicodemo, nisi diligenter considereretur. Quomodo namque conuenire videtur, quod dixit Nicodemus. [Rabbi, scimus quia à Deo venisti.] cũ hoc, quod respondit dominus, [nisi quis renatus fuerit denuo? &c.] Sed notandum, sicut iam dictum est, quòd Nicodemus imperfectam opinionem habens de Christo, confitebatur eum magistrũ, & hæc signa facere, tamquam hominem purũ: vult ergo ei Dominus ostẽdere, quomodo ad altiorem cognitionẽ de ipso posset peruenire, & quidem poterat de hoc Dñs disputare, sed quia hoc fuisset versum in contentionem, cuius contrarium de eo scriptum est. Isa. 42. Non contendet, ideo cum mansuetudine voluit eum ad verã cognitionem perducere: quasi diceret. Non mirum si me purum hominem credis: quia illa secreta diuinitatis non potest aliquis scire, nisi adeptus fuerit spiritualem regenerationẽ. Et hoc est, quod dicit. [Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.] Vbi sciendum, quòd cum visio sit actus vitæ, ꝓ̃ diuersas vitas, diuersæ sunt visiones. Nam est quædam vita carnalis, qua cõiter omnia alia viuunt, & hæc habet carnalem visionem seu cognitionem. Est & vita spiritualis, qua homo cõformatur Deo, & spiritibus sanctis, & hæc habet spiritualem visionem. Secundum carnalem quidem spiritualia videri non possunt. j. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, sed percipiũtur visione spirituali. vnde ibidem subditur. Quæ dei sunt, nemo nouit, &c. Spiritus autẽ est qui regenerat. vnde Apostolus. Rom. 8. Non accepistis spiritum, &c. Et hunc quidem spiritum per regenerationem spiritualem accipimus. ad Tit. 3. Per lauacrũ regenerationis spiritusanctj, &c. Si ergo visio spiritualis non est nisi per spiritumsanctum, & spiritusanctus infunditur nobis p lauacrum regenerationis spiritualis: ergo nõ possumus videre regnum Dei: nisi p lauacrum regenerationis. Et ideo dicit [nisi quis renatus fuerit, &c.] q.d. Non est mirũ si non vides regnũ Dei; quia nullus illud videre potest nisi accipiat spiritumsanctũ, per quem renascitur in filiũ Dei. Ad regnum aũt non solũ pertinet regale solium: sed etiã quæ sunt ad regni gubernationem. s. regia dignitas: beneficia gratiarũ, & via iustitiæ: qua solidat regnum. Et ideo dicit. [Non potest videre regnũ Dei] i. gloriã & dignitatem dei. i. mysteria salutis æternæ, quæ per fidei iustitiã insplciuntur. Rom. 14. Regnum dei non est esca & potus. In veteri aũt lege fuit quẽdã regeneratio spiritualis, sed imperfecta, & figuralis. j. Cor. 10. Omnes in Moyse baptizati sunt, &c. i. in figura, baptismum acceperunt. Et ideo mysteria regni Dei videbant quidem: sed figuraliter tãtum. Heb. 11. A longe aspiciẽtes. In noua vero lege est manifesta regeneratio spiritualis, sed tñ est imperfecta, qa renouamur interius tantũ per gratiam, sed non exterius per incorruptionem. 2. Cor. 4. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, &c. Et ideo videmus regnum Dei & mysteria salutis æternæ: sed imperfecte, quia vt dicitur. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, &c. In patria vero est perfecta regeneratio: quia renouabuntur interius & exterius. Et ideo regnum Dei perfectissime videbim̃ vnde 1. Cor. 13. Tunc autẽ videbimus facie ad faciẽ. Et Ioan. 3. Cũ apparuerit, similes ei erimus, &c. Patet ergo, q̃ sicut visionẽ corporalẽ non habet qs nisi natus: ita nec spiritualem habere potest, nisi renatus. Et ꝓ̃ triplicem regenerationẽ est triplex modus visionis. Nota aũt, q̃ in grẽ co nõ habet [denuo:] sed anothe. i. desuper, quod Hieronymus transtulit denuo: vt. s. importet additionẽ, & sic Hieronymus intellexit dicẽs. [Nisi renatus fuerit denuo.] q.d. nisi renatus iterato per fraternalẽ generationẽ. Chrysostomus aũt dicit, nasci desuper, esse prio prium filij dei: qui ipse solus natus est desup, infra eodem. Qui desursum venit, super oẽs est. & dicit Christus nasci desuper quantũ ad tẽpus (vt ita liceat loqui) qa ab æterno genitus Psal. 109. Ante luciferum genui te. Et quantũ ad generationis principiũ, quia a patre cœlesti. infra 6. Descẽdi, nõ vt faciam voluntatẽ meã, &c. Qua ergo nſra regeneratio est ad similitudinẽ filij Dei; ꝓ̃ illud. Ro. 8. Quos præscituit conformes fieri, &c. et ideo, qa illa generatio supna est, & nostra generatio desuper est, quantũ ad tempus peræternã prædestinationem. Eph. 1. Elegit nos in ipso, &c. et quantum ad donum Dei, infra 6. Nemo potest venire ad me, &c. Ephe. 2. Gratia saluati estis, &c. Consequenter cum dicit.

c Ponit modũ, & rationem huius spiritualis regenerationis. Et circa hoc primo ponit dubitatio Nicodemi. Secundo responsio Christi; ibi. [Respondit Iesus. Amen amen dico tibi, &c.] Circa primum sciendum, est, q̃ sicut dicitur. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quę sunt spiritus Dei, & ideo, quia Nicodemus carnalis adhuc, & animalis erat, non potuit quæ dicebantur, nisi carnaliter intelligere. Et ideo ea, quæ dominus dixerat de regeneratione spirituali, ipse de regeneratione carnali intelligebat. Et hoc est, quod dicit. [Quomodo põt homo nasci, &c.] Vbi ꝓ̃ Chrysostomũ sciendum est, q̃ Nicodemus voluit obijcere contra verba Saluatoris, sed tamen obiectio eius derisibilis est, quia Christus loquitur de regeneratione spirituali, hic autem obijcit de carnali. Similiter oẽs rationes inductę ad impugnandum ea quę sunt fidei, derisibiles sunt, quia nõ sunt ꝓ̃ intentionem sacræ scripturæ. Obijcit autem Nicodemus contra verba domini dupliciter, secundum quòd dupliciter videbatur dictum domini, impossibile. s. quòd homo denuo, renascat. Vno modo. s. propter irreuersibilitatẽ humanæ vitę. nã a tenectute non põt homo redire ad pueritiã. Vnde dicit Iob 18. Semitã. s. vitã præsentẽ, per quam reuertar, ambulo. Et ꝓ̃ hoc dicit. [Quõ potest homo nasci cum sit senex?] Quasi dicat, nunquid iterum efficietur puer, vt renascatur? Iob 7. Nõ reuertetur vltra in domum suã neq; cognoscet, &c. Secũdo, ex modo carnalis generatiõis, nam homo a principio cum generatur est in parua quantitate, ita vt possit eũ vterus maternus capere: postmodũ vero, cum iam natus est, ad cõtinua cremẽta paulatim perducitur ita vt non possit in materno vtero contineri. Et ideo dicit. [Nunquid põt in ventrẽ matris suæ iterato introire, & renasci?] quasi dicat. Non, quia non capit eum venter. Sed hæc locum non habent in generatione spirituali, quia homo quantumcunque per peccatum spiritualiter inueteratus (ꝓ̃ illud Psal. 31. Quoniam tacui inueterauerunt omnia ossa mea) potest per auxiliũ gratiæ diuinæ ad nouitatẽ venire, ꝓ̃ illud Psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Põt & quantũcunq; magnus in vtero spiritualẽ. s. ecclesiæ p sacramentũ baptismi, introire. Q̃ aũt sit vterus spiritualis, manifestũ est, aliàs nunquã diceretur. Ex vtero ante luciferũ genui te. nihilominus tñ aliqualem similitudinem habet, quod dicitur. nam sicut homo semel carnaliter natus, nõ potest iterũ nasci, ita & semel per baptismum spiritualiter natus, nõ potest iterũ nasci, quia non debet iterũ baptizari. Eph. 4. Vnus dominꝰ, vna fides, vnũ baptisma. Cõsequẽter cũ dicit.

d Ponitur responsio Christi. et circa hoc tria facit. Primo soluit rationes Nicodemi, ostendendo qualitatẽ regenerationis. Secũdo manifestat solutionẽ p rõnẽ ibi. [Quod natũ est ex carne, &c.] Tertio, per exemplum, ibi. [Non mireris, &c.] Soluit ergo obiectiones, ostendens q̃ regeneratio de qua loquitur, est spiritualis, & non carnalis. Et hoc est quod dicit. [Amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit, &c.] q.d. tu intelligis de generatione carnali, sed ego loquor de spirituali. Sed attende, quod supra dixerat. [Non potest videre regnum Dei.] hic vero dicit. [Non potest introire in regnũ Dei] quod idẽ est. nam quæ regni Dei sunt, nullus videt, nisi regnum Dei ineret, & tantum videt, quantũ intrat. Apoc. 2. In calculo nomen nouũ scriptum, &c. Quòd autẽ spiritualis regeneratio ex spiritu fiat, rationẽ habet. nam oportet generatum, generari ad similitudinẽ generantis. nos aũt regeneramur in filios Dei, ad similitudinẽ veri filij: oportet ergo, q̃ regeneratio spiritualis fiat p id p quod assimilamur vero filio, quod quidẽ est p hoc, q̃ spiritum eius habemus. Ro. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. j. Ioan. 4. In hoc cognoscimus qm̃ in eo manemus, & ipse in nobis, qa de spiritu suo dedit nobis, &c. Oportet ergo q̃ spiritualis regeneratio p spiritum sanctum fiat. Rom. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, &c. infra 7. Spiritus est q̃ viuificat, &c. Est etiã huic regenerationi necessaria aqua, pp̃ tria. Primo quidem, pp̃ humanæ naturæ conditionem (homo enim ex anima & corpore constat.) & si in eius regenerationẽ esset spiritus tñ, solum quod spirituale est hominis, ostenderetur regenerari. Vt ergo regeneretur ẽt caro, oportet, q̃ sicut est ibi spiritus, p quem regeneratur aĩa: ita sit ibi aliquod corporale, p quod regeneretur corpus, & hæc est aqua. Secũdum, pp̃ humanã cognitionẽ. nã secũdum Dionys. dicit, Diuina sapientia, ita oia ordinat, vt vnicuiq; prouideat ꝓ̃ modum suæ conditionis. (homo aũt est naturaliter cognoscitiuus) oportet ergo, eo modo dona spiritualia hominib̃ conferri, vt ea cognoscant. j. Cor. 2. vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Naturalis aũt modus huius cognitionis est, vt spiritualia p sensibilia cognoscat, cum oĩs nostra cognitio à sensu incipiat. Oportuit ergo ad hoc, q̃ intelligam̃ id, quod spirituale est in hac regeneratione, quod esset in aliq̃ sensibile & materiale. s. aqua p quod intelligamus, q̃ sicut aqua lauat, & purgat corporaliter exterius, ita & p baptismũ homo lauatur, & purgat interius spiritualiter. Tertio, pp̃ causæ congruitatẽ. Nam causa nostræ regenerationis est verbũ incarnatũ, supra. 1. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. congruit ergo, q̃ in sacramentis quæ efficaciã habent ex virtute verbi incarnati, sit aliquid correspondens verbo, & aliquid correspõdens carni seu corpori. Et hoc est specialiter aqua in sacro baptismi: vt. s. per eã configuremur morti Christi; dũ submergimur in ea: q̃ñ baptizamur, sicut Chrs tribus diebus fuit in ventre terræ. Ro. 6. Consepulti enim sumus cũ illo p baptismum, &c. Hoc ẽt mysterium in prima rerũ productione signatũ est. Gen. 1. qñ spiritus dñi ferebat sup aquas, sed p tactũ mundissimæ carnis Christi maior virtus collata est aquis: quia in principio producebãt aquæ reptile aĩæ viuentis; sed ex quo Chrs baptizatus est in Iordane, aĩas spirituales aqua reddit. Per hoc aũt qd̃ hic dicit. [Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto] manifeste apparet spiritusanctũ esse deũ. Supra enim primo cap. dicit. Nõ ex sanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ex quo sic format̃ rõ. Ille ex quo spiritualiter renascuntur hoĩes est Deus: sed hoĩes renascunt̃ spiritualiter per spiritusanctũ (vt hic dr̃) ergo spũsscũs est Deus.

Sed hic est duplex quęstio. Prima est. Si nullus intrat regnũ Dei; nisi renascat̃ aqua: antiqui aũt patres nõ sunt renati aqua, qa non baptizabant: ergo nõ intrauerũt regnũ Dei. Alia est; quia cũ sit triplex baptismus. s. fluminis, flaminis, & sanguinis: et multi fuerint baptizati vltimis duobus: quos dicimus intrasse regnũ Dei statim (cum tñ non fuerũt renati aqua) non vr̃ esse verum, qd̃ hic dicitur. [Nisi qs renatus fuerit, &c.] Rñsio, dicẽdum est quantũ ad primũ, quia regeneratio ex aqua & spiritu sancto fit dupliciter. s. in veritate & figura. Antiqui aũt patres; licet non fuerint regenerati regeneratione vera, fuerũt tñ regenerati regñatione figurali; qa semp habuerunt aliquod signũ sensibile; in quo vera regeneratio præfigurabatur: & ꝓ̃ hoc renati intrauerũt regnũ Dei, soluto precio.

Quantũ ad ꝓ̃ dicendum, q̃ illi qui renascunt̃ baptismo sanguinis, & flaminis, licet nõ habeant regenerationẽ in actu, habent tñ in voto: aliàs enim neq; baptismus sanguinis aliquid valeret: nec esse posset baptismus spiritꝰ. Sic ergo, ad hoc q̃ homo intret regnũ Dei, oportet q̃ adsit baptismus aquæ in re [sicut est in oĩbus baptizatis.] vel in voto, sicut est in martyribus & cathecumenis, q̃ mortę præueniuntur anteq̃ votũ impleant. vel in figura, sicut in antiquis patribus. Ex hoc, qd̃ dr̃. [Nisi qs renatus fuerit, &c.] Pelagiani errãtes dixerũt, q̃ pueri baptizant̃, non quidẽ vt mundent̃ a peccatis quæ nondũ habent; sed ut possint intrare regnum Dei. Sed hoc est falsum; quia qd̃ August. dicit in lib. de Baptismo parvulorum. inconueniens est, q̃ imago dei, s. homo subtrahatur à regno Dei: nisi pp̃ aliquod impedimentum, quod esse non potest, nisi peccatũ. oportet ergo, q̃ in pueris qui subtrahuntur à regno: sit aliquod peccatum, scilicet originale. Consequenter cum dicit.

LECTIO II.

Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis: sed nescis vnde venit & quo vadat: ita est omnis qui natus est ex spiritu.

Probat per rationem, q̃ oportet nasci ex aqua, & spiritusancto. et est ratio sua talis. Nullus potest peruenire ad regnum; nisi spiritualis efficiatur: sed aliquis non efficitur spiritualis nisi per spiritũsanctum. ergo nullus põtrare regnum Dei nisi renatus ex spiritusancto. Dicit ergo [quod natũ est ex carne, caro est.] idest, natiuitas secundum carnem, facit nasci in vitam carnalem. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, &c. [& quod natũ est ex spiritu.] idest, ex virtute spiritusanctj [spiritus est.] idest, spiritualis. Nota autẽ, q̃ hęc præpositio ex, quandoq; designat causam materialẽ, sicut cũ dico, cultellus est ex ferro: qnque causam efficientem, sicut domus est ex ædificatore. Et ꝓ̃ hoc quod dicitur [quod natum est ex carne] potest intelligi dupliciter, effectiue, & materialiter. Effectiue quidem, quia virtus quæ est in carne, est effectiua generationis. Materialiter vero, quia aliquod carnale in animalibus est materia generati. Sed ex spiritu, nõ dicitur aliquid nasci materialiter, cum spiritus immutabilis sit: materia vero sit subiectum trasmutationis: sed dicitur effectiue. Secundum hoc ergo, possumus accipere triplicem generationem. Vnam, quæ est ex carne materialiter, & effectiue: quę est communis omnibus qui carnalem statum habent. Alia est ꝓ̃ spiritum effectiue, secundum quam regeneramur in filios Dei per gratiam spiritusanctj, & efficimur spirituales. Tertia est media, scilicet quæ est ex carne materialiter solum, & ex spiritusanctò effectiue. Et hæc est singularis, & propria Christi: quia materialiter est habens carnem ex carne matris natus, & effectiue est ex spiritusancto. Mat. 1. Quod enim in ea natum est, de spiritusancto est. Et ideo natus est sanctus. Luc. 1. Spiritusanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrauit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, &c.

LECTIO II.

Vpra posuit Dominus rationem ad instruendam spiritualem generationem. hic ponit exemplum. Datur autem intelligi, quòd Nicodemus audito [quod natum est ex spiritu, spiritus est.] turbationem quandam dubietatis incurrit. Et ideo dominus dicit ei, [Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo.] Vbi sciendum est: quòd duplex est admiratio. Vna deuotionis, secundum quòd aliquis magnalia Dei considerans, cognoscit ea sibi incomprehensibilia esse: vnde relinquitur admirationi locus, ꝓ̃ illud Psalm. 92. Mirabilis in altis dominus & alibi 118. Mirabilia testimonia tua, &c. Et ad hanc homines sunt inducendi, non prohibendi. Alia est infidelitatis, dum quis ea quę dicuntur, non credens, miratur. Vnde dicitur Matth. 13. q̃ mirabantur in doctrina Christi, & sequitur, quòd scandalizabatur in eo. & ab hac admiratione dominus Nicodemum remouet, inducens exemplum, cum dicit. [Spiritus vbi vult spirat.] Quod quidem eadem seruata sententia, dupliciter quantum ad litteram exponi potest. Vno enim modo, ꝓ̃ Chrysos. accipitur spiritus pro vẽto, sicut in Psalm. 148. Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. et ꝓ̃ hoc quatuor dicit de vento. Primo, venti potestatem, cum dicit, [Spiritus vbi vult spirat,] idest, ventus quo vult, flat. Et si dicas, quòd ventus non habet voluntatem. Dicendum, quòd voluntas sumitur pro appetitu naturali, qui nihil est aliud q̃ naturalis inclinatio, de qua dicitur. Iob. 28. Qui creauit vẽtis pondus. Secundo ponitur venti iudicium, cum dicit. [Et vocem eius audis.] et sumit̃ vox pro sono, quem facit ventus ex percussione ad aliquod corpus. De quo dicitur in Psal. 76. Vox tonitrui tui in rota. Tertio ponit venti originem, quæ occulta est. Vnde dicit. [Et nescis vnde veniat.] idest, vbi oriat. Psal. 134. Qui producit vẽtos de thesauris suis. Quarto ponit vẽti finẽ, qui similiter occultus est. Vñ dicit [aut quo vadat,] supple nescis, idest, vbi persistat. & hanc quidem similitudinem inducit ad propositũ, cum dicit. [Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.] quasi dicat. Si ventus, qui est corporeus, habet occultam originem, nec potest sciri eius processus, quomodo miraris, si tu non potes scire processum regenerationis spiritualis? Sed contra hanc expositionem obijcit Augustinus dicens, quòd dominus non intellexit de vento, cum dicit. [Spiritus vbi vult spirat, &c.] nam de quolibet vento scimus, vnde veniat, aut quo vadat. nam Auster venit a meridie, & vadit ad Aquilonem. Boreas vero eõuersio ab Aquilone ad Meridiẽ vadit. Quomodo ergo de spiritu corporeo dicit dominus [Nescis vnde veniat? &c.] Sed ad hoc respõderi põt, q̃

principium venti poteſt ſciri dupliciter. Vno modo in generali, & hoc modo ſcitur vnde veniat, ideſt, à qua parte mundi, ſicut ſcitur, quòd Auſter venit à meridie, & quo vadat: quia ad Aquilonem. Alio modo in ſpeciali, & hoc modo neſcit vnde veniat, ideſt in qua plaga determinate incipiat: aut quo vadat, ideſt vbi determinate ceſſet. Et cũ Chryſo. ad hanc expoſitionem conueniũt omnes ferè Græci doctores. Alio modo exponit de ſpiritu ſancto: & ſecundũ hoc, quatuor ponit de ſpiritu ſancto. Primo quidẽ eius poteſtatẽ, cũ dicit [Spiritus vbi vult ſpirat] quia pro libero poteſtatis arbitrio inſpirat vbi vult, & qñ vult, corda illuſtrando. 1. Corint. 12. Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Ex quo conuiuatur error Macedonij ponentis ſpiritumſanctum eſſe miniſtrũ patris, & filij. Non enim ſpiraret vbi ipſe vellet: ſed vbi et mandaretur. Secundo vero ponit ſpiritusſancti indicium, cum dicit [Et vocem eius audis.] Pſal. 94. Hodie ſi vocẽ eius audieritis, &c. Sed contra hoc obiicit Chryſoſt. dicens, quòd nõ poteſt intelligi de ſpiritu ſancto. Dñs enim loquebatur cum Nicodemo: qui adhuc infidelis erat, cui non competebat audire vocem ſpiritus ſancti. Sed dicendum ſecundum Auguſt. quòd ſpiritusſancti eſt duplex vox. Vna, qua loquitur intus in corde hominis: & hanc audiunt ſolum fideles, & ſancti: de qua dicitur in Pſal. 84. Audiam quid loquatur in me dñs Deus. Alia eſt, qua ſpiritusſanctus loquitur in ſcripturis: vel p prædicatores, ſecundũ quòd dicitur Mat. 12. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritusſanctus, &c. Et hanc audiunt etiam infideles & peccatores. Tertio ponit ſpiritusſancti originem, quæ occulta eſt. vnde dicit [Et neſcis vnde veniat.] licet vocem eius audias. Et hoc ideo: quia venit à patre & filio, infra 15. Cum autem venerit paraclitus, quem ego mittã vobis à patre ſpiritum veritatis, qui à patre procedit. Pater autem & filius lucem habitant inaccetibilem, quam nemo hominum vidit, &c. vt dicitur 1. Thimo. vi. Quarto ponit ſpiritusſancti finem, qui quidem occultus eſt. & ideo dicit [aut quo vadat.] ſupple neſcitis: quia perducit ad occultum finem, ſcilicet ad beatitudinem ęternam. Vnde dicitur pignus hereditatis. Ephe. 1. & 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, &c. Vel [neſcis vnde veniat.] ideſt, quomodo homini introeat. [aut quò vadat.] ideſt, ad quam perfectionẽ illum adducat. Iob. 9. Si venerit ad me, non videbo eum. [Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.] ideſt ſicut ſpiritusſanctus, nec mirum. nam ſicut ſupra dixerat. [Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt] quia in viro ſpirituali ſunt proprietates ſpiritusſancti: ſicut in carbone ſuccenſo ſunt proprietates ignis. Sunt autem in eo, qui natus eſt ex ſpirituſancto prædictæ quatuor proprietates ſpiritus. Primo namq; habet libertatem. 1. Cor. 3. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas: quia ſpiritus dñi ducit ad id quod rectum eſt Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me, &c. & liberat à ſeruitute peccati & legis. Rom. 8. Lex ſpiritus vitę in Chriſto liberauit me, &c. Secundo vero, eius iudicii ſumis per vocem verborum ſuorum: quam dum audis, cognoſcis eius ſpiritualitatem. Mat. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Tertio vero, habet originem occultam, & finem; quia nullus poteſt ſpiritualem iudicare. 1. Corint. 2. Spiritualis omnia iudicat, & ipſe. &c. Vel [neſcis vnde veniat.] Principium ſpiritualis natiuitatis eius; quod eſt gratia baptiſmalis [aut quo vadat.] ideſt, quo dignus efficitur, ideſt vita æterna, quæ tibi adhuc occulta eſt.

b Hic ponitur cauſa, & ratio ſpiritualis regenerationis. Et primo, ponitur interrogatio Nicodemi. Secundo, reſponſio dñi, [Reſpondit Ieſus & dixit, &c.] Apparet autem ex primo, quòd Nicodemus adhuc rudis, & adhuc Iudęus ſenſibilis exiſtens, myſteria Chriſti, & per exempla, & per rationes propoſita intelligere nõ poterat. & ideo dicit. [Quomodo poſſunt hæc fieri.] Dupliciter nãq; aliqui inquirunt. Quidam namq; ex diffidentia; ſicut Zacharias. Luc. 1. Vnde hoc ſciã, &c. & ideo punitus fuit. Iſa. 40. Qui dat ſeruatores eius, &c. Aliqui vero ex ſtudio addiſcẽdi: ſicut Virgo beata, cũ dixit angelo. Luc. 2. Quomodo fiet iſtud, &c. Et tales inſtruunt. Quia ergo iſte quæſiuit ex ſtudio addiſcendi; ideo meruit inſtrui; & hoc eſt quod ſequitur.

c Vbi primo dñs arguit eius tarditatem. Secundo reſpondet ad quæſtionem ipſius, ibi. [Et nemo aſcendit in cœlum, &c.] Tarditatẽ eius arguit ex tribus. Primo, ex conditione perſonæ eius cui loquitur, cum dicit [Tu es magiſter.] Vbi non reprehendit eũ dominus ut inſultaret ei; ſed quia confidebat adhuc de magiſterio ſuo, præſumens de ſua ſcientia: uoluit eum humiliando efficere habitaculum ſpiritusſancti. Iſaiæ vlt. Ad quem reſpiciã, &c. Et dicit [Tu es magiſter.] Quia ſi aliquis ſimplex non poteſt profunda capere: tolerabile eſt. ſed hoc in magiſtro nalde eſſet reprehenſibile. & ideo dicit ei [Tu es magiſter.] 1. literæ, quæ occidit. 1. Cor. 3. [in Iſrael: & hæc.] ſcilicet ſpiritualia [ignoras.] Hebr. 6. Etenim cum deberetis eſſe magiſtri, &c. Si dicas, quòd dominus iuſte arguit Nicodemum, ſi dixiſſet ei aliquid de ueteri lege, & ipſe non intellexiſſet; ſed dixit ei de noua lege. Dicendum, quòd ea quæ dñs dicit de ſpirituali generatione, cõtinentur in lege ueteri; ſed ſub figura ſecundum quòd habetur 1. Corint. 10 Omnes in Moyſe baptizati, &c. & prophetę etiam hoc dixerunt Ezech 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, &c. Secundo vero arguit eius tarditatem ex conditione dicentis. Quòd enim non acquieſcatur dictis alicuius hominis rudis, tolerari poteſt, ſed repugnare dictis hominis ſapientis, & magnæ auctoritatis: reprehenſibile eſt, & ideo dicit. [Amen amen dico tibi: quia quod ſcimus loquimur, &c.] Requiritur enim ad idoneitatem teſtis, vt perhibeat teſtimonium de auditu, vel viſu. 1. Ioan. 1. Quod vidimus & audiuimus, & ideo dominus verumque dicit [Quod ſcimus, loquimur: & quod vidimus teſtamur.] Scit autem dominus ſecundum quòd homo omnia. infra vltimo. Domine tu omnia noſti 2. Macab. 6. Domine qui habes ſanctam ſcientiam, &c. Sed & videt omnia cognitione diuinitatis, infra 8. Ego quæ vidi apud patrem meum hoc facio. Dicit autem pluraliter [ſcimus, & vidimus.] vt inſinuet myſterium Trinitatis. Ideo pater in me manens, ipſe facit opera. Vel [quod ſcimus.] ego & alij ſpirituales effectũ, quia vt dicitur. Matth. 11. Nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare [& tamen teſtimonium.] ita probatum: ita firmum [non acceptis] infra eodem. Et teſtimonium eius nemo accipit. Tertio, arguit eius tarditatem ex conditione eorum quæ dicuntur. Quòd enim aliqua difficilia non capiantur ab aliquo, non eſt mirum: ſed quòd facilia quis non capit, reprehenſibilis eſt. Et ideo dicit [Si terrena dixi vobis, &c.] quaſi dicat, Si hæc quę ſunt leuia non capis, quomodo capere poteris proceſſum ſpirituſſanctũ? Sapien. 9. Quę in terris ſunt, difficile inuenimus, & quæ in cælis ſunt, quis inueſtigabit? Sed contra: non inuenitur ex præmiſſis q dominus dixerit Nicodemo aliqua terrena. Et dicendum, ſecundũ Chryſoſt. hic qd dicit dominus [Si terrena dixi vobis, &c.] intelligitur de exemplo venti. Ventus enim cũ ſit generabilis & corruptibilis, numeratur inter res terrenas. Vel poteſt dici ſecundũ eundẽ, q ſpiritualis generatio, quæ eſt in baptiſmo, cęleſtis quidem eſt, quantum ad principium, quod ſanctificat, & regenerat: ſed terrena, quantum ad ſubiectum. [quod. n. regenerat, ſcilicet homo terrenus eſt.] Vel dicendum ſecundum Auguſt. q intelligendum eſt de eo, quod ſupra dixerat. Soluite templum hoc, &c. quod ideo terrenum eſt: quia hoc dixit de templo corporis ſui, quod de terra acceperat. [Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cęleſtia, crederis?] quaſi dicat, ſi non creditis generationem ſpiritualem temporalem, quomodo crederis ęternam filij generationem? Vel, ſi non creditis quæ dico de poteſtate corporis mei: quomodo crederis de poteſtate diuinitatis meę, & de poteſtate ſpirituſſanctũ?

d Hic reſpondet quęſtioni. Et primo ponit cauſas ſpiritualis regenerationis. Secundo manifeſtat quod dicit, ibi [Sic enim Deus dilexit, &c.] Cauſa aũt ſpiritualis regenerationis ẽ duplex. ſ. myſterium incarnationis Chriſti, & paſſionis eius. & ideo primo, agit de incarnatione, ſecundo de paſſione, ibi [Et ſicut Moyſes.] Eſt autem conſiderandum primo, quomodo iſta reſponſio Chriſti quęſtioni Nicodemi ſatisfaciat. Dixerat enim ſupra dominus, de ſpiritu loquens q [neſcis vnde veniat, aut quo vadat.] Per quod dabatur intelligi, q ſpiritualis regeneratio haberet occultũ principium, & occultum finem. Occulta autem nobis ſunt, quæ in cælis ſunt, ſecundum illud. Sapien. 9. Quæ in cælis ſunt, quis inueſtigabit? Quęſtio ergo Nicodemi [quomodo poſſunt hæc fieri?] ſic debet intelligi. Quomodo poſſit aliquid de occulto cælorum venire, aut ad occultum cælorum ire. Vnde antequam quæſtioni ſatisfaceret, hunc intellectum quæſtionis explicauit, dicẽs [Quomodo ſi dixero vobis cęleſtia crederis?] Et ſtatim incipit oſtẽdere, cuius ſit in cęlũ aſcendere propriũ, quia omnis qui de cælo deſcendit, ſ̃m illud Epheſ. 4. Qui deſcendit ipſe eſt, & quia aſcendit. Hoc enim & in rebus naturalibus inuenitur, q vnumquodque corpus tendit in locum, ſecundum ſuã originem vel naturam. Vnde hoc modo poteſt fieri, vt alicuis per ſpiritum vadat ad locum, quem carnales neſciunt, aſcendendo in cælum, ſi hoc fiat per virtutem eius, qui deſcendit de cęlo; quia

niat, aut quo vadat: Sic eſt omnis, q natus eſt ex ſpiritu.

b Reſpondit Nicodemus, et dixit ei. Quomodo poſſunt hæc fieri?

c Reſpõdit Ieſus, & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis?

d Et nemo aſcẽdit in cœlũ niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, q eſt in cœlo.

quia ad hoc deſcendit, vt aſcendens, nobis viam aperiret. Miche. 2. Aſcendit pandens iter ante eos. Sed quia dicit [Qui deſcẽdit de cęlo filius hominis.] quidam errandi ſumpſerunt occaſionem. Cũ enim filius hominis deligneet humanam naturam quę componitur ex anima, & corpore, per hoc quod dicit, q filius deſcendit de cęlo: Valẽtinus accipere voluit, q etiam corpus de cœlo detuliſſet, & tranſiſſet per virginẽ: nihil ex ea accipiens, ſicut aqua per ſiſtulã, ergo non de terrena ſubſtantia, nec ſumptum de virgine: quod eſt contra Apoſtolum Romanor. 1. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Origenes vero dixit, q deſcendit de cœlo ſecundum animam, quam dicit ab initio fuiſſe creatam cum angelis, & verbo vnitam, & poſtmodum de cœlo deſcendiſſe aſſumendo carnem de virgine. Sed & hoc repugnat Catholicæ fidei, quæ animas dicit ante corpora non extitiſſe. Non ergo intelligendum eſt, q filius hominis ſecundum humanam naturam de cœlo deſcenderit, ſed ſecundum diuinam. Cum enim in Chriſto ſit vnum ſuppoſitum vel hypoſtaſis, vel perſona duarum naturarum, diuinę ſcilicet & humanæ, ex quacumque earum hoc ſuppoſitum nominetur poſſunt ei attribui, & diuina, & humana. Poſſumus enim dicere, quòd filius hominis creauit ſtellas, & q filius Dei crucifixus eſt. Sed filius Dei crucifixus eſt, non ſecundum diuinam naturam, ſed ſecundum humanam: filius autem hominis creauit ſtellas ſecundum diuinam naturã, ita vt in his quæ de Chriſto dicuntur, non eſt attendenda diſtinctio, quantum ad id de quo dicuntur, quia indifferenter & diuina, & humana dicuntur de Deo, & homine. Sed eſt attendenda diſtinctio quantum ad id, ſecundum quod dicuntur, quia diuina dicuntur de Chriſto ſecundum diuinam naturam, humana vero, ſecundum humanam. Deſcendere ergo de cœlis dicitur de filio hominis, non ſecundum humanam naturam, ſed ſecundum diuinam, ſecundum quam conuenit ei ante incarnationem de cœlo fuiſſe: ſecundum illud Pſal. 113. Cœlũ cœli domino. Dicitur autem deſcendiſſe, non motu locali, quia ſic non remaneret in cęlo (nihil enim localiter motum manet, vnde deſcendit.) Et ideo ad excludendum motum localem, ſubdit [Qui eſt in cælo.] quaſi dicat, ſic deſcendit de cœlo, q tamen eſt in cælo, Deſcendit enim de cœlo, non quidem deſinens eſſe ſurſum, ſed aſſumens naturam quæ eſt deorſum, quæ, quia non includitur, vel com prehenditur, corpore eius exiſtente in terra: ipſe ſecundum diuinitatem erat in cœlis & vbique: & ideo ad deſignandum, q hoc modo dicitur deſcendiſſe, quia aſſumpſit naturam, dixit [quòd deſcendit filius hominis] ideſt, inquantum factus eſt filius hominis. Vel poteſt dici etiam, q quantum ad corpus deſcendit de cælo (vt Hyla. dicit.) non quòd materia corporis Chriſti deſcenderit de cælo: ſed q virtus formatiua eius de cælo fuit. Sed quid eſt quod dicit [Nemo aſcendit in cœlum: niſi filius hominis, &c.] nonne Paulus, & Petrus, & alij ſancti aſcenderunt, ſecundum illud 2. Corinth. 5. Domum habemus, non manufactam in cælis &c. Reſpondeo, dicendũ quòd nemo aſcendit in cęlum niſi Chriſtus, & membra ſua, ideſt, iuſti fideles: propterea filius Dei de cælis deſcendit: vt nos faciendo mẽbra ſua ad aſcenſum cælorũ præpararet. nũc quidẽ in ſpe, tandẽ vero in re. Epheſ. 2. Qui reſuſcitauit nos & cõſedere nos fecit, &c.

e Hic ponit myſterium paſſionis, cuius virtute baptiſmum efficaciam habet. Roman. 6. Quicumque baptizati ſunt, &c. Et circa hoc tria facit. Primo namque proponit paſſionis figuram. Secundo paſſionis modum. Tertio paſſionis fructum. Figuram quidem aſſumit de veteri lege, vt reducat ad intellectũ Nicodemum, vnde dicit [Sicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, &c. Quod quidem habetur Numeri 21. quando dominus populo Iudæorum dicenti, Nauſeat anima noſtra ſuper hoc cibo leuiſſimo: in vltionẽ, miſit ſerpentes, & poſtea cõcurrente populo ad Moyſen, & ipſo clamante ad dominum, mandauit dominus in remedium fieri ſerpentem æneum, qui quidem fuit, & in remedium contra illos ſerpẽtes, & in figuram paſſionis dominicæ. Vnde & dicit, ibi. In ſignum, &c. Proprium autem ſerpentis eſt habere venenum: ſed ſerpens ęneus venenum non habuit, ſed figura fuit ſerpẽtis venenoſi. Sic & Chriſtus non habuit peccatum, quod eſt venenum, quia cum conſummatum fuerit, generat mortem (vt dicitur Iacobi 4.) ſed habuit ſimilitudinem peccati. Romano. 8. Miſit Deus filiũ ſuum, &c. Ideo Chriſtus habuit effectum ſerpentis contra motum concupiſcentiarum ignitarum. Modum autem paſſionis oſtendit, cum dixit [ſic exaltari oportet, &c.] Quod intelligitur de exaltatione crucis. Vnde infra 12. cum diceret [oportet exaltari filium hominis, &c.] Sequitur [Hoc dicebat ſignificãs, qua morte clarificaturus eſſet Deũ] Voluit autem mori exaltatus. Primo, vt purgaret cœleſtia. Iam. n. per ſanctitatem ſuæ cõuerſationis purgauerat terram, reſtabat per

e Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam ęternam.

A mortem purgare aerea. Colloſſen. 1. Pacificans per ſanguinem ſuũ quę in cælis, & quæ in terris. Secundo, vt triumpharet de dæmonibus, qui in aere bellum præparant. Epheſ. 2. Secundum principem poteſtatis aeris, &c. Tertio, vt corda noſtra ad ſe traheret. infra 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me, &c. Quarto, quia in morte crucis fuit exaltatus, inquantũ ibi de inimicis triũphauit. Vnde mors non vocatur, ſed exaltatio. Pſalm. 109. Detorente, &c. Quinto, quia crux fuit cauſa exaltationis eius. Phil. 2. Factus eſt obediens patri vſque ad mortẽ,

B mortem autem crucis, propter quod, &c. Fructus autem paſſionis Chriſti eſt vita æterna. Vnde dicit. [Vt omnis qui credit in ipſum, bene operando] non poterat, ſed habeat vitam æternam. Et reſpondet hic fructus fructui figuralis ſerpentis. Quicumque enim reſpiciebant ſerpentem æneum, liberabantur a veneno, & præſeruabantur vitæ. Ille autem reſpicit filium hominis exaltatum, qui credit Chriſto crucifixo, & ſic liberatur a veneno, & a peccato. infra 11. Qui credit in me nõ morietur. &c. Et præſeruatur ad vitã ęternam. infra 20. Hæc ſcripta ſunt vt credatis, & vt credẽtes vitã habeatis, &c.

LECTIO III.

Sic enim Deus dilexit mũdum, vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret: vt omnis q credit in eũ, nõ pereat, ſed habeat vitã ęternã.

LECTIO III.

Vpra Dominus aſſignauit cauſam ſpiritualis regenerationis quantum ad deſcenſum filij, & exaltationem filij hominis & poſuit fructum ſcilicet vitam æternam. Qui quidem fructus incredibilis videbatur hominib̃ habentibus neceſſitatem moriendi, & ideo Dominus hoc manifeſtat. Et primo probat magnitudinem fructus ex magnitudine diuini amoris. Secundo excludit quandam reſponſionem. ibi. [Non. n. miſit Deus filium ſuum.] Notandum eſt autem, quòd omnium bonorum noſtrorum cauſa eſt Dominus, & diuinus amor. Amare. n. proprie eſt velle alicui bonum. cum ergo voluntas Dei ſit cauſa rerum, ex hoc prouenit nobis bonum: quia Deus amat nos. Et quidem amor Dei eſt cauſa boni naturæ. Sap. 11. Diligis omnia quæ ſunt, &c. Item, eſt cauſa boni gratię. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, &c. ſcilicet per gratiam. Sed quod ſit etiam dator boni glorię, ſupra eſt in magna charitate, & ideo oſtendit hic, hanc Dei charitatem eſſe maximam ex quatuor. Primo nãque, ex perſona amantis, quia Deus eſt qui diligit, & immenſe: & ideo dicit. [Sic Deus dilexit.] Deutero. 33. Dilexit populos, omnes ſancti, &c. Secundo, ex conditione amati, quia homo eſt qui diligitur, mundanus ſcilicet, corporeus, ideſt in peccatis exiſtẽs. Ro. 5. Commendat Deus ſuã charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici eſſemus, &c. Et ideo dicit. [Mundum.] Tertio, ex magnitudine munerum. nam dilectio oſtenditur per donum, quia (vt dicit Grego.) Probatio dilectionis, exhibitio operis eſt. Deus autem maximum donum nobis dedit, quia filium ſuum vnigenitum: ideo dicit. [Vt filium ſuum vnigenitum dãret.] Rom. 8. Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus, &c. Et dicit [ſuum.] ideſt filium naturalem, ſibi conſubſtantialem, non ad optimum de quibus in Pſal. 81. Ego dixi dij eſtis, & per hoc patet falſitas Arrij. qa ſi filius Dei eſſet creatura (vt ipſe dicebat) non poſſet, in eo oſtendi immenſitas diuini amoris, per ſuſceptionem infinitæ bonitatis, quã nulla creatura recipere potẽſt. Dicit ẽt [vnigenitum] vt oſtendat Deum non diuiſum amorem habere ad plures filios, ſed totũ in filio quem dedit ad comprobandum immenſitatem ſui amoris. infra 5. Pater diligit filium, & omnia demonſtrat ei. Quarto, ex fructus magnitudine, quia per eum habemus vitam æternam. Vnde dicit. [Vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitã ęternam.] quam acquiſiuit nobis per mortem crucis. Sed nunquid ad hoc dedit eũ, vt moreretur in cruce? Dedit quidem eum ad mortẽ crucis, inquantum dedit voluntatem patiendi in ea. & hoc dupliciter. Primo, quia inquantum filius Dei, ab ęterno habuit voluntatẽ aſſumendi carnem, & patiendi pro nobis, & hanc voluntatem habuit a patre. Secundo vero, quia animę Chriſti inſpirata eſt a Deo voluntas patiendi. Nota autem, quòd Dominus ſupra, loquens de deſcenſu qui competit Chriſto ſecundum diuinitatem, nominauit eum filium Dei. & hoc eſt ratione vnius ſuppoſiti in duabus naturis, ſicut ſupra dictum eſt. Et ideo, diuina poſſunt prædicari de ſuppoſito humanæ naturę, & humana de ſuppoſito diuinæ, non tamen ſecundum eandem naturam: ſed diuina, ſecundum diuinã naturam, & humana, ſecundum humanã. Specialis autem cauſa, quare hic nominauit eum filiũ Dei eſt, quia ipſe propoſuit donũ iſtud in ſignum diuini amoris, per quẽ prouenit nobis fructus vitæ æternæ: tali ergo nomine nominãdus erat, cui compereret iudicare virtutem factiuam vitæ ęternæ, quæ non eſt in Chriſto, inquantum filius hominis, ſed inquantum filius Dei. Ioan. vltim. Hic eſt verus

Hom. Pent.

Deus,

Deus,& vita æterna,supra cap.1. In ipso vita erat. Sed nota, q̃ dicit [non pereat.] Perire namque dicitur aliquid, quod impeditur, ne perueniat ad finem ad quem ordinatur. Homo autem ordinatur ad finem, qui est vita æterna. & quãdiu peccat, auertit se ab ipso fine. Et licet dum viuit, omnino non pereat, ita quòd non possit restaurari, tamen quãdo moritur in peccato, tunc peribit omnino. Psal.1. Iter impiorum peribit. In hoc autem, q̃d dicit. [Habeat vitam æternam.] indicatur diuini amoris immensitas. nam dando vitam æternam, dat seipsum. Nam vita æterna nihil aliud est, q̃ frui deo. Dare autem seipsum magni amoris ẽ indiciũ. Ephes.2.

b Non enim misit Deus filium suum in mũdum: vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

c Qui credit in eum, non iudicatur.

d Qui autem non credit, iã iudicatus est: quia nõ credit in noĩe Vnigeniti filij Dei.

e Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mũdum, & dilexerũt homines magis tenebras, quàm lucem: Erant enim eorum mala opera.

f Omnis enim q̃ male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt nõ arguantur opera eius.

Deus autem, qui diues est in misericordia conuiuificauit nos in Christo, &c. idest, fecit nos habere vitam æternam.

b HIc excludit Dominus obiectionem quæ posset fieri. In vetери enim lege promittebatur: q̃ dominus esset venturus ad iudicandum. Isai.3. Dominus ad iudicium veniet, &c. Vnde posset aliquis dicere, quòd non venerat filius dei, vt det vitam æternam, sed vt iudicet mundum. Et ideo hoc excludens dominus, primo, ostendit se non venisse ad iudicandum; secundo probat, ibi. [Qui credit in eum, &c.] Dicit ergo. Non enim venit filius dei ad iudicandum: quia [non misit Deus filium suum.] scilicet quantum ad primum aduentum [vt iudicet mundum, sed vt saluetur.] Simile habetur. Ioan.12. Non enim veni vt iudicem mundum, &c. Salus autem hominis est, vt perueniat ad deum. Psal.61. In Deo salutare meum. Peruenire autem ad deum, est consequi vitam æternam, vnde idem est saluari, quod habere vitam æternam. Nec debent homines esse pigri, & abutentes Dei misericordia propter hoc quod dicit. Non veni vt iudicem, &c. licentiam sibi indulgere peccandi: quia etsi in primo aduentu non venerit ad iudicandum, sed ad dimittendum, in secundo tamen veniet ad iudicandum, sed non ad dimittendum vt Chryso. dicit. Psal.74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, &c. Contra est, quod dicitur infr.9. In iudicium ego veni. Sed dicendum est, quòd duplex est iudicium. Vnum est discretionis, & ad hoc venit filius dei in primo aduentu: quia eo veniente homines discreti sunt, quidam per cæcitatem, quidam per lumẽ gratiæ. Aliud est cõdẽnationis, & in hoc quãtũ de se nõ venit.

c HIc probat quæ dixerat, quasi per locum a diuisione, hoc modo. Quicunque iudicabitur, aut erit fidelis, aut infidelis, sed non veni ad iudicandum infideles, quia iam iudicati sunt, ergo a principio non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum. Primo ergo ostendit, quòd fideles non iudicantur; secundo quòd nec infideles, ibi. [Qui autem non credit.] Dicit ergo. [Non veni vt iudicẽ mundum.] quia non venit ad iudicandum fideles: quia qui credit in eũ, non iudicatur scilicet iudicio cõdemnationis, quo nullus credens in eum fide formata iudicatur. infr.5. In iudicium non venit, sed transiet, &c. sed iudicabitur iudicio præmiationis, & approbationis. De quo dicit Apostolus. 1. Corint.4. Qui autem iudicat me Dominus est. Sed nunquid multi fideles peccatores non damnabũtur? Respondeo, dicendum, quod quidam Hæretici dixerunt, quòd nullus fidelis, quantumcunq; peccator damnabitur, sed saluabitur merito fundamenti, scilicet fidei, licet aliquam pœnam patiatur. Et erroris sui fundamentum sumũt ex hoc, quòd dicit Apo. 1. Cor.3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, & infr. Si cuiusquã opus arserit, ipse tamen saluus erit, quasi per ignem. Sed hoc manifeste est cõtra Apostolũ. ad Gala.5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, &c. Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Dicendum est ergo quòd fundamentum non est fides informis, sed formata, quæ per charitatem operatur. Et ideo signanter nõ dicit dominus qui credit eum sed [qui credit in eum,] idest, qui credendo, in eum per charitatem tendit, non iudicatur, & hoc, quia non peccat mortaliter per quod tollitur fundamentum. Vel secundum Chrysostom. Omnis qui male agit, non credit. ad Tit.1. Confitẽtur se nosse Deum, factis autem negant, sed qui bene agit. Iacob.2. Ostende mihi ex operibus fidem tuam. & talis non iudicatur, & nõ condemnatur propter infidelitatem.

d HIc ostendit, quòd infideles non iudicantur. Et primo ponit suam sententiam. Secundo manifestat eam, ibi. [Hoc autẽ est iudicium, &c.] Sciendum est autem circa primum, sm Augusti. quòd non dicit Christus. [Qui non credit,] iudicatur, sed dicit [nõ iudicatur.] quod potest tripliciter exponi. Secundum Augusti: enim.] Qui non credit, non iudicatur, quia iam iudicatus est, [nõ in re, sed in Dei præscientia, idest, iam præcognitus est apud Deum condemnandus. 2. Thim.2. Nouit dominus qui sunt eius. Alio modo, secundum Chrysosto. [Qui non credit, iã iudicatus, idest, hoc ipsum, quod non credit est sibi ad condemnationem. (non credere enim, est non adhærere lumini, quod est esse in tenebris.) et hæc est magna condemnatio. Sapientiæ 17. Vna catena tenebrarũ, &c. Thob.5. Quale gaudium mihi erit, &c. Tertio modo, secundum eundem. [Qui nõ credit,] non iudicatur, idest, iam condemnatus est, idest, iam manifestam causam condemnationis habet. Et simile est, ac si diceretur de aliquo, qui manifestã cau-ã mortis habet, ante etiam quàm feratur sententia mortis cõtra eum, quia iam mortuus est. Vnde Greg. dicit q̃ in iudicio duplex est ordo. Quidam etenim iudicabũtur iudicio discussionis. Illi videlicet qui habent aliquid condemnationi repugnãs, scilicet bonum fidei, scilicet fideles peccatores. Sed infideles, quorum damnatio est manifesta, absque discussione damnantur. et de istis dicitur [Qui nõ credit iam iudicatus est.] Psal.1. Non resurgunt impij in iudicio, scilicet discussionis. Sciendum est autem, q̃ iudicari idem est quod condemnari. condemnari autem est a salute excidere, ad quã vna sola via peruenitur. scil. per nomen filij Dei. Act.4. Non est aliud nomen datum sub cœlo: & in. Psal.53. Deus in nomine tuo saluũ me fac. Qui ergo non credunt in filium Dei, excidunt a salute, & manifesta est in eis causa damnationis.

e HIc manifestat dominus suam sententiam, scilicet, q̃ causa cõdemnationis manifesta est in infidelibus. Et primo ponit manifestans signum. Secundo ostendit signi conuenientiam ibi [Omnis enim qui male agit, &c.] In signo autẽ proposito tria facit. Primo enim proponit dei beneficium. Secundo peruersitatem mentis infidelium. Tertio peruersitatis causam: dicit ergo. Manifeste apparet, q̃ qui non credit, iam iudicatus est, quod apparet ex Dei beneficio: quia [lux venit in mundum.] Homines enim erant in tenebris ignorantiæ: quas quidem tenebras deus destruxit, mittens lucẽ in mundum: vt homines cognoscerẽt veritatem. Infr.8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, &c. Luc.1. Visitauit nos, oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris, &c. Sed ista venit in mundũ, scilicet lux, quia homo ad eam accedere non poterat. nam lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum, &c. Apparet etiam ex peruersitate mentis infidelium. [Qui dilexerunt magis tenebras quàm lucem.] idest magis voluerunt esse in tenebris ignorantiæ quàm instrui per Christum. Iob.22. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Isa.5. Vę qui ponũt lucem tenebras, &c. cuius quidem peruersitatis eau sa est: quia [erant. n. eorum mala opera.] quæ a luce dissonant & tenebras quærunt. Ro.13. Abijciamus opera tenebrarum. i. peccata quæ tenebras quærunt. 1. Thessal. vltr. Qui dormiunt, nocte dormiunt. Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Ex hoc autem aliquis non credit luci, quod ei repugnat discedendo. Sed nunquid omnes infideles habent mala opera? Videtur quod non. Nam multi gentiles secundum virtutem operati sunt: puta Caro & alij plures. Sed dicendum, secundum Chrysostom. quod aliud est bene operari ex virtute, aliud ex aptitudine, & dispositione naturali. Nã aliqui ex dispositione naturali bene operantur: quia ex eorum dispositione non inclinantur ad contrarium. Et hoc modo etiam infideles potuerunt bene operari: sicut quòd aliquis caste vixit: quia non impugnabatur a concupiscentia: & sic de alijs. Illi autem ex virtute bene operantur: quia etsi inclinentur ad vitium contrarium: tamen ex rectitudine rationis, & bonitate voluntatis a virtute non declinant, & hoc est proprium fidelium. Vel dicendum, quòd licet infideles bona facerent; non tamen faciebant propter amorem virtutis: sed propter inanem gloriã. Nec etiã oĩa bene operabant, quia Deo cultum debitum non reddebant. Consequenter cum dicit.

f OStendit propositi signi conuenientiam. Et primo quidem, quantum ad malos. secundo quantum ad bonos, ibi [Qui autem facit veritatem, &c.] Dicit ergo [Ideo non dilexerunt lucem, quia erant eorum mala opera.] Et hoc patet, quia [omnis quĩ male agit odit lucem.] Non autem dicit egit, sed [agit.] quia si q̃s male egit, tamen pœnitens, & videns se male fecisse, dolet, non odit lucem; sed ad lucem venit. [Sed omnis qui male agit.] idest, in malo perseuerat, non dolet nec ad lucem venit, sed eam odit: non inquantum veritatis quidem est manifestatiua, sed inquantũ per eam peccatum hominis manifestatur. Diligit enim malus homo cognoscere lucem & veritatem, sed odit per eam manifestari. Iob 24. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis, &c. Et ideo [non venit ad lucem.] Et hoc [vt non arguantur opera eius] Nullus enim homo qui nõ vult malum deserere, vult reprehendi, sed

sed fugit, & odit. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Prouerb.15. Non amat pestilens eum, qui se corripit.

g HIc ostendit idem quantum ad bonos facientes veritatem. i. bona opera. Veritas enim non solum in cogitatione & dictis consistit, sed & in factis [venit ad lucem.] Sed numquid aliquis ante Christum, fecit ita? videtur quòd nõ. Ille enim facit veritatem, qui nõ peccat: sed ante Christũ omnes peccauerunt vt dicitur Rom.3. Respondeo, dicendum, secundum Augu. quòd ille facit veritatem in seipso, cui displicet malũ quod fecit; & relictis tenebris, obseruat se a peccatis: & de præteritis pœnitẽs [venit ad lucem] ad hoc, vt specialiter [manifestentur opera eius] Sed cõtra est, q̃ nullus debet publicare bona quę facit: vnde Pharisæi de hoc a domino reprehenduntur. Dicendum est, quòd licitum est vel le manifestare opera sua coram Deo: vt approbentur: secundum q̃d dicitur 2. Corinth.10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus, &c. & Iob 16. Ecce in cœlo est testis, &c. Velle etiam manifestari in sua conscientia: vt gaudeat: secundum q̃ dicitur 2. Corinth.1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ, &c. Velle autem manifestari hominibus ad laudem, vel gloriã propriam, reprehensibile est. Nihilominus tamen, sancti viri bona quæ faciunt, manifestari desiderant hominibus propter honorem Dei: & propter vtilitatem fidei. Mat.5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. sed [veniunt ad lucem, vt manifestentur opera eorum, quoniam in Deo sunt facta.] idest, secundum mandatum Dei, vel per gratiam dei. Quicquid enim boni faciemus, siue vitando peccatum, seu pœnitendo de commissis, siue bona operando, totum est a deo, iuxta illud Isa.26. Oia opera nostra operat⁹ es in nobis, &c.

g Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

LECTIO IIII.

POst hæc venit Iesus, & discipuli eiº in terram Iudęam: & illic morabatur cum eis, & baptizabat.

VPra, dominus tradidit doctrinam de spirituali regeneratione per verba. hic vero doctrinam illam implet per opera baptizando. Et primo inducitur duplex baptismus; secundo, mouetur quęstio de comparatione eorum: ibi [Facta est ergo quęstio, &c.] Circa primum duo facit. Primo inducitur baptismus Christi; secundo baptismus Ioannis, ibi [Erat autem Ioannes, &c.] Dicit ergo primo [Post hæc.] scilicet quæ de doctrina spiritualis regenerationis premissa sunt [Venit Iesus, & discipuli in Iudæam terram.] Sed hic est quæstio litteralis. Nam supra dixerat Euangelista, q̃ dominus de Galilæa venerat in Hierusalem quę est Iudæa terra: vbi instruxerat Nicodemũ. Quomodo ergo post instructionem Nicodemi, venit in Iudæam, cũ iam esset ibi? Ad quod est duplex responsio, nam secundum Bedã, Christus post verba Nicodemi, iuit in Galilæam, & ibi aliquãdiu moratus redit in Iudęam. et ideo [cum dicitur [Post hæc venit Iesus.] non est intelligendum, q̃ immediate venerit in Iudęam post verba Nicodemi. Alio modo, secundum Chrysost. intelligendum est quòd post hæc immediate venerit in terram Iudæam. Christus. n. volebat prædicare vbi multitudo conueniebat: vt multi conuerterentur. Psal.39. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Et infra 18. Ego palam locutus sum, &c. Duo autem loca erant in Iudæa, ad quæ confluebat multitudo Iudæorum scilicet Hierusalẽ: ad quam ibant ad festa. & Iordanis, ad quem concurrebant propter prædicationem, & baptismum Ioannis. Et ideo dominus ista duo loca frequentans, statim cõpletis diebus festis in Hierusalem, quæ est in vna parte Iudęæ, venit in aliam partem Iudęæ, vbi Ioannes baptizabat scilicet in Iordanẽ. Moraliter autem Iudęa interpretatur confessio, ad quam venit Iesus: quia Christus confitentes sua peccata, vel diuinam laudem, visitat. Psal.113. Facta est Iudæa sanctificatio eius, & illic moratur quia tales non transitorie uisitat, infra 14. Ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Et illic baptizat, idest, purgat a peccatis, quia nisi quis peccata sua confiteatur: remissionem non consequitur. Prouerbio.28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Deinde cum dicit.

b INtroducit Euangelista baptisma Ioannis. Et circa hoc quatuor facit. Primo enim ponit personam baptizantis: secundo locum baptismi: tertio fructum, quarto tempus. Persona baptizans est Ioannes, & ideo dicit [Erat autem Ioãnes baptizans] Sed hic est quæstio, quia cum baptisma Ioannis ordinaretur ad baptismum Christi, videtur, quòd veniente baptismate Christi, Ioãnes cessare debuerit a baptizando, sicut veniente veritate, cessat figura. Ad hoc est triplex responsio. Vna, quantum ad personam Christi. Nam Ioannes baptizauit vt Christus baptizaretur, ab eo. nec oportebat, quòd solus Christus ab eo baptizaretur, ne baptismus Ioannis ex huius singularitate, melior Christi baptismate videretur. & ideo expediens fuit: vt alij ante Christum baptizarentur a Ioanne, quia antequam Christi doctrina publicata esset: necessarium erat homines præparari ad Christum; baptismo Ioannis. Vnde secundum hoc, ita se habet baptismus Ioannis ad baptismum Christi, sicut catechismus (in quo baptizandi instruuntur de fide, & præparãtur ad baptismũ) se habet ad verum baptisma. Necessarium etiam fuit, vt; oltquã Christus baptizatus fuerat a Ioanne, alij baptizarentur ab eo, ne Ioannis baptisma reprobãdum videretur, sicut etiam non statim veniente veritate cessauit vsus legalium, sed sm Aug. licuit Iudæis determinato tempore legalia seruare. Alio modo, quantum ad personam Ioannis. nam si Ioannes statim cum Christus baptizare cœpit destitisset a baptismo, potuisset credi, q̃ hoc fecisset ex inuidia: vel ira. et quia vt dicitur. Rom.12. Prouidere debemus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, ideo Ioãnes non statim cessauit. Alio modo, quãtum ad discipulos Ioannis quia incipiebant se zelotipos habere ad Christum, & ad discipulos eius, quia baptizabant. Vnde si statim Ioã. totaliter baptizare cessasset, dimisisset discipulos suos in maiori zelo, & controuersia contra Christum, & discipulos eius. Iam. n. etiam Ioan. baptizante ipsi ægre ferebant baptismum Christi, q̃d patet ex sequentibus, & ideo non statim cessauit. 1. Cor.8. Videte, ne forte hæc licentia vestra, offendiculũ fiat infirmis. Locus aũt baptismi erat [in Aennon iuxta Salim: q̃ a aquæ multę, &c.] Salim. n. alio nomine dicitur Salem quę est villa, vnde Melchisedech Rex fuit. Et dicitur hic [Salim] quia apud Iudæos, lector pro voluntate vti potest vocalibus litteris in medio dictionum. Vnde, siue dicatur salim, siue salem, non refert apud Iudæos. Hoc autem, quod addit [quæ aquę multæ erant, &c.] ponit ad exponendum hoc nomen loci scilicet Aennon.] quod idẽ est, quod aqua. Fructus aũt baptismi est remissio peccatorum. & ideo dicit. [Et veniebant & baptizabantur.] idest mundabantur. quia hoc dicit Matth.3. Luc.3 Multitudo magna ibat ad Ioannẽ. Tempus ponitur, ibi. [Nõdum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.] Quod ideo dicit, vt det intelligere, quòd ipse incœpit narrationem de factis Christi ante alios euangelistas. Alii nanque incœperunt narrare opera Christi, solũ a tempore incarcerationis Ioãnis. Vnde dicitur Mat.4. Cum audisset Iesus, quia Ioannes traditus esset, &c. Et ideo, quia omnia facta Christi ante Ioan incarcerationẽ præterierant. Ioãnes qui vltimo euangelium, scripsit, defectũ hunc supplevit & hoc insinuat, cum dicit. [Nondum enim, &c.] Sed nota, q̃ dispensatione diuina factum est, vt Ioannes Christo baptizante, non diu baptizaret & prædicaret, ne ex hoc fieret scisma in populo, quanquam hoc ei aliquo tempore permissum fuerit, ne reprobandus videretur (vt supra dictum est.) Sic etiam dispensatione factum est, vt post prædicationem fidei, & conuersionẽ fidelium, templũ totaliter destrueret, vt videlicet, tota deuotio, & spes fidelium traheret ad Christũ. Deinde cũ dicit.

c INducitur quæstio baptismatis. Et primo proponitur ipsa q̃s; secũdo relatio q̃nis ad Ioan. ibi. [Et venerunt ad Ioan. &c.] tertio ponitur quæstionis determinatio, ibi. [Respondit Ioan. & dixit, &c.] Quia ergo duo baptizabant (vt dictũ est.) scilicet Christus & Ioan. discipuli ipsius Ioan. pro magistro suo zelãtes, occasionem diffidij sumpserunt. Et hoc est, quod dicit [Facta est quęstio,] idest cõtrouersia. [ex discipulis Ioan.] ipsis scilicet primo mouentibus hanc quæstionem [cũ Iudæis.] quos reprehendebant discipuli Ioan. eo q̃ ad Christum magis currerẽt propter miracula quę faciebat quàm ad Ioan. qui miraculum nullum faciebat. Et quęstio ista facta est [de purificatione.] idest de baptismo. Causam autem vnde inuidebant discipuli Ioan. & controuersiam mouebant, sumpserunt ex eo quòd Ioan. illos quos baptizabat mittebat ad Christum. Christus vero, quos baptizabat non mittebat ad Ioan. Ex quo videbatur, & forte Iudæi dicebant Christũ maiorem esse Ioan. & ideo isti nondum spirituales, de baptismo contendunt cũ Iudæis. 1. Cor.2. Cũ enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Sed motam quæstionem referunt ad Ioannem, & ideo dicit.

b Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic: & veniebant, & baptizabantur. Nondũ enim missus fuerat Ioannes in carcerem.

c Facta est autẽ quæstio ex discipulis Ioannis cũ Iudęis de purificatione.

d Et venerunt ad Ioãnem, & dixerũt ei. Rabbi, qui erat

d ET si attendatur diligenter, coniati sunt commoneare. Ioan. contra Christum. Similes isti sunt bilinguibus, & susurronibus.

Eccle.28. Susurro, & bilinguis maledictus, &c. Proponunt autem quatuor, quæ commotionem in animo Ioan. contra Christum causarent. Primo enim commemorant humilitatē status Christi præteriti. secundo beneficium a Ioan. impensum. tertio officium assumptum a Christo. quarto decrementū, quod prouenit Ioā. ex Christi officio. Humilitatē autem status commemorant, cum dicunt. [Qui erat tecum] quasi vnus de discipulis. non autem tu, cum illo, sicut cū magistro. nam si alicui maiori honor exhibeatur, nō est tāta causa inuidiæ. Sed tunc quis inuidet, quando minori se magis honor exhibetur. Eccle. 10. Vidi seruos in equis sedentes, & principes, &c. Iob 19. Seruum meum vocaui, &c. quia plus turbatur dñs aliquis de rebellione serui & subditi, quàm alicuius alterius. secundo commemorantes beneficium impensum a Ioan. non dicunt [quem tu baptizasti] quia in hoc confessi fuissent magnificentiam Christi, quæ in baptismo demonstrata est, & descensum spiritussancti super eum in specie columbæ, & vocem patris sibi factam, sed dicunt. [Cui tu testimonium perhibuisti.] idest quem tu clarum, & circūspectum fecisti, talia tibi rependere audet, quod multum cōcitat exacerbationem. Psal. 40. Qui edebat panes meos, &c. Sed quia quærentes propriam gloriam, & intendentes lucrum proprium in suo officio, dolent si alius officium illud assumat. Ideo tertio itli addunt etiam, g Christus Ioan. officium sibi assumpsit, cum dicunt. [Ecce hic baptizat.] idest officium tuum exercet, quod multum concitat ad turbationem. Nam communiter videmus hic, homines eiusdem artis infidiose, & inuide se habere adinuicem. Figulus figulo inuidet, non autem fabro. Sic etiam doct. proprium honorem quærentes, dolent si alius veritatem docet. contra quos dicit. Greg. Mens pij pastoris optat, vt veritatem, quam solus docere non sufficit, alij doceāt. sic & Moyses. Nume. 11. Quis det, vt omnis hic populus prophetet? Sed non solum sufficiebat istis concitare Ioan. sed quod magis mouet, referunt scilicet detrimentum, quod Ioan. ex assumpto officio a Christo prouenire videbatur. Quod quarto exponunt, cum dicunt [& omnes veniunt ad eum.] qui scilicet ad te venire solebant quòd te dimisso, & contēpto, omnes ad baptismū eius currunt. Quòd aūt ante consueuerant ire ad Ioan. patet ex testimonio. Matth. 11. Quid existis in deserturn videre? &c. Tali inuidia mouebātur Pharisæi contra Christum. Vnde dicebant. inf. 11. Ecce totus mundus post eum vadit. Sed ex his Ioan. non fuit motus contra Christum. non enim erat arundo vento agitata: vt dicitur Mat. 11. Et hoc patet ex responsione Ioannis, quę sequitur in determinatione quęstionis sibi delatæ.

F

G

H

I

K

LECTIO V.

Ic ponitur responsio Ioan. super quæstione sibi delata a discipulis, quæ quidem quæstio duo continebat scilicet, quęrimoniam de officio assumpto: vnde dicebant. [Ecce hic baptizat.] Et de Christi profectu in fama, & opinione hominum: vnde & dicebant. [Et omnes veniunt ad eum] & ideo Ioannes dirigit responsionem suam ad hæc duo. Et primo, responder ad quærimoniam de officio assumpto. Secundo vero, ad quærimoniam de profectu Christi, ibi. [Illū oportet crescere, &c.] Circa primum tria facit. Primo ostendit officiorum Christi, & sui originem. Secundo ipsorum distinctionem, ibi. [Ipsi vos mihi testimonium.] Tertio ostendit habitudinem Christi, & suam ad dicta officia, ibi. [Qui habet sponsam, &c.] Circa primum autem nota, q discipuli Ioan. licet malitiose Ioanni quęstionem proponant, & ex hoc sint reprehensione digni. Ioan. tamen non eos vehementer increpat. Et hoc propter imperfectionem. Timebat enim ne commoti ex reprehensione, recederent ab eo & iungētes se Pharisęis, Christo publice insidiarentur, implens in hoc, quod de domino dicitur. Isai. 42. Calamum quassatum non confringet, &c. Similiter aduertendum, q a principio suæ responsionis, non ardua, & præclara de Christo asserit, sed humilia & plana propter ipsorum inuidiam. Cū enim excellentia sit alterius inuidiæ prouocatiua, si Ioannes statim Christi excellentiam eis proposuisset, illorum inuidiæ fomentum prestitisset, & ideo humilia proponens, dicit. [Non potest homo a se accipere quicquam] Intendens in hoc eis terrorem incurere. q.d. hoc, q omnes ad eum currunt, non est nisi a Deo: quia. [nō potest homo accipere quicq̄]. s. perfectionis & boni, nisi fuerit ei datū de cœlo, & ideo si vos cōtradicitis, cōtradicitis Deo. Act. 5.

Espondit Ioannes, & dixit. Non potest homo accipere quicq̄, nisi fuerit ei datum de cœlo.

b Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis, quòd dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.

c Qui habet sponsam, sponsus est.

d Amicus autem spōsi, qui stat & audit eū, gaudio gaudet propter vocem sponsi.

e In hoc ergo gaudiū meū impletum est.

tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Si ex hominibus est consilium hoc, aut opus istud, dissoluetur. & sic exponit Chryso. referens hoc ad Christum. August. autem refert ad ipsum Ioan. & melius. [Nō potest homo accipere, &c.]. q.d. Vos zelatis pro me, & vultis q ego maior sim quàm Christus, sed hoc non est mihi datum, nec ego volo mihi vsurpare. secundum illud. Heb. 5. Nemo assumit sibi honorē, &c. Sic ergo patet officio rum origo. Sequitur officiorum distinctio, cum dicit.

b Quasi dicat: ex testimonio meo, quod sibi perhibui, potestis scire officium mihi cōmissum a Christo. Nam [ipsi vos testimonium perhibetis.] idest perhibere potestis. [q dixerim. Non sum ego, Christus.] Supra ca. 1. Confessus est, & non negauit [sed hoc dixi,] quia missus sum ante illum,] sicut prēcō antecedit. Sic ergo ex testimonio meo scire potestis officium meū, quod est præcedere Christum, & præparare sibi viam. supra cap. 1. Fuit homo missus a Deo, &c. Sed officium Christi est iudicare, & prēesse, & si bene attenditur, Ioannes more prouidi respōdentis, proponentes ex verbis eorum arguit, ſm illud. Matth. 25. Ex ore tuo te iudico. qualiter autem Ioannes se habet ad officium suum, ostēdit cum subdit.

c Et primo ponit quandam similitudinem. Secundo adaptat eā ad propositum, ibi. [In hoc autem gaudium meum, &c. Circa primum duo facit. Primo ponit similitudinem. quātum ad id, qd pertinet ad Christum. Secundo quantum ad id, quod pertinet ad se ipsum, ibi. [Amicus autem sponsi, &c.] Circa primum notandum est, q in rebus humanis disponere, & dominari, & habere sibi sponsam, pertinet ad sponsum tantum, & ideo dicit. [Qui habet sponsam.] idest ad quem pertinet habere sponsam [sponsus est.] iste autem sponsus est christus. Psal. 18. Tanquam sponsus procedens, &c. Sponsa sua est ecclesia, quæ cōiungitur ei per fidē. Ose. 2. Sponsabo te mihi in fide, &c. Et in huius figuram dixit Sephora ad Moysen. Exo. 4. Sponsus sanguinū tu mihi es. et de istis nupciis dr Apo. 19. Venerūt nuptiæ agni. Sic ergo, quia Christus sponsus est, etiam ad eum pertinet habere sponsam, scilicet ecclesiam: sed ad me non pertinet nisi gaudere, quòd sponsus sponsam habet. Vnde dicit.

d Et licet supra dixerit, q non erat dignus soluere corrigiam calciamentorū Iesu, hic tamen vocat se eius amicum: vt insinuet charitatis suę fidelitatē ad Christū. Nam seruus ad ea quæ domini sui sunt, nō mouetur affectu charitatis, sed spiritu seruitutis. Amicus vero ex amore, quæ amici sunt procurat, & fideliter. Vnde seruus fidelis, est sicut amicus dñi sui. Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi aīa tua: & ex hoc patet fidelitas serui, qñ gaudet de bonis dñi, & qñ nō sibi, sed domino suo bona procurat. Sic ergo, q a Ioannes sponsam sibi creditā nō sibi, sed sponso reseruauit, seruus fidelis fuit, & amicus spōsi. Et ideo ad hoc insinuandū se amicū spōsi dicit. Simile debēt facere homines amici veritatis, vt sponsā eis ad custodiendū cōmissam nō ad propriam vtilitatē & gloriā conuertāt, sed ad honorē & gloriā spōsi honorifice præseruēt; aliàs non essent amici sponsi, sed potius adulteri. Vnde Greg. dicit, q adulterinæ cogitationis puer reus est, si placere oculis spōsæ desiderat, per quē spōsus dona transmittit: qd non faciebat Apostolus 2. Cor. 11. Desponsabi. n. vos vni viro, &c. Simile & Ioānes faciebat, quia sponsam. s. populū fidelem non sibi retinuit, sed ad sponsum. s. Christū duxit. Sic ergo insinuat charitatis suæ fidelitatē p hoc, qd dicit [Amicus sponsi.] Itē p manentiā, cū dicit [stat] firmus in amicitia & fidelitate, nō eleuās se supra se. Abac. 2. Super custodiā meā stabo. 1. Cor. 15. Estote stabiles & immobiles. Eccles. 6. Amicus si pmanear, &c. Itē attentionē, cū dicit [Et audit eū.] idest, attēte cōsiderat modū quo sponsus sponsę coniungitur. In quo, ſm Chryso. explicat modum istorū sponsaliū. Nam per fidē celebrātur. Fides aūt est ex auditu. Ro. 10. [Vel audit.] i. reuerēter obedit, disponēdo de sponsa ſm imperiū sponsi. Isa. 50. Audiā eū quasi magistrū, quod est cōtra malos prælatos: qui non ſm Christi mandatū disponūt ecclesiam. Item insinuat spiritualem iocunditatem, cum dicit [Et gaudio gaudet pp vocē sponsi.] . s. cum sponsus sponsam suam alloquitur, & dicit [Gaudio gaudet. Iur ostendat veritatē, & perfectionē sui gaudij. Qui. n. non gaudet de bono, non vero gaudio gaudet. Et ideo, si ego dolerē ex hoc, quòd Christus, qui est verus sponsus, idest ecclesiæ, prædicat: non essem amicus sponsi: sed ego non doleo. Immo.

e Scilicet, q video quod diu desideraui: sponsum videlicet sponsam alloquentem vel [In hoc gaudium meū impletū est.] idest ad

ad perfectā, & debitam mensurā peruenit: qñ spōsa iam coniungit sponso, quia iā habeo gratiā meā, & officiū meū perfeci. Abac. 3. Ego autem in domino gaudebo. Consequenter cum dicit.

f Soluit quęstionem, quantum ad quęrimoniam de profectu gratię Christi. Et primo, ponit huius profectus conuenientiam. Secundo rationem assignat, ibi [Qui de sursum est, &c.] dicit ergo. Vos dicitis, q omnes currunt ad eum. i. ad Christū, & sic proficit in honore, & fama populi: sed ego dico, q hoc non est incōueniens, [quia illum oportet crescere] non in se, sed quantum ad alios; inquantū eius virtus magis ac magis innotescit: sed [me oportet minui] in reuerentia & fama quoad populum, nā honor & reuerentia non debetur mihi sicut principali sed Christo. & ideo ipso veniente, cessat exhibitio reuerentiæ quantum ad me: sed crescit quantum ad Christum: sicut veniente principe, cessat officium legati. 1. Corinth. 13. Cū venerit quod perfectum est, euacuabitur, qd, &c. Et sicut in cœlo lucifer præcedit Solem ad illuminandum, quo veniente, cessat eius lux: ita Ioannes præcessit Christum. vnde lucifero comparatur, Iob 30. Nūquid produces luciferum, &c. Significatur hoc etiam in natiuitate Ioannis, & in morte eius. In natiuitate quidem, quia natus est Ioannes eo tempore, quo dies decrescere incipiunt, Christus vero, quando dies crescere incipiunt, scilicet 8 Kalendas Ianuarij. Quantum ad mortem vero, quia Ioānes mortuus minoratus, per capitis abscisionem. Christus vero sublimatus, per crucis exaltationem. Moraliter autem hoc debet esse in vnoquoque nostrum. [Oportet illum]. i. Christum in te crescere, vt scilicet in cognitione, & amore eius proficias: quia inquantum magis eum potes cognoscendo & amando percipere, tanto magis Christus crescit in te, sicut qui magis proficit in videndo vnam & eandem lucem, reputat lucem magis crescere: & ex hoc oportet homines sic proficientes, minui in sua reputatione, quia quanto plus cognoscit quis de altitudine diuina, tanto minorem reputat paruitatem humanam, vnde Prou. 30. dicitur. Visio quā locutus est vir, cum quo est Deus, &c. Et sequitur, stultissimus sum virorum, &c. Et Iob vlti. Auditu auris audiui te: nunc autē oculus meus videt te: idcirco ipse me reprehendo, &c. Consequenter cum dicit.

g Assignat rationem dictorum. Et hoc dupliciter. Primo ex origine. Secundo ex doctrina, ibi [Qui de terra est, &c.] Circa primum sciendum est, q in rebus vnum quodq; ad hoc q sit perfectum oportet venire ad terminum sibi debitum ex sua origine, sicut si aliquis ex Rege oritur, oportet eum tandiu crescere, quousq; fiat Rex. Christus autem habet originem excellentissimam & æternam. Et ideo oportet illum crescere per manifestationem suæ virtutis, quantum ad alios, quousque innotescat eum super omnes esse: & ideo dicit [Qui desursum est.] scilicet Christus secundum diuinitatem. supra eodem. Nemo ascendit in cœlum: nisi qui descendit de cœlo. infra 8. Vos de deorsum estis, ego autem desuperius sum. Vel desursum venit ſm humanā naturam, idest de altitudine humanæ naturæ, assumendo eam in altitudine sua secundum quod fuit in primo statu. Consideratur enim ſm triplicem statum. Primus. n. status humanę naturæ est ante peccatum & de hoc assumpsit puritatē assumendo carnē, nō inquinatā contagio culpę originalis. Exo. 12. Erit agnus anniculus absque macula. Secundus status est post peccatum. & de hoc assumpsit passibilitatem & mortē, assumendo similitudinem carnis peccati, quantum ad pœnam: non ipsum peccatum quantum ad culpam; ſm illud Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Tertius est status resurrectionis & gloriæ, & de hoc assumpsit impossibilitatem peccandi, & fruitionē animę. Sed cauendus est hic error quorundam, dicentium in Adam remansisse aliquod materialiter, non inquinatū macula originali, & traductū in posteros, puta vsq; ad beatā Virginem, & de hoc corpus Christi fuisse formatū; quod quidem hæreticū est: quia quicquid in Adam materialiter fuit, macula originalis peccati inquinatum est. Materia vero, de qua formatū est corpus Christi, depurata fuit virtute spiritussancti, beatam Virginē sanctificantis. Iste inquam, [qui desursum venit] secundū diuinitatē, & secundū humanā naturam [super oēs est.] & per eminentiam gradus, ſm illud Psal. 112. Excelsus super omnes gētes dominus: & per auctoritatē, & potestatem. Ephes. 2. Ipsum dedit caput super omnem, &c.

h Hic ostendit rationem, quantum ad doctrinam. & primo ostendit modum doctrinæ Christi & eius altitudinem. Secundo, diuersitatem recipientium, vel non recipientium ipsam doctrinam, ibi [Et testimonium eius nemo accipit, &c. Circa primum duo facit. Primo proponit conditionem doctrinæ Ioannis. Secundo conditionē doctrinæ Christi, ibi [Qui de cœlo venit, &c.] Circa primum sciendum est, q homo per loquelam suam maxime cognoscitur. Mat. 22. Loquela tua manifestum te facit & Mat. 12 Ex abundantia cordis os loquit. Et inde est, quòd conditio doctrinæ attenditur secundum conditionem suæ originis. sic ergo ad cognoscendum conditionem doctrinæ Ioannis, consideremus primo conditionem suæ originis. vnde dicit [Qui est de terra. scilicet Ioānes, non solum materialiter, sed etiam actiue: quia corpus eius virtute creata formatum fuit. Iob. 4. Qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentū. Secundo cōsideremus eiº conditionem, quę terrena est. vnde dicit [de terra est,] idest, terrenus, & ideo tertio doctrina eiº describitur. Vnde dicit [De terra loquitur.]. i. de terrenis. Isai. 29. De terra loqueris & de humo, &c. Sed quomodo de terra loquitur qui fuit spiritusancto repletus, adhuc ex vtero matris suæ? Respondeo secundum Chryso. dicendum, q Ioannes de terra se loqui dicit in comparatione ad Christi doctrinā: quasi dicat, ea quæ loquitur, parua & humilia sunt, qualia decens est suscipere terrestrē naturam in comparatione ad illum: in quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & scictiæ Dei absconditi, vt dicitur Colloſſen. 2. Isa. 55. Sicut exaltantur cœli a terra: ita exaltatæ sunt viæ meæ, &c. Vel dicendum secundum Augusti. & melius, q cōsiderandum est in quolibet homine, quid habeat ex se & quid ex alio. Ioannes autem & quilibet homo purus ex se habet, q sit de terra. Et ideo quātum ad ipsum pertinet, non habet q loquatur nisi de terra & si aliqua diuina loquitur, hoc habet ex diuina illuminatione. Ecclesiast. 34. Cor tuum quasi fantasias patitur, nisi ab omnipotente fuerit euulsa visitatio. vnde & Apostolus dicit. 1. Corinth. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Matthęi 10. Non enim vos estis qui loquiminī sed spiritus, &c. Sic ergo quantum ad Ioānem pertinet, de terra est, & de terra loquitur. Si quidem autem diuinum in eo fuit, non recipientis. sed illuminantis est.

i Hic proponit conditionem doctrinæ Christi. & circa hoc tria facit. Primo enim ostendit conditionem originis, quæ cœlestis est. vnde dicit [Qui de cœlo venit, &c.] Licet. n. corpus Christi materialiter de terra fuerit, actiue tamen de cœlo venit, inquantum virtute diuina corpus eius formatum fuit. Venit etiam de cœlo, q a persona æterna & increata filij de cœlo venit, per carnis assumptionem. Supra eodem. Nemo ascendit in cœlum, &c. Secundo ostendit dignitatem suæ conditionis: quæ altissima est. Vnde dicit] Sup omnes est.] Et hoc expositum est supra. Tertio concludit dignitatē doctrinæ suæ, quæ certissima est. [Quia, quod vidit & audiuit, hoc testatur.] Christus enim inquantum est deus, est ipsa veritas, sed inquantum homo, est testis veritatis. infr. 19. In hoc natus sum, & ad hoc veni, vt testimoniū perhibeam veritati. Ideo testimonium perhibet de seipso. inf. 4. Testimonium perhibet de seipso. Sed testatur certa, quia quæ audiuit apud patrem infr. 8. Ego quæ audiui a patre meo, &c. 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimº. Sed nota, quòd aliter habetur cognitio rei per visum, & aliter per auditum. nam p visum habetur cognitio rei, per ipsam rem visam, sed per auditum non cōgnoscitur res per ipsam vocem auditam, sed per intellectum loquentis. quia ergo Dominus habet scientiam acceptam, a patre. ideo dicitur. [Quod vidit] inquantum procedit de essentia patris. [& audiuit] inquantum procedit vt verbū intellectus paterni: sed quia in rebus intelligentibus, aliud est eorum esse, & aliud eorū intelligere, ideo aliter accipit ab eis cognitio per visum, & aliter per auditum. Sed in Deo patre idem est esse, & intelligere, ideo in filio idem est videre, & audire. Similiter etiam, quia in videntę non est ipsa essentia rei in se, sed similitudo eius, similiter & in audiente nō est ipsa conceptio loquentis, sed signum ipsius, ideo videns non est ipsa essentia rei in se, nec audiens est ipsum verbum. In filio autem est ipsa essentia patris accepta per generationem, & est ipsum verbum. et ideo in ipso idem est videre, & audire. Et hoc sic concludit Ioānes, q ex quo doctrina Christi altior & certior est, quàm mea, ideo magis audiendus est Christus, quàm ego.

A

B

C

D

E

f Illū oportet crescere: me autem minui.

g Qui de sursum venit, super omnes est.

h Qui est de terra, de terra est: & de terra loquitur.

i Qui de cœlo venit, super omnes est: & quod vidit & audiuit, hoc testatur.

LECTIO VI.

Et testimonium eius nemo accipit.

LECTIO VI.

Supra, Ioan. Bapt. commendauit Christi doctrinā; hic vero agit de diuersitate recipientium. Vnde tractat de fide adhibēda ipsi doctrinæ. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit raritatem credentium. Secundo credendi debitum, ibi. [Qui autem acceperit.] Tertio fidei premium, ibi. [Qui credit in filium, &c. Dicit ergo, dico quòd Christus etiā scientiam habet, & vera loquitur, tñ licet pauci testimonium eius accipiant, non propter hoc doctrinę ipsius derogatur. quia hoc non est ex parte eius, sed ex parte eorum, qui non recipiunt, scilicet discipulorum,

pulorum Ioan. qui nondum credebant, & Pharisæorum, qui ipsius doctrinæ detrahebant. et ideo dicit. [Et testimonium eius nemo accipit.] hoc autē quod dicit. [Nemo,] potest dupliciter exponi. Vno modo. [Nemo.] idest pauci, etsi aliqui accipiant, & quod aliqui accipiant ostendit subdens.

b HOc modo loquendi vsus est euangelista cum dicit supra 1. In propria venit & sui eum, &c. quia pauci eum receperūt. Alio modo, quia accipere eiꝰ testimonium est credere in Deum: sed nullus potest credere ex seipso, sed ex deo. Ephe. 2. Gratia saluati estis, &c. & ideo dicit. [Nemo accipit.] scilicet ex se, nisi donetur sibi a Deo. Vel aliter consuetum est in scriptura diuina populo loqui de duobus. Quia quādiu sumus in hoc mundo, mali sunt permixti bonis. & ideo scriptura aliquando loquitur de populo, referendo intentionem suam ad malos. Aliquādo ad bonos. & hic modus loquendi habetur. Hie. 26. Nam primo dicit omnis populus, & sacerdotes, quærebant occidere Hieremiam, referēs intentionem suam ad malos, & postea statim dicit, q̄ omnis populus quærebat cū liberare, loquens de bonis. Eodem modo & Ioan. Bapt. habens oculos suos ad sinistram. i. ad malos, dicit. [Et testimonium eius nemo accipit.] et ex alia referens ad dexterā idest ad bonos, dicit. [Qui autem acceperit eius testimonium, &c.] vbi ostendit debitū fidei, quod est supponere se veritati diuinę. Et circa hoc quatuor facit. Primo proponit diuinam veritatem. Secundo subdit diuinæ veritatis denunciationē ibi. [Quem enim misit Deus, &c.] Tertio insinuat denunciandi facultatem ibi. [Non enim ad mensuram, &c.] Quarto assignat facultatis rationem, ibi. [Pater diligit filium, &c.] Debitum aūt fidei est, vt homo veritati diuinæ se supponat, et ideo dicit, q̄ si pauci testimonium eius accipiūt, tamen aliqui accipiunt. vnde dicit. [Qui autem acceperit eius testimonium.] idest quicunque sit ille [signauit.] idest signum quoddam in corde suo ponere debet, seu posuit, q̄ ipse Christus est deus. [Et est verax.] quia ipse dicebat se esse Deum, quod si non esset, non esset verax, cum tamen scriptū sit. Rom. 3. Est autē Deus verax, &c. De isto signaculo dicitur Canticō. 7. Pone me vt signaculum, &c. et 1. Thim. 2. Firmum fundamentū Dei stat, habens signaculū, &c. uel ſm Chrysosto. [signauit,] idest monstrauit. [Quia Deus,] scilicet pater [verax est.] quia scilicet, misit filium suum, quem promisit mittendum. quod ideo dicit euangelista vt ostendat eos, qui non credunt Christo, veritatem patris negare. Et ideo statim subdit diuinæ veritatis commendationem dicens.

c QVasi dicat, hoc signauit, quòd Christus cuius testimonium accipit [quem Deus misit: verba dei loquitur.] Et ideo qui credit ei, credit patri. infr. 8. Ego quę audiui a patre, &c. Vnde non loquebatur nisi patrem, & verba patris, quia missus erat a patre, & quia ipse est verbum patris. vnde etiam se loqui patrem dicit. Vel si hoc quod dicit. [quod Deus verax est.] referatur ad Christum, datur intelligi distinctio personarum, cum enim pater sit Deus verax, & Christus est verax Deus, sequitur, q̄ verus Deus misit Deum verum, distinctum ab eo in persona, non in natura. Denunciandi autem facultas subest Christo maximaiquia non ad mēsuram recipit spiritum. Et ideo dicit.

d POsses enim dicere quòd licet miserit eum Deus, tamen non omnia a Deo loquitur, sed aliqua. nam & Prophetę aliquando quidem locuti sunt ex spiritu suo, aliquādo vero ex spiritu Dei. Sicut. 2. Reg. 7. legitur de Nathan Propheta, q̄ ex spiritu suo loquens, consuluit Dauid, quòd ędificaret templum, quod quidē postmodum ex spiritu, & nutu diuino, retractauit. sed hoc ostendit Baptista locum non habere in Christo, quia Prophetæ quidem accipiunt spiritum Dei mensurate, scilicet quantum ad aliquid, nō quātum ad omnia. & ideo non quantum ad omnia verba Dei loquuntur. Christus autem qui absque mensura, & quantum ad omnia spiritum recepit; ideo quantum ad omnia verba dei loquitur. Sed quomodo spiritussanctus datur ad mensuram cum sit immensus, secundum Athanasium in suo symbolo? Immēsus pater, immensus filius immensus spiritussanctus. Responsio, dicendum, quòd spiritussanctus datur ad mensuram, non quantum ad essentiam suam, & virtutem eius, secundum q̄ est infinitus, sed quantum ad dona, quæ dantur mensurate. Ephe 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundū mensuram. Notandū aūt quòd hoc quod dicitur hic de Christo, q̄ non ad mensuram dedit ei Deus pater spiritum, potest dupliciter, intelligi. Vno modo intelligitur de Christo, ſm quòd Deus. Alio modo, ſm quòd homo. Ad hoc enim datur alicui aliquid, vt habeat illud; habere aūt spiritūsanctum, conuenit Christo, & inquantum Deus, & inquantum homo, & sic ſm vtrunque habet spiritumsanctum. sed inquantum homo, habet spiritumsanctum, vt sanctificantem. Isa. 61. Spiritꝰ Domini super me, eo quòd vnxerit me, scilicet hominem. Inquantum vero Deus habet spiritumsanctum, vt manifestantem tantū, secūdum quòd ab eo procedit. Ioan. 12. Illic me clarificabit idest manifestabit: quia de meo accipiet. Sic ergo vtroque modo scilicet inquantum Deus, & inquantum homo Christus habet spiritumsanctum non ad mensuram, nam Christo inquantū Deus, dicitur Deus pater dare spiritumsanctum, nō ad mensuram,

b Qui autem acceperit eius testimonium, signauit: quia Deus verax est.
c Quem enim misit Deus: verba dei loquitur.
d Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

quia dat ei virtutem, & potestatem spirandi spiritumsanctum, qui cū sit infinitus, in infinitum dat ei pater: quem quidem pater, dat ei, sicut ipse habet vt scilicet sicut ab eo procedit, ita & a filio, et hoc dedit per æternam generationem. Similiter & Christus inquantum homo, non id mensurā habuit spiritum, nam hominibus datur spiritussanctus ad mensurā, quia gratia eius ad mensuram eis datur, sed Christus inquantum homo nō ad mensuram recepit gratiam. et ideo non ad mēsuram recepit spiritum sanctum. Sed notandum, q̄ in Christo est triplex gratia, scilicet vnionis, singularis personæ, quæ est habitualis, & capitis quæ est influentiæ. et quālibet istarum recepit Christus non ad mensurā. Nam gratia vnionis, quæ non est habitualis, sed quoddam gratuitū donum datur Christo, vt, scilicet in humana natura sit deus filius dei non per participationem, sed per naturam, inquantum scilicet humana natura Christi vnita filio Dei in persona sit, quæ quidem vnio gratia dicitur, quia nullis præcedentibus meritis hoc habuit. Naturalis autem diuinitas infinita est: vnde ex ipsa vnione accepit donum infinitum. Sic ergo non ad mensuram recepit spiritumsanctum. i. donum & gratiam vnionis quæ spiritusanctio attribuitur, inquantum gratuita. Gratia autem habitualis dicitur, secundum q̄ animæ Christi plena fuit gratia & sapientia, secundum q̄ dicitur supr. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum a patre, plenum gratię, &c. De qua quidem gratia, dubiū esse potest, an receperit eam non ad mensuram. Cum enim huiusmodi gratia sit donū creatū, confiteri oportet, q̄ habeat essentiam finitā, quod quidem quantum ad essentiam ſm quòd quid creatum est, ipsa gratia habitualis finita fuit. Sed tamen Christus dicitur eam recepisse non ad mensuram tripli ratione. Primo quidem ex parte recipientis. Manifestum est. n. vniuscuiusque naturæ capacitatem esse finitam; quia etsi infinitum bonum recipere possit cognoscendo, & amando, & fruendo tamē ipsum recipit fruendo finite. Est autem cuiuslibet creaturæ ſm suam speciem & naturam, determinata capacitatis mensura, quæ tamen diuinæ potestati non præiudicat, quin posset aliam creaturam facere maioris capacitatis, sed iam non esset eiusdem naturæ secundum speciem; sicut si ternario addatur vnitas, erit alia species numeri. Quando igitur alicui naturæ non datur de bonitate diuina, quanta est capacitas naturalis speciei suæ, videtur ei secundum aliquam mensuram donatū. Quando vero tota naturalis capacitas non impletur, non videtur ei secundum mensuram donatum. quia etsi sit mensura ex parte recipientis, nō est tamen mensura ex parte dantis, qui totum paratus est dare, sicut si aliquis vas ad fluuium deferens, absque mensura inuenit ibi aquam paratam, quāuis ipse cū mensura accipiat, propter vasis determinatam quantitatē. Sic igitur gratia Christi habitualis, finita quidem est ſm essentiam, sed infinite, & non secundum mensuram dicitur dari; quia tantum ei datur, quātum natura creata capere potest. Secūdo vero ex parte doni recepti. nam omnis forma seu actus ſm rationem suam consideratus, non est finitus eo modo, quo finitur per subiectum, in quo recipitur: sed nihil prohibet illum secundum suam essentiam finitum esse, inquātum esse suum est in aliquo receptum. Illud enim secundum essentiam suam infinitum est: quod habet totam plenitudinem essendi; quod quidem soli Deo conuenit, qui est suum esse. Si autem ponatur aliqua forma spiritualis esse, non in subiecto existens, puta albedo vel color, non quidem haberet essentiam infinitam, quia essentia eius esset determinata ad genus vel speciem. Nihilominus tamē totam plenitudinem illius speciei possideret: vnde secundum rationem speciei absque termino vel mensura esset habens quicquid ad illam speciem pertinere potest. Si autem in aliquo subiecto recipiatur albedo, vel color, non habet semper totum quicquid pertinet ad rationem formæ huius de necessitate, & semper: sed solum quando sic habetur, sicut perfecte haberi potest; ita scilicet q̄ modus habendi adequat rei habitæ potestatem. Sic igitur gratia Christi habitualis, finita quidem fuit secundum essentiam, sed tamen dicitur absq; termino & mensura fuisse: quia quicquid ad rationem gratiæ poterat pertinere, totum Christus accepit. Alij autem non totum accipiunt: sed vnus sic, & alius sic. Diuisiones enim gratiarum sunt. 1. Corinthio. 12. Tertio autem ex parte causę. In causa enim quodammodo habetur effectus. Cuicūque ergo adest causa infinitę virtutis ad influendum, dicitur habere illud quod influitur absque mēsura, & aliquo modo infinite, puta si qs haberet fonte, qui aquā infinitā posset effluere & infinite diceret absq; mensura aquā habere. Sic aūt Christi, infinitā & absq; mensura gratiam habet: ex hoc ipso quòd

quòd habet verbum sibi vnitum: quod est totius emanationis creaturarum infinitum, & indeficiens principium. Patet autem ex his quæ dicta sunt, q̄ gratia ipsius Christi, quæ dicitur capitis, secundū quòd Christus est caput ecclesiæ, est infinita quantum ad influentiam. Ex hoc enim q̄ habet vnde quia effunderet absq; mēsura Spiritus dona, accepit virtutē effudendi ipsa absque mēsura vt. f. gratia Christi nō solū sufficiat ad salutē hominū aliquorū: sed hominū totius mūdi, secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse ē propitiatio pro peccatis nostris, & nō pro nostris tantū: sed etiā totius mundi, ac etiam plurium mundorum si essent. Habet etiam Christus denunciandi veritatem diuinam opportunam facultatem; quia omnia sunt in potestate eius. Vnde dicit.

e e Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius.
f Qui credit in filium, habet vitam ęternam.
g Qui autē incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum.

c QVod quidem potest referri ad Christū secundū q̄ homo, & secundum quod Deus: sed aliter & aliter. Si. n. referatur ad Christū secundum naturam diuinā, tunc [diligit] non designat principium, sed signum. Non enim possumus dicere q̄ pater omnia filio dat quia diligit eum, propter duo. Primo, quia diligere est actꝰ voluntatis: dare autem naturam filio, est generare ipsum. Si ergo pater daret voluntate naturam filio, voluntas patris esset principium generationis filij, & sic sequeretur, quòd pater generaret filium voluntate, & non natura, quod est hæresis Arriana. Secundo autem, quia dilectio patris ad filium, est spiritussanctus. Si ergo dilectio patris ad filiū esset ratio quare dedit oīa pater in manu filij, sequeretur, quòd spiritussanctus esset principium generationis filij, quod est inconueniens. Dicendum est ergo, quod ly [diligit] importat signum tantum; vt dicatur, quòd dilectio perfecta, qua [pater diligit filium] est signum, q̄ pater dedit omnia in manu eius: quæ. f. pater habet. Matth. 11. Oīa mihi tradita sunt, &c. infra 13. Sciens quòd omnia dedit ei pater in manus. Si referatur autem ad Christum secundum quod homo, sic ly [diligit] dicit rationem importipij, vt dicatur, Pater omnia in manu filij tradidisse. f. quę in cœlis, & quæ in terris sunt, secundum illud Mat. vltim. Data est mihi omnis potestas, &c. Hebr. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum. et huius traditionis ratio est: quia diligit eum. vnde dicit [Pater diligit filium.] Dilectio enim patris ratio est creandi quamlibet creaturam. Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti, &c. De dilectione aūt filij habetur Matt. 3. & Luc. 3. Hic est filius meus, &c. & [Philippen. 1. Trāstulit nos in regnum dilectionis suę, idest, filij sui dilecti, &c. Consequenter cum dicit.

f OStendit fructum fidei. Et primo ponit fidei præmium. Secūdo infidelitatis suppliciū, ibi [Qui aūt incredulus est, &c.] Sed præmium fidei est inæstimabile, quia vita æterna, & ideo dicit. [Qui credit in filiū habet vitā æternam.] Et hoc ex premissis ostenditur. Si pater omnia dedit filio. f. quæ hēt, & ipse habet vitam æternam: ergo & filio dedit, vt sit vita æterna, infra 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio, &c. quod quidem cōpetit Christo inquantum est verus, & naturalis Dei filius. 1. Ioan. vlti. Vt sitis in vero filio eius Iesu Christo, hic est verꝰ Deꝰ, & vita ęternal. [Qui credit in eum] habet illud in quod tendit, scilicet ipsum filium in quem credit: sed ipse est vita ęterna. ergo qui credit in eum habet vitam æternam. Infra 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam, &c. Supplicium autem infidelitatis est intolerabile, & quantum ad pœnam damni, & quantum ad pœnam, sensus. Quantum quidem ad pœnam damni, quia priuatur vita. Vnde dicit.

g NOn autē dicit non habebit [sed non videbit] quia vita æternа in visione veræ vitę cōsistit infra. 17. Hæc est vita ęterna vt cognoscant te solū Deū, &c. Quam quidē visionē, & cognitionē increduli non habebunt. Iob 20: Nō videat riuulos lactis, &c. idest dulcedinem vitæ æternæ. dicit autem [non videbit.] quia videre vitam ipsam, est proprium præmiū fidei formatę. Quantum vero ad pœnam sensus, quia grauiter punitur. vnde dicit [Sed ira dei manet super eū.] Ira. n. in scripturis pro afflictione, qua deus malos punit accipitur. Vnde cum dicit, [Ira dei patris manet super eū.] Idē est, ac si dicat. Sentiet pœnam a Deo patre: et licet pater omne iudicium dederit filio, vt dicitur infra 5. tamē Baptista refert hoc ad patrem, intendens per hoc Iudæos reducere ad credendum filio. et de isto iudicio dicitur Hebr. 10. Horrendū est incidere in manus dei viuentis. dicit autem [Manet super eum.] quia ista pœna nunquā ab incredulis desistet: & quia omnes qui nascuntur in ista vita mortali habent secum iram Dei, quam accepit primus Adam Eph. 2. Eramus natura idest per natiuitatem filij irę: ab hac autem ira non liberamur, nisi per fidem Christi, & ideo qui non crediunt in Christum filium Dei, manet in eis ira dei.

LECTIO PRIMA.

ROsita doctrina Christi de spirituali regeneratione, & quòd Christus gratiam spiritualis regenerationis Iudæis communicauerat, hic consequenter ostendit, quomodo ipsa gratia etiam ad gētes deriuata est per Christum. Salutaris autem gratia Christi deriuata est dupliciter in gētibus: per doctrinam, & per miracula. Mat. vlti. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, ecce doctrina, Domino cooperante, sequentibus signis. ecce miracula. Primo ergo ostendit futuram gentium conuersionem per doctrinam. Secundo futuram gentium conuersionem per miracula ibi [Post duos autem dies, &c. Circa primum duo facit, Primo premittit quædam præambula ad doctrinā. Secundo proponit doctrinam, & eius effectum, ibi [Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donum Dei.] Quantū ad primum tria præambula præmittit. Primū ex parte ipsius docentis. Secundū ex parte eius de quo doctrina erat, ibi [Erat autem ibi fons Iacob.] Tertiū ex parte personæ audiētis, ibi [Venit mulier de Samaria, &c.] Ex parte autem docentis præambulum est eius accessus ad locum doctrinæ. et ideo dicit [Vt ergo cognouit Iesus, &c.] Vbi tria facit. Primo innuit terminum a quo recedit: quia a Iudæa. Secundo terminum ad quem accedit, in Galilęā. Tertio, insinuat medium per quod transit, quia per Samariam. Quantum ad primum ponit primo causam recessus de loco in quo erat. Secundo exponit quędam dicta in causa assignata, ibi [Quanquàm Iesus non baptizare, &c.] Tertio describit recessum Chri a Iudæa, ibi [Reliquit Iudeā, &c. Dicit ergo [Vt cognouit Iesus; quòd audierunt Pharisæi, &c.] Volens ostendere Euangelista, quòd postquàm Baptista repressit discipulorum suorum inuidiam, Christus declinauit Pharisæorum malitiam. Sed cum dicatur Eccl. 23. Domino deo nostro nota sunt omnia antequam fiant, et Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, quærendum videtur, quomodo Iesus dicitur aliquid de nouo cognoscere. Ad quod dicendum est: quòd Iesus virtute diuinitatis suæ ab æterno cognouit omnia præterita, præsentia, & futura, vt prædictę auctoritates ostendunt: sed inquantum homo aliqua de nouo cognouit, scientia experimentali, & de hac dicitur hic [Vt cognouit Iesus.] Postquam fuit ei nunciatum [quia audierunt Pharisæi, &c.] et hanc cognitionem Christus de nouo accipere voluit dispensatiue, ad ostendendum veritatem humanæ naturæ: sicut & multa alia humanæ naturæ propria voluit facere, & pati. Sed quid est hoc quod dicit [Quia audierunt Pharisæi, quòd Christus plures discipulos, &c. Cum ad eos non pertineat? Nam ipsi Ioannem persecuti sunt, nec ei credebant. vt dicitur Matth. 21. Cum dominus quereret baptismum Ioannis vnde esset. dicebant intra se. Si dixerimus de cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis, &c. non ergo crediderunt Ioanni. Sed ad hoc est duplex Responsio. Vna, quòd ipsi discipuli Ioannis qui supra, quæstionem concitauerant contra Christum, erant Pharisæi, vel Pharisęis confœderati. vnde Matth. 9. dicitur, quòd Pharisæi simul cum discipulis Ioannis proposuerunt quæstiones contra discipulos Christi. et secundum hoc concludit Euangelista [Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt, &c.] idest, postquam intellexit quæstionem & commotionem discipulorum Ioannis, qui erant Pharisęi, vel Pharisęis confœderati super baptismo suo, & discipulorū eius. [Reliqui, &c.] Vel dicendum, quòd Pharisæi propter inuidiam turbati sunt de prædicatione Ioannis. Vnde suaserunt Herodi, vt caperet eum. et hoc patet Matth. 17. vbi cum Christus loqueretur de Ioanne dicit. Elias iam venit, & fecerunt in eum quæcumque voluerunt. Et postea subdit. Sic & filius hominis passurus est ab eis. vbi Glosa dicit, quòd Pharisæi incitauerunt Herodem ad incarcerationē Ioannis & mortem: Videtur ergo probabile, quòd similiter mouerentur contra Christum, ex hoc quòd prædicabat. Et hoc est, quod dicitur [audierunt.] scilicet ad persequendum Pharisæi inuidi, & persecutores Christi. [quia Iesus, &c.] De isto auditu dicitur Iob 28. Perditio, & mors dixerunt, auribus nostris audiuimus facta eius. Sed boni audiunt ad obediendum Psalm. 131. Ecce audiuimus eum in effrata, & postea sequitur. Adorabimus in loco, &c. Audierunt, inquam, duo scilicet, quòd plures discipulos faceret, quàm Ioan. quod quidem iustum erat & rationabile: quia vt dicitur supr. 3. Christum oportet crescere, & Ioan. minui: aliud quòd [baptizabat. Et hoc merito, quia ipse mundat. Psalm. 50. Lauame Domine ab iniustitia mea. & alibi. Psalm. 7. Exurge Domine, scilicet baptizando, in præcepto quod mandasti, scilicet de baptismo: & synagoga, per baptismum congregatorum, circundabit te. Consequenter cum dicit.

CAPVT QVARTVM.

LECTIO PRIMA.

VT ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat quàm Ioannes.

b EXponit, quod supra dixerat de baptismo Christi, quòd audierunt Pharisæi, &c. Sed Aug. dicit hic apparere inconueniens. Nam supra dixerat, & baptizat, hic vero quasi corrigens id, vtpote falsum, dicit [quãquam Iesus non baptizaret.] & ad hoc est duplex responsio. Vna Chrysost. q̃ hoc, quod euangelista dicit: verum est, q̃ Christus non baptizauit aliquem. Illud autem, quod supra dictũ est, scilicet baptizat, intelligendum est secundum famam currentem ad Pharisæos, quòd Christus baptizaret, q̃ aliqui venientes ad ipsos Pharisæos dicerent. Vos inuidebatis Ioan. quod discipulos habebat, & baptizabat: sed ecce, quod hic scilicet [Iesus.] plures discipulos facit quàm Ioan. & baptizat. Quare ergo sustineris eum? et ideo non dicit euangelista ex se, quòd baptizat, sed quod audierunt Pharisæi, & ideo falsum rumorem populi euangelista corrigere volens, dicit. Verum est, quòd audierũt Pharisęi, quòd Christus baptizat, sed est falsum. vnde subdit, [quãquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius.] Ideo autem, ẽm Chrysost. Christus non baptizauit: quia in omni baptismate, quo Ioan. & discipuli baptizauerunt per totum tempus ante Christi passionem, non dabatur spiritussanctus, sed ad hoc erat, vt assuescerent homines ad baptismũ Christi, & congregarentur ad prædicationem: vt ipse dicit. Inconueniens esset, quòd Christus baptizaret, si non daretur in illo baptismo spiritussanctus, qui non dabatur ante Christi passionem: q̃ vt dicitur. infr. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum Iesus erat, &c. Sed secundum Aug. dicendum est, & verius, quod discipuli baptizabant baptismo Christi aqua scilicet & spiritu, qui in ipso baptismo dabatur, & etiam ipse Christus baptizabat, & non baptizabat, Baptizabat quidem quia ipse mundabat interius, sed non baptizabat, quia ipse non tingebat aqua exterius. nam discipuli præbebant ministeriũ per ablutionem corporis, Christus vero præbebat spiritum interius mundantẽ. Vnde ipse proprie baptizabat supr. 1. cap. Super quem videris spiritum descendentem, &c. Hic est qui baptizat, &c. Ad hoc ergo, quod Chrysostomus dicit, quod nondum erat spiritus datus, &c. Dicendum, quòd non erat datus visibilibus signis, sicut post resurrectionem Christi, datus est discipulis, sed tamen datus est, & dabatur per internam sanctificationem, credentibus. Per hoc autem, quod Christus non semper baptizauit, dat nobis exemplum, quod maiores ecclesiarũ Prælati in his quę per alios fieri possunt, non occupentur, sed ea minoribus facienda relinquãt 1. Cor. 1. Non enim me misit Christus baptizare, &c. Si aũt quæritur, an discipuli Christi baptizati fuerint. Dicendum secundum August. ad Srelentium, quod baptizati fuerint baptismo Ioan. quia aliqui ex discipulis Christi, fuerant discipuli Ioan. siue (quod magis credibile est) baptismo Christi, neque enim ministerio baptizandi desuiſse creditur vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret. Et hoc intelligendum est per hoc, quod dicitur Ioan. 17. Qui lotus est nõ indiget, &c. & postea sequit. Et ideo vos mũdi estis, &c. Consequenter Christi recessum ponit, dicens.

b Quãquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius.
c Reliquit Iudæam.
d Et abiit iterũ in Galilęã.
e Oportebat autẽ eum transire per Samariam.
f Venit ergo in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicit̃ Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob filio suo Ioseph.
g Erat autẽ ibi fons Iacob.
h Iesus aũt fatigat̃ ex itinere, sedebat sic, supra fontẽ.
i Hora aũt erat quasi sexta.

c ET hoc triplici de causa. Vna, vt subtrahereret se inuidiæ Pharisęorum, qui ex his quæ audierant de Christo turbabantur & persecutionem parabant, dans nobis exemplum, vt per mansuetudinem malis cedamus ad tẽpus. Eccle. 7. Nec strues ligna in ignẽ illius. Alia de causa, vt ostenderet non esse peccatum persecutores fugere. Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Tertia causa est, quia nondum venerat tempus suę passionis. infr. 7. Tempus meum nondum aduenit, &c. Est autem & alia causa, propter mysterium, nam per huiusmodi recessum significauit, quòd discipuli propter persecutionem relicturi erant Iudæos, & iturri ad Gentes. Consequenter cum dicit.

d OStendit locum ad quem accessit. Dicit autem [iterum] q̃ supra 2. fecerat mẽtionem de quodam alio descensu Christi in Galilęam, quo post miraculum nuptiarum descẽdit Capharnaum. Quia ergo alij tres euangelistæ non faciunt mentionem de illo descensu primo, ideo euangelista, vt det intelligere, quòd alij euangelistæ omnia quæ dixerant vsque ad istud capitulum dimiserunt, & ex hoc loco ipse historiam eis contemporaneam texere incœpit, dicit [iterum.] Per Galilæam enim secundum vnam interpretationem intelligitur Gentilitas, ad quã Christus a Iudæis vadit, interpretatur enim Galilęa transmigratio secundum aliam interpretationem, per Galilæam intelligitur cœlestis gloria. nã Galilęa reuelatio interpretatur. Consequenter cum dicit.

e DEscribit medium per quod transit, & primo in generali. Secundo in speciali, ibi. [Venit ergo in ciuitatem, &c.] Mediũ autem quod transit abiens in Galilęam est Samaria. et ideo dicit. [Oportebat eum transire per Samariam.] dicit autem [oportebat] ne videat̃ contrarius suæ doctrinæ. nam Mat. 10. præcepit discipulis, dicens. In viam Gentium ne abieritis. Quia ergo Samaria terra gentium erat, ideo ostendit, quòd non ex proposito, sed ex necessitate illuc iuit. dicit [oportebat.] et ratio huius necessitatis erat, quia Samaria erat sita media inter Iudæam, & Galilęam. De ista Samaria scien dum est q̃ Amyr Rex Israel, montem a quodã Somer emit: vt habetur 2. Reg. 16. Ciuitatemque quã in montis vertice construxerat, a uendentis nomine Samariam nuncupauit: hac deinde Reges Israelitarum pro Regia vsi sunt, & totaregio ab hac ciuitate Samaria vocabatur. unde hoc, quod dicit hic [oportebat eum transire per Samariam] non est intelligendum, per ciuitatem illam transitum esse facturum, sed per regionem]. Et ideo speciale medium describens, subdit.

f ID est, regionis Samarię quæ dicitur [Sichar.] Sichar enim, idẽ est, quod Sichem, secundum aliud nomen, de qua ciuitate habetur Gen. 34. quòd Iacob iuxta eam tetendit tentoria sua, & propter raptum Dinæ filię suæ a filio Regis Sichem: duo filij Iacob indignati, occiderunt homines ciuitatis illius, & sic cessit in possessionem Iacob, & habitauit ibi fodiens in ea puteos. Postmodum vero circa mortem suam, dedit eam Ioseph filio suo, secundum quòd legitur. Gen. 48. tibi partem vnam extra fratres tuos, &c. et hoc est, quod dicit. [Iuxta prædium.] idest agrum. [quod dedit Iacob filio suo.] Ideo aũt, hęc omnia diligenter euangelista narratur ostendat, quòd omnia quæ contigerũt circa Patriarchas, fuerũt ducẽtia ad Christum, & quòd Christus signatus est per eos, & ab eis secundum carnem descendit. Consequenter cum dicit.

g POnit præambulum doctrinæ ex parte rei, de qua doctrina tradenda erat, & hoc congruenter. Nam doctrina futura erat de aqua & fonte spirituali, & ideo fit hic mentio de fonte materiali, ex quo sumitur occasio disputandi de fonte spirituali qui est Christus. Psal. 35. Apud te est fons vitæ, scilicet spiritussanctus qui est spiritus vitę. Ite fons est baptismus de quo dicitur Zach. 10. Erit fons patens domui Iacob. in ablutionem, &c. Circa hoc tria facit. Primo describit ipsum fontem. Secundo sessionem Christi super eum. & tertio sessionis tẽpus designat. Fontẽ quidem describit cũ d. [Erat autem ibi fons Iacob.] Sed contra inferius dicitur, Puteus altus est. non ergo erat fons. Sed dicendum ẽm Aug. quòd fons erat; & puteus, omnis enim puteus fons est: sed non conuertitur. nã vbi aqua de terra scaturit, fons est. si quidem aqua in superficie terræ scaturit, fons tantum dicitur. Si vero in alto, & in profundo scaturit, ita puteus vocatur vt nomẽ fontis non amittat. Dicitur autem fons Iacob, quia ipse puteum illum foderat in terra illa pp defectũ aquæ, vt dicitur. Gen. 34. Sessio autem Christi innuitur, cum subdit.

h OStendit infirmitatem, quanquam esset virtutis immensæ, non propter defectum virtutis, sed vt ostenderet veritatem naturę assumptæ. Nam secũdum Aug. Iesus fortis est, quia In principio erat verbum, sed infirmus est, quia Verbum caro factum est. Christus ergo volens ostẽdere veritatem humanæ naturæ, permitebat eam agere & pati, quæ sunt propria hominis, volens etiã ostendere in se veritatem diuinę naturę, faciebat & operabatur propria Dei. unde quando retrahebat in flux ũ virtutis diuinę a corpore; esuriebat, fatigabatur, quando vero ipsam virtutem diuinam corpori exhibebat, sine cibo non esuriebat, & in laboribus nõ fatigabatur. Mat. 4. quòd ieunauit 40. diebus, & 40. noctibus, &c. ex hoc autem, quòd Iesus fatigatus est, ex itinere, datur nobis exemplum non refugiendi laborem propter salutem aliorum. Psal. 87. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuẽtute mea. Similiter etiam datur exemplum paupertatis, quia sedebat sic, idest super nudam terram. Mystice aũt sessio humilitatẽ passionis Christi significat. Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, idest passionem, & resurrectionem meam. Item significat auctoritatem docendi; quia loquitur tanquã potestatem habens: vnde dicitur. Matt. 7. quòd sedens docebat eos. Tempus autem determinatur, cum subdit.

i ET ratio huius determinationis assignat literalis, & mystica. Literalis quidem, vt ostendat causam fatigationis, nam in calore, & sexta hora diei, homines magis fatigantur ex labore. Item vt ostendat causam sessionis, licenter enim homines in æstu, & calore diei, iuxta aquas quiescunt. Mystica autem causa assignatur triplex. Vna, quia Christus in sexta ætate seculi in mundum venit, carnem assumens. Alia, quia sexto die homo factus est, & in sexto mense conceptus est Christus. Tertia, quia in sexta hora sol in alto existit, & non restat nisi vt declinet. Sol autem quantum ad hoc pertinet, temporalem prosperitatem significat, ẽm illud Iob. 31. Si vidi solem cum fulgeret. &c. Tunc ergo Christus venit, quando prosperitas mundi in alto erat, idest in cordibus hominum per amorẽ florebat: sed per eum amor à cordibus hominũ declinare debebat. Consequenter cum dicit.

k POnitur præambulum ex parte audientis. & circa hoc tria facit. Primo ponitur persona, cui exhibetur doctrina. Secundo innuit præparatio eiꝰ ad doctrinam, ibi. [Dixit ergo ei mulier illa Samaritana.] Persona autem cui exhibet̃ doctrina, ẽ mulier Samaritana. vnde dicit [Venit mulier de Samaria haurire aquã.] Mulier ista significat̃ ecclesiã gentium nondum iustificatam: quæ idolatria detinebatur: sed tamen per Christum iustificandã. [venit] autem ab alienigenis. s. à Samaritanis; qui alienigenæ fuerãt, licet vicinas terras incolerent, quia ecclesia de gentibus, aliena à genere Iudęorum, ventura erat ad Christum. Mat. 8. Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent, &c. Hæc autẽ mulier præparatur ad doctrinam per Christum, cum dicit.

k Venit mulier de Samaria haurire aquã. Dixit ei Iesus. l Da mihi bibere.
m Discipuli enim eius abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent.
n Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me possis: quæ sum mulier Samaritana?

l ET primo dat ei occasionẽ quærendi. Secundo Euangelista interponit quærendi opportunitatẽ, ibi. [Discipuli aũt eius, &c.] Occasio aũt, & præparatio mulieris fuit peticio Christi, vnde dicit: [Da mihi bibere.] Petit namque potum: & quia sitiebat aquam propter estum diei, & sitiebat salutẽ hominis propter amorẽ eius vnde in cruce pendens dixit. Sitio. Opportunitatem autẽ quærendi à muliere habuit Christus, quia non erant ibi discipuli eius, à quibus quæreret aquam. & ideo dicit Euangelista.

m VBi tria de Christo nota: scilicet eius humilitatẽ, in eo quòd solus relinquebatur. dabat enim in hoc exemplum discipulis suis omnẽ superbiam conculcare. Sed quęreret fortasse aliquis, quæ necessitas fuerat assuescere discipulos ad humilitatem, quia piscatores & humiles extitérant, & tabernaculorum factores. Sed audiere debent, qui talia dicunt, q̃ repente piscatores huiusmodi facti sunt reuerentiores omnibus regibus, facundiores Philosophis & Rhetoribus & familiares domini orbis terrarũ: & tales sic repente promoti consueuerunt superbire: vtpote inexpertes ad tantũ honorem. Secundo, nota Christi parsimoniam: nam ita parum curabat de cibis; q̃ nihil comestibile secum ferebat. Tertio ẽt nota, q̃ dimiserunt eum solum in cruce. Isa. 63. Torcular calcaui solus, &c.

n PRæparauit dns mulierem ad recipiendum spiritualem doctrinam, dando ei occasionẽ quærendi. Hic consequẽter ponitur quæstio; secundo assignatur rõ quæstionis, ibi. [Non enim coutuntur, &c.] Sciendum est aũt, quòd dns petierat ã muliere potũ, intendens magis de spirituali, q̃ de corporali potu. Mulier vero, potũ spiritualem nondum capiens, intendebat solum de corporali; & ideo respondet. [Quomodo tu Iudæus cum sis: bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? &c.] Christus Iudęus erat: quia & de Iuda promissus. Gen. penul. Non auferetur sceptrũ de Iuda. & de Iuda natus. Heb. 7. Manifestũ est, q̃ ex Iuda ortus sit dns noster. Cognoscebat aũt mulier Christum esse Iudęum ex habitu. nam sicut dicitur, Num. 15. Dns præcepit, quòd Iudæi portarẽt fimbrias iacintinas in quatuor angulis vestium suarũ, vt per eas discernerentur ab aliis populis. Consequenter assignatur ratio quæstionis: siue ab Euangelista ẽm Glo. siue à muliere, ẽm Chrysost. cum dicit.

o SCiendum est aũt circa hoc: q̃ sicut dicitur 4. Reg. 18. Propter peccata populi Israel. s. decem tribuum, qui colebant idola, ducti sunt in captiuitatem à Rege Assyriorũ in Babylonem; & ne Samaria absq; habitatoribus remaneret, fecit ibi gentes ex diuersis locis ductas habitare, & cum ibi essent, volens dns ostendere, quòd non pp imbecillitatem suæ virtutis: sed propter Iudęorum malitiã tradidit eos, immisit ipsis gentibus leones, & fœuas bestias, quę eos lędebant; quæ vbi nunciata sunt Regi Assyriorum, habito ex consilio, quòd hoc ideo eis contingeret, quia non seruabant legitima Dei terræ, misit ad eos sacerdotem quendam ex Iudęis, traditurũ eis Dei legem, ẽm legem Moysi. vnde & isti licet non essent ex populo Iudæorum, seruabant tã legem Moysi: sed cũ Deo vero, colebant idola, nec Prophetis attendebant, & vocabãt se Samaritanos, à ciuitate Samarię, quę erat sita in mõte Somer. 3. Reg. 16. Reuertentibus ergo Iudæis ex captiuitate in Hierusalem sẽp infesti fuerunt & contrarij, & sicut dicitur in Esdra, impediebãt eos ædificare templum & ciuitatẽ: & licet Iudæi vitarent oẽs alias nationes, specialiter tã vitabant istos, nec in aliquo conuersabantur eis, & hoc est, quod dicit. [Non enim coutunt̃ Iudæi Samaritanis.] Non dicit, quòd Samaritani non coutantur Iudæis, quia libenter voluissent adiungi, & couti Iudæis: sed Iudęi eos repellebant, secundum illud. Deut. 7. Non inibis cum eis fœdus, &c. Sed si non erat las Iudęis couti Samaritanis, quare Deus petebat à Samaritana potum? Ad quod, secundum quòd dicit Chrysost. posset aliquis respondere, q̃ dns petebat eam non sibi traditurã potum, & ideo petiuit. Sed hoc non sufficit, quia petens quod non licet, à peccato nõ est immunis, quantũm in se est, quin scandalizet, est non detur ei, quod ipse petit: & ideo dicendum est, quòd sicut dicitur. Mat. 12. Filius hominis est dominus etiam sabbati, vnde tamquam dominus legis poterat vti, & non vti lege, & obseruantiis, & legalibus secundum quòd sibi expediens videbatur. & q̃ imminebat tẽpus quo gentes vocarentur ad fidem, ipsis gentibus contebatur. Consequenter cum dicit.

o Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

LECTIO II.

RESpondit Iesus, & dixit ei. Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

LECTIO II.

NArrat euangelista ipsam doctrinam spiritualem. Et primo ponitur ipsa doctrina: secũdo effectus doctrinæ, ibi [Et continuo venerunt discipuli eius.] Circa primum duo facit. Primo ponit summarie totam doctrinam: secundo explicat eam per partes: ibi. [Dixit ei mulier. Domine, neque in quo haurias, &c.] Dixit ergo, Tu miraris, quòd ego Iudæus potum petij a te Samaritana: sed non debes mirari: quia ad hoc veni vt etiam gentibus potum darem, & ideo dixit. [Si scires donum Dei; & quis est qui dicit tibi, &c.] et vt incipiamus ab vltimo, requirendum est, quid intelligitur per aquam. Et dicẽdum, quòd per aquam intelligitur gratia spiritussancti, quæ quidem quãdoque dicitur ignis, quandoque aqua, vt ostendat, quòd nec hoc, nec illud dicit̃ secundum substantiæ proprietatem. sed secundum similitudinẽ actionis. nã ignis dicitur, quia eleuat cor per feruorem & calorem. Rom. 12. Spiritu feruentes, &c. & quia consumit peccata. Canti. 8. Lampades eius, lampades ignis, &c. A qua vero dicitur propter purgationẽ. Eze. 36. Effundã super vos aquã mundã, & mundamini, &c. & propter refrigerationẽ ab æstibus tẽtationum. Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. et propter satietatem cõtra sitim terrenorũ & quorumcunque temporaliũ. Isa. 55. Omnes sitientes, venite ad aquas, &c. Est aũt duplex aqua. s. viua & nõ viua. Nõ viua quidẽ est quæ nõ continuat̃ suo principio vnde scaturit: sed collecta de pluuia seu aliunde, in lacunas & cisternas a suo principio separata seruat̃. Viua autem aqua est, quæ suo principio cõtinuatur & effluit. Secundum hoc ergo, gratia spiritussancti recte dicitur aqua viua, quia ita ipsa gratia spiritussancti datur homini, quòd tũ ipse fons gratiæ datur. s. spiritussanctus; imo per ipsum dat̃ gratia. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctũ, &c. nam ipse spiritussanctus est fons indeficiens, à quo oia dona gratiarũ effluũt. 1. Corint. 13: Hęc omnia operat̃ vnus atque idẽ spiritus, &c. et inde est, q̃ si aliquis donũ spiritussancti habeat, & non spiritũ, aqua non continuat̃ suo principio, & ideo est mortua & non viua. Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Sic ergo patet, quid per aquam intelligat̃. Sed consequẽter ostendit, q̃ ad habendum aquã viuã, idest gratiã in adulcis per desiderium peruenitur idest per petitionẽ. [Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus: quia absque petitione & desiderio non datur alicui gratia. Vnde dicimus, q̃ in iustificatione impij requiritur liberum arbitrium ad detestandum peccata, & ad credendum gratiam: secundum illud Mat. 7. Petite, & accipietis. In tantum enim requiritur desiderium, quòd etiam ipse filius ad petendum inducitur. Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi. Vnde nec aliquis contradicens gratiæ eam recipit, nisi prius reducatur ad desiderium gratiæ, sicut patet in Paulo, qui antequam gratiam reciperet, reductus est ad desiderium gratiæ. dicens. Domine, quid me vis facere? Act. 9. Et inde est, quòd signanter dicitur. [Tu forsitan petisses ab eo.] et dicit [forsitan] propter liberum arbitrium, quo homo aliquando desiderat, & petit gratiam, aliquando non. Sed ad petendum gratiam incitatur desiderium hominis ex duobus, scilicet ex cognitione desiderandi boni, & ex cognitione datoris. et ideo duo cognoscenda proponit. Primo, scilicet ipsum donũ. vnde dicit. [Si scires donum Dei.] quòd est omne bonum desiderabile, quòd est à spiritusancto. Sapien. 8. Scio, quòd non possum esse continens, &c. Et hoc donum Dei est, &c. Secundo, proponit ipsum datorem. Vnde dicit [& quis est qui dicit tibi, &c.] scilicet si scires eum qui dare potest, qui sum ego. Infra 15. Cũ venerit paraclytus

quem ego mitram,&c. Psal.67. Dedit dona hominibus. Sic ergo hæc doctrina est de tribus,scilicet de dono aquæ viuę: de petitione ipsius doni,& de datore eius. Et ideo cum dicit.

b DE ipsa de ctrina tractat explicite quantũ ad hæc tria. Et primo,quantum ad donũ. Secundo,quantum ad pétitionẽ, ibi [Dicit ei mulier. Dñe vt video Propheta es tu.] Tertio, quantum ad datorem ibi [Dicit ei mulier, scio q Messias venit,&c.] Circa primum duo facit. Primo explicat donum, ostendendo eius virtutem. Secundo agit de pfectione ipsius doni, ibi [Dicit ei mulier. Domne da mihi hãc aquam,&c.] Circa primum duo facit. Primo ponitur inquisitio mulieris. Secundo respõsio Christi,ibi [Respõdit Iesus, & dixit ei.

b Dixit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquã viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob: q dedit nobis puteum: & ipse ex eo bibit, & filij eius,& pecora eius?

c Respõdit Iesus,& dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac,sitiet iterum: Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei:non sitiet in æternum.

d Sed aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam.

e Dixit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam: vt non sitiam,neque veniam huc haurire.

f Dixit ei Iesus. Vade vocavirum tuum:& veni huc.

g Respõdit mulier,& dixit: Non habeo virum.

Omnis qui biberit,&c.] Circa primum sciẽdum est, q mulier ista Samaritana, verba quæ dñs spiritualiter intelligebat,carnaliter accipiebat;quia erat animalis. 1. Cor.2. Animalis homo non percipit. Et ideo verba quæ dñs dicebat quasi inconuenientia, & impossibilia,argumento quodam vtens, infringere conabatur, hoc modo: Tu promittis mihi aquã viuam:aut ergo de isto puteo, aut de alio. sed non de isto q [Nec in quo haurias habes: & puteus altus est.] De alio aũt non videtur credibile,q dare possis, quia [nõ maior es patre nostro Iacob qui dedit,&c.] Primo ergo prosequẽtes primũ, videamus hoc,quod dicit [Domine neq; in quo haurias habes].i. hauritorio cares,quo aquam de puteo extrahere possis. [& puteus altus est].s.vt absque hauritorio manu non possis attinger. Per altitudinem,seu profunditatẽ puteiintelligitur sacræ scripturæ profunditas,& sapientiæ diuinæ. Eccle.7. Alta profunditas, & quis &c. Hauritorium autem quo aqua sapientiæ salutaris hauritur,est oratio. Iac. 1. Si quis indiget sapientia,postulet a Deo. Secundum ostẽdit cum dicit [Nunquid tu es maior patre nostro,&c.] q.d. Nunquid meliorem aquam habes ad dandum nobis,quãm Iacob? Dicit autem patrem suum Iacob,non quòd Samaritani de genere sint Iacob,vt ex supradictis apparet, sed quia legem Moysi habebant, & quia intrauerunt terram semini Iacob repromissam. Commendat autem mulier ista,puteum istum ex tribus. Primo ex auctoritate dantis. vnde dicit[patre nostro Iacob,qui dedit,&c.] Secundo ex suauitate aquæ,& dicit,quòd ipse Iacob ex eo bibit, & filij eius: nisi enim fuisset suauis non ipsi bibissent, sed pecoribus eam tradidissent. Tertio ex vbertate,cũ dicit [& pecora eius.]quia enim erat suauis,nisi fuisset vberrima,non dedissent eam pecoribus. Sic & sacra scriptura magna est auctoritate, quia à spiritusancto est data. delectabilis est suauitate. Psal.118. Quàm dulcia sunt faucibus meis eloquia tua. Iterũ fœcũda est vbertate, quia non solũ sapientibus,sed ẽt insipientibus cõicatur. Consequenter cum dicit.

c PONitur responsio domini, vbi explicat virtutẽ suæ doctrinæ, & primo,quantum ad hoc,quòd dixerat eam esse aquam. Secundo quantum ad hoc,quòd dixerat eam esse aquam viuam, ibi. [Sed aqua quam ego dabo ei,&c.] Ostendit autem, q doctrina sua sit optima aqua, ex hoc quòd habet aquæ effectum s. q auferat sitim multo amplius q̃ aqua ista corporalis, ostendens se in hoc esse maiorem,q̃ Iacob. & ideo dicit [Respondit Iesus,& dixit ei.] q.d. Tu dicis,quòd Iacob dedit vobis puteum:sed ego dabo aquam meliorem,quia [omnis qui biberit ex hac aqua].s.corporalis,vel carnalis cupiditatis & concupiscentiæ, licet ad horam sedetur appetitus,tamen sitiet iterum. quia insatiabilis est delectationis appetitus, Prouer.23. Quando enim labo, & rursus vina reperiã. Sed qui biberit ex hac aqua[.s.spirituali.]quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.] Isa.penul. Seruí mei bibent, & vos sitietis. Sed contra. Eccle.24. dicitur,qui bibunt me adhuc sitient. Quomodo ergo nõ sitiet in æternum:qui biberit ex hac aqua.s.diuina sapientia, cum ipsa sapientia dicat,Qui bibunt me adhuc sitient? Sed dicendum, quòd vtrũque verum est; quia qui bibit ex aqua quam Christus dat,& sitit adhuc,& non sitit, sed qui bibit ex aqua corporali sitiet iterum,& hoc propter duo. Primo,quia aqua materialis & carnalis non est perpetua,nec causam perpetuam habet, sed deficiẽtem. Vnde & effectus oportet quòd cesset. Sap.5. Transierunt hæc omnia quasi vmbra,&c. A qua vero spiritualis causam perpetuam habet.s.spiritumsanctum,qui est fons vitæ, nunquã deficiens, & ideo qui ex ea bibit,non sitiet in æternum, sicut qui haberet in ventre fontem aquæ viuæ,non sitiret vnquam. Alia ratio est,quia differentia est inter rem spiritualem, & temporalem, licet enim vterque generet sitim,tamen aliter,& aliter, quia res temporalis habita, causat quidem sitim non;sumpsius,sed alterius rei. Spiritualis vero tollit sitim alterius rei,& causat suipsius sitim. Cuius ratio est, q̃ res temporalis antequã habeatur,extimatur magni pretij, & sufficiens: sed postqua habetur,quia nec tanta, nec sufficiens ad quietandum desiderũ inuenitur, ideo non satiat desiderium, quia ad aliud habendũ mouetur. Res vero spiritualis nõ cognoscitur, nisi cũ habetur. Apocal.3. Nemo nouit nisi qui accipit. Et ideo non habita, non mouet desiderium,sed cũ habetur & cognoscit, tunc delectat affectũ, & mouet desiderium, non quidem ad aliud habẽdum,sed quia imperfecte percipitur pp recipiẽtis imperfectionẽ, mouet vt ipsa perfecte habeatur. Et de hac siti dicitur in Psal.41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Sed hęc sitis in mundo isto vsquequaque non tollitur, quia bona spiritualia in vita ista percipere non possumus,& ideo qui biberit ex hac aqua, adhuc quidem sitiet eius perfectionem,sed non sitiet in æternum, quasi ipsa aqua deficiat, quia vt dicitur in Psal.35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. In vita autem glorię vbi beati perfecte bibunt aquam diuinæ gratię, nõ sitient in æternum. Matth.5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam scilicet in mundo isto, quia saturabuntur in vita gloriæ. Consequenter cum dicit.

d OStendit doctrinam suam esse aquam viuam ex motu ipsius aquæ. Vnde dicit,quòd est fons decurrens. Psal.45. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Sed alius est cursus aquæ materialis.s.deorsum,alius istius spiritualis, quia ducit sursum,& ideo dicit,dico, q talis est aqua materialis. q̃ non tollit sitim ,sed aqua quam ego do,] non solum sitim aufert,sed est vita:q̃ est coniuncta fonti. Vnde dicit,q̃ fiet [in eo fons.] Fons inquã perducens per bona opera ad vitã æternam. Ideo dicit [aquæ salientis.].i.salire faciẽtis [in vitã ęternã.] vbi nõ est sitis.infr.7. Qui credit in me,flumina de ventre eius.s.bonorũ desideriorũ de ventre eius fluẽt aquę viuę. Psal.35. A pud te est fons vitæ. Consequenter cum subdit.

e AGitur de petitione doni. Et primo ponit modus percipiendi ipsum donum. ¡Secundo conuincit mulier,ibi. [Dixit ei Iesus:bene dixisti,&c.] Modus percipiẽdi vt dictum est, est per orationem & petitionem.et ideo primo ponitur petitio mulieris. Secundo responsio Christi,ibi. [Dixit ei Iesus:vade,&c.] Quantum ad primum notandum,quòd mulier ista in exordio collationis suæ, Christum non vocauit dominum,sed simpliciter Iudæũ dicẽs. Quomodo tu Iudæus cum sis,&c. hic vero statim cũ audit eũ fore sibi vtilẽ,& aquam dare posse,dñm eum vocat.vnde [Dixit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquã.] Quia enim hoc carnaliter intelligebat, & duplici corporali necessitate tenebatur.s.sitis & laboris veniendo ad puteum & portando, ideo aquã petens,hæc duo allegat: dicens quo ad primum. [Vt nõ sitiam] & quo ad secundũ. [Neq; veniam huc haurire.] Naturaliter enim homo laborem refugit, Psalm.72. In labore hominum non sunt.

f HIc ponitur responsio domini. Sed sciendum est, q dominus respondebat spiritualiter:sed mulier intellexit carnaliter: & ideo potest hoc dupliciter exponi. Vno modo, secundum Chrysos. qui dicit, quòd dominus nolebat dare aquam spiritualis doctrinæ non sibi soli; sed specialiter,viro suo,quia vt dicitur.1.Cor.11. Caput mulieris vir.et ideo voluit,vt præcepta Dei ad mulieres per virum deuenirent.1.Cor.14.dicit:q̃ si mulier aliquid addiscere vult, domi virum interroget.et ideo dicit.[Vade voca virum tuum,& veni huc.] & tunc cum eo,& per eũ dabo tibi. Alio modo,ẽm Aug. exponitur mystice. Nam sicut de aqua dñs figuratiue loquebatur, ita de viro. Vir autem iste, ẽm Aug. est intellectus. nã voluntas parit,& concipit a vi apprehensiua mouente eam. vnde voluntas est,sicut mulier.Ratio vero mouens volũtatẽ est vir eius. Quia ergo mulier.i.voluntas prompta erat ad recipiendum : sed non mouebat ab intellectu & rõne,vt specialiter hoc intelligeret,sed adhuc sub sensu detinebatur,ideo dominus dixit ei. [Vade.] Tu sensualis. [voca virum tuum.] idest rationabilem intellectum aduoca, quo spiritualiter & intelligibiliter intelligas, quod modo carnaliter sapis [& veni huc.] Intelligendo ducta ratione.

g HIc conuincitur a Christo mulier. Et primo ponitur eius responsio:secundo contestatio qua conuincitur a Christo: ibi. [Bene dixisti.] Circa primũ sciendũ est, q mulier turpitudinẽ suã occultare

occultare volens,& Christũ sicut purum hominẽ credens. licet verum responderit Christo, tñ ficte, & occulte dedecus suũ tacebat: quia hoc illud quod dicit in Prouer. Mulier fornicaria quasi stercus,&c. Et ideo [Rndit & dixit:virũ non habeo.] & verũ erat: quia licet ante plures habuerit.s.quinq;, nunc vero non legitimũ habebat virũ,sed cuidã adhęserat; & ideo cõiunctę a dño. Vnde dicit.

h SCilicet legitimũ [quinq; enim viros habuisti] ante ipsum.[& nunc quẽ habes].i.hoc modo, vteris vt viro.[nõ est tuus vir: hoc vere dixisti:] quia virũ non habes. Ideo autẽ dixit ei dñs ea quæ ab ea nõ didicerat: & occulta sibi videbanẽ,vt mulierẽ ad spiritualẽ intelligentiam reducat, & credat in Christo aliquid diuinũ esse. Mystice aũt quinq; viri sunt quinq; libri Moysi,quia Samaritani,vt dictũ est, eos recipiebant ; & ideo dicit [quinq; enim viros habuisti,& hunc quẽ habes] i.quẽ audis.s.Christum nõ est tuus vir,quia nõ credis. Sed vt dicit Augu. hæc expositio nõ est bona,quia mulier ista dimissis q̃nq; viris, venit ad hunc quẽ habebat:sed isti qui veniũt ad Chrm, nõ dimiserũt quinq; libros Moysi,& ideo aliter dicendũ,q̃ [quinq; viros habuisti].i.q̃nq; sensus,quibus vsq; modo vtebaris: sed hunc quẽ habes.s.rationem errantẽ qua spiritualiter dicta adhuc carnaliter intelligis.[non est tuus vir.]legitimus,sed adulter : & ideo tolle istũ adulterũ errorẽ, qui te corrumpit,& [voca virũ tuum].i.intellẽm, vt intelligas me.

i HIc agit de petitione qua donũ acquiriẽ,quæ est oratio. Et primo ponit quęstio mulieris de oratione. Secũdo, rnsio Chri, ibi. [Dixit ei Iesus:mulier crede mihi.] Circa primũ duo facit mulier: Primo,confitet idoneitatẽ Christi ad respõdendũ qõni. Secundo quæstionẽ proponit,ibi. [Patres nostri,&c.] Mulier aũt ista audita quæ Chrs de occultis ei manifestauerat : quẽ vsq; modo purũ hominẽ credidit,nũc Prophetã confitet, idoneũ ad satisfaciendum de dubiis.hoc est propriũ Prophetarũ,vt absentia & incognita annuncient.1.Reg.9. Qui olim dicebat videns,nunc dicit propheta. & ideo dicit. [Dñe vt video Propheta es tu.] q.d. in hoc q occultabat mihi dicis,ostenderis Propheta. In quo ẽm Aug paret,q̃ cœpit ad eam venire vir;sed non plene venit : quia dñm Prophetã putabat. licet enim Propheta esset. Mat.13. Non est Propheta sine honore,&c.tñ erat plus q̃ propheta,quia prophetas ipse cõstituit. Sap.1. In animas sanctas per nationes se transfert,&c. Consequenter ponit quæstionẽ de oratione dicens. [Patres nostri,&c.] In quo admiranda est mulieris diligentia,quia mulieres,vtpote curiosæ & infructuosæ,& nõ solũ infructuosæ,sed & ociosæ. 1.Thim.5. Nõ de mundanis,non de futuris eũ interrogabat, sed de his, quæ Dei sunt ẽm illud Mat.7. Primum quærite regnum Dei.& mouet primo qõnẽ de his quæ in terra illa homines mouere consueuerant.s. de loco orationis,de quo quæstio vertebatur inter Iudęos & Samaritanos. & hoc est,quod dicit. [Patres nostri in monte hoc adorauerunt,& vos dicitis,&c.] Circa quod sciendum est, q̃ Samaritani(ẽm legis mandata) Deum colentes,fecerunt templum, in quo eum adorarent,non euntes in Hierusalem pp Iudęos eis infestos ; quod quidẽ templum fecerunt in monte Garizim, Iudęi vero in monte Syon. Vnde quæstio vertebatur inter eos,quis istorũ montium esset cõuenientior locus orationi,& vtriq; adducebant rõnes pro parte sua. Samaritani quidẽ dicebant magis in monte Garizim esse adorandum,q̃a antiqui patres adorauerunt ibi dñm,& ideo dicit. [Patres nostri in monte hoc adorauerunt.] sed qũo dicit mulier . [Patres nostri.]cum Samaritani non essent ex semine Israel? Ad hoc est responsio ẽm Chrysost. q̃ aliqui dicunt Abrahã in monte illo filium obtulisse : alij aũt in monte Syon,vt habetur. Gen.22. Vel potest dici, q̃ patres nostri intelligantur Iacob & filij eius, qui vt habẽ Gen.33.& dictum est supra, habitauit in Sichem,quæ est sita iuxta montem Garizim,& forte ibi adorauerunt in monte dñm. Vel potest dici,q̃ filij Israel adorauerunt in monte hoc,qñ Moyses præcepit,vt ascenderent in montem Garizim,ad benedicẽdum seruantibus mandata dñi,vt dicit. Deut.6.[Et vocat istos patres suos , vel pp legem datam filijs Israel,quam seruabant Samaritani, vel pp terram eorũ quam inhabitabant,vt dictũ est supra. Iudęi autem dicunt orandum esse in Hierusalem auctoritate dñi, qui præcepit. Deut.12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris,sed in loco quem elegerit dñs Deus tuus, qui quidem orationis locus primo fuit in Sylo,postea vero auctoritate Salomonis & Natham prophetæ, archa Dei portata est de Sylo in Hierusalem, & ibi factum est templum,ẽm illud Psal.77. Repulit tabernaculum Sylo.& postea sequitur:sed elegit tribum Iuda in montẽ Syon quẽ dilexit. Sic ergo Samaritani adducebant pro se auctoritatẽ patrũ, Iudæi vero auctoritatem prophetarum, quos Samaritani non recipiebant. Hanc ergo quæstionem mulier proponit:nec est mirandũ à quo docta fuerit,quia cõiter contingit, vt in terris,in quibus diuersa sunt dogmata, etiam simplices in eis sint instructi . Vnde quia Samaritani fuerant in continuo iurgio cum Iudęis ; ideo mulieres & simplices in materia ista edocti erant. Consequenter cum dicit.

h Dixit ei Iesus. Bene dixisti quia non habeo virum. quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes non est tuus vir: hoc vere dixisti.

i Dixit ei mulier. Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt : & vos dicitis, q̃a Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet.

k Dixit ei Iesus: Mulier, crede mihi : quia venit hora, quando neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem.

l Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus : q̃a salus ex Iudęis est.

KPonitur responsio Chri: & primo distinguit trinam orationẽ. Secundo cõparat eas adinuicem, ibi. [Vos adoratis, qd̃ nesciris.]Circa primũ reddit primo mulierem attentam, vtpote grandia locuturus dicens. [Crede mihi] & fidem adhibe , quia vbique opus est fide. Heb. 11 Accedentẽ ad Deum oportet credere. Isa.7. Nisi crediderit is,nõ intelligetis. Secũdo proponit trinam adorationem,quarum duæ iam erant, alia vero expectabant futura. Duarum autem quę erant, vna erat samaritanorum , qua orabant in monte Garizim,& hanc exprimit dicens. [Venit hora: qñ neque in monte hoc.] scilicet Garizim [adorabitis.] Alia est Iudæorum qua orabant in monte Syon scilicet in Hierusalẽ,& hanc exprimit dicens. [Neque in Hierusalem.] Tertia est futura,quæ expectatur,quæ est alia ab istis, & hãc insinuat excipiendo vtrãque adorationẽ, nã si veniat hora qñ adorabunt,non tñ in monte garizim , neque in Hierusalẽ manifestum est , q̃ erit tertia adoratio.Christi,euacuans vtrorũque adorationẽ. nam si aliquis vellet duos populos in vnũ coniungere,oporteret in vtroque remoueri illud,in quo ab inuicem dissiderent,& aliquid eis commune in quo conueniant concedere. Christus ergo volẽs coniungere Iudæos & gẽtiles, remouit a Iudæis cęrimonias,& agentibus idolatriã,quę duo erat sicut paries vnus , in quo vterque adinuicem dissidebant,& fecit ex vtroq; populo vnum populum,ẽm illud Ephe.2. Ipse est pax nostra,&c. Sic ergo cessauit cerimonialis cultus & idolatria gentiũ:& sic introductus est verus Dei cultus a Christo. Mystice aũt ẽm Origen.p tres adorationes intelligunt diuinę sapientiæ tres participationes. Quidã nãque participãt eã obnubilat an tenebris erroris,& isti adorãt in monte,quia oìs error ex superbia causatur. Hie.7. Ecce ego ad te mons pestifer. Quidã vero participant ipsam diuinã sapientiã sine errore, sed imperfecte,quia in speculo & enigmate:& isti adorãt in Hierusalẽ,quæ significat præsentẽ ecclesiam. Psal.146. Edificans Hierusalẽ dominus,&c. Beati vero & sancti participãt illã sine errore perfecte, quia vident Deũ sicuti est , vt dicit.1.Ioan.3. Et ideo dicit.[Venit hora] i.expectabitur quando neque in erroribus, neque per speculum & in enigmate participabitis diuinam sapientiam:sed sicuti est. Consequenter cum dicit .

l COmparat prædictas adorationes adinuicem . Et primo cõparat secundam ad primam. Secundo tertiam ad primam,& secundam,ibi.[Sed venit hora.] Circa primũ tria facit. Primo ostendit defectum primæ adorationis. Secundo veritatem secundæ. Tertio rationem vtriusque assignat. Quantum ad primum dicit.[Vos adoratis,quod nesciris.] Sed videret alicui , q̃ dominus explicare debuisset veritatem quęstionis,& rationẽ mulieris exsoluere : sed dominus de hoc nõ curat,quia vtraq; adoratio cessare debebat. Quantum autem ad hoc,quòd dicit.[Vos adoratis.] sciendũ est, q̃ Philosophus dicit;aliter est cognitio in rebus cõpositis,& aliter in simplicibus. nam cõposita quidem possunt quantũ ad aliquid cognosci ita vt quantũ ad aliquid in eis remaneãt incognita, vnde pôt de his haberi falsa cognitio , sicut si aliquis habens veram cognitionẽ de animali quantũ ad eius substantiam:tñ potest errare circa cognitionem accidentis:verum,s.sit album vel nigrum,& differentiæ vtrum scilicet sit alatũ vel quadrupes. In simplicibus aũt nullo modo potest esse falsa cognitio, quia aut perfecte cognoscunẽ, inquantum scitur: eorũ quidditas;aut nullo modo cognoscuntur, si non possit ad ea attingi. Cum ergo Deus sit omnino simplex,non potest de eo haberi falsa cognitio per hoc,q̃ aliquid de eo sciatur,& aliquid nesciatur , sed per hoc,quòd non attingitur . Vnde quicumque credit Deum esse aliquid quod non est,puta corpus vel aliquid huiusmodi, non adorat Deum, quia nescit eum,sed aliquid aliud.Samaritani autem falsam opinionem habebant de Deo dupliciter. Primo,quia eximabant eum esse corporeum , vnde & credebant ipsum in vno loco corporeo tantum determinate ibidem adorari oportere . Deinde quia non credebant eum esse super omnia , sed æqualem aliquibus creaturis : vnde simul cum eo , & idola adorabant quasi sibi æqualia:

& ideo nesciebant eum: quia non attingebant ad veram cognitionē eius. & ideo dicit dominus, [Vos adoratis, quod nescitis].i. non adoratis Deum, quia nescitis ipsum: sed fantasiam vestrā, qua aliquid apprehēditis ut Deū. Ephe.4. Sicut & gētes ambulant in vanitate sensus sui, &c. Quantum vero ad secundum, s. quantum ad diuersitatem adorationis Iudeorū dicit. [Nos adoramus, quod scimus.] & connumerat se Iudæis. quia & Iudæus erat secundum gentē: & etiam mulier opinabatur eum & Prophetam & Iudæum esse. [Nos adoramus, quod scimus.] quia Iudæi p legem & prophetas veram cognitionem seu æstimationem de Deo habebāt: in hoc quòd non credebant ipsum esse corporeum, nec in vno loco determinato esse: quasi eius maiestas à loco capi possit. 3 Reg.4. Si enim cœli cœlorum te capere nō possunt, &c. nec etiā dola colebant, & ideo in Psal.75. dicit. Notus in Iudæa Deus. Rationem autem huius assignat cū dicit. [Quia salus ex Iudæis est.] q.d. ideo vera notitia, de Deo habebatur solum à Iudæis: quia futurum erat, quòd salus ex Iudæis prouenirer, & sicut principium sanitatis debet esse sanum, ita principium salutis, quę habetur per Dei veram cognitionem & verum cultum, oportet veram cognitionem de Deo habere, & ideo quia ex eis principium salutis & causa, scilicet Christus prouenire debebat fm illud Gen.22. In semine tuo benedicentur omnes gentes, oportet Deum notum esse in Iudæa. Prouenit autem ex Iudęis salus tripliciter. Primo, quantum ad doctrinam veritatis, quia omnes gentes erant in erroribus: Iudæi autem in veritate permanebant. Rom.3. Quid amplius est Iudæo, quia tradita sunt eis eloquia Dei? Secundo, quantum ad spiritualia dicta. nam prophetica, & alia dona spiritus sancti, prius eis data fuerunt, & ex eis deuenerant ad alios. Rom.11. Tu scilicet gentilis cū esses oleaster, insertus es in illis, scilicet Iudæis. Rom.15. Nam si spiritualium eorum, scilicet Iudæorum participes facti sunt gentiles. Tertio, quantum ad ipsum salutis actorem, quia ex eis processit secundum carnem. Ro.9. Ex quibus Christus, est secūdum carnem. Consequenter cum dicit.

m Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.

n Nam & pater tales quærit, qui adorent eum.

o Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

p Dixit ei mulier. Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus.

q Cum ergo venerit, ille annuntiabit nobis omnia.

r Dixit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.

m Comparat aliam adorationem duabus primis. & primo ponit eminentiam eius ad alias. Secundo præeminentię cōuenientiam, ibi [nam & pater tales quærit.] Sed attendendum est circa primum: fm Origē. q supra loquens de tertia adoratione cū dixit [Venit hora, quando non in monte, &c.] non addidit dominus [& nunc est] hic vero de ipsa loquens dicit [venit hora & nūc est.] quia tunc locutus est de adoratione in patria, secundum quam perfectam Dei cognitionem participabimus, quæ nondum viuentibus in hac carne mortali venit: hic vero loquitur de ea, quæ est in vita ista, quæ iam venit per Christum. & ideo dicit [venit hora, & nunc est quando veri adoratores.] quod potest legi, primo quidem fm Chrysost. vt per hoc totum ostendatur eminentia istius adorationis ad adorationem Iudęorum, vt sit sensus: sicut adoratio Iudæorum præeminet adorationi Samaritanorum, ita adoratio Christianorum pręeminet ei, quæ est Iudæorum, & hoc in duobus. Primo, quia illa est secundū carnales cęremonias. Hebr.9. In iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis, hæc vero est secundum spiritum. Secundo vero, quia illa est secundum figuras. nam Deo illæ victimæ secundum quòd sunt res quædam non placebāt. vnde in Psal.49. dicitur. Numquid mādūcabo carnes taurorū, &c. Et alibi ps.50. Sacrificium dedissem vtiq; holocaustis non delectaberis. in quantum, s. sunt res quędā, sed delectabatur in eis in quantum erant figura veræ victimę & veri sacrificij. Hebr.10. Vmbrā habet lex futurorum bonorum, non rerum ipsam imaginem, &c. Hæc autem adoratio est in veritate, quia ipsa secundum se Deo placet. supra 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo quantum ad primum dicit, quòd [veri adoratores adorabunt in spiritu.] non in cęremoniis carnalibus. Quantum ad secundum dicit [in veritate.] non in figura. Secundo potest legi, quòd dns per hæc duo, quæ dicit, s. [In spiritu, & veritate.] vult ostendere differentiā huius adorationis, non tantum ad illam Iudæorum, verumetiā ad eam, quæ erat Samaritanorum. Ad illam quidem Iudęorum, per hoc quod dicitur [& veritate.] nam illa, vt dictum est, cum errore erat, quia adorabant quod nesciebant; ista vero est cum vera Dei cognitione. Tertio modo legitur, vt per hoc quod dicit [In spiritu & veritate.] ostendatur conditio veræ adorationis. Ad hoc enim q adoratio vera sit, duo requiruntur. Vnū, q sit spiritualis. vnde dicit in spiritu] .i. in feruore spiritę. 1. Cor.14. Orabo spiritu, orabo & mente. Ephe.5. Psallentes in cordibus vestris Deo. Aliud quòd sit in veritate. Primo quidem fidei, quia nullus feruor spiritualis deest, quantum ad secundū, & rectitudo intentionis, quantū ad tertiū. Sed dicit patrem, quia adoratio legis nō erat patris, sed Domini. Nos adoramus, vt filij per amorem, illi vero adorabāt vt serui per timorē. Sic ergo hoc quod dicit [veri,] opponitur contra tria secundum dictas expositiones. Primo contra falsum adorationis ritum Samaritanorū Ephe.4. Deponētes mendacium, loquimini veritatem. Secundo, contra vanū & transitoriū qđ erat in cæremonijs carnalib^9. Psal.4. Vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium? Tertio contra figura. e. supra. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Consequenter cum dicit.

F der ij est ad merendum idoneus, nisi adsit veritas fidei. Iac.1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. secundo vero [in veritate].i. sine fictione & simulatione, contra quod dicitur Mat.6. Amant in angulis orare vt videantur ab hominibus. Sic ergo ad ipsam orationem requiritur feruor charitatis, quantum ad primum, & veritas fidei.

G

n Ostendit conuenientiam tertiæ adorationis ex duobus. Primo ex voluntate & acceptione eius qui adorat, secundo ex ipsius natura, ibi [spiritus est Deus.] Circa primū sciendū est, quòd ad hoc, q homo mereatur, quod petit accipere, ea debet petere quæ non sunt contra voluntatem dantis, & eo modo quo acceptū est danti. et ideo cum oramus deum, esse debemus quales deus quęrit. deus autem tales quærit qui scilicet eū adorēt in spiritu & veritate, & in feruore charitatis, & veritate fidei. Deu.10. Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas dominū Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum ac seruias domino Deo tuo in toto corde tuo vt bene sit tibi? &c. Mich.6. Indicabo tibi o homo q d sit bonum, & quid Deus requirat a te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. hoc autem ostendit & ex natura ipsius dicens.

H

o Nam sicut dicitur. Eccl.13. Omne animal diligit sibi simile. ergo Deus in tantum diligit nos, inquātum ei assimilamur, sed non assimilamur ei secundum carnalia: quia est incorporeus, sed secundum spiritualia: quia [Deus spiritus est.] Ephe.4. Renouamini spiritu mētis vestræ. Hoc autē quod dicit [spiritus est deus.] denotat in Deo incorporeitatem. Luc.vlt. Spiritus carnem & ossa non habet. Item viuificationem, quia tota vita nostra est à Deo vt a principio effectiuo. Et etiam deus, veritas. infra. Ego sum veritas & vita. et ideo in spiritu & veritate oportet adorare eum. Consequenter cum dicit.

I

p Agit hic de datore doni, q respondet ei, quod dominus dixerat. [Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi. Da mihi bibere.] et primo ponitur cōfessio mulieris: secūdo doctrina Christi, ibi. [Ego sum qui loquor tecū.] Circa primum duo facit. Primo enim profitetur mulier fidē Christi vēturi. Secundo profectionē doctrinę eius, ibi. [Cū ergo venerit, ille annunciabit nobis oia.] Sciendum est ergo, q mulier eorum quæ dicta sunt a. itudine fatigata, obstupuit, ea capere non valens. Dicit. [Scio q a Messias venit, qui dicitur Christus.] .i. q.d. ista verba non capio, sed veniet tempus qñ veniet Messias, & tunc sciemus oia ista. Messias. n. hebraice, vnctus latinæ, græce Christus est. Sciebat autē mulier ista Messiā venturū, ex dicta per libros Moysi: vbi Christi aduētus prænūciatus est. Gen. pen. Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittēdus, &c. Sicut autē Aug. dicit, hæc est prima locutio mulieris in quo nominat Christum: vt det intelligere, quòd post quinque seculos corporeos, iam inciperet redire ad virum legitimum. Hic autem Messias cum venerit, perfectam doctrinam proponet cum dicit.

J

q Et hoc prædixerat Moyses, Deut.18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem eis, & ponā verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quę præcepero illi. Et quia iam aduocauerat mulier ista virum suum, intellectum scilicet & rationem, ideo dominus aquam doctrinę spiritualis ei propinat optime manifestando se ei. Et ideo dicitur.

K

r Scilicet Christus. Sap.6. Prœoccupat eos qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. infra 14. Ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Non autem Deus manifestauit se mulieri a principio; quia forte credidisset, & visum fuisset sibi ex vanitate loqui. Nunc autem paulatim in cognitione Christi eam reducens oportune reuelauit se ipsum. Prouerbio.25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. et quidem interrogatus a Pharisæis, vtrum esset Christus, infra 10. Si tu es Christus, dic nobis palam, & tamen eis non se manifeste reuelauit, quia non ad discendum quærebant: sed ad tentandum. Hæc vero simplici mente loquebatur.

LECTIO III.

Posita doctrina de aqua spirituali, hic agit de effectu ipsius doctrinæ. & primo proponit ipsum effectum. Secundo ipsum effectum manifestat, ibi. [Interea rogabant eum discipuli eius.] Effectus aūt huius doctrinæ est fructus prouenien ex parte fidelium. & ideo primo ponitur fructus prouenięs ex parte discipulorum admirantium. Secundo fructus prouenien ex parte mulieris virtutem Christi annūciātis. ibi. [Reliquit ergo hydriā suam mulier.] Tria aūt ponuntur quantum ad discipulos. s. eorū reditus ad Christum. vnde dicit. [Et continuo venerunt discipuli eius.] & vt dicit Chrysost. fatis opportune, postq̄ se Christus mulieri manifestauit discipuli occurrerunt: vt ostēdatur omnia tempora, diuina prouidentia dispensari. Sap 6. Vnum quodq; fecit Deus, quia pusillum & magnum, & æqualiter est ei cura de omnibus; & in omni prouidentia occurret illis. Eccl.8. Omni negocio tempus est, & opportunitas. Secūdo ponitur eorum admiratio de Christo. vnde dicit. [& mirabātur, quia cum muliere loquebatur.] Mirabantur quidē bonum: sed non suspicabantur malū, vt Augu. dicit. Mirabantur aūt duo. Primo quidem superabundantem Christi mansuetudinem & humilitatem, quia dns orbis terrarum, dignatus est cum inope muliere loqui, & diu, dans in hoc nobis exemplum humilitatis. Eccl.4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Secūdo, quia cum Samaritana, & alienigena loquebatur, nescientes mysterium, q mulier eypum ecclesiæ gentiū gereret, quam quærebat, qui venit quærere, & saluū facere, quod perierat. Luc.19. Tertio ponitur eorum reuerentia ad Christum, quę ostenditur ex taciturnitate eorū. In hoc enim ostēdimus reuerentiam ad Deum qñ facta eius discutere nō audemus. Prou.25. Gloria Dei est celare verbū, & gloria Regum inuestigare sermonē. & ideo dicit, q licet mirarentur. [Nemo tñ dixit, quid quęris, aut quid loqueris cum ea?] Eccl.2. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Sed tñ sic eruditi erant discipuli ordinem seruare, ex reuerentia & timore filiali ad Christum, vt aliquando quidem confidenter eū interrogent de his quæ ad eos pertinebant. s. quando Christus aliqua proponebat ad eos pertinētia, quę eorum capacitatē transcendebant. Eccle.3. Adolescens vix loquere in causa tua. aliqñ, vero eum non interrogent in his. s. quæ ad eos non pertinebāt, sicut hic. Consequēter cum dicit. [Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem.] Ponitur fructus prouenięs ex parte mulieris, officium Apostolorum annunciādo assumentis, & ponuntur tria, quę colligi possunt ex dictis & factis eius. s. deuotionis affectus, Secundo prædicationis modus, ibi. [Dicit illis hominibus. Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quęcumque feci.] Tertio prædicationis effectus, ibi. [Et exierūt de ciuitate, & venieb^ant ad eum.] Affectus autem mulieris apparet ex duobus. Primo ex hoc, quòd præ magnitudine deuotionis, illud pro quo specialiter venerat ad fontem, quasi oblita dereliquit aquā, & hydriam, vnde dicit, q [reliquit mulier hydriam suam,] & abiit in ciuitatem annunciare, &c.] s. magnalia de Christo, nō curans de corporeo commodo pp vilitatem aliorum. In quo sequit Apostolorum exemplum, qui vt dicitur. Matth.14. Reficti retibus, secuti sunt dñm. Per hydriam autem intelligitur cupiditas sęculi, per quam de profundo tene^b rarum, cuius imaginē puteus gerit. i. de terrena conuersatione homines hauriunt voluptates. qui ergo cupiditates seculi propter Deum derelinquunt, hydriam dereliquunt. 2. Thim.2. Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus. Secundo vero apparet ex multitudine eorū quibus annunciat, quia non vni tantum nec duobus vel tribus, sed toti ciuitati. vnde [abiit in ciuitatem.] In quo significatur Apostolorum officium, quibus committit dominus. Matth. vlt. Eūtes docete omnes gentes. infra 15. Posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Prædicationis autem modus innuitur, cum dicit.

A

B

C

D

b Vbi primo inuitat ad Christi visionem, cum dicit. [Venite & videte hominē. [Audierat enim mulier ista à Christo, q ego sum Christus: sed non statim dixit, quòd venirent ad Christum seu crederent, ne daret occasionem blasphemandi; & ideo à principio dixit ea de Christo, quæ credibilia erant, & in propatulo. s. q esset homo. Phil.2. Et in similitudinem hominum factus. nec dixit credite: sed [Venite & videte,] quia manifeste nouerat, quòd si gustarent de illo fonte, eū videndo, eadē paterentur, quæ & ipsa. Psal.65. Venite & narrabo, quanta fecit animæ meæ. Nihilominus tamen in hoc veri prædicatoris imitatur exemplum, non ad se homines: sed ad Christum vocādo. 1. Cor.2. Non enim prędicamus nosmet ipsos, sed Christum. Secundo ponit diuinitatis Christi indicium, cum dicit. [qui dixit mihi omnia quæcumque feci.] s. quot viros habuerat. Hoc enim est diuinitatis officium & indicium, quòd occulta & secreta cordiū manifestet, & licet illa quæ fecerat, ad confusionem suam pertinerent: nihilominus tñ non est verecūdata referre. nam vt Chryso. dicit. Anima cum igni ta fuerit igne diuino, ad nihil eorum quæ sunt in terra de reliquo respicit, neque ad gloriam, nec ad verecundiam: sed ad illam solam, quæ deriuat eā flammam. Tertio autē concludit Christi maiestatem dicens. [Nunquid non ipse est Christus?] Non est causa asserendo ostendere, quòd esset Christus, ne videretur alios velle docere, & ipsi ex hoc irati exire ad eum nollent. Neque tamen totaliter hoc filuit: sed sub quęstione quasi hoc eorum iudicio committens, proposuit dicens. [Nūquid non ipse est Christus?] (Hic enim facilior modus est suadendi.) Per hanc autem mulierem, quæ infimę conditionis est, signatur Apostolorum prędicantium modus: quia vt dicitur. 1. Corinth.1. Non multi sapientes, non multi potentes secundum carnem, sed quę stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. Vnde Prouer.9. Ipsi Apostoli ancillæ dicuntur. Misit inquit, sapientia diuina, scilicet filius Dei, ancillas suas. s. Apostolos vocare ad arcem. Fructus autem prędicationis ponitur ibi [Et exierunt de ciuitate. Iad quam iuerat mulier. [& venieb^ant ad ipsum.] scilicet Christum in quo datur intelligi, quòd si ad Christum ire volumus, oportet nos exire de ciuitate, idest amorem carnalis cupiditatis deponere. Heb.13. Exeamus ad eum extra castra, &c. Consequenter cum dicit.

LECTIO III.

Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumq; feci. Nūquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eū.

c Interea rogabant eū discipuli, dicentes Rabi: mādūca.

d Ille autem dixit eis. Ego cibū habeo manducare, quē vos nescitis.

c Manifestatur effectus spiritualis doctrinę. Et primo per doctrinam Christi ad discipulos. Secundo per effectum operis in alios, ibi. [Ex ciuitate autem illa multi crediderunt.] Circa primū duo facit. Primo ponitur occasio manifestationis huius fructus, Secundo ponitur ipsa manifestatio, ibi. [Ille autem dicit eis. ego cibum, &c.] Occasio autem manifestationis sumitur ex instantia discipulorum, ad hoc vt Christus manducaret, Et ideo dicit. [Interea.] idest inter mulieris verba, & locutionē Christi cum ea, & inter tempus aduentus Samaritanorum. [Rogabant eum,] scilicet Christum [discipuli eius, dicētes.] Rabi. manduca.] arbitrātes hoc tempus fore aptum ad prandium, aritequam multitudo eorum concurreret. Non enim coram aliquo aduena sibi escas propinabant, vnde dicitur. Mat.6. q tanta multitudo confluebat ad eum: quòd non habebat tempus manducandi. Hunc autem fructum manifestat data sibi occasione dicens.

d Vbi primo ponit fructum figurata locutione: Secundo innuitur tarditas discipulorum ad intelligendum, ibi [Dicebant ergo discipuli eius] Tertio exponit dominus quæ dixerat, ibi. [Dixit ei Iesus, meus cibus, &c.] Fructus autem spiritualis doctrinæ: proponitur sub figura cibi & refectionis, & ideo dicit. [Ego, cibum habeo manducare.] et sciendum, quòd sicut refectio corporalis non est perfecta nisi cibo iungatur potus, & conuersō, ita etiā ad spiritualem refectionem vtrumq; habere debet. Eccle.15. Cibauit illum dominus pane vitæ & intellectus. ecce cibus: et aqua sapientiæ salutaris, ecce potus, &c. Ideo congrue post poculi negotium, quo Samaritana potata fuerat. conueniens erat & de cibo discepitare, & sicut per aquam intelligitur sapientia salutaris; ita per cibum intelligitur operatio bona. Cibus autem iste quem Christus manducare habebat est salus hominum, quam quęrebat, ostendens per hoc, quòd dicit se cibum habere manducare, quantum desiderium habet salutis nostræ: sicut enim nobis cum esurimus concupiscibile est manducare, ita ei saluare nos. Prouerbio.8. Delitiæ meæ sunt, esse cum filijs hominum. et ideo dicit. [Cibum.] idest conuersionem gentium. [habeo manducare, quem vos nescitis.] quia non poterāt adhuc præcognoscere conuersionem gentium. Vel aliter, secundum Origē. contingit sicut de cibo corporali, ita & de spirituali. Non enim eadem quantitas omnibus sufficit, sed vni quidem maior quantitas necessaria est: alteri minor, & vni quidem sanum est, quod alteri nocet. eodem modo in spirituali refectione, non enim eadem qualitas seu quantitas doctrinæ spiritualis adhibenda est singulis, sed secundum dispositionis congruitatē & capacitatem hominum. Nam secundum Apostolum nuper geniti infantes, rationabiles lac appetunt. perfectorum autem est solidus cibus.

vnde Origẽ.dicit,quòd ille qui est altioris doctrinæ, & aliis in spiritualibus præest: potest hoc verbum dicere infirmis & debilioris intellectus existẽtibus.& sic Apostolus loquitur. 1.Cor.3. Tanquã paruulis in Christo,lac vobis potum dedi non escam. & hoc multo amplius veridicus Iesus dicere potest [cibum habeo manducare.] infra 16. Multa habeo vobis dicere, q̃ non potestis portare mõ,&c. Tarditas autem intellectus discipulorũ innitur ex hoc, quòd ea, quæ dixit dominus de cibo spirituali; intelligebant de corporali. Adhuc enim & ipsi sine intellectu erãt, secũdũ illud Matt. 16. Et ideo.

e Dicebãt ergo discipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei manducare?

LECTIO IIIIi.

Dicit eis Iesus. Meus cibus est, vt faciã voluntatẽ eius qui misit me: vt perficiã opus eius.

b Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor mẽses sunt: & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.

NOn est ergo mirũ, si mulier illa Samaritana spiritualẽ aquã non intelligebat. Ecce enim, quòd discipuli Iudęi, spiritualẽ non intelligunt escam. In hoc aũt, quod dicunt, adinuicem. [Nũquid aliquis attulit ei.] consuetudinẽ Christi debemus attendere; quia cibos ab aliis oblatos solebat accipere: non q̃ bonis nostris indigeret: quia bonorum nostrorũ non indiget: vt dicitur in Psal. 15. nec esca hominum, quia dat escam omni carni. Sed quare quærebat, & ab aliis accipiebat? Propter duo. Primo, vt dantes & afferentes, meritũ consequerentur. Secundo, vt daret Christus exemplũ, q̃ vacantes spiritualibus non erubescant paupertatẽ; nec graue putent ab aliis nutriri. Proprũ est enim doctoribus alios habere procuratores ciborum: vt ipsi de nullo curantes verbi ministrationem sollicite procurẽt, vt dicit Chrysost. & hoc idem habetur in glosa. 1.Thim.5. Qui bene p̃æsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina,&c.

LECTIO IIIIi.

Posita tarditate intellectus discipulorum circa figuratã locutionem. Hic consequenter dñs explanat eam. & primo ponit explanationem figuratæ locutionis. Secundo adhibet similitudinem: ibi. [Nonne vos dicitis; quia adhuc quatuor menses sunt: & messis venit?] Circa primum sciendum est, quòd sicut Christus supra explanauit mulieri: quod figuraliter ei proposuit de aqua, sic & Apostolis explanat, quod figuraliter eis de cibo proposuit. sed aliter & aliter. nam Apostolis tanq̃ capacioribus abs q̃; verborum inuolutione expositionem statim proponit. mulierem autem (vtpote minus capacem) per multa, verba ad veritatis cognitionem perducit. Hoc autem quod dicit. [Meus cibus est: vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiã eius opus.] satis rationabilem habet causam. Cum enim cibus corporalis sustentet hominem & perficiat ipsum, ille est spiritualis cibus animę & creaturæ rationalis, quo sustẽtatur & perficitur. Hoc autem est, vt coniungatur suo fini: & vt sequatur regulam superiorem: quod Dauid intelligens dicebat. Psal. 72. Mihi autẽ adherere Deo bonum est. Et ideo Christus ſm quòd homo, conuenienter suum cibũ esse dicit: vt Dei faciat voluntatem, & vt perficiat opus eius. Et hæc quidẽ duo possunt intelligi vt vnũ: ita tñ, quòd sẽdm sit expositio primi. Vel possunt intelligi vt aliud & aliud. Si autem intelligãtur vt vnum, tunc est sensus. [Meus cibus est].i. in hoc est firmitas & sustentatio mea [Vt faciam voluntatem eius, qui misit me.] secundum illud Psal. 39. Facere volũtatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Infra 6. Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatẽ meam: sed voluntatẽ eius qui misit me. Sed quia facere voluntatem alicuius intelligitur dupliciter, vno modo vt faciat eũ velle. alio modo vt opere compleat illud quod scit eum velle, ideo dñs exponens quid sit facere voluntatẽ eius, qui misit eum. dicit hoc.s.esse [vt perficiam opus eius].i. vt compleam opera, quæ scio eum velle. infra 9. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Si autem intelligatur: vt aliud & aliud. Sic sciendum est, q̃ Christus duo fecit in mundo isto. Primo docuit veritatem inuitando, & vocando ad fidem. Et in hoc cõpleuit voluntatẽm patris, infra 6. Hæc est voluntas patris qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Secundo consumauit ipsam veritatem aperiendo per passionem suã in nobis ianuam vitæ, dando potestatẽ perueniendi ad consumatam veritatẽ. Infra 17. Opus consumaui quod dedisti vt faciam. Si ergo dicit [Meus cibus est vt faciam voluntatẽ eius qui misit me.] vocando homines ad fidẽ. [vt perficiam opus eius,] perducendo eos ad perfectum. vel ſm Origenẽ. Omnis homo qui bene operatur, ad duo debet dirigere suam intentionem. s. ad honorem Dei, & ad vtilitatẽ proximi, quia sicut dicitur 1.Thim.1. Finis præcepti est charitas, quæ continet amorem Dei & proximi. Et sic q̃ aliquid facimus pp Deum, finis præcepti est Deus. Quando vero propter vtilitatẽ proximi, finis præcepti est proximus. Secundum hoc ergo dicit Christus. [Meus cibus est vt faciam voluntatẽ Dei.] idest vt intentionem meam dirigam, & regulẽ in his, quæ sunt ad honorẽ Dei [vt perficiam opus eius].i. ea faciam, quæ sunt ad vtilitatem & perfectionẽ hominis. Sed cõtra. Dei perfecta sunt opera, non ergo conuenienter dicitur opera perfici Dei. Respondeo dicendum, q̃ inter cæteras creaturas inferiores, homo est speciale opus Dei, quia ad imaginẽ & similitudinẽ sua fecit illũ. Gen.1. Et hoc opus in principio quidem perfectũ fuit, qa Deus fecit hominẽ rectũ, vt dicitur Eccl 7. Postmodum vero per peccatum hanc perfectionem amisit, & a rectitudine recessit. Et ideo vt hoc opus domini perfectum esset: reparari indigebat, quod quidem perfectum est per Christum: quia dicitur Rom.5. Sicut enim per vnius hominis inobedientiã peccatores constituti sunt multi, ita per vnius,&c. Sic Christus dicit [Vt perficiam opus eius.] idest, vt hominem ad perfectum deducam. Consequenter cum dicit.

b PONit similitudinem. Sed attende quòd Christus a muliere potum petiuit dicens. Da mihi bibere. Et idẽo occasione huius petitionis introduxit similitudinem de aqua. Hic vero discipuli inducunt dominum ad manducandum. Vnde & occasione huius introducit dominus similitudinem de cibo spirituali, quia idem intelligitur per cibum & potum. Sic ergo sunt quidam a quibus Deus petit potum: sicut a mullere. Quidam vero Deo offerunt potum. Sed cibum nullus Deo offert nisi prius petierit ab eo Deus. Tunc enim Deo cibum spiritualẽ offerimus, q̃n ab eo poscimus salutem nostrã, cum.s.petimus, fiat volũtas tua, sicut in cœlo & in terra. Salutem ex nobis ipsis cõsequi nõ possumus nisi præuẽti a gratia præueniente, secundum illud Treno vlt. Conuerte nos Dñe ad te & conuertemur. Ipse ergo prius petit qui per præuenientẽ gratiam nos petere facit. In hac autẽ similitudine. Primo agit de messe. Secũdo de messoribus. ibi. [Et qui metit mercedem accipit.] Circa primum duo facit. Primo ponit similitudinẽ de messe corporali. Secundo de messe spirituali: ibi. [Ecce dico vobis, leuate,&c.] Per hoc autem, qd dicit. [Nonne vos dicitis, q̃ adhuc quatuor,&c.] Datur intelligi, q̃ Christus statim post captionem Ioan. de Iudæa recessit. Sicut dicitur. Mat.4. & transiuit per Samariam. Et quòd hoc fuit in hyeme, & Ioannes similiter captus. Vnde quia ibi tempestiuius messes perficiuntur, quatuor menses erant ab illo tẽpore vsq; ad messem. Dicit ergo. [Nõne vos dicitis] loquendo de messe corporali, [quòd adhuc quatuor menses sunt.] Qui exant futuri, [& messis venit] idest, tempus collectionis messium. Sed [ecce dico vobis] de spirituali messe loquens. [Leuate oculos vestros,&c.] Vbi sciendum est, quòd tempus messium, dicitur tempus collectionis fructuum. Et ideo omnis collectio fructuum comparatur tempori messium. Tempus autem collectionis fructuum duplex est. Nihil enim prohibet in temporalibus, & in spiritualibus, quin illud, quod est fructus respectu præcedentium, sit etiam semen respectu sequentium. Nam bona opera sunt fructus spiritualis doctrinæ, sicut fides & huiusmodi, quæ tamen sunt semina vitæ æternæ, quia per ea ad vitam æternam peruenitur. Eccles.24. dicit sapientia. Flores mei respectu fructus sequentis, sunt fructus honoris, & honestatis respectu præcedentium: secundum hoc ergo vna est collectio messis spiritualis respectu fructuũ æternorum, scilicet cõgregatio fidelium in vitã æternam, de qua dicitur. Mat.13. Messis est cõsumatio sæculi. Et de ista non agitur hic. Alia est in præsenti, Et hoc põt intelligi dupliciter, Vno modo collectio fructuum scilicet fidelium in ecclesia congregandorum conuersio. Alio modo ipsa cognitio veritatis, qua aliqs fructum veritatis in anima sua congregat. Et de vtraque secũdum diuersas expositiones hic agitur. De prima ſm Aug. & Chrysostomo, hoc modo. [Vos dicitis.] quoniam adhuc non est tẽpus corporalis messis, sed non sic est de messe spirituali, imo. [Ecce dico vobis, leuate oculos vestros.] scilicet mentis per considerationẽ: vel oculos etiã corporis] & videte regiones quoniã albæ sunt iam ad messem.] quia. s. tota regio plena erat Samaritanis ad Christum exeuntibus. Hoc autẽ quod dicit. [Albæ sunt] metaphoricum est. Cum. n. segetes dealbatæ sunt, signum est, quòd sunt præparatæ ad messem. Nihil aliud per hoc significare voluit, q̃ q̃ homines ad salutem, & susceptionem verbi parati erant ei. Vnde dicit. [Videte regiones,] quia non solum Iudęi, sed etiã Gentiles parati sunt ad fidẽ. Mat.9. Messis quidem multa, operarij aũt pauci. Et sicut messes dealbãtur pp præsentiam Solis estiuo tpe magis feruentis, ita & homines per aduentum Solis iustitię scil cet Christi & prædicationem atque virtutem suam, præparabantur ad salutem. Et de isto Sole dicit. Mal.3 Vobis timẽtibus nomen meũ orietur Sol iustitiæ. Et inde est, quòd tempus

tempus aduentus eius dicit tempus plenitudinis. Gal.4. Cum ergo venit plenitudo tpis, misit Deus filium suum. De secunda aũt collectione messis. 1. veritatis in animam, exponit Origenes qui dicit. quòd tot fructus veritatis colligit in messe, quot q̃s veritates cognoscit. Et vult, q̃ totum hoc quod dr. [Nonne vos dicitis q̃n adhuc quatuor menses, &c. Et ecce dico vobis leuate,&c.] Intelligatur parabolice dictũ. Et ſm hoc duo facit dñs in verbis istis. primo ponit falsam opinionem quorũdam: secundo excludit eã, ibi. [Ego dico vobis.] Opinio namq; quorumdam erat, q̃ nulla veritas alicuius rei haberi possit ab homine. Et ex hoc deriuata est hæresis Achademicorum dicentiũ, Nihil pro certo sciri posse in vita ista. Iuxta quod dicitur. Eccl.7. Cuncta tentaui in sapientia, dixi sapiens efficiar. Illa aũt recessit à me multo magis quam fuerat. Hanc ergo opinionem rangit dñs dicens. [Nonne vos dicitis q̃n adhuc quatuor mẽses sunt: & messis venit?] idest tota vita præsens, in qua homo quatuor elementis deseruit finiri oportet, vt post eã collectio veritatis habeatur in alia vita. Sed hanc opinionẽ consequenter excludit cum dicit. non est ita. [Sed ecce dico vobis, leuate oculos vestros.] Hoc enim in sacra scriptura dici consueuit; quandocũq; aliquod subtile & altum considerandũ præcipitur. Isa.40. Leuate in excelsum oculos vestros,&c. nam oculi q̃n non sunt eleuati à terrenis, vel à concupiscentia carnali, non sunt idonei ad cognitionẽ spiritualis fructus. nam q̃nq; deprimuntur ad terrena retracti à cõsideratione diuinorũ, ſm illud Psal.16 Oculos suos statuerunt declinare in terram. Quandoq; excæcantẽ per concupiscentiam. Dan.13. Et declinauerunt oculos suos: vt nõ viderent cœlum: neque recordarentur iudiciorũ Dei. Dicit ergo. [Leuate oculos vestros,& videte regiones; quoniã albæ sunt ad messem].i. ita dispositæ; quòd ex eis veritas sciri potest. nam per regiones specialiter intelliguntur omnia; ex quibus veritas accipi potest. Et hæ specialiter duæ sunt scripturæ, infra. 5. Scrutamini scripturas: quia ipsę testimoniũ perhibent de me. Et hæ regiones erant quidem in veteri testamento: sed non erant albę ad messem, quia homines non poterat ex eis spiritualem fructum accipere quousq; Christus venit; qui eas dealbauit, aperiendo eorum intellectum. Luc vlt. Aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas. Item cæteraræ sunt messes: ex quibus colligitur fructus veritatis. Roma.1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt,&c. Sed tamen gentiles, qui eatũ cognitioni insistebant, erroris potius, quàm veritatis fructus ex eis colligebant: quia, vt ibidem dicitur. Seruierunt creaturæ potius, q̃ creatori. Et ideò nondum albæ erant, sed Christo veniente, albæ factæ sunt ad messem. Consequenter cum dicit.

c AGit de messoribus. Et circa hoc primo proponit messorum præmium: secundo inducit prouerbium: ibi. [In hoc enim est verbũ verũ.] tertio exponit. i. adaptat ipsum: ibi. [Ego misi vos metere. Quantũ ad primum notandum est, q̃ dñs exponens supra quod de aqua dixerat spirituali, proposuit conditionẽ, per quã aqua spiritualis differt à corporali; quia. s. qui biberit ex aqua corporali sitiet iterũ, qui vero biberit ex aqua spirituali, non sitiet in ęternũ. Eodem modo etiã hic exponens, quod dicit de messe, proponit qd̃ dissimile est inter messem corporalem & spiritualem. Vnde & tria proponit. Vnũ quidem ſm q̃ attenditur similitudo vtriusq; messis. s. q̃ qui metit tam in corporali messe, q̃ in spirituali, mercedem accipit. Ille aũt metit spiritualiter, qui cõgregat fideles in ecclesia; vel qui colligit fructus veritatis in anima sua. Et vterq; mercedem accipit ſm illud. 1.Cor.3. Vnusquisq; propriã mercedem accipiet ſm suum laborẽ. Duo alia proponit ſm quæ attenditur dissimilitudo. Primo quidẽ quia fructus messoris: qui metit messem corporalem, pertinet ad vitã corporalem. sed fructus eius qui metit messem spiritualem, pertinet ad vitã æternam. Et ideo dicit. [Et cõgregat.] Ille. s. qui metit spiritualiter [fructum in vitã æternam]. s. fideles qui ad vitã æternam peruenerint. Rom.6. Habetis fructũ vestrum in sanctificationẽ. finem vero vitã ęternã; vel ipsam cognitionẽ & expositionem veritatis, per quã homo acquirit vitã ęternam. Eccl.24. Qui elucidant me, vitã æternam habebunt. Secũdo, vero attenditur dissimilitudo; quia in messe corporali ad miseriam reputatur, q̃ vnus seminet & alius metat. Vnde qui seminat tristatur de hoc, q̃ alius metit. sed in semine spirituali aliter est; quia [qui seminat simul gaudet, & qui metit.] Et quidem ſm Chryso. & Aug. seminantes semen spirituale sunt patres veteris testamenti & Prophetæ. nam vt dicitur Luc.8. Semen est verbum Dei; quod Moyses & prophetæ seminauerunt in Iudęa; sed Apostoli messuerunt; quia ipsi quod intendebant. s. homines adducere ad Christũ, efficere non potuerunt; quod tñ Apostoli fecerunt. Et ideo vtriq; simul gaudent. s. Apostoli & Prophetæ, in vna mansione gloriæ, de conuersione fidelũ. Isa.51. Gaudium & lęritiã obtinebũt in ea, gratarum actio & vox laudis. Et p hoc confutat hæresis Manichæorũ damnantiũ patres veteris testamenti, cum tñ, vt hic dñs dicit, simul gaudebunt cum Apostolis. Secundum Orige. vero seminantes in qualibet facultate dicuntur illi, qui quęlibet illius facultatis principia tradunt. Metentes vero qui ex illis pcedũt vlterius. Et hoc multo magis ĩ ista, quæ est omnium scientiarum scientia. Prophetæ seminãt es sunt, quia multa de diuinis tradiderũt. Messores vero sunt Apostoli: qui ea quæ nõ manifestauerunt Prophetæ hominibus prędicando, & docẽdo reuelauerũt. Eph.3. Quod alijs generationibus nõ est agnitum, sicut nũc, reuelatum est sanctis Apostolis eius. Consequenter cum dicit.

d INducitur Prouerbium, quasi dicat, q̃ [in hoc.] idest in isto facto [verum est verbum.] idest impletur vulgare prouerbiũ, quod erat apud Iudæos. s. Vnus seminat, & alius metit. Quod prouerbiũ deriuari videt ex eo quod dicit Leuit.26. Seretis frustra segetẽ, quę ab hostibus deuorabit. Ex quo cõsueuerunt Iudæi: q̃n aliquis in re aliqua laborabat, & alius inde gaudebat, hmõi prouerbiũ proferre, Hoc est ergo qd̃ dominus dicit, In hoc, q̃ prophetæ seminauerunt & laborauerunt, & vos metitis & gaudetis, impletur prouerbiũ. Vel aliter. [In hoc verbũ verum est.] scilicet qd̃ ego dico [q̃ alius est qui seminat, alius qui metit.] quia vos metetis fructus ex laboribus Prophetarũ. Sed prophetæ quidẽ & Apostoli alii sunt nõ in fide, quia & illi, & isti fidem habuerũt. Rom.3. Nunc aũt sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & Prophetis. Sunt tamẽ alij in conuersatione: quia Prophetæ viuebãt sub cęrimonijs legalibus, a quibus Christiani & Apostoli liberi sunt. Gal.4. Et cũ essemus paruuli, sub elementis huius mũdi eramus seruientes, &c. Et licet disparis temporis labores habuerint Apostoli & Prophetæ: tamen gaudio pariter perfruentur, & mercedem accipient in vitam æternam. Vt sic simul gaudeat qui seminat, & qui metit. Et hoc prefiguratum fuit in transfiguratione Christi. vbi oẽs gloriam suam habuerunt, & patres veteris testamenti scilicet Moyses & Helias, & patres noui testamenti scilicet Petrus, Ioannes, & Iacobus, dans per hoc intelligere, quòd in illa futura gloria simul gaudent noui, & veteris testamentiiusti. Consequenter cum dicit.

e. ADaptat prouerbiũ ad propositũ, & primo dicit Apostolos esse messores. Secũ ostẽdit alios esse laboratores: ibi [Alij laborauerũt; & vos in labores eorũ introistis. Quãtũ ad primũ dicit. Dico q̃ alius est q̃ metit, qa vos estis messores. Alius est qui seminat, qa [Ego misi vos metere quod nõ laborastis.] Non aũt dicit mittã, sed misi, quia bis misit eos. Semel ante passionẽ suã ad Iudæos cũ dixit eis. In viã gentiũ ne abieritis: sed ite potius ad oues quæ perierũt domus Israel (vt dicitur Mat.10.) Et quantũ ad hanc missionem, missi fuerũt metere, qd̃ nõ laborauerũt. s. ipsos Iudæos conuertere, in quibus Prophetę laborauerũt. Misit aũt eos post resurrectionem ad gentes dicẽs eis. Mat. vlt. Euntes in mundũ vniuersum prædicate euangeliũ,&c. In hac missione missi sunt de nouo seminare. Vnde Apostolus. Ro.15. Sic aũt prædicaui euangeliũ: vbi nõ nominatus est Christus, ne super alienũ fundamentũ ędificarẽ,&c. Et ideo dicit [misi] habẽs respectũ ad primam missionẽ. Sic ergo Apostoli sunt messores; sed alij scilicet Propherę sunt seminatores. Vnde dicit.

f SEminãdo primordia doctrinę Christi. [Et vos in labores eorũ introistis. ad colligendũ fructus Ecc.13. Bonorũ laborũ gloriosus est fructus: laborauerũt inquã Prophetæ, vt adducerẽt hoies ad Christũ. infra 5. Si crederetis Moysi crederetis forsitam & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quo modo verbis meis credetis? Sed non ipsi fructum messuerunt. Vnde secundum hoc dicebat. Isa.49. In uacuum laborui, & sine causa: vane fortitudinem meam consumpsi,&c.

LECTIO V.

SVpra dominus prænunciauit Apostolis fructum qui Samaritanis prouenerat, ex prædicatione mulieris. Hic autẽ Euangelista agit de isto fructu. Et primo ponit fructus prouenięs ex predicatiõe mulieris. Secũdo insinuat augmentatio ipsius facta per Christum: ibi. [Et multo plures credi-

c Et qui metit, mercedem accipit: & cõgregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

d In hoc enim est verbũ verum, quia alius est qui seminat, & alius qui metit.

e Ego misi vos metere qd̃ vos non laborastis.

f Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

diderunt in eum,&c.] Fructus autē ex prædicatione mulieris prouenienS ostenditur quantum ad fidem;qa in Christum crediderunt. vnde dicit. [Ex ciuitate autem illa] ad quam.sabierat mulier [multi homines crediderunt in eum Samaritanorum. Et hoc [propter verbū mulieris] à qua Christus aquā perierat [testimonii perhibentis] hoc,scilicet [Quia dixit mihi omnia quæcūq; feci.] quod quidem testimonium satis inducēs erat ad credendū Christo. Cum enim quæ Christus dixerat pertineret ad defectuum suorum manifestationem, nisi ipsa commota fuisset ad credendū, talia non referret. Et ideo statim ad auditū verborum suorum crediderunt. In quo significatur,quòd fides est ex auditu. Secundo ostendit fructus quantū ad eorum accessum ad Christum. nam ex fide sequitur desiderium rei creditæ. Et ideo postquam crediderūt accedunt ad Christum; vt perficiantur per eum. vnde dicit. [Cum venissent ad illum Samaritani.] Psal.33. Accedite ad eum & illuminamini. Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis,&c. Tertio quantum ad desiderium. nam credenti non solum est necessarium venire ad Christum,sed quòd habeat eum secum. Vnde dicit,quòd [Rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.] Manet autem dñs nobiscum per charitatem. Infra 14. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit,& paulo post. Et mansionē apud eū faciemus. Sed manet duos dies:qa duo sunt præcepta charitatis.[dilectionis Dei & proximi,in quibus lex pendet & prophetæ, vt dr̄ Mat.22. Tertia autē dies,est dies gloriæ. Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Et in hac die non mansit ibi, quia Samaritani non erant adhuc capaces gloriæ. Consequenter cum dicit.

b PONit Euangelista, quòd fructus prouenientes ex prædicatione mulieris augmentatus est ex præsentia Christi. Et hoc tripliciter. Primo,ex multitudine credentium. Secundo, ex modo credendi. Tertio ex veritate fidei. Ex multitudine credentium augmētatus est: quia propter mulierem multi crediderunt in eum. [Sed multo plures crediderunt propter sermonem eius.] sc.licet Christi,in quo signatur,quòd licet multi crediderunt per Prophetas; tamen multo plures conuersi sunt ad fidem venientē Christo:secundum illud Psal.7. Exurge dñe in præcepto,quod mandasti,& synagoga populorum circundabit te. Secundo, augmentatus est fructus ex modo credendi. vnde dicunt mulieri. [Quia iam non propter tuam loquelam credimus.] Sed notandum,quòd tria sunt necessaria ad perfectionem fidei:quæ hic per ordinem ponuntur. Primo, vt sit recta; secundo,vt sit prompta: tertio, vt sit certa. Recta quidem est fides,cum veritati nō propter aliquod aliud, sed ei propter seipsam obeditur. Et quantum ad hoc dicit,quòd[mulieri dicebāt, quòd iam credimus veritati; non propter tuam loquelam] sed propter ipsam veritatem. Inducunt autem nos ad fidem Christi tria. Primo quidem ratio naturalis. Roma. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi,&c. Secundo testimonia legis & Prophetarum. Ro.3. Nunc autem iustitia Dei sine lege manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Tertio prædicatio Apostolorum & aliorū. Ro.10. Quomodo credent sine prædicante? sed quando per hoc homo manuductus credit; tunc potest dicere: quòd propter nullum istorum credit, nec propter rationem naturalem, nec propter testimonia legis, nec propter prēdicationem aliorum;sed propter ipsam veritatē tantum. Gen.16. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Prompta quidē est fides si cito credit: & hoc erat in istis, quia ad solum auditum conuersi erant ad Deum. Vnde dicunt. [Ipsi enim audiuimus,& tñ credimus ei. Et scimus:quia hic est vere saluator mundi. Ipsi enim audiuimus & credimus ei] absq; hoc, q̄ miracula videremus, sicut Iudęi viderunt. Et licet credere cito hominibus pertineat ad leuitatem ꝓm illud Eccle.19. Qui facile credit leuis est cōdere;tñ credere cito Deo, magis laus est, ꝓm illud Psal.17. In auditu auris obeduit mihi. Debet fides esse certa, quia qui dubitat in fide infidelis est. Iac.1. Postulet aūt in fide nihil hæsitans. Et ideo istorū fides certa erat, vnde dicunt [& scimus.] Aliqn̄ enim ipsum credere dicitur scire;sicut hic patet, quia scientia & fides conueniunt in certitudine: nam sicut scientia est certitudo & fides, immo multo magis, quia certitudo scientię innititur rationi humanæ:quę falli potest. Certitudo vero fidei innititur rationi diuinæ:cui contrariari non potest. Differunt tñ in modo, quia fides habet certitudinem ex lumine infuso diuinitus. Scientia vero ex lumine naturali. Nam sicut certitudo scientiæ habetur ꝑ prima principia naturaliter cognita,ita & principia fidei cognoscuntur ex lumine infuso diuinitus. Ephe.2. Gratia saluati estis per fidē: & hoc non ex vobis,Dei enim donum est. Tertio augmentatus est fructus ex veritate credēdi. Et ideo dicit [Quia hic est vere saluator mūdi.]

F

feci. Cum venissent ergo ad illū Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.

b Et multo plures crediderunt propter sermonē eius: & mulieri dicebant: quia nō propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimꝰ quia hic est vere saluator mundi.

G

Vbi confitentur Christum saluatorem singularem,verum,& vniuersalem. singularem quidem cum discretū eum ab aliis dicunt [Hic est] qui, scilicet singulariter saluare venit. Isaiæ 45. Vere tu es Deus absconditus: Deus Israel saluator. Act.4. Non est aliud nomen sub cœlo datū hoibus, in quo oporteat saluos fieri. Verū autem cū dicit [vere.] nam cum secundum Dionysium salus sit liberatio à malis,& conseruatio in bonis, est duplex salus;quędam vera,quædam non vera. Vera quidem salus cum liberamur a veris malis,& conseruamur in veris bonis. In veteri autem testamento licet missi fuerint aliqui saluatores, non tamen vere saluabant;quia liberabant a malis temporalibus,quæ nō sunt vera mala,nec vera bona, quia sunt transitoria. Sed Christus est vere saluator,qui liberat a veris malis,scilicet peccatis. Mat.1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et præseruat in veris bonis,idest,spiritualibus. Vniuersalem vero:quia nō particularem, scilicet Iudęorum tantum, sed [mundi] supra tertio. Non enim misit Deus filium suum in mundum;vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum,&c.

H

LECTIO VI.

Post duos autem dies exiit inde:& abiit in Galileam.

b Ipse enim Iesus testimoniū perhibuit,quia Propheta in sua patria honorem nō habet.

Postquam ad hoc dicit,quòd [Rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.] Manet autem dñs nobiscum per charitatem. Infra 14. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit,& paulo post. Et mansionē apud eū faciemus. Sed manet duos dies:qa duo sunt præcepta charitatis.[dilectionis Dei & proximi,in quibus lex pendet & prophetæ, vt dr̄ Mat.22. Tertia autē dies,est dies gloriæ. Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Et in hac die non mansit ibi, quia Samaritani non erant adhuc capaces gloriæ. Consequenter cum dicit.

b PONit Euangelista, quòd fructus prouenientes ex prædicatione mulieris augmentatus est ex præsentia Christi. Et hoc tripliciter. Primo,ex multitudine credentium. Secundo, ex modo credendi. Tertio ex veritate fidei. Ex multitudine credentium augmētatus est: quia propter mulierem multi crediderunt in eum. [Sed multo plures crediderunt propter sermonem eius.] sc.licet Christi,in quo signatur,quòd licet multi crediderunt per Prophetas; tamen multo plures conuersi sunt ad fidem venientē Christo:secundum illud Psal.7. Exurge dñe in præcepto,quod mandasti,& synagoga populorum circundabit te. Secundo, augmentatus est fructus ex modo credendi. vnde dicunt mulieri. [Quia iam non propter tuam loquelam credimus.] Sed notandum,quòd tria sunt necessaria ad perfectionem fidei:quæ hic per ordinem ponuntur. Primo, vt sit recta; secundo,vt sit prompta: tertio, vt sit certa. Recta quidem est fides,cum veritati nō propter aliquod aliud, sed ei propter seipsam obeditur. Et quantum ad hoc dicit,quòd[mulieri dicebāt, quòd iam credimus veritati; non propter tuam loquelam] sed propter ipsam veritatem. Inducunt autem nos ad fidem Christi tria. Primo quidem ratio naturalis. Roma. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi,&c. Secundo testimonia legis & Prophetarum. Ro.3. Nunc autem iustitia Dei sine lege manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Tertio prædicatio Apostolorum & aliorū. Ro.10. Quomodo credent sine prædicante? sed quando per hoc homo manuductus credit; tunc potest dicere: quòd propter nullum istorum credit, nec propter rationem naturalem, nec propter testimonia legis, nec propter prēdicationem aliorum;sed propter ipsam veritatē tantum. Gen.16. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Prompta quidē est fides si cito credit: & hoc erat in istis, quia ad solum auditum conuersi erant ad Deum. Vnde dicunt. [Ipsi enim audiuimus,& tñ credimus ei. Et scimus:quia hic est vere saluator mundi. Ipsi enim audiuimus & credimus ei] absq; hoc, q̄ miracula videremus, sicut Iudęi viderunt. Et licet credere cito hominibus pertineat ad leuitatem ꝓm illud Eccle.19. Qui facile credit leuis est cōdere;tñ credere cito Deo, magis laus est, ꝓm illud Psal.17. In auditu auris obeduit mihi. Debet fides esse certa, quia qui dubitat in fide infidelis est. Iac.1. Postulet aūt in fide nihil hæsitans. Et ideo istorū fides certa erat, vnde dicunt [& scimus.] Aliqn̄ enim ipsum credere dicitur scire;sicut hic patet, quia scientia & fides conueniunt in certitudine: nam sicut scientia est certitudo & fides, immo multo magis, quia certitudo scientię innititur rationi humanæ:quę falli potest. Certitudo vero fidei innititur rationi diuinæ:cui contrariari non potest. Differunt tñ in modo, quia fides habet certitudinem ex lumine infuso diuinitus. Scientia vero ex lumine naturali. Nam sicut certitudo scientiæ habetur ꝑ prima prin

I

Vnde & quoddam miraculum a Christo perpetratum Euangelista inducit. Circa quod primo ponitur locus. Secundo describitur miraculum, ibi [Et erat quidam regulus,&c.] Tertio ponitur miraculi effectus: ibi [Cognouit ergo pater,&c.] Circa primum duo facit. Primo designat generalem locum miraculi, scilicet patriam. Secundo specialem, ibi [Venit ergo iterum in Cana Galileæ.] Circa primum duo facit. Primo designat generalem locum miraculi. Secundo insinuat quomodo Christus fuit ibi receptus: ibi [Cum ergo venisset in Galilęam.] Circa primum duo facit. Primo designat locum generalem. Secundo rationem assignat ibi [Ipse enim Iesus testimonium perhibuit.] Dicit ergo primo. Dico quòd mansit Iesus apud Samaritanos per duos dies. [Et post duos dies exiit inde.] idest,de Samaria.[& abijt in Galilęam] vbi nutritus fuerat, per quod significatur quòd in fine sęculi confirmatis gentibus in fide, & veritate, reuertetur ad Iudęos conuertendos secundum illud Roma. 10. Donec omnis plenitudo gentium,&c. Et rationem assignat dicens.

b HIc oritur dubitatio. Vna quidem de sententia literę. Alia vero ex eius continuatione. De sententia quidem literę dubitatur,quia non videtur verum esse,qd̄ hic dicitur, scilicet quòd Propheta in patria sua honorē non habet. nā aliqui Prophetæ honorati leguntur in terra sua. Sed secundum Chrysosto. respondet ad hoc,quia Dominus hic loquitur prout in pluribus accidit. Vnde licet in aliquo singulari habeat instantiam, non tamē propter hoc debet reputari falsum. nam in naturalibus, & in moralibus, regula eorum quę vt in pluribus verificatur, est vera,& q̄ in aliquo particulari aliter fit, non reputatur falsa. Istud autem quod Dominus dicit, in pluribus Prophetarū verum erat, quia in veteri testamento vix inuenitur aliquis Prophetarum,qui a suis contribulib⁹ persecutionem passus non fuerit, secundum illud. Act.7. Quē Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et Mat.23. Hierusalē Hierusalem quæ occidis propheras,&c. Hoc etiam verbū Domini verificatur non solum in Prophetis apud Iudęos; sed etiā vt Origē. dicit in pluribus apud Gentiles,quia suis ciuibus sunt habitū cōtempti,& ad mortem deducti. nam consueta conuersatio cum hominibus, & nimia familiaritas reuerentiā minuit, & contēptū parit. Et ideo quos familiares magis habemus, minus reuereti consueuimus, & quos familiares habere non possumus, magis reputamus. Cuius contrariū cōtingit de Deo, nā quanto aliquis Deo per amorem & contēplationem familiarior efficitur, tanto eū excellentiorē reputans; magis reuereatur, & seipsum minorem reputat. Iob 42. Auditu auris audiuit te, nūc autē oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Et huius ratio est, quia in homine, cum sit infirmæ & fragilis naturæ, quādo eū alio diu conuersatur, cognoscit in eo aliqua infirma, & ex hoc illi

K

minuitur

minuitur reuerentia eius ad eum. Sed cum Deus sit immense perfectus, quanto plus homo in cognitione eius proficit, tanto magis perfectionis eius excellentiam admiratur, & ex hoc eum magis reueretur. Sed nunquid Christus Propheta tuit? Videtur quòd non, quia Propheta importat ænigmaticam cognitionem. Numeri 12. Si quis fuerit inter vos Propheta domini, in visione apparebo ei. Christus autem non habuit ænigmaticam cognitionem. Quòd autē Propheta fuerit,patet per illud quod dicit. Deuter.18. Prophetam suscitabit Dominus de fratribus tuis, &c. qd̄ exponit de Christo.

A

c Cum ergo venisset in Galilęam,exceperunt eum Galilęi,cū omnia vidissent,quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum.

d Venit ergo iterum in Cana Galilęę, vbi fecit aquam vinum.

Respondeo dicendum, quòd Propheta duplex habet officium,scilicet visionis 1.Reg.9. Qui nunc vocatur Propheta,olim dicebatur videns. Item annunciationis,& quantum ad hoc Christus Propheta fuit: quia veritatem de Deo annunciauit. infra cap.17. Ad hoc natus sum,& ad hoc veni in mundum; vt testimonium perhibeam veritati. Sed quantum ad primum, secundum est, quòd Christus fuit simul viator & comprehensor. Viator quidem, quantum ad humanæ naturæ passibilitatem,& ad omnia quæ ad eam pertinent. Comprehensor vero, quantum ad vnionem diuinitatis secundum quam Deo perfectissime fruebatur. Sed in visione Prophetæ duo sunt,scilicet lumen intellectuale mentis. Et quantum ad hoc non habuit rationem Prophetiæ: quia non habuit lumen defectiuum,sed comprehensoris. Itē est ibi visio imaginaria, & quantum ad hoc habuit similitudinem cum Prophetis,secundum quod viator fuit & poterat diuersa formare imaginatione sua. De continuatione dubitatur. Non enim videtur Euangelista recte continuare hoc, quod dicit. [Post duos autem dies abiit Iesus in Galilęam.] cum hoc, quod dicitur. [Ipse enim testimonium,&c.] Videtur. nquòd potius debuisset dicere,quòd non abijt in Galilęam: quia ipse Iesus testimonium perhibuit.] Si enim sine honore erat, ibi videtur ratio esse,quod nō iret illuc. Ad hoc,vno modo respondet Aug. dicens, hoc Euangelistam dixisse respondendo quæstioni quę posset fieri. Quare ibat illuc,cum in Galilęa diu moratus fuisset, & non fuerunt ad eum conuersi Galilęi, & Samaritani in duobus diebus conuersi sunt,quasi dicat. Licet cōuersi nō fuerint: nihilominus tñ ipse illuc abijt. [Quia ipse testimonium perhibuit, quòd Propheta,&c.] Alio modo respōdet Chrysostomus sic. [Post duos dies exijt inde,& abijt.] Non in Capharnaum: quæ erat patria sua propter continuam commorationem. Bethleem autem propter originem. Nazareth vero propter educationem. Non ergo abijt in Capharnaum. vnde Matth.10. hoc exprobræ eis dicens. Et tu Capharnaū,&c. sed in Cana Galilęæ. Et rationem assignat hic,quia male se habebant ad eum. et hoc est,quod dicit. [Ipse enim Iesus testimonium perhibuit,quod Propheta,&c. Sed nunquid Christus quærebat gloriam ab hominibus? Videtur quòd non,quia infr.8. dicit Ego non quęro gloriam meam. Respondeo dicendum, quòd solus Deus est qui sine vitio gloriam suam quærit. Homo autem ab hominibus quærere nō debet gloriam suam:sed gloriam Dei;Christus autem quærebat inquantum Deus conuenienter gloriā suā, & inquantum homo gloriam Dei in seipso. Consequenter cum dicit.

B

c OStendit, quòd honorifice fuerit Christus a Galilęis receptus magis quàm ante,cum dicit. [Cum ergo venisset in Galilęam Iesus, exceperunt eum Galilęi honorifice] & huius ratio est [quia viderunt omnia quæ fecerat Hierosolymis in die festo:& ipsi venerant ad diem festum.] secundum quod mandabatur in lege. Sed contra hoc est. quia supra, non legimus Christum aliquod miraculum hierosolymis fecisse. Respōdeo dicendum ꝓm Origenē,q̄ Iudęi maximum miraculum reputauerunt hoc, quòd Christus cū tanta auctoritate expulit ementes,& vendentes de templo. Vel dicendum, quòd forte fecit ibi plura miracula quæ non scripta sunt: secundum illud, infra vltimo. Multa quidem & alia signa fecit Iesus,quæ non sunt scripta in libro hoc. Mystice autem per hoc datur nobis exemplum: quòd si volumus in nobis recipere Christum Iesum,oportet nos ascendere in Hierusalem in die festo,idest captare quietem mentis, & videre singula quæ peragit ibi Iesus. Isa.33. Respice Syon ciuitatem solennitatis nostræ. Psal.142. Meditatus sum in omnibus operibus tuis. Attende autem, quòd secundum quòd homines inferiores erāt in ordine dignitatis meliores erant quo ad Deum. Iudęi autem digniores erant quàm Galilęi. Ioan.16. Scrutamini scripturas: quia propheta a Galilęa non surrexit. Galilęi vero digniores erant quàm Samaritani, supra eodem. Non contentur Iudęi Samaritanis,sed conuersō Samaritani meliores erant, quàm Galilęi,quia plures ex eis crediderunt in Christum in duobus diebus,& sine miraculo, quàm de Galilęis in multis diebus:

C

& etiam cum miraculo vini. Non enim crediderunt in eum nisi eius discipuli. Iudęi vero peiores erant ipsis Galilęis: quia nullus ex eis crediderat,nisi forte Nicodemus. Consequenter cum dicit.

d QVod secundum Chrysosto. ponitur vt conclusio præmissorum,quasi dicat. Quia non honorabatur in Cana Galilęę, vbi fecit aquam vinum. Ideo noluit ire illuc, vbi dehonorabatur. Sed in cana Galilęæ ire debebat. Nam primo erat inuitatus ad nuptias. Modo autem venit iterum non inuitatus. Ideo autem de duplici aduentu in cana mentionem facit,vt ostendat eorum duritiam. Nam in primo miraculo, scilicet de vino soli discipuli eius crediderunt in eum. In secundo vero, totus Regulus,& domus eius tota. Sed Samaritani ad solum verbum crediderunt. Mystice autem per duplicem aduentum in Cana,signatur duplex effectus verbi Dei in mentem. Primo enim lætificat, qa (vt dicitur Mat.13.) Cum gaudio suscipiunt verbum. Et hoc signatur in miraculo vini qd̄ lætificat cor hominis: vt dicit in Psal.103. Secundo sanat. Sapient.16. Neque herba, neque malagma sanauit eos. Et hoc significatur in cura infirmi. Item per hoc significat duplex aduentus filij Dei. s. primus,qui fuit mansuetudinis ad lætificandum. Isa.12. Exulta & lauda habitatio Syon: quia magnus in medio tui sanctus Israel. Vnde & angelus ad pastores ait Luc.2. Annuntio vobis gaudium magnum:quia natus est vobis,&c. Et hoc signatur per vinum. Secundus aduentus eius in mundum erit miseritatis,quando veniet tollere infirmitates & pœnalitates nostras,& configurate nos corpori claritatis suæ,& hoc signat in cura infirmi.

D

LECTIO VII.

ERat quidam regulus,cuius filius infirmabat̄ Capharnaū.

Posito loco miraculi,consequenter agitur de ipso miraculo. Et ponuntur tria, scilicet Persona infirmans. Persona interpellans.et persona sanans. Persona infirmans est filius reguli. persona interpellans est pater eius. sed persona sanans est Christus. Circa personam infirmam primo ponitur eius conditio [quia filius reguli] Secundo locus infirmitatis. [quia Capharnaum.] Tertio conditio morbi [quia febris.] Quantum ad primum dicit [Erat quidam regulus:cuius filius infirmabatur.] Dicitur autem regulus multipliciter. Vno modo qui præest paruo regno. et hoc modo non accipitur hic. Quare tunc temporis nullus erat Rex in Iudęa. infra 18. Non habemus Regem nisi Cæsarē. alio modo secundum Chrysosto. aliquis de stirpe regia. nec hoc modo accipitur. Sed tertio modo regulus dicitur aliquis officialis Regis. Et isto modo accipitur hic regulus. Vnde secundum quòd Chrysosto. dicit. quidam eundem ipsum extimant Centurionem. de quo habetur Matth.8. Sed hoc non est verum. nam quantum ad quatuor differunt. Primo quidem quantum ad genus infirmitatis. nam ille Centurionis erat paraliticus. Vnde dicebat, Puer meus iacet paraliticus in domo. Filius autē reguli erat febricitans. Vnde dicit. Heri hora septima reliquit eum febris. Secundo,quantum ad personam infirmatam quia ille erat seruus. vnde dicit. Puer meus. iste vero erat filius. vnde dicit [Cuius filius.] Tertio,quantum ad petitionem: nam centurio Christum volentem ad domū suam ire,rogabat remanere dicens. Domine non sum dignus,&c. Regulus vero cum rogabat descendere in domum suam dicens. Domine descende prius quàm moriatur. Quarto quantum ad locum,quia illud fuit in Capharnaum: istud vero in cana Galilęæ. Ergo iste regulus non est idem quòd Centurio: sed erat quidā de familia Herodis Tetrarchæ,siue nuncius, siue officialis Imperatoris. Allegorice autem regulus iste, Abraham vel aliquis ex patribus veteris testamenti dicitur, ex eo quòd adheret magno Regi per fidem scilicet Christo;de quo dicitur in Psal.2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo. huic autem Abraham adhæsit, secundum illud infra 8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meū. Filius eius est populus Iudęorum,infra 8. Semē Abrahæ sum⁹,&c. Qui infirmatur prauis voluptatibus,& dogmatibus:sed in Capharnaum, idest, in abundantia quæ fuit Iudęis causa recedendi a Deo: secundum illud Deuter.31. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.et sequitur, Dereliquit Deum,&c. Moraliter vero in regno animæ. Rex est ipsa ratio, secundum illud Prouerb.20. Rex qui sedet in solio suo. Quare dicitur Rex?quia totum corpus hominis per eā regitur,& affectus hominis ab ea dirigitur & informatur, nec non & aliæ vires animæ eam sequuntur. Sed quandoque dicitur regulus,quādo scilicet diminuitur in cognitione, & obscurata, sequuntur inordinatas passiones, & non resistit eis secundum illud Ephes.4. Ambulant in vanitate sensus sui,tenebris obscuratum habentes intellectum. Et ideo filius eius, idest affectus infirmatur, idest,deuiat

E

a bono.

a bono, & declinat ad malum. Si enim ratio fuisset Rex, idest, fortis. F
Filius eius non infirmaretur, sed quia regulus est; ideo filius eius infirmatur. [Et hoc Capharnaum.] quia abundantia temporalium est causa spiritualis infirmitatis. Eccles. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, abundantia, &c. Consequenter cum dicit.

b Ponitur persona interpellans. Et primo ponitur motiuum ad interpellandum. Secundo ipsa interpellatio. Et tertio necessitas interpellandi. Motiuum ad interpellandum fuit aduentus Christi. Vnde dicit [Hic.] scilicet regulus. [cum audiuisset q̃ Iesus aduenire, &c.] Nam quamdiu aduentus Christi differebatur, spes hominum in ualidior erat de sanatione a peccatis, sed cũ auditur aduẽtus Christi appropinquare, spes sanitatis confortatur in nobis. Et tunc imus ad eum. nã ad hoc ipse venit in mundũ, vt peccatores saluos faceret. Luc. 19. Venit filius hominis quærere, &c. Sed sicut dicit Eccl. 18. Ante orationem animam parare debemus, quod fit occurrendo Deo per desiderium. et hoc fecit iste. Vnde dicitur quòd [abijt ad eum] Amos 4. Præparare in occursum Dei tui Israel. Petitio autẽ fit de sanatione filij sui. Vnde dicit [Rogabat eum vt descenderet.] scilicet per misericordiam. Isaiæ 46. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes [Et sanaret filium eius.] Sic & nos debemus rogare vt H
sanemur a peccatis: secundum illud Psal. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. nam nullus per se potest ad statum iustitiæ redire nisi a Deo sanetur, secundum illud Iob 6. Non est auxilium mihi ex me. Sic & patres veteris testamẽti rogabãt pro populo Israel. Vnde de vno eorum dicitur 2. Machab. viii. Hic est fratrum amator, qui multum orat pro sancta ciuitate, & pro populo Israel, Hieremias prophęta Dei. Sed necessitas interpellandi est vrgens [Incipiebat enim mori.] Quando enim homo tentatur incipit infirmari, sed quando tentatio prẽualet: ira vt inclinet ad consensum, est prope mortem, sed quando iam consentit incipit mori. Cum ergo consumat peccatum moritur. quia (vt dicitur Iacob. 1.) Peccatum cum cõsummatum fuerit, generat mortem. De qua dicitur in Psalm. 33. Mors peccatorum pessima. Quia hic incipit, & in futuro absque fine terminatur. Consequenter cum dicit.

c Agitur de petitione sanitatis quæ fit per Christum. Et primo ponitur reprehensio domini. Secũdo peritio reguli. Tertio impetratio petitionis. Reprehendit autem eum dominus de infidelitate. Vnde dicit ad eum [Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.] Sed hoc habet quẽstionem. Primo quidem videtur inconuenienter dictũ de Regulo. [Nisi signa & prodigia videritis nõ creditis.] Nisi enim eũ saluatorẽ credidisset nõ petiuisse ab eo sanitatẽ. Ad quod dicendum est, q̃ regulus iste adhuc non credebat perfecte. Erat enim in eo duplex defectus fidei. Vnus qa licet crederet Christum esse verum hominem, non tamen credebat eum habere virtutem diuinam, aliàs credidisset eum absentem posse sanare, cum Deus vbique sit præsens, secundum illud Hiere. 23. Cœlum & terram ego impleo. Et sic non rogasset eum quòd descenderet in domum suam, sed quòd mandaret tantum. Secundus defectus fuit qa secundum Chrysost. dubitabat vtrum Christus sanare posset filiũ suum. Nam si pro certo hoc credidisset; non expectasset aduentum Christi ad terram suam: sed ipse potius iuisset in Iudęam. Sed modo quasi desperatus de salute filij nolens negligere quicquid circa hoc facere posset: abijt ad eum more parentum, qui desperantes de salute filiorum, etiam imperitos medicos consulunt. Secundo vero quia non videtur reprehendendus de hoc quòd signa quærebat. Nã fides per signa probatur. Et ad hoc dicendum est quòd aliter trahũtur ad fidem Christi infideles, & aliter fideles. Infideles non possunt trahi nec adduci auctoritate sacræ scripturæ: quia ei non credunt. Nec per rationem naturalem: quia fides est supra rationem, & ideo ducendi sunt per miracula. 1. Corint. 14. Signa data sunt infidelibus, &c. Fideles autem ducendi sunt & dirigendi in fidem auctoritate scripturæ, cui acquiescere tenentur. In hoc ergo Regulus redarguitur: quia cum esset nutritus inter Iudæos, & de lege instructus, non per scripturæ auctoritatẽ; sed per signa credere volebat, & ideo dominus eum reprehendens dicit [Nisi signa & prodigia.] idest miracula quæ sunt aliquando signa, in quantum sunt demonstratiua dominicæ veritatis, Prodigia vero; vel quia certissime indicent; vt sic dicatur prodigium, quasi porrodicium vel quia aliquid futurum protendit vt sic dicatur: prodigium quasi procul ostẽdens aliquem effectum futurum. Cõsequenter ponit instãtia Reguli. Nõ enim ad reprehensionẽ dñi consistit: sed cũ instantia dicit ad eum.

b Hic cum audisset, quia Iesus aduenire à Iudæa in Galilæam: abiit ad eum: & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: Incipiebat enim mori.

c Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

d Dicit ad eum regulus, Domine descende, priusquã moriatur filius meus. dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit.

e Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat.

f Iam autem eo descendente, serui occurrerũt ei, & nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horã ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerũt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris.

d Dicit ad eum [Domine descende, priusquã moriatur filius meus.] Circa primũ duo ponuntur. Mandatũ domini, & obedientia reguli. ibi. [Credidit homo, &c.] Circa primũ, Dominus duo facit. Primo quidem præcipit, secundo vero annunciat. Præcipit autem vt vadat; vnde dicit. [Vade.] idest dispone te præparando ad gratiam per motum liberi arbitrij in Deũ. Isa. 45. Conuertimini ad me, & salui eritis. Et per motum liberi arbitrij in peccatum. Nam in iustificatione impij quatuor exiguntur, specialiter in adultis, scilicet infusio gratiæ, & remissio culpæ, motus liberi arbitrij in Deum, qui est fides, & in peccatum, qui est contritio. Annũciat autem ei salutem filij, quam petierat dicens. [Filius tuus viuit.] Sed quæritur, cur Chrs rogatus a regulo vt descenderet in domum suam corporaliter ire recusat, ad seruum vero Centurionis corporaliter ire pollicet? Huius aũt duplex ratio assignatur. Vna ẽm Gregor. vt in hoc superbiam nostram recundat, qui magnis hominibus nos ad seruiendum offerimus. Paruis autem seruire recusamus, cum ipse, qui est Dominus omnium, ad seruum Centurionis se iturum obtulit, ire vero ad filium reguli recusauit. Eccle. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Alia ratio secundum Chrysosto. quia Centurio iam confirmatus erat in fide Christi, credens, quòd etiam absens saluare posset, & ideo ad fidem & deuotionem eius ostendendam Dominus ire promisit. Iste vero adhuc imperfectus erat, nondum nouerat manifeste, quòd absens curare poterat. Et ideo non accedit vt eum imperfectionem suam cognoscere faciat. Obedientia reguli ponitur quantum ad duo. Primo quia annuncianti credidit. Vnde dicit.

e Scilicet [filius tuus viuit.] Secundo vero, quia mandato obediuit. vnde dicit. [Et ibat.] proficiendo in fide. I icet adhuc neque integre, neque sane (vt Origę. dicit.) In quo signatur, quòd ex fide iustificari oportet. Rom. 5. Iustificati ex fide, &c. Oportet nos proficiendo ire: quia qui stat, exponit se periculo vt vitam gratiæ conseruare non possit. In via enim Dei non proficere, deficere est. Annunciatio autem sanitatis facta per seruos ponitur Consequenter cum dicit.

f Et primo ponitur denunciatio salutis. Secundo fit inquisitio de tempore sanationis, ibi. Interrogabat autẽ, &c.] Dicit ergo. [Iam autẽ eo descendente,] a Cana Galilęæ in domum suam, [serui occurrerunt ei.] Ex quo patet, quòd regulus iste, diues erat habens multos seruos. [Et annunciauerunt ei dicentes. Quia filius tuus viuit.] Hoc ideo quia credebant Christum personaliter accedere, cuius præsentia iam curato filio superflua videbatur. Mystice autem serui reguli scilicet rationis sunt opera hominis quia homo est dominus suorum actuum, & affectus sensitiuæ partis: quia obediunt rationi imperanti & dirigenti. Isti autem serui annunciant, quidem quòd filius reguli scilicet rationis, viuit quando relucent in hoĩe bona opera, & vires inferiores magis obediunt rationi, Fm illud Eccl. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annunciant de illo. Sed quia regulus neque integre, neque sane adhuc credebat, adhuc volebat scire, vtrum casu, an præcepto Christi filius curatus esset. Et ideo tempus curationis inquirit. Et hoc est, quod dicitur [Interrogabat ergo horam ab eis.] scilicet seruis. [in qua melius habuerat.] I. filius suus, & inuenit, quòd illa hora curatus fuit statim, quando Dominus dixit ei. [Vade, filius tuus viuit.] Nec mirum, quia ipse Christus est verbum, quo factum est cœlum & terra secundum Psalm. 148. Ipse dixit & facta sunt, &c. Eccle. 10. Facile est in conspectu Domini, &c. Et ideo [dixerũt ei.] scilicet serui. [quòd heri hora septima reliquit eum febris.] Mystice autem per horam septimam, in qua puer a febre dimittitur, significantur septem dona spiritussanctí, per quem sit remissio peccatorum; secundum illud Ioã. 20. Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Per quem etiam spiritualis causatur in anima. infr. 6. Spiritus est qui viuificat. Etiam per horam septimam signatur tempus quieti conueniens, nam dominus septimo die requieuit ab omni opere, quod patrarat, in quo significatur, quòd vita spiritualis hominis in quiete spirituali consistit secundum illud Isa. 30. Si quieueritis salui eritis. de malis dicit. Esa. 57. Cor impij quasi mare feruens, qd̃ quiescere, nõ pót. Cõsequẽter cum dicit.

g Cognouit ergo pater, q̃ illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse & domꝰ eius tota.

h Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudęa in Galilęam.

g Ponitur effectus miraculi. Et primo ponitur miraculi fructus. Secũdo ipsum miraculum altero miraculo cõtinuatur: ibi [Hoc iterũ signũ, &c.] Dixit ergo [cognouit ergo pater,] comparans horam nunciantium seruorum, horæ Christi prænunciantis [quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus.] Vade, blꝰ tuus viuit.] Ex hoc conuersus est ad Christum, cognoscens miraculum eius virtute factum. [Credidit ipse, & domus eius tota.] scilicet serui & ministri, quia secũdum conditionem dominorum siue bonam, siue malam, seruiẽdi ponuntur. secundum illud Prouerb. 10. Secundum iudicem populi sic & ministri eius. Gen. 18. Scio enim, quòd præceptturus sicut filijs suis: Patet autem ex hoc, q̃ fides istius semper proficit. nam a principio quando interpellauit pro filio infirmo debilis erat, postea plus firmitatis habere cœpit, quando vocauit eum Dominum. Deinde qñ credidit homo sermoni & ibat, magis perfecta erat, tamen non integre, quia adhuc dubitauit, hic cognita manifeste Dei virtute in Christo, perficitur in eius fide, quia, vt dicitur Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vique ad perfectum diem. Continuatur autem miraculum istud præcedenti miraculo cum dicitur.

h Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod in isto eodem aduentu de Iudæa in Galilęam fecerit Dominus duo miracula, quorum primo non scripto, istud ponitur secundum. Alio modo: quòd Iesus duo signa fecit in Galilęa diuersis temporibus. Vnum scilicet de vino. et istud secundum quod fecit circa filium reguli, veniens iterum a Iudęa in Galilęam. Ostenditur autem per hoc, quòd Galilęi peiores erant Samaritanis, qui nullum signum a Domino expectantes, verbo tantum eius crediderũt multi ex eis, sed ad istud miraculum non credidit Christo, nisi regulus, & domus eius tota. nam Iudęi propter eorum duritiam paulatim conuertebantur ad fidem, secundum illud Mich. 7. Factus sum sicut qui colligit racemos in auramno, &c.

LECTIO I.

Vpra Dominus egit de regeneratione spirituali, hic agit consequenter de beneficijs quæ regeneratis spiritualiter conferuntur a Deo. Sed his qui carnaliter generantur tria conferuntur a parentibus carnalibus scilicet vita, nutrimẽtum, & doctrina siue disciplina. Et hæc tria a Christo etiã regenerati spiritualiter percipiunt. Primo quidem, spiritualem vitam. Secundo vero spirituale nutrimentũ. Tertio spiritualem doctrinam. Secundũ hoc ergo de tribꝰ hic agitur. Primo de collatione spiritualis vitæ. Secundo de collatiõe spiritualis cibi. Et hoc infr. 6 ibi. [Post hęc abijt Iesus, &c.] Tertio de spirituali doctrina infr. 7. cap. [Post hæc ambulabat Iesus.] Circa primum tria facit. Primo ponit signum visibile, in quo manifestatur virtus Christi factiua, & reparatiua vitæ secundum consuetudinem huius Euangelij, in quo semper doctrinæ Christi adiungitur aliquod visibile factum, pertinens ad illud de quo est doctrina. vt sic ex visibilibus inuisibilia innotescant. Secundo ponitur occasio doctrinę proponendæ, ibi [Erat autem sabbathum, &c.] Tertio ponitur ipsa doctrina ibi. [Respõdit itaq; Iesus.] Amen amen dico. &c. Circa primũ tria facit. Primo describitur locus miraculi perpetrati. Secundo infirmitas: ibi. [Erat autem ibi homo, &c.] Tertio restitutio sanitatis, ibi. [Dixit ei Iesus. Surge tolle, &c.] Locus autem miraculi describitur dupliciter, scilicet generalis & specialis. Generalis locus est Hierosolima. Et ideo dicit. [Post hæc,] idest, post miraculum in Galilęa factum. [Erat dies festus Iudæorum,] scilicet Penthecostes secundum Chrysosto. nam supra fit mentio de festo Paschæ, quando ierat in Hierusalem, nunc ergo in sequenti festo, Penthecostes. [Ascendit Iesus Hierosolymam] iterato. nam sicut legitur Exod. 23. Mandatum erat a Domino vt omne masculinum generis Iudæorum tribus vicibus in anno, scilicet in die festo Paschæ, Penthecostes, Scenophegiæ, in templo præsentarentur. Et in istis festis Dominus in Hierusalem ascendit propter duo, scilicet ne videretur legi fore contrarius. sicut ipse dixerat Matth. 5. Non veni legem soluere, sed adimplere. Et vt multitudinem populi illuc concurrentis in diebus festis ad Deum per signa & doctrinam trahat, secundum illud Psalm. 21. In medio multorum laudabo, & alibi. Annunciabo iustitiã tuam in ecclesia magna. Vnde & ipse dicit, infra 18. Ego palam locutus sum mundo. Locus autem specialis miraculi fuit probatica piscina. Et ideo dicit. [Est Hierosolymis probatica piscina, &c.] Quæ quidem describitur ex quatuor, scilicet ex nomine, ex dispositione, ex inhabitatione, & ex virtute. Ex nomine quidem cum dicit [probatica piscina.] Probaton enim Græce ouis dicitur. Probatica ergo piscina, quasi ouiaria vel pecuaria dicitur: ex eo quòd sacerdotes cadauera bestiarum, & præcipue ouium: quę vt plurimum in sacrificijs offerebantur, ibi abluebant. Et ideo Hebraice cognominabatur. [Bethsaida.] idest, domus ouium. Erat enim prope templum ex aquis pluuialibus collecta. Mystice autem secundum Chrysost. hæc piscina baptismũ prefigurabat. nam dominus volens gratiam baptismalem in diuersis præfigurare, Primo quidem dedit aquam expurgantem corporis sordes: quæ erant ex tactu immundorum secundum legem, de qua habetur. Numeri 19. Secundo dedit virtutem huic piscinæ quæ repręsentat expressius quàm aqua illa, virtutem baptismi: non solum ab immunditijs carnis sanando; sed etiam ab infirmitatibus corporis saluando. nam quanto figuræ fuerunt propinquiores veritati, tãto expressiores erant. Signabat ergo virtutem baptismi, quia sicut aqua illa per hoc quòd lauabat corpora, habebat virtutem ex angelo non natura propria, infirmitatem sanandi, ita aqua baptismi habet virtutem sanandi, & abluendi animam a peccatis. Apocalyp. 1 primo. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris. Et inde est, quòd passio Christi per sacrificia veteris legis prefigurata in baptismo repręsentatur. Rom. 6. Quicumq; baptizati estis in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati estis, &c. Secundum August. vero aqua illius piscinæ significabat statum populi Iudæorum; secundum illud Apocal. 17. Aquæ multæ, populi multi. nam populus gentium non erat inclusus sub limite diuinę legis: sed vnusquisque ambulabat secundum vanitatem cordis sui, secundum illud Ephes. 4. Populus vero Iudęorum conclusus erat sub cultu vnius Dei: secundum illud Galat. 3. Conclusi in eam fidem quę reuelanda erat. Et ideo iste populus significabatur per aquam in piscina conclusam. Et dicitur [probatica.] quia ipsi erant speciales oues Dei: secundum illud Psal. 94. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Ex dispositione autem describitur, quia erat [quinque porticus habens.] scilicet per circuitum, vt multi sacerdotes absque impedimento commode starent ad lauandũ cadauera bestiarum. Per hos quinque porticus mystice significantur secundum Chrysosto. quinque vulnera corporis Christi: de quibus dicitur infra 20 Mitte manum tuam in latus meũ, &c. Secundum Aug. vero quinque libri Moysi. Ex inhabitatione autẽ describitur, quia in his scilicet porticibus [iacebat multitudo magna, &c.] Cuius literalis ratio est propter concursum omnium infirmorum ad virtutem aquæ: quæ quia continue non sanabat: nec multos simul, oportebat, quòd multi illic expectantes morarentur. Per hoc autem mystice significatur, secundum August. quòd lex non poterat peccata sanare secundum illud Hebr. 10. Impossibile est per sanguinem hircorum aut taurorum peccata purgari: sed ostẽdebat ea tantum, secundum illud Rom. 7. Per legem enim cognitio peccati. Et ideo iacebant in ea infirmi diuersis infirmitatibus, cuiari non valentes. Quę quidem describuntur quantũ ad quatuor. Primo quidem quantum ad situm, quia iacebant prostrati, scilicet per peccata inhærendo terrenis. Qui enim iacet, ex toto inhærẽt terræ. Mat. 9. Misertus est eorum, quia erant vexati, & iacentes, quasi oues non habentes pastorem. Iusti autẽ non iacent, sed recti ad cœlestia stant. Psal. 19. Ipsi scilicet peccatores, obligati sunt & ceciderunt; nos autem scilicet iusti, surreximus & erecti sumus. Secũdo quantum

g Cognouit ergo pater, q̃ illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse & domꝰ eius tota.

h Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudęa in Galilęam.

CAPVT QVINTVM.

LECTIO PRIMA.

Post hęc erat dies festꝰ Iudęorũ, & ascendit Iesus Hierosolymã. Est aũt Hierosolymis probatica piscina, quę cognominatur Hębraice Bethsaida quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantiũ aquæ motum. Angelus autẽ Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebat aqua, & qui prior descẽdisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumq; detinebatur infirmitate.

quantum ad numerum: quia multi. Vnde dicit [multitudo magna.] Ecclesia.1. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Et Mat.7. Lata est via quę ducit ad perditionem, & multi incedunt per eam. Tertio, quantum ad dispositionem seu habitum infirmorum. Et ponit quatuor quæ homo per peccatum incurrit. Primo enim homo ex hoc, quòd subijcitur passionibus peccatorũ ei prædominantibus efficit languidus, & quãtum ad hoc dicit [languentium.] Vnde & a Tullio passiones animæ puta irę, & concupiscẽtiæ, & huiusmodi, quædam ægritudines animæ dicunt. Vnde Psal.6. dicebat. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Secundo vero ex dominio passionum: & victoria in homine excæcatur ratio per consensum. Et quantum ad hoc dicit [cæcorum.] scilicet per peccata: secũdum illud Sapien.2. Excæcauit eos malitia eorũ. Psal.52. Supercecidit ignis scilicet iræ, & concupiscentiæ, & non viderunt solem. Tertio homo languens & cæcus efficitur instabilis in suis operibus, & est quasi claudus: vnde dicitur Prouerbio.10. Impius facit opus instabile. Et quantum ad hoc dicit [claudorum.] 3.Reg.19. Vsquequo claudicatis in duas partes? Quarto, homo sic lãguidus, cæcus intellectu, claudus in effectu, efficitur aridus in affectu inquantũ exsiccatur in eo omnis pinguedo deuotionis, quam petebat Psal.62. dicens. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et quantum ad hoc dicit [aridorũ.] Psal.21. Aruit tanquam testa virtus mea. Sed sunt aliqui sic affecti languore peccati, qui non expectant aquæ motum in peccatis suis requiescentes: secundũ illud Sapien.14. In magno viuentes inscientiæ bello, tot & tanta mala pacem appellant, de quibus dicitur Prouerb.2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Cuius ratio est, quia non abhorrent peccata; nec peccant ex ignorantia, seu infirmitate, sed ex certa malitia. Isti autem (vtpote non ex malitia peccantes) non quiescebant in peccatis: seu per desiderium expectabant aquæ motũ. Vnde dicit [expectantiũ.] Iob 17. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Sic & illi qui erant in veteri testamento expectabãt Christum, secundum illud Geñ vlti. Salutare tuum expectabo domine. Ex virtute vero, describitur piscina, quia sanat ab omni infirmitate corporali, virtute angeli descendentis. Et ideo dicit [Angelus autem domini secundum tempus, &c.] Et quidem virtus piscinę in aliquo concordat cum baptismo, & in aliquo differt. Concordat quidem in duobus. Primo quidem in occultatione virtutis. Nam virtus aquæ huius piscinę non erat ex natura sua, aliàs semper sanasset, sed ex aliqua virtute occulta, scilicet ex angelo. Vnde dicitur quòd [Angelus domini secundum tempus, &c.] Et similiter aqua baptismi ex eo quòd aqua, non habet virtutem purgatiuam animarum: sed ex occulta virtute spiritusanctí: secundũ illud supra 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnũ Dei. Secundo concordat in effectu, quia sicut aqua baptismi sanat: ita & ista piscina sanabat. Et ideo dicit, quòd [qui prior descẽdisset, sanus fiebat.] Ideo autem virtutem sanandi corpora aquæ istius piscinæ Deus contulit: vt homines abluendo, per salutem corporalem assuescerent quærere spiritualem. Differt autem quantum ad tria. Primo quantum ad id cuius virtute hoc fiebat, quia aqua piscinæ conferebat sanitatem virtute angeli. Aqua vero baptismi virtute in creata non solum spiritusanctí: sed etiam trinitatis. Vnde etiam Matth.3. Super dominum baptizatum tota trinitas affuit. Pater in voce, Filius in persona, Spiritusanctus in columbæ specie. Et inde est, quòd in nostro baptismo fit inuocatio trinitatis. Secundo differt quantum ad efficaciam, quia aqua piscinæ non habuit virtutem sanationem continue, sed [secũdum tempus.] Idest, determinato tempore. Aqua vero baptismi continuam abluendi virtutem habet, secundum illud Zacharię 13. Erit fons patens domui Iacob, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatę. Tertio quantum ad multitudinem sanandorum, quia ad motum aquæ illius piscinæ, sanabatur tantum vnus, sed ad motum aquæ baptismi sanantur omnes; nec mirum, quia virtus illius aquæ cũ sit creata, finita est, & finitum habet effectum. In hac vero aqua virtus est infinita ad infinitas animas, si essent, abluendas. Eccl.36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Secundum vero Aug. per angelum istum intelligitur Christus, secundum illud Isaię 9. Secundum aliam literam. Vocabitur magni consilii angelus. Sicut ille angelus secundum tempus descendebat in piscinã, ita & Christus secundum determinatum tempus a patre descendit in mundum. Isaiæ 14. Prope est vt veniat tempus eius, &c. Galat 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit

b Erat autẽ quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.
c Hunc cũ vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multũ tempus haberet, dixit ei. Vis sanus fieri?
d Respondit ei languidus:

Domine, hominem non habeo: vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego: alius ante me descendit.
e Dixit ei Iesus. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

Deus filium suum, &c. Itẽ sicut ille angelus nõ videbatur nisi motu aquę, ita etiam Christus secundum diuinitatem non cognoscebatur, quia si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corinth.2. Nam Isa.4. dicitur. Vere tu es Deus absconditus. Et ideo videbatur aqua turbata: sed a quo turbaretur non videbatur, quia infirmitatem Christi videntes, diuinitatẽ eius non cognoscebant. Et sicut ille qui descendebat in piscinam sanus fiebat: ita & qui humiliter credit in Deũ, et passione sanãt. Ro.3. Iustificati per fidem per redemptionẽ quæ est in Christo; quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Sanabatur autem vnus tantum, quia nullus sanari potest nisi in ecclesiastica vnitate. Ephes.4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Væ ergo illis qui oderunt vnitatem, & partes sibi faciunt in hominibus. Consequenter cum dicit.

b POnit infirmitatem. Et primo ponitur diuturna infirmitas. Secundo ostenditur causa diuturnæ infirmitatis: ibi [Hunc cum vidisset ergo Iesus, &c.] Infirmitas diuturna erat [Quia homo erat habens triginta & octo annos in infirmitate sua.] Quod satis pulchre introducitur. Homo qui curari non poterat a piscina: curandus tamen a Christo; quia quos lex sanare non poterat, Christus perfecte sanat; secundum illud Romano.8. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, mittens Deus filiũ suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Eccles.36. Innoua signa, &c. Congruit autem iste numerus infirmitati ad languorem pertinens magis quàm ad sanitatem. Nam secundum Augustinum, quadragenarius numerus consecrãtur ad designandam perfectionem iustitiæ: quæ in obseruatione legis consistit. Lex autem in decem præceptis data est, & prædicanda erat in quatuor partibus mundi vel implenda per quatuor Euangelia: secundum illud Roma.10. Finis legis Christus. Quia ergo denarius per quatuor multiplicatus peruenit ad quadragenarium, recte perfecta iustitia designatur; subtractis ergo duobus a quadragenario numero efficiũtur 38. Hęc autem duo, sunt duo præcepta charitatis quibus impletur omnis perfecta iustitia. Et ideo homo iste languebat: qa de quadraginta, duo minus habebat, idest, imperfectam iustitiam. quia vt dicitur Mat.22. In his duobus pẽdet lex & Prophetæ. Consequenter cum dicit.

c EXquiritur causa diuturnæ infirmitatis. Et primo ponitur interrogatio Domini, secundo responsio languidi. ibi [Respondit ei languidus.] Dixit ergo [hunc.] scilicet hominem cum vidisset Iesus iacentem, non solum oculo corporis, sed etiam miserationis, qualiter videri petebat Dauid dicens. Respice in me Domine, & miserere mei, [& cognouisset quia multum tempus haberet,] in infirmitate, quod est contra cor Christi & infirmi, secundum illud Eccle.10. Languor prolixior grauat medicum. Dixit ei. Vis sanus fieri, non quasi ignorans, nam satis cõstare poterat, quòd sanus fieri volebat, sed vt excitet desiderium infirmi, & vt ostendat patientiam qui tot annis expectauit eripi ab ægritudine non desistens, & de hoc cognoscatur dignior ad sanandum. Psalm.30. Viriliter age, & cõfortetur cor uestrũ, omnes qui speratis in Deo. Excitat autem desiderium, quia stabilius tenetur, quod cum desiderio percipitur, & facilius acquiritur nobis Mat.7. Pulsate per desiderium, & aperietur vobis. Sed notandum, quòd Dominus a ceteris fidem requirit. Matth 9. Creditis, quòd possum hoc facere vobis? Sed in isto nihil tale facit, quia illi quidem audierant aliqua de miraculis Iesu, iste autem nondum. Et ideo fidem ab eo non requirit, nisi post factũ miraculum. Responsio languidi ponitur cum dicit.

d ET duo insinuat, quę tamen erant diuturnæ infirmitatis, scilicet pauperrtatem, & debilitatem. Quia enim pauper erat, nõ poterat habere hominem qui mitteret eum in piscinam. Vnde dicit. [Domine hominem non habeo, &c.] Et forte secundum Chrysostomum opinabatur ibi Christum vtilem fore ad mittendum eũ in aquam. Quia vero debilis erat, & festinanter ire non poterat, præueniebatur ab alio. Vnde dicit, [Dum venio enim ego, alius ante me descendit.] Et sic poterat dicere cum Iob 6. Ecce non est auxilium mihi in me. Per hoc significatur, quòd non erat aliquis homo purus, qui humanum genus saluare posset, quia omnes peccauerunt & egerunt gratia Dei, quousque venirer Christus Deus & homo, per quem sanaretur. Consequenter cum dicit.

e POnitur restitutio sanitatis seu perpetratio miraculi. Et primo ponitur mandatum Domini, secundo obedientia hominis ibi. [Et statim sanus factus est homo, &c.] Præcipit autem Dominus

minus naturę, & voluntati hominis. Hæc enim duo sub potestate eius sunt. natura præcipit cum dicit. [Surge.] Nõ enim hoc voluntati præcipitur, quia hoc non erat in eius potestate, sed naturæ, quã Dominus præcipiendo immutauit dando ei virtutem qua surgere posset. Voluntati vero duo præcepit, scilicet [Tolle grabatum tuum & ambula.] Et quidẽ quantum ad literam hæc duo præcepit: vt ostendat perfectam sanitatem homini restitutam. In omnibus.n. miraculis: secundum optimum illius naturæ Dominus perfectũ opus fecit. Deut.32. dicitur, Dei pfecta sunt opera. Iste autem in duobus defecerat, scilicet in viribus proprijs se sustinere nõ valens. Vnde Dominus eum iacentem inuenit, & in subsidio aliorum. Vnde dicebat. [Hominẽ non habeo.] Vt ergo perfecta sanitas innotescereet ei qui se sustinere non valebat, præcepit vt lectum suum tollat, et ei qui ambulare non poterat, præcepit vt ambulet. Nihilominus tamen hæc tria in iustificatione Dominus præcipit. Primo, quòd surgat recedendo a peccato. Ephe.5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Secũdo præcipitur. [Tolle grabatum,] satisfaciendo de commissis. Per grabatum enim in quo homo requiescit, significatur peccatum. Tollit ergo homo grabatum suum, quando fert onus pœnitentię sibi pro peccato impositum. Mich.7. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. Tertio vt ambulet proficiendo in bono secundum illud Psal.83. Ibunt de virtute in virtutem. Secundum Aug duo deficiebant isti languido, scilicet præcepta geminæ charitatis. Et ideo volũtati, quę charitate perficitur duo mandat, scilicet tollere grabatum & ambulare. Primum pertinet ad dilectionem proximi quæ prior est ordine faciendi. Secundum ad dilectionem Dei quę prior est ordine præcipiendi. Dicit ergo quantum ad primum. [Tolle grabatum tuũ.] quasi dicat, qñ infirmus es proximus tuus sustinet te, & patienter fouet vt grabatus infirmũ. Ro.14. Debemus nos firmiores, &c. Quando ergo sanus factus es, [Tolle grabatum tuũ.] idest sustine, & supporta proximum tuum, qui te infirmum portabat. Gal.6. Alter alterius onera portate. Quantum vero ad secundum dicit [ambula,] appropinquando ad Deum. Vnde in Psal.83. dicitur. Ibunt de virtute in virtutẽ. Et sequitur. Videbit Deus Deorum in Syon. infr.12. Ambulate dum lucem habetis. Consequenter cum dicit.

f POnitur obedientia. Et primo vere: quia [statim factus est homo sanus.] Nec mirum, quia ipse est verbum per quod cœlũ, & terra facta sunt. Psal.148. dixit & facta sunt. Et alibi. Verbo Domini cœli firmati sunt. Secundo voluntas. Et primo, quia [sustulit grabatũ suum,] secundo quia [ambulabat.] Exod.24. Omnia quæ cumque præcepit Dominus faciemus, & erimus obedientes, &c.

f Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat.

LECTIO II.

Rat autem sabbathũ in die illo.
b Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.
c Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatũ tuum, & ambula.
d Interrogauerunt ergo eũ. Quis est ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum & ambula? Is autem, qui sanus

tium aliquod creaturæ. Tertia ratio est, vt ostenderet se factorem, quòd lex facere non poterat. Rom.8. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, mittit Deus filium suum, &c. & infr. Vt iustificatio legis impleretur in nobis. Iudæi autẽ nihil operabantur in sabbato, in figura, quòd quędam quæ erãt sabbati, consummanda erant, quæ per legem fieri non poterant. Et hoc patet in quatuor quæ Deus ergã diem sabbati ordinauit. Nam diem sabbati sanctificauit, diem sabbati bũdixit, in eo opa sua consummauit, & in eo requiuit. Quæ quidem lex facere nõ potuit, nam sanctificare non poterat. Vnde Psalm.11. dicebat. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus. Neque etiam benedicere, quinimo qui sunt ex operibus legis, sub maledicto sunt, vt dicitur Gal.3. Neque consumare & perficere, quia neminem ad perfectum adduxit lex. Heb.7. Nec etiam perfectam quietem præstare, quia vt dicitur Heb.4. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nisquam de alia loqueretur. Hæc ergo quę lex facere non potuit, Christus fecit. Ipsum enim populum sanctificauit per passionem. Heb.20. Iesus vt per suum sanguinem sanctificaret populum, &c. Ipse benedixit per gratiæ infusionem. Ephes.1. Benedictus Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, &c. Ipse consumauit p perfectę iustitię instructionem. Mat.5. Estote perfecti, sicut & pater cœlestis perfectus est. Ipse introduxit in veram requiẽ. Heb.4. Nos qui credimus, ingrediemur in requiem, &c. Ipse ergo competit in die sabbati operari, qui quæ ad sabbatum pertinent, p ficere potest, a quibus lex impotens quiescebat. Consequenter ponit calumniam illatam contra curatum cum dicit.

b ET primo ponitur calumnia contra curatum illatio. Secundo subditur curati excusatio: ibi. [Respondit eis. Qui me sanum fecit, &c.] Calumniam autem inferunt contra istum de hoc, quòd in sabbato grabatum portat, sed non de curatione. Vnde dicũt [Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.] Cuius ratio multiplex potest assignari. Vna, quia Iudęi frequenter Christo de curatione in die sabbati calumniam inferentes, confutati erãt a Christo p hoc, quòd ipsi etiam numẽta de puteo in die sabbati eruebãt, & laauabant: vt habetur Luc.14. Et ideo de curatione tanquam de re vtili & necessaria tacent, de portatione vero lecti, quæ non necessaria videbatur, calumniantur. q.d. Si sanitas non erat differenda, quid erat necessarium lectum portare, seu portari præcipere? Alia ratio est, quia Dominus dixerat contra eos concludens, quòd licet sabbato benefacere. Et ideo quia curari non est benefacere, sed bene pati, curatum potius quàm curantem calumniantur. Tertia ratio est, qa hoc in lege videtur prohibitum esse Iudæis, ne aliquid in die sabbati operentur, specialiter tñ portatio onerum in die sabbati prohibetur. Hieremiæ septimo. Ne portetis onera in die sabbati. Et ideo specialiter calumniati sunt portationem in die sabbati vtpote dicto Prophetæ contrariam. Sed hoc tamen mandatum Prophetæ misticum est. Nam per onera non portanda intendebat eos inducere: vt in die sabbati requiescerent ab oneribus peccatorum, de quibus dicitur in Psal.37. Iniquitates meæ sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Vnde quia iam erat tempus soluendi figuras occultas, mandat Christus isti grabatum tollere, idest, proximum in infirmitate sustentare, secundum illud Galat.6. Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi. Consequenter ponitur excusatio curati cum subditur.

c ET quidem prudenter se excusat. Nunquam enim adeo bene probatur doctrina esse diuinitus, sicut per ostensionem miraculorum: quæ nonnisi diuinitus fieri possũt. Matth.vlt. Illi autẽ profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Et ideo iste auctorem sanitatis suæ calumniantibus obijciebat. dicens. [Qui me sanum fecit, &c.] quasi dicat, Vos dicitis prohibitum esse ne onus portetur in sabbato, & hoc auctoritate diuina. Sed mihi eadem auctoritate est impositum, vt tollam grabatum. Nam [ille qui me saluum fecit.] & per sanitatem restitutam se diuinam virtutem habere ostendit, [mihi dixit. Tolle grabatum tuum, &c.] Et ideo mandatis eius qui tantę est virtutis, & qui mihi tale beneficium contulit, merito teneor obedire. Psal.118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Consequenter cum dicit.

d QVia curatum hominem calumniari non poterant Christi curationem calũniari nituntur: per hunc enim se excusauerat homo ille. Et quia eum determinate quis esset non iudicauerat,

rat, maligne interrogabant ab eo quis esset. Et ideo circa hoc primo agitur de Christi inquisitione: secundo de eius inuentione: ibi [Postea inuenit eũ Iesus.] Tertio de eius persecutione ibi [propterea persequebãtur Iudęi Iesum.] Circa primum tria ponuntur, scilicet Iudæorum inquisitio: curati ignorantia, & ignorantiæ causa. Quantum ad primum dicitur [interrogabant ergo eum Iudæi.] scilicet non bona intentione, vt proficiãt: sed maligno animo, vt persequantur: & perdant, infra 8. Quęretis me, & in peccato vestro moriemini. Et hanc eorũ malitiam eorum verba manifestant. Cum enim dominus & sanari languidum, & grabatum tolli iusserit: primum diuinæ virtutis ostensiuum, & irrefragabile signum subticẽt. Aliud quod contra legem videtur replicant dicentes. [Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?] Ecclesiast. 11. Bona in mala peruertens insidiatur & in electis imponit, scilicet imponere nititur maculam. Quantum ad secundum dicit [Qui autem sanus factus fuerat nesciebat, &c.] Sanus iste significat fideles per gratiam Christi sanatos. Ephes. 2. Gratia saluati estis, qui quidem nesciunt Christum quis est, sed effectũ tantum eius cognoscunt. 2. Corinth. 5. Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Sed tunc cognoscemus Christum quis est, quando videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Huius autem ignorantiæ causam assignat quantum ad tria cum dicit [Iesus autem declinauit a turba constituta in loco.] Quod quidem causam habet literalem, & mysticam. Literalem quidem, quantum ad duo. Primo, vt daret nobis exemplum occultandi opera nostra bona, & non quærendi in eis hominum fauorem, secundum illud Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Secundo, vt declinemus, & fugiamus oculos inuidorum, ab omnibus operibus nostris: ne ex hoc eorum inuidia crescat. Eccle. 8. Ne contrà faciem stes contumelioſi; ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Mysticam vero quantum ad duo. Primo vt det intelligere quòd Christus non de facili inuenitur in hominum multitudine, & in turbine curarum temporalium, sed in spirituali secreto. Osęæ. 2. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius. Nam verba sapientium audiuntur in silentio (vt dicitur Eccl. 9.) Secundo vt insinuet quòd Christus debebat declinare a Iudæis ad gentes. Isa. 8. Abscondit faciem suam parumper a Iacob. i. subtraxit veritatis suæ notitiam a populo Iudæorum. Consequẽter agitur de inuentione Christi cum dicit.

fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.

e Postea inuenit eum Iesus in templo: & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nunciauit Iudęis: quia Iesus esset, qui fecit eum sanũ.

f Propterea persequebãtur Iudæi Iesum: quia hæc faciebat in sabbatho.

g Iesus autem respõdit eis: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor.

e ET primo dicit quòd inuenitur. Secundo, insinuat quòd inuenitus docet. Tertio, quòd post doctrinam manifestatur. Quantum ad inuentionem duo ponit, scilicet modum inueniendi, & locũ. Modus quidem est mirabilis, quia non inuenitur nisi inueniat. Vnde dicit [Postea.] scilicet quæ dicta sunt, inuenit eum Iesus: nã homo sua virtute Christum inuenire nõ potest, nisi ei se Christus præsenter. Vnde etiam Psalm. 118. dicebat. Require seruum tuum. Sapien. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Locus autem in quo inuenitur Christus est venerabilis. quia in templo secundum illud. Psal. 10. Dominus in templo sancto suo. nam & mater eius in templo eum inuenit. Luc. 2. (Et hoc quia in his quæ patris sui sunt oportebat eum esse) In quo datur nobis intelligi, quòd curatus iste non ad vanitatem, sed ad religionis studium conuersus remplum frequẽtans, in ipso Christum cognoscit, quia si ad conditoris cognitionẽ venire volumus, fugienda est turba prauorum affectuum, & declinanda sunt malorum conuenticula, & fugiendum est ad templum cordis nostri, quod Deus inuisere & habitare dignatur. Consequenter inuentus docet. Vnde [Ecce dixit illi. Ecce sanus, &c.] Vbi primo commemorat impensum beneficium. Secundo proponit sanum consilium. Tertio, ostendit imminens periculum. Sed beneficium est ad mirabile, quia subita restitutio sanitatis. Vnde dicitur [Ecce iam sanus factus, &c.] Et ideo semper oportet in memoria teneri, secundum illud Isa. 63. Miserationum domini recordabor. Consilium vero vtile, quia iam amplius noli peccare. Eccles. 21. Fili peccasti, ne adijcias iterum. Quare dominus isti paralitico, & alijs quibusdam ab eo curatis mentionem facit de peccatis, & non alijs? Ideo scilicet vt ostẽdat per hoc infirmitates aliquibus, ex peccatis prioribus prouenire, secũdum illud 1. Corinth. 11. Ideo multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi. Per quod etiam se esse Deum ostendit, peccata & occulta cordium manifestans. Prouerb. 15. Infernus & perditio coram illo, quanto magis corda filiorum hominum? Isti sergo solis mentionem de peccatis facit, & non alijs ab eo curatis, quia nõ omnes infirmitates propter peccata priora prouenjunt: sed quædã ex naturali dispositione, quædam propter probationem, sicut in Iob. vel de istis tantum mentionẽ fecit, quia magis præparati erant ad correctionem. Prouerb. 9. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. vel in istis, omnibus alijs hoc mandauit. Periculum autem imminens erat terribile. vnde dicit [Ne deterius tibi aliquid cõtingat.] Quod quidẽ dupliʒ intelligi põt. secundum duo quæ in isto præcesserunt. Primo enim punitus fuit per prolixum morbũ. Secundo consecutus fuit magnũ beneficiũ. Et ideo ad vtrumque referri potest quod dr. Ad primũ quidẽ, quia cum aliquis pro peccato punitur, & ex ipsa pœna a peccato non retrahitur; iustum est vt grauius puniatur. Et ideo dicit [Noli amplius peccare.] quia si peccaueri. [deterius tibi continget.] Hier. 2. Frustra percussi filios nostros, disciplinam non receperunt. Ad secundum vero, quia qui post beneficia recepta ad peccata prolabitur, grauior supplicij reus efficitur propter ingratitudinem secundum illud 2. Petr. 2. Melius erat eis viam veritatis non agnoscere: quàm post agnitionem retrorsum conuertis. Similiter etiam, quia postquam homo ad peccatum semel redierit, facilius peccat; secundum illud Mat. 12. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hiere. 2. A sæculo fregisti iugum, rupisti vinculum, dixisti, non seruiam. Consequenter ponitur inuenti manifestatio, cum subditur [Abijt ille homo, & nunciauit, &c.] Et secundũ quod dam possset intelligi, (vt Chrys. dicit.) quòd ex malitia manifestassent eum: sed hoc non videtur probabile, scilicet quod posset tantum beneficij ita ingratus esset. [Nunciauit ergo Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum.] vt manifestaret Christi virtutem ad sanandum. Psal. 65. Venite & narrabo quanta fecit dominus animæ meæ. Et hoc patet: quia illi interrogauerunt eum: quis iusserit grabatum tollere. Iste autem annunciauit eis quod [Iesus fecit eum sanum.] Consequenter cum dicit.

f PONitur persecutio contra Christum, quæ est propter quoddã opus pietatis in sabbato exhibitum. vnde dicit [Propterea persequebantur Iudæi Iesum, &c.] Psal. 118. Principes persecuti sunt me gratis. Consequenter cum dicit.

g PONitur secunda causa persecutionis; quæ sumitur ex doctrina. Et primo ponitur doctrina veritatis: secundo persecutio Iudaicæ prauitatis ibi [Propterea ergo magis quærę, &c. Doctrinam autem veritatis proponit dominus, excusando se de solutione sabbati. Sed notãdum est, quòd dominus de huius solutione aliquando quidem excusauit se; aliquando discipulos suos. Et discipulos quidem, quia homines puri erant, excusauit per similitudinẽ hominũ, scilicet per exemplum sacerdotum, qui operabantur in templo, in die sabbati & sabbatum non soluebant. Et David qui sub Achimelech sacerdote in die sabbati a facie Saulis fugiens, panes propositionis accepit, vt habet 1. Reg. 21. Se vero quia homo erat, & Deus, aliquando per similitudinem hominum excusauit a solutione sabbati. Luc. 14. Quis vestrum, si ceciderit bos, aut asinus suus in puteum, nõ continuo extrahet eũ in die sabbati? Aliquãdo vero, & præcipue in hoc loco excusat se per similitudinem Dei, dicens] Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.] q. d. nolite putare quòd in sabbato ita requieuerit pater meus, vt ex illo non operetur. Sed sicut ipse & nunc sine labore operatur, ita & ego operor. In quo excludit falsum intellectum Iudæorum, qui volentes conformari Deo, nihil in die sabbati operantur, ac si Deus ipso die omnino destiterit operari. Et quidem licet in sabbato requieuerit a nouis creaturis cõdendis, nihilominus tamen semper & continue vsque modo operatur, creaturas inesse conseruando. Vnde & signanter verbo requietionis Moyses est vsus post opera Dei, a quibus condendis requieuit, vt signaret spiritualem requiem, quam Deus exemplo quietis suæ fidelibus postea qui bona fecerint opa, arcana significatione pollicebatur. Vnde dici potest, illud mandatum in vmbra futuri fuisse præceptum. Signanter autem dicit [vsque nunc operatur.] non autẽ operatus est, vt designet continuationem diuini operis. nã possent imaginari Deum esse causam mũdi, sicut artifex est causa domus, quantum ad fieri tantum, vt sicut domus manet, etiam cessante operatione artificis, ita & mundus subsistere posset influxu diuino cessante. Sed secundum Aug. Deus ita est causa omnium creaturarum, quòd sic etiam causa subsistendi, quia si eius potentia ad momentum cessaret, simul & illarũ cessarent species oẽs, quas natura continet sicut si dicerem, quòd aer tamdiu illuminatur, quamdiu lumen solis manet in ipso. Cuius quidẽ ratio est, quia ea quæ causam habẽt quantum ad fieri solum, cessante causa subsistere possunt. Ea vero quę nõ solum fieri, sed etiam subsistentię causam habent, continua conseruatione causæ indigent. Excludit etiam per hoc, quod dicit. [Pater meus

meus vsque modo operatur.] opinionem quorũdam dicentium, q̃ Deus mediantibus secundis causis res producit, quod est contra illud Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. [Sicut ergo pater meus,] in principio instituendo naturã [vsque modo operatur,] eadẽ operatione ipsam cõtinuendo, & conseruãdo [& ego operor.] quia sum patris verbum, per quod oia operatur. Gen. 1. Dixit Deus, fiat lux. Vnde sicut primam institutionem rerũ per verbum operatus est, ita & ipsarum conseruationem, & sic si ipse [vsque modo operat, & ego operor] q̃a sum verbum patris, per qd omnia fiunt & conseruantur. Consequenter cum dicit.

h propterea ergo magis q̃rebant eũ Iudęi interficere: quia nõ solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

h PONitur persecutio ex doctrina proueniens, quia propter ipsam doctrinam [Iudęi magis.] idest auidiori animo, seruentiori zelo [quærebant eum interficere.] Duo enim crimina in lege morte punita fuerunt scilicet crimen solutionis sabbati. Vnde ille qui collegit ligna in sabbato lapidatus est. Nume. 13. Et crimen blasphemię. Vnde dicitur Leuit 23. Educ blasphemum extra castra & lapidet eum omnis multitudo filiorum Israel. Blasphemiam autem isti reputabant, quòd homo diceret se esse Deum. infr. 10. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia homo cum sis, &c. & hæc duo crimina imponebant Christo. Vnum scilicet q̃a soluebat sabbatum; aliud quia dicebat se ęqualem Deo. Vnde dicit, quòd ideo [quærebant eum occidere, quia non solum soluebat sabbatum, sed etiam patrem suum dicebat Deum.] Sed quia etiam alij isti Deum patrem suum dicunt. Hiere. 3. Patrem vocabis me. ideo non solum dicunt patrem suum dicebat Deum, sed addunt, q̃ pertinet ad blasphemiã [æqualem se faciens Deo.] Quod ex hoc colligunt, quod dixit, pater meus operatur, & ego operor. Deum patrem suum dicit, vt det intelligere, quòd pater eius est per naturam, aliorum autem per adoptionem: secũdum quem modum loquitur infra. Vado ad patrem meum, scilicet per naturam, & patrem vestrum, scilicet per gratiam. Item ad similitudinem eius se operari dicit soluens per hoc calumniam Iudaeorum, de solutione sabbati. quæ non esset conueniens excusatio, nisi æqualis auctoritatis esset in operando cum Deo. Et ideo dicunt, quòd fecit se æqualem Deo. Et quidem magna est Arrianorum cæcitas, qui in verbis Domini non possunt intelligere quæ Iudęi intelligunt, dicentes Christum Deo patre minorem esse. Sed Arriani dicunt, q̃ Christus non fecit se æqualem Deo, sed Iudæi hoc suspicabantur. Sed per ea quæ dicta sunt in ipso textu, aliter etiam manifestum est. nam Euangelista dicit, quòd Iudæi persequebantur Christum, quia soluebat sabbatum & quia dicebat patrem suum Deũ, & quia faciebat se æqualẽ Deo. Aut ergo Christus est mendax, aut est ęqualis Deo. Sed si est æqualis Deo, ergo Christus Deus est per naturam. Dicit autem Euangelista [se æqualem faciens Deo.] non quod ipse æqualẽ se Deo faceret, quia per æternam generationem æqualis erat Deo, sed secũdũ intentionem Iudęorum loquens, qui non credentes Christum esse filium Dei per naturam, intellexerunt ex verbis eius, quòd se diceret Dei filium, quasi volens se ęqualem Deo facere, cum tamen hoc eum esse non crederent. infr. 1. Iu homo cum sis, facis teipsum Deum idest, dicis te esse Deum, quod interpretatur ac si tu ipse facias teipsum Deum.

LECTIO III.



Ic tradit doctrinam de potestate viuificatiua. Et primo ponitur ipsa doctrina. Secundo confirmatio eius ibi. [Si ego testimonium, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit doctrinam eius de potestate viuificatiua in cõmuni. Secundo in speciali. ibi. [Et maiora his demon.] Circa primum tria facit. Primo insinuat potestatis suæ originem. Secundo ipsius potestatis magnitudinem ibi. [Quæcumque enim ille fecerit, &c.] Tertio assignat vtriusque rationem, ibi. [Pater enim diligit filium.] Considerandum autem circa primum, quòd Arriani ex his verbis quæ hic Dominus dicit. [Non potest filius a se facere quicquam, &c.] errorem suum confirmare nitũtur, scilicet, quòd filius minor sit patre. Quia enim, secundum quòd Euangelista dixit, Iudæi persequebantur Christũ, quia faciebat se æqualẽ Deo. Quod videns Dominus Iudęos ex hoc moueri, volẽs hoc excludere, vt Arriani dicunt, talia verba subiunxit: vt se ęqualem patri nõ esse monstraret dicens. [Amen amen dico vobis. non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.] quasi dicat, nõ intelligatis me per hoc, quod dixi, Pater meus operatur, & ego operor, sic operari, quasi ego sum ei æqualis, quia nihil possum facere a meipso. [Quia ergo filius nõ potest facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.] vtique minor est patre (vt ipsi dicunt.) Sed hic intellectus falsus est, & erroneus, quia si filius non esset æqualis patri, tunc non esset filius idem cũ patre, quod est contra illud. infr. 10. Ego & pater vnum sumus. [Nam æqualitas attenditur secundum magnitudinẽ quę in diuinis est ipsa essentia.] Vnde si esset patri inæqualis, differt ab eo secundum essentiam. Ad verum autem huius intellectum sciendum est, q̃ in his, quæ in filio minorationem importare videntur, posset dici ab aliquibus hæc de Christo dicta esse secundum naturam assumptam, sicut dicitur infr. 14. Pater maior me est. Vnde secundũ hoc vellent dicere, q̃ hoc, quòd Dominus dicit. [Non potest filius a se facere quicquam,] intelligendum est de filio secundum naturam assumptam. Quod quidem stare non potest: quia secundum hoc oporteret dicere, quòd omnia quæ filius Dei fecit in natura assumpta, pater ante eum fecisset, puta quòd siccis pedibus super mare ambulasset, sicut Christus ambulauit, alias non diceretur. [Nisi quòd viderit patrem facientem.] Sed si dicatur, quòd quęcumque Christus in carne fecit, etiam & Deus pater fecit, inquantum in eo pater operatur secundũ illud infr. 14 Pater autem in me manens ipse facit opera: vt sit sensus [Non potest filius a se facere quicquam, nisi quòd viderit patrẽ facientem] in seipso. i. filio. Sed nec hoc stare potest, quia secundum hoc ea quę sequuntur, non possent ei adaptari scilicet quęcumque ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Nunquam enim secundum naturam assumptam filius creauit mundum, sicut & pater creauit. Non ergo ad naturam assumptam referendum est, quod dicitur. Secundum Aug. autem alius modus est intelligendi ea quę videntur in filio minorationem importare, licet non importent, vt scilicet referantur ad originem filij a patre, quia licet filius sit æqualis patri, omnia tamen hoc ipsum habet a patre per æternam generationem sed pater a nullo habet, cum sit ingenitus: vnde secundum hoc continuatur sic. Quid scandalizati estis? quia patrem meum dixi Deũ, & quia æqualem me feci Deo? [Amen amen dico vobis, nõ potest filius a seipso facere quicquam.] quasi dicat. Ita sum æqualis patri, vt ab illo sim, non ille a me. Et quicquid ego habeo vt faciam, est mihi a patre. Secundum hunc ergo modũ in his verbis fit mentio de potestate filij, per hoc verbum potest, et de eius operatione per hoc verbum facere. Et ideo vtrumque potest hic intelligi: vt. s. ostendatur, primo deriuatio potestatis filij a patre; Secundo vero vt ostendatur conformitas operationis filij, ad operationem patris. Quantum ad primum, exponit Hylar. hoc modo. Supra Dominus dixit se esse ęqualem patri: sed aliqui hęretici propter auctoritates scripturæ, quæ dicunt vnitatem, & æqualitatem filij ad patrem attribuunt filio, quòd sit ingenitus, sicut Sabelliani, dicentes filium esse idem cum patre in persona. Ne ergo hoc intelligas dicit. [Non potest filius a se facere quicquam.] nam potentia filij idem est, q̃ natura eius: ab eo ergo filius habet posse, à quo habet esse. Esse autẽ habet à patre. infr. 16. Exiui a patre, & veni in mundum, à quo etiã habet naturam, quia Deus est de Deo, ergo ab eo habet posse. Sic ergo hoc, quod dicit. [Non potest filius facere quicquã, nisi q̃d patrem viderit facientem] tantum valet, ac si dicatur. Filius sicut non habet esse nisi à patre, ita nec posse facere aliquid nisi à patre, In naturalibus enim ab eodem aliquid accipi posse operari, à quo recipit esse, sicut ignis ab eo recipit, quòd possit ascendere sursum, à quo recipit formam & esse. Nec tamen per hoc, quod dicit. [Non potest filius, &c.] importatur inæqualitas. quia hoc non pertinet ad relationem. Quæstio autem æqualitatis & inæqualitatis pertinet ad quantitatem. Per hoc autem quod dicit. [Nisi quod viderit patrẽ facientem,] posset alicui fallus intellectus subinerare: vt crederet filium hoc modo facere, quia vidit patrem facientem, scilicet quòd pater primo fecit, hoc viso filius postea incœperit facere, ad modũ duorum fabrorum, magistri scilicet, & discipuli, qui ar cham facit secũdum modum quem viderit magistrum facere. Quod quidem non est verum de verbo, (nam supra primo dicitur.) Omnia per ipsum facta sunt. Ergo pater nõ fecit aliquid, ante quòd filius videret fieri & addiceret. Sed hoc dictum est, vt designetur communicatio potestatis filio per generationem, quæ conuenienter designatur hoc verbo, viderit, quia per visum & auditũ in nos ab alio scientia transfunditur, nam per visum quidem scientiam a rebus accepimus. Per auditum vero a sermonibus. Filius autem non est aliud quàm sapientia, secundum illud Eccles. 24. Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Et sic deriuatio filij a patre, nihil aliud est quàm deriuatio diuinę sapientiæ. Quia ergo visio designat deriuationem cognitionis & sapientię ab alio, recte per visionem generatio filij a patre designatur, vt sic nihil aliud sit filium videre patrem facientem, quàm procedere intelligibili processione a patre

patre operante. Potest autē & de huiusmodi secundum Hylarium alia ratio assignari, scilicet vt per hoc quod dicit [viderit.] excludatur omnis imperfectio a generatione filij vel verbi. nam in generatione materiali illud quod generatur, paulatim per incrementa temporum ab imperfecto ad perfectum perducitur. Non enim iam perfectum est aliquid, quando generari incipit: sed hoc in generatione æterna locū non habet, cum sit generatio perfecti a perfecto. Et ideo dicit. [Nisi qd viderit filius patrem facientem.] Cum enim videre sit actus perfecti, manifestum est: quòd filius statim perfectus genitus est: tāquàm statim videns, & non per incrementa temporum ad perfectum perducitur. Quantum vero ad secundum exponit Chrysos. scilicet ad ostendendum conformitatem patris ad filium, quantum ad operationem, hoc modo. Dico quòd licet mihi operari in sabbato, quia & pater meus continue operatur, cui non possum operari cōtrarium, & hoc [quia non potest filius a se facere quicquā, &c.] Tunc enim quis aliquid a se facit, cum in faciendo non se conformat alteri. Qui cumque autem est ab alio, si discordat ab eo, peccat, infr. 7. Qui a semetipso loquitur: gloriam propriam quærit. Quicūque ergo existens ab alio, à semetipso operatur, peccat. Filius autem est a patre: ergo si operatur a semetipso peccat, quod est impossibile. Per hoc ergo quod dicit dominus [Filius nō potest a se facere quicquā, &c.] nihil aliud insinuat, quàm quòd filius non potest peccare, quasi dicat. Iniuste persequimini me de solutione sabbati, quia non possum peccare, quia non operor contraria patri meo. Vtramque autem expositionem scilicet Hylarij & Chrysostomi facit Augustinus, licet in diuersis locis. Consequenter cum dicit.

b Ponitur magnitudo potestatis Christi, & excludit in his tria circa potestatem suam, scilicet particularitatem, diuersitatē, & imperfectionem. Particularitatem, quia cum sint diuersa agentia in mundo, & agens primum vniuersale virtutem habeat super omnia agentia, alia vero agentia quæ sunt ab ipso tanto particularis virtutis sunt, quanto sunt, inferiora in ordine causalitatis, posset autem ex hoc aliquis credere, quòd cum filius non sit a se, habeat potestatem particulatam respectu aliquorum existentium, & non vniuersalem respectu omnium sicut habet pater. Et ideo hoc excludēs dicit [Quæcumque enim ille.] scilicet pater [fecerit.] idest omnia ad quæ se extendit potestas patris, extendit se etiam potestas filij: supra 1. Omnia per ipsum facta sunt. Diuersitatē vero, quia aliquando vnum ab alio existens, potest quidem facere quæcunque ille a quo est facit. Nihilominus tamen illa quæ facit, non sunt eadem cū illis, quæ ille a quo est facit, sicut si vnus ignis existens ab alio, potest facere quæcumque alius facit, puta comburere, sed tñ alia comburit iste, alia ille, licet eadem sit combustio vtriusque secundum speciem. Ne ergo intelligas sic operationem filij diuersam esse ab operatione patris, dicit hæc, idest non diuersa sed eadem. Imperfectionem vero, quia quandoque contingit aliquod vnum & idem ex duobus agentibus fieri, sed ab vno quidem sicut a principali & perfecto, ab alio vero sicut ab instrumento & imperfecto: sed non similiter, qa aliter agit principale agens, & aliter instrumētum. quia instrumentum imperfecte agit, vepote in virtute alterius. Ne ergo sic intelligas filium facere quæcumque facit pater, addit similiter, idest, potestate qua pater facit, facit & filius, quia eadem virtus & eadem perfectio est in patre & filio. Prouerbio. 8. Cum eo eram cuncta componens. Consequenter cum dicit.

c Assignat rationem vtriusque, scilicet originis & magnitudinis potestatis filij, quæ quidem ratio assignatur ex dilectione patris, qui diligit filium. Vnde dicit [Pater enim diligit filium.] Sed ad sciendum quomodo dilectio patris ad filium sit ratio originis, seu communicationis potestatis filij, attendendum est, quòd dupliciter aliquid diligitur. Cum enim bonum solum sit amabile, aliquod bonum potest se dupli ad amorem habere. s. vel vt cā amoris, vel vt ab amore causatum. In nobis autē bonum causat amorē. nam causa amoris nostri ad aliquem est bonitas eius. Non enim ideo bonus est quia nos eum diligimus: sed ideo diligimus eum, quia bonus est. Vnde in nobis amor causatur a bono. Sed in Deo aliter est, quia ipse amor Dei est causa bonitatis in rebus dilectis, quia enim Deus diligit nos, ideo boni sumus. (nam amare nihil est aliud quam velle bonum alicui.) Cum ergo voluntas Dei sit causa rerum, quia omnia quæcumque voluit dominus fecit. vt dicit Psal. Manifestum est quòd amor Dei causa est bonitatis in rebus. Vnde Dionysius dicit 4. c. de diuino. quòd diuinus amor nō permisit eum sine germine esse. Ergo si consideremus originem filij, videamus vtrū amor quo pater diligit filiū sit principium originis, vel procedat ab ea. Amor autem diuinus dupliciter accipitur, scilicet essentialiter, secūdum q pater diligit, & filius & spiritussanctus. et notionaliter, seu personaliter secundum quòd spiritussanctus procedit, vt amor. Sed neutro horum modorum amor dictus, potest esse principium originis filij. nam secundum quòd accipitur essentialiter, sic importat actum voluntatis. Si ergo esset principium originis filij, sequeretur quòd pater genuisset filium voluntate, non natura, quod est erroneum. Similiter etiā nec amor notionaliter sumptus, quia pertinet ad spiritumsanctum, quia tunc sequeretur quòd spiritussanctus esset principium filij, quod est erroneum. Imo nullus hæreticus hoc dixit. Licet enim amor notionaliter sumptus sit principium omnium donorum, quæ nobis donantur a Deo: non tamen est principium filij: sed potius ipse a patre filioque procedit, sic ergo dicendum, quòd ratio illa non sumitur ex dilectione, vt ex principio: sed vt ex signo. Cum enim similitudo sit causa dilectionis. (Omne enim animal diligit simile sibi.) vbi inuenitur perfecta similitudo Dei, ibi inuenitur etiam perfecta dilectio Dei. Perfecta autem similitudo patris in filio est, secundum illud Collossen. 1. Qui est imago invisibilis Dei. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Perfecte ergo filius à patre diligitur. et ideo quia perfecte diligit eum, signum est, quòd pater omnia ostenderit ei, & communicauerit ei suam potestatem & naturam, & de huius dilectione dicitur supra 3. Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu ei. Et Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Circa hoc autem quod sequitur [Et omnia demonstrat ei quæ ipse facit.] Sciendum est, quòd dupliciter potest aliquis alicui sua opera demonstrare. Vel quantum ad visum, sicut artifex ea quę facit demonstrat discipulo. vel quantum ad auditum, sicut quando verbo instruit eum. Quocumque ergo istorum modorum accipiatur [Demonstrat] sequi potest duplex inconuenienS, quod tamen non est in ista demonstratione, qua pater demonstrat filio. Si enim pater dicatur demonstrare filio quantum ad visum. Primo quidem sequitur in istis inferioribus, quòd prius operetur aliquid, quod alteri demonstrat: deinde quòd seorsum ab eo cui demonstrat. Sed pater non demonstrat filio ea quæ prius facit, quia ipse filius dicit Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequàm quicquam faceret. Neque etiam ea quæ seorsum a filio facit; quia pater omnia operatur per filium. supra 1. Omnia per ipsum facta sunt. Si autem accipiatur demonstratio quātum ad auditum, duo videntur sequi. nam qui verbo docet, primo demonstrat ignoranti: deinde verbum est inter demonstrantem, & cui fit demōstratio. Sed neutro modo pater demonstrat filio. non enim sicut ignoranti, cum filius sit sapientia patris. 1. Corin. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. nec aliquo alio verbo medio, quia ipse filius est verbum patris: supra 1. Verbum erat apud Deum. Dicit ergo pater omnia quæ facit demonstrare filio, inquantum communicat ei notitiam omnium suorum operum. Sic enim magister dicitur demonstrare discipulo, inquantum dat ei notitiam eorum quæ facit. Vnde secundum Aug. demonstrare patrem filio, nihil aliud est quàm patrem generare filium. Et filium videre quæ pater facit, nihil aliud est quàm filium esse, & naturam à patre recipere. Potest tamen dici demonstratio illa similis visuali, inquantum ipse filius est splendor visionis paternæ, vt dicitur Heb. 1. nam pater videns se, & intelligens concipit filium, qui est conceptus huius visionis. Potest etiā esse similis ei quæ fit per auditum, inquātum filius procedit à patre vt verbum. Vt si dicatur quòd [pater omnia demonstrat filio] inquantum producit ipsum vt splendorem, & conceptum suæ sapientiæ, & verbum. Hoc ergo quod dicit [demonstrat] refertur ad illud quod supra dixit. [Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Hoc vero quod dicit [Omnia.] refertur ad illud quod dixit [Quæcumque enim ille fecerit, hoc similiter & filius facit.]

b Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult, viuificat.
c Neq; enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.
d Vt oēs honorificent filiū, sicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat filiū, non honorificat patrē, q misit illū.

LECTIO IIIII.

Ostensa potestate filii in communi, hic consequenter ostēdit eam in speciali. Et primo dominus manifestat suam potestatem viuificatiuam. Secundo manifestat quædā prædicta, quæ videbantur obscura, ibi [Sic enim pater habet vitā in semetipso.] Circa primū duo facit. Primo ostendit filium habere potestatem viuificatiuam. Secundo, docet modum percipiendi vitam à filio, ibi [Amen amen dico vobis, quia qui verbū meum audit.] Circa primum tria facit. Primo proponit potestatē viuificatiuam filii. Secundo, dicti rationem assignat ibi [Neque enim pater iudicat quenquam.] Tertio, ostendit effectum exinde prouenientem, ibi [Vt omnes honorificent filium, &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit potestatem viuificatiuam in communi. Secundo exprimit eam ibi. [Sicut enim pater, &c.] Quantum ad primum, dicit. [Maiora his demōstrabit.] q. d. miramini, & turbamini de potestate filij in sanatione languidi. Sed adhuc pater [maiora his demonstrabit opera.] s. in suscitatione mortuorum: [vt & vos miremini.] Sed ex his verbis insurgit dubitatio quātum ad duo: primo quidem quantum ad hoc, quod dicit. [demōstrabit.] nam hoc quod supra dictum est, quòd pater omnia demonstrat filio, refertur ad æternam generationem. quomodo ergo hic dicit [demonstrabit] cū filius sit ei coæternus, & in æternitate non sit accipere futurum? Secundo vero quantum ad hoc quod dicit [vt vos miremini.] Si enim ideo demonstraturus est vt Iudæi mirentur, tunc filio demonstratus est simul & istis, aliàs non mirarentur, nisi viderent, cum tamen filius ab æterno omnia viderit apud patrem. & ideo dicendum est, quòd hoc exponitur tripliciter. vno modo secundum Augu. vt referatur hæc demonstratio fienda discipulis. Consuetus enim modus loquendi est Christi, vt aliquando attribuat sibi fieri, quod fit membris suis. secundum illud Math. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & tunc est sensus. vos vidistis filium magna facientem in curatione languidi, & miramini. sed adhuc [maiora his pater demonstrabit ei.] in membris, scilicet discipulis. Matth. 4. Et maiora horum faciet. Dicit ergo [vt vos miremini,] quia ex miraculis discipulorum Iudęi intantum mirati sunt, quòd maxima multitudo eorum conuersa est ad fidem, sicut habetur Act. 1. Alio modo secundum August. sic, vt scilicet referatur ad Christum secundum naturam assumptam. In Christo enim est & natura diuina & natura humana, & secundum vtramque habet à patre potestatem viuificatiuam, sed aliter & aliter, quia secundum diuinitatem habet potestatem viuificandi, animas, sed secundum naturam assumptam viuificat corpora. vnde Augustinus verbum viuificat animas, sed verbū caro factum viuificat corpora, nam resurrectio Christi, & mysteria quæ Christus impleuit in carne, sunt causa futuræ resurrectionis corporum. Ephe. 2. Conuiuificauit nos in Christo. j. Corinth. 15. Si Christus resurrexit, &c. sed primum habet ab æterno, & hoc ostendit, cum supra dixit. Et omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, quæ quidem omnia demōstrat carni, sed alia ex tempore, & quantum ad hoc dicit. [& maiora his demonstrabit ei,] idest demonstratur potestas eius in hoc, quòd maiora faciet, suscitando mortuos. quosdam quidem hic, sicut Lazarum, puellam, & vnicum matris. omnes tandem, in die iudicij. Tertio modo vt referatur ad Christum secundum naturam diuinam, secundum illū modum, quo in scriptura dici cōsuetum est tunc aliquid fieri, quando innotescit. sicut illud Marth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. cum enim Christus ab æterno habuerit potestatem plenissimam, quia quæcumque pater facit, & similiter filius facit, dicit tamen post resurrectionem Domini potestatem datam esse, non quia tunc tantum eam recepit, sed quia per resurrectionis gloriam, tunc maxime innotuit. Secundum hoc ergo dicit, sibi potestatem dari, secundum quòd eam exequitur in opere, vt dicatur, [& maiora demonstrabit ei opera.] idest, sibi data per executionē ostendet, & hoc vobis mirantibus, quando scilicet, qui vobis videt vt homo tantum, apparebit virtutis diuinæ & Deus; est autem verbum demonstrationis accipiendum, vt verbum visionis, secundum quod supra expositum est. Consequenter cum dicit.

b Explicat in speciali potestatem viuificatiuam filij, ostendens quæ sunt illa maiora, quę pater filio demonstrabit. vbi sciendum est, quòd diuina virtus in veteri testamento ex hoc præcipue commendatur, quòd Deus est auctor vitæ. j. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat. Et Deut. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam. quamquidem virtutem sicut habet pater, sic habet & filius. & ideo dicit. [sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius, &c.] quasi dicat: hæc sunt maiora, quæ pater filio demonstrabit, scilicet vt mortuos viuificet. plane maiora sunt ista valde, quia plus est vt resurgat mortuus, quàm vt cōualescat ægrotus: sic ergo filius, quos vult viuificat, & primam vitam viuentibus dando, & mortuos suscitando. nec tamen putemus alios à patre suscitari, & alios à filio, sed eosdem quos pater suscitat & viuificat, filius suscitat & viuificat, quia pater sicut omnia operatur per filium, qui est virtus eius, ita & omnes viuificat per filium, qui est vita, vt dicit infra. 14. Ego sum via, veritas, & vita. non tamen per filium suscitat & viuificat mortuos sicut per instrumentum, quia secundum hoc, filius non esset constitutus in suæ potestatis arbitrio, & ideo vt hoc excludat dicit. [filius quos vult viuificat,] idest, in suæ potestatis arbitrio est, viuificare quos vult. nam non aliud vult filius, quàm pater. sicut enim est illis vna substantia, sic est illis vna voluntas, vnde Matth. 20. dicit. An non licet mihi quod volo facere? Consequenter cum dicit.

c Assignat rationem dicti manifestans suam potestatem. sed attendendum est, quòd ex hoc loco vsque ad finem sunt duę expositiones, vna est Augusti. alia Hylar. & Chrysosto. Secundum Augusti. quidem exponitur sic. Dixerat Dominus supra, quòd sicut pater suscitat mortuos, ita & filius. Sed ne intelligeres illam mortuorum resuscitationem tantum, qua aliquos ad hanc vitam resuscitauit ad miraculi ostensionem, & non illam qua resuscitat ad vitam æternā, ideo ducit eos altiorem considerationē alterius scilicet resurrectionis quę erit in futuro iudicio. Vnde & specialiter de iudicio mentionem facit dicens. [Neq; enim pater iudicat, &c.] Potest & aliter secūdum eundem sub eodem sensu continuari, vt secundum hoc quod dixit. [Sicut pater resuscitat mortuos, sic & filius, &c.] referatur ad resurrectionem animarum, quam facit filius inquātum est verbum. Hoc vero quod dicit. [Neque enim pater iudicat, &c.] referatur ad resurrectionem corporum, quam facit inquantum verbum caro factum est. Resurrectio enim animarum fit per personam patris, & filij. Vnde & simul nominat patrem, & filium dicens. [Sicut pater suscitat, sic & filius.] Resurrectio vero corporum per dispensationem humanitatis patri non coeternam. Et ideo soli filio iudicium attribuit. Sed attende mirabilem varietatem verborum. Nam primo proponitur nobis pater operans, & filius vacans, scilicet cum dicitur. Non potest filius à se facere quicquam, nisi quòd viderit patrem facientem. hic vero econuerso proponitur filius operans, & pater vacans. [Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, &c.] In quo datur intelligi, quòd alio modo loquitur hic, & alio modo ibi. nam ibi loquitur de operatione quæ est patris & filij, vnde dicit, quòd à se non facit quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. hic vero loquitur de operatione, qua filius secundum quòd homo iudicat, & non pater. Vnde dicit, [quòd omne iudicium dedit filio.] nam pater in iudicio non apparebit; quia secundum iustitiam Deus propria natura iudicandis omnibus apparere non potest: quia cum visio diuina sit beatitudo nostra, si mali Deum in propria natura viderent, iam essent beati. Apparebit ergo solus filius, qui solus habet naturam assumptam. Ipse ergo solus iudicat, qui solus omnibus apparebit, sed tamen auctoritate patris. Act. 10. Hic est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Et in Psal. 71. Deus iudicium tuum Regi da. Consequenter cum dicit.

d Ponit effectum qui prouenit ex potestate filij. Et primo ponit fructum consequentiæ. Secundo excludit cōtradictionem ibi. [Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, &c.] Dicit ergo. Ideo pater omne iudicium dedit filio, secundum humanam naturā, quia in incarnatione se filius exinaniuit, formam serui accipiens, in qua in honoratus est ab hominibus, secundum illud infra 8. Ego honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ideo ergo in ipsa natura assumpta datum est et iudicium, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Tunc enim videbunt filium hominis venientē cum potestate magna & maiestate. Luc. 21. Et Apoc. 15. Ceciderunt in facies suas, & adorauerunt dicentes. Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro. Sed posset aliquis dicere, volo honorificare patrem, & non curare de filio. sed hoc non potest esse, quia qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Aliud enim est honorare Deum ratione qua Deus est, aliud honorare patrem. Nam bene potest aliquis honorare Deum inquantum creator, omnipotens, & incommutabilis, absque hoc, quòd honoret & filium. Sed honorare Deum vt patrem, nullus potest quin honorificet filium. (nam pater dici non potest, si filium non habet.) Sed si inhonoras filium diuidendo eius virtutem, inhonoras & patrem. ibi enim tollis virtutem patri, ubi minorem das filio. Vel aliter secundum eundem, Christo debetur duplex honor, scilicet secundum diuinitatem, secundum quam debetur ei honor æqualis patri, & quantum ad hoc dicit. [Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.] Alius debetur ei secundum humanitatem, sed non æqualis patri. et de isto dicit. [Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum.] Vnde ibi signanter dicitur sicut Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. hic autem non dicit sicut, sed simpliciter dicit filium esse honorandum. Secundum autem Hylar. & Chrysost. exponitur magis ad literam, quamuis parum muretur hoc modo. Dominus supra dicit. Filius quos vult viuificat. Quicūque aliquid facit pro libero voluntatis arbitrio, agit ex proprio iudicio. Supra uero dictum est, quòd omnia quæcūque facit pater, hæc & filius similiter facit. Ergo filius de omnibus habet liberum voluntatis arbitrium, quia ex proprio iudicio procedit. Et ideo statim facit mentionem de iudicio dicens. [Neque pater iudicat quemquam] seorsum scilicet à filio. Et hoc modo loquendi usus est Dominus infra duodecimo. Ego non iudico uos, scilicet solum, sed sermo quem locutus sum, ille iudicabit uos in nouissimo

uissimo. [Sed omne iudicium dedit filio.] sicut & dedit ei omnia. F
sicut enim dedit ei vitam, & genuit eum viuentem, ita dedit ei omne iudicium, idest, genuit eum iudicem. infra eodem. Sicut audio iu dico, idest, sicut habeo esse à patre, ita & iudicium. Ratio huius est, quia filius nihil aliud est, vt dictum est supra, quàm conceptus paternæ sapientiæ. vnusquisque autem per cõceptum suæ sapientiæ iudicat: vnde sicut pater omnia per filium facit, ita & omnia per ipsum iudicat. & fructus huius est. [vt omnes honorificent filiũ, sicut honorificant patrem.] idest, exhibeant ei cultum latriæ sicut patri. Cętera vero non mutantur. sed attendenda est secundum Hylarium mirabilis connexio verborum, vt errores contra æternam generationem cõfutentur. Duæ namque hæreses contra ipsam generationem æternam exortę fuerunt. vna Arrij dicentis filium minorem patre, quod est contra æqualitatem & vnitatem. alia Sabellij dicentis nõ esse distinctionem personarum in diuinis, quod est contra originẽ. & ideo vbicumque facit mentionem de vnitate & æqualitate, statim addit & distinctionem personarum secundum originem, & ecõuerso. vnde quia innuit originem personarum dicens, Non potest filius à seipso facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem, ne crederes inęqualitatem statim subiungit. Quæcumque enim ille fecerit, hoc & filius similiter facit. & econuerso cum innuit qualitatem dicens, sicut pater suscitat mortuos, & viuificat; ita & filius quos vult viuificat, ne discredas originem & filium genitum, subiungit, [neque enim pater iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit filio.] eodem modo cum insinuat æqualitatem personarum dicens, [vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, statim subiungit de missione, in qua demonstratur H
origo dicens. [qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum.] non per separationem à seipso. missionem audi. infra 8. Qui me misit, mecum est, &c.

e SVpra ostendit dominus se habere virtutem viuificatiuam, hic ostendit modum quo aliquis ab ipso vitam participare potest. Et primo ponit modum: quomodo aliquis per ipsum vitam participet. Secundo huiusmodi adimpletionem prænunciat ibi. [Amen amen dico vobis, quia venit hora.] Circa primum considerandum est, quòd sunt quatuor gradus vitæ. Vnus quidem inuenitur in plantis, quæ nutriuntur, augentur, & generantur, & generant. alius in animalibus, quæ tantum sentiunt. alius vero in his quæ mouentur, quæ sunt animalia perfecta. vlterius vero est aliud genus vitæ in his, quæ intelligunt. tot ergo existentibus gradibus vitæ, impossibile est, vel vitam, quæ est in plantis, vel eam quę est in sensu, aut eam quæ est ex motu, esse primam vitam. nam prima vita debet esse per se vita, non participata. nulla autem vita potest esse talis, nisi sola vita intellectualis. aliæ autem tres, communes sunt corporali & spirituali creaturæ. corpus autem quod viuit, non est ipsa vita; sed vitam participans. & ideo vita intellectualis est prima vita, quę est vita spiritus, quæ immediate percipitur à primo vitæ principio. vnde dicitur vita sapientiæ. Et propter hoc in scripturis vita attribuitur sapientiæ. Prouerb. 8. Qui me inuenerit, inuenier vitam, & hauriet salutem à domino. sic ergo vitam à Christo, qui est Dei sapientia participamus, inquantum anima nostra ab ipso sapientiam percipit. hęc autem vita intellectualis perficitur in vera cognitione diuinæ sapientiæ, quæ est vita æterna. infra 17. Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed ad nullam sapientiam potest homo peruenire nisi per fidem. vnde in scientiis, nullus ad sapientiam peruenit, nisi prius fidẽ adhibeat dictis à magistro. si ergo nos volumus ad illam vitam sapientiæ peruenire, oportet nos per fidem credere ea, quę ab illa nobis proponuntur. Hebr. 11. Oportet accedentem credere, &c. Isa. 28. secundum aliam literam. Nisi crediderit is, non intelligetis: & ideo dominus congrue modum peruenienti ad vitam ostendit esse per fidem, dicens. [qui verbum meum audit & credit, &c.] Et primo ponit meritum fidei: secundo subdit præmium eius, ibi. [habet vitam æternam.] Circa meritum fidei, primo ponit illud quod per fidem introducitur. Secundo illud cui fides innititur. Introducitur quidem fides per verbum hominis. Roma. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chri, innititur autem fides non verbo hominis: sed ipsi Deo. Genes. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Eccle. 2. Qui timetis Deum, credite illi. Sic nos introducit per verbũ hominis ad credendum, non ipsi homini, qui loquitur: sed Deo, cuius verba loquitur. 1. Thes. 2. Cum accepisset is à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non sicut verbum hominum: sed sicut vere est verbum Dei. & hęc duo dominus ponit. Primo illud p quod fides introducitur. vnde dicit. [qui verbum meum audit] quod introducit ad fidem.

e Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam ęternã. Et in iudicium non venit, sed trãsiet à morte in vitam.

f Amen amẽ dico vobis: qa venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocẽ filij Dei: & qui audierint viuẽt.

Secundo illud cui innititur cum dicit. [& credit ei qui misit me] non mihi: sed illi, in cuius virtute loquor. quæ quidem verba possunt competere Christo secundum quod homo, inquantũ per verbum eius humanum homines conuersi sunt ad fidem. & secundum quòd Deus, inquãtum Christus est verbum Dei. Cum enim Christus sit verbum Dei, manifestum est, quòd audientes Christũ audiebant verbum Dei. & per consequens credebãt Deo. & hoc est quod dicit. [qui audit verbum meum, idest, me verbum Dei. [& credit ei, idest, patri cu ius sum verbum. Præmium autem fidei ponit cum subdit. [Habet vitam ęternam.] & ponit tria quæ nos habebimus in gloria; sed ordine retrogrado. Primo enim consequemur resurrectionem ex mortuis: secundo liberationem à futuro iudicio: tertio vitam æternam: quia vt dicitur Matth. 15. Post iudicium ibunt iusti in vitam æternam. Et hęc tria ponit ad fidei præmium pertinere. Et primo tertiũ tamquam magis desideratum. vnde dicit. [Qui credit. Scilicet per fidem. [habet vitam æternam] quæ consistit in plena Dei visione. Et dignum est, vt qui credit propter Deum, his quæ non videt, perducatur ad plenam eorum visionẽ. infra 20. Hæc scripta sunt vt credatis, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Secundo ponit secundum, cum dicit. [Et in iudicium non veniet.] Sed contra hoc est, quod Apostolus dicit. 2. Cor. 5. Omnes nos astare oportet ante tribunal Christi: etiam ipsos Apostolos. ergo qui credit, in iudiciũ veniet. Sed dicendum, q̃ duplex est iudicium, scilicet condẽnationis, & in isto non venient qui fide formata in Deũ credunt, de quo dicebat. Psal. 142. Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo, &c. supra 4. Qui credit non iudicatur. Est etiam iudiciũ discretionis vel discussionis. Et ad illud oportet nos omnes ante tribunal Christi exhibere, vt dicit Apostolus. & de isto dicitur in Psal. 42. Iudica me Deus, & discer ne causam meam. Tertio ponit præmium cum dicit. [Sed transit à morte in vitam.] vel trãsiet secundum aliam literã. Quod quidẽ potest exponi dupliciter. Primo, vt referatur ad resurrectionẽ animæ, & sic planus est sensus. q. d. nõ solum per fidem adipiscitur vitã ęternam, & liberatur à iudicio, sed etiam remissionẽ peccatorũ consequitur. Vnde dicit. [Sed transit] de in fidelitate ad fidẽ, de iniustitia ad iustitiam. 1. Ioannis 4. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. Secũdo, vt referatur ad resurrectionem corporũ, & tunc est expositiuum huius quod dicit. [Habet vitam æternam.] Posset enim ex hoc aliquis credere, quòd qui credit in Deum, nunquam moreretur, sed viueret in ęternum, quod esse non potest, quia omnes homines soluere oportet debitum primę preuaricationis secundum illud Psal. 88. Quis est homo qui viuet & nõ videbit mortem? Et in eo non est intelligendum, eum qui credit sic habere vitam æternam quasi nunquam moriturus: sed quia de hac vita transiet per mortem in vitam, idest per mortem corporis, reparabitur in vitam æternam. Vel [transiet] quantum ad causam, quia quando homo credit, iam habet meritum gloriosæ resurrectionis. Isa. 26. Viuent mortui tui, interfecti tui resurgẽt. Et tunc soluti à morte veteris hominis suscipiemus vitã noui hominis, scilicet Christi. [Amen amen dico vobis, &c.] Quia possent aliqui dubitare, vtrum aliqui de morte ad vitam transirent, ideo dominus pronunciat huiusmodi adimpletionem dicens. Dico quòd [transiet] de morte in vitam, & hoc iam ante impletur. Et hoc est quod dicit.

f NOn fatali necessitate subiecta; sed à Deo præordinata 1. Ioannis 4. Nouissima hora est. Et ne credat differe subiungit [Et nunc est.] Ro. 13. Hora est iam nos de somno surgere, hoc. [nunc est [quãdo mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuẽt.] Quod potest dupliciter exponi. Vno modo vt referatur ad resurrectionem corporis. et dicatur. [Venit hora & nunc est, &c.]. q. d. Verum est, q̃ omnes finaliter resurgent; sed etiam nunc est hora, qñ alii quos resuscitaturus erat dominus. [Audiẽt vocem eius.] sic audiuit Lazarus qñ dictum est ei. Veni foras, vt dicitur infra 11. sic audiuit filia Archisynagogi, vt dicitur Matth. 9. & filius viduæ, vt habetur Lucæ 17. Et ideo dicit signanter [& nunc est.] quia per me iã incipiunt mortui resuscitari. Alio modo secundum Augustinum. ut hoc quod dicit [nunc est.] referatur ad resurrectionem animæ. nam sicut dictum est supra: duplex est resurrectio, scilicet corporũ, quæ erit. Et hoc nondum est, sed erit in iudicio futuro. Alia est animarum, de morte infidelitatis ad vitam fidei, & iniustitiæ ad iustitiam, & hoc [iam nunc est] Et ideo dicit [Venit hora & nunc est, qñ mortui.] scilicet infideles & peccatores [audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent.] secundum veram fidem. Sed duo mirabilia in his verbis implicari videntur. Vnum cum dicit, mortuos audire, aliud cum subdit, eos per auditum reuiuiscere, quasi prior sit auditus quàm vita, cum tamen auditus sit quidam actus vitæ. Sed si hoc referamus ad resurrectionẽ, verum est, q̃ mortui audient, idest, obedient

dient voci filij Dei. Vox enim expressiua est interioris conceptus. Tota autem natura ad nutum obedit voluntati diuinæ. Rom. 4. vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. secundum hoc ergo ligna, lapides, & omnia, non solum ossa arida, & cineres corporum mortuorum audient vocem filij Dei, inquantum ad nutum ei obedient, & hoc non conuenit Christo inquantum est filij hominis: sed inquantum est filius Dei. quia verbo Dei omnia obediunt. & ideo signanter dicit [filij Dei] Matth. 9. Qualis est hic, qa mare & vẽti obediunt ei? Si vero referatur ad resurrectionem animarum, rationem habet quod dicitur. nam vox filij Dei, qua interius per inspirationem, vel exterius per prædicationem suam, & aliorum corda fidelium mouet, habet vim viuificatiuã. infra 6. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. & sic viuificat mortuos, dum iustificat impios. & quia auditus est via ad vitam, vel naturæ per obedientiam, ad reparationem scilicet naturæ, vel auditus fidei ad reparationem vitę & iustitiæ. ideo dicit. [& qui audierint] per obedientiam quantum ad resurrectionẽ corporum, vel per fidem quantum ad resurrectionem animarum [viuent] in corpore in ęterna vita, & in iustitia vita gratiæ, &c.

LECTIO V.

SIcut enim pater habet vitã in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso.

SVpra ostendit dominus se habere potestatem viuificatiuam & iudiciariam, & explicauit vtramque per effectum. hic manifestat quomodo vtraque potestas sibi competat. Et primo ostendit hoc de potestate viuifica C
tiua. Secundo de potestate iudiciaria, ibi. [& potestatem dedit ei iudicium facere.] Dicit ergo primo, dico quòd sicut pater suscitat mortuos, ita & ego. & qui audit verbum meum, habet vitam æternam. & hoc ideo habeo, quia [sicut pater habet vitam in semetipso, sic & filio, &c.] Circa quod sciendum est, quòd aliqui viuunt; sed non habent vitam in semetipsis. sicut Paulus Galat. 2. Quod autem nunc viuo, in fide filij Dei viuo; & iterum, Viuo ego iam nõ ego, viuit vero in me Christus. Viuebat ergo, sed non in semetipso, sed in alio per quem viuebat, sicut & corpus viuit, sed non habet vitam in semetipso, sed in anima per quam viuit. Illud ergo in semetipso vitam habet, quod habet vitam essentialem non participatam, idest, quòd ipsum est vita. In quolibet autem genere rerũ, quod est per essentiam, est causa eorum quæ sunt per participationem, sicut ignis est causa omnium ignitorum. quod ergo est per essentiam vita, est causa & principium omnis vitæ, in viuentibus. & ideo ad hoc quòd aliquod sit principium vitę, requiritur quòd sit per essentiam vita. & ideo congrue manifestat dominus se totius vi D
tæ principium, dicens se habere vitam in semetipso, idest, per essentiam cum dicit. [sicut pater habet vitam in semetipso,] idest, sicut est viuens per essentiam, ita & filius. ideo sicut pater est causa vitæ, ita filius suus. Ostendit autem æqualitatem filij ad patrem cum dicit. [sicut pater, &c.] & distinctionem cum dicit [dedit filio.] sunt enim ęquales in vita pater & filius; sed distinguuntur, quia pater dat, filius accipit. nec est intelligendum, quòd filius à patre dante accipiat vitam, quasi præexistat eam non habens, sicut in istis inferioribus, materia prima existens accipit formam, & subiectum subiicitur accidenti, quia nihil in filio præexistẽs est acceptioni vitæ. nam sicut Hylarius dicit. Filius nihil habet nisi natum, idest quod per natiuitatem accepit. & cum sit ipsa vita, ideo intelligẽdum est. [dedit filio vitam,] idest, produxit filium vitam. sicut si dicatur. Mens dat verbo vitam, non quasi verbum præexistat, & postea vitam recipiat: sed quia produxit verbum in eadem vita qua ipsa viuit. Destruuntur autem per hęc verba tres errores secundum Hylarium. Primo Arrianorum, qui dicentes filium minorem patre, E
coacti sunt per hoc quod supra dictum est. (Quæcumque pater fecerit, hæc & filius facit,) dicere, quòd filius sit ęqualis patri in virtute: sed tamen adhuc negant eum esse æqualem sibi in natura. sed ecce, quòd etiam in hoc confutantur, per hoc quod dicitur. [sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio vitam habere in semetipso.] nam cum vita pertineat ad naturam: si filius habet vitam in semetipso, sicut & pater, manifestũ est, quòd tenet in se originis suę indiuisibilem, & æqualem cum patre naturam. Secundus error eorum quantum ad hoc, quòd negabant filij coæternitatem ad patrem, dicentes filium ex tempore incępisse. quod destruitur inquantum dicit. [Filius vitam habet in semetipso.] nam in omnibus viuentibus, quorum generatio est in tempore: semper est inuenire aliquid quod aliquando fuit non viuens: sed in filio quicquid est, est ipsa vita, & ideo sic accepit ipsam vitam; quòd vitam habet in semetipso, vt semper fuerit viuens. Tertio per hoc quod dicit [de

A dit] destruitur error Sabellij negantis distinctionem personarum. Si enim pater vitam dedit filio, manifestum est, quod alius est pater qui dedit, & alius filius, qui accepit. Consequenter cum dicit.

b MAnifestat se habere iudiciariam potestatem. Et primo manifestat suam potestatem iudiciariam. Secundo rationem dictorum assignat. ibi, [non possum ego à me facere quicquã.] Circa primum dicit. Primo ponit potestatis iudiciariæ originẽ. Secundo ostendit iudicij ęquitatem, ibi [& procedent qui bona fecerunt, &c.] Circa primum notandum est, B
quòd hoc quod dicit. [potestatem dedit ei] potest legi dupliciter. Vno modo secundum Chrysostomũ; alio modo secundum Augustinũ. Si autem legatur secundum Chrysostomum, tunc hæc pars diuiditur in duas, primo proponit iudiciariæ potestatis deriuationem. Secundo excludit dubitationem, ibi [quia filius hominis est. Sciendum est autem, quòd hæc litera sic punctuatur secundum Chrysostomũ. [potestatem dedit ei iudicium facere.] postea resumitur [quia filius hominis est, nolite mirari hoc.] & huius punctationis ratio est, quia Paulus Samosatenus, quidam antiquus hęreticus, qui sicut & Porinus dicebat Christum purum hominem esse, & initium sumpsisse ex Virgine, punctabat sic. [potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.] & postea resumitur [Nolite mirari hoc, quia venit, &c.] quasi intelligens per hoc quod ideo necesse fuit dari potestatem iudiciariam Christo, qa filius hominis est, idest, purus homo, cui ex se non conuenit iudicare homines. Et ideo oportet quod si iudicat aliud, sibi detur potestas iudicandi. Sed hoc secundum Chrysosto. non potest stare, quia C
nullam conuenientiam habet quod dicitur. Si enim ideo suscepit potestatem iudiciariam, quia homo est, tunc pari ratione cum cuilibet homini conueniat iudiciaria potestas per humanam naturam, non plus competet Christo, quam aliis hominibus. Non ergo sic legendum est, sed dicendum, quòd quia est ineffabilis Dei filius, propterea & iudex est. Et hoc est quod dicit. Non solum dedit ei pater quòd viuificat; sed etiam [potestatem dedit ei] per æternam generationem [iudicium facere] sicut per eam dedit ei vitam habere in semetipso. Act. 10. Hic est qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Dubitationem excludit cum dicit [nolite mirari, &c.] & primo mouet eam. *Secundo excludit ibi* [quia venit hora, &c.] Dubitatio autem oriebatur in cordibus Iudæorum, quia æstimantes Christum nihil plus esse, quàm purum hominem, ea vero quæ dicebantur de eo, erant supra hominem, & etiam supra Angelum, mirabantur cum audirent. Et ideo dicit. [Nolite mirari hoc.] scilicet quod dixi, quod filius viuificat mortuos, & habet iudiciariam potestatem, propter hoc [quia filius hominis est.] Et de hoc mirabantur, quia purum hominem æstimantes videbant in eo facta diuina. Mat. 9. Mirabantur omnes dicentes, qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei. Et subdit causam quare non mirentur, quia scilicet ipse idem qui est filius hominis, est filius Dei. Et licet secundum Chryso. non exprimatur ista propositio, scilicet quòd idem est filius hominis, qui est filius Dei: ponit tamen dominus illud: ex quo propositio illa de necessitate sequitur. Sicut videmus, quòd syllogizantes in doctrinis, frequenter non proponunt intentum principaliter, sed illud ex quo de necessitate sequitur. Et ideo dominus non dixit quòd ipse est filius Dei: sed quòd filius hominis talis est, quòd ad vocem eius suscitãtur omnes mortui. Ex quo necessario sequitur quòd sit filius Dei (nam suscitare mortuos est opus proprium Dei.) et ideo dicit. [Nolite mirari, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient, &c. Sed nõ dicit. Et nunc est, vt supra dixit. neque quia ista hora nunc non est. Similiter hic dicit. [Omnes] quod non dixerat supra, quia in prima resurrectione aliquos tãtum resuscitauit, scilicet Lazarum, filiũ viduæ, & puellam. Sed tunc in futura resurrectione quæ erit tempore iudicij [Omnes audient vocẽ filij Dei,] & resurgẽt. Eccle. 37. Aperiam tumulos vestros, &c. Secundũ aũt Aug. loquitur sic punctuando. [Potestatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis est. Et] postea subditur. [Nolite mirari hoc,] & ẽm hoc diuidit in duas partes. In prima enim tãgitur collatio iudiciariæ potestatis facta filio hominis: secundo manifestatur per maioris potestatis collationẽ ibi. [Nolite mirari hoc.] Circa primũ sciendum est secundũ Aug. quòd supra locutus est de resurrectione animarum, quæ fit per filiũ Dei, hic vero loquitur de resurrectione corporum, quæ fit per filiũ hominis. Et quia vniuersalis resurrectio corporum futura est tẽpore iudicij, ideo hic præmittit de iudicio dicens. [Potestatẽ dedit ei] scilicet Christo [iudiciũ facere.] Et hoc quia [filius hominis est,] idest, ẽm humanã naturam. Vnde & post resurrectionẽ dicit Mat. vltimo. Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Est aũt data

Iudiciaria potestas Christo secundum quòd homo, propter tria. Primo, vt ab omnibus videretur, necesse est enim iudicé à iudicandis videri. Iudicabuntur autem boni & mali. et boni quidem Christum videbunt secundum diuinitatem & humanitatem. mali autem eum secundum diuinitatem videre non poterunt, quia hæc visio est beatitudo sanctorũ, nec videtur nisi à mundis corde, vt dicitur Matth. 5. Beati mundo corde: quoniã ipsi Deum videbunt. & ideo vt videatur in iudicio nõ solum à bonis: sed etiam à malis, iudicabit in forma humana. Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus: & qui eum pupugerunt. Secundo, quia per humilitatem passionis promeruit gloriam exaltationis. vnde sicut ille qui mortuus est resurrexit, ita forma illa iudicabit, quæ iudicata est, & sedebit iudex in iudicio hominum, qui stetit sub iudice homine: damnabit vere reos, qui factus est falso reus, vt dicit August. libro de Verbis domini. Iob. 10. Causa tua quasi impij iudicata est; sed iudicium causamq; recipies. Tertio, ad insinuandam iudicis clementiam. quòd homo iudicetur à Deo, videtur valde terribile. horrendũ est. n. incidere in manu Dei viuentis, vt dicitur Heb. 11. sed quòd homo iudicem habeat hominem, confidentiam præbet. & ideo vt iudicis experiaris clementiam, hominem habebis iudicem. Hebreo. 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. sic ergo [dedit potestatem.] Christo [iudicium facere, quia filius hominis est.] sed hoc quidem [nolite mirari.] quia maiorem potestatem contulit ei, scilicet resuscitandi mortuos. vnde dicit. [qa venit hora,] scilicet nouissima, quæ erit in fine mundi. Ezech. 7. Venit tempus prope est, &c. [In qua omnes.] supra autem non dixit [omnes] quia ibi loquebatur de resurrectione spirituali, secundum quam non omnes in primo aduentu resurrexerunt, quia 2. Thess. 4. dicitur. Non enim omnium est fides. hic vero loquitur de resurrectione corporum, secundum quam omnes resurgemus. 1. Corin. 15. Sed addit. [qui in monumentis sunt.] quod supra non dixerat, quia animæ non sunt in monumentis, sed corpora, quorum tunc resurrectio erit. [omnes ergo qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.] Vox ista erit sensibile signum filij Dei, ad quam omnes suscitabuntur. 1. Thessal. 4. Dominus veniet in iussu archangeli, & in tuba Dei. & simile habetur. 1. Corinth. 15. Matth. 25. Media nocte clamor factus est. quæ quidem vox habebit virtutem ex diuinitate Christi. Psal. 67. Dabit voci suę vocem virtutis. quia vero August. dicit, quòd resurrectio corporum fit per verbum caro factum, resurrectio animarum per verbum, vt dictum est supra, ideo quærendum est quomodo hoc intelligatur, aut enim subintelligit de causa prima, aut de causa meritoria. siquidem de causa prima, cõstat quòd diuinitas Christi est causa corporalis, & spiritualis resurrectionis, idest corporum & animarum. secundum illud Deu. 33. Ego occidam, & ego viuere faciam. si vero de causa meritoria, tunc humanitas Christi est causa vtriusque resurrectionis, quia per mysteria, quæ in carne Christi completa sunt reparamur, non solum quantum ad corpora ad vitam incorruptibilem: sed etiam quantum ad animas ad vitam spiritualem. Rom. 5. Traditus est propter nostras iniquitates, & resurrexit propter iustificationem nostram; non ergo videtur verum, quod dicit August. Sed dicendum, quòd August. loquitur de causa exemplari, & de causa qua illud quod viuificatur conformatur viuificatori. nam omne illud quod per aliud viuit, conformatur ei per quod viuit. Resurrectio autem animarum non est per hoc, quòd animæ conformantur humanitati Christi; sed verbo, quia vita animæ est per solum verbum. & ideo dicit animarum resurrectionem fieri per verbum. Resurrectio vero corporũ erit per hoc, quòd corpora nostra conformabuntur corpori Christi, per vitam gloriæ, videlicet per claritatem corporum. secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. & secundum hoc dicit resurrectionem corporum fieri per verbum carnem factum. Consequenter cum dicit.

c Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

d Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico.

e Et iudicium meum iustũ est: quia non quæro voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me.

c Ostendit æqualitatem iudicij, quia boni præmiabũtur. vnde dicit. [procedent qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ.] idest ad hoc, quòd viuant in æterna gloria, mali autem damnabuntur. vnde dicit. [qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.] idest resurgent in condemnationem. Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum, scilicet mali, iusti autem in vitam æternam. Dan. 12. Multi ex his qui in terræ puluere dormierant, resurgent. quidam quidem ad vitam, alij autem ad opprobrium sempiternũ, vt videant semper. & nota, quòd supra loquens de resurrectione animarum dicit: qui audierint viuent. hic vero dicit, quòd [procedent.] & hoc propter malos, qui vadunt in condemnationem. nam vita eorum non est dicenda vita; sed potius mors æterna. similiter etiam supra fecit mentionem de fide tantum dicens. qui verbum meum audit & credit ei, qui misit me, &c. Hic ne credas solam fidem sine operibus ad salutem sufficere, facit mentionem de omnibus operibus dicens. [qui bona fecerunt, &c.] quasi dicat, non qui credit tantum, sed qui cum fide bona operatur [procedit in resurrectionem vitæ.] Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Consequenter cum dicit.

d Assignat rationẽ præmiorum. duo autẽ præmiserat, scilicet originem potestatis, & æquitatem iudicij. & ideo vtriusque causam assignat. Primo de primo, secundo, de secundo ibi. [Et iudicium meum, &c.] Sciendum est autem circa primum, quòd hoc quod dicit. [Non possum ego, &c.] Potest dupliciter legi, etiam secundum Aug. Primo, vt referatur ad filium hominis hoc modo. Tu dicis, quód habes potestatem resuscitandi mortuos, quia filius hominis es. Sed nunquid hoc est tibi inquantum tu es filius hominis? Non, quia non possum ego à meipso facere quicquam; sed sicut audio iudico. non dicit sicut video, secundum quòd supra dixerat, Filius non potest à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, sed dicit. [Sicut audio.] nam audire idem est in hoc loco, quod obedire. Obedire autem pertinet ad illum cui sit imperium. Imperare autem pertinet ad superiorem. Et ideo, quia Christus inquantum homo minor est patre, dicit: sicut audio.] idest, secundum quòd inspiratur à Deo in anima mea. De isto auditu dicit Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Supra autem quia loquebatur de se secundum quòd est verbũ Dei, dixit. [Videre.] Cõsequenter cũ dicit.

e Manifestat æquitatem iudicij, dixerat enim. Et procedent qui bona fecerunt, &c. Sed posset aliquis dicere. Numquid faciet gratiam aliquibus minus puniendo, & plus remunerando? ideo respondet quòd non, dicens. Quia [iudicium meum verum est.] Cuius ratio est. [Quia non quæro voluntatem meam, &c.] In domino enim Iesu Christo sunt duę voluntates. Vna diuina quã habet eandem cum patre, alia humana, quæ est sibi propria, sicut est proprium eius esse hominem. Voluntas humana rectur in bonum proprium, sed in Christo per rectitudinem rationis regebatur & regulabatur, vt semper in omnibus voluntati diuinæ conformaretur, & ideo dicit. Non quero implere [voluntatem meam] propriam, quę quantum in se est, inclinatur ad bonum proprium. Sed [voluntatem eius qui misit me patris.] Psal. 39. Vt facerẽ voluntatem tuam Deus meus volui. Matth. 26. Non quod ego volo; sed quod tu vis. Et si quidem diligenter attenditur, dominus veram rationem assignat iusti iudicij dicens [quia non quæro volũtatem meam.] non enim iudicium alicuius est iniustum; quando procedit ab eo secundum regulam legis. Voluntas autem diuina regula est, & lex voluntatis creatæ. Et ideo voluntas creata, & ratio quæ regulatur secundum regulam diuinę volũtatis iusta est, & iudicium eius iustum. Secundo vero exponitur, vt referatur ad filium Dei, & manet eadem diuisio quę prius posita est. Dixit ergo Christus inquantum verbum manifestans originem suæ potestatis. Nõ possum ego à me facere quicquam eo modo sicut supra dixit. Non potest filius à se facere quicquam (nam suum facere, & suum posse, est suum esse.) Esse autem est ei ab alio scilicet à patre, & ideo sicut non est à se, ita à se non potest facere quicquam, infra 8. A meipso facio nihil. hoc autem quod dicit. [Sed sicut audio iudico.] eodem modo exponendum est, sicut illud supra. [Nisi quod viderit patrem facientem.] nos enim scientiã seu cognitionem aliquam accipimus per visum, & per auditũ. (Isti. n. duo sensus maxime seruiunt disciplinę) sed quia in nobis alius est visus, alius auditus, ideo aliter accipimus scientiam per visum, quia inueniendo, aliter per auditum, quia addiscendo. In filio vero Dei, idem est auditus & visus, & ideo siue dicatur [audit] siue [vidit] idem significat secundum acceptionem scientiæ. Et quia iudicium in qualibet natura intellectuali ex scientia procedit, signanter dicit. Sicut audio iudico, idest sicut cognitionem simul cum esse à patre accepi, sic iudico infra 15. Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Manifestans vero iudicij æquitatem dicit. [Et iudicium meum verum est.] Cuius ratio est [quia non quero voluntatem meam.] Sed numquid non est eadem voluntas patris & filij? Sed dicendum, quòd eadem quidem voluntas est vtriusque: sed tamen pater non habet voluntatem ab alio, filius vero habet ab alio, scilicet à patre. Sic ergo filius implet voluntatem suam vt alterius, idest ab alio habens. Pater vero vt suam, idest non habens ab alio, & ideo dicit. [Non quæro voluntatem meam] quæ sit mihi originaliter à me ipso; sed quæ est mihi ab alio, scilicet a patre.

LECTIO VI.

POsita doctrina circa potestatem filij viuificatiuam, hic consequenter confirmat eam. Et primo cõfirmat, quæ de excellentia potestatis suæ dixerat, per multiplex testimonium; secundo redarguit eorũ tarditatem ad credendum, ibi. [Claritatem ab hominibus nõ accipio, &c.] Circa primum duo facit. primo ponit necessitatem inducendi testimoniũ, secundo inducit ipsa testimonia, ibi. [Alius ẽ qui testimonium.] ne cessitas testimonij inducendi erat ex parte Iudęorum, qui ei non credebant, & propter hoc dicit. [Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimonium meũ non est verum.] Sed admirationis prębet materiam quod dicitur. nã sicut dominus de se. infra 10. dicit. Ipse est veritas. quomodo ergo testimonium eius non est verum? Si veritas est, vel cui credetur, si veritati non creditur? & ideo dicendum secundum Chrysost. quòd dominus hic de se loquitur secundum aliorum opinionem, vt sit sensus. [Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum] quantum ad veritatem reputationem, qui non accipitis illud quod de me dico, nisi p aliud testimonium confirmetur. infra 8. Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum. Consequenter cum dicit.

LECTIO VI.

SI ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.

b Alius est, qui testimoniũ perhibet de me.

c Et scio quia verum est testimonium eius, quod perhibet de me.

d Vos misistis ad Ioannẽ, & testimoniũ phibuit veritati.

e Ego autem nõ ab homine testimonium accipio.

f Sed hæc dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardẽs, & lucẽs. Vos aũt voluistis ad horam exultare in luce eius.

b INducit testimonia. & primo testimonium humanum; secundo testimonium diuinum, ibi. [Ego autem habeo testimoniũ maius, &c.] Circa primum duo facit, primo inducit testimonium Ioannis: secundo rationem testimonij assignat, ibi [ego autem non ab homine testimonium, &c.] Circa primum duo facit. primo inducit testimonium, secundo commendat eius testimonium, ibi. [Scio quia verum est testimonium eius.] Testem inducit dicens. [Alius est qui testimonium perhibet de me.] Iste alius secundum Chrysost. est Ioannes Baptista, de quo dicitur supra 1. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioãnes. hic venit in testimoniũ, &c. Testificationem enim commendat cum dicit.

c ET hoc à duobus. Primo à veritate. Secundo ab auctoritate: qa fuit ab eis requisitum: ibi [Vos misistis, &c.] A veritate quidem commendat eius testimonium dicens [Et scio.] idest pro certo experior, quòd [verum est testimonium eius,] scilicet Ioãnis, quod perhibet de me. Sic enim pater eius Zacharias prophetauit de eo. Luc. 1. Præibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis, &c. Constat autem quòd testimonium mendax non est salutiferum sed mortiferum, quia mendacium est causa mortis. Os quod mentitur occidit animam. Si ergo testimonium Ioannis est ad dandam scientiam salutis, &c. verum est testimonium eius. Sed secundum Glo. aliter, [Si testimonium, &c.] Supra Christus locutus est de se secundum quòd Deus, hic vero loquitur secundum quòd homo. & est sensus. Si ego homo scilicet testimonium de me perhibeo, scilicet absque Deo, idest quòd Deus pater non perhibeat, tunc sequitur quòd testimonium meum non est verum. nam verbum humanum nisi à Deo fulciatur, nihil veritatis habet, secundum illud Rom. 3. Est autem Deus verax, omnis autẽ homo mẽdax. vnde si intelligamus Christum, vt hominem à deitate separatum, & ei non conformem, & in essentia eius mendaciũ inuenitur, & in verbis. infra 8. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum. infra. quia solus non sum, &c. & ideo quia non erat solus, sed cum patre, verum est testimonium eius. vnde vt ostendat testimonium eius veritatem non habere ex eius humanitate secundum se; sed inquantum est coniuncta diuinitati, & verbo Dei, dicit. [Sed alius est qui testimonium perhibet de me.] non Ioannes, sed pater. secundum istam expositionẽ, quia si testimonium Christi hominis de se non est verum & efficax, multo minus esset efficax testimonium Ioannis. non ergo certificatur testimonio Ioannis: sed testimonio patris. vnde iste alius qui testimonium perhibet, intelligitur pater. [Et scio quia verum est testimonium eius.] nam ipse veritas est. 1. Ioan. 1. Deus lux est, & veritas, & tenebræ mendacij in eo non sunt vllæ. sed prima expositio, quæ Chrysostomi est, magis est literalis. Commendat etiam testimoniũ Ioannis ab auctoritate, quia fuit requisitũ, à Iudęis. cũ dicit.

d QVasi diceret, scio quia verum est testimoniũ eius. nec vos debetis illud repudiare, quia propter magnam auctoritatem qua erat apud vos Ioan. requisiuistis ab eo testimoniũ de me, quod non fecisseris, si eum dignum fide non opinaremini. supra, 1. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannẽ. Et Ioannes tunc [testimonium perhibuit] non sibi, sed [veritati.] idest mihi, sicut amicus veritatis veritati Christo testimonium perhibuit. supra. 1. Confessus est, & non negauit, confessus est, quia non sum ego Christus. Consequenter cum dicit.

e ASsignat rationem testimonij Ioannis inducti. Et primo excludit rationem opinatam. Secundo asserit veram, ibi. [Sed hoc dico, vt vos salui, &c.] Ratio autem inducti testimonij posset ab aliquo credi eẽ certificatio de Chro, propter eius insufficiẽtiã, & ideo hanc excludit dicens. [Ego autẽ non ab homine. [vbi scien dum est, quòd in scientiis aliquando probatur aliquid per minus notum secundum se, sed magis notum quo ad nos. Aliquãdo per aliquid magis notum secundum se, & simpliciter. Sicut in hoc loco debebat quidem probari, quòd Christus esset Deus. Et licet veritas Christi esset magis nota secũdum se; & simpliciter, nihilominus tamen probatur testimonio Ioannis, quod quantum ad Iudæos magis notum erat. Et ideo Christus secundum se testimonio Ioannis non indigebat, & hoc est, quod dicit. [Testimonium ab homine non accipio.] Sed contra hoc videtur, quia Isa. 42. Vos testes mei dicit dominus. Act. 1. Eritis mihi testes in omni Iudæa, &c. Quomodo ergo dicit hic, testimonium ab homine non accipio? Sed dicendum, quòd hoc dupliciter potest intelligi. Vno modo vt sit sensus. [Non accipio ab homine testimonium] quasi sim illo tantum cõtentus, sed habeo maius testimonium scilicet diuinum. 1. Cor. 4. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer. Hie. 17. Diem hominis, idest claritatem humanam, non desideraui, tu scis. Alio modo [testimonium ab homine non accipio.] inquantum scilicet testificans est homo; sed inquantũ est illustratus à Deo ad testificandum. supra 1. Fuit homo missus à Deo, &c. 1. Thes. 2. Non quærentes ab hominibus gloriam. infr. 8. Ego gloriam meam non quero. Sic ergo accipio testimonium Ioannis, non inquantum fuit homo: sed inquantum missus & illustratus à Deo ad testificandum. Tertio modo & melius. [Ego testimonium non accipio ab homine.] idest testimonio humano quantum ex me est, auctoritatem non accipio ab aliquo, sed à Deo qui demonstrat me clarum. Consequenter cum dicit.

f ASserit rationẽ verã quæ erat ipsorum salus. Et primo ponit rõnẽ. Secũdo, exponit eã. Ratio vero inducti testimonij erat: vt Iudæi credentes Christo, testimonio Ioannis saluarẽtur. Et ideo dicit. Non accipio testimonium Ioannis propter me [sed hoc dico, vt salui sitis] 1. Thi. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Et 1 Thi. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et exponit quod dicit [salui sitis.] quia. [induco testimonium à vobis acceptatum. Et ideo dicit [Ille erat lucerna, &c.] Ponit Ioannis acceptationem. Et primo ponit, quòd Ioannes fuit testis secundum se acceptus. Secundo, quomodo fuit acceptatus apud eos ibi. [Vos autem voluistis, &c.] Quòd autem Ioannes fuerit secundum se acceptus testis, ostẽdit per tria quæ eum perficiebant. Primum pertinet ad conditionem naturæ. et hoc cum dicit. [Ille erat lucerna.] Secundum pertinet ad perfectionem affectus, quia [ardens,] Tertium ad perfectionem intellectus, quia [lucens.] Erat ergo in natura perfectus, quia lucerna.] idest, illustratus gratia, & illustratus luce verbi Dei. Differt enim lucerna à luce. nam lux est quæ per seipsam lucet, lucerna vero quę non per se lucet, sed per participationem lucet. Lux autem vera Christus est, vt dicitur supra 1. Erat lux vera, &c. Ioannes autem lux non erat, vt ibidem dicitur, sed lucerna, quia illustratus erat, vt testimonium perhiberet de lumine, ducendo ad Christum. de qua lucerna dicit in Psal. 121. Paraui lucernam Christo meo. Sed erat in affectu ardens & feruens; vnde dicitur. [Ardens.] nam aliqui sunt lucernę solum quantum ad officium, sed quantum ad affectum sunt extinctę. nam sicut lucerna lucere non potest nisi igne accendatur, ita lucerna spiritualis non lucet nisi prius ardeat & inflametur igne charitatis. Et ideo ardor prę mittitur illustrationi, quia per ardorem charitatis, datur cognitio veritatis. infr. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, &c. Et ad eum veniemus, &c. infra 15. Vos autẽ dixi amicos, qa omnia quæ audiui, &c. Eccli. 2. Qui timetis Deum diligite illũ; & illuminabuntur corda vestra. nam ignis duo habet, scilicet, q ardet & splendet. Ardor autem ignis significat dilectionem, propter tria. Primo quidem quia ignis inter omnia corpora est magis actiuus, sic & ardor charitatis, inantũm, quòd nihil eius impetũ ferre potest, secundum illud. 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Secũdo quia sicut ignis per hoc quòd est maxime sensitiuus, facit multum æstuare, ita & charitas æstum causat quousque homo consequatur intentum. Canti. vlti. Lampades eius lampades ignis, &c. Tertio sicut ignis est sursum

ipsum dq̃ huius, ita & charitas, in tantũ, quòd coniungit nos Deo. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Erat etiam intellectu lucés. Primo quidem per veritatis cognitionem interius, Isa. 58. Implebit splendoribus. i. splendere faciet. Secundo per prædicationem exterius. Phil. 2. Inter quos lucetis tanq̃ luminaria in mundo verbum vitæ continentes. Tertio per bonorũ operum manifestationem, Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opa vestra bona. quia ergo sic Ioannes acceptabilis erat secũdum se, quia erat lucerna nõ extincta, sed ardẽs, nõ tenebra, sed lucẽs, dignꝰ est, quòd & apud vos acceptaretur, qd̃ quidem ita fuit, quia [vos voluistis exultare ad horã in luce eius.]

g Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.

h Opera enim q̃ dedit mihi pater, vt perficiã ea, ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me: quia pater misit me.

i Et qui misit me pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. neque vocem eius vnquam audistis: neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens, quem misit ille: huic vos nõ creditis.

k Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternam habere. Et illę sunt, quę testimoniũ perhibẽt de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

& congrue exultationem luci adiungit; qa in illo homo exultat, in quo maxime delectatur. nihil autem est in rebus corporalibus delectabilius luce, secundum illud Eccle. 10. Delectabile est oculis videre Solem. Dicit autem [voluistis exultare] quiescendo & ponendo in eo finem, credendo eum Christum, sed tamen ad horam, quia in hoc fuistis instabiles. nam videntes Ioannem homines ad alium, non ad se ducere, auersi estis ab eo, vnde dicitur Mat. 21. quòd Iudæi non crediderunt in Ioanne. Sunt enim de illis, de quibus dicitur Matth. 13. Quia ad tempus credunt. Consequenter cum dicit.

g PONit testimonium diuinum. Et primo inducit eius magnitudinem: secundo prosequitur de ipso. ibi. Opera quæ dedit mihi pater, &c.] dicit ergo primo. Dico, quòd ego quantum est ex me, non accipio ab homine testimonium, sed propter vos. nam [ego habeo testimonium maius Ioanne,] licet Dei, quod est maius testimonium, quàm Ioannis, 1. Ioan. vlt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Maius inquam, propter maiorem auctoritatem, maiorem cognitionẽ, & infallibiliorem veritatem. nam Deus mentiri non potest, non est Deus vt homo, vt mentiatur, Num. 23. Testimonium autem prosequitur cum dicit.

h TRipliciter autem testificatus est Deus de Christo, scilicet per opera, per seipsum, & per scripturas, & ideo primo ponit modum testificandi quantum ad opera miraculorum. Secũdo modum testificandi per seipsum. ibi. [Et qui misit me pater, &c.] Tertio per scripturas, ibi. [Scrutamini scripturas, &c.] Dixit ergo primo. Habeo aliud testimonium maius Ioanne. & hoc quantum ad opera, quia opera miraculorum, [quæ dedit mihi pater, &c.] Sciendum est enim, quòd naturale est homini virtutem & naturas rerum ex earum actionibus cognoscere. & ideo conuenienter dominus per opera quæ ipse facit, dicit se posse cognosci qualis sit. Cum ergo ipse propria virtute diuina faceret: credendum erat in eo esse virtutem diuinam. infra 15. Si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit: peccatum non haberent, scilicet in fidelitatis. & ideo ad sui cognitionem per opera sua ducit dicens. [opera quæ dedit. mihi.] in verbo [pater] per æternam generationem dando mihi virtutem sibi æqualem. vel dedit mihi homini in conceptione dando, vt sim vna persona Dei, & hominis [vt perficiam ea.] idest vt propria virtute faciam. quod dicit ad differentiam aliorum, qui miracula faciunt non propria virtute; sed impetrando à Deo. vnde Petrus dicebat. Act. 3. In nomine Iesu Chri Nazareni surge. & ideo ipsi non perficiunt, sed Deus: Christus vero propria virtute ea perficiebat, infra 11. Lazare veni foras. & ideo opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, infra 10. Si mihi non creditis, saltem operibus credite. quod autem opera miraculorũ sint testimonia Dei, dicitur Mar. vlt. Domino cooperante, & sermonem cõfirmante sequentibus signis. Consequenter cum dicit.

i PONit secundum modum testificandi per ipsum Deum. Et primo ponit ipsum modum. Secundo, ostendit eos huiusmodi non esse capaces, ibi. [Neque vocem eius vnquam audistis, &c.] Dixit ergo non solum opera quę dedit mihi pater: testimonium perhibent de me. sed [ipse qui misit me pater, testimonium perhibet de me.] In Iordane, quando fuit baptizatꝰ, vt habetur Mat. 4. Et in monte quando transfiguratus est, vt dicitur Matthei 17. vtrobiq; enim vox patris audita est. Hic est filius meus, &c. et ideo credendum est ei, sicut vero & naturali filio Dei. 1. Ioan. vlt. Hoc testimonium Dei, quod maius est, quia testificatus est de filio suo. et sic qui non credit eum esse filium Dei, non credit Dei testimonio. Sed posset aliquis dicere, quòd Deus etiam aliis testimonium perhibuit per scripturas, sicut Moysi in monte, cum quo locutus est, cunctis audientibus, Testimonium vero nunquam audiuimus. & ideo dicit dominus, quòd [Neque vocem eius vnquã audistis, &c.] Sed contra Deut. 4. dicitur. Si factum est aliquando res huiusmodi, vt audiret populus vocem domini Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vidisti. Quid est ergo quod nũc dicit Christus [Neque vocẽ eius vnquam audistis?] Respõdeo secundũ Chrysostomũ, quòd dominus eos in Philosophicam considerationem constituens, vult ostendere, quòd Deus testificatur alicui dupliciter, scilicet sensibiliter & intelligibiliter. Sensibiliter quidem, sicut per vocem sensibilem tantum. et hoc modo testificatus fuit Moysi in monte Synai. Deuteron. 4. Vocem eius audistis, & formam penitus nõ vidistis. Item per sensibilem speciem, sicut apparuit Abrahæ. Gene. 26. & Isa. 6. Vidi dominum sedentem super, &c. Sed tamen in istis visionibus, nec vox corporalis, nec figura Dei est, sicut cuiusdam animalis, sed effectiue, inquantum à Deo formatur, nam cum deus sit spiritus, neque vocem sensibilem de se emittit, nec figurari potest. Intelligibiliter autem testificatur inspirando in cordibus aliquorũ, quòd credere debeant, & tenere. Psal. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Osee. 2. Ducam eam in solitudinẽ & ibi loquar ad cor eius. Primo ergo testificationis capaces fuistis, nec mirum, quia non fuerunt Dei nisi effectiue, vt dictum est, voces illæ & species. Sed intelligibilis illius vocis [neque vocem eius vnquam audistis, &c.] idest participes eius nõ fuistis. infra 6. Omnis qui audit à patre, & didicit, venit ad me: sed vos nõ venitis ad me. Ego [non audistis vocem eius nec vidistis speciẽ eius.] idest non habuistis istud testimonium intelligibile, & ideo subdit. [Et verbum eius non habetis, &c.] idest non habetis verbum interius inspiratũ. Et hæc ratio est [quia quem misit ille.] idest pater [huic vos non creditis.] Verbum enim Dei ducit ad Christum. nam ipse Christus est naturale Dei verbum. Omne autem verbum à Deo inspiratum est quædam participata similitudo illius. Cum ergo omnis similitudo participata ducat in suum principium, manifestũ est quòd omne verbum inspiratum à Deo ducit ad Christum. Et ideo quia vos non ducimini ad me [non habetis verbum] Dei, inspiratũ in vobis manens.] Ioan. vlt. Qui non credit in filium Dei non habet vitam in se manentem. Et dicit [Manens.] quia cũ nullus sit quin aliquam veritatem habeat a Deo, illi tantum habent veritatem & verbum in ipsis manens: quibus in tantum cognitio proficit, vt perducantur ad veri & naturalis verbi cognitionem. Vel per hoc, quod dicit [neque vocẽ eius, &c.] ostenditur triplex modus, quo à Deo aliquid reuelatur alicui, quia vel per vocem sensibilem, & sic testificatus est Christus in Iordane & in monte, vt dictum est. 2. Pet. 1. Speculatores facti illius magnitudinis voce lapsa de cœlo à magnifica gloria. Et hanc Iudæi non audierunt, vel per visionem suæ essentiæ. Et hanc reuelat beatis, & hanc speciem ipsi non viderunt, quia 2. Cor. 5. Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino, &c. vel per interius verbum inspirando. Et hoc etiam ipsi non habebant. Consequenter cum dicit.

k PONit tertium modũ quo Deus testificatus est Christo per scripturas. Et primo inducit scripturarum testimonium, secundo ostendit eos fructu huius testimonij non esse capaces, ibi. [Et nõ vultis venire ad me, &c.] Dicit ergo: Scrutamini scripturas, q̃ vos non habetis verbum Dei in cordibus vestris, sed in scripturis. Et ideo oportet vos illud alibi quærere. Et ideo [scrutamini scripturas,] scilicet veteris testamenti: nam fides Christi in veteri testamento continebatur: sed non in superficie: quia in profundo obumbrata figura latebat. 2. Cor. 11. Vsq; in hodiernum diem ipsum velamen habentes. Et ideo signanter dicit. [Scrutamini.] quasi in profundum quæratis, Prouer. 2. Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, &c. Psal. 118. Da mihi intellectum, & scrutabor mandata tua. Ratio autem scrutinij ex vestra opinione sumitur. [Quia putatis in eis.] scilicet scripturis [vitam æternã habere.] Ex hoc, quod dicit. Ezec. 18. Qui fecerit iudicia mea vita viuet, &c. Sed estis decepti; q̃ licet præcepta veteris legis vitalia sint, non tamen vitam habent in seipsis. Sed in tantum dicuntur vitalia, inquantum ducunt ad me Christum; cum tamen vos æstimatis eis tamquam in se vitam habentibus; quod decipit vos. nã [illi] qui scripturæ sunt quę testimonium perhibent de me.] idest in tantũ vitalia sunt, inquantũ ad mea cognitionẽ ducũt, vt vel apertis prophetis, sicut Isa. 7. Ecce virgo concipiet. Et iterũ Deut. 18. Prophetam suscitabit vobis dñs Deus, &c. vnde dicitur Act. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. vel operationibus prophetarũ mysticis. vnde dicitur. Osee 11. In manibus prophetarum assimilatus sum, vel in sacramentis & figuris: sicut est immolatio agni, & alia figuralia sacramenta legis. Heb. 10. Vmbram habens lex futurorũ bonorum, &c. Et ideo, quia scripturæ veteris testamenti multipliciter testimonium perhibent de Christo. dicit Apostolus. Ro. 3. Quod ante promiserat per Prophetas, in scripturis sanctis de filio suo, &c. Sed fructũ quem in scripturis putatis habere. s. vitam æternam, consequi nõ poteritis, quia testimoniis scripturæ de me non credentes [non vultis venire ad me.] i. nõ vultis credere mihi: in quem est fructus illarum scripturarum: & in quem, vt in me [vitam habeatis] quam ego do credentibus in me. infra 10. Ego vitã æternam do eis. Eccle. 3. Sapientia filiis suis vitã inspirat. Prou. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam, &c.

LECTIO VII.



Laritatem ab hominibꝰ nõ accipio, sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

b Ego veni in nomine patris mei: & nõ accepistis me.

c Si alius venerit in nomine suo: illum accipietis.

d Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accepistis: & gloriã quę à solo Deo est, nõ quæritis?

e Nolite putare, quia ego accusatuꝰ sum vos apud patrẽ: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.

LECTIO VII.

OStquam Deus excellentiam suæ potestatis confirmauit testimoniis hominum, Dei, & scripturarũ. hic consequenter eorum tarditatem ad credendum redarguit. Duplici autem occasione Iudęi persequebantur Christum: propter solutionem sabbati, in quo videbatur cõtrarius legi. et quia dicebat se Dei filium, in quo videbatur contrarius Deo. vnde pp reuerentiam quam habebant ad Deũ, & pp zelum quem habebant ad legem Moysi pseqebãtur. Et ideo dñs intendit ostendere, quòd non propter hoc eum persequebantur: sed propter contrarium. Vnde primo ostendit irreuerentiam ipsorum ad Deũ, esse causam incredulitatis ipsorum: secundo, quòd irreuerentiam, quã habebant ad Moysen, fuit causa incredulitatis ipsorum, ibi. [Nolite putare: q̃ ego, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit irreuerentiam ipsorum ad Deum: secundo ostendit, q̃ hoc sit causa incredulitatis ipsorum, ibi. [Quomodo potestis credere, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit eorum indeuotionem ad Deum. secũdo manifestat eã per signũ, ibi. Ego veni in nomine patris, &c. Circa primum duo facit. Primo excludit intẽtionem opinatã, quæ ex verbis præmissis accipi posset. Secundo asserit veram, ibi. [Sed cognoui vos.] Intentio opinata est: quòd quia dñs supra commemorauerat tot testimonia de seipso. s. Ioannis, Dei, & operum suorum, & scripturarũ, posset opinari à Iudæis, q̃ hoc fecerit quasi quærens humanam gloriam. Contra hoc dicit. [Claritatem ab hominibus non accipio]. i. laudem humanam non quæro. Non enim veni vt exemplum darem quærendi gloriam hominum. 1. Thes. 2. Neq; quærentes ab hominibus gloriam. Deus testis, &c. vel [claritatem ab hominibus non accipio]. i. claritate humana nõ indigeo. quia ab æterno claritatem habeo apud patrem, infra 17. Clarifica me pater claritate quam habui antequã mundus fieret. non enim veni clarificari ab hominibus: sed potius eos clarificare, cum à me omnis claritas procedat. Sap. 7. habebo per hanc sapientiam [claritatẽ, &c.] Dicitur autem Deus clarificari & glorificari ab hominibus, sm illud Eccle. 43. Glorificantes Deum quantumcumq; potestis præualebit adhuc. non vt ipse propter hoc gloriosior fiat, sed inquantum gloriosius apparet in nobis. non est ergo hæc causa propositorum testimoniorum: sed alia est. [quia cognouij. i. cognoscere feci. [quia non habetis dilectionem Dei in vobis, quam habere vos fingitis.] vnde non propter Dei amorem me persequimini. nam tunc propter Deum me persequeremini: si Deus & scriptura non mihi testimoniũ perhiberent: sed ipse Deus mihi testatur: & opera, & per scripturas, & per seipsum, vt dictum est. Et ideo si Deũ amaretis, oporteret vt sicut me abiicitis, ita ad me veniretis. non ergo diligitis deum. Vel aliter [sed cognoui vos.] q. d. non induxi huiusmodi testimonia, indigens vestra clarificatione: sed scio & cõdoleo vobis errantibus, qui non diligitis Deum, & volo vos reducere ad viam veritatis. infra 15. Nunc autem & viderunt, & oderũt & me, & patrem. Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Sed sciendum, quòd Deus in seipso à nullo potest haberi odio: nec secundum omnes effectus suos, cum omne bonum quod est in rebus, sit à Deo, & impossibile sit, quòd aliquis habeat odium omnis boni, quin ad minus esse, & viuere diligat. Sed tamen aliquem effectum Dei odio aliquis habet, inquantum suo appetitui contrariatur, vt pœnam, vel aliquid huiusmodi. Et secundum hoc dicitur habere Deum odio. Signum autem, quòd dilectionem Dei non habent, ponit cum dicit.

b ET primo ponit vnum signum de præsenti. Secũdo aliud de futuro. ibi [Si alius, &c.] Signũ de præsenti sumitur ex eius aduentu. & ideo dicit [ego veni, &c.] quasi diceret, Manifeste apparet quod dico. nam si aliquis diligit dominum suum: manifestum est quòd honorat, & recipit eum, qui veni ex parte sua, & honorẽ eius quæris. [sed ego veni in nomine patris mei.] manifestando nomen eius [mundo. infra 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi [& vos nõ accepistis me.] ergo non diligitis eũ. Dicitur autẽ filius manifestare patrem suũ hominibus, quia licet pater inquantũ Deus, notus esset secundum illud Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, tamen inquantum est naturalis pater filij, non erat notus ante aduentum Christi. Et ideo Salomon quærebat. Prouerb. 30. Quod nomen eius, & quod nomen filij eius nosti?

c SIgnum de futuro sumitur ex aduentu Antichristi. Possent autem Iudæi dicere. Licet tu venias in nomine eius: ideo tamen non te recepimus, quia nullum volumus recipere nisi ipsum Deum patrem. Sed contra hoc dicit dominus, quòd hoc non potest esse, q̃ vos recipietis alium, qui non veniet in nomine patris, sed in nomine suo ipsius. et quod plus est [Veniet in nomine] non patris, sed [suo.] quia nõ quæret gloriam patris: sed suam propriam, nec patri attribuet quæ faciet: sed sibi. 2. Thessalo. 2. Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur: aut quod colitur Deus. & [illum accipietis] vnde ibidem subditur. Mittet Deus illis operationem erroris, vt credant mendacio. Et hoc ideo, quia doctrinam veritatis non receperunt, vt salui fierent, vnde dicit Glo. Quia Iudæi noluerunt accipere Christum, pœna peccati huius congrue erit, vt recipiant Antichristum; vt qui noluerunt credere veritati credant mendacio. Sed secudnum Augusti. potest hoc intelligi de hæreticis, & falsis doctoribus, qui doctrinam ex corde suo proferunt, & non ex ore Dei, qui nomen suum laudant, & nomen Dei contemnunt, de quibus dicitur 1. Ioan. 4. Audistis quia Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt. Manifestum est ergo, quòd persecutio, qua me persequimini, non est ex dilectione Dei, sed ex odio & liuore ad eum procedit. Et ex hoc eorum incredulitas causabatur, & ideo concludit.

d IDest, gloriam humanam, [& eam quę à solo Deo est, non quæritis] quæ est vera gloria. Ideo aut credere nõ poterãt in Christum, quia cum superba mẽs eorũ gloriam & laudẽ appareret, se super alios efferri reputabant in gloriã, & dedecus in Christũ credere qui abiectus videbatur & pauper, & ideo ei credere nõ poterãt. Sed ille in eum credere potest, qui cor habẽs humile, solius Dei gloriam quęrit, & ei placere appetit. Et iõ sicut infra 12. dicit. Multi ex principibus crediderũt in eum: sed pp Pharisæos non cõfitebãtur vt de synagoga non eiicerentur. Ex quo apparet, q̃ multũ periculosa est inanis gloria. Vñ dicit Tullius. Cauenda est homini gloria, quæ auferet omnem libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contẽtio. Et ideo dicit Glo. Magnum vitium est iactantia, & humanę laudis ambitio, quæ de se vult ęstimari, quę de se non habet. Consequenter cum dicit.

e OStendit, quòd non habet zelũ ad Moysen, & primo ostendit quomodo Moyses erat eis contrarius, secundo rationem cõtrarietatis assignat: ibi. [Si enim crediderãtis Moysi.] Circa primũ duo facit. Primo remouet opinatũ zelum, secũdo asserit verum: ibi. [Est qui accusat vos, &c.] Quantum ad primũ dicit. [Nolite putare, &c.] Cuius quidem dicti est triplex ratio. Vna q̃ filius Dei nõ venit in mundum, vt condemnet mundũ; sed vt saluet. Et ideo dicit. [Nolite putare] q̃ venerim ad condemnandum, sed ad liberandũ. supra 3. Non enim misit Deus filiũ suum in mundũ, vt iudicet mundum. i. vt condẽnet mundũ: sed vt saluetur mũdus per ipsum: & ideo sanguis Christi nõ clamat accusationẽ: sed remissionẽ. Heb 11. Habemus sanguinẽ Christi melius clamantẽ, quàm Abel, qui clamat accusando. Rom. 8. Q̃ is accusabit aduersus electos Dei? Christus est qui iustificat, quis est qui condẽnet? Secũdo modo. [Nolite putare, q̃ ego accusaturus sum vos, &c.] quia nõ ero accusator, sed iudex: supra 5 odẽ. Pater omne iudicũ dedit filio. Tertio modo. [Nolite putare q̃ ego] tantum. s. [accusaturus sum vos apud patrẽ, de hoc, qd̃ facitis mihi; sed etiam Moyses accusabit vos de hoc, q̃ nõ creditis ei in his quæ de me dixit. Et ideo subdit. [Est qui accusat vos Moyses in quo speratis.] quia creditis p̃ præcepta eius saluari. Accusat autem eos Moyses dupliciter. materialiter, quia ex hoc quòd prætergressi sunt mandata eius, sunt accusandi. Rom. 4. Q̃ cũque in lege peccauerunt, per legẽ iudicabuntur. Item accusat eos, quia Moyses

& alij sancti potestatem habebũt in iudicio. Psal. 149. Gladij anci pites in manibus eorũ, &c. Rationem contrarietatis ponit dicens.

f VT patet Deut. 18. Prophetam suscitabit Deus, &c. Et in omnibus sacrificiis, quę erant figura Christi. Et dicit [forsitan.] ad designandum voluntatem liberi arbitrij, non quòd in Deo sit aliquod dubium. Consequenter cum dicit.

g PONit signum huius cõtrarietatis sumptum à maiori, nęgando per comparationẽ ad duo. Primo per sonæ ad personam. Licet enim Christus sim plr maior esset Moyse, tamen in reputatione Iudæorum Moyses erat maior. Et ideo dicit. [Si non creditis Moysi, nec mihi credetis.] Secundo per comparationem ad modũ tradendi: quia Moyses præcepta dedit in scriptis, quæ possunt diutius meditari, nec tradi oblitioni de facili. Et ideo magis obligãt ad credendnm. Christus vero tradidit verbis. Et quantum ad hoc dicit. [Si non creditis literis illius,] quarum libros apud vos habetis, [quomodo credetis verbis meis?]

f Si enim crederetis Moysi: crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit.

g Si autem illius literis non creditis: quomodo verbis meis credetis?

CAPVT SEXTVM.

LECTIO PRIMA.

POst hæc abiit Iesus trans mare Galilęę, quod est Tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna: quia videbãt signa, quę faciebat super his qui infirmabantur.

b Subiit ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.

c Erat autem proximũ Pascha, dies festus Iudæorum.

d Cũ subleuasset ergo oculos Iesus: & vidisset, q̃a multitudo maxima venit ad eũ, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes: vt mãducẽt hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat, quid esset facturus.

LECTIO PRIMA.

ROsita doctrina de vita spirituali qua Christus regeneratos viuificat, consequenter Euangelista agit de spirituali nutrimento, quo Christus viuificatos sustentat. Et primo ponit visibile miraculum, quod fecit Christus exhibendo nutrimentum corporale. Secũdo agit de nutrimento spirituali. ibi. [Respondit eis Iesus, & dixit. Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia, &c.] Circa primũ duo facit. Primo ponit miraculum visibile de nutrimento corporali. Secundo ostendit effectum miraculi. ibi.] Illi ergo homines cum vidissent, &c.] Circa miraculum duo ponit. Scius circunstantias, & eius patrationem. ibi [Et cum subleuasset oculos Iesus.] Circa primum tria facit. Primo describit multitudinem quam pauit. Secundo determinat locũ vbi pauit. ibi. [Subiit ergo in montem Iesus.] Tertio tempus qñ pauit. ibi. [Erat autem proximum Pascha, &c.] Circa primum tria facit. Primo determinat locum quo multitudo eum sequitur. Secundo turbam sequẽtem. Tertio causam sequelæ assignat. Quo autem turba Dñm sequeretur, insinuat Euangelista cum dicit. [Post hæc abiit Iesus trans mare Galilęæ] .i. post mystica verba, quæ Dñs de sua potestate dixerat. Mare autem istud Galilęæ frequenter in scriptura, & in diuersis locis nominat. Quia enim istud mare non est salsum, sed est quædam congregatio aquarum ex influxu Iordanis, ideo à Luca dicitur stagnũ, vt habetur Luc. 5. quia vero secundum proprietatem Hębraici idiomatis omnes congregationes aquarum vocantur maria. secundum illud Gen. 1. Congregationesq; aquarum appellauit maria, ideo dicitur mare. Sed Genezareth cognominatur à natura loci. nam multum fluctuat ex reuerberatione ventorum, qui ex ipsis aquæ resolutionibus generantur. vnde Genezareth in Græco, idem est, quòd auram generans. Denominatur etiam Galilęæ à Galilęa prouincia in qua est. Tyberiadis vero à ciuitate sic dicta, quę erat ex vna parte ipsius maris, ex opposito habens ciuitatem Capharnaum, ex alia parte, quæ prius vocabatur Zenereth, sed postea ab Herode tetrarcha instaurata in honorem Tyberij Cęsaris, Tyberias appellata fuit. Ratio autem literalis quare Iesus abiit trans mare, assignatur à Chryso. vt Christus cederet furori & turbationi Iudæorũ, quã conceperant contra Christum, pp ea quæ de se supra dixerat. vnde vt ipse dicit. Sicut iacula cum in durum aliquod incidunt, grauius feriunt, quæ autem non habuerint aliquod obuians diffoluuntur cito immissa, & quiescunt. ita & si cum audacibus hominibus imperuose & resistendo incesserimus, sæuiunt magis. Si autem eis cesserimus, facile mollimus eorum insaniam. Propterea Christus furorem Iudęorũ ex premissis sermonibus natum, secedendo transmare, mitigauit. dans nobis in hoc exemplum simile faciendi. Eccle. 8. Ne stes contra faciem contumeliosi. Mystice autem per mare præsens seculum turbidum designatur. Psal. 103. Hoc mare magnũ, &c. Hoc mare transiit dñs, quando mare mortalitatis & pœnalitatis assumpsit ascendo, calcauit, morendo, & transiens resurgẽdo in gloriam resurrectionis peruenit. De isto transitu dicitur infra 13. Sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrẽ. Eum transeuntem secutæ sunt, credendo & imitando turbę multę, ex vtroq; populo collectæ. Isa. 60. Tunc mirabitur & dilatabitur cor tuum, qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris. Psal. 7. Exurge dñe in præcepto, quod mandasti, & synagoga. Describitur ergo turba sequens copiosa, quia sęę quebatur eũ multitudo magna.] Causã aũt propter quam sequebatur, est operatio miraculorũ. vnde dicit, [quia videbãt signa, q̃ faciebat super his, qui infirmabantur.] Sciendum est, q̃ quidam sequebantur eum pp doctrinam eius, qui. i. melius erãt dispositi. alij vero imperfectiores sequebantur eum pp admirationẽ signorũ visibiliũ, grossioris mentis existentes. Signa. n. vt dicitur. 1. Cor. 14. non sunt data fidelib⁹, sed infidelibus. aliqui etiam pp deuotionem & fidem eũ sequebantur. s. illi quos corpore sanauerat. Sic enim à domino sanabantur in corpore, vt etiam perfecte sanarẽtur in anima. Deut. 30. Dei perfecta sunt opera. et hoc patet: quia paralitico supra 5. signanter dixit. Vade, & amplius noli peccare, & Mat. 9. Fili remittuntur tibi peccata, quæ magis ad sanitatem animæ pertinent, quàm corporis. Notandũ autẽ quòd cum Euangelista non fecerit mentionem nisi de tribus miraculis. s. de nuptiis, de filio reguli, & paralitico, hoc tamen indeterminate dicit [signa quæ faciebat.] Vt det intelligere, quia Christus multa alia signa fecit vt dicit̃ infra vlti. de quibus in hoc libro mentionẽ non facit. Intendebat. n. specialiter ad manifestandũ Christi doctrinam. Consequenter determinat locũ miraculi qui est mons. Vnde dicit.

b SVbijt ergo in montẽ, idest latenter ascendit [Iesus, & ibi sedebat, &c.] Et quidẽ mons satis est cõgruus locus refectioni. Per montem enim signatur perfectio iustitiæ, sm illud Psal. 35. Iustitia tua sicut mõtes dei. Quia ergo hęc terrena nõ satiant: imo qui biberit ex aqua sitiet iterũ, vt dicit̃ supra 4. spiritualia vero satiãt, ideo dominus ad altiora cum discipulis ascendit, vt ostendat in spiritualibus satietatem & perfectionem iustitiæ inueniri de quo monte dicit̃ in Psal. 67. Mons dei, mons pinguis. Vnde & ibi doctoris exercebat officiũ sedens cum discipulis suis. Ipse. n. est qui docet omnem hominem scientiam. Consequenter describitur tempus cum dicit.

c QVod quidem tempus congruit refectioni. Pascha enim interpretatur transitus. Exod. 13. Est enim Phase. i. transitus domini: vt det intelligere, q̃ quisquis pane diuini verbi, & corpore, & sanguine domini desiderat reficiẽ, debet transire de vitijs ad virtutes. 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur, &c. Eccle. 24 dicit diuina sapientia. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. hoc autem est secundum Pascha, de quo Euangelista mentionem facit. Ad quod quidem iuxta legis præceptum, quod habetur. Exod. 23. Dominus non ascendit in Hierusalem, cuius ratio est, quia Christus Deus erat & homo. et inquãtum homo subesat quidem legi, inquantum Deus supra legem erat. Vt ergo se hominem ostenderet, seruabat aliquando legem, vt vero Deum, legem soluebat. Vnde & per hoc, quod non iuit, dedit intelligere, quòd paulatim, & in breui legalia cessarent. Consequenter agit de patratione miraculi cum dicit.

d ET primo ostenditur necessitas patrandi miraculi: secũdo subditur ipsa patratio ibi. [Dicit ergo Iesus: facite homines discũbere, &c.] Necessitas autem miraculi fiendi sumitur ex interrogatione domini, & responsione discipulorum. Et ideo primo ponitur domini interrogatio; secundo discipulorum responsio, ibi. Respondit ei Philippus, &c. Circa primum tria facit. Primo ponit interrogandi occasio, secũdo subditur Christi interrogatio. et tertio aperitur interrogantis intentio. Occasio aũt interrogandi fuit visio multitudinis ad Christum venientis, & ideo dicit. [Cum subleuasset oculos Iesus, &c.] existens in mõte cum discipulis quasi perfectioribus [& vidisset, &c.] In quo duo circa dominũ sunt considerandum. Vnum, vt discamus Christi maturitatem oculos non erigentis huc atque illuc, sed pudice sedentis, & attente cum discipulis suis. contra quod dicitur. Prouerb. 30. Generatio cuius sublimes sunt oculi, & Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir: secundũ vt discamus quòd neque otiose sedebat cum discipulis suis: sed attente eos docẽs, & ad seipsum corda eorũ conuertens, discipulos quos docebat intuebatur.

Luc. 6. et ipse eleuatis oculis in discipulos, &c. Et ideo dicitur. Cum subleuasset oculos Iesus, &c.] Mystice autem oculi domini sunt dona spiritualia, quæ cum electis suis misericorditer concedit; tunc in eos oculos suos subleuat. idest respectum pietatis impendit. Hoc petebat Psal. dicens. Respice in me domine, & miserere mei; interrogatio vero est de refectione multitudinis: vnde [dixit ad Philippum, vnde ememus panes, &c.] vnum supponit quidẽ penuriã, quia non habebãt vnde tantæ multitudini cibum prębererẽt. Quærit autem modum inueniẽdi, cum dicit [vnde ememus, &c.] Vbi notandum, quòd omnis doctor necesse habet spiritualiter pascere turbã ad se venientem. Et quia nullus homo habet ex se vnde pascat eam, ideo oportet, quòd aliunde emat labore, studio, assiduitate orationũ. Isa. 55. Qui non habetis argentum, properate & emite absque vlla cõmutatione vinum & lac: & iterum. Quare appenditis argentum vestrum, idest eloquentiam, & non in panibus, idest non in veram sapientiam quæ reficit. Eccl. 16. Cibauit illum pane vitę & intellectꝰ: & laborem vestrum non in saturitate, addiscẽdo ea quæ non sciant sed magis euacuãt? Intentio autem interrogantis aperitur cum dicit [hoc autem dicebat tentans eum, &c.] Vbi Euangelista vnam dubitationem excludens, ducit in aliam. Potuisset enim dubitari, quòd dominus Philippum quasi ignorans interrogasset, sed hoc excludit dicens. [Ipse enim sciebat quid esset facturus] sed cum tentare videatur etiam ignorantis esse, cum idem sit, quod experimentum sumere, videtur quòd Euangelista in aliam dubitationem inducat cum dicit [tentans eum.] Sed dicendum, quòd diuersimode aliquis tentat aliquem, vt experimentum de eo sumat. Aliter enim tentat homo, quia vt addiscat: aliter diabolus; quia vt decipiat. 1. Petr. vlt. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Deus vero & Christus tentat quidem non vt addiscat, quia ipse est qui scrutatur corda & renes. Non vt decipiat, quia ipse neminem tentat, vt dicitur Iac. 1. Sed tentat vt alijs experimentum de tentato tribuat. Sic tentauit Deus Abraham Genes. 22. Tentauit Deus Abraham, &c. Et sequitur. Nunc cognoui, quòd timeas dominum, idest cognoscere feci, quòd timeas dominũ. Ita ex hoc Philippum tentat, vt insinuaret alijs suam responsionẽ, inducens per hoc eos in certissimam futuri signi cognitionem. Consequenter ponitur responsio discipulorum cum dicit.

e ET primo responsio Philippi. Secundo responsio Andręæ, ibi. [Dicit ei vnus ex discipulis eius, &c.] Sciẽdum est autem, circa primum, quòd Philippus inter alios magis tardus & rudis erat, & ideo inter alios frequẽtius dominum interrogabat infr. 13. Dñe ostende nobis patrem, &c. Sed in interrogatione istorum duorum quãtum ad literam pertinet, Andręas melius dispositus erat quàm Philippus, quia nullam intentionem & dispositionem habere videtur ad miraculum fiendum. Et ideo illum modum inducit, quo omnes homines illos pascere possẽt, scilicet per pecuniam dicens. [Ducentorum denariorum panes, &c.] Quos nos non habemus, & ideo non possumus eis dare ad manducandum. In quo Christi paupertas insinuatur, qui nec ducentos denarios habebat. Andręas vero videtur habere respectum ad miraculum fiendum. Fortassis enim in memoria habebat signum, quod Helisęus de panibus hordeaceis fecerat, quando pauit de viginti panibus centum viros vt legitur. 4. Reg. 4. & ideo dicit. [Est puer vnus hic, &c.] Sed tamẽ opinatus est, quòd Christus nõ esset facturus maius miraculum, quàm Helisęus. Estimabat enim, quòd de paucioribus panibus pauciora, & de pluribus plura miraculose fierent. Quamuis ei qui subiecta materia nõ indiget similiter facile sit de pluribus & de paucioribus pascere turbas. Et ideo subdit. [Sed hæc quid inter tantos?] quasi dicat: si etiam multiplicentur sicut Helisęus multiplicauit, non sufficit. Mystice refectio spiritualis per sapientiam significatur, vna autem sapientia est quam docuit Christus, qui est vera sapientia. 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Sed ante aduentum Christi duplex doctrina erat. Vna humana quam habebant Philosophi: alia legis scriptæ. De prima ergo mentionem facit Philippus, & ideo vtitur nomine emptionis dicens. [Ducentorum denariorum, &c.] Nam sapientia humana per acquisitionem habetur. Centenarius numerus perfectionem importat. Vnde ducenti duplicem perfectionem insinuant, necessariam huic sapientię. nam ad eius perfectionem duplici via peruenitur, scilicet per experimentum, & per contemplationem. Dicit ergo [Ducentorum denariorum, &c.] quia quicquid humana ratio potest experiri & cogitare de veritate, non sufficit ad perfectam satietatem sapientię. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, &c. sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me. Nam nullus Philosophi tãta fuit sapientia, vt per eam homines ab errore reuocari possent, quin potius multos ad errorẽ inducunt. De secunda vero mentionem facit Andreas. et ideo noluit, quòd alij panes emerent, sed de habitis turba reficeretur, scilicet de his quæ lex continebat. Vnde melius dispositus erat q̃ Philippus. Et ideo dicit [Est puer vnus hic &c.] Puer iste potest dici Moyses propter imperfectionem statꝰ legis. Hebrę. 10. Neminem ad perfectum adduxit lex. Vel populus Iudęorũ qui sub elementis mundi seruiebat, vt dicitur. Gala. 4. Puer ergo iste quinque panes habet, idest, doctrinam legis. Vel quia in quinque libris Moysi contenta est, supra 1. Lex per Moysen data est. vel quia data est hominibus vacantibus sensibilibus, quæ per quinque sensus exprimunt̃, qui sunt hordeacei. quia lex ipsa data erat, vt in ea vitale alimentum corporalibus sacrementis obtineretur. Hordei enim medulla, tenacissima palea regitur. vel quia populus Iudæorum nondum expoliatus erat carnali desiderio: sed tanquàm palea cordi eius inhærebat. nam in veteri testamento. exterius duritiam experiebantur, propter cerimoniales obseruantias. Act. 15. Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri portare potuerunt. Et ipsi Iudęi corporalibus dediti, spiritualem sensum legis non capiebant 2. Corinth. 3. Velamen positum est supra corda ipsorum. Per pisces autem duos qui sapore suauem pani dabant intelligitur doctrina Psalmorum & Prophetarũ, & sic vetus lex non tolũ habebat panes, scilicet libros quinque Moysi, sed etiam duos pisces, scilicet Propheras & Psalmos. Vnde & scriptura veteris testamenti per hæc tria diuiditur. Luc. vltim. Quæ scripta sunt in lege, & Propheris, & Psalmis de me. vel per duos pisces secundum Augusti. duæ personæ significantur, scilicet Regia, & Sacerdotalis, quibus populus ille regebatur, quæ tamen duæ personæ Christum præfigurabant, qui fuit verus Rex & Sacerdos. [Sed hęc quid sunt inter tantos?&c.] quia per ea non potuit humanum genus ad cognitionem veritatis perfecte duci: licet enim Deus in iudæa notus esset, gentes tñ eum ignorabãt. Consequenter cum dicit.

f AGitur de patratione miraculi. Et primo ponitur hominum dispositio. Secundo eorum refectio: ibi [Accepit ergo Iesus, &c.] Tertio fragmentorum collectio: ibi [Vt autem impleti sunt, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponitur mandatum de dispositione turbarum. Secundo opportunitas dispositionis. et tertio numerus dispositorum. Mandatum autem fuit domini ad discipulos, vt disponerent turbam ad comedendum. vnde dicit Iesus [Facite homines discumbere.] idest, sedere ad comedendum. nam sicut dictum est supra 2. antiquitus homines lectis accumbentes prandebant. Vnde inoleuit consuetudo, vt qui sedent ad manducandum, dicantur discumbere. Per quod mystice significat quies, quæ necessaria est ad perfectionem sapientiæ. Eccl. 38. Qui minoratur actu perficiet sapientiam, &c. quæ dispositio fit per discipulos, quia per eos ad nos cognitio veritatis deriuata est. Psal. 71. Suscipiant montes pacem populo. Opportunitas autem dispositionis captatur ex loco. [Erat autem fœnum multum in loco.] Quod ad literam commodum est discumbentibus. Mystice autem per fœnum caro significatur. Isa. 40. Omnis caro fœnum. et secundum hoc potest ad duo referri. Competit doctrinę veteris testamẽti, quæ dabatur quiescenti in carnalibus, & populo carnaliter sapienti. Isa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti vini & olei. Vel competit percipienti veram sapientiam, ad quam veniri non potest nisi calcatis carnalib⁹. Rom. 12. Nolite conformari huic sæculo. numerus autem erat magnus, vnde dicit. [Discubuerunt ergo viri, &c.] Viros tãtum Euangelista enumerat: legalem consuetudinem sequens, in qua Moyses a viginti annis & supra, populum numerauit, nulla mentione de mulierib⁹ facta, vt dicit̃. Num. 1. Quod ideo Euãgelista fecit, quia isti soli sunt capaces doctrinæ perfectæ. 1. Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Hebræo. 6. Perfectorum est solidus cibus. Consequenter cum dicit.

g AGit de refectione. Et primo insinuat reficientis affectus. Secundo materia refectionis. Et tertio perfecta satietas. In affectu aũt Iesu reficiẽtis. Primo quidẽ attenditur humilitas. Secũdo vero gratiarũ actio. Humilitas q̃dẽ; qa accepit panes & distribuit.

e Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorũ panes nõ sufficiunt eis: vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos?

f Dixit ergo Iesus. Facite homines discũbere. Erat autem fœnũ multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

g Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant.

Et quidem Christus facturus miracu'ũ poterat panibus ex nihilo creatis pascere turbas. Sed dispensatione panes præexistentes multiplicauit ad refectionem turbarum. Primo quidem, vt ostenderet sensibilia à diabolo non esse, sicut Manichæi errãtes dicunt. nam si hoc verum esset, dominus nõ vteretur rebus sensibilibus ad opus diuinæ laudis, & præcipue cum ipse venerit vt dissoluat opera diaboli, vt dicitur. 1. Ioan. 4. Secundo, vt ostendat falsum esse, quod ipsi dicunt, scilicet, doctrinam veteris testamenti non esse à Deo, sed à diabolo. Vt ergo ostenderet nõ esse doctrinã aliam noui testamenti, quàm quæ præfigurabatur, & continebatur in doctrina veteris testamẽti, præexistentes panes multiplicauit, innuens quòd ipse est qui legem perfecit & impleuit. Matth. 5. Nõ veni solue re legem. Gratiarum autem actio, quia [gratias egit.] vt ostendat se ab alio habere, scilicet à patre quicquid habet, in quo ostendit nobis exemplum simile faciendi. Specialiter tamen gratias egit; vt det nobis exemplum, cum comestionem incipimus, gratias debere agere Deo. 1. Thimo. 4. Nihil reijciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum, &c. Item vt ostendat, quòd non propter se orabat; sed propter turbã quæ præsens erat, & oportebat ei suaderi, q̃ à Deo venerat. Et ideo cum coram multis miraculum facit, orat, vt ostendat se Deo non esse contrarium; sed secundum voluntatẽ eius operari. Dicitur tamen in Marco, quòd Christus per Apostolos distribuit panes turbis. Sed hic dicit, quòd ipse distribuit, quia ipse videtur fecisse, quod per alios fecit. Sed vtrumque secundum mysterium verum est, quia ipse solus interius reficit, & alij exterius, & vt ministri reficiunt. Materia autem refectionis fuit panis & piscis, de quibus satis dictũ est supra. Satietas vero refectionis, perfecta fuit quia [quantum volebant.] Solus enim Christus est qui facit animam inanem, & animam esurientem repler bonis. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Alij vero, quasi ex mensura habentes gratiã, miracula faciunt. Christus vero absoluta virtute, cum multa superabundãtia omnia operabatur. Vnde dicitur, quòd [impleti sunt.] Consequenter cum dicit.

h Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.

i Collegerũt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, quæ superfuerunt his, qui manducauerant.

h AGitur de fragmentorum collectione. Et primo ponit mandatum Domini. Secundo executio discipulorum. ibi. [Collegerunt, &c.] Dicit ergo. [Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis. [Colligite, &c.] Quod quidem Dominus non ad superfluam ostentationem fecit, sed vt ostenderet factum miraculum non esse fantasticũ, per hoc quòd collectæ reliquiæ diu seruatæ sunt, & alijs in cibum fuerunt. Voluit etiam per hoc miraculum illud firmius discipulorum cordibus inhærere, quibus & fragmenta portanda præcepit, quoniam eos maxime erudire volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Sed discipuli fideliter exequunt. Vnde sequitur.

i VBi notandum est, quòd non quantæcumque reliquiæ superfunt neque ad casum, sed secundum certitudinem, quia neq; plus neque minus, sed quantum voluit fecit superfluum esse. Cuius signum est, quòd cophinus cuiuslibet Apostoli plenus fuit. Cophinus autem vas est rusticano officio deputatum. Duodecim ergo cophini significant duodecim Apostolos, & eorum imitatores, qui licet in præsenti sint contemptibiles, spiritualium tamen sacramentorum diuitiis sunt interius refecti: qui duodecim esse dicuntur, quia fides sanctæ Trinitatis per eos prædicanda erat, in quatuor partibus mundi.

LECTIO II.

ROsito signo visibili de nutrimento corporali. hic ponitur effectus signi in turbis triplex. Primo quantum ad fidei confessionem. Secundo quantum ad intentam honoris exhibitionẽ ibi. [Iesu, ergo cũ cognouisset, &c.] Tertio quantum ad diligentem inquisitionem: ibi. [Vt autem sero factum est, &c.] Sciendum est circa primum, quòd quasi ex ore iudæorum dictum est in Psal. 73. Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta. Erat autem olim consuetudo: vt Propheræ multa signa facerent. vnde deficientibus signis videbatur Propheta cessasse. Cum vero signa vident, redditam sibi Prophetiam confitentur. Vnde iam tantum de viso miraculo profecerant, quòd dominum Prophetam dicebant, dicitur ergo. [Illi homines,] qui satiati fuerant, ex quinque panibus [cum vidissent, quod fecerat signum, dicebant, &c.] Sed tamen nondum ad perfectam fidem peruenerant; quia cum prophetam credebant, qui etiam est Dominus prophetarum. Nec tamen ex toto fallunturqui: etiã ipse dominus se prophetam nominat. Scien'um est autem, quòd Propheta dicitur videns. 1. Reg. 9. Qui nunc dicitur Propheta, olim vocabatur videns. Visio autem ad vim cognoscitiuam pertinet. In Christo autem fuit triplex cognitio, scilicet sensitiua, & secundum hanc habuit aliquam similitudinẽ cũ Prophetis, inquantum in imaginatione Christi formari poterant aliquę species sensibiles, quibus futura vel occulta præsentarentur, præcipue propter passibilitatẽ quæ sibi conueniebat propter statum viatoris. Item cognitio intellectiua, & quantum ad hanc non habet similitudinem cum Prophetis: sed etiã est supra angelos; quia erat comprehensor excellentius quàm aliqua creatura. Item cognitio diuina, et quantũ ad hãc fuit prophetarum & angelorum inspirator, cum omnis cognitio causetur per participationem verbi diuini: videntur tamen in Christo excellentiam prophetiæ cognoscere in hoc, quod dicunt [vere Propheta.] Licet enim multi Prophetæ inter Iudæos fuerint, vnus tamen expectabatur in eis præcipuus, secũdum illud Deut. 18. Propheta suscitabit vobis dominus. et de hoc loquuntur. Vnde signanter dicit [qui venturus est in mundum.] Deinde cum dicit.

b POnitur secundus effectus quantum ad intentatam honoris exhibitionem, quam tamen Christus refugit. Et ideo primo ponitur conatus plebis. secundo fuga Christi. Conatus quidem cũ dicit [vt raperent eum, & facerent eum Regem.] Illud enim rapi dicitur, quod præter voluntatem & opportunitatem accipitur. Verum autem erat, quòd dispositio Dei patris ab æterno fuerat de regno Christi manifestando, sed manifestatio hæc nondum opportuna erat secundũ tempus. nam venerat tunc, sed non regnare, quomodo regnans est in eo quod dicimus. Adueniat regnum tuũ. Vbi regnabit etiam secundum illud quòd homo factus est. Et ideo huic manifestationi aliud tempus est ordinatum, quãdo scilicet erit aperta claritas sanctorum eius, post iudicium ab eo factum. De ista manifestatione quærebant discipuli Act. 1. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Credentes ergo turbæ eum regnaturum venisse, volebant eum facere Regem. Cuius ratio est, quia homines frequenter talem in dominum volunt, qui eos in temporalibus pascat. Vnde quia Christus pauerat eos, eum Regem facere voluerunt. Isa. 3. Vestimentum tibi est, esto princeps noster. Vnde Chryso. dicit. Vide quanta est gulæ virtus, non eis vltra curæ est sabbati transgressionis, nec vltra zelant pro Deo, sed omnia remota sunt, ventre repleto: sed & propheta iam erat apud eos, & Regem eum inthronizare nolebant. Fuga autem Christi ponitur, cum dicit [Fugit iterum in montem, &c.] Vbi datur intelligi, quòd dominus videns turbas de monte descenderat, & circa inferiora loca pauerat turbas. Nisi enim de monte descendisset, non diceretur iterum fugere in montem. Sed cum ipse sit vere Rex quare fugit? Ad quod triplex ratio assignatur. Vna quia derogasset dignitati eius, si regnum ab homine recepisset, qui sic Rex erat, vt eius participatione Reges omnes essent. Prouerb. 8. Per me Reges regnant. Alia ratio, quia, præiudicasset suæ doctrinæ, si claritatem aut robur ab hominibus accepisset. Sic enim operabatur & docebat, vt totum virtuti diuinæ ascriberetur, & non fauori humano, supra 5. Claritatẽ ab hominibus non accipio. Tertia ratio est, vt erudiret nos mundanas dignitates contemnere. infra 13. Exemplum enim dedi vobis, &c. Eccle. 7. Noli quærere ab homine ducatum. Sic ergo gloriam mundi recusauit vt tamen pœnam sponte subiret: secundum illud Hebr. 12. Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Sed huic videtur contrarium quod dicitur Matth. 3. scilicet quòd ascendit solus in montem orare. Sed secundum Aug. hæc non sunt contraria; quia causa fugiendi coniuncta est causæ orandi. nunc enim docet nos dominus magnã causam esse orãdi, cum imminet causa fugiendi. Mystice autem tunc ascendit in montem: quando turbæ refectæ paratę erant ei subiici. quia tunc ascendit in cęlum, quando populi parati erant se veritati fidei subijcere: secundum illud Psal. 7. Synagoga populorũ circundabit te: & propter hanc in altum regredere, idest, vt circundet te synagoga populorum, regredere in altum. Sed dictum est [fugit.] vt signaret quòd non potuit intelligi altitudo eius. Quod enim non intelligimus, dicimus à nobis fugere.

Hic

c HIc agitur de tertio effectu, scilicet de diligẽti inquisitione. Et primo quantum ad discipulos. Secũdo vero quantum ad turbas: ibi [altera autem die, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit studium discipulorum. Secundo explicat: ibi. [Et tenebræ iam factæ erant, &c.] Circa primum duo facit. Primo describit descensum discipulorum ad mare. Secundo transitum maris ibi.] Et cũ ascẽdissent nauim, &c.] Sciendũ ergo circa primum, quòd Christus ascendit montem nescientibus discipulis. Vnde expectauerunt vsque ad vesperam, eũ venturum esse putantes ad se. Facta autem vespera non vltra sustinent eum nõ inquirere (tantus eos detinebat amor.) Et ideo dicit [Vt autem sero factum est, descenderũt discipuli eius ad mare requirẽtes eum. [Mystice autem per sero, dominica passio, seu ascensio designatur. quãdiu enim Christus præsentia corporali cũ discipulis fuit: nulla eos deprimebat turbatio, amaritudo nulla vexabat. Matth. 9. Non possunt filij sponsi lugere, quamdiu spõsus est cum illis. sed Christo recedente ab eis, descendunt ad mare, idest ad turbationes sæculi. Psal. 103. Hoc mare magnũ. Sed quia amor quo igniti erant non sinebat eos diutius domini præsentia carere, ideo subdit eorum transitum cum dicit [Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.] Consequenter cum dicit.

d EXplicat quod summatim posuerat. Et primo de peruentione ad mare. Secundo de transitu: ibi [Mare autem vento, &c.] Quantum ad primum dicit [Tenebræ iam factæ erant, & non venit ad eos Iesus.] quod non sine causa Euãgelista exprimit, vt per hoc feruentem eorum ostendat amorem (non enim vespera nec nox eos detinuit.) Mystice autem, tenebræ charitatis defectum designant. Lux enim charitas est, secundum illud 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrem suum, in lumine est. Tenebræ ergo in nobis sunt, quando non venit ad nos Iesus lux vera vt dicitur supra 1. In cuius presentia omnes tenebræ propulsantur. Subtraxit autem Christus se tam diu discipulis. Primo quidem vt sentirent quid esset eius absentia, quod quidem experti sunt in tempestate maris. Hiere. 2. Scito & vide quia malum & amarum est dereliquisse te dominum. Secundo vt diligentius quærerent. Cantic. 6. Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierum, & quæremus eum tecum? Quantum ad transitum dicit.

e ET primo ponitur maris tempestas. Secundo Christi apparitio, & tempus apparitionis: ibi [Et cum remigassent, &c.] Tertio apparitionis effectus: ibi [Et timuerunt, &c.] Tempestas autem in mari causabatur a flatu exorti venti. Et ideo dicit [Mare autem vento magno flante exurgebat] in altum. Per ventum illum figuratur tentatio, & persecutio quæ futura est ecclesię propter defectum charitatis. nam sicut Aug. dicit. Vnde charitas refrigescit, inde fluctus augentur & turbatur nauis, nec tamen venti illi, & tẽpestas, & fluctus, & tenebræ id agebant, vt vel nauis non promoueretur, vel soluta frangeretur, quia qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Matth. 7. Flauerunt venti & irruerunt flumina, & non cecidit domus. Apparitio autem Christi non fuit statim à principio tempestatis, sed post aliquod spatium. Et ideo dicit.

f ET hoc ideo, vt daretur intelligi, quòd dominus patitur nos ad tempus tribulari vt virtus nostra probetur, finaliter tamen in necessitate non deseritur, sed nobis proximus fit. 1. Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Secundum Aug. 25. stadia quæ remigant, sunt quinque libri Moysi, nã huiusmodi numerus est quadratus. De hoc numero 5. consurgens in multiplicatione sui in seipsum, quinquies enim quinque sunt 25. numerus autem multiplicatus retinet significationem suæ radicis. Vnde sicut per quinque signatur vetus lex, ita per 25. signatur perfectio noui testamenti. Per 30. autem signatur perfectio noui testamenti quæ decerat legi, nam si ipsa quinque multiplicentur per sex qui est numerus perfectus, consurgit numerus tercennatius. Ad eos ergo qui remigant 25. aut 30. stadia, idest qui implẽt legem vel perfectionem Euangelicam, venit Iesus calcans omnes rumores mundi, altitudines sæculi præsentis. Psal. 88. Tu dominaris potestati maris, &c. Et tunc videbimus Christum proximum nauj, quia diuinũ auxilium approximat. Psal. 144. Prope est dominus omnibus timentibus eum. Apparet ergo quòd qui recte Christum quærunt, eum habent præsentem. Isti autem feruentissimi Christũ desiderabant. Quod patet ex tẽporis tenebrositate, ex maris tẽpestate, & ex distãtia portus: quibus non obstantibus ad eum ire conabantur. Et ideo Christus adfuit eis. Effectus autem apparitionis ponitur cũ dicit.

g ET primo ponitur effectus interior. Secundo exterior, ibi [Et stati, &c.] Effectus autem interior fuit timor, & ideo ponitur discipulorum timor conceptus ex subita Christi apparitione cum dicit [& timuerunt.] bono timore, qui causatur ex humilitate. Roman 11. Noli altum sapere, sed time. Vel malo timore, quia vt dicitur. Math. 12. Extimabant eum fantasma esse. Psal. 13. Trepidauerunt timore vbi non erat timor: quoniam timor præcipue carnalibus competit, qui spiritualia expauescunt. Secundo ponitur Christi confortatio contra duplex periculum, scilicet cõtra periculum fidei in intellectu. Et quantum ad hoc dicit. [Ego sum,] quasi diuitationem omnem repellens. Luc. vlt. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Secundo contra periculum timoris in affectu. Et quantum ad hoc dicit. [Nolite timere.] Hiere. 1. Ne timeas à facie eorum. Psal. 26. Dominus illuminatio mea & salus mea, quẽ timebo? Tertio ponitur discipulorum affectuio, quia [voluerunt eũ accipere in nauim.] Quod significat quòd qñ timor seruilis excluditur à cordibus nostris tunc recipimus Christũ amando & contẽplando. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo. Effectus autem exterior fuit quantum ad duo. Primo quia sedata tempestate. Secundo quia statim fuit ad terram, cum multũ ab ea distaret. non. n. fallacem, sed tranquillam præbuit eis nauigationem: et volens maius miraculum operari, nauem non ascendit. Sic ergo triplex hic cõcurrit miraculum. Ambulatio supra mare, subita tempestatis cessatio, & distãtis nauis ad portum deductio. Vt discamus, q̃ fideles in quibus est Christus, timorem mundi præmunt, fluctus tribulationum calcant, & velociter ad terram viuentium transeunt, secundum illud. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram, &c. Sed hic est multiplex quæstio. Vna est circa ii teram, in qua videtur. Mat. contrarium dicere. nã Mat. 14 dicitur, q̃ discipuli venerunt ad mare de mandato Domini, hic autẽ, quòd descenderunt quærentes eum. Alia quæstio est, quòd Mat. ibidem dicit, quòd discipuli mare transiretantes venerunt in terram Genezareth, hic autem dicitur, q̃ venerunt Capharnaum. Tertia quæstio est, q̃ Mat. dicit quòd Christus intrauit nauẽ, hic autem, quòd non. Sed de his tribus breuiter expediens se Chryso. dicit, illud non fuisse idem miraculum cum illo. Mat. nam (vt ipse dicit) Christũ frequenter huiusmodi miraculum fecit ambulãs supra mare, nõ tamen coram turbis, sed coram discipulis suis, ne turbę crederent eũ non verum corpus habere. Secũdum Aug. autem dicitur & verius, idem miraculum fuisse quod hic Ioan. narrat. & ibi Mat. Et ideo ad primam quæstionem respondens dicit, quòd non refert quod dicit Mat. eos ex præcepto Christi ad mare descendisse. Potuit enim esse quòd Dominus hoc ei mandasset, & ipsi descẽderunt credẽtes Christum cũ eis nauigaturum, vnde expectarent eum vsque ad noctem. Et quia Christus non venit, tunc ipsi transierunt mare. Ad secundã quæstionem est duplex responsio. Vna est, quia Capharnaum & Genezareth ex eodem littore sunt, & vicinæ. Et forte discipuli peruenerunt trans mare in confinio vtriusque, & loco Mat. nominat vnã & Ioan. aliam. Vel potest dici, quòd Mat. non dicit, quòd statim venerunt in Genezareth, & ideo forte primo venerunt Capharnaũ, & postea in Genezareth, &c.

c Cum autem sero factũ esset, descẽderũt discipuli eius ad mare. Et cum ascẽdissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.

d Et tenebræ iã factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.

e Mare autem, vẽto magno flante, exurgebat.

f Cũ remigassẽt ergo quasi stadia vigintiquinq; aut triginta, vidẽt Iesum ambulantem supra mare: & proximũ naui fieri.

g Et timuerunt. Ille autem dixit eis. Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eũ in nauim. Et statim nauis fuit ad terram in quã ibant.

LECTIO III.

ALtera die, turba quæ stabat trans mare, vidit qa nauicula alia non erat ibi, nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent.

LECTIO III.

POstquam Euangelista posuit quomodo discipuli inquisierunt Christum, hic consequenter agit de turbis eũ quærentibus. Et primo ponitur motiuum ad inquirendum. Secundo inquirendi opportunitas ibi. Alię vero naues, &c.] Tertio ponitur ipsa inquisitio ibi. [Cum ergo vidisset, &c. Monitu autem ad inquirendum Christum turbas miraculũ præcedens, scilicet quòd absque vehiculo mare transierit. Quod quidem innotuit eis, eo quòd de sero non erat in littore, quòd erat iuxta locum vbi fecerat miraculũ de panibus, vbi vna nauis tantum erat,

erat, quæ quidem nauis cum discipulis ad aliam partem transiretaf
uit absque Christo. Vnde cum de mane non inuenissent Christum
ex eadem parte, ex qua fuerat præcedenti die, sed iam erat ex alia
parte, nec habuisset aliquam aliam nauem in qua transiret, suspica-
ti sunt, quòd supra mare ambulans transiuisset. Et hoc est quod di
cit. [Altera die, ab ea
qua fecerat miraculũ
de panibus [turba quæ
stabat trãs mare] vbi
miraculum fecerat [vi
dit, quòd nauicula nõ
erat ibi nisi vna] quia
in præcedenti die non
fuerat nisi illa tantũ &
vidit [quia nõ introis
set cum discipulis suis
Iesus in nauim, &c.]
Per hanc vnam nauẽ
significat Ecclesia quæ
est vna, vnitate fidei &
sacramentorum. Ephe
sio. 4. Vna fides: vnũ
baptisma. Per hoc au
tem quòd Iesus non
est cum discipulis, significatur corporalis separatio christi ab eis in
Ascensione. Matth. vlt. Dominus quidem Iesus postquam locutus
est eis, assumptus est in cœlum. Opportunitas autem inquirend. da
tur ex aduentu aliarum nauium ab alia parte maris, cum quibus po
terant transire ad quærendum Christum. Et ideo dicit.

b Aliæ vero naues superuenerunt [ex alia parte scilicet à Ty
beriade iuxta locum vbi manducauerant panes, &c.] Per
istas, aliasnaues quæ superuenerunt, significantur conuenticula hæ
reticorum, et eorũ qui quæ sua sunt quærunt, & non quæ Iesu Chri
sti. inf. eo. Quæritis me, quia manducastis ex panibus meis. Et quæ
sunt separatæ vel fide quantum ad Hæreticos, vel charitate charen
tes quantum ad carnales, qui non sunt proprie in Ecclesia, sed tamẽ
sunt iuxta eam inquantum simulatam fidem prætendunt, & specie
sanctitatis habent, secundum illud 1. Thi. 4. Habentes quidem spe
ciem pietatis, virturem autem eius abnegantes. Et 2. Corint. 11.
Non est mirum si ministri Sathanæ transformant se. Sed inquisi
tio fuit studiosa. Vnde dicit.

c Et primo ostendit quomodo inquirit turba Christum. Secun
do quomodo inuentum interrogat. Dicit ergo primo, quòd
[cum vidisset turba, quòd Iesus non erat ibi, nec discipuli eius, ascen
derunt in nauiculas, quæ venerant a Tyberiade quærentes eũ, &c.]
quod est laudabile. Isa. 55. Quærite Dominum dum inueniri po
test. & Psal. 68. Quærite Dominum, & viuet anima vestra. Sed in
uentum interrogant: vnde dixit. Et cum turbæ [inuenissent eum.]
scilicet Christum [trans mare, dixerunt ei. Rabbi, quando huc ve
nisti?] Sed hęc quæstio dupliciter potest intelligi. Vno modo vt quæ
rant tantum de tempore. Et tunc secundum Chryso. exprobanda
est eorum ruditas, qui post tantum miraculum non quęrunt de mo
do transeundi, qualiter scilicet sine naui transisset, sed tantum de tẽ
pore transitus. Vel potest dici, per hoc quòd dicunt quando, non so
lum quęrunt de tempore, sed etiam de alijs circunstantijs quę con-
currerunt ad transitum miraculosum. Sed attende, quòd supra post
refectionem volebant eum facere Regem, nunc vero eum præsen-
tem habent, nec eum Regem facere volunt. Cuius ratio est, quia ip
si volebant eum facere Regem concitati a passione lętitiæ causatæ
à refectione. Passiones autem huiusmodi cito transeunt. Et ideo ea
quæ secundum ipsas passiones disponuntur, transitoria sunt, quæ
vero ratione disponuntur, magis permanent. Ecclesia. 7. Homo sa-
piens in sapientia sua permanet sicut sol, Stultus autem vt luna mu
tatur. Prouer. 11. Impius facit opus instabile. Cõsequenter cũ dicit.

d Agit Dominus de cibo spirituali. Et primo proponit veritatem de spirituali. Secundo contradictionẽ excludit, ibi. Mur
murabant ergo Iudæi, &c. Circa primum tria facit. Primo proponit veritatem spiritualis cibi. Secundo insinuat eius originem ibi. [Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum, &c.] Tertio docet modum capiendi ipsum cibum, ibi. [Dixerunt ergo ad eum, Domine semper da nobis, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit cibum spiritualem, & eius virtutem. Secundo manifestat eum quis sit, ibi. [Dixerunt ergo ad eum, quid faciemus, &c.] Circa primum duo facit. Primo arguit peruersam eorum cupiditatem. Secũdo hortatur ad veritatem, ibi. [Operamini, &c.] Dicit ergo. [Amen amẽ dico vobis,] licet ostendatis vos quasi deuotos, tamen [quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis, &c.] q. d. propter carnem me quæritis, non propter spiritum, quia scilicet vt iterum pascamini. Et sicut Aug. dicit. Locum istorum tenent qui quærunt le sum, non propter seipsum, sed vt aliqua commoda sęcularia consequantur, sicut sunt illi, qui negotia habentes, ad prælatos & clericos accedunt, non propter Christum, sed vt eorum intercessione promoueantur apud magnates: sicut sunt illi qui ad ecclesias con-
fingiunt, non propter Iesum, sed quia à potentioribus præmuntur,
sicut etiam sunt illi qui ad sacros ordines ad Dominum appropin-
quantes, non eisdem merita vn tutum, sed subsidia vitæ præsentis in
quirunt, scilicet diuitias & honores, vt Greg. dicit. 23. Mora. Et hoc
patet. Nam facere si
gna virtutis diuinę est,
sed manducare panem
multiplicatum, est tẽ-
porale. Qui ergo non
veniunt ad Christum
propter virtutem quã
in eo vident, sed pro-
pter hoc, quod ex pa-
nibus manducant, nõ
Christo seruiunt, sed
suo ventri, vt dicitur.
Phil. 3. & Psal. 48. Cõ
fitebitur tibi cum be-
neficeris ei. Ad verita
tem eos reducit pro-
ponendo eis spiritualẽ
cibum dicens.

b Aliæ vero superuenerunt
naues à Tyberiade iuxta lo-
cum vbi manducauerunt pa
nem gratias agentes Deo.
c Cum ergo vidisset turba:
quia Iesus nõ esset ibi, neq;
discipuli eius, ascẽderunt in
nauiculas, & venerunt Ca-
pharnaum quærẽtes Iesum.
Et cum inuenissent eũ trans
mare dixerunt ei. Rabbi, qũ
huc venisti?

d Respondit eis Iesus & di-
xit. Amen amen dico vobis,
quæritis me, non quia vidi-
stis signa, sed quia mandu-
castis ex panibus, & satura-
ti estis.
e Operamini nõ cibum qui
perit, sed qui manet in vitã
ęternam.
f Quem filius hominis da-
bit vobis: hunc enim pater si
gnauit Deus.

e Et primo proponit eius virtutem. Secundo eius auctoritatem. ibi [Quem filius hominis, &c.] Virtus illius cibi considera-
tur in hoc, quòd non perit. Vnde sciendum est circa hoc, quòd cor-
poralia sunt quędam similitudines spiritualium; vepote ab eis cau-
sata & deriuata; & ideo imitantur ipsa spiritualia aliquo modo sicut
corpus sustentatur cibo, ita illud quo sustentatur spiritus, dicitur
eius cibus, quicquid sit illud. Illud autem quo sustentatur corpus
cum transeat in corporis naturam, corruptibile est, sed cibus quo
sustentatur spiritus, est incorruptibilis, quia non mutatur in ipsum
spiritum, sed potius econuerso spiritus in cibum. Vnde dictum est,
Aug. Cibus sum grandium, cresce & mãducabis me, nec tu me mu
tabis in te vt cibũ carnis tuæ, sed tu mutaberis in me, vt dicitur lib.
Confes. Et ideo dicit Dominus [operamini.] idest operando quæri-
te, seu operibus mereamini. [non cibum qui perit.] scilicet corpo-
ralem. 1. Cor. 6. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, [&
hanc destruet, quia non semper erit vsus ciborum, sed illum cibum
[operamini.] scilicet spiritualem [qui manet in vitam æternam.]
Qui quidem cibus ipse Deus, inquantum est veritas contemplan-
da, & bonitas amanda, quibus reficitur spiritus. Prouerb. 9. Come-
dite panem meum. Ecclesiast 15. Cibauit illum pane vitæ & intel-
lectus. Item ipsa obediẽtia diuinorum mandatorum: supra 4. Meus
cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Item ipse etiam
Christus. infra eodem. Ego sum panis vitę. Item, caro mea vere est
cibus, & sanguis meus vere est potus. Et hoc inquantum est coniun
cta verbo Dei, quod est cibus quo angeli viuunt. Similem autem dif
ferentiam assignauit supra 4. de potu corporali, & potu spirituali, cũ
dixit. Qui biberit ex aqua, &c. quam hic assignat inter cibum corpo-
ralem & spiritualem, cuius ratio est, quia corporalia sunt corrup-
tibilia, spiritualia vero, & maxime Deus, sunt æterna. Sed sciendũ
est secundum Aug. in lib. de operibus Monachorum, quòd ex hoc
verbo, scilicet [operamini non cibum, qui perit.] quidam monachi
erroris causam sumpserunt, dicentes, spirituales viros nõ debere ali
quid corporaliter operari: sed hic intellectus est falsus, quia Paulus
qui maxime spiritualis fuit, proprijs manibus laborauit, vt habetur
Thes. 3. Ipse dicit, qui furabatur iam non furetur: magis aũt laboret
manibus suis, &c. Ergo est verus intellectus, vt opus nostrum, idest,
principale studium, & intentionem nostram dirigamus ad quærẽ
dum cibum, qui ducit ad vitam æternam, scilicet bona spiritualia.
Ad temporalia autem non debemus principaliter attendere, sed ac
cessorie, idest solum ea procurare ratione corporis corruptibilis, qd
sustentari oportet, quamdiu in hac vita viuimus, vnde contra hoc
signanter dicit Apostolus. Qui non laborat non manducet; quasi
diceret. Qui dicunt quòd nihil corporale est operandum, quia cor-
mestio est quid corporale, tales non debent comedere. Consequen-
ter cum dicit.

f Ponit spiritualis cibi datorem. Et primo ponit actorem huius cibi. Secundo manifestat vnde habeat auctoritatem cibandi. Actor aũt & dator cibi spiritualis est Christus. Et ideo dicit. [Quem scilicet cibum qui non perit. [filius hominis dabit vobis.] Si dixis-
set filius Dei, non fuisset visum mirum: sed hoc, quod filius hominis
dat eum, magis eleuat ad attentionem. Spiritualiter tamen ideo
filius hominis dat, quia natura humana infirma per peccatum fasti
diebat spiritualem cibum: nec poterat ipsum in sua spiritualitate su
mere, vnde oportuit quòd filius Dei carnem sumeret, & per eã nos
reficeret. Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam. Vnde autem
habeat auctoritatem dandi, subdit cũ dicit [Hunc enim pater, &c.]
q. d. filius hominis dabit cum hoc non habeat, nisi inquantum sin-
gularitate & eminentia plenitudinis gratię præcellit omnes filios
hominum.

hominum: vnde dicit [Hunc.] scilicet filium hominis [pater signa
uit.] idest signanter distinxit à cæteris. Psal. 44. Vnxit te Deus De
tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. vel secundum Hylarium [si-
gnauit.] idest sigillauit. Quando autem sigillum in cera imprimi-
tur, cera retinet totam figuram sigilli, sicut & filius totam figuram
patris accepit. Est au-
tẽ duplex receptio quã
filius recipit à patre,
vna æterna, & de hac
non intelligitur quod
hic dicitur [signauit]
qa in sigillatiõe aliud
est natura recipiens
& aliud imprimens.
Sed hoc intelligit de
mysterio incarnatio-
nis, quia in natura hu
mana Deus pater im-
pressit verbum, qui est
splendor & figura sub
stantiæ eius, vt dicitur
Hebr. 1. Vel secũdum
Chryso. [signauit.]

g Dixerunt ergo ad eum:
quid faciemus vt operemur
opa Dei? Respondit Iesus &
dixit eis. Hoc ẽ opus Dei, vt
credatis in eũ quẽ misit ille.
h Dixerũt ergo ei, quod er-
go tu facis signum, vt videa-
mus & credamus tibi? quid
operaris? Patres nostri man-
ducauerunt manna in deser-
to: sicut scriptum est. Panem
de cœlo dedit eis mãducare.

LECTIO IIII.

Dixit ergo eis Iesus. Amen amẽ dico vobis: non Moyses de-
dit vobis panẽ de cœlo: sed pater meus dat vobis panem
de cœlo verum.
b Panis enim verus est, qui de cœlo descendit, & dat vi-
tam mundo.

idest ad hoc specialiter eum Deus pater instituit, vt daret vitã ęter
nam mundo, infra 8. Ego veni, vt vitam habeãt, &c. sic enim quan-
do aliquis eligitur ad aliquod magnum officium peragendum, di-
citur signari ad illud officium. Luc. 10. Post hęc designauit Domi-
nus & alios septuaginta discipulos, &c. Vel [signauit.] idest mani-
festauit per vocem in baptismo, & per opera, vt dictum est supra 5.
Consequenter cum dicit.

g Manifestat quid sit cibus spiritualis. Et primo ponitur quæ-
stio Iudæorum. Secundo subditur responsio Iesu Christi,
ibi [Respondit Iesus, &c.] Circa primum sciendum est, quòd Iudęi
instructi ex lege, credebant nihil æternum esse nisi Deum. Vnde cũ
dixisset, quòd cibus spiritualis permanet in vitam ęternam, intel-
lexerunt cibum illum esse aliquid diuinum. Et ideo quærentes non
de cibo, sed de opere Dei mentionem faciunt, cum dicunt [Quid fa-
ciemus vt operemur opera Dei?] In quo non longe erãt à veritate,
cũ nihil aliud sit cibus spiritualis quàm operari opera dei. Mat. 18.
Quid faciendo vitam æternam possidebo? Responsio domini po-
nitur, cum dicit [Hoc est opus Dei, vt credatis in illum, &c.] Vbi cõ
siderandum est, quòd Apostolus Rom. 4. distinguit fidem ab ope-
ribus, dicens, quòd Abraham non est iustificatus ex operibus: sed ex
fide. quid est ergo quod hic dominus dicit, ipsam fidem seu credere,
esse opus Dei? Sed ad hoc est duplex responsio. Vna, quòd Apostolus
non distinguit fidem ab operibus simpliciter, sed ab exterioribus.
Sunt enim quædam opera exteriora, quæ exercentur corporalibus
membris, quæ quia magis nota sunt, secũdum cõem vsum opera di
cuntur. Alia vero sunt interiora, quæ exercentur in ipsa anima, quę
non sunt nota nisi sapientibus, & quæ conuertuntur ad cor. Alio
modo dicitur, quòd ipsum credere, potest computari inter opera ex
teriora, non quòd fides sit ipsa opera; sed eorum principium, vnde &
signanter dicit. [vt credatis in illum.] Differt enim dicere credere
Deum, sic enim de signo obiectum, & credere Deo, quia sic de signo
testem, & credere in Deum, quia sic designo finem, vt sic Deus pos-
sit haberi vt obiectũ fidei, vt testis, & vt finis, sed aliter & aliter, quia
obiectum fidei potest esse creatura. Credo enim cœlum esse creatũ.
Similiter & creatura potest esse testis fidei. Credo enim Paulo seu
cuicumque sanctorum, sed fidei finis nõ potest esse nisi Deus. nam
mens nostra solum in Deum fertur sicut in finem. Finis autem cũ
habeat rationem boni, est obiectum amoris, & ideo credere in Deũ
vt in finem, est proprium fidei formatę per charitatem, quæ quidẽ
fides sic formata, est principium omnium bonorum operum. et in-
tantum ipsum credere dicitur opus Dei. Sed si fides est opus Dei,
quomodo homines faciunt opera Dei? Sed hoc soluitur per Isa. 26.
cum dicit. Omnia opera nostra operatus est in nobis. nam hoc idẽ
quod credimus, & quicquid operamur boni, est in nobis à Deo. Phi
lip. 1. Ipse est qui operatur in nobis, & velle, & perficere: & ideo si-
gnanter dicit, credere esse opus Dei, vt ostendat fidem esse donũ
Dei, vt dicitur Ephes. 2. Consequenter cum dicit.

c Agitur de origine cibi. Et primo ponitur quæstio Iudęorũ.
Secundo responsio ibi. [Amen amen dico vobis, non Moy-
ses, &c.] Circa primum tria faciunt. Primo petunt signũ. Secundo
determinant ipsum. Tertio inducunt scripturę testimonium. Signũ
autem petunt proponendo quæstionem. Vnde dixerunt illi [Quod
tu facis signum vt videamus, &c.] Hęc autem quæstio aliter induci
tur ab Augu. et aliter a Chryso. Chrisostomus enim dicit, quòd do
minus inuitauerat eos ad fidem. Argumenta autem ad fidem induc-
entia sunt miracula. 1. Corinth. 14. Signa data sunt infidelibus. Et
ideo ad hoc quærunt signum quo credant. Mos enim est Iudęis si-
gna petere. 1. Corinth. 1. Quoniam Iudæi signa quærunt. Vnde di
cit [Quod ergo signũ tu facis?] Sed hoc ridiculosum videtur, quòd
propter hoc quęrũt aliqua miracula, qa statim fecerat aliqua multi-
plicando panes, & ambulando supra mare, quæ in præsentia ex-
titerant, quibus credere possent. Sed hoc ideo dicunt, vt prouocent
dominum, & inducant vt semper eos pasceret: quod patet, quia nul-
lam mentionem faciunt de alio signo, nisi de eo quod factum est, in
eorum parentibus per
Moysen. 40. annis. vt
quasi per hoc petant,
quòd semper eos pa-
scat. Vnde dicunt [Pa
tres nostri mãducaue
rũt mãna in deserto.]
nec dicũt, Deus pauit
pręsnostros mãna, ne
videantur velle æqua
re eum Deo. Similiter
non dicunt Moyses pa
uit eos, ne videantur
Moysen pęferre Chri-
sto, quasi in hoc eum
allicere volentes, vt
continue eos pascat.
De cibo illo dicitur.
Exod. 16. & in Psal. 77. Panem angelorũ manducauit homo. Aug.
autem dicit quòd dominus dixit se daturum eis cibum, qui perma-
net in vitam æternam, vnde quasi videtur se Moysi præferre. Iudæi
autem Moysen reputabant maiorem Christo. vnde dicebant in-
fra 9. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nesci-
mus vnde sit. vnde requirebant quòd Christus faceret aliqua ma-
iora quàm Moyses fecerit: et ideo reducunt in memoriam ea quæ
Moyses fecit, dicentes. [Patres nostri manducauerunt, &c.] quasi di
cerent: hoc quod dicis de te, maius est quàm illud quod fecit Moy-
ses: quia promittit cibum qui nõ perit: sed manna quod dabat Moy
ses, si seruabatur in alium diem, vermibus scaturiebat. Si ergo vis vt
credamus tibi, facias aliquid maius Moyse. nam quod fecisti nõ est
maius, quia satiasti quinque milia hominũ, quinque panibus hor-
deaceis, & semel tantum. Ille vero totum populum sãtiauit man-
na de cœlo annis 40. Et hoc in deserto, sicut scriptũ est in Psal. 77.
Panem de cælo dedit eis manducare.

LECTIO IIII.

Rosita Iudæorum interrogatione. hic ponitur responsio Christi. Et primo ostendit originem cibi spiritualis. Secundo probat eam ibi. [Panis enim verus, &c.]
Circa primum sciendum est, quòd Iudæi duo propo-
suerant Christo circa originem cibi corporalis, quem patres eorũ
habuerunt, scilicet datorem, qui fuit Moyses, & locum, quia de cœ-
lo, & ideo dominus circa originem cibi spiritualis hæc duo remo-
uens, ponit alium esse datorem cibi spiritualis, & alium locum. Vn-
de dicit remouendo prædicta [Amen amen dico vobis, non Moy-
ses dedit vobis panem, &c.] Alius est qui dat, quia pater meus non
panem corporalem: sed panem verum de cœlo. Sed contra, nunquid
non vere panis fuit, quem habuerant patres in deserto? Respondeo,
si accipiatur verum secundum quòd diuiditur contra falsum, sic pa
nis ille verus fuit. non enim fallum erat miraculum de manna. Si
autem accipiatur verum, prout veritas diuisitur contra figuram sic
panis ille non fuit verus: sed figura panis spiritualis, scilicet domini
nostri Iesu Christi, quem ipsum manna significabat, vt dicit Apo-
stolus. 1. Cor. 11. Omnes eandem escam spiritualem manducaue-
runt. Item contra hoc quod dicit. Non dedit nobis panem de cœlo,
est, quod dicitur in Psal. 77. Panem cœli dedit eis. Respondeo, cœ-
lum accipitur tripliciter. Quandoque pro aere. Mat. 12 Volucres
cœli comederunt illud. Et in Psal. 17. Intonuit de cœlo Dominus.
Quandoque pro cœlo sydereo, secundum illud Psal. 113. Cœlum
cœli Domino. Et Mat. 24. Stellæ cadent de cœlo. Quãdoque vero
pro ipsis spiritualibus bonis. Mat. 5. Gaudete & exultate, quia mer-
ces vestra multa est in cœlo. Mãna ergo de cœlo fuit nõ sydereo,
seu spirituali, sed aereo. Vel dicit de cœlo inquantũ erat figura veri
panis cœlestis Domini nostri Iesu Christi. Cõsequenter cũ dicit.

b Probat, quòd sit de cœlo, & per effectum eius: verũ enim cœ-
lum, est spiritualis natura, cui per se conuenit vita, & ideo per
se viuificat, infr. eod. Spiritus est qui viuificat, ipse autem Deus est
actor vitæ. Ex hoc ergo cognoscit, quòd panis iste spiritualis est de
cœlo, cum faciat proprium effectum si dat vitam, nã panis ille cor-
poralis vitam non dabat, quia omnes qui manna manducauerunt,
mortui sunt. Iste autem dat vitam, & ideo dicit, panis verus est, &
non figuralis [qui de cœlo descendit.] Et hoc patet: quia [dat vi-
tam mundo,] nam Christus qui est verus panis, quos vult viuificat.
infr. 10. Ego veni vt vitam habeant, &c. Ipse etiam de cœlo descen-
dit. supr. 3. nemo ascendit in cęlum nisi qui descendit de cęlo, filius
hominis qui est in cęlo. Sic ergo Christus verus panis, vitam dat
mundo, ratione suæ diuinitatis, & descẽdit de cælo, ratione humanę
naturæ.

naturæ. Nam vt supr. 3. dictum est descendisse de cœlo dicitur assumendo humanam naturam. Philip. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.

c HIc agitur de adeptione cibi spiritualis. Et primo ponitur petitio ipsius cibi. Secũdo ponitur expositio ibi [dicit autem eis Iesus, ego sum, &c.] vbi ostendit modum adeptionis. Sciendum est autẽ circa primũ, quòd Iudæi verba Domini carnaliter intelligebant, & ideo quia in desiderio carnaliũ erãt, cibum carnalem petunt à Christo, vnde dixerunt ad eum. Domine semper da nobis hunc panem,] qui reficiat hoc modo. Et Samaritana verbũ de aqua spirituali carnaliter intelligebat, & indigentia carere volens dixit, Domine da mihi hanc aquam. Et licet isti verba Domini carnaliter de cibo intelligant, & carnaliter petant, tamen eorum petitio spiritualiter intellecta, nobis competit. Matth. 6. Panem nostrum quotidianum, &c. quia non possumus sine hoc pane viuere. Consequenter cum dicit.

d OStendit modum adeptionis, ostendens primo quid sit iste panis. Secundo quomodo acquiratur, ibi [omne, quòd dat mihi pater, &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit expositionem panis prædicti. Secundo expositionis rationem assignat ibi [qui venit ad me, &c.] Tertio exponendi necessitatem manifestat; ibi [sed dixi vobis, &c.] Dixit ergo eis Iesus. Ego sum panis vitæ, nam sicut supradictum est, verbum sapientiæ est specialis cibus mentis, quia eo mens sustentatur. Eccle. 15. Cibauit illum pane vitæ & intellectus: dicitur autem panis sapientiæ esse panis vitę ad differentiam panis corporalis, qui est panis mortis, qui non competit nisi ad restaurandum defectum mortalitatis, vnde & solum in hac vita mortali necessarius est, sed panis sapientiæ diuinæ est per se viuificatiuus, nec habet mortem contrarium. Item panis corporalis non dat vitã, sed tantum præexistentem sustentat ad tempus, sed panis spiritualis ita viuificat, quòd dat vitam, nam anima incipit viuere per hoc, quòd adhæret verbo Dei. Psal. 35. Apud te est fons vitæ. Quia ergo omne verbum sapientię deriuatur à verbo Dei vnigenito. Ecclesia. 1. Fons sapientiæ vnigenitus Dei, residens in excelso, ideo ipsum Dei verbum principaliter dicit panis vitæ, & ideo Christus dicit. [Ego sum panis vitæ.[Et quia caro Christi ipsi verbo Dei vnita est, habet etiam, quòd sit viuificatiua, vnde & corpus sacramentaliter sumptum viuificatiuum est: nam per mysteria quę Christus in carne sua compleuit, dat vitam mundo, & sic caro Christi, propter Domini verbum, panis est, non consuetæ vitæ, sed illius quę morte nõ reseratur. Et ideo caro Christi dicitur panis. Gene. pen. Asser pinguis panis eius. Significatur etiam per manna. 1. Cor. 11. Mãna interpretatur, Quid est hoc? quia Iudęi illuc videntes admirabantur, dicentes vnus ad alium, quid est hoc? Sed nihil est admirabilius quàm filius Dei homo factus, ita vt cuiliber contingat quærere, q̃d est hoc, idest quomodo filius Dei, filius hominis est, quomodo ex duabus naturis sit vna persona Christi. Isa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, &c. est etiam mirabile, quomodo Christus sit sub sacramento. Consequenter cum dicit.

e ASsignat rationẽ expositionis, & hoc ex effectu istius panis. Panis enim corporalis comestus non in perpetuum famem auferet, cum corrumpatur & deficiat, & ideo exigitur ad nutrimentũ, panis autem spiritualis dans per se vitam, nunquam corrumpitur. Et ideo homo semel comedens nunquam esurit, & ideo dicit. [Qui venit ad me nõ esuriet, & qui credit, &c.] Hoc autem quod dicit, scilicet [Qui venit, & qui credit non esuriet nec sitiet,] non differunt secundum Aug. quia idem est venire ad eum, & credere in eũ, quia ad Deum venimus non pedibus corporis, sed mentis, quorum primus est fides: idem est etiam comedere & bibere, vtroque enim significatur æterna satietas, vbi nulla est ægestas. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, vt sit idem cibus sustentans, & potus refrigerans. Causa autem quare temporalia non auferunt sitim in perpetuum, vna quidem est, quia non simul sumuntur, sed paulatim, & quasi cum motu, & ideo semper restat aliquid sumendũ, & propter hoc sicut consurgit delectatio & satietas ex iam sumpto, ita & desiderium restat ex sumẽdo. Alia vero est, quia corrumpuntur, vnde remanet memoria ex corrupto, & generatur iterato desiderium eorum. Spiritualia vero & simul sumuntur, & non corrumpuntur, nec deficiunt, & ideo eorum satietas manet in perpetuũ. Apoc. 7. Non esuriẽt neque sitient. Psal. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua, idest, in spiritualibus bonis vsque in finem. Consequenter cum dicit.

c Dixerũt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc.
d Dixit autẽ eis Iesus. Ego sum panis vitæ.
e Qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum.
f Sed dixi vobis: quia & vidistis me, & non credidistis.
g Omne quod dat mihi pater, ad me veniet.
h Et eum qui venit ad me, non eiiciam foras.
i Quia descẽdi de cœlo, nõ vt faciam voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me.

f POnitur exponendi necessitas, posset enim aliquis dicere: nos præsuimus panem, sed tu non respondes. Dabo vobis illum, vel non dabo, sed potius dicis. Ego sum, &c. & ideo non videtur bona responsio tua, sed quod bona sit ostendit Dñs dicens. [Dixi vobis, &c.] quod idem est ac si aliquis haberet panẽ coram se, ignorãs illum, & dicatur ei. Ecce panis coram te est. Et ideo dicit.] Dixi vobis] ego sum panis viuus, [& vidistis me, & non credidistis.] idest, desideratis panem, & habetis illum coram vobis, & tamen nõ sumitis, quia non creditis. In quo eorum incredulitatem improperat eis. infr. 15. Sed viderũt & oderũt, &c. Consequẽter cũ dicit.

g OStendit quomodo acquiratur. Et primo ponit modum acquirendi. Secũdo finem peruentionis ibi [& eum qui venit, &c.] Tertio manifestat, quod dicit, ibi [quia descẽdi, &c.] Sciendum est circa primum, quòd ipsum credere nostrum est nobis ex dono Dei. Eph. 2. Gratia saluati estis, & non ex vobis, Dei donum est. Philip. 1. Vobis datum est vt non solum in illum credatis, &c. Dicitur autem quandoque Deus pater dare filio homines credentes, sicut hic [omne quod dat mihi pater, &c.] Quandoque filius dat patri sicut illud. 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum Deo & patri. Ex quo intelligimus, quòd sicut pater dans non adimit sibi regnum, ita nec filius. Pater autem filio dat inquantum facit hominem verbo suo adhærere. 1. Cor. 1. Per quem scilicet patrem vocati estis in societatem filij eius. Filius vero tradit patri, inquantum verbum est manifestatiuum ipsius patris. infr. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus. Sic ergo dicit. [Omne quod dat mihi pater ad me veniet.] idest qui in me credunt, quos pater mihi facit adhærere ex dono suo. Sed diceret forte aliquis, quòd non necessarium est, quòd aliquis dono Dei vtatur. Multi enim respiciunt donum Dei, qui non vtuntur eo. Quomodo ergo dicit. [Omne, quod dat mihi pater, &c.] Ad quod dicendũ est, q̃ in datione ista non solum intelligitur habitus, qui est fides & huiusmodi, sed etiam interior instinctus ad credendum. Quicquid autem facit ad salutem, totum est ex dono Dei. Sed restat quæstio, quia si omne quod dat pater Christo ad eum vadit, vt ipse dicit, illi soli ad Deum vadũt quos pater dat ei. non ergo debet imputari illis qui non vadunt, cum nõ dent ei. Ad quod dicendũ, quod nõ imputat eis, si absq; auxilio Dei ad fidẽ venire nõ possunt, sed hoc ei imputat q̃ nõ venit, quia impedimentũ præstat, q̃ non veniat, auertẽs se à salute, cuius via, quantũ in se est, omnibus est aperta. Finis aũt peruentionis ponit cũ dicit.

h POsset enim aliquis dicere. Veniemus ad te, sed tu non recipies nos, & ideo dicit hoc excludens. [Eum qui venit ad me] passibus fidei, & bonis operationibus [non eijciam foras.] In quo dat intelligere, esse se intus. Illud est enim intus vnde exit foras. Attendamus ergo quid sit illud intrinsecum, & quomodo inde eijciantur. Sciendum quidem igitur est, quòd omnia visibilia cum dicantur esse quasi quædam exteriora respectu spiritualium, quanto aliquid est magis spirituale, tanto magis est intrinsecum. Ergo duplex est intrinsecum. Vnum est profundissimum, scilicet gaudium vitæ æternę, quod secundum Aug. est magis penetrale & dulce secretum sine tędio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum, & dolorum. De quo dicitur. Matth. 25. Intra in gaudium Domini. & Psal. 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, idest, in plena visione tuæ essentiæ. Et ab hoc intrinseco nullus eijcietur. Apocal. 3. Qui vicerit faciam illum columnam, &c. & foras non egredietur, quia, vt dicitur Mat. 25. Ibunt isti in vitam æternam. Aliud intrinsecum, est rectitudo conscientiæ, quæ est spirituale gaudium, & de hoc dicitur Sapientiæ octauo. Intrans in domum meam conquiescam. Et Canticorum primo. Introduxit me Rex incellaria sua. Et de isto aliqui eijciuntur. Et ideo, quod Dominus dicit [non eijciam foras,] potest dupliciter intelligi. Vno modo vt illi dicantur ad ipsum venire, qui sunt dati ei à patre per æternam prædestinationem. Et de illis dicit. [Eum qui venit ad me] prædestinatus à patre. [nõ eijciam foras.] Ro. 11. Nõ repulit Deus plebẽ suã quã elegit. Alio modo, quia illi qui egrediuntur non tamquã à Christo eiecti egrediãtur. Sed causa eiectionis sit ex parte ipsorũ, qui per infidelitatẽ & peccata, à secreto rectæ cõscientiæ recedunt. Et sic dicitur [non eijciam ego foras] sed ipsi se eijciunt. Hier. 23. Vos estis onus, proijciam vos dicit dominus. Et hoc modo eiectus est foras, qui ad nuptias intrauerat, nõ habẽs vestẽ nuptialẽ vt dicit Mat. 27. Rationẽ aũt præmissorũ assignat, cum dicit.

i ET primo ponit propositum de implenda voluntate patris. Secundo manifestat quæ sit volũtas patris, ibi [hæc est volũtas.]

Tertio ostendit finalem voluntatis impletionem ibi, & ego resuscitabo, &c. Circa primum sciendum est, quòd litera ista potest legi dupliciter. Vno modo secundum Aug. alio modo secundum Chryso. Secundum Aug. quidem sic. Eum qui venit ad me non eijciam foras, & hoc ideo, quia ille venit ad me qui meam humilitatem imitatur. Mat. 9. Cum diceret dominus. Venite ad me omnes qui laboratis. Cõsequenter subdit, discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Vera autem filij Dei mititas in hoc est, quia voluntatem suam supposuit voluntati patris. Et ideo dicit, non eijciam [quia descendi de cœlo, &c.] Propter animã à Deo exijt: qa superba erat, & ideo necesse est humilitate regredi veniendo ad Christum per imitationem suæ humilitatis, quę in hoc est, quod nõ facit voluntatem suam solum, sed Dei patris. Sciendum est autem, quòd in Christo fuit duplex voluntas. Vna secundum humanam naturam, quę est sibi propria, & natura, & voluntate patris. Alia secundum naturam diuinam, quæ est eadem cum voluntate patris. Voluntatem ergo suam scilicet humanam, ordinauit sub voluntate diuina, quia obedientiam sua sub effectu paternæ voluntatis ostendit ipse, volens voluntatem patris explere. Psal. 39. vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui. Hanc voluntatem fieri in nobis petimus cum dicimus. Matth. 6. Fiat voluntas tua. Illi ergo nõ eiciunt foras, qui non faciunt voluntatem suam: sed voluntatem Dei. Nam diabolus voluens facere voluntatem suam, quod est superbiæ, eiectus est de cœlo, et primus homo de paradiso. Secundum Chryso. vero sic: ideo non eiicio foras eum qui venit ad me, quia ad hoc veni vt impleam voluntatem patris de salute hominũ. Si ergo pro salute hominum incarnatus sum, quomodo debeo eos eiicere? Et hoc est quod dicit. Ideo non eiicio, quia [descendi de cœlo: non vt faciam volũtatem meam, scilicet humanam vt proprium mihi acquiram: sed voluntatem eius qui misit me patris.] qui vult omnes homines saluos fieri, vt dicitur 1. Thim. 2. Et ideo quantum est ex me, nullum eiicio. Rom. 5. Si. n. cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus vita ipsius. Quæ autem sit voluntas patris, exponit primo cum dicit.

K SEcundo rationem assignat ibi [Hæc est enim voluntas, &c.] Dixit ergo, non eiiciam foras eos qui ad me veniunt, quia carnem assumpsi vt faciam voluntatem patris. Voluntas autem eius qui misit me patris hæc est, scilicet vt non eijciam foras, & ideo non eijciam. 1. Thim. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Et iõ dicit [vt omne quod dedit mihi pater.] idest, [vt nihil perdam.] quousque perueniat ad resurrectionem futuram, in qua aliqui perdentur, non tamen de illis qui dati sunt ei per æternam prædestinationem: sed impii. Psal. 1. Iter impiorum peribit. Illi vero qui usq; tunc conseruantur, non perdentur. Per hoc autem quòd dicit [Non perdam.] non est intelligendum, quòd indigeat eorum, aut quòd detrimentum sit ei si pereunt. Sed dicit hoc propter affectum tuum ad salutem illorum, & bonum illorum quod reputat suum. Sed contra est quod dicitur infra 17. Nemo ex eis, scilicet quos dedisti mihi periit, nisi filius perditionis. Ergo aliqui eorũ qui dati sunt ei per æternam prędestinationem perdunt. Non est ergo verum hoc quod dicit [non perdam ex eo.] Sed dicendum est, quod ex illis qui dati sunt ei p̃ præsentẽ iustitiam perdunt, non autem de illis qui dati sunt per æternam prædestinationem. Rationem autem diuinæ voluntatis ponit cum dicit.

l RAtio quare pater vult, quòd non perdam, ex eo quòd dedit mihi est, quia voluntas patris est viuificare spiritualiter homines: quia ipse est fons vitæ, & quia æternus est, quantum est de se voluntatis eius est, vt omnis qui venit ad me, habeat vitam æternam. Et hoc est quod dicit [Hęc est voluntas patris qui misit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum, &c.] Sed attendendũ est quod supra dixit. Qui videt filium & credit ei, &c. hic vero dicit. Qui credit in eum.] vt videt intelligere eandem diuinitatem patris, & filii: cuius visio per essentiam est vltimus finis nostter & obiectum fidei. Quod vero dicit [videt.] non intelligitur de visione per essentiam quam præcedit fides, sed de visione corporali Christi, quæ inducit ad fidem. Et ideo signanter dicit [Qui videt filium & credit in eum.] Supra 3. Qui credit in eum non iudicatur, sed transiet à morte in vitam. infra 20. Hęc autem scripta sunt, vt credatis quoniam Iesus Christus est filius Dei, vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Hæc autem patris voluntas finaliter implebitur, & ideo subdit. Et quia ita vult.

m VT non solum in anima: sed etiam in corpore habeat vitam æternam. Daniel. 12. De his qui in puluere dormiunt euigilabunt alii in vitam æternam, alii vero in opprobrium sempiternum: sicut & Christus resurrexit. Roman. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c.

A
k Hæc est enim volũtas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdã ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.
l Hæc est autẽ voluntas patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitã æternã.
m Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.

B

C

D

E

LECTIO V.

VRmurabãt ergo Iudæi de illo, quia dixisset: ego sum panis viuus: qui de cœlo descẽdi, & dicebant:
b Nõne hic est filius Ioseph: cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi?
c Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare

LECTIO V.

POsita doctrina Christi hic excluditur contradictio prædictæ doctrinæ, & primo quantum ad turbas murmurantes. Secundo quantum ad discipulos dubitãtes ibi. [Multi ergo audiẽtes, &c.] Circa primum duo facit. Primo exprimit murmur turbarũ de origine spiritualis cibi. Secundo mitigat eorum litigium de cibi spiritualis manducatione ibi. [Litigabãt ergo, &c.] Circa primum duo facit. primo ponitur murmur turbarum: secundo repressio murmuris ibi [Respõdit ergo Iesus, & dixit eis.] Circa primum duo facit. Primo ponitur occasio murmuris. Secundo ponuntur murmurantium verba, ib [Nonne iste est, &c.] Cõcludit ergo ex premissis verbis Christi, quòd quidam de quodam dictorum verborum murmurabãt, quia scilicet dixerat, ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, quę quidem spiritualem panem non capiebant, nec desiderabãt, & ideo murmurabant, quia in spiritualibus mentem fundatam nõ habebant, & huius rei antiquam consuetudinem habebant secundum illud Psal. 105. Murmurauerũt in tabernaculis. Et. 1. Cor. 10. Neque murmurauerit is: sicut quidam eorum murmurauerũt. Ideo autem vt Chryso. dicit, vsque huc non murmurabant; quia semper sperabant se consecuturos corporalem escam, qua spe sustractata, ita tim murmurare incipiunt; licet aliam causam prætendant; non autem manifeste contradicunt propter reuerentiam, quam adhuc habebant ad ipsum, ex memoria præcedentis miraculi. Verba autem murmurantium ponit cum dicit.

b QVia enim carnales erant, carnalem Christi generationẽ solam considerabant, ex qua impediebantur ne cognoscerent spiritualem, & ęternam, & ideo de sola carnali loquuntur, secundum illud supra 3. Qui de terra est, de terra loquitur, & spiritualem non capiunt vnde subdunt. [Quomodo ergo dicit, &c.] Vocant autem eum filium Ioseph propter reputationem: quia nutricius eius erat, secundum illud Luc. 3. Vt putabatur filius Ioseph. Murmurationis autem repressio ponitur cum dicit.

c ET primo reprimit ipsorum murmur. Secundo satisfacit dubitationi, ibi [Amen amen dico vobis, qui credit, &c.] Circa primum duo facit. Primo cohibet eorum murmur. Secundo assignat causam murmuris eorum ibi. [Nemo potest, &c.] Cognoscẽs ergo Iesus eorum murmur, respondit, & comprimens ipsum murmur eorum, dixit eis [Nolite murmurare, &c.] Hoc namque est salubre documentum. Qui enim murmurat, ostendit mentem suam in Deo non esse firmatam, & ideo dicitur Sapien. 1. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest. Causa autem murmuris est in fidelitas eorum, & ideo hanc ostendit dicens [Nemo potest, &c Ivbi primo ostendit necessariam esse patris attractionem ad hoc, vt veniatur ad Christum. secundo ostendit modum attrahendi ibi [Est scriptum in Prophetis, &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit humanæ facultatis defectum: secundo diuini auxilij subiudum. tertio auxilij finem seu fructum. Est ergo humana facultas deficiẽs ad veniendum ad Christum per fidem, & ideo dicit [nemo potest venire ad me] Secundo diuinum auxilium est efficax ad subueniendũ, vnde subdit [nisi pater, &c.] Sed finis seu fructus est optimus. vnde sequitur [& ego resuscitabo eum, &c.] Dicit ergo primo. Non est mirum si murmuratis, quia nondum estis tracti à patre ad me. Nam nemo potest ad me venire] in me credẽdo. [nisi pater, &c] Sed hic est triplex quæstio. Prima est de hoc quod dicit [nisi pater traxerit eũ] Cum enim ad Christum veniamus credendo, sicut supra eodem dictum est, venire ad Christũ est credere in eum: credere autem nullus potest nisi volens. Cum ergo tractio importet violentiam quandam, ergo qui tractus venit ad Christum, cogitur. Respondeo dicendum, quòd hoc quod hic dicitur de hac tractione patris, non importat coactionem, cum non omne trahens faciat violentiam: sic ergo multipliciter pater trahit ad filium, secundum multiplicem modum trahendi absque violentia in hominibus. Nam aliquis homo

trahit aliquē persuadendo rōne,& hoc modo pater trahit homines ad filiū,demonstrando eum esse filium suum , & hoc dupliciter , vel per internam reuelationem. Matth.16. Beatus es Symon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi scilicet Christum esse filium Dei viui,sed pater meus. Vel per miraculorum operationem,quam habet à patre. supr.5.

Opera quæ dedit mihi pater, ipsa testimonium perhibēt de me. Item aliquis trahit alium alliciendo. Prouerb.7. Blanditijs labiorum suorum protraxit eum, & hoc modo illi qui attendunt ad Iesum propter auctoritatem paternę maiestatis,trahuntur à patre. Quicumque.n. credit in Christum, propter hoc,quòd credit eum filium Dei,hunc pater trahit ad filium,idest paterna maiestas. Hoc modo non trahit Arrius, qui Christum non verum Dei filium,nec de substantia patris genitum credebat. Non sic tractus est Fotinus,Christum purū hominem dogmatizans . Sic ergo trahuntur à patre, sua maiestate allecti. sed trahuntur etiam à filio admirabili delectatione,& amore veritatis,quæ est ipse filius Dei. *Si enim,vt dicit Aug.* trahit quē quę sua voluptas, quanto fortius debet homo trahi ad Christum, si delectatur veritate,beatitudine,iustitia,sempiterna vita, quod verum est Christus. Ab isto ergo si trahendi sumus, trahamur per dilectionem veritatis: secundum illud . Psal 36. Delectare in Domino,&c. hinc sponsa dicebat Cantic.1. Trahe me post te, &c. Sed qa non solum reuelatio exterior,uel obiectū,virtutem attrahendi habet,sed etiam interior instinctus impellens, & mouens ad credendum,ideo trahit multos pater ad filium per instinctum diuinæ operationis siouentis interius cor hominis ac credendum. Phil.2. Deō est qui operat in nobis velle & perficere. Ose.11. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis . Prouer.11. Cor Regis in manu Domini,quocumque volueric inclinabit illud. Secunda quęstio est. Quia cum dicatur,quòd filius trahit ad patrem. Matth.11. Nemo nouit patrem nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. infra 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus , quos dedisti mihi , quomodo hic dicitur,quòd pater trahit ad filium? Sed dicendum,quòd ad hoc potest dupliciter responderi . nam de Christo possumus loqui,aut secundum quòd est homo, aut secundum quòd est Deus. Secundum autem quod homo,Christus est via. infr.14. Ego sum via, & *secundum quòd est Christus ducit ad patrem, sicut via ad terminum* seu finem . Pater vero trahit ad Christum hominem inquantum dat nobis suam virtutem , vt credamus in Christum. Ephe.2. Gratia saluati estis,& hoc non ex vobis , Dei enim donum est. Inquantum est Christus est verbum Dei , & manifestatiuum patris . Sic filius trahit ad patrem . Pater autem trahit ad filium inquantum manifestat ipsum. Tertia quæstio est de hoc , quod dicit , quòd nemo venire potest nisi tractus à patre , quia secundum hoc, si nullus veniat ad Christum,non imputatur ei,sed ei qui non trahit eos. Respondeo dicendum,quòd vere nullus venire potest, nisi tractus à patre. nam *sicut* graue per naturam non potest per se sursum ferri nisi trahatur ab alio,ita cor humanum ex se ad inferiora tendens,nō potest sursum eleuari,nisi tractus. Si vero non eleuatur,non est defectus ex parte trahentis, qui quantum in se est,nulli deficit, sed est propter impedimentum eius qui non trahitur. Aliter autem quantum ad hoc pertinet, possumus loqui de hominibus in statu naturæ integræ,& aliter in statu naturæ corruptæ . nam in natura integra non erat aliquod impedimentū prohibēs ab hac tractione. Vñ tunc omnes homines huius tractionis poterant esse participes . Sed in natura corrupta,omnes per impedimentum peccati æqualiter prohibentur ab hac tractione,& *ideo omnes indigent trahi.* Deus autem omnibus ad trahendum manum porrigit quantum in se est , & qd plus est , non solum attrahit manum recipientis , sed etiam auersos à se conuertit: secundum illud Tren.vlt. Conuerte nos domine , & conuertemur,& in Psal.84. secundum aliam literam. Deus tu conuertens viuificabis nos . Ex quo ergo Deus paratus est dare omnibus gratiam,& ad se trahere, non imputatur ei si aliquis non accipiat,sed ei qui non accipit . Quare autem non omnes auersos trahit,sed aliquos, licet sint omnes æqualiter auersi . Ratio quidem in generali potest assignari, vt scilicet in illis qui non trahuntur, appareat & refulgeat ordo diuinæ iustitiæ, *in illis autem qui trahuntur,* immensitas diuinæ misericordiæ . Quare autem in speciali trahat hunc,& illum non trahat,nō est ratio aliqua, nisi beneplacitum voluntatis diuinæ. Vnde dicit August. Quem trahat,& quem nō trahat;quare illum trahat, & illum non trahat , noli velle iudicare , si non vis errare. Semel accipe & intellige , nondum traheris , ora vt traharis: hoc etiam ostendi potest per exemplum . nā assignari potest ratio quare artifex ponit aliquos lapides inferius , & aliquos superius,& aliquos ex lateribus,ex dispositione domus,cuius complementum hoc exigit. Sed quare hos lapides hic ponat, & hos ibi,dependet à sua simplici voluntate. Et inde est', quòd prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem artificis. Sic ergo Deus ad complemēcum vniuersi quosdam quidem trahit , vt in eis appareat sua misericordia,quosdam vero non trahit, vt ostendatur in eis sua iustitia, Sed hos trahit , illos non trahit secundū suum beneplacitū, volūtatis . Similiter etiā quāte in ecclesia aliquos fecit Apostolos, alios Cōfessores , alios Martyres ; ratio est propter Ecclesię decorem,& complementū. Sed quare Petrum fecit Apostolum,Stephanum Martyrem,& Nicolaum Confessorem, non est alia ratio,nisi voluntas ſ a. Sic ergo patet humanę facultatis delectus,& auxilij diuini subsidium. Sequitur auxilij finis, & fructus cum dicit.

in inuicem: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.
d Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
e Est scriptū in Prophetis, erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Non quia patrem vidit quisquā, nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem.

d ET iam inquantum homo. nam per ea quę Christus in carne sua gessit,consequimur resurrectionis fructum. Rom.5. Sicut per hominem mors, ita & per hominem resurrectio mortuorum, [ego,] ergo *secundum* quòd homo [resuscitabo eum ,] *non solum* ad vitam naturæ,sed etiam ad vitam gloriæ . Et hoc [in nouissimo die.] Tenet enim fides catholica , quòd status mundi innouabitur'. Apocal.21. Vidi cœlum nouum,& terram nouā . Et inter alia quæ ad hanc inuouationem concurrent, credimus cœli motum cessare, & per consequens tempus . Apoc.10. Et Angelus quem vidi stantem,&c. Et infr. quia tempus non erit amplius. Quia ergo cessante tempore in resurrectione, cessabit etiam nox & dies,secundum illud Zachar.14. Erit dies vna quę nota est Domino,non dies,neque nox,ideo dicit, [resuscitabo eum in nouissimo die.] Quare autem *usque tunc cœli motus duret & tēpus,non minus vel amplius, sciendum* est, quòd illud quod est propter aliud diuersimode disponitur secundum diuersam dispositionem eius propter quod est . Omnia autem corporalia propter hominem facta sunt , & ideo secundum diuersam dispositionem hominis diuersimode ea disponi oportet . Quia ergo in hominibus quando resurgent inchoabitur status incorruptionis:secundum illud . 1.Cor.15. Mortale hoc induet incorruptionem, ideo cessabit tunc etiam corruptio in rebus . Vnde cessabit motus cœli,qui est causa generationis , & corruptionis in rebus corporalibus. Rom.8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. Sic ergo patet, quòd ad fidē necessaria est nobis attractio patris. Consequenter cum dicit.

e DEterminat modum attrahendi . Et primo ponit attrahendi modum. Secundo attractionis efficaciam ibi. [Omnis qui audiuit à patre.] Tertio excludit opinatum modum attractionis ibi. [Non quia patrem,&c.] modus autē attrahendi est congruus,quia trahit reuelando & docendo, & hoc est quod dicit. [Scriptum est, In Prophetis , erunt omnes docibiles Dei,&c.] Beda dicit hoc esse scriptum in Iohel : sed non videtur expresse ibi esse, licet aliquid cōsonum dicitur, & Iohel.2. Filij Syon exultate in Domino Deo vestro , quia dabit vobis *doctorem iustitię. ideo* autem secundum Bedam dicit in Prophetis,vt det intelligere,quòd sensus iste potest colligi ex diuersis dictis Prophetarum Sed expressius uidetur hoc dici. Isa.54. Ponam filios tuos vniuersos doctos à Domino . Dicitur etiam Hiere.3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum , qui pascent vos scientia, & doctrina: hoc autem est quod dicit [Erunt omnes,] potest tripliciter intelligi. Vno modo: vt li [omnes] supponat pro omnibus hominibus mundi. Alio modo vt supponat pro omnibus qui sunt in ecclesia Christi. Tertio modo pro omnibus qui erunt in regno cœlorum. Si autem dicatur primo modo, videtur non esse verum. nam *statim* subdit. [Omnis qui audiuit à patre & didicit , venit ad me.] Si ergo omnes de mūdo erunt docibiles , ergo omnes venient ad Christum; sed hoc est falsum, quia non omnium est fides. Sed ad hoc tripliciter respondetur. Nam secundum Chryso. primo modo dicendum, hoc dictum esse de pluribus. [Erunt,] inquit [omnes.] idest plurimi;secundum quem modum dicitur. Matth.8. Multi venient ab Oriente & Occidente, &c. Secundo, quòd [omnes] quantum est ex Deo [erunt docibiles,] sed quòd aliqui non docentur est ex parte eorum. Sol enim quātum est de se, omnes illuminat, potest autem ab aliquibus non videri, si claudant oculos , vel si sint cœci. Et hoc modo *dicit* Apostolus 2. Thim. vlt. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis uenire . Tertio modo secundum Augu. quòd hęc est accommoda distributio ut dicat. [Omnes erunt docibiles Dei.] idest, omnes qui docentur à Deo docentur sicut loquimur de aliquo literarum magistro . Dicimus enim si est in ciuitate, solus iste docet omnes pueros de ciuitate , quia nullus docetur in ea nisi ab illo . Et hoc modo dicit, supr.1. Erat lux uera,&c. quæ illuminat,&c. Si autem exponatur de illis qui sunt in Ecclesia congregati,dicitur. [Erunt omnes,] scilicet qui sunt in Ecclesia docibiles

cibiles deo.] Nam Isa.54. dicitur. Ponā vniuersos filios doctos à Domino. In quo quidem ostenditur sublimitas fidei Christianæ, quæ non inhæret doctrinæ humanæ, sed doctrinæ Dei. Doctrina enim veteris testamenti data fuit per Prophetas, sed doctrina noui testamenti est per ipsum filium Dei. Heb.1. Multipharie multisq; modis, idest, in veteri testamento *Deus loquens*,&c. nouissime diebus istis,&c.& eodem secūdo. Quæ cū initium accepisset, enarrari per Dominum,&c. Sic ergo, omnes qui sunt in Ecclesia, sunt docti nō ab Apostolis, nō a Prophetis, sed ab ipso Deo, & ſm Augustinum, hoc ipsum quòd ab homine docemur, est ex Deo, qui docet interius. Matt.29. Vnus est magister vester Christus, nam intelligentia, quæ necessaria est præcipue ad doctrinam, *est nobis à Deo. Si autem exponatur* de his qui sunt in regno cœlorū, &c. tunc {omnes erunt docibiles Deo } quia eius essentiam immediate videbunt. 1.Ioan.3. Videbimus eum sicuti est. Attractio autem patris efficacissima est, quia {omnis qui audiuit a patre, & didicit, &c.} vbi duo ponit, vnum. ſ. quod pertinet ad donum Dei cum dicit {audiuit}. ſ. Deo reuelante. Aliud quod pertinet ad liberum arbitrium cum dicit {& didicit}. ſ. per assensum , & ista duo necessaria sunt in omni doctrina fidei. {Omnis qui audiuit a patre.} docentę & manifestante. {& didicit.} præbendo assensum. {Venit ad me.} venit inquam tripliciter, per cognitionem veritatis, per amoris affectum, & per operis imitationem. Et in quoliber oportet ę audiat & discat . nam qui venit per cognitionem veritatis , oportet eum audire Deo inspirante, ſm illud Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dñs Deus. & addiscere per affectum, vt dictū est, qui vero venit per amorem & desiderium, vt dicitur infra 7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. & hunc oportet audire verbum patris, & capere illud ad hoc vt adiscatur &. afficiatur. Ille enim discit verbū , qui capit illud ſm rationem dicentis. verbum autem Dei patris est spirans amorem; qui ergo capit illud cū feruore amoris : discit. Sap.7. In animas sanctas se transfert, Prophetas , & amicos Dei constituit. Per operis autem imitationē itur ad Christum : ſm illud Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis,&c. Et hoc etiā *modo,quicumq; discit, venit* ad Christum. nam sicut conclusio se habet in scibilibus, ita & operatio in operabilibus. In scitētiis autem quicumq; perfecte discit, venit ad conclusionem. ergo in operabilibus, qui perfecte verba discit, venit ad rectam operationem. Isa. 50. Dñs aperuit mihi aurē: ego autē non cōtradico. Sed quia aliqui potuerūt opinari ę omnes homines visibiliter a patre audirent, & addiscerēt, ideo vt hoc dñs excludat, subdit. {Non quia patrem vidit quisquā}. i. aliquis homo viuens in hac vita, non vidit patrem in sua essentia, ſm illud Exo.23. Non videbit me homo, & viuet. {nisi is}. ſ. filius {qui est a Deo, hic vidit patrem} suum per essentiam. vel {quisquam} non vidit patrem visione comprehensionis, qua visione nec homo, nec angelus eum vidit vnquā, nec videre potest {nisi is qui est ex Deo}. i. filius. Matt. 11. Nemo nouit patrem, nisi filius. Cuius quidem ratio est, quia cum omnis visio, siue cognitio fiat per aliquam similitudinem, ſm modum similitudinis, quam habent creatueæ ad Deum, secundum hoc habent cognitionem ipsius. vnde & Philosophi dicunt, ę intelligentiæ cognoscunt primam causam, secundum hanc quam habent similitudinem eius. Omnis autem creatura participat quidem aliquam similitudinem Dei , sed in infinitum distantē a similitudine suæ naturæ. & ideo nulla creatura potest ipsum cognoscere perfecte & totaliter , prout est in sua natura. Filius autem, quia perfecte totam naturam patris accepit per æternam generationem, ideo totaliter videt, & cōprehendit. Sed attendendum congruum ordinem loquendi. nā supra cum loqueretur de cognitione aliorum, vsus est verbo audi tus. hic vero cum loquitur de cognitione filij, vtitur verbo visionis. nam cognitio quæ est per visum , est immediata & aperta. ea vero quæ est per auditū, fit mediāte eo qui vidit. sic & nos cognitionem quā habemus de patre accepimus a filio, qui vidit, vt sic nullus patrē cognoscat nisi per Christum, qui eū manifestat, & nullus ad filium veniat, nisi a patre manifestante audierit.

LECTIO VI.

REpresso Iudæorum murmure , consequenter dominus satisfacit dubitationi, quæ orta erat in cordibus Iudęorum de verbo quod dixerat. ſ. Ego sum panis qui de cœlo descendi. Vbi intendit probare hoc verum esse de se. Et argumentatur sic. Ille panis descendit de cœlo, qui dat vitam mundo: sed ego sum panis dans vitam mundo, ergo ego sum panis qui de cœlo descendi, &c. Circa hoc tria facit, Primo ponit quasi minorē suæ rationis. ſ. {ego sum panis vitę.} Secundo ponit maiorem scilicet quòd panis qui de cœlo descendit debet dare vitam: ibi {Patres vestri, &c.} Tertio ponit conclusionem, ibi {Ego sum panis viuus } Circa primum duo facit. Primo manifestat suum propositum. Secundo intentum quasi probatum inducit: ibi {Ego sum, &c.} Propositum suum est ostēdere ę sit panis vitę. Panis aut viuificat inquantū sumitur . Cōstat aut, ę qui credit in Christū, sumit eū intra seipsum: ſm illud Ephes.3. Habitare Christum per fidem cordibus nostris. Si ergo ille qui credit in Christum habet vitam, manifestum est, ę manducando hunc panem *viuificatur: ergo iste* panis est panis vitæ. Et hoc est quod dicit {Amen amen dico vobis, qui credit.} fide. ſ. formata , quæ non solum perficit intellectum : sed etiam affectum. Non. n. tenditur in rem creditā, nisi ametur. Christus aut est in nobis dupliciter, scilicet in intellectu per fidem, inquātum fides est, et affectu per charitatem, quæ informat fidē. 1. Ioan.4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui ergo credit sic in Christum, vt in eū tendat hēc ipsum in affectu & intellectu. & si addamus, ę Christus est vita æterna (vt dicitur 1. Ioan. vlt. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo : hic est verus Deus, & vita æterna. Et supra 1. In ipso vita erat.) possumus *inferre*, quòd quicumque credit in Christum , habet vitam æternam . Habet inquam in causa, & in spe: quandoque habiturus in re. Manifestato proposito inducit intentum cum dicit .

I DEst, dans vitam: vt euidenter sequitur ex præmissis. De isto pane Genes. penult. Asser pinguis panis eius præbebit delitias, scilicet vitę æternę, Regibus. Consequenter cum dicit.

c POnit maiorem, scilicet quòd dare vitam, sit effectus panis de cœlo descendentis. Et primo præmittit manifestationē propositi. Secundo ponit intentum ibi {Hic est panis.} Propositum autem suum manifestat per contrarium . *Dictum est enim* supra, ę Moyses nō dedit Iudæis panem de cœlo nisi aereo; omnis autem panis qui non est de vero cœlo, non potest vitam sufficientem dare: ergo hoc est proprium panis cœlestis, ę det vitā. & ideo panis Moysi vnde vos superbitis: non dat vitā: & hoc probat cum dicit {Patres vestri manducauerunt, &c.} Vbi primo exprobrat eorū vitium cū dicit {Patres vestri, &c.} quorū. ſ. estis filij: non solum secundum carnis originē: sed etiam ſm operū imitationē, qa estis murmuratores, sicut & ipsi murmurauerūt in tabernaculis suis, vt dicit in Psal. 105. & ideo dicebat eis. Mat. 23. Implete mensurā patrum vestrorum. Vnde *sicut Aug. dicit* . De nulla re magis Deū offendisse populus dictus est, q̄ contra Deum murmurando. Secūdo insinuat breue tēporis spatiū cū dicit {in deserto.} Non. n. longum tempus fuit , ę manna eis datum fuit, neque simul cū eis venit in terrā promissionis: sed tantū in deserto, vt dicit Iosue 5. iste aut panis in perpetuū cōseruat & reficit. Tertio manifestat cibi defectū : quia non conseruabat vitā indeficientē. Vnde dicit {& mortui sunt} Nā sicut habet Iosue 5 Omnes ę murmurauerūt prętor Iosue & Caleph, mortui sunt in deserto . Vnde & hæc fuit causa secūdæ circūcisionis. ſ. ę omnis populus qui egressus est ex Aegypto mortui sunt in deserto: *vt ibi* dem dicitur. Sed quæritur de qua morte Deus hic loquitur . Nā si loquitur de morte corporali, nulla differētia erit inter panem *illum qui fuit in deserto* , & panem nostrum qui de cœlo descendit. quia etiam Christiani qui sumunt istum, corpora iter moriuntur . Si vero loquitur de morte spirituali, manifestum est ę hic & ibi quidam spiritualiter moriuntur, & quidam non. Nam Moyses & multi qui Deo placuerunt, mortui non sunt, licet alij mortui sint. Similiter & qui istum panem indigne sumunt, moriuntur spirituaiiter. 1. Cor. 11. Qui enim manducat & bibit. Ad quod dicendum est , ę cibus ille cum cibo nostro *spirituali* conuenit. Conueniunt quidē quantum ad hoc, ę vterque idem significat . Nam & ille & iste Christū signat : propter quod dicit idem cibus. 1. Cor. 11. *Omnes eandem escā manducauerūt.* Eandem dicit: quia vtraque est figura spiritualis escæ. Sed differunt, quia ille figurabat tantum , sed panis iste continet quod figurat, scilicet ipsum Christum. Dicendum ergo ę ę vterque ciborū istorū potest dupliciter sumi . Vel quantum ad signum tantum, idest ę sumatur vt cibus tantum , non intellecto significato, & per hoc non tollitur mors spiritualis, seu corporalis . Vel quòd sumatur quantum ad vtraque, idest, ę ita sumatur cibus visibilis, vt intelligatur cibus spiritualis , & spiritualiter gustetur: vt spiritualiter fatiet . Et hoc modo illi qui spiritualiter manducauerunt manna, mortui non sunt spiritualiter . Sed & qui eucharistiam spiritualiter manducāt, & absque peccato spiritualiter viuunt nunc corporaliter & viuent in æternum. Habet ergo plus cibus noster cibo illorum: quia in se continet quod figurat. Manifestato ergo proposito, inducit intentum. Vnde dicit.

A B C D E F G H I K

d ET ſm glo. {Hic} dicit demonſtrando ſeipſum; ſed hic non eſt intellectus dñi: quia cum ſtatim ſubdat {Ego ſum panis viuus, &c.} eſſet verborum inculcatio. Dicēdum eſt ergo, q̃ dñs hoc intendit, vt. ſ. dicat illum panē de cœlo deſcendere, qui hoc poteſt facere. ſ. dare vitam: ſed ego ſum talis. Ergo ego ſum panis de cœlo deſcendens.

d Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.
e Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi.
f Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.
g Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

ideo autem panis de cœlo deſcendens dat vitam indeficiētem, quia omnis cibus nutrit ſecundū proprietatē ſuæ naturæ. Cœleſtia autem incorruptibilia ſunt, & ideo quia cibus ille cœleſtis eſt, non corrumpitur, quod quamdiu manet viuificat. qui ergo mãducauerit ex ipſo, non morietur, ſicut ſi aliquis cibus corporalis numq̃ corrumpereturdans nutrimentum, ſemper viuificaret. & ideo panis ille ſignificatus eſt per lignum vitæ, quod erat in medio paradiſi, quodam modo dans vitam in perpetuum, ſecūdum illud Gen. 3. Nunc ergo ne forte mittat manum ſuã, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. ſi ergo ille ſit effectus huius panis, vt ſcilicet qui manducat ex eo non moriatur, et ego ſum talis ergo.

e CIrca hoc ergo duo facit. Primo loquitur de ſeipſo communiter. Secundo ſpecialiter, ibi {Et panis, &c.} Circa primū duo facit. Primo concludit originem ſuiipſius. Secundo oſtēdit eius virtutem ibi. {Si quis manducauerit, &c.} Dixit ergo. {Ego ſum panis viuus} & ideo poſſum vitã dare. Panis enim corporalis non in perpetuum viuificat, quia non habet in ſe vitam, ſed viuificat alteratus & conuerſus in nutrimentū virtute viuentis. {Qui de cœlo deſcendi.} hoc expoſitum eſt ſupra, 3. Quomodo ſcilicet deſcenderit. Et propter hoc excluduntur hæreſes, dicentium Chriſtū purum hominem, quia ſm hoc non deſcendiſſet de cœlo. Virtus aūt eius eſt dare vitam æternam. Et ideo dicit.

f SI quis manducauerit ex hoc pane} ſpiritualiter, ſcilicet {viuet} non tantum in præſenti per fidem & iuſtitiam, ſed in æternum.} infra. 10. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternū. Conſequenter loquitur de corpore cum dicit.

g DIxerat enim, q̃ erat panis viuus, & ne intelligatur, quòd hoc ei eſſet in quantum eſt verbum, vel ſm animam tantum, ideo oſtendit, q̃ etiam caro ſua viuificatiua eſt. Eſt enim organum diuinitatis ſuæ. vnde cum inſtrumentum agat virtute agentis, ſicut diuinitas Chriſti viuificatiua eſt, ita (vt Damaſcenus dicit.) et caro virtute verbi adiuncti viuificat. vnde Chriſtus tactu ſuo ſanabat infirmos. ſic ergo, quod dixit ſupra. Ego ſum panis viuus, pertinet ad virtutem verbi. hic vero quod ſubdit, pertinet ad communionem ſui corporis, ſcilicet ad Euchariſtiæ ſacramentum. Vbi poſſumus quatuor conſiderare circa ipſum ſacramentum. ſ. ſpeciem, inſtituentis auctoritatem, ſacramenti veritatē, & eius vtilitatem. Species quidem ſacramenti. {Hic eſt panis.} Prouer. 9. Venite & comedite panē, &c. Cuius ratio eſt, quia hoc eſt ſacramentū corporis Chriſti. Corpus aūt Chriſti eſt eccleſia, quæ conſurgit in vnitate corporis ex multis fidelibus. vnde iſtud eſt ſacramentū vnitatis Eccleſiæ. Rom. 12. Oēs vnum corpus, &c. Quia ergo panis ex diuerſis granis conficitur, ideo eſt conueniens ſpēs ſacramenti huius, ideo dicit. {Et panis, &c.} Auctor huius ſacramenti Chriſtus eſt. nam licet ſacerdos conſecret, tñ ipſe Chriſtus dat virtutem ſacramento, q̃ etiã ipſe ſacerdos conſecrat in perſona Chriſti. vnde in aliis ſacramentis vtitur ſacerdos verbis ſuis ſeu eccleſiæ, ſed in iſto, vtitur verbis Chriſti. quia ſicut Chriſtus corpus ſuum propria voluntate dedit in mortē, ita ſua virtute dat ſe in cibū. Matth. 26. Accipiens panē, &c. & ideo dicit {quem ego dabo;} & dicit {dabo:} quia nondum inſtitutū erat hoc ſacramentum. veritas aūt huius ſacramenti inſinuatur cum dicit {caro mea eſt.} non dicit aūt, carnem meam ſignificat, ſed {caro mea eſt,} quia ſm rei veritatē hoc quod ſumitur, vere eſt corpus Chriſti. Iob. 21. Si nõ dixerunt viri tabernaculi mei, quis det carnibus eius, vt ſaturemur? Sed cum in iſto ſacramento contineatur totus Chriſtus, quare dixit tantũ {caro mea eſt?} Ad quod ſciendũ eſt, q̃ in illo myſtico ſacramento totus Chriſtus continetur ſm veritatē, ſed corpus eſt ibi ex vi conuerſionis. Diuinitas vero & anima per naturalem concomitantiã. Dato enim per impoſſibile, q̃ diuinitas ſepararet à corpore Chriſti, iã non eſſet in ſacramento, diuinitas. Similiter etiã ſi in triduo mortis ſuæ aliquis conſecraſſet, non fuiſſet ibi anima Chri, ſed tale corpus quale erat in cruce ſeu in ſepulchro. ideo aūt potius dicit {caro} quia cũ hoc ſacramentum ſit Dñicę paſſionis reminiſcentiaū. ſm illud 1. Cor. 10.

F Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicẽ bibetis, mortem Dñi annunciabitis. Paſſio aūt Chriſti fuit ex infirmitate: ſm illud Cor. vlt. Mortuus eſt ex infirmitate, &c. Vt ergo inſinuetur infirmitas ex qua mortuus eſt, potius dicit {caro mea eſt.} Nã hoc nomen infirmitatē ſignificat. Vtilitas aūt huius ſacramẽti magna eſt & vniuerſalis. Magna quidẽ, q̃ efficit in nobis nũc vitã ſpiritualẽ, tandẽ æternã: vt dictũ eſt. Nã vt ex ſupradictis apparet, eſt hoc ſacramentum ſit Dñicæ paſſionis, totũ etiã eſt effectus huius ſacramẽti. Nihil n. aliud eſt hoc ſacramentũ, q̃ applicatio Dñicæ paſſionis ad nos. Non enim dicebat Chriſtũ ſecundum præſentiã ſuam ſemper eſſe nobiſcũ. & ideo voluit hoc ſupplere per hoc ſacramentum. Vnde manifeſtum eſt, q̃ deſtructio mortis, quam Chriſtus moriendo deſtruxit, & reparatio vitæ, quam reſurgendo effecit, eſt effectus huius ſacramenti. Vniuerſalis aūt, quia vita quam confert, non ſolum eſt vita vnius hominis, ſed quantum in ſe eſt, totius mundi: ad quam ſufficiens eſt mors Chriſti. 1 Ioan. 1. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantum, ſed etiam totius mundi. Notandum autem eſt, quòd aliter eſt in iſto ſacramento & aliter in alijs. Nam alia ſacramenta habent ſingulares effectũ, ſicut in baptiſmo ſolus baptizatus ſuſcipit gratiam, ſed in immolatione huius ſacramenti eſt vniuerſalis effectus: quia non ſolũ ſacerdos effectum conſequitur, ſed etiam illi pro quibus orat, & eccleſiæ tota, tam viuorum, quàm mortuorum. Cuius ratio eſt, quia continetur in ipſo ipſa cauſa vniuerſalis omnium ſacramẽtorum, ſcilicet Chriſtus. Nec tamẽ ſi laicus ſumat hoc ſacramentum, prodeſt alijs quantum eſt ex opere operato, inquantum conſideratur vt perceptio, quamuis ex intentione operantis, & percipientis, poſſit communicari omnibus ad quos dirigit ſuam intentionem. Ex quo patet, quòd laici ſumentes Euchariſtiam, pro his qui ſunt in purgatorio, errant.

LECTIO VII.

SVpra repreſſit Dominus murmur Iudeorum, quod ortum habuit de origine cibi ſpiritualis, hic reprimit eorum litigium, quod erat inter eos de ſumptione huius cibi. Et primo ponitur eorum litigium. Secundo Dominus cõprimit illud ibi. {Dixit ergo eis Ieſus, &c.} Tertio, Euangeliſta deſignat locum ibi. {Hæc dixit, &c.} Circa primum ſciendum eſt, quòd Euangeliſta Iudæorum litigium inducit per modum concluſionis, cum dicit. {Litigabãt ergo, &c.} Et quidem ſatis congrue. nam ſecundum Aug. Dñs locutus fuerat eis de cibo vnitatis, quo qui reficiuntur, efficiuntur vnanimes, ſm illud Pſal. 57. Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & lętentur in lætitia. Et ſequitur ſm aliam literam. Qui habitare facit vnanimes in domo. Quia igitur Iudei cibum concordiæ non ſumpſerant, ideo adinuicem litigabant. Iſa. 58. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Ex hoc aūt quòd litigabant cũ alijs, ſe eſſe carnales oſtendebant. 1. Cor. 3. Cũ ſit inter vos zelus & cõtentio, nonne carnales eſtis? Et ideo hæc verba Domini carnaliter intelligebant. ſ. quòd caro Chriſti mãducaretur, ſicut cibus carnalis. Vñ dicũt. {Quõ poteſt hic carnem, &c.} q. d. hoc eſt impoſſibile, ſicut & patres eorum locuti ſunt cõtra Dominũ. Num. 21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, ſed hoc eorum litigium comprimitur à Domino. Vnde.

b VBi primo ponit virtutem ſumptionis huius cibi. Secundo manifeſtat eam ibi. {Qui manducat meam carnẽ, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit carnis manducandę neceſſitatẽ. Secũdo eius vtilitatẽ ibi. {Qui manducat carnẽ meã, &c.} Tertio ſubdit eius veritatẽ: ibi {caro enim mea.} Dixit ergo Ieſus. {Ameñ amẽ dico vobis, niſi mãducaueritis.} q. d. vos reputatis impoſſibile & incongruũ, q̃ carnẽ meã manducetis, non ſolũ non eſt impoſſibile, ſed etiam eſt valde neceſſarium, intantũ, q̃ {niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis.} i. nõ poteritis habere {in nobis vitã.} ſ. ſpiritualem. Nã ſicut cibus corporalis ita eſt neceſſarius ad vitã corporalem, q̃ ſine eo eſſe nõ poſſit. (Tren. 1. Dederunt prętiоſa quæq; pro cibo, & in Pſal. 103. Panis cor hominis cõfirmet,) ita cibus ſpiritualis neceſſarius eſt ad vitam ſpiritualem adeo quòd ſine ipſo vita ſpiritualis ſuſtentari non poſſit. Deute. 8. Non in ſolo pane viuit homo, &c. Notãdum aūt, quòd hæc ſententia poreſt

teſt referri vel ad ſpiritualem manducationem, vel ad ſacramentalem. Sed ſi referatur ad ſpiritualem, nullam dubitationem hẽt ſententia. Ille enim ſpiritualiter carnem Chriſti manducat, & ſanguinem bibit, qui particeps ſit eccleſiaſticæ vnitatis, quæ fit per charitatem. j. Cor. 10. Omnes vnũ corpus eſtis in Chriſto. Qui ergo nõ ſic mãducat eſt extra eccleſiam, & per cõſequẽs extra charitatẽ. ideo non habet vitã in ſemetipſo. j. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte. Si vero referatur ad ſacramẽtale, dubium habet quod dicitur, nã ſup. 3. dicitur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, nõ poteſt introire in regnũ cœlorum, eſt ſicut propoſita fuit illa ſententia. ita & iſta. {niſi manducaueritis, &c.} Cum ergo baptiſmus ſit ſacramentũ neceſſitatis, videtur etiã q̃ Euchariſtia. Sed hoc quidem Græci concedunt. vnde & pueris baptizatis dant Euchariſtiam. & in hoc habent pro eis ritũ Dionyſ. qui dicit, q̃ perceptio cuiuslibet ſacramenti debet conſumari in cõione Euchariſtiæ, quæ eſt conſumatio omnium ſacramentorũ, ſed hoc verũ eſt in adultis, non aūt in pueris, cũ in ſumente Euchariſtiam, exigatur actualis reuerentia & deuotio, quã illi qui non habent vſum liberi arbitrij, ſicut ſunt pueri & amentes, habere non poſſunt, & ideo nullo modo eis eſt danda. Dicendum ergo, q̃ ſacramentum baptiſmatis eſt neceſſariũ quantum ad oēs, vt realiter accipiaẽ, quia ſine eo nullus regeneratur ad vitam. & ideo oportet, q̃ ipſum habeatur in re, vel in voto, quantũ ad præoccupatos. nam ſi contemptus in aliquo baptiſmum aquæ excludat, neq; baptiſmus flaminis, nec ſanguinis prodeſt ei ad vitã æternã. Sacramentum vero Euchariſtiæ eſt neceſſitatis quantũ ad adultos tantũ, ita q̃ recipiatur re vel voto ſm Eccleſiæ inſtituta. Sed ſecundũ hoc etiã dubitatur, quia per hæc verba Dñi, non ſolum manducatio corporis, ſed etiã ſumptio ſanguinis eſt de neceſſitate ſalutis, præſertim cũ perfecta refectio cibi non fit ſine potu. Cum ergo conſuetudo aliquarũ eccleſiarum ſit, q̃ ſolus ſacerdos cõicet de ſanguine, alij vero communicant corpori tantum, videt huic ſententiæ contrariari. Reſpondeo dicendum, q̃ ſm antiquæ Eccleſiæ conſuetudinem, oēs ſicut communicabant corpori, ita cõmunicabant & ſanguini, quod etiã adhuc in quibuſdam Eccleſiis ſeruatur: vbi etiã miniſtri altaris continue & corpori & ſanguini cõicant. Sed propter periculum effuſionis in aliquibus ſec eccleſiis ſeruatur, vt ſolus ſacerdos cõicet ſanguini, reliqui vero corpori, nec tñ eſt contra ſententiam dñi, quia qui communicat corpori, communicat etiam ſanguini, cum ſub vtraq; ſpecie totus Chriſtus contineatur, etiã quantum ad corpus & ſanguinẽ. Sed ſub ſpeciebus panis continetur corpus Chriſti ex vi cõuerſionis, ſanguis vero ex naturali concomitantia. Sub ſpeciebus vero vini, continetur ſanguis Chriſti ex vi conuerſionis, corpus vero ex concomitãtia, naturali. Sic ergo apparet neceſſitas ſumẽdi hunc cibum ſpiritualem. Vtilitas eius oſtenditur cum dicit.

c ET primo quantum ad ſpiritũ ſeu animam: ſecundo quantũ ad corp̃, ibi. {Et ego reſuſcitabo, &c.} Eſt ergo vtilitas huius manducationis magna, quia dat vitam æternam. vnde dicit. {Qui manducat meam carnem, &c.} Nam cibus iſte ſpiritualis eſt ſimilis quidem corporali in hoc, q̃ ſine ipſo vita ſpiritualis eſſe non poteſt, ſicut nec ſine corporali cibo vita corporalis, vt dictũ eſt ſupra. Sed amplius habet ab eo, quia cauſat indeficientem vitam in ſumente, quã cibus corporalis non efficit. non. n. qui eum ſumpſerit viuet. Poteſt enim fieri, vt Augu. dicit, vt ſenio vel morbo, & aliquo caſu plurimi qui eum ſumpſerint moriantur. qui vero hunc cibum & potũ corporis & ſanguinis dñi ſumpſerit {habet vitã æternam.} & ideo comparatur ligno vitæ. Prouerb. 3. Lignum vitę eſt his qui apprehenderunt, &c. vnde dicitur panis vitæ. Eccl 15. Cibauit illum pane vitæ, &c. & ideo dicit {vitã æternam.} & hoc quia qui manducat hunc panẽ hẽt in ſe Chriſtum, qui eſt verus Deus, & vita æterna, vt dicitur. j. Ioan. vlt. Sed ille habet vitã æternam, qui manducat & bibit, vt dñ non ſolum ſacramentaliter: ſed etiã ſpiritualiter. Ille vero ſacramentaliter manducat & bibit, qui ſumit ipſum ſacrm. Spiritualiter vero qui pertingit ad rem ſacramenti, quę eſt duplex, vna contenta & ſignata, quæ eſt Chriſtus integer, qui cõtinetur ſub ſpeciebus panis & vini. alia res eſt ſignata & non contenta, & hoc eſt corpus Chriſti myſticũ, quod eſt in prædeſtinatis, vocatis, & iuſtificatis. Sic ergo ſpiritualiter mãducat carnẽ, & bibit ſanguinẽ per comparationem ad Chriſtũ contentum & ſignatum, qui coniungitur ei p fidem & charitatẽ, ita q̃ transformat in ipſum: & efficitur eius membrũ. non enim cibus iſte cõuertit in eũ qui ſumit: ſed manducantẽ cõuertit ad ſe, ſm Augu. Cũ dixit, Cibus ſum grãdiũ, creſce & mãducabis me, nec tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me, & ideo eſt cib̃ hominẽ diuinũ

A facere valens, & diuinitate inebrians. Item per comparationem corpus myſticum ſignatum tantum ſi fiat particeps vnitatis eccleſiaſticæ. Qui ergo ſic manducat {habet vitam æternam.} & de primo per comparationem ad Chriſtum ſatis iam patet. Similiter per cõparationem ad corpus myſticũ, de neceſſitate habebit vitam æternam: ſi perſeueret. Nã vnitas eccleſiẽ fit per ſpiritum ſanctũ. Eph. 2. Vnus ſpiritus & vnũ corpus, qui eſt pignũ hæreditatis æternæ: vt dicitur Eph. 1. Eſt ergo magna vtilitas huius cibi, quia dat vitã æternam animę. Sed etiã magna eſt, quia dat vitã ęternã etiã corpori. & ideo ſubdit.

d SIcut enim dictum eſt, quòd ille qui ſpiritualiter manducat & bibit, fit particeps ſpirituſſanctũ, per quem vnimur Chriſto vnione fidei & charitatis, & per quem efficimur membra eccleſiæ. Reſurrectionẽ aūt facit mereri ſpirituſſanctus. Ro. 7. Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum a mortuis; reſuſcitabit & mortalia corpora noſtra propter inhabitantẽ ſpiritum eius in nobis. & ideo dicit dñs, q̃ eum qui manducat & bibit, reſuſcitabit ad gloriam, nõ ad condẽnationẽ: quia hæc reſuſcitatio nõ prodeſſet, & quidem ſatis cõgrue hmõi effectus ſacramento euchariſtię attribuit: quia vt dicit Aug. & dictũ eſt ſupra, verbũ reſuſcitat animas. Sed verbũ caro factũ viuificat corpora. In hoc aūt ſacramento nõ ſolum eſt verbũ ſecundum ſuã diuinitatẽ: ſed etiam ſm veritatẽ carnis. & ideo nõ eſt ſolũ cauſa reſurrectionis animarũ ſed etiam corporũ. 1. Cor. 15. Per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Patet ergo vtilitas huius mãducationis. Veritas autem eius oſtenditur cum dicit.

e POſſet enim aliquis credere, quòd ea quę de carne dicta ſunt & ſanguine, enigma & parabola eſſet. & ideo hoc dominus excludens dicit. {Caro mea vere eſt cibus} q. d. non intelligatis, quod figuraliter loquar: ſed ſecundum veritatem caro mea cõtinetur in cibo fidelium. {Et ſanguis meus vere continetur in ſacramento altaris. Mat. 26. Hoc eſt corpus meum, &c. & hic eſt ſanguis, &c. Vel aliter ſecundum Chryſoſt. {quia cibus, & potus ſumitur ad refectionẽ hominis. In homine aūt ſunt duę partes, principalis quæ eſt anima, et ſecundaria quæ eſt corpus. Illud autem quod eſt homo, eſt per animam non per corpus, illud ergo eſt vere cibus hominis, qui eſt cibus animæ. & hoc eſt quod dominus dicit. {Caro enim mea, &c.} Quia non ſolũ eſt cibus corporis: ſed etiã animę. Similiter & ſanguis. Pſal. 22. Super aquã refectionis educauit me, animã meã cõuertit. quaſi diceret. Hæc refectio ſpecialiter ad animam ordinatur. Vel aliter ſm Aug. Illud vere dicitur eſſe aliquid, quod facit effectum eius. Effectus aūt cibi eſt, vt ſatiet. Quod ergo vere facit ſatietatem, vere eſt cibus & potus, hoc autem facit caro & ſanguis Chriſti, qui ducit ad ſtatũ gloriæ vbi non eſt eſuries neque ſitis. Apoc. 7. Non eſurient nec ſitient amplius. & ideo dicit. {Caro mea, &c.}

f HIc probat dominus cibi ſpiritualis virtutem ſupra poſitã, ſcilicet quòd det vitam æternam, & vtitur tali argumẽto. Quicumque manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ coniungitur mihi. Sed qui coniungitur mihi habet vitam æternam: ergo qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem habet vitã æternã. Secundũ hoc ergo tria facit. Primo ponit maiorẽ. Secundo minorẽ, & probat eã ibi. {Sicut miſit me, &c.} Tertio infert concluſionem ibi. {hic eſt panis, &c.} Sciendũ eſt ergo quantũ ad primũ, q̃ ſi hoc quod dicit. {Qui manducat carnem meã, &c.} referat ad carnẽ & ſanguinem myſtice: nulla dubitatio eſt in verbo. Nã ſicut dictum eſt, ille manducat ſpiritualiter per comparationem ad rem ſignatam tantum, qui corpori myſtico incorporatur per vnionem fidei, & charitatis. Charitas aūt facit Deum eſſe in homine, & econuerſo. j. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. & hoc eſt quod facit ſpirituſſanctus. Vnde ibidem. In hoc cognoſcimus quoniã in Deo manemus, & Deus in nobis, quia de ſpiritu, &c. Si vero referatur ad ſumptionem ſacramentalẽ: tunc non quicũque mãducat carnẽ & bibit ſanguinẽ, manet in Deo: q̃a ſicut dicit Aug. eſt q̃dã modus manducandi illam carnẽ & bibẽdi illum ſanguinẽ: quo qui manducat & bibit, in Chriſto manet, & Chriſtus in eo. Sed hic eſt ille qui non ſacramentaliter tantũ, ſed reuera corpus Chriſti manducat: & ſanguinẽ bibit. Eſt & alius modus: quo qui manducant non manet in Chriſto: nec Chriſtus in eis: hoc eſt qui in corde ficto ad illud accedunt. nullum. n. effectum habet ſacramentum in ficto. Fictus enim eſt, cum nõ reſpondet interius, q̃d ſignat exterius. In ſacramento autem euchariſtiæ exterius quidẽ ſignat, q̃ Chriſtus incorporet in eo qui percipit illud, & ipſe in Chriſto. Qui ergo non habet in corde deſiderium huius vnionis, nec conatur ad remouẽdum omne impedimentum ad hoc, eſt fictus Et ideo Chriſtus in eo non manet: nec ipſe in Chriſto.

e HIc ponit minorem, scilicet quòd qui cõiungitur Christo, haber vitam. Et inducit hoc in manifestatione cuiusdam similitudinis, quæ talis est. Filius propter vnitatem quam habet ad patrem, recipit vitam à patre: ergo qui vnitur Christo, recipit vitam à Christo. & hoc est quod dicit. {Sicut misit me, &c.} quæ quidẽ verba possunt dupliciter exponi de Christo, scilicet secundum humanam naturam, & secundum diuinam. Si enim exponãtur de Christo filio Dei: tunc {sicut} importat similitudinem. Christi ad creaturã quantum ad aliquid: sed non quantum ad omnia: sed quantum ad hoc, quod est esse ab alio. nam hoc est cõmune Christo filio Dei & creaturæ, q̃ sunt ab alio: sed quantum ad aliud est dissimile, quia filius habet aliquid proprium, quia scilicet sic est a patre, q̃ tamen recipit totam plenitudinem diuinæ naturæ, in tantum, q̃ quicquid est naturale patri, sit etiam naturale filio. Creatura vero accipit aliquam perfectionem & naturam particularem. supra 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. & hoc ostendit, quia nõ ait, Sicut manduco patrem, & ego viuo propter patrem, cum loquatur de processione sua a patre, sicut dixit. {qui manducat me, & ipse viuet propter me.} cum loquitur de participatione corporis & sanguinis eius, qua nos efficimur meliores. nam manducatio quãdam participationẽ dicit. Sed Christus dicit se viuere propter patrẽ: non quidem manducatum, sed generantem, sine æqualitatis detrimento. si vero exponatur de Christo homine, sic quantum ad aliquid {sicut} importat similitudinẽ in li Christum hominem, & nos in hoc. scil. q̃ sicut Christus homo accipit spiritualem vitã per vnionem ad Deum, ita & nos accipimus spiritualem vitam in communione sacramenti. Sed tamen est dissimile, quia Christus homo accepit vitam per vnionem verbi cui in persona vnitur: sed nos vnimur Christo per sacramentum fidei. & ideo duo dicit {misit me.} & {pater.} Si ergo referatur ad filium Dei, tũc dicit {viuo ego propter patrem.} quia ipse pater viuens est. si vero referatur ad filium hominis, tunc dicit {viuo ego propter patrẽ.} quia {misit me} .i. fecit me incarnari. Missio enim filij Dei est eius incarnatio. Gal. 4. Misit Deus filium suum, &c. Per hoc ergo ẽm Hylarium excluditur error Arrij. nam si nos propter Christum viuimus, quia aliquid de natura sua habemus, vt ipse dicit. Qui manducat meam carnem, &c. Ergo & Christus viuit propter patrẽ, quia habet in se naturam patris, non autem partem, quia simplex est & indiuisibilis: ergo habet totam naturam patris. Propter patrem ergo viuit filius, dum natiuitas non alienam ei intulit diuersam q̃ naturam. Consequenter cum dicit.

g Sicut misit me viuens pater: & ego viuo propter patrem: & qui manducat me: & ipse viuet propter me.

h Hic est panis qui de cœlo descendit, Non sicut manducauerunt patres vestri mãna, & mortui sunt.

i Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

k Hæc dixit in synagoga docẽs in Capharnaum.

h PONit duas conclusiones. nam de duobus litigabant. s. de origine spiritualis cibi, & de eius virtute. Prima ergo cõclusio est de origine. Secunda est de virtute, & hanc principaliter intendit, ibi {qui manducat hunc panem.} Sciendum est circa primum, q̃ Iudæi turbati fuerãt quia dixerat. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. & ideo contra eos hic iterum concludit ex hoc quod dicit: {viuo propter patrẽ} cum dicit {Hic est panis.} nam descendere de cœlo, est de cœlo originem habere; sed filius habet originem de cœlo, quia viuit propter patrem: ergo Christus est qui de cœlo descendit. & ideo dicit {Hic est panis qui de cœlo.} idest, de vita paterna descendit, & hoc quantum ad diuinitatem. vel descendit etiam quantum ad corpus, inquantum, scilicet virtus formatiua eius, q̃ fuit spiritusanctus, de cœlo fuit, vt virtus cœlestis. Vnde qui manducant hunc panem non moriuntur: quomodo mortui sunt patres nostri qui manducauerunt manna, non de cœlo: nec erat panis viuus vt dictum est supra. Quomodo autem mortui sunt qui manna manducauerunt, ex præmissis manifestum est. Secunda conclusio de virtute panis ponitur cum dicit.

i QVæ sequitur ex hoc. Qui manducat carnem meã. Qui enim manducat hunc panem manet in me, & ego in illo: sed ego sum vita æterna. {Ergo qui manducat hunc panem} vt debet {viuet in æternum.}

k LOcus autem vbi hoc dixit Iesus fuit {in synagoga.} in qua Christus docebat in Capharnaum. Volens enim multitudinem attrahere, in templo & in synagoga docebat, & vt ex multis saltem proficiant aliqui. Psalm. 29. Annunciaui iustitiam tuã in ecclesia magna.

F

LECTIO VIII.

OStquam compressit litigium Iudæorum, & murmur. Consequenter dominus sedat scandalum discipulorum. Et primo agitur de scandalo discipulorum recedentium. Secundo examinatur deuotio remanentium ibi. {Dixit ergo Iesus ad duodecim, &c.} Circa primũ tria facit. Primo ponitur scandalum discipulorum. Secundo benignitas Christi ad reprimendum ipsum ibi. {Sciens autẽ Iesus, &c.} Tertio ponitur pertinacia & incredulitas recedentium: ibi. {Ex hoc multi discipulorum eius, &c.} Sciendum est ergo circa primum, quòd multi erant in populo Iudæorum qui adhærebant Christo credentes ei, & sequebantur eum, non tamen relictis omnibus sicut duodecim, qui omnes dicebantur discipuli. Et de istis dicit, quòd {multi.} scilicet in populo qui ei credebant {audientes} quæ supra dixit {dixerunt, &c.} De istis dicitur Matth. 13. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Dicitur autem. {Multi.} quia vt dicitur Ecclesi. 1. Stultorum infinitus est numerus. Et Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Isti ergo dixerunt. {Durus est hic sermo.} Durum dicitur, quod non facile diuiditur, & resistentiam habet. Est ergo aliquis sermo durus: aut quia resistit intellectui, aut quia resistit voluntati, cũ. Illum intellectu capere nõ possumus: aut voluntati non placet, & vtroque modo erat istis durus sermo. Durum quidem intellectu; quia super excedebat imbecillitatẽ intellectus eorum. Cum. n. carnales essent, non poterant capere q̃d dicebat, se carnem suam daturum esse ad manducandum. Voluntati autem, q̃a multa dixit de potentia suæ diuinitatis, & licet isti crederent ei: sicut Prophetæ: non tamen credebant eum Deum. & ideo videbatur eis, quòd loqueretur maiora seipso. 2. Corinth. 10. Epistolæ graues sunt. Ecclesiast. 6. aspera est nimium indoctis hominibus sapientia. & ideo sequitur. {Quis poteſt eum audire?} Hæc dicunt ad excusationem suam. nam ex quo dederant se ei, debebant eum audire: sed quia non docebat eos placentia, vellent aliquam occasionem quærere recedendi. Prouerb. 18. Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris quæ versantur in corde suo. Consequenter cum dicit.

I b PONitur benignitas Christi ad sedandum scandalum. Et primo denunciat, & manifestat scandalum. Secundo remouet causam scandali ibi. {Si ergo videritis, &c.} Tertio innuit ipsam causam: ibi. {Sed sunt quidam.} Scandalum autem denunciat, q̃a dixerant occulte. {Durus est hic sermo.} vt ab illo non audirentur. Sed ille qui virtute suæ diuinitatis nouerat quid dicebãt: hoc manifestat. Et hoc est quod dicit. {Sciens aũt Iesus apud semetipsum.} quod ipsi in semetipsis dicebant scilicet {quia murmurauerunt de hoc discipuli eius.} supra 5. Non erat ei opus, vt q̃s testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine Psal. 5. Scrutans corda & renes Deus. {dixit eis, hoc vos scandalizat?} .q.d. de hoc non debetis scandilizari. Vel potest legi remissiue. q.d. Scio quòd de hoc scandalizamini. Isa. 8. Erit nobis. s. in Christo credentibus quidem in sanctificationẽ. In lapidem autem offensionis duabus domibus Israel. i. discipulis murmurantibus, & turbis. Sed cum doctores debeant vitare scandalum audientium; quare eis dominus talia dogmata proponit vnde scandalizarentur & recederent? Respondeo: dicendũ quòd necessitas doctrinæ exigebat, vt dominus eis talia proponeret. Institerant enim apud eum pro cibo corporali, qui venerat vt duceret in appetitum cibi spiritualis, & ideo necesse erat vt eis proponeret doctrinam de cibo spirituali, nec tamen scandalum eorum causabatur ex vitio doctrinæ Christi, sed ex eorũ infidelitate. Si. n. verba domini non intelligebant propter eorũ carnalitatem, poterant dominũ interrogare, sicut Apostoli aliàs fecerunt. Hoc autem secundum Aug. dominus dispensatiue permisit, vt bene docentibus causam patientiæ & consolationis cõtra malignantes eorum dicta præberet, cum discipuli etiam verbis Christi detrahere præsumerent. Consequenter cum dicit.

c TOllit occasionẽ scãdali, q̃ quidẽ erat, & de persona dicẽtis, & de verbis dictis, vt dicit Chry. & iõ primo remouet occasionẽ scãdali quantũ ad psonã dicentis. Secundo quantũ ad verba dicta ibi. {Spiritus est, &c.} Occasio aũt istorum fuit, quia audierant dominũ loqui de se diuina. Vnde quia ipsi credebant eum

LECTIO VIII.

MVlti ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis poteſt eum audire?

b Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dicit eis. Hoc vos scandalizat?

c Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius?

G

cum esse filiũ Ioseph, scandalizabantur ex hoc, quod de se dicit. & ideo hanc occasionem remouens ostendit eis, Deus apertius suam diuinitatem. vnde dicit. Vos turbamini de his, quæ de me dixi. {Si ergo videritis filiũ hominis ascendentẽ vbi erat prius?} supple quid dicetis? quasi dicat. numquam poteſtis negare quin de cœlo descẽderim: quin sim dator vel doctor vitæ æternæ. simile fecit in Nathanaele. cum enim dixerat. tu es Rex Israel: voluit eum ad perfectiorem cognitionẽ eleuare. vnde dixit ei, supra primo. Maiora his videbis. & ideo istis aliquid maius futurum de se manifestat dicens. {Si ergo videritis filium, &c.} Ascendit autẽ in cœlum videntibus discipulis, vt dicitur Act. 1. Si ergo ascendit vbi prius fuit, ergò prius fuit in cœlo. supra 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. sed attende, quòd etsi sit eadem persona filij Dei, & filij hominis in Christo, quia tamen natura est alia, ideo aliquid conuenit ratione humanitatis, scilicet ascendere, quod non conuenit ei ratione diuinitatis, secundum quam non habet quo ascendat, cum æternaliter sit in summo rerum vertice, scilicet in patre, sed secundum eam conuenit ei ascendere, vbi erat prius, scilicet in cœlo, vbi non fuit secundum humanam naturam, quod est contra errorem Valentini, dicentis Christum attulisse corpus cœleste. sic ergo vbi prius fuit secundũ diuinitatem ascendit videntibus Apostolis, & propria virtute secundum humanitatem. infra. 16. Exiui à patre & veni, &c Sed secundum Augustinum, aliter hęc verba introducuntur. Dicit enim, quòd isti scandalizati sunt de hoc, quod Dominus dixit, quòd daret eis carnem suam ad manducandum, quod intelligentes carnaliter, ac si eam ad literam deberent comedere, vt carnes animalium, scandalizati sunt. & hunc intellectum remouens, dicit. {Si ergo videritis filium hominis ascendentem,} integro corpore {vbi erat prius,} supple, numquid dicetis, q̃ sic daturus eram vobis carnem meã ad manducandum vt carnes animalium? Consequenter cum dicit.

d REmouet occasionem scandali ex parte verborum prolatorum. & secundum Chrysostomũ primo distinguit duplicem intellectum ipsorum verborum. Secundo ostendit quis eorum congruat ipsis verbis ibi. {verba quæ ego loquor, &c.} Sciendum est ergo quantum ad primum, quòd verba Christi secundum duplicem sensum intelligi possunt, scilicet secundum spiritualem & secundum corporalem. & ideo dicit. {Spiritus est qui viuificat,} idest, si ea verba quæ dixi, intelligatis secundum spiritum, idest, eundum spiritualem sensum viuificabunt, {caro non prodest quicquam,} idest, si secundum carnalem sensum ea intelligatis, nihil vobis prosunt, imo nocent. quia, vt dicitur Rom 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini, tunc autem verba Domini de carne sua manducanda, carnaliter intelligunt, quando accipiuntur secundum quòd verba exterius sonant, & vt natura carnis habet. & hoc modo ipsi intelligebant, vt dictum est, sed Dominus dicebat daturum se eis sicut spiritualem cibum, non quin sit in sacramento altaris vera caro Christi, sed quia quodam spirituali & diuino modo manducatur. sic ergo dictorum verborum congruus sensus est non carnalis, sed spiritualis. Vnde subdit.

e SCilicet de carne mea manducanda {spiritus & vita sunt,} idest spiritualem sensum habent, & sic intellecta vitã dant. nec mirum si habent spiritualem sensum, quia sunt a spiritu sancto. j. Cor. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria, & ideo mysteria Christi viuificant. Psal. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Secundum Augu. vero aliter exponitur. nam hoc quod dixit. {Caro non prodest quicquam.} intelligitur de carne Christi. manifestũ est enim, quòd caro Christi vt coniuncta verbo & spiritui, multum prodest per omnem modum, alioquin frustra verbum caro factum esset, frustra ipsum pater manifestasset in carne, vt dicit. j. Thi. 4. & ideo dicendum est, quòd caro Christi in se considerata, non prodest quicquam, & non habet effectum proficuum, nisi sicut alia caro. Si enim per intellectum separetur à diuinitate & spiritusancto, non habet aliam virtutem, quàm alia caro: sed si adueniat spiritus & diuinitas, multis prodest, quia facit sumentes manere in Christo. est enim spiritus charitatis per quem homo in Deo manet. j. Ioan. 4. In hoc cognoscimus, quia in Deo manemus, &c. & ideo dicit dominus hunc effectũ, scilicet vitæ æternæ quem ego promitto vobis, non debetis attribuere carni in se consideratæ, quia {caro} sic {non prodest quicquam.} sed si spiritui attribuatis, & diuinitati coniunctæ carni, sic præstat vitã

A æternã. Gal. 6. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. & ideo subdit. {Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt} idest referenda sunt ad spiritum carni coniunctum, & sic intellecta, vita sunt, scilicet animæ: nam sicut corpus viuit vita corporali per spiritum corporalem, ita & anima viuit vita spirituali per spiritum sanctum. Psal. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Consequenter cum dicit.

f DEmonstrat causam scandali, quæ erat infidelitas eorum, quasi dicat, causa scandali vestri nõ est duritia sermonis, quẽ ego locutus sum vobis, sed infidelitas vestra. & ideo primo ostendit eorum infidelitatem. Secundo excludit falsam opinionem. Tertio manifestat causam infidelitatis eorum. infidelitatem quidem eorum ostendit dominus cum dicit. {sunt quidam ex vobis, qui non credunt.} non autem dixit qui non intelligunt: sed quod plus est, causam quare non intelligunt insinuat. ex hoc enim non intelligebant, quia non credebant. Isa. 7. secundum Iliam literam. nisi credideritis non intelligetis. & dixit {quidam.} vt excipiat discipulos. 2. Thim. 3 Non omnium est fides. Rom. 3. Non omnes obedunt euangelio. Psal. 115. Non crediderunt verbis eius. falsam suspitionem excludit Euangelista cum subdit. {Sciebat enim.} quasi dicat, non ideo dixit Iesus {sunt quidam ex vobis, &c.} quasi de nouo hoc ei innotuisset, sed quia {sciebat ab initio mundi.} scilicet {qui essent credentes, & qui esset traditurus eum.} Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et Sap. 8. Domino Deo nostro nota sunt omnia antequàm fiant causam autem infidelitatis eorum assignat dñs consequenter, q̃ æ est ex remotione gratiæ attrahentis. vnde dicebat. {propterea ego dixi vobis.} q̃ dicit. ideo necessarium fuit vt vobis prædicta dicerem, {quia nemo poteſt venire ad me.} scilicet per fidem, {nisi fuerit ei datum à patre meo.} ex quo sequitur secundum Augu. q̃ etiam ipsum credere datur nobis a Deo. Cur autem non omnibus detur, ostensum est supra eodem, vbi quasi eadem verba dominus dixit. Repetit tamẽ ea hic propter duo. vt ostendat, q̃ hoc quod recepit eos ad fidem, magis erat eis ad beneficium & vtilitatem, quàm Christo. Phil. 1. Vobis datũ est, vt in ipsum credatis, q.d. bonum vestrum est, quod creditis, & ideo dicit Augu. magnum quidem est credere. gaude quia credisti. Secundo, vt ostendat se non esse filium Ioseph, vt ipsi putabant, sed Dei. nam Deus pater est, qui attrahit homines ad filium, sicut ex præmissis apparet. Consequenter cum dicit.

d Emouet occasionem scandali ex parte verborum prolatorum. & secundum Chrysostomũ primo distinguit duplicem intellectum ipsorum verborum. Secundo ostendit quis eorum congruat ipsis verbis ibi. {verba quæ ego loquor, &c.} Sciendum est ergo quantum ad primum, quòd verba Christi secundum duplicem sensum intelligi possunt, scilicet secundum spiritualem & secundum corporalem. & ideo dicit. {Spiritus est qui viuificat,} idest, si ea verba quæ dixi, intelligatis secundum spiritum, idest, eundum spiritualem sensum viuificabunt, {caro non prodest quicquam,} idest, si secundum carnalem sensum ea intelligatis, nihil vobis prosunt, imo nocent. quia, vt dicitur Rom 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini, tunc autem verba Domini de carne sua manducanda, carnaliter intelligunt, quando accipiuntur secundum quòd verba exterius sonant, & vt natura carnis habet. & hoc modo ipsi intelligebant, vt dictum est, sed Dominus dicebat daturum se eis sicut spiritualem cibum, non quin sit in sacramento altaris vera caro Christi, sed quia quodam spirituali & diuino modo manducatur. sic ergo dictorum verborum congruus sensus est non carnalis, sed spiritualis. Vnde subdit.

e SCilicet de carne mea manducanda {spiritus & vita sunt,} idest spiritualem sensum habent, & sic intellecta vitã dant. nec mirum si habent spiritualem sensum, quia sunt a spiritu sancto. j. Cor. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria, & ideo mysteria Christi viuificant. Psal. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Secundum Augu. vero aliter exponitur. nam hoc quod dixit. {Caro non prodest quicquam.} intelligitur de carne Christi. manifestũ est enim, quòd caro Christi vt coniuncta verbo & spiritui, multum prodest per omnem modum, alioquin frustra verbum caro factum esset, frustra ipsum pater manifestasset in carne, vt dicit. j. Thi. 4. & ideo dicendum est, quòd caro Christi in se considerata, non prodest quicquam, & non habet effectum proficuum, nisi sicut alia caro. Si enim per intellectum separetur à diuinitate & spiritusancto, non habet aliam virtutem, quàm alia caro: sed si adueniat spiritus & diuinitas, multis prodest, quia facit sumentes manere in Christo. est enim spiritus charitatis per quem homo in Deo manet. j. Ioan. 4. In hoc cognoscimus, quia in Deo manemus, &c. & ideo dicit dominus hunc effectũ, scilicet vitæ æternæ quem ego promitto vobis, non debetis attribuere carni in se consideratæ, quia {caro} sic {non prodest quicquam.} sed si spiritui attribuatis, & diuinitati coniunctæ carni, sic præstat vitã

d Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.

e Verba quę ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

f Sed sunt quidam ex vobis qui non credũt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credẽtes: & quis traditurus esset eum, & dicebat. Propterea dixi vobis, q̃a nemo poteſt venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.

g Ex hoc, multi discipulorum eius abierunt retro.

h Et iã non cũ illo ambulabãt.

i Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nũquid & vos vultis abire.

B

D

C

E

F 3 Nam

k NAm ipse fratrum amator, & amici conseruator, & specialē affectum gerens ad Christum, respōdet pro toto collegio dicens, {Domine, &c.} vbi tria facit. Primo extollit Christi excellentiam, secundo cōmendat eius doctrinam, & tertio profitet fidem. Excellentiam quidem extollit cum dicit, {Dne ad quem ibimus.} q. d. repellis nos à te, da nobis alium meliorē te, ad quē eamus. Sed certe nullus similis tui in fortibus domine, Exo. 15. & in Ps. 238. Quis similis Deo. & ideo nō dimittemus te. Ps. 138. Quo ibo à spiritu tuo? Et secundum Chryso. verbum Petri multum amicitię est ostē sium. Iam enim Christus eis erat honorabilior.

k Respondit ergo ei Simon Petrus. Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ ęternæ habes: & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.

l Respōdit ei Iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est?

m Dicebat autē de Iuda Simonis Iscariotis: Hic enī erat traditurus eū cū eet vn' ex duodecim.

q̄ patres, & matres. Doctrinam vero commendat cum dicit {verba vitæ æternæ habes.} Moyses autem habuit verba Dei: similiter & Prophetæ: sed raro verba vitæ æternæ, tu vero promittis vitam æternam, quid ergo aliud majus quærimus? supra eodem. Qui credit in me, habet vitam æternam. & supra 3. Qui credit in filium Dei, &c. Fidem autem confitetur, cum subdit. {& nos credimus, & cognouimus, &c.} In fide enim nostra duo principaliter credenda sunt. s. mysterium Trinitatis & incarnationis, quæ duo hic Petrus confitetur. Mysterium quidem trinitatis cū dicit. {tu es filius Dei.} In hoc enim ꝓ dicit eum filium Dei, facit mentionem de persona patris & filij, simul etiam & spiritus sancti, qui est amor patris & filij, & nexus vtriusq; . mysterium vero incarnationis, cum dicit. {tu es Christus.} Christus enim græce, latine vnctus dicitur, oleo, s. inuisibili, spiritu sancto: sed non s̄m diuinam naturam. quia qui vngitur, spiritu sancto, ipsa vnctione melior efficitur: sed secundum ꝓ Deus, Christus non efficitur melior. ergo est vnctus secundum ꝓ homo. Dicit autē {credimus & cognouimus, quia prius, est credere, quàm cognoscere: & ideo si prius cognoscere quàm credere vellemus, non cognoscēremus, nec credere valeremus, vt dicit Aug. Ita. 7. secundū aliam literam. Nisi credideritis non intelligetis. responsionē autem Petri dominus corrigit cum dicit.

l PRimo ponitur responsio dñi, secundo expositio Euangelistæ, ibi. {dicebat autem.} quia Petrus largus fuit in responsione sua omnes includendo, sic dicens. {& nos credimus, &c.} Per quod videbatur, ꝓ omnes peruenturi essent ad vitā æternā, ideo dñs de collegio credentium excepit Iudam. Sed hęc quidē in Petro commendabilis erat confidentia, quæ nullum de sociis malum suspicabatur: sed in dño admiranda est sapientia, qui occulta videbat: & ideo dicit. {Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?} non per naturam, sed per imitationem diabolicæ malitiæ. Sap. 1. Inuidia diaboli, &c. Ioan. 13. Post buccellam introiuit in eum Sathanas, quia. s. factus est conformis malitiæ eius. sed si Christus elegit Iudam, & ipse factus est malus, videtur, ꝓ errauerit in electione. Ad quod respondetur primo s̄m Chrysost. quia hoc non dicitur de electione prædestinationis, sed ad aliquod officium, & ad statū præsentis iustitiæ, ad quem aliqū aliquis eligitur, non secundum futurum, sed secundum ꝓ nunc est in re, quia per hanc electionem non aufert arbitrij libertatem, nec aufert passibilitatem peccandi. vnde dicitur. 2. Cor. Qui se existimat stare, &c. Sic ergo dñs elegit Iudam, non tamquā malum tunc, nec tñ per electionem ablata est ei possibilitas peccandi. Secundo respondetur s̄m Augu. ꝓ dñs elegit Iudam malum, & quia boni est, vt malo vtatur in bonū, licet sciret eum malum, malo eius bene est vsus Deus, dum tradi se pertulit, vt nos redimeret, vel dicendum ꝓ electio duodecim Apostolorum non refertur hic ad personas, sed ad numerum, q. d. ego elegi in vobis duodenarium numerum, hic enim numerus congrue consecratur eis, qui fidem sanctæ Trinitatis p quatuor mundi cardines prædicaturi erāt. qui quidem numerus nō periit, quia in locū pereūtis proditoris, surrogatus est Matthias. vel s̄m Ambro. Ideo elegit Iudam malum, vt consolaretur infirmitatem nostram. si aliqn contingerit nos ab amicis prodi cum legimus à discipulo proditum dñm & magistrum. sed quæritur hic: quare cum dicit dñs {vnus ex vobis diabolus est.} nihil dicit discipuli, & postea cū dicit, infra 13. Vnus ex vobis me tradet. dixerunt. numquid ego sum dñe? Respondeo dicēdum, ꝓ huius ratio est, quia hic dñs generaliter locutus est dicēs. vnum ex eis esse diabolum, quod potest referri ad quamcumq; malitiam. & ideo non sunt commoti. ibi vero tantum facinus audientes, proditionem. s. magistri, se continere non valent. vel dicendum ad

F hoc, ꝓ cum dñs hæc verba dixit, quilibet eorum de sua virtute confidebat, & ideo non timebant de se, sed qñ Petrus audiuit, va de post me Sathanas, territi sunt & infirmiora de se senciunt. & ideo vacillantes dicebant. numquid ego, sum dñe? hanc autē responsionē, quam dñs occulte fecerat Euangelista exponit dicēs.

m VT rei probauit euētus, vt patet, infra. cap. 13.

CAPVT SEPTIMVM.

LECTIO PRIMA.

POst hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eū Iudæi interficere. Erat autē in proximo dies festus Iudæorum scenophegia.

Et primo ostēdit originem suæ doctrinæ. Secundo manifestat eius vtilitatem ab octauo capitulo, & deinceps. Circa primum tria facit. Primo ponitur locus vbi originem suæ doctrinæ manifestauit. Secundo ponuntur occasiones eam manifestandi ibi, {Iudæi ergo quærebant eum, &c.} Tertio, ponitur ipsa manifestatio ibi. {Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponitur incitatio Christi ad eundū ad locum, vbi publicant originem suæ doctrinæ. Secundo ponitur recusatio domini ibi. {Dicit ergo eis Iesus, &c.} Tertio subditur quomodo Christus ad locum illum peruenit ibi. {Hoc cū dixisset.} Circa primum duo facit. Primo ponit occasiones quare Christum incitabant ad eundū. Secundo subdit ipsam incitationem ibi. {Dixerunt autem, &c.} Ex tribus autem mouebantur vt incitarent: Christum ad eundum in Iudęam: primo quidem ex mora eius. secundo ex proposito. tertio ex congruitate temporis. Ex mora quidem eius in Galilæa, in qua ostendebat Christus se velle morari. Et ideo dicit {Post hæc.} verba scilicet quæ dicta sunt in Capharnaum, ambulabat Iesus in Galilæa scilicet acceperat iter de Capharnaum, quæ erat metropolis Galilęę: vt discurreret per Galilęam. Ideo autem dominus in Galilęa frequentius moratur, vt ostendat nobis transmigrandum esse de virtys ad virtutes. Ezech. 12. Tu ergo fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis. Ex proposito autem Christi, qui forte eis verba innotuit. & ideo dicit. {Non enim volebat in Iudęa ambulare.} Contrariatio est {quia quærebant eum Iudæi interficere.} supra. 5. Quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem, &c. Sed numquid non poterat illuc ire, & ambulare inter Iudæos, & ab eis non occidi sicut fecit? infr. 8. Respondeo dicendum, quòd ad hoc triplex ratio assignatur. Prima ab Aug. qa futurum erat vt aliquis fidelis Christi, absconderet se ne à persecutoribus inueniretur. Ne ergo illi fuga objiceretur pro crimine: voluit dominus ad consolationem nostram hoc in se præcessisse ostendere: quod etiam & verbo docuit. Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Alia quidem ratio est, quia scilicet Christus Deus erat & homo. & ideo virtute diuinitatis poterat non lædi à persecutoribus: sed hoc noluit continue facere: quia sic fuisset declarata eius diuinitas, quòd tamen humanitas eius venisset in dubium. Et ideo fugiens quandoque persecutores, vt homo, asserit suam humanitatem, vt confundat omnes eum non verum hominem fuisse dicentes. Quandoque aurem transiens illæsus per eos, ostendit suam diuinitatem, confundens omnes eum hominem purum esse dicentes. & ideo Chrysostomus habet aliam literam, scilicet. {Non enim habebat potestatem si vellet in Iudęam ambulare.} Quod dicitur secundum modum humanum, sicut si dicatur. Aliquis non potest aliquò ire si vellet pp insidias. Tertia ratio est, quia nondum passionis aderat tps: futurum enim erat vt pateretur in Pascha, qñ immolabat agnus, vt sic victima succederet victimæ, inf. 13. Sciēs Iesus quia venit hora eius, &c. Ex congruitate vero temporis, quia erat tempus congruum ad eundum in Hierusalē. & hoc est quod dicit. {Erat aūt in proximo dies festus Iudęorū scenophegia.} Scenophegia aūt grecum est, compositū ex scenos, quod est vmbra, & phagim quod est comedere, q. d. erat tps in quo comedebant in tabernaculis. Dñs enim mandauit filijs Israel. Leu. 23. ꝓ mense septimo p septē dies habitarent in tabernaculis, in memoriam, ꝓ quadraginta annis habitauerūt in tabernaculis in deserto. Et hoc festum tunc celebrabant Iudæi. Commemorat aūt hoc Euangelista, vt ostendat, quòd multum tempus prætermisit, ab eo tempore quo præmissa de cibo spirituali dicta fuerunt, vsque ad istud tempus. Nam quando fecit miraculū de panibus,

erat

erat prope dies Paschæ. hoc autē festum scenophegiæ, est multo post Pascha. et sic nihil eorum, quæ in quinq; mensibus intermedijs per dominum facta sunt, recitat hic Euangelista. vt detur intelligi, quòd licet indeficiēter signa faceret, vt patet infra vlt. illa præcipue studuerunt Euāgelistæ dicere, pro quibus aut quæ rela aut contradictio à Iudæis subsequebatur. Consequenter cum dicit.

b POnitur incitatio fratrum dñi. Et primo ponitur eorum admonitio. Secundo assignatur admonitiōis ratio ibi. {vt discipli tui, &c.} Tertio ab Euāgelista assignatur causa talis rationis, ibi. {Neque enim frēs, &c.} Circa primū, primo ponuntur incitātes. vnde dicit. {Dixerunt autē ad eum fratres eius,} nō carnales & vterini, vt Eluidius blasphemauit, quod abhorret fides catholica, ꝓ sanctissimus ille virgineus vterus, qui Deum protulit & hominem, protulisset postmodum alium hominem mortalem. Fratres ergo eius erant cognatione, quia ante consanguinei beatæ Mariæ virginis. hæc enim est consuetudo scripturæ, consanguineos appellare fratres. secundum illud Gen. 13. Non sit quæso iurgium inter me & te, fratres enim sumus, cum tamen Loth nepos esset Abrahæ, & vt Augu. dicit. sicut in sepulchro vbi positū fuerat corpus Dñi, nec ante, nec postea iacuit corpus, sic vterus Mariæ nec ante, nec postea quicquam mortale cōcepit. Sed quia aliqui de consanguineis beatæ virginis erant Apostoli, sicut filij Zebedęi, & Iacobi Alphei, & alij, ideo non est intelligendum quòd fuerunt de illis, qui incitauerunt Christum, sed illi fuerunt alij propinqui eius, qui Christum nō diligebant. Secundo ponitur monitio eorum cum dicunt. {Transi hinc,} scilicet de Galilęa. {& vade in Iudęam:} vbi est Hierusalē locus solemnis, doctoribus conueniens. Amos 7. Qai vides, gradere in terram Iuda, & ibi comedes panem tuum, & prophetabis ibi. Rationem autem subdunt dicentes.

c VBi ostendunt se primo manis gloriæ cupidos. Secundo suspitiosos, & tertio incredulos. cupidos quidem inanis gloriæ ostendunt se, cum dicunt. {vt & discipuli tui videant, &c.} Patiebantur enim aliquid humani ad Christum, & volebant captare gloriam de honore humano, qui Christo exhiberetur à turbis, & ideo inducebant eum vt faceret opera sua in publico. est enim proprium inanis gloriæ cupidi, vt quicquid gloriosum sui, vel suorum fuerit, ostendatur in publico. Matt. 6. Amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videātur ab hominibus. de quibus dicitur. infr. eo. Dilexerūt magis gloriam hominum, q̄ Dei. Suspitiosos autem ostendunt se, et primo deformidine Christum notant, vnde dicunt ei. {Nemo quippe in occulto aliquid facit.} q. d. tu dicis te facere miracula, sed facis in occulto. & hoc ex timore, alioquin ires in Hierusalem, & faceres ea ibi coram multitudine. sed tamen Dñs dicit Matth. 27. In occulto locutus sum nihil. Secundo notant eum de amore gloriæ, vnde dicunt. {& quærit ipse in palam esse,} q. d. tu quæris gloriā de his, quæ facis, & tamen propter timorē abscondis te. hoc est proprium malorum, vt credant alios similes eis animi passiones habere. vide quām irreuerenter prudentia carnis verbum caro factū arguebat. contra quos dicit Iob. 15. Arguis eū qui non est similis, &c. Incredulos ostendunt se esse cum dicunt. {Si hæc facis, manifesta teipsum mundo,} quasi sub dubio ponunt, an ipse miracula faciat. Isa. 21. Qui incredulus est, infideliter agit. Causam autem quare sic loquebantur, subdit Euāgelista cum dicit.

d COntingit enim, quòd carnales consanguinei, maxime aduersantur suis, & inuident de bonis spiritualibus, & contemnunt eum, vnde dicit Aug Christum consanguineum habere potuerunt, credere autem in eum in ipsa propinquitate fastidierunt. Mich. 6 Inimici hominis domestici eius. Iob. 19. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni dereliquerunt me proximi mei, &c. Consequenter cum dicit.

e POnitur Christi responsio, & primo, designat temporis ad ascendendū indispositionem: secundo assignat dictorū rationem, ibi {non potest mundus.} tertio ponit ascendendi recusationem, ibi. {Vos ascendite. Sciendum est aūt, ꝓ tota sequens litera aliter exponitur s̄m Augu. & aliter s̄m Chrysо. Nam secundum Augu. fratres domini inuitabant eum ad humanā gloriam. Est autem tempus: quo sancti peruenīunt ad gloriam, scilicet tempus futurū, ad quā peruenīūt per passiones & tribulationes. Sap. 3 Tamquam aurum in fornace probauit, &c. Et in tempore erit respectus illorum. Aliud vero est tempus quo mundani gloriam suam acquirunt. s. tempus præsens. Sap. 2. Non prętereat nos flos temporis, &c. Voluit ergo dominus ostendere, quòd non quærebat gloriam huius temporis: sed ad celsitudinem gloriæ cœlestis passionem & humilitatem suam volebat peruenire: Luc. vlt. Oportuit Christum pati, & intrare in gloriā suā, & ideo dicit eis. s. fratribus. {Tempus meū.} i. tempus gloriæ meæ {nondū venit.} quia oportet ꝓ tristitia conuertaē in gaudium. Rom. 8. nō sunt cōdignæ passiones, &c.} Sed tempus vestrum. } i. mundi gloria {semper est paratum.} Rationem huius diuersitatis ēpis assignat cum dicit.

f IDeo enim mundabi habent tempus gloriæ paratum: quia eadem amant quæ mundus amat, & mundo consentiunt. Sancti vero qui quęrunt gloriam spiritualē, non habēt hoc tēpus paratum, quia quærunt quę mundo displicent. s. paupertatē, luctū, esuriem, & huiusmodi. Vituperant etiam quæ mūdus amat, imo ip sum mundum contemnunt. Gal. vlti. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, & ideo dicit. {Nō potest mundus odisse vos.} quasi diceret. Ideo paratum est tēpus glorię vestræ quia mundus non odit vos, qui conuenitis cū eo. Et omne animal diligit sibi similе. {Sed me odit} & ideo tēpus meū non semp est paratū & ratio odij est {qa ego testimoniū perhibeo de illo.} s. mūdo. {qa opera eius mala sunt.} i. non prætermitto mundanos homines redarguere, licet sciam ex hoc odiū incurrere, & mortē intētari. Amos. 5. Odio habuerunt corripientē in porta illi. s. qui amant malitiā. Et pro. 9. Noli arguere derisorē. Sed numquid nō mundani aliqui odio habētur à mundo. i. ab alio mūdano? Respōsio. Dicendū, ꝓ in particulari mūdanus quidē vnus habet odio ab alio, inquantū habet ea quę ipse vellet habere, vel impedit eū in his quę sunt de gloria mūdi, sed inquātū mūdanus, nullus odit a mūdo. Sancti vero vniuersaliter odiunt a mundo, qa contrariant ei. & si aliqs de mūdo eos diligat, hoc nōjē inquātū est de mūdo, sed inquātū est in eo aliqd spūale. Recusat aūt dñs ascēdere cū dicit.

g SIcut enim sunt duæ gloriæ, ita duo diuersa festa. Mūdani. n. habent festa temporalia scilicet gaudere, & epulari: & huiusmodi exteriores delitias. Isa. 22. Vocauit dñs ad lamentum, &c. Et ecce gaudium. Isa. 2. Solemnitates vestras, &c. Sancti vero habent festa spiritualia: quæ in delectationibus spiritus cōsistunt. Isa. 32. Respice Syon ciuitatē solemnitatis vestræ, &c. & ideo dicit. Vos qui gloriā mūdi quæritis {ascendite ad diē festū hūc.} idest ad festa lætitiæ tēporalis. {Ego aūt non ascendā ad diē festū istum.} sed ad diē festū solēnitatis ęternę. Et hoc, {quia meū tēpus.} s. gloriæ veræ, qd̄ erit permanēs in æternū, gaudiū sine fine, æternitas sine labore, claritas sine nube. {nondū impletum est.} Secundum Chryso. seruata eadē diuisione exponitur sic, scilicet quòd fratres domini conspirauerāt in mortem Christi cum Iudæis. Vnde inducebant eum ad eundum, volentes eum prodere, & tradere Iudæis. & ideo dicit. {Tempus meum.} scilicet crucis & mortis. {nondum aduenit.} vt vadam in Iudęam & occidar. {Tempus autem vestrum semper est paratum.} quia sine periculo conuersari poteritis cum eis. Et huius ratio est {quia non possunt odire vos.} zelantes eadem, & amantes cum eis. Me autem odit, &c. Per quòd patet, ꝓ Iudæi non pp solutionem sabbati, sed propter publicā redargutionem me odiunt. {Vos ergo ascendite ad diem festum hunc.} scilicet ad principū festi. nam septē diebus celebrabatur: vt dictū est. Ego autem non ascendā, &c.} scilicet vobiscum. s. ad principium festi. {Quia nondum tēpus meū est impletum.} in quo patiar. nam in futuro Pascha crucifigendus erat. Ideo aūt non ascendit cū eis, vt posset magis latere, &c.

LECTIO II.

POstquam egit Euāgelista de incitatione qua cognati dñi inducebant Christum vt ascenderet in Iudęam, et posuit Christi responsionē, hic consequenter agit de ascensu eius. Et primo ponit dilatio ascēsus Chri, secundo: ordo eius: tertio ascensionis modus. Dilatio quidem

ponitur

A riam. Est autem tempus: quo sancti peruenīunt ad gloriam, scilicet tempus futurū, ad quā peruenīūt per passiones & tribulationes. Sap. 3 Tamquam aurum in fornace probauit, &c. Et in tempore erit respectus illorum. Aliud vero est tempus quo mundani gloriam suam acquirunt. s. tempus præsens. Sap. 2. Non prętereat nos flos temporis, &c. Voluit ergo dominus ostendere, quòd non quærebat gloriam huius temporis: sed ad celsitudinem gloriæ cœlestis passionem & humilitatem suam volebat peruenire: Luc. vlt. Oportuit Christum pati, & intrare in gloriā suā, & ideo dicit eis. s. fratribus. {Tempus meū.} i. tempus gloriæ meæ {nondū venit.} quia oportet ꝓ tristitia conuertaē in gaudium. Rom. 8. nō sunt cōdignæ passiones, &c.} Sed tempus vestrum. } i. mundi gloria {semper est paratum.} Rationem huius diuersitatis ēpis assignat cum dicit.

f IDeo enim mundabi habent tempus gloriæ paratum: quia eadem amant quæ mundus amat, & mundo consentiunt. Sancti vero qui quęrunt gloriam spiritualē, non habēt hoc tēpus paratum, quia quærunt quę mundo displicent. s. paupertatē, luctū, esuriem, & huiusmodi. Vituperant etiam quæ mūdus amat, imo ip sum mundum contemnunt. Gal. vlti. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, & ideo dicit. {Nō potest mundus odisse vos.} quasi diceret. Ideo paratum est tēpus glorię vestræ quia mundus non odit vos, qui conuenitis cū eo. Et omne animal diligit sibi similе. {Sed me odit} & ideo tēpus meū non semp est paratū & ratio odij est {qa ego testimoniū perhibeo de illo.} s. mūdo. {qa opera eius mala sunt.} i. non prætermitto mundanos homines redarguere, licet sciam ex hoc odiū incurrere, & mortē intētari. Amos. 5. Odio habuerunt corripientē in porta illi. s. qui amant malitiā. Et pro. 9. Noli arguere derisorē. Sed numquid nō mundani aliqui odio habētur à mundo. i. ab alio mūdano? Respōsio. Dicendū, ꝓ in particulari mūdanus quidē vnus habet odio ab alio, inquantū habet ea quę ipse vellet habere, vel impedit eū in his quę sunt de gloria mūdi, sed inquātū mūdanus, nullus odit a mūdo. Sancti vero vniuersaliter odiunt a mundo, qa contrariant ei. & si aliqs de mūdo eos diligat, hoc nōjē inquātū est de mūdo, sed inquātū est in eo aliqd spūale. Recusat aūt dñs ascēdere cū dicit.

g SIcut enim sunt duæ gloriæ, ita duo diuersa festa. Mūdani. n. habent festa temporalia scilicet gaudere, & epulari: & huiusmodi exteriores delitias. Isa. 22. Vocauit dñs ad lamentum, &c. Et ecce gaudium. Isa. 2. Solemnitates vestras, &c. Sancti vero habent festa spiritualia: quæ in delectationibus spiritus cōsistunt. Isa. 32. Respice Syon ciuitatē solemnitatis vestræ, &c. & ideo dicit. Vos qui gloriā mūdi quæritis {ascendite ad diē festū hūc.} idest ad festa lætitiæ tēporalis. {Ego aūt non ascendā ad diē festū istum.} sed ad diē festū solēnitatis ęternę. Et hoc, {quia meū tēpus.} s. gloriæ veræ, qd̄ erit permanēs in æternū, gaudiū sine fine, æternitas sine labore, claritas sine nube. {nondū impletum est.} Secundum Chryso. seruata eadē diuisione exponitur sic, scilicet quòd fratres domini conspirauerāt in mortem Christi cum Iudæis. Vnde inducebant eum ad eundum, volentes eum prodere, & tradere Iudæis. & ideo dicit. {Tempus meum.} scilicet crucis & mortis. {nondum aduenit.} vt vadam in Iudęam & occidar. {Tempus autem vestrum semper est paratum.} quia sine periculo conuersari poteritis cum eis. Et huius ratio est {quia non possunt odire vos.} zelantes eadem, & amantes cum eis. Me autem odit, &c. Per quòd patet, ꝓ Iudæi non pp solutionem sabbati, sed propter publicā redargutionem me odiunt. {Vos ergo ascendite ad diem festum hunc.} scilicet ad principū festi. nam septē diebus celebrabatur: vt dictū est. Ego autem non ascendā, &c.} scilicet vobiscum. s. ad principium festi. {Quia nondum tēpus meū est impletum.} in quo patiar. nam in futuro Pascha crucifigendus erat. Ideo aūt non ascendit cū eis, vt posset magis latere, &c.

B MAec cum dixisset: ipse mansit in Galilęa. Vt autem ascenderūt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.

b Dixerunt aūt ad eum fratres eius: Trāsi hinc, & vade in Iudęam.

c Vt & discipuli tui videāt opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit: & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

d Neque enim fratres eius, credebant in eum.

e Dixit ergo eis Iesus. Tempus meū nondum aduenit: tempus autē vestrum semper est paratū.

f Non potest mūdus odisse vos, me autem odit: quia ego testi-

LECTIO II.

POstquam egit Euāgelista de incitatione qua cognati dñi inducebant Christum vt ascenderet in Iudęam, et posuit Christi responsionē, hic consequenter agit de ascensu eius. Et primo ponit dilatio ascēsus Chri, secundo: ordo eius: tertio ascensionis modus. Dilatio quidem

ponitur

ponitur cum dicit. {hæc cum dixisset,} scilicet, quæ respondit. {mansit ipse in Galilea.} non ascendens cum cognatis ad diem festum, vt verificaretur verbum suũ, quod dixerat. Ego nõ ascendam, &c. Num. 23. Non est Deus vt homo, vt mentiatur, neque vt filius hominis vt mutetur. Ordo vero eius ponitur cum dicit {vt autẽ ascenderunt fratres eius}. i. cognati. {tunc ipse ascendit, &c.} Sed hoc videtur cõtra illud, quod supra dixit. {Ego aũt non ascẽdam.} cum Apostolus dicat. 2. Cor. 1. Christus Iesus, qui in vobis prædicatus est p nos, nõ fuit in illo, est & nõ, sed est in illo est. Respõdeo dicendum primo, q festũ scenophegiæ septem diebus agebatur, vt dictum est, Dñs aũt dixit supra, Ego autem non ascẽdam ad diem festum. i. ad principium festi. Hoc autem quod hic dicitur ad diem festum, intelligendum est quãtum ad intermedios dies: vnde & sequitur. Iam autem die festo mediante. Et sic patet, q factum Christi non contrariatur eius dicto. Secundo vero, vt Aug. dicit. Isti volebant, q Christus ascenderet in Iudæam, vt quæsiturus gloriã temporalem. Et sic dixit eis. Non ascendam ad diem festum hunc, hoc modo sicut vos vultis: sed ipse ascendit ad diem festũ, quasi doctrus turbas: & instructurus de gloria sempiterna. Tertio secundum Chrysos. quia supra dixit. Non ascendam ad diem festum hunc passurus, & moriturus, vt ipsi volebant, & tñ ipse ascendit ad diem festum non vt pateretur: sed vt alios erudiat. modus ascẽsus ostenditur. {non in manifesto: sed quasi in occulto.} & huius ratio triplex est. vna ꝓm Chrysost. ne magis suam diuinitatem denudans, incarnatio eius minus certa esset, vt dictum est supra. Et vt auferat verecundiam latendi iustis hominibus, qñ non possunt persecutores suos publice detinere. & ideo dicit {quasi in occulto.} vt ostendat hoc esse dispensatione factum. Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus. alia ꝓm Augu. vt. s. daretur intelligi, q Christus occultus est in figuris veteris testamenti. Isa. 9. Expectauit dñm, qui abscondit faciem. i. manifestam notitiam suam à domo Iacob. vnde & vsq; in hodiernũ diem velamen habent positũ, &c. vt dicitur. 2. Cor. 3. Ideo omnia quæ dicta sunt antiquo populo illi, vmbræ fuerunt futurorum bonorum, vt dicitur. Heb. 10. Vt ergo ostendat, q etiam ipsum festum esset figura. ideo ascendit in occulto. Scenophegia, vt dictum est, erat festum tabernaculorum. Ille ergo hoc festum celebrat, qui se in mundo isto intelligit peregrinum, alia ratio est, vt doceat nos bona, quæ facimus occultare debere, non quærentes fauorem hominum, nec pompas stipantium turbarum desiderantes, secundum illud Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Consequenter cum dicit.

b Ponit occasionẽ manifestandi originẽ doctrinæ spiritualis. & ponit duas occasiones. vnã causam ex dissensione turbarum. aliã ex admiratione earum, ibi. {Iam aũt die festo, &c.} Dissensio turbarũ erat circa opinionem de Christo. vnde circa hoc tria facit. Primo proponit id in quo omnes conueniebant. Secundo illud in quo differebant ibi. {Et murmur multus, &c.} Tertio quorũ opinio inter eos præualebat ibi {nemo tamẽ, &c.} Conueniebant autem oẽs in hoc, q {quærebant eũ in die festo, & dicebant. Vbi est ille?} Pater q ex multo odio, & inimicitia, neq; eum nominare volebant. Gen. 37. Oderant eum, nec poterant, &c. Differebant autẽ, quia quidam quærebant desiderio ad discendi, ꝓm illud Psal. 88. Quærite eum, & viuet anima vestra. alij quærebant eum desiderio malignandi ꝓm illud Psalm. 139. Quærunt animã meam vt auferant eam. & ideo {murmur erat multus in turba.} de contentione, q quæ erat {de eo} in turba, & licet murmur sit generis neutri, tamẽ Hieronymus ponit in masculino, quia hoc habebat antiqua grãmatica, vel vt ostendat diuinã scripturã non subiacere regulis Prisciani. {Erat dissensio.} quia quidam de turba illi. s. qui habebant rectum cor {dicebant} de Christo {quia bonus est.} Psal. 72. Quãm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Tren. 3. Bonus est dñs sperãtibus in eũ animæ quærenti illum. {Alij}. s. qui erant male dispositi {dicebant non}. s. non est bonus. Datur autẽ per hoc intelligi, q multitudo opinabatur eum bonum: sed principes sacerdotum opinabantur eũ malum. & ideo dicũt {sed seducit turbas.} Luc. 22. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Matt. 23. Recordati sumus, q seductor illedixit, &c. Sciẽdum est aũt, q seducere est seorsum ducere: potest aũt homo duci seorsum, vel à veritate vel à falsitate, & vtroq; modo potest dici aliqs seductor, vel inquantum seorsum ducit à veritate, & hoc modo non cõpetit Christo; quia ipse est veritas, &c. infra. 8. Vel à falsitate, & hoc modo Christus seductor dicitur. Hie. 20. Seduxisti me domine & seductus sum, &c. Et vtinã sic omnes seductores vocemur & simus, vt dicit Aug. Magis autem seductor dicitur qui à veritate seducit & decipit, quia ille dicitur seorsum duci: qui trahitur à via communi. Veritas autem communis via est. heresis vero & via malorum, diuerticula quædã sunt. Præualet autem opinio malorum, scilicet principum sacerdotum. Vñ sequitur. {Nemo tamen palã loquebatur.} Et hoc, qui: turbæ comprimebãtur propter metum principũ sacerdotum. quia vt dicitur infra 8. Si quis confiteret ipsum esse Christũ, extra synagogã fiebat. Ex quo patet, eorũ qui principabant malitia, qua Christo insidiabantur, et eorum qui subijciantur. s. plebis, quia non habebant libertatẽ dicendi quod sentiunt. Consequenter cũ dicit.

c Ponitur secunda occasio manifestandi doctrinam, quæ sumitur ex admiratione turbarum, & primo ponitur admirationis materia. Secundo ipsa admiratio. Et tertio admirationis ratio. Materia quidem admirationis est doctrina Christi, vnde & circa hanc ponitur & tempus, & locus. Tempus cum dicit. {Iam autem die festo mediante.} idest cũ illius festi tot dies remansissent, quot effluxerãt. Vnde cum septem diebus ageretur festum: dicitur hoc fuisse quarto die, & quidem in hoc, q se occultauit humanitatis Christi est indicium, & nostrę virtutis documentũ vt dictum est. Hoc autem q se propalauit, nec eum tenere potuerunt: diuinitatis est ostensuum. Ideo autem in medio festiuitatis tempore ascendit: quia in principio festi omnes magis attenti sunt his quæ festi sunt. Boni quidẽ ad cultũ Dei, alii vero ad vnitates, & ad lucra. Sed circa medium tẽporis his quæ festi sunt expeditis, magis parati sunt ad doctrinam. Vt ergo eos attentiores, & paratiores ad doctrinam inueniret, non in primis diebus ascendit. Similiter etiam quia hoc cõgruit ordini doctrinæ Christi, quia nõ in fine mundi nec in principio, sed in medio tempore venit instruere homines de regno Dei: secundum Abacuc 3. In medio annorum notum facies. Locus autem doctrinæ ostenditur cum dicit {in templũ.} vbi docebat propter duo. s. vt ostenderet se docere veritatem quam calumniari nõ poterant, & quæ erat omnibus necessaria infra 18. Ego in occulto locutus sum nihil. Secundo vero quia templum cum sit locus sacer conueniens est doctrinæ Christi sanctissimæ. Isa. 2. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit, &c. Quid autem doceret Christus: prætermittit Euangelista, quia vt dictum est, non omnia facta, & verba dñi exprimunt Euangelistæ: sed ea quæ commotionem, & contradictionem in populo faciebant. Et ideo hic mentionem facit de commotione populi ex ipsa, doctrina quia scilicet qui ante dixerãt, seducit turbas, postea ex ipsa doctrina admiratione mouentur. Et ideo consequenter cum dicit {& mirabantur Iudæi.} ponitur ipsorum admiratio. nec mirũ, quia hoc dicit in Psal. 118. Mirabilia testimonia tua. Verba. n. Christi, verba sunt sapientiæ diuinæ. Ratio aũt admirationis subditur cum dicit. {Quomodo hic literas scit, cum nõ didicerit?} Sciebant enim Iesum filium esse pauperis mulieris, & putabatur filius fabri, qui de labore suo viuens, non insisteret studio literarum, sed potius operi manuali: secundum illud Psal. 87. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Et ideo cum audiunt eum docere, & disputare mirantur dicentes. {Quomodo hic literas scit, &c.} Simile habetur Matth. 13. Vnde huic sapientia & virtutes, nonne hic est filius fabri? &c.

d Posito loco, & occasionibus manifestandi doctrinæ spiritualis originem. hic consequenter ipsius doctrinæ originẽ manifestat. Et primo ostendit originem spiritualis doctrinæ esse a Deo. Secundo inuitat ad susceptionem eius ibi. {In nouissimo magnæ festiuitatis die, &c.} Circa primum duo facit. Primo *ostendit originem doctrinæ: secundo originem docẽtis. ibi.* {Dicebant ergo quidam, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit originem doctrinę. Secundo excludit obiectionem ibi. {Nonne Moyses, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit originem doctrinæ. Secundo probat ibi. {Si quis voluerit, &c.} Dicit ergo. {Respondit eis Iesus & dixit.} q. d, Vos admiramini vnde habeam scientiam: sed ego dico, quòd mea doctrina nõ est mea. Si dixisset doctrina, quam ego dico non est mea, nulla esset quæstio. sed quod dicit {mea non est mea} videtur contradictionẽ implicare, sed hoc soluitur, quia hoc dicit esse huius multipliciter. Vnde sua doctrina aliquo modo potest dici sua, & aliquo modo non sua. Si enim intelligatur de Christo filio Dei, sic cum doctrina vniuscuiusque nihil aliud sit quãm verbum. Filius autem Dei

a Iudæi ergo quærebãt eum in die festo, & dicebant, vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. quidam enim dicebãt: quia bonus est, alij autem dicebant, non, sed seducit turbas. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo, propter metũ ludæorũ.

b Iam autem die festo mediante, ascẽdit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?

d Respondit autem Iesus & dixit. Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me.

e Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

f Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quærit. Qui aũt quærit gloriã eius q misit eũ, hic verax ẽ: & iniustitia i illo nõ est.

g Nõne Moyses dedit vobis legẽ? Et nemo ex vobis facit legẽ.

Dei sit verbum eius, sequitur ergo, quòd doctrina patris sit ipse A hoc est, quod dominus dicit probans doctrinam suam a Deo esse. {Qui a semetipso loquitur.} de certa cognitione veritatis quę est ab alio, iste {quęrit gloriam propriam.} propter quam & propter superbiam hæreses, & falsę opiniones introducũtur. Et hoc competit Antichristo. 2. Thesa. 2. Qui aduersatur, & extollitur super omne quod dicitur Deus: aut quod coletur. Sed {qui quærit gloriam eius qui misit illum} sicut ego quæro, infra 8. Ego gloriã meam non quæro. {hic verax est, &c.} verax sum: quia doctrina mea continet veritatem, iniustitia in me non est, quia alterius gloriam non vsurpo. Et vt dicit. Aug. Magnum nobis præbuit humilitatis exẽplũ. dum habitu inuẽtus vt homo, quærit gloriam patris non suam. quod tu homo facere debes: quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris. Patet autem, q gloriam suam non quærebat: quia si non fuisset aduersatus principibus sacerdotum, non fuissent eum persecuti. Sic ergo Christus & quicumque gloriam Dei quærit, habet quidem in intellectu cognitionem Matth. 22. Magister scimus quia verax es. Et ideo dicit {hic verax est.} In affectu autem rectam intẽtionem: vnde dicit. {Et iniustitia in illo non est.} Iniustitia enim est, q homo vsurpet sibi alienũ. Gloria autem est propria *solius Dei.* qui ergo sibi quęrit gloriam iniustus est. Consequẽter cũ dicit.

g Excludit obiectionem. Posset enim aliquis dicere Christo: quòd ideo doctrina sua non esset a Deo, quia sabbatum solui secundum illud infra 9. Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit. Et ideo hoc intendit excludere. Vñ circa hoc tria facit. Primo excusat se, arguendo ex parte accusantium secundo ostenditur eorum iniqua responsio ibi. {Respondit turba, &c.} tertio excusat se per rationem ibi. {Respondit Iesus, & dixit eis. vnum, &c.} Dicit ergo. Dato vt vos dicitis, quòd doctrina mea non sit à Deo: quia legem non seruo, sabbatum soluens, tamen vos non habetis causam accusandi, cum sitis in simili delicto. Vnde dicit. {Nonne Moyses dedit vobis,} idest populo vestro {legem,} & tamen {nemo ex vobis facit.} idest seruat legem. Act. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum & non custoditis. Vnde & Petrus. Act. 15. Hoc est onus, quod neque nos, &c. Si ergo non seruatis legem, quare propter transgressionem eius vultis me interficere? Non enim propter hoc facitis: sed propter odium, alioquin si propter zelum legis faceretis, ipsi vos seruaretis eam. Sap. 2. Circumueniamus iustum, quoniã inutilis est nobis, &c. Et sequitur, morte turpissima, &c. Vel dicendum, quòd non seruatis legem quam Moyses dedit vobis, & hoc patet in eo quòd me vultis interficere, quod est contra legem. Exod. 20. Non occides. Vel aliter secundum Aug. Non facitis legem, quia in lege ipse contineor. infra. Si crederetis Moysi, crederetis forsitam & mihi. de me enim ille scripsit. Sed vos vultis me interficere. Consequenter ponitur iniqua responsio turbæ cum dicit.

h Vere turbata turba respõdet non pertinentia ad ordinem: sed ad perturbationem vt dicit Aug. Eum enim dicũt dæmonium habere, qui dæmones expellit. Matth. 12. Et ideo consequenter cum dicit.

i Dominus in sua veritate tranquillus, confutat eos, excusans se per rationem. Et primo commemorat eis factum propter quod turbantur. Secundo ostendit eos non debere turbari, ibi. {Propterea Moyses, &c.} Tertio inducit eos ad iustum iudicium ibi. {Nolite iudicare secundum faciem, &c. Respondit ergo Iesus, & dixit eis. Vnum, &c.} Non reddit conuitio conuitium, nec repulit. quia 2. Pet. 2. Cum maledicereturnon maledicebat: sed eis opus commemorat de curatione paralitici, de quo omnes admirabãtur: non admiratione deuotionis secundum illud. Isa 60. Videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, sed admiratione turbationis, secundum illud Sapien. 5. Videntes turbabũtur timore horribili, & mirabunt, &c. Si ergo propter vnum opus miramini, idest cum turbatione turbamini: quid faceritis si omnia opera mea videretis? nam vt dicit Aug. ipsius opera erant quæ in mundo videbãt omnes etiam infirmi per eum sanãtur. Psal. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Sa. 16. Nec herba nec malagma, &c. Ideo ergo turbamini, q a vnum tantũ opus videtis, & non omnia. Cõsequenter cũ dicit.

k Conuincit eos de iniusta turbatione. Et primo ponit mandatum eis datum a Moyse. Secundo opus eorum. Et tertio arguit

hoc est verbum eius, B *sequitur ergo, quòd doctrina patris sit ipse* C *filius. Idem autem verbum est sui ipsius per identitatem substantiæ. Quid enim tuum est nisi tu ipse? Est autem non suum per originem. Quid enim nõ tuum, quam tu si alicuius es, quod es, vt Augu. dicit. Hoc ergo breuiter videtur dixisse {mea doctrina non est mea} ac si diceret. Ego non sum à meipso. in quo hęresis Sabelliana confunditur, qui dicere ausi sunt ipsum esse filium, qui est pater. Vel {mea doctrina,} quam ego pronuncio verbo creato, nõ est mea {sed eius qui misit me patris.} idest non est mihi à meipso: sed a patre, quia et cognitionẽ filius per ęternam generationem habet à patre. Matth. 11. Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Si vero intelligatur de Christo filio hominis, tunc dicit {mea doctrina,} quam ego habeo secundum animam creatã, & profero corporis ore {non est mea.} id est nõ est mihi a meipso, sed à Deo, quia omne verum a quocumque dicatur, à spiritu sancto est. Sic ergo secũdum Aug. 1. de Tri. secundum aliquid suam dixit doctrinam, & secũdum aliquid non suã: secundum formam Dei suam, secundum formam serui nõ suam. Ex quo habemus exemplum, quòd omnem cognitionem nostram cum gratiarum actione recognoscamus à Deo. 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, &c. Consequenter cum dicit.*

e Probat suam doctrinam esse à Deo. Et hoc dupliciter. Primo *ex iudicio rectę sententiam. Secundo ex sua intentione ibi.* {Qui à semetipso loquitur.} Circa primum sciẽdum est, quòd iudicio illius standum est vtrũ aliquis bene operetur in aliqua arte: qui est expertus in arte illa, sicut an aliquis bene loquitur gallice, standum est iudicio eius qui est peritus in lingua gallica. Secundum hoc ergo dicit dominus. Illius iudicio standum est, an doctrina mea sit à Deo, qui est expertus in rebus diuinis: talis enim recte potest de his iudicare. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei: spiritualis autem iudicat omnia, & ideo dicit. Quia vos alienati estis a Deo, ideo non cognoscitis de doctrina vtrum ex Deo sit. {Sed si quis voluerit voluntatem eius.} idest Dei {facere} iste potest {cognoscere vtrũ doctrina hæc sit a Deo, an ego a meipso loquar.} Ille quidem a seipso loquitur, qui falsum dicit. Quia sicut dicitur infra 8. Cũ loquitur mendatium ex proprijs loquitur. Vel aliter secundum Chrysost. Voluntas enim Dei est pax, charitas, & humilitas nostra. vnde Mat. 5. dicitur. Beati pacifici, &c. Studium autem contentionis frequenter peruertit mẽtem hominis in tantum, vt verum estimet falsum. Vnde deposito contentionis spiritu, rectius habetur cẽrtitudo veritatis. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione, & loquentes id quod iustum est iudicate. Et ideo dicit dominus. si quis vult recte de doctrina mea iudicare, faciat voluntatem eius, idest deponat iram, inuidiam, & odium. quod sine causa in me habet, & nihil est, quod prohibeat eum cognoscere. {Vtrũ ex Deo sit: an ego à meipso loquar, idest quòd Dei verba sunt quæ loquor.} Vel aliter secundum Aug. volũtas Dei est, vt faciamus opera eius, sicut volũtas patris familias est, vt operarij faciant opus eius. Opus autem Dei est, vt credamus in eum quem ipse misit. Supra. 6. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem ille misit. Ideo dicit. {Si quis voluerit facere voluntatem eius.} scilicet Dei, idest credere in me, iste {cognoscet an doctrina mea sit ex Deo.} Isa. 7. secundũ aliam literam. Nisi credideritis, non intelligetis. Consequenter cum dicit.*

f Probat *idem ex sua intentione. Et ponit duplicem intentionem per quam intelligitur duplex origo doctrinæ. Dictum* D *est autem aliquos loqui a se, aliquos vero loqui non a se. Loquitur autem nõ a se, quicumque studet loqui veritatem. omnis veritatis cognitio ab alio est. vel per modum quidem disciplinæ: vt a magistro. vel per modum reuelationis, vt a Deo. vel per inuentionem, vt ab ipsis rebus. Quia vt dicitur. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sic ergo quocumque istorum modorum cognitio aliqua habeatur, non est hominis a se. A se autem loquitur: qui ea quæ dicit nec a rebus, nec ex doctrina humana accepit: sed de corde suo. Hierem. 23. Visionem cordis sui loquuntur. Ezechie. 13. Ve Prophetis insipientibus qui vaticinantur de corde suo. Sic ergo confingere aliquid a se ipso, est propter humanam gloriam, quia sicut Chrysost. dicit. Qui aliquam propriam vult instruere doctrinam, propter nihil aliud hoc vult, quãm vt gloriam acquirat. Et*

e Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

f Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quærit. Qui aũt quærit gloriã eius q misit eũ, hic verax ẽ: & iniustitia i illo nõ est.

g Nõne Moyses dedit vobis legẽ? Et nemo ex vobis facit legẽ.

h Respondit turba & dixit, Dæmonium habes. Quis te quærit interficere?

i Respondit Iesus, & dixit eis. Vnũ opus feci, & oẽs miramini.

k Propterea Moyses dedit vobis circũcisionem: nõ quia ex Moyse est: sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. Si

arguit ex vtroque. Mandatum autem Moysi est de circuncisione, & ideo dicit. { Propterea. } idest ad significandum mea opera. { Moyses dedit vobis circuncisionem. } Nam circuncisio in signum data est, vt habetur Gen. 17. Erit vobis in signum fœderis inter me & vos. Significabat enim Christum, & ideo signanter data est in membro generationis: qa ex Abraham secundum carnem descensurus erat Christus, qui spiritualem circumcisionem, idest mentis & corporis facit. Vel ideo i ipso mẽbro fiebat, quia data est contra peccatum originale. Quòd autẽ Moyses dederit circumcisionem, expresse non habẽ, nisi Exod. 12. Omnis seruus empti cius circuncidetur. Et licet Moyses dederit circuncisionem, non tamen quasi eã instituens: quia non ipse primus accepit circumcisionis mãdatum: sed Abraham vt habetur. Gen. 17. Factum autem. Iudeorum est, quia in sabbato circumcidebant. Et hoc est quod dicit. { & in sabbato circumciditis, &c. } Et hoc ideo: quia Abrahæ mandatum est, vt octauo die circumcideretur puer. Gen. 21. Circumcidit eum die octauo, sicut præceperat ei Deus. A Moyse autem præceptum erat eis, quòd nihil operis facerent in die sabbati. Contingebat autem aliquando, quòd octauus dies necessitatis veniret in die sabbati, & sic circumcidẽtes puerum ipso die, mandatum Moysi soluebant: propter mandatum patrum. Et ideo ex his arguit dominus cum dicit. { Si circumcisionem, &c. } Vbi notandum est, quòd hoc argumentum efficaciam habet ex tribus considerationibus, quarum duæ sunt expressæ, sed tertia subintelligitur. Videmus enim primo, quòd quamuis mandatum Abrahæ prius fuerit, tamen mandatũ Moysi de obseruatione sabbati non præiudicabat priori, scilicet mandato de circumcisione. Gal. 3. Dico autem testamentum confirmatũ a Deo, quæ post quadringintos & triginta annos facta est lex, non irritum facit. Et ideo ex hoc arguit. Quia licet in humanis legibus posteriora præiudicent prioribus: tamen in diuinis priora sunt maioris auctoritatis. Et ideo præcepto facto Abrahę de circumcisione, non præiudicat præceptum Moysi de obseruatione sabbati. Multo ergo minus præiudicat mihi, qui facio qd dispositum est a Deo ante mundi constitutionem de salute hominum in sabbato figurata. Alia cõsideratio est, quia Iudęi mãdatum habebant, vt non operarentur in sabbato, & tamen Iudęi operabantur ea quæ ad salutem particularem erant. Dicit ergo. Si vos quibus mandatum est, vt nihil opereminiin sabbato, circumcisionem accipitis ipso die quæ est quædam particularis salus. Vnde & in membro particulari fiebat, & hoc facitis: vt non soluatur lex Moysi. Ex quo patet, ea quæ ad salutem pertinẽt in sabbato prætermittẽda non esse. Ergo multo magis debet homo facere ipso die ea quæ sunt ad vniuersalem salutem. Non ergo debetis mihi indignari, quia totum hominem sanum feci in sabbato. Tertia consideratio est, quia vtrumque mandatum fuit figura: nam omnia in figura contingebant illis. Si ergo figura scilicet mandatum de obseruatione sabbati non præiudicat figuræ, scilicet mandato circumcisionis, multo minus præiudicat veritati. Nam circumcisio ipsum dominũ figurabat, vt dicit Aug. Ideo autem dicit { totum hominem. } quia cum Dei perfecta sint opera, curatus est vt sanus esset in corpore, & credidit vt sanus esset in anima. Consequenter cum dicit.

circũcisionem accipit homo in sabbato, vt nõ soluat lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanũ feci in sabbato?

l Nolite iudicare secũdum faciẽ: sed iustũ iudiciũ iudicate.

LECTIO III.

Licebant ergo quidã ex hierosolymis, nonne

l Reducit eos ad iustum examẽ sui, vt scilicet non secundũ faciem iudicent: sed iustum iudicium. Dicitur autẽ quis iudicare secundum faciem dupliciter. Nam iudex iudicat secundum allegata. 1. Reg. 16. Homines videntur ea quæ apparẽt. Sed in hoc potest esse deceptio, & ideo dicit. { Nolite iudicare secundũ faciem. } idest secundum illud quod statim apparet, sed diligẽter inquirite. Iob. 29. Causam quam nesciebam diligenter inuestigabam. Isa. 11. Non secundum visionem oculorum iudicabit. Vel aliter. { Nolite iudicare secundum faciem. } idest nolite accipere personam in iudicio. Hoc enim est prohibitum omnibus iudicantibus. Leuit. 19. Non accipies personam pauperis in iudicio. Mal. 2. Faciem accipitis in iudicio. Accipere autem personam in iudicio, est prætermittere iustum iudicium propter amorem seu reuerentiam, seu timorem, aut conditionem personæ, quæ non faciunt ad causam. Dicit ergo. { Nolite iudicare. } quasi dicat, non quia Moyses apud vos habet maiorem gloriã, quàm ego ex personarum dignitate feratis sententiam: sed a rerum natura, quia ea quæ ego facio, maiora sunt, quàm ea quæ fecit Moyses. Sed notandum secundum Augustinum, quod ille nõ iudicat partialiter, qui æqualiter diligit. Non enim cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timendum est ne personam accipiamus.

LECTIO III.

Postquam egit de origine doctrinæ, cõsequenter agit de origine docentis. Et primo Christus ostendit suum principium a quo procedit: secundo suũ finem ad quẽ vadit: ibi. { Adhuc modicum, &c. } Circa primũ tria facit. Primo, proponitur dubitatio turbarum de origine: secundo ponitur doctrina ipsius originis ibi. { Clamabat ergo, &c. } Tertio, ponitur effectus doctrinæ: ibi. { Quærebant ergo eum, &c. } Circa primum tria facit. Primo, ponitur admiratio turbæ: secundo eorum suspitio: ibi. { Nunquid. } tertio inducitur eorum obiectio contra ea quæ suspicantur ibi. { Sed scimus, &c. } Admiratio autem turbarum consurgit ex duobus. Primo, ex iniquo proposito principum. Secundo ex publica doctrina Christi: ibi { Ecce palam, &c. }. Dictum est autem supra, quòd Christus vt ostenderet infirmitatem humanæ naturæ, latenter ascendit ad diem festum: sed vt ostenderet suæ diuinitatis personam, publice docet in templo, & a persequẽtibus teneri nõ potest. Et sic, vt ait Aug. apparet potestas quę putabatur timiditas. Et ideo dicebant, qui dam ex Hierosolymis quasi admirantes, nam ipsi sciebant qua sęuitia quærebatur a principibus vt pore eius familiares, & Hierosolymis existentes. Vnde Chryso. dicit. Omnibus miserabiliores erant, qui *diuinitatis signum* videntes maximum, omnia iudicio corruptorum principum permittentes, Christum minus reuerebantur, secundum illud Ecclesiast. 7. Qualis rector ciuitatis, talis, &c. Sed tamen mirabantur qua potentia non tenebatur. vnde & dicebant. { Nonne hic est quem Iudæi quærunt? } idest principes, secundum illud supra 5. Propterea persequebantur eum Iudæi, idest, principes, &c. Daniel. 13. Egressa est iniquitas a senioribus populi, &c. Apparet autem per hoc veritas sermonum Christi, & falsitas principum. Supra enim cum dominũ diceret eis. Quid me quęritis interficere? negauerunt dicentes. Dæmonium habes, quis te quæric interficere? Sed ecce qd principes negabant, isti confitentur cum dicunt { Quem iudæi quærunt interficere. } Sic ergo admirãtur ex iniquo proposito principum. Similiter etiam ex publica doctrina Christi. Vnde dicũt.

hic est quẽ quærunt interficere?

b Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt.

c Numquid vere cognouerunt principes: quia hic est Christus?

d Sed hũc scimus vnde est: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.

e Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis: & vnde sim scitis.

b Docens scilicet Christus, quòd est iudicium securæ veritatis. Infra 18. Ego palam locutus sum. Et tamen { nihil ei dicunt } quasi repressi virtute diuina. Hæc est enim propria Dei virtus, quòd malorum corda ab impetu suæ malitiæ reprimit. Prouer. 16. Cum placuerunt domino viæ hominis, inimicos eiq̃ quoque conuertet ad pacem. Et alibi. Cor Regum in manu Dei, &c. Suspicio eorum ponitur cum dicit.

c Qvasi dicat: Ante quærebant eum interficere, modo innuerunt, & tamen nihil ei dicunt: non tamen mutati a ꝓpria sententia, quia vt dicitur 1. Cor. 3. Si enim cognouissent, &c. Sed repressi a virtute diuina. Obiectio autem eorum contra suspitionem subditur.

d Qvasi hoc modo arguentes. Christus debet habere occultam originem: sed iste habet originem manifestam. ergo non est Christus. In quo apparet eorum amentia, quia suppposito quòd quidam etiam principes crederent Christo: non tamen eorum sententiam sequuntur: sed aliam corruptam proferunt. Ezech. Ista est Hierusalem in medio. Sciebant enim Christum esse ex Maria secundum originem: sed tamen eius modum ignorabant. Mat. 13. Nonne pater eius est Ioseph, &c. Sed cum dicatur Mich. 6. Ex te exiet dux, &c. quare dicunt { Christus cum venerit nemo scit vnde sit. } Respondeo, dicendum, quòd hoc habent ex verbo Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Sic ergo & ex Prophetis habent vt sciant vnde sit, secundum humanam originem. Et ex eis habent, quòd nesciant, secundum diuinam generationem. Consequenter cum dicit.

e Manifestat suam originem. Et primo ostendit secundum quid sua origo sit nota, & secundum quid sit ignota. Secundo docet quomodo ad eius notitiã possumus peruenire ibi. { Ego scio eum, &c. } Circa primum duo facit. Primo ostendit quid de origine eius sciebant. Secundo quid circa ipsum ignorabant: ibi. { Et a me ipso, &c. } Nouerant autem de Iesu originem suam. et ideo dicit { clamabat Iesus. } Clamor autem ex magnitudine affectus procedit, & ideo quandoque importat turbulentiam animi, interius cõcitari. Et hoc mõ non cõpetit Christo, de quo scriptum est Isa. 42. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Eccles. 9. Verba sapientium audiuntur, &c. Quandoque importat magnitudinem deuotionis, secundũ illud Psalm. 9. Ad Dominum cum tribularer clamaui. Quandoque vero cũ hoc magnitudinem dicendorum, secundum illud Isa. 6. Seraphim clamabant alter ad alterum, &c. Prouer. 8. Numquid non sapientia foris clamitat, &c. Et sic prędicatores clamare monentur Isa. 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Et sic clamabat hic Dominus { docens in templo, & dicens, } hoc scilicet { nesciti. } secundum faciem nosciti. { Et vnde sim scitis. } scilicet corporaliter. Bar. 3. Post hæc in terris visus est: sciebat enim quod ex Maria natus erat in Bethleem, & nutritus in Nazareth, sed nesciebant virginis partum, & quòd per spiritum sanctum cõceptus esset, vt dicit Aug. Excepto virginis partu, eorum nouerant in Iesu, quod ad hominem pertinet. Nesciebant autem de ipso originem occultam, vnde dicit.

f Et primo insinuat suam originem. Secundo ostendit eam, eis esse occultam. Origo autem sua est a patre ab æterno: vnde dicit. { A meipso non veni. } q. d. Ante fui secundum diuinitatẽ, quàm in mundo venirem per humanitatem. infr. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum. aliàs non conueniret et venire, nisi an te fuisset, & tamen hoc ipsum quod veni, non veni a meipso: qa filius non est a se, sed à patre. infr. 16. Exiui à patre, & veni in mũdum, Prænunciata autem fuit eius origo à patre, qui eũ promisit mittere. Exod. 4. Obsero Domine mitte quem missurus es. Isa. 19. Mittam eis saluatorẽ, &c. & ideo dicit. { Sed est verus qui misit me. } q. d, non aliunde veni, sed ab eo qui promisit, & promissum adimpleuit, quia { verus est. } Roma. 3. Est autem Deus verax, & ideo docet me veritatẽ loqui, quia a vero missum sum: est autem eis occulta, quia nesciunt eum qui misit me. Vnde dicit. { Quem vos nesciti. } Sed cum omnis homo licet in carne natus, sit a Deo, videtur, quòd possit dicere. Ego sum a Deo, & p consequens. Me scitis vnde sum. Respondeo. Dicendum secundũ Hylar. quòd filius aliter est a Deo, quàm alij homines: quia sic est a Deo, quòd etiam est Deus. vnde Deus est principium eius consubstantiale: alia vero sic sunt a Deo, quòd tamen non sunt ex illo. Sic ergo filius vnde sit ignoratur: quia natura ex qua est, nesciitur, sed homines vnde sint non ignoratur: quia si vnde, ignorari non potest, quicquid subsistit ex aliquo. Consequenter cum dicit.

f Et a meipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nesciti.

g Ego scio eũ, & si dixero, quia nescio eũ, ero similis vobis mendax.

g Docet quomodo peruenirì possit ad notitiam eius a quo est. Ab illo enim oportet nos addiscere aliquid, qui scit illud, solus autem filius nouit patrem, & ideo dicit. Si vultis notitiam eius qui misit me habere, oportet, quòd habeatis a me: quia ego solus { scio eum. } & ideo primo ostendit suam scientiam: secundo scientiæ suæ perfectionem, tertio scientiæ suæ rationem. Suam scientiam ostendit cum dicit. { Ego scio eum, &c. } Verum est autem, quòd omnes homines vident eum, vt dicitur Iob. 36. sed tamẽ diuersimode, quia homines in vita ista vident eum ꝑ creaturas. Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, &c. ideo dicitur. 1. Cor. 10. Videmus nunc per speculum in enigmate. Angeli vero & beati in patria, vident eum immediate ꝑ essentiam. Mat. 18. Angeli eorum in cœlis semper vident, faciẽ, &c. 1. Ioan. 3. *Videbimus eũ sicuti est. sed filius Dei* videt eum excellentius omnibus scilicet visione comprehensionis: supra. 1. Deũ nemo vidit vmquam scilicet comprehendẽdo. Vnigenitus, &c. Mat. 11. Neque patrem quis nouit nisi filius, & de hac visione loquitur hic dicens. { Ego scio eum. } scilicet notitia cõprehensionis. Perfectionem vero scientiæ suæ ostendit, dicens. { Si dixero quia nescio eum, ero similis, &c. } Quod quidem introducit propter duo. nam creaturæ intellectuales sciunt eum: sed longe & imperfecte, quia vnusquisq; intuetur eũ procul vt dicit Iob. 36. Veritas enim diuina excedit omnem cognitionem nostram. 1. Ioan. 3. Deus maior est corde nostro. quicumque ergo Deum cognoscit, potest absque mendacio dicere. nesciò eum: quia non cognoscit eum quantum cognoscibilis est: filius autem Deũ patrem perfectissime cognoscit: sicut ꝑfectissime ipse se nouit. Vnde non potest dicere. { Nescio eum. } Item quia cognitio Dei: & maxime quæ est per gratiã, potest perdi: secundũ illud Psal. 105. Obliti sunt Deum qui redemit eos: vnde possunt dicere. { nescio eum } quamdiu est in vita ista: quia nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit; Filius autem inamissibilem notitiam habet de patre, vnde non potest dicere. { Nescio eum. } In hoc autem qd

A dicit { ero similis vobis, &c. } debet accipi similitudo per contrarium. Non enim essent mendaces, si dicerent se nescire Deũ: sed potius si dicerent se Deum cognoscere, cum eum ignorent. Si autem Christus diceret se eum non nosse, cum noscat, esset mendax. Est ergo sensus verbi. { Si dixero quia nescio eum } cũ sciam eum { ero similis vobis mendax } qui dicitis vos cognoscere eum, cũ tamen ipsum ignoretis. Sed numquid non poterat Christ' dicere nescio eum? Videtur q̃ sic, quia poterat mouere labia, & proferre verba huiusmodi: ergo potest esse mendax. Sed dicẽdum, quòd Christus hujusmodi verba protulit, & tamen non fuit mendax; quod intelligendum est

B si dixero nescio eum. } cum assertione, ita scilicet, quod corde credam, quod profero ore. Afferere autem falsum pro vero, ex duplici defectu contingit, scilicet ex defectu cognitionis intellectus. Et hic defectus non poterat esse in Christo, cum sit Dei sapientia, vt dicitur. 1. Cor. 1. Item ex defectu rectæ voluntatis in affectu. qui similiter in Christo esse nõ poterat: cum sit Dei virtus, vt ibidem dicitur. Vnde non poterat dicere asserendo { Nescio eum, } nec tamen conditionalis est falsa: quamuis antecedens sit impossibile & consequens. Ratio autem singularis & perfecte scientiæ Christi ponitur cum dicit. { Sed ego scio eum, quia, &c. } Omnis enim cognitio est per aliquam similitudinẽ, cum nihil cognoscatur, nisi prout similitudo cogniti est in cognoscente: omne autem quod procedit ab aliquo, habet eius similitudinem a quo procedit. Vnde omnes vere cognoscentes, secundum diuersum gradum processionis eorum a Deo, habent diuersimode eius cognitionem. Anima autem rationalis, Dei cognitionem habet secundum quod similitudinem participat imperfectiori quodam modo ab aliis creaturis intellectualib'. Angelus quia expressiorem Dei similitudinem habet, cum sit signaculum similitudinis, manifestius Deum cognoscit. Filius autem perfectissimam patris similitudinem habet, cum sit eiusdem essentiæ, & virtutis cum ipso. Et ideo perfectissime cognoscit, vt dictum est. Et ideo dicit { Sed ego scio eum } scilicet quantum cognoscibilis est. Et huius ratio est { quia ab ipso sum } quasi habens eandem naturæ essentiam cũ ipso per cõsubstantialitatẽ: vt de sicut ipse perfecte se nouit, per essentiam suam, ita & per eandem essentiam { ego scio eum } perfecte. Sed ne hoc referatur ad missionem qua venit in mundum, continuo subiecit { et ipse me misit. } Vt sic quod dicit. { Ab ipso sum, } referatur ad ęternam generationem, per quam consubstantialis est patri. Ex quo habetur proprietas cognitionis, de proprietate generationis. Per hoc vero quod dicit { Ipse me misit } insinuat patrem actorem incar-

C nationis Galat. 4. Misit Deus filium, &c. Sicut autem per hoc, q̃ filius est a patre, perfectam patris cognitionem habet: ita etiam per hoc, quòd anima Christi singulariter est vnita verbo: habet singularem & excellentiorem præ aliis creaturis cognitionem Dei: licet eum non comprehendat. Consequenter eum dicit. et ideo potest Christus secundum diuinam dicere scio eum excellentius præ omnibus creaturis, non tamen comprehendendo.

h Agitur de effectu doctrinæ. Et primo quantum ad turbas. Secundo quantum ad Pharisęos, ibi { Audierunt Pharisęi, &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit effectum doctrinæ in turbis maleuolis. Secundo in turbis deuotis ibi { De turba autem. } Circa primum tria facit. Primo, *innuit turbarum iniquũ* propositum. Secundo propositi implendi impedimẽtum. Et tertio impedimenti rationem. Iniquitas autem propositi manifestatur cum dicit { quærebant ergo eum apprehendere } quia. n. dixerat dominus quem vos nescitis, irati sunt Iudæi quasi simularent eum scire, & ideo iniqua proponebant scilicet eum appre

E hendere, ad crucifigendum & occidendum. Eũ illud Psalm. 70. Persequimini, & comprehendite eum. Sunt tamen aliqui qui Christum in se habentes, quærunt tamen pie apprehendere. Cãtic. 8. Ascendam in palmã, & apprehendam fructus eius. Vnde & Apostolus dicebat. Philipp. 3. Sequor si quomodo apprehendam, &c. Impedimentũ propositi ponit cũ dicit { Nemo misit in illum manus. } Inuisibiliter enim eorũ furor refrenatus est & repressus, per quod pater, quòd voluntas nocendi est vnicuique a se: sed nocendi potestas a Deo. quod patet Iob. 1. & 2. Vbi Sathan non potuit Iob affligere nisi quantum permissum est sibi a Deo. Ratio impedimenti assignatur { Quia nondum venerat hora eius. } Vnde sciendum est, quòd secundum illud Ecclesiastic. 8. Omni negotio tempus est & opportunitas. Tempus autẽ vnicuique rei ex sua causa determinatur. Quia ergo corporaliũ effectuũ causa sunt corpora cœlestia, ideo in his quę corporaliter aguntur, hora determinatur ex corporibus cęlestibus. Anima vero cum secundum intellectũ & rationẽ, nullis corporibus cœlestibus

cœlestibus subiaceat: eum quantũ ad hoc temporales, causas tran F
scendat, non habet horas determinatas ex corporibus cœlestibus: sed ex causa eius scilicet Deo: qui dispensat quid, quo tempore fit faciendum. Ecclesiast. 33. Quare dies diem superat, & sterum lux lucem, & annus annum a Sole? A domini scientia separati sunt, &c. Multo ergo min⁹ in Christo determinatur hora ab ipsis corporib⁹. Sic ergo intelligenda est hora eius, non ex necessitate fatali, sed a tota Trinitate præfinita. nam vt dicit Aug. hoc nec de te credendũ est, quanto magis de illo per quem factus es? Si tua hora voluntas illius est scilicet Dei, hora illius quæ est nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. supra 2. Nondum venit hora mea. infra 13. Sciẽs Iesus qa venit hora eius vt transeat, &c. Consequenter cum dicit.

i Ponit effectum doctrinæ in turbis deuotis. Et primo ponitur eorum fides. {quia multi de turba crediderunt in eum.} Non dicit de principibus, qa quanto maiores erant tãto magis erũt elongati. et ideo in eis sapientia locũ non habebat. quia vt dr Prouer. 11. Vbi humilitas, ibi sapientia. Turba aũt quia suam ægritudinem cito vidit, domini medicinam sive dilatione cognouit. Mat. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, &c. Et propter hoc in principio humiles, & pauperes conuersi sunt ad Christum. 1. Cor. 1. Ignobilia & contemptibilia mundi elegit Deus, &c. Secundo ponit motiuum ad fidem cum dicit { Christus cum venerit, nũquid, &c. } Prophetatũ enim erat, qꝰ Christ⁹ in aduentu suo miracula multa esset facturus. Isa. 35. Deus ipse veniet, & saluabit nos: tunc aperiẽtur oculi cæcorũ, & aures, &c. & ideo videntes miracula quæ Christus faciebat, inducebantur ad fidem eius: sed tamen fides eorum infirma erat, quia non à doctrina, sed a signis mouentur ad credendum eiusmodi tamen ipsi qui fideles iam erãt, & per legem instructi, magis a doctrina mouerri debuissent. nam vt dicitur 1. Cor. 14. Signa data sunt infidelibus, &c. Secundo quia adhuc videntur alium Christum expectare. Vnde dicunt { Christus cum venerit: numquid, &c. } Vnde patet, quòd non credebant in Christum, sicut in Deum: sed sicut in aliquem iustum virum seu Prophetam. Vel secundũ Aug. syllogizant. { Christus cum venerit, &c. q d Christus promittit venturus: sed ipse non plura signa faciet q̃ hic facit. Ergo vel ipse est Christus, vel erunt plures Christi. Consequenter cum dicit.

k Ponit effectus in Pharisæis. Et vt Chrysosto. dicit. Christus multa dixit, & tamen non sunt mouti contra eũ. Quando autem vident turbam ei acquiescere, statim concitantur contra eum, & insanientes, eum occidere cupiebant. Ex quo patet, quòd sabbati solutio nõ erat vera causa odij eorum: sed hoc eos maxime mordebat, qꝰ turbæ Christum glorificabant. Et hoc patet infra 12. Videtis, qꝰ nihil proficimus. Ecce totus mundus post eum vadit. Quia vero ipsi Christũ capere non audebant timentes periculum, ministros mittunt, tanquàm periculis expositos.

LECTIO IIII.

Postquam posuit dominus originis suæ principiũ, hic consequenter insinuat suum terminum quo scilicet iturus est per mortem. Et primo insinuatur terminꝰ viæ Christi. Secundo ponitur admiratio turbarum de sermonibus eius: ibi { Dixerũt ergo Iudæi ad semetipsos, &c. } Circa primum tria facit. Primo insinuat suę viæ terminum. Secundo prenuntiat futurum turbarum desiderium ibi. { Quæretis me, &c. } Tertio subdit eorũ defectũ ibi { Et vbi sum ego, &c. } Circa primum duo facit. Primo prænuntiat mortis suæ dilationem. Secũdo innuit quo iturus est per mortem ibi { Et vado ad patrem, &c. }. & sic in primo ostendit suam potestatem. In secundo patiendi voluntatem. Potestatem quidem suam ostendit in dilatione mortis, quia licet Iudęi quærerent eum apprehendere: non tamen hoc possunt: nisi Christus velit. infra 10. Nemo tollit animam meam, sed ego pono eã. Et ideo { dixit eis Iesus. Adhuc modicum tempus, &c. } q. d. Vultis me interficere: sed hoc nõ est positũ in volũtate vestra: sed in voluntate mea, & ego determino quòd { adhuc modicum tempus vobiscum sum. } & ideo parum expectate tempus. Hoc quod vultis modo facere facturi estis { Adhuc enim modicum tempus vobiscum sum. } In quo quidem dominus satisfacit. Primo quidem turbæ, quæ eum reuerebatur, faciens eam magis auidam ad audiendum quasi parno tẽpore derelicto, in quo possent hac doctrina potiri vt Chrysos. dicit. Ioan. 10. Dum lucem habetis credite in lucem. Secundo vero turbæ quę eum persequebatur, euasi dicat. Non diu differt desiderium vestrũ de morte mea: vnde patiẽres sustinete { Quia adhuc modicum. } Implere enim debeo dispensationem meam, prædicando scilicet & miracula faciendo, & sic pervenire ad passionem. Luc. 13. Ite & dicite vulpi illi, quia hodie, &c. operor, & tertia die consumor. Est autẽ triplex causa, quare Christ⁹ modico tempore voluit prædicare. Prima ad demonstrandum suã virtutem, quòd in tã modico tempore totum mundũ immutaret. Psal. 83. Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Secunda est ad excitandum desiderium discipulorũ vt scilicet magis eum desiderarent, quem modico tempore corporali presentia habituri erant. Luc. 16. Venient dies in quibus desiderabitis vnam diem filij hominis. Tertia est ad augmentandum discipulorum spiritualem profectum. Cum enim Christi humanitas sit *nobis via tendendi in Deum vt dicitur* Ioan 14. Ego sum via, veritas, & vita, non debemus in ea quiescere vt in terminos: sed per eam debemus in Deum tendere. Ne ergo corda discipulorum ad Christum carnaliter affecta, in eo vt in homine quiescerẽt: ideo Christus corporalem sui præsentiam ab eis cito subtraxit. Vnde dicebat Ioan. 16. Expedit vobis, vt ego vadam. 2. Corinth. 6. Et si Christum secundum carnem nouimus: tunc scilicet quando corporaliter nobiscum erat: sed nunc iam non nouimus. Voluntatem autem suę passionis ostendit, cum dicit.

b Vas. spontaneus scilicet per passionem. Isa. 52. Oblatus est quia ipse voluit. Ephes. 5. Obtulit semetipsum hostiam Deo in odorem suauitatis. { Vado } inquam ad patrem { qui misit me. } Et hoc conuenienter. Nam quęlibet res naturaliter redit ad suum principium. Ecclesiasti. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Ioan. 12. Sciens quia à Deo exiuit: & ad Deum vadit. Et iterum 16. Vado ad eum qui misit me. Cõsequenter cum dicit.

c Prænuntiat Iudæorum desiderium, quasi dicat. Modicum est, quod potestis mea doctrina frui, sed hoc modicum, qꝰ modo reliquitis, quandoque quęretis & non inuenietis. Isa. 55. Quærite Dominum dum inuentri potest. Et in Psalm. 68. Quærite Dominum scilicet in præsenti, & viuet anima vestra. Hoc autem, quod dicit. { Quæretis me, &c. } potest intelligi vel de inquisitione corporali Christi: vel de spirituali. Si vero intelligatur de corporali sic secundum Chrysosto. quæsierunt eum quando filiæ Hierusalem, scilicet mulieres plangebant super eum: vt dicitur. Luc. 23. et credibile est hoc tũc multos alios passos esse. Hoc est etiam a veritate remotum: quia imminente tribulatione Iudæis, & præcipue cum ciuitas caperetur, memores Christi & miraculorum eius, desiderarent eius præsentiam, qua liberarentur. & secũdum hoc dicendum est. { Quæretis me } idest meã præsentiam corporalem, & { non inuenietis. } Si vero intelligatur de spirituali, dicendum est secundum Augusti. quòd eum quem noluerunt cognoscere præsentem, tunc postea quæsierunt eum videntes multitudinem credentem, compuncti de scelere mortis Christi. dixerunt Petro. Act. 2. Quid faciemus? &c. Sic ergo quæsierunt Christum, quando crediderunt in eum, suis sceleribus ignoscentem, quem viderũt ipsorum scelere morientem. Consequenter cum dicit.

d Ostendit eorum defectum. nec dicit. Quo vado, quod esset magis consequens ad præmissa, scilicet vado ad patrem qui me misit: sed dicit. { Vbi ego sum, } vt ostendat se Deum & hominem. Hominem quidem inquãtum vadit. infr. 16. Vado ad *eum qui me misit, sed inquantum semper ibi erat Christus*, quo fuerat rediturus, ostendit se Deum, supr. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo. Sic ergo secundũ Aug. sicut Christus rediit vt nos non relinqueret, sic ad nos per assumptionem visibilis carnis descendit, vt secundum inuisibilem maiestatem etiam esset in cœlo. Non autem dicit non inuenietis: quia aliqui iturri erant. Sed dicit. { Non potestis venire. } quamdiu scilicet sic dispositi estis. Nullus enim ad hęreditatem cœlestem peruenire potest, nisi sit hæres Dei. Hæres autem Dei aliquis efficitur per fidem Christi. supra 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Iudæi autem *nondum in eum* credebant, & ideo dicit { non potestis venire. } In Psalm. 23. requirit. Quis ascendet in montem Domini. Et respondetur. Innocens manibus, & mundo corde. Iudæi autem non erant mundo corde, nec innocentes manibus: quia volebant Christum interficere: ideo dicit. Non potestis ascendere in montem Domini. Consequenter cum dicit.

Ponitur

e Ponitur Iudæorũ admiratio, qui licet carnaliter de Christo saperent, tamen ex parte credebant. Et tria faciunt. Primo admirantur. Secundo suspicantur: et tertio contra suspitionem argumentantur. Admirantur quidẽ cum dicit de semetipsos. { Quo iturus est hic: quia non inueniemus eum? } Vt enim dictum est, hoc carnaliter intelligebant. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit, &c. & ideo quòd esset iturus, non quidem per mortẽ, sed corporaliter ad aliquem locũ quo eis non liceret ascendere suspicãtur super hoc dicentes. { Numquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus:

e Dixerũt ergo Iudæi ad semetipsos. Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nũquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quęretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire?

gentes? } Nam gentes alienatæ erant a conuersatione Iudæorũ. Eph. 2. *Hospites testamẽtorum*, &c, & ideo quasi eis exprobrantes dicunt { in dispersionem gentiũ. } quæ scilicet indistinctæ erant, & imperfecte adinuicem permixtę Gene. 10. Hæ sunt familiæ Noe, &c, & ab his diuisæ sunt, &c. Sed populus Iudæorum collectus erat loco, & cultu vnius Dei, & obseruatione legis. Psal. 146. Ædificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit. Nec dicunt, quòd iturus sit ad gentes quasi gentilis futurus, sed: tamquam eas reducturus. Vnde subdunt { & docturus gẽtes. } Quod forte sumpserunt ex Isa. 49. Parum est mihi, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob & feces Israel conuertendas; dedi te in lucem gentium, &c. Quamuis autem isti non intelligerent ea quæ dicunt, sicut nec Cayphas intellexit cum dixit, Expedit vobis vt vnus homo moriatur, &c. tamẽ verum dicunt, & salutem gentium prædixerunt vt Aug. dicit. quòd iturus est ad gentes, non præsentia corporis, sed pedibus suis, scilicet Apostolis. Misit enim ad nos membra sua, & fecit nos sua membra. infr. 10. Alias oues habeo quę non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnũ ouile, &c. & ideo Isa. 2. dicitur in persona gentium, docebit nos vias suas. Obijciunt autem contra ea quæ suspicantur dicentes. { Quis est hic sermo quem dixit? Quæretis me, &c. } quasi dicat. Si dixisset. { Quæretis me, & non inuenietis, &c. } Poterat quidem intelligi, quòd iturus esset ad gentes: sed per hoc quod addidit. { Vbi ego sum non potestis venire, } videtur excludere hunc intellectum. Non enim impossibile est ad gentes ire, &c.

LECTIO V.

Postquam Dominus egit de origine suæ doctrinæ, & docentis, nec non de termino eius, hic consequenter inuitat ad ipsam doctrinam. Et primo ponitur Christi inuitatio. Secundo turbarum dissensio ibi. { Ex illa autem turba. } Circa primum tria facit. Primo ponitur inuitandi modus. Secundo ipsa inuitatio ibi. { Si quis sitit. } Tertio subditur expositio. ibi. { Hoc autem dixit, &c. } Modus autẽ inuitandi attenditur quantum ad tria, scilicet quantum ad tempus inuitationis, quantum ad situm inuitantis, quantum ad conatum vocantis. Quantum ad tempus, quia. { In nouissimo die magnę festiuitatis. } Nam vt dictum est, festum illud celebratur septem diebus, & primus & vltimus dies solenniores erant, sicut & apud nos primus dies festi, & octauus solennis est magis. Hoc ergo quod hic Dominus fecit, non fecit primo die, quia nondũ ascẽderat Hierusalem, nec intermediis diebus, sed in nouissimo: et hoc ideo: quia pauci sunt qui festa spiritualiter celebrant. & ideo non eos a principio ad doctrinam inuitat, ne per vanitates sequentium dierum aboleretur de cordibus eorum, quia vt dicitur Luc. 8. Verbũ Domini suffocatur a spinis, sed in vltimo die eos inuitat, vt tenacius eorum cordibus imprimatur: quantum ad situm autem quia { stabat Iesus. } Vbi sciendũ est, quòd Christus docuit sedens, & stans. Sedens quidem docuit discipulos. Match. 5. Stans autem turbas, sicut hic. & ideo ex hoc i noleuit consuetudo in Ecclesia: vt turbis prædicetur stando, religiosis vero & clericis sedendo. Cuius ratio est, quia cum prædicatio ad turbas fit quasi ad eas conuertendas, fit per modum exhortationis: sed cum prædicatio ad clerum fit quasi iam ad existẽtes iũ domo Dei, est vt quædam commemoratio. Quantũ ad conatum vero vocantis: quia { clamabat, } vt scilicet ostenderet suã securitatẽ. Isa. 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, exalta noli timere. Et vt ab omnibus audiret. Isa. 58. Clama ne cesses, quasi tuba, &c. Et vt ostendat magnitudinẽ dicendorum. Pro. 8. Audite me, qa de rebus magnis locutura sum. Cõsequẽter cũ dicit.

b Ponitur inuitatio. Et primo ostenditur qui inuitentur. Secundo quis sit fructus inuitationis. Inuitantur quidẽ sitiẽtes: vnde dicit. { Si quis sitit veniat ad me, & bibat. } Isa 51. Omnes sitientes venite ad aquas. Ideo enim sitientes vocat, quia tales sunt qui desiderant Deo seruire. Deus autem coacta seruitia non accepta. 2. Corinth. 9. Hylarem datorem diligit Deus. Et propter hoc dicebat. Psalm. 53. Voluntarie sacrificabo. De istis Mat. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. quos quidem Dominus non partialiter vocat, sed omnes. Vnde dicit. { Si quis sitit. } q. d. quicumque est ille. Ecclesiasti. 24. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me, &c. 1. Thimot. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Inuitat autem ad potandum. Vnde dicit { & bibat. } Potus enim iste est spiritualis refectio in cognitione diuinæ sapientiæ, & veritatis, etiam in impletione desideriorum. Isa. 45. Serui mei bibent, & vos sitietis. Prouer. 9. Venite & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Ecclesiast. 16. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Fructus autem huius inuitationis est redundantia bonorum in alios: vnde dicit. { qui credit in me, &c. } Quod quidem secundum Chrysosto. legendum est sic. { Qui credit in me, sicut dicit scriptura. } Hic subdistingue punctuando, & postea subsequitur. { Flumina, &c. } Nam si dicis, qui credit in me & postea subsequatur, sicut dicit scriptura, flumina &c, nõ videtur conueniens, quia hoc, quod dicitur { flumina de ventre, &c. } nõ inuenit in aliquo lib. Veteris Testamenti: hoc ergo modo dicat. { Qui credit in me sicut dicit scriptura, } idest, secundum scripturę documenta. supra 5. Scrutamini scripturas, ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et tunc flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. } Et dicit. { Qui credit in me, } cum supra dixerit. Qui venit ad me, quia idem est credere & venire. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Secundum Hieronymum vero aliter punctuatur sic. { Qui credit in me. } & postea subditur: { sicut dicit scriptura, flumina, &c. } Quod vt ipse dicit de Prouerb. sumptum est. Prouerb. 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluentia putei tui, deriuentur fontes tui foras. Sciendum est autem secundum Augustinum, quòd flumina procedunt de fontibus sicut a principio, qui autem bibit potum corporalem, non habet in se nec fontem nec flumen, quia particulam aquæ gustat. Sed qui bibit credendo in Christum, haurit fontem aquæ, quo hausto, uiuescit conscientia quæ est venter interioris hominis, & etiam ipsa fons erit. Vnde dicitur sup. 3. Qui biberit ex hac aqua, fiet in eo fons aquę salientis. Hic aũt fons qui hauritur, est spiritussanctus, De quo dicitur in Psal. 35. Apud te est fons vitę. Qui ergo bibit ita, quòd soli sibi proficit, dona gratiarũ quæ p flumina signantur, non fluent aquæ viuæ de ventre eius: sed qui proximo festinat consulere, & diuersa dona gratiarum recepta a Deo aliis communicare: de ventre eius fluent aquę viuæ. Propter quod dicit Petrus 1. Petri 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illã administrantes. Dicit autẽ { flumina. } ad significandum spiritualium donorum abundantiam fidelib⁹ repromissam. Psal. 64. Flumen Dei repletum est aquis. Item eorum impetum. Isa. 26. Qui ingredientur impetu à Iacob, &c. Et in Psal. 44. Fluminis impetus, &c. Vnde quia ex instinctu & feruore *spiritussancti* mouebat Apostolus, dicebat, Charitas Christi vrget nos. & 2. Corint. 5. & Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Item donorum spiritussancti diuisionem, quia vt dicitur 1. Corinth. 10. Alii genera linguarum, alii genera sanitatum, &c. Huiusmodi autem flumina sunt aquę viuæ: quia sunt continuatæ suo principio, scilicet spiritussancto inhabitanti. Consequenter cum dicit.

c Exponit quæ dixit. Et primo ponitur expositio. Secũdo assignatur rõ expõnis ibi { Nondum enim, &c. } Dicit ergo. Dixi quòd flumina de ventre eius, &c. Sed hoc intelligendum est se Euangelista dicit. { de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. } quia ipse est fons vitę & fluuius. Fons de quo dicit in Psal. 35. Apud te est fons vitæ, &c. Fluuius vero quia à patre & filio procedit. Apoca. vlti. Ostendit mihi Angelus fluuiũ aquæ viuę splendidum tamquam christallum, procedentem de sede Dei & agni. Isa. 1. Dedit spiritum, scilicet obedientibus sibi. Huius expositionis rationem assignat dicens { Nondum enim erat &c. { & dicit duo scilicet quòd nondum erat spiritus datus, } & quòd Christus { nondum erat glorificatus. } Circa primum est duplex opinio. Chrysosto. enim dicit, quòd spiritussanctus non fuit datus Apostolis, quantum ad dona Prophetica, & miraculorum, ante resurrectionem Christi. Vnde gratia huius quæ dabatur

batur Prophetis, a terra defecerat vsque ad aduentum Christi, nec postmodum alicui data est vsque ad prædictum tempus. & si dicitur quòd Apostoli eijciebant dæmonia ante resurrectionē; intelligendum est, quòd hæc non spiritu eijciebantur: sed ea quæ a Christo erat, potestate, quando enim mittebat eos mon dicit, Dedit eis spiritum sanctū: sed dedit eis potestatem. Sed hoc videtur contra illud quod dominus dicit Lucæ. 11. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Sed cōstat quòd ipse in spiritusancto eijciebat dæmonia, & filij, idest Apostoli: vnde manifestum est eos accepisse, spiritum sanctum. & ideo dicendum est, secundum Aug. quòd ante resurrectionem, Apostoli habuerūt spiritum sanctum, etiam quantum ad dona prophetica, & miraculorum. Et hoc quod hic dicitur. {Nondum erat spiritus datus,} intelligendum est de abundanti datione, & visibilib⁹ signis: sicut datus fuit eis post resurrectionem, & ascēsionem in linguis igneis. Sed cum spiritussanctus sanctificet ecclesiam & etiam modo accipiatur a fidelibus, quare nemo loquitur linguis omnium gentium sicut tunc? Dicendum ad hoc, quòd non est necessarium vt Augustinus dicit. Quia iam vniuersalis ecclesia linguis gentium loquitur, quia per spiritum sanctum datur charitas. Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, & hęc faciens omnia cōmunia, facit quemlibet cuilibet loqui. Vnde dicit. Si amas vnitatem, etiā tibi habet quisquis in illa, idest, ecclesia aliquid habet: tolle inuidiā & tuum est quod habeo, liuor separat, charitas iungit ipsam habero; & cūcta habebis. In principio autē antequam ecclesia per mundum dilataretur: quia pauci erant, oportebat; q̄ linguis omnium loquerentur: vt sic ecclesiam in omnibus fundarent. Circa secundū, sciendum est secundum Augu. quòd hoc quod dicit {Iesus nondum fuerat glorificatus} intelligendum est de gloria resurrectionis. q.d. Nondū a mortuis resurrexerat, nondum ad cœlos ascenderat. De qua dicitur. Ioan. 17. Clarifica me pater. Et causa quare sic voluit prius glorificari quàm daret spiritum sanctum, assignatur, quia spiritussanctus ad hoc datur nobis: vt erigat corda nostra ab amore sæculi in resurrectionem spiritualem; & totaliter currant in Deum. Quia ergo vitā æternam promisit spiritussanctus charitate feruētibus, vbi non moriemur: vbi nihil timebimus. Ideo ipsum spiritum sanctum noluit dare nisi dum esset glorificatus, vt in suo corpore ostenderet vitam: quam in resurrectione speramus. Secundum Chrysosto. vero, hoc non intelligitur de gloria resurrectionis: sed glorificatione passionis. De qua imminente passionis hora dominus dicit in fra 13. Nunc glorificatus est filius hominis. Et secundum hoc spiritussanctus tunc primum datus est, quando post passionem dixit Apostolis. Accipite spiritum sanctum, &c. Ideo autem nō ante passionem datus est spiritussanctus, quia cum sit donum, non debuit dari inimicis, sed amicis. Nos autē inimici eramus. Oportebat ergo prius offerri hostiam in ara crucis, & inimicitiam in carne solui: vt sic per mortem filij eius reconciliaremur Deo, & tunc facti amici, donum spiritussancti reciperemus, &c.

d Posita ergo Christi ad spiritualē potū inuitatione. Hic consequenter agit Euangelista de turbarum dissensione. Et primo ponitur dissensio turbarum adinuicem. Secundo dissensio in principibus ibi {Venerunt ergo ministri.} Circa primum duo facit. Primo ponuntur diuersa diffidentium verba. Secundo ponitur ipsa dissensio ibi {Dissensio itaque facta est, &c.} Diuersitas autem verborum turbarum ex diuersitate opinionum turbarum de Christo proueniebat. & ideo ponit tres opiniones turbarum. Duas quidem iam accedentium ad spiritualem potū. Tertiam vero silentium. Prima autē opinio erat, quòd dicebāt Christum Prophetam esse. & ideo dicit. {Ex illa ergo hora.} quando scilicet, in magno festiuitatis die talia dixerat {turba cum audissent hos sermones eius, dicebāt,} illi scilicet qui iam illam aquā spiritualiter haurire cœperant {Hic est vere Propheta.} Nō solum Prophetam eum dicunt, sed etiam verum, idest, quasi anthonomatice intelligentes hunc esse, de quo Moyses prædixit. Deuteronom. 18. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, ipsum tamquam me audietis. Alia opinio erat, quia quidā dicebant {Hic est Christus.} Isti enim magis ad potum accedebant, & sitim infidelitatis magis deposuerant. Et hoc etiam Petrus confessus est. Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. Tertia opinio est referentium contraria prædictis. Et primo obijciunt contra opinionem dicentium eum esse Christum. Secundo obiectionem auctoritate confirmant. Dicit ergo {Quidam autem.} in suæ infidelitatis ariditate permanentes {dicebat. Numquid a Galilæa venit Christus?} Nouerant enim Prophetas, Christum à Galilæa venturum non prædixisse. & iō credentes in Nazareth eum natū fuisse (Ignorabant enim huæ natiuitatis locum esse Bethleē) hoc dicunt. Manifestū enim erat eum in Nazareth nutritum: sed paucis notus erat natiuitatis locus: quāuis tamen scriptura non dicat

e Tes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondū erat glorificatus.

d Ex illa ergo hora turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: hic est vere Propheta. Alij dicebant: hic est Christus. Quidam autem dicebant: num quid à Galilæa venit Christus? Nonne scriptura dicit: quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?

e Dissensio itaq; facta est in turba propter eum. Quidam autē ex ipsis volebant apprehendere eū: sed nemo misit sup eū manū.

f Venerūt ergo ministri ad Pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi. Quare non adduxistis illum? Respōderūt ministri. num quā sic locutus est homo, sicut hic loquitur? Responderunt ergo eis Pharisęi. Numquid & vos seducti estis? numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisęis? Sed turba hæc quę nō nouit legē, maledicti sūt.

Christum in Galilæa nasciturum: prædixit tamen illuc eum primo declinaturum, Isaiæ 9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. Populus gentium qui ambulabat in tenebris, &c. Prædixit etiam quòd Nazareth processurus esset. Isa. 11. Flos de radice eius ascendet. Vbi in Hebræo habetur. Nazarenus de radice est, &c. Confirmant obiectionem auctoritate scripturæ, cum dicunt {Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, &c.} Quòd autem de semine Dauid venturus esset Iesus, dicitur Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum. Et secundi Regum 23. dicitur de Dauid. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei. Quòd vero de Bethleem, dicitur Mich. 5. Et tu Bethleē terra Iuda, &c. Consequenter cum dicit.

e Primo ponitur ipsa dissensio. Secundo conatus quorundam ex eis contra Christum. Tertio conatus repressio. Dissensio autem facta est propter eum, scilicet Christum in turba. Frequēter enim contingit, quòd in cordibus malorum ex manifestatione veritatis caulatur dissensio & turbatio. Vnde & hoc in persona Christi dicitur Hiere. 15. Væ mihi mater mea, vt quid me genuisti virum, &c. Propter hoc dicebat dominus Mat. 10. Non. n. veni mittere pacem, sed gladium. Conatus autem, scilicet aliquorum erat ad eum apprehendendum. Vnde dicit {Quidam autem ex eis.} scilicet qui dixerant. Numquid à Galilæa, &c. {Voluerunt apprehendere eum.} scilicet ex inimicitia ad occidendū. Psal. 49. Persequimini & cōprehendite. Exo. 15. Dixit inimicus, persequar & comprehendam: sed tamen boni & fideles volunt Christum apprehendere: vt eo fruantur. Cant. 7. Ascendā in palmam, & apprehendam fructus eius. Repressio autem conatus est ex potestate Christi. & ideo dicit {Sed nemo misit super illum manus.} Qui: scilicet Christū nolebat. In potestate sua erat hoc. Ioannis 10. Nemo tollit à me animam meam: sed ego, &c. Vnde & quando voluit pati non eos expectauit: sed ipse se eis obtulit. Ioannis 18. Processit & dixit ad eos, Quem quæritis? Consequenter cum dicit.

f Ponitur dissensio principum. Et primo ponitur dissensio eorum ad ministros. Secundo dissensio eorum adinuicem; ibi {Dixit Nichodemus.} Circa primum tria facit. Primo ponitur redargutio principum ad ministros. Secundo testimoniū latū de Christo a ministris. Tertio reprehēsionis conatus principum ad ministros. In primo attende principum iniquitatē, cum dicunt, scilicet Pontifices & Pharisęi ministris. {Quare nō adduxistis eum?} Adeo enim mali erant, quòd eis non poterant facis facere ministri, nisi Christo nocumentum inferrent. Pro. 4. Rapitur somnus ab oculis, &c. Sed hic incipit quęstio literalis: quia cum supra dictum sit, quòd ministri missi fuerunt ad capiēdum Iesum die festo mediante, idest. 4. die. Et hic ponatur reditus eorum post septimum diem quando dixit. In nouissimo autem die, &c. Videtur, quòd intermedijs diebus vacauerunt. Ad quod est duplex responsio. Vna, quòd Euangelista anticipauit murmur turbarum. Vel dicendum, quòd forte tunc redierūt, sed hoc nunc commemorat: vt manifestet causam dissensionis inter principes. In secundo attende ministrorum bonitatem in commendabili testimonio, quod perhibuerunt de Christo, dicentes {Numquam sic locutus est homo, &c.} Vbi reddunturum commendabiles ex tribus. Primo ex admirationis causa: quia non propter miracula, sed propter doctrinam Christum mirabantur, ex quo propinquiores efficiuntur veritati, & recedunt a consuetudine. Iudęorum qui signa quærunt vt dicitur. 1. Corinth. 1. Secundo

eundo ex conuersionis facilitate, quia ad pauca verba Christi capti sunt, & allecti ad eius amorem. Tertio ex animi securitate quia ipsis Pharisęis, qui Christo aduersabantur talia dicunt de Christo. {Nunquam sic locutus est homo.} Et hoc rationabiliter: quia non solum homo erat, sed etiam Dei verbum. & ideo verba sua erant virtuosa ad commouendum. Hier. 24. Numquid non verba mea quasi ignis? &c. & iō dicitur. Mat. 7. quòd erat docens sicut potestatē habens. Erant etiam sapida ad dulcorandum. Canti. 2. Sonet vox tua, &c. Psal: 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Erant vtilia ad retinendum, quia promittebant bona æterna. supra. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ habes. Isa. 58. Ego Dominus docēs te vtilia. In tertio attēde detestari Iudęorum perfidiam, qua conantur ministros à Christo retrahere. Vnde {Responderunt eis.} scilicet ministris. {Numquid & vos, &c.} Vbi tria faciunt. Primo arguūt extimatū ministrorum errorem. Secundo proponunt exemplum principum. Tertio excludunt exemplum turbarum. Arguunt autem eos, cum dicunt, {Numquid & vos seducti estis?} q.d. Vnde vos delectatos esse in sermone illius. Et reuera laudabiliter seducti erant: quia dimisso malo infidelitatis ad veritatem fidei sunt adducti. De qua dicitur Hie. 20. Seduxisti me Domine, &c. Exemplum autem principum proponunt, vt magis eos auertant. Vnde dicit. {Numquid ex principibus.} Ex duobus enim aliqui fide digni reddunturum, scilicet ex auctoritate, & ex religione. Vñ hæc duo contra Christum adducunt. q.d. Si Christus esset acceptandus, vtique acceptassent eum principes, in quibus est auctoritas, & Pharisęi in quibus apparebat religio. Sed nullus istorum credidit in eum, ergo nec vos debetis in eū credere. In his ergo impletur, quod dicitur in Psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, scilicet Principes & Pharisęi, hic factus est in caput anguli, idest in cordibus populorum. Sed a Domino factum est istud: quia bonitas eius præponderat malitiæ hominum. Testimonium autem turbæ excludunt, quia eorum malitiam confutat. & ideo dicunt. {Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.} & ideo non est standum cum eis. Hoc autem scriptū est Deut. 32. Maledictus qui nō permanserit in lege, &c. Sed hoc male intelligebant, quia etiam illi qui non habent scientiam legis, & opera legis faciunt, magis permanent in lege, quàm habentes legis scientiam, & non seruantes eam. De quibus dicit Matth. 15. Populus hic labijs me honorat, &c. Iac. 5. Estote factores verbi, &c. Consequenter cum dicit.

g Ponitur dissensio principum adinuicem. Et primo ponitur Nichodemi exhortatio. Secundo principum conditio, ibi {Responderunt & dixerunt.} Tertio dissensionis terminatio. Circa primum duo facit. Primo prēmittit quædam de Nichodemo. Secundo ponit eius exhortationem. Prēmittit autē tria de eo, quorum duo ostendunt intentionem dicendi, & tertium nequitiam principum. Primum ergo pertinet ad fidem Nichodemi. Vnde dicit. {Dicit ille qui venerat ad eum,} idest, crediderat. Idem enim est venire ad Christum, & credere in eum. Secundo pertinet ad fidei suæ imperfectionem, quia {nocte venit.} Sin. perfecte credidisset, non pertimuisset. infr. 10. Multi ex principibus crediderunt in eum, &c. De quibus vnus erat Nichodemus. Tertio pertinet ad principum falsitatem. Dixerunt enim, quòd nullus ex principibus & Pharisęis in Christum credidit. & ideo dicit {qui erat vnus ex ipsis.} q.d. Si Nichodemus qui est vnus ex principibus credidit in eum, manifestum est falsum esse qd principes & Pharisęi dicunt, scilicet, quòd nullus ex principib⁹ credidit in eum. Hie. 37. Vere mendacium locutus est, &c. Exhortatio autem Nichodemi ponitur cum dicit. {Numquid lex nostra, &c.} Nam secundum leges ciuiles debet præcedere diligens inquisitio sententiam. Cum dicit. Act. 25. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem, &c. Vnde Iob 10. Causam quā ignorabam diligenter inuestigabam. Propter hoc in lege Moysi. Exod. 23. dicitur. Innocentem & iustum non condemnabis, &c. Hæc autem verba ideo dicit: quia cum fidelis esset, volebat eos ad Christum conuertere. Quia tamen timidus erat, occulte hoc faciebat. Credebat enim, quia si tantummodo Christum vellent audire, quòd verbum Christi esset tantæ efficacię, quòd forte similes fierent illis qui missi fuerant ad Iesum, & ad verba eiⁿ conuersi sunt in facto eo, ad quod missi fuerant. Cōtradictio principum ponitur, cum dicit.

h Vbi primo comprehendunt eum quasi seductum. Secundo quasi legis ignarum. Quantum ad primum dicunt {Num quid & tu Galilæus es?} idest a Galilæo seductus. Arbitrātur. n. Christum Galilæum ex cōuersatione in Galilęa. & ideo omnes qui Christum confitebantur; quasi in opprobrium Galilæos vocant. Mat. 26. Respōdit Ancilla Petro. & tu Galilęus. infra. 9. Numquid & vos vultis discipuli eiⁿ fieri? Quantum ad secundum dicunt. {Scrutare scripturas, & vide, &c.} Cum tamen esset legis Doctor; nec de nouo scrutari indigebat. q.d. Licet tu sis Doctor, tamen hoc ignoras sicut supra dictum est. 3. ca.

g Dixit Nicodemus ad eos (ille qui venit ad eū nocte, qui vnus erat ex ipsis.) Numquid lex nostra iudicat homine, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?

h Responderunt & dixerūt ei Nūquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa Propheta non surgit.

i Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

CAPVT OCTAVVM.

LECTIO PRIMA.

Iesus autem perrexit in montem Olueti, & diluculo iterum venit in templū, Et omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.

Tu es magister in Israel, &c. Licet autem non habeatur expresse in scriptura veteris Testamenti, quòd de Galilæa Propheta surgeret, hoc tamē habetur, quòd inde exire debeat Dominus Prophetarum secundum illud Isa. 11. Flos, idest Nazarenus de radice eius ascēdit, & requiescet super eum. Sed terminatio dissensionis ostenditur infructuosa: vnde dicit.

i Quasi infecto negotio {in domum suam,} idest, in propria vacui fide, & fraudati à malo desiderio suo. Iob. 2. Consilium prauorum dissipat. Psal. 32. Dñs reprobat cōsilia principū, &c. Vel {in domū suam,} idest, in malitiā infidelitatis & impietatis suæ. Apo. 3. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ, &c.

LECTIO PRIMA.

Postquam egit Euangelista de origine doctrinæ Christi, Hic consequenter agit de eius virtute. Habet autem doctrina Christi virtutem illuminatiuam, & vitificatiuam: quia verba eius spiritus & vita sunt. Primo ergo agit de virtute doctrinæ Christi illuminatiua. Secundo de virtute viuificatiua. infr. 10. c. Amen amen dico vobis qui nō intrat, &c. Ostēdit autem illuminatiuam virtutē doctrinę Christi. Primo verbo. Secundo miraculo ibi. 9. c. {Et prætereiens Iesus vidit, &c.} Circa primum duo facit. Primo introducit Christum docentem. Secundo ponit doctrinæ Christi virtutem. ibi. {Iterum ergo locutus est eis, &c.} Ad officium autem Doctoris duo pertinent. Primo vt deuotos instruat. Secundo vt aduersarios repellat. Primo ergo Christus instruit populum deuotum. Secundo repellit aduersarium ibi. {Adducunt autem scribæ, &c.} Circa primum tria facit. Primo describitur locus doctrinæ. Secundo auditor. Tertio doctor. Locus autem doctrinæ est templum. Vnde primo ponit recessum ab eo. Secundo reditum. Recessum quidem cum dicit. {Iesus autem perrexit in montem Olueti.} nā Dominus hanc sibi consuetudinem fecerat, vt per diem quando erat Hierosolymis in diebus festis prædicaret in tēplo, signa & miracula faceret, & in sero reuertebatur in Bethaniā, & apud sorores Lazari, Mariam & Martham hospitabatur, quę erat in monte Olueti. Secundum igitur hunc morem dicit, quòd cum in nouissimo magnæ festiuitatis die Iesus stetisset in templo, & prędicasset, de sero {perrexit in montem Olueti,} vbi erat Bethania. et hoc conuenit mysterio, nam vt dicit August. Vbi decebat Christum docere, & suam misericordiam manifestare nisi in monte Olueti? in monte vnctionis & crismatis? Oliua autem misericordiam signat. Vnde & in græco oleos idem est quod misericordia. Luc. 10. dicitur de Samaritano quòd infundit oleum & vinum, secundum misericordiam & seueritatem iudicij. Item oleum sanatiuum est. Isa. 1: Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata medicamine: neque fota oleo. Signatur etiam medicina spiritualis gratiæ; quę ad nos deriuata est Psal. 44. Vnxit te Deus Deus, &c. Et alibi. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam. Reditus autem ad locum ponitur tempestiuus. Vnde dicit {Et iterum diluculo venit in tēplum.} {Per quod signatur quòd cognitionem, & manifestationem gratiæ suæ in tēplo suo ⁱⁿ fidelibus suis manifestaturus erat. Psal. 47. Suscepimus Deⁿ misericordiam tuam in medio templi tui. Quòd autem diluculo redijt, exortum lumen nouæ gratiæ designat. Osæ 6. Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Auditor autem doctrinæ est populus deuotus. & ideo dicit {Et omnis populus venit ad eum.} Psal. 7. Synagoga populorum circundabit te. Doctor autem introducitur sedens. Vnde dicit. & sedens.} idest, condescēdens vt eius doctrina facilius caperetur. Sessio enim humilitatem incarnationis significat. Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, &c. Quia per susceptam humanitatem visibilis apparēs, cœperūt de diuinis facilius edoceri. & ideo dicit,

dicit, quòd { sedens docebat eos. } idest, simplices, & sermonem eius admirãtes. Psal. 24. Docebit mites vias suas, &c. Isa. 2. Docebit nos vias suas. Consequenter cum dicit.

b REpellit aduersarios. Et primo ponitur calumniæ tentatio. Secundo calumniantium repulsio ibi { Iesus autem inclinans se, &c. } Circa primũ tria facit. Primo ponitur tentatio nis occasio. Secundo describitur ipsa tentatio, ibi. { Dixerunt ei: Magister, &c. } Tertio tentatorum intentio, ibi { Hæc autẽ dicebant, &c. } Occasio autem tentatiõis ponitur adulteriũ a muliere perpetratũ, & ideo primo aggrauant culpam. Secundo præsentant personam peccantem. Dicit ergo quantum ad primum. { Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehẽsam. } Vt enim Aug. dicit, tria in Christo præeminebãt, scilicet veritas mansuetudo, & iustitia. De ipso quippe fuerat prædictum. Procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiã. Nam veritatem attulit vt doctor, & hanc perceperant Pharisæi & Scribę dum doceret. Infr. eodem. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Nullum enim falsum in verbis, & doctrina eius deprehendere poterant, & ideo calumniari de hoc cessauerant. Mansuetudinem vero attulit vt liberator. Et hanc cognouerunt dum aduersus inimicos & persecutores non commoueretur. 1. Petri 2. Cum maledicereturnon maledicebat. Vnde dicebat. Mat. 9. Discite a me quia mitis sum, &c. & ideo de hoc etiã non calumniabantur. Iustitiam autem attulit vt cognitor, & hoc quia nondum nota erat Iudæis maxime in iudicijs: ideo in ea scandalum posuerunt: volentes scire vtrum à iustitia propter misericordiam recederet. & ideo proponunt ei crimen notum, & confusione dignum, scilicet adulterium. Ecclesiast. 9. Omnis mulier fornicaria quasi stercus, &c. Consequenter personam peccantem representant vt magis commoueant. Vnde { & statuerunt eam in medio. } Eccles. 29. Hic in medio adducetur, & inter filios Dei, &c. Consequenter cum dicit.

c PRosequuntur ipsam tentationem: Et primo manifestãt culpam. Secundo allegant legis iustitiã. Tertio exquirunt sententiam. Culpam quidem manifestant cum dicunt { Hęc mulier modo deprehensa est in adulterio. } Quam quidem culpam exaggerant ex tribus, quæ Christum commouere deberẽt a sua mansuetudine. & primo ex culpæ enormitate. Vnde dicunt { modo. } Nam quando est antiqua, non tãtum mouet, quia forte præcessit correctio. Secundo ex eius euidentia. Vnde dicunt { deprehensa est, } ita quod non possit se excusare, quod est consuetudinis mulierum secundum illud Prouer. Tergit os suum dicẽs, nõ sum operata malum. Tertio ex culpę enormitate. Vnde dicunt { in adulterio } quod est graue facinus & malorum multorũ causa. Ecclesiast. 8. Omnis mulier quæ adulteratur peccabit. Primo quidem in lege Dei sui. Legis iustitiam allegant cum dicunt { In lege autem. } scilicet Leuitic. & Deuteron. 23. Moyses mandauit huiusmodi lapidare. Sententiam autem exquirunt cum subdũt { Tu ergo quid dicis? } Calumniosa est interrogatio: quasi dicãt. Si eam dimitti censuerit, iustitiam nõ tenebit. Sed abiit vt qui venerat quærere, & saluum facere quod perierat: eam condemnaret. supr. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus, &c. Lex etiam quod iniustum erat iubere non poterat. & ideo non dicit absoluatur: nec contra legem facere videretur. & ideo consequenter subditur puersa tentantium intentio cum dicit { Hæc autem dicebãt, &c. } Credebant enim, q̃ Christus ne mansuetudinem perderet, nõ dimitti debere dicturus esset, & sic accusarent eum tamquam legis præuaricatorem. 1. Cor. 10. Neque tentaueritis Christum; sicut illi tentauerunt. Consequenter cum dicit.

d REpellit aduersarios sua sapientia. Nam Pharisæi de duobꝰ eum tentabant, scilicet de iustitia & de misericordia. Et vtrumque in respondendo seruauit. & ideo primo ostendit quõ seruauit. Secundo, q̃ non recessit à misericordia ibi { Erigens autem se Iesus. } Circa primum duo facit. Primo proponit sententiam iustitiæ. Secundo subditur effectus sententię: ibi { Audientes autem, &c. } Circa primum tria facit. Primo describit sententiam. Secundo pronunciat eam. Tertio perseuerat iterum in scribendo sententiam: Sententiam autem describit in terra digito. Vnde dicit. { Iesus autem inclinans, se, &c. } Scribebat autẽ secundum quosdam illud quod dicitur. Hie. 22. Terra, terra audi, scribe iustum virum sterilem: secundum alios vero, & melius dicitur, q̃ scripsit eadem quæ protulit scilicet { Qui sine peccato est vestrum, &c. } Neutrum tamen certum est. Sed in terra quidẽ scribebat triplici ratione. Vna quidem secundum Aug. vt ostendat eos qui eum tentabant in terra describendos esse. Hiere. 27. Domine recedẽtes à te in terra scribũtur. Iusti autem & discipuli qui eum sequuntur, in cœlo scribuntur. Mat. 5. Gaudete & exultate: quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Itẽ vt ostendat se, q̃ signa faceret in terra: qui enim scribit signa facit. Scribere ergo in terra, est signa facere & ideo dicit, q̃ { inclinauit se. } scilicet per incarnationis mysterium: ex quo in carne assumpta miracula fecit. Tertio, quia lex vetus in tabulis lapideis scripta erat, vt habetur Exo. 22. & 2. Corinth. 3. Per quod signatur eius duritia, qui irritam quis faciẽs legem Moysi absque vlla miseratione occidebatur, vt dicitur Hebr. 10. Terra autem mollis est. Vt ergo signaret dulcedinem & mollitiem nouæ legis per eum traditæ, in terra scribebat. Ex quo tria in sententijs debemus attendere. Primo benignitatem in condescendendo puniendis. Vnde dicit { inclinans. } Iacobi secũdo. Iudicium sine misericordia ei, &c. Gal. vlti. Si prœocupatus fuerit aliquis in aliquo delicto, &c. Secundo discretionem in discernendo. Vnde dicit { digito scribebat. } qui propter flexibilitatem discretionem significant. Dan. 5. Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum. Tertio certitudinem in pronunciando. Vnde dicit { scribebat. } Sententiam autem profert ad eorum instantiam. Vnde dicit. { Cum autem perseuerarẽt interrogantes eum, &c. } dixit { Qui sine peccato est vestrum, &c. } Pharisęi enim trãsgressores legis erant: tamen nitebantur Christum de transgressione legis accusare, & mulierem condemnare. & ideo Christus sententiam proponit iustitię dicens { Qui sine peccato est vestrum. } q. d. puniatur peccatrix: sed non à peccatoribus, Impleatur lex, sed non à præuaricatoribus legis, quia vt dicitur Ro. 2. In quo enim aliũ iudicas, teipsum condemnas. Aut ergo iltam dimittite: aut cum illa pœnam legis excipite. Hic incidit quæstio: vtrum Iudex in peccato existens, peccet ferendo contra alium sententiam, qui in eodem peccato existit, & licet manifestum sit, quòd iudex si publice in peccato existens sentẽtiam ferat, peccat scandalizando, nihilominus tamen hoc idem videtur si sit in peccato occulto. Nam Ro. 2. In quo alium iudicas, teipsum condemnas. Constat autem, q̃ nullus condemnat se nisi peccando. Ergo videtur quòd iudicando alium peccet. Respondeo, dicendum, quòd in hoc vti oportet duplici distinctione: Aut enim iudex perseuerat in proposito peccandi, aut pœnitet se peccasse. Item aut punit vt legis minister, aut motu proprio. Et si quidem pœnitet se peccasse, tã peccatum non est in eo, & sic absque peccato sententiam posset ferre. Si autem est in proposito peccandi: aut profert sententiam vt legis minister. & sic non peccat ex hoc quòd sententiam profert, quamuis peccet ex hoc, quòd talia facit, quibus dignus est contra se similem sententiam recipere. Si autem proprio motu: dico, quòd proferendo sententiam peccat cum non moueatur ad hęc amore iustitię, sed ex aliqua mala radice, aliàs primo in se puniret quod animaduertit in alios: quia hoc dicit in Prouer. Iustus prior accusator est sui. Perseuerat autem in scribendo: q̃ { iterum se inclinans scribebat. } Primo quidem, vt ostendat suæ sententię firmitatem. Nume. 23. Non est Deus vt homo, vt mentiatur, & vt filius hominis, vt mutetur. Secundo, vt ostendat eos sua visione indignos. Vnde cum eos zelo iustitię percussisset, nõ dignatus est eos attendere, sed auertit ab eis obtutum. Tertio vt eorum verecundię consulens, daret eis exeundi liberam facultatem. Effectus autem iustitiæ est eorum confusio. Vnde dicit.

e TVm quia grauioribus peccatis erant impliciti, & magis eos conscientia remordebat Dan. 13. Egressa est iniquitas a senioribus, &c. tum etiam quia melius cognoscebant æquitatem prolatæ sententiæ. Hie. 5. Ibo ergo ad optimates. { Et remansit solus Iesus & mulier stans. } scilicet misericordia, & miseria. Ideo autem solus remansit, quia ipse solus remansit, quia ipse solus sine peccato erat Nam vt dicitur in Psal. 13. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, scilicet Christum. & ideo forte mulier territa est, & ab illo se puniendam credebat. Sed si remansit solus, quomodo dicit, { in medio stans. } & dicendum, q̃ mulier stabat in medio discipulorum, & sicli { solus } excludit extraneos, non discipulos. vel { in medio } i. in dubio: vtrum absoluenda esset vel condemnanda. Sic ergo patet, quòd Dominus in respondendo iustitiam seruauit. Consequenter cum dicit.

f OStendit, q̃ a misericordia nõ recessit, dando sententiã misericordiæ. Et primo examinat. Secundo absoluit. Tertio admonet. Examinat autẽ eam de accusatoribus: vnde dicit, { q̃ erigens se Iesus } scilicet faciem suam a terra in qua scribebat ad mulierem conuertẽs { dixit ei: Mulier vbi sunt qui te accusabant? } Itẽ de cõdemnatiõe. vnde quærit. { Nemo te condẽnauit? } Et illa respõdit. { Nemo Dñe. } Absoluit autẽ eam. vnde dicit. { Dixit ei Iesus, nec ego te cõdemnabo, } a quo te forte damnari timuisti, quia in me peccatũ nõ inuenisti. nec mirum, quia non misit Deus filium suum in mundũ, vt iudicet mundũ, sed vt saluetur, &c. sup. 3. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Absoluit autẽ eam a culpa, non imponẽdo ei aliquã pœnam, quia cum absoluendo exterius iustificaret interius, bene potuit eã adeo immutare interius per sufficientem contritionẽ de peccatis, vt ab omni pœna immunis efficeretur. nec tñ trahendum est in consuetudinẽ, vt aliquis exemplo Dñi absque confessione & pœnæ inflictione quemquã absoluat, quia Chrs excellentiam habuit in sacramento, & potuit conferre effectum sine sacramento, quod nullus purus homo potest. Admonet verò eã cum dicit. { Vade, & iam noli peccare. } Duo enim erant in muliere ista. s. natura & culpa. Et vtrũq; poterat Dñs condemnare: puta naturã si iussisset eã lapidare, & culpã, si non absoluisset. Poterat etiam vtrumq; absoluere, puta si dedisset licentiã peccandi dicẽs. { Vade } viue vt vis, esto de mea liberatione secura. Ego quantumcũq; peccaueris, etiam à gehenna, & ab inferni tortoribus liberabo. Sed Dñs culpam non amans, peccatis non fauens, ipsam damnauit culpam, non naturam, dicens. { Amplius noli peccare } vt sic appareat, quàm dulcis est Dñs per mansuetudinem, & rectus per veritatem, &c.

LECTIO II.

ROsquam Euangelista introduxit Christum docentem, hic consequenter, Primo ostendit doctrinæ ipsius illuminatiuam virtutẽ. Secundo manifestat quæ de ea dicit, ibi. { Dixerunt ergo ei Pharisęi. Tu de te, &c. } Circa primũ tria facit. Primo ponit spiritualis lucis priuilegium. Secundo eius effectum, ibi. { Qui sequitur me. } Tertio eius fructũ, ibi. { Sed habebit lumen, &c. } Priuilegium autẽ spiritualis lucis ponitur quantũ ad Christum qui est lux. Et quantum ad hoc dicit. { Iterũ locutus est eis. Ego sum, &c. } Quod potest vno modo continuari ad immediate dictũ. quia enim dixit. Nec ego condẽnabo te, &c. absoluens eam a crimine. ideo ne alii qui dubitarent, vtrũ ipse absoluere posset, & peccata dimittere, dignatur apertius diuinitatis suæ potentiã demonstrare, dicens se esse lucem, qui peccati tenebras pellit. Alio modo potest cõtinuari ad illud, quod sup. 7. dixit. Scrutare scripturas, & vide q̃ Propheta a Galilęa, &c. Quia enim eũ æstimabant Galilæum, & quasi ex loco determinato dependentẽ, doctrinam eius repudiabant. ideo Dñs ostendit se totius mundi esse lucem vlem, dicens. { Ego sum lux mundi, } non Galileę, neq; Palestinæ, neq; Iudeæ. Manichæi autem, vt August. dicit. hoc falso intelligebãt. quia enim imaginatio eorũ erat solũ de sensibilib⁹, ideo nõ valebãt se ad intellectualia, & spiritualia extendere, credebant. n. supra corporalia nihil esse in rerũ natura. vnde dicebant Deũ esse corpus. & lucem quandam infinitã, & Solem istũ oculis carnis visibilem, Christũ Dñm esse putauerunt. Et p̃ hoc ipsum dixisse { Ego sum lux mundi. } Sed hoc stare nõ potest, & Ecclesia catholica improbat tale figmentum. Sol enim iste corporalis est lux, quã sensus attingere potest, & ideo nõ est suprema lux, quã intellectus solus attingit, quæ est lux intelligibilis propria rõnalis creaturæ. hic de ea dicit Christus. { Ego sum lux mũdi, &c. } De ista dicitur, sup. 1. Erat lux vera quæ illuminat, &c. Lux autẽ ista sensibilis, imago quædã est illius lucis intelligibilis. nam omne sensibile est quasi quoddã particulare. Intellectualia autem sunt quasi totalia quædã. Sic autem lux ista particularis habet effectũ in re visa, inquantũ colores facit actu visibiles, & etiã in videntę, quia per eã oculus confortatur ad videndum, sic lux illa intelligibilis intellectũ facit cognoscentem, quia quicquid luminis est in rationali creatura, totum deriuatur ab ipsa suprema luce: supr. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Item facit res oẽs actu intelligibiles, inquantum ab ipsa deriuantur omnes formæ, per quas res habent, quòd cognoscantur, sicut omnes formæ artificiatorum deriuantur ab arte, & ratione artificis. Psal. 13. Quàm magnificata sunt opa tua Domine, omnia in sapientia fecisti, & iõ recte dicit. { Ego sum lux mundi. } nõ sol factus, sed per quẽ sol factus est. Tamen, vt August. dicit, lumen, quod solem fecit, sub sole factum est, & carnis nube tegitur, non vt obscureatur, sed vt temperetur. Excluditur etiam per hoc hæresis Nestorij dicentis, quòd filius Dei erat vnitus homini per inhabitationem tantum. Constat enim, quòd q̃ hæc verba proferebat. s. Ego sum lux mundi. homo erat, nisi ergo ipse qui loquebatur, & videbat homo, personaliter esset filius Dei, non dixisset. { Ego sum lux mundi, } sed in me habitat lux mũdi. Effectus aũt hui⁹ lucis est, expellere tenebras. Vñ dicit.

b ET quia lux ista est vniuersalis, ideo vniuersaliter tenebras omnes expellit. Sunt autem triplices tenebræ, scilicet ignorantiæ. Psal. 81. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Et hæ sunt rationis secundũ seipsam, inquantum p̃ seipsam obnubilatur. Item culpæ. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Et istę sunt rationis humanæ non ex appetitu, inquantum male dispositus per passiones vel habitum, appetit aliquid vt bonum, quod tamen non est vere bonum. Item tenebræ damnationis æternæ. Mat. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Sed duæ primæ sunt in vita ista. Tertiæ vero sũt in termino viæ. { Qui ergo sequitur me, non ambulat in tenebris } ignorantiæ. quia ego sum veritas. nec culpæ, quia ego sum via, &c. neque damnationis æternę, quia ego sum vita. Et ideo consequenter subdit fructum doctrinę, scilicet.

c NAm qui hoc lumẽ habet, est extra tenebras damnationis. Dicit autẽ { Qui sequitur } quia sicut quicumq; non vult errare in tenebris, oportet vt sequatur eum qui lumen portat, ita quicumq; vult saluari, q̃ sequatur Christum, qui est lux credendo, & amando, & sic Apostoli secuti sunt eum. Mat. 4. Quia vero lux corporalis deficere potest per occasum, contingit, q̃ qui sequitur eam tenebras incurrit. Lux vero ista quę nescit occasum numquã deficit, & ideo qui sequitur eã, habet lumen indeficiens. s. vitæ. Lumen. n. visibile non dat vitam, sed coadiuuat exterius operationes vitæ corporalis. Lumen vero istud vitã dat, qui viuimus inquantum intellectum habemus, quia est quædã participatio illius lucis. Quando autem lux illa perfecte irradiabit, tunc habebimus vitam perfectã. Psal. 35. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, q. d. Tunc ipsam vitã perfecte habebimus, qñ ipsum lumen per speciem videbimus. Vnde dicitur. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Sed attendendum, quod hoc, quod dicit. Qui sequitur me, pertinet ad meritum. quod vero dicit. { Habebit lumen vitæ, } ad præmium. Consequenter cum dicit.

d MAnifestat hęc tria, quæ de se dicit. Et primo primum. Secundo secundum ibi, { Dicit ergo iterum eis Iesus. } Tertio tertium ibi. { Amen amen dico vobis, Si quis sermonem meũ seruauerit, &c } Primũ autem, quod dixit est. Ego sum lux mundi, quod Iudæos turbabat, & ideo, Primo ponit Iudæorum contradictionem. Secundo eorum confutationem, manifestãdo veritatem sui dict. ibi. { Respondit Iesus, & dixit eis, &c. } Manifestum est autem circa primum, quod illa quæ dixit in templo, dixit in conspectu turbarum, hic autem coram Pharisęis, & ideo dixerunt ei ipsi Pharisęi. { Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, } quasi dicat. Ex hoc ipso, quòd tu de teipso testificaris, testimonium tuum non est verum. In hominibus enim nec acceptum nec congruum est, quod homo se laudet. Pro. 27. Laudet te alienus, & non os tuum: quia non ex hoc commendabilis redditur, sed si à Deo commendatur. 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. quia solus Deus perfecte eum cognoscit. Deum autem nullus potest sufficienter commendare, nisi ipse seipsum. & ideo oportet, quòd ipse de seipso testificetur, & ét de hominibus. Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus. & ideo Iudæi decipiebantur. Consequenter cum dicit.

e DOminus repellit eorum contradictionem. Et primo auctoritate patris. Secũdo remouet contradictionẽ exortã de patre,

b Adducunt autem Scribæ & Pharisęi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerũt eam in medio.

c Et dixerunt ei. Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autẽ Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebãt, tentantes eum, vt possent accusare eum.

d Iesus autem inclinãs se deorsum: digito scribebat in terra. Cum ergo perseuerarent interrogantes: erexit se: & dixit eis. Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinãs scribebat in terra.

e Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant incipientes à senioribus, & remansit solus Iesus & mulier in medio stans.

f Erigens autẽ se Iesus, dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit. nemo domine. Dixit autem Iesus: nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

LECTIO II.

Terũ ergo locutus est eis Iesus, dicens. Ego sum lux mundi.

b Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

c Sed habebit lumen vitæ.

d Dixerunt ergo ei Pharisęi. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.

e Respondit Iesus, & dixit eis. Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quo vado.

re, ibi {Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus?} Contradictio autem Iudeorũ erat per quãdam consequentiã. Et iõ primo ostẽdit eorũ consequentiam non tenere. Secundo probat suum testimonium verũ esse, ibi. {Ego non iudico quemquã, &c.} Circa primũ duo facit. Primo ostendit consequentiæ falsitatẽ. Secũdo subdit deceptiõis ipsorum causam, ibi. {Vos autẽ nescitis, &c.} Consequentia autẽ istorum erat, q̃ ex hoc ipso q̃ Christus de se testimoniũ perhibebat, testimonium eius non erat verum: sed dñs dicit contrarium. s. q̃ ex hoc ipso verum est. vnde {respondit, & dixit eis. Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meum verũ est.} & hoc ideo {quia ego scio, &c.} q.d. ſm Chrysostomum, quia ex Deo sum: & Deus, & Dei filius. Est autem Deus verax: Rom. 4. Dicit autem {Scio vnde venio}. i. cognosco meum principium. Et quo vado, sed patrem, quem nullus perfecte scire potest, nisi filius Dei. Mat. 11. Nec patrẽ quis nouit, nisi filius, &c. Non autem quòd quicumque scit affectu & intellectu, vnde veniat & quo vadat, non potest nisi verum dicere. nam a Deo venit, & ad Deum vadit. Deus autem veritas est. quãto ergo magis filius Dei, qui perfecte scit, vnde venit & quo vadit, verum dicit? Consequenter cum dicit.

f Vos autem nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos secundũ carnem iudicatis.

g Ego non iudico quemquam. Et si iudico ego, iudicium meũ verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, pater.

h Et in lege vestra scriptũ est: quia duorum hominũ testimonium verum est. Ego sum, qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater.

i Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respondit Iesus. Neq; me scitis, neque patrem meum, si me sciretis, forsitan & patrẽ meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in Gazophilatio, docẽs in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

f Ostendit causam erroris, quæ est ignorantia diuinitatis Christi. quia enim ipsam ignorabant: iudicabant de eo secundum humanitatẽ. Sic ergo duplex causa erroris erat in eis. Vna, quia eius diuinitatẽ ignorabant. alia, quia de eo ſm humanitatem tantum iudicabant. et ideo quantum ad primum dicit {Vos nescitis vnde venio}. i. æternum meum processum a patre {aut quo vado.} supra. 7. Est verax, qui misit me, &c. Iob. 28. Vnde ergo venit sapientia? Isa. 53. Generationẽ eius, quis enarrabit? Quantum ad secundum dicit {Vos secundum carnem iudicatis}. s. de meime solum carnem esse putantes, non aut Deũ. vel {secundum carnem}. i. male & iniuste. Sicut enim secũdum carnem viuere, est male viuere, ita & secundum carnem iudicare, est male iudicare. Consequenter cum dicit.

g Ostendit testimonium suum esse verum: & falsum esse, q̃ ipse solus de se testimonium perhibeat. Et quia de iudicio mentio facta est, ostendit primo, se non esse solum in iudicãdo. Secũdo, se nõ esse solũ in testificando, ibi {Et in lege vestra, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit iudicij dilationem. Secundo iudicij veritatem. Et tertio veritatis rationem. Dilationem quidem iudicij ponit, cum dicit {Ego non iudico, &c.} q.d. vos iudicatis male: sed {ego non iudico quemquam.} supra 3. {Non enim misit Deus filium suum in mundum, &c.} vel {non iudico quemquam}. s. secundum carnem, sicut vos iudicatis. Isa. 11. Non secundum visionem oculorum iudicabit, &c. sed tamen quandoq; iudicabo, quia pater omne iudiciũ dedit filio. sup. 5. Et tunc {iudicium meum verum est.} idest, iustum. Psal. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate. Rom. 2. Scimus, quia iudicium Dei est secundum veritatem, &c. In quo ostenditur iudicij veritas. Rationem veritatis ostendit, cum dicit {quia non sum solus.} quod autem dicit, supra 5. Pater non iudicat quemquam: intelligendum est seorsum a filio, vel quia non visibiliter pater apparebit omnibus in iudicio, & ideo dicit {non sum solus.} quia non derelictus ab ipso: sed simul cum ipso. infra 14. Ego in patre, & pater in me est. hoc autem verbum excludit errorẽ Sabellij, dicentis vnam esse personã patris & filij: nec differre nisi secundum nomina. Si enim hoc esset, non dixisset {non sum solus: sed ego, & qui misit me.} Sed dixisset, ego sum pater, & ego ipse sum filius. Distingue ergo personas, & cognosce filium esse alium a patre. Consequenter cum dicit.

Ostendit, q̃ non est solus in testificando, nec tũ differt testimonium sicut iudicium. vnde non dicit testimoniũ non perhibeo. Primo ergo introducit legem. Secundo cõcludit propositum, ibi {Ego sum.} Dicit ergo {in lege vestra, & vobis data, Eccl. 24. Legem mandauit Moyses, vt scriptum est. Deuter. 10. Quia duorum hominum testimonium verum est. sic enim est ibi. In ore duorum aut trium stabit omne verbũ. Sed ſm Augu. habet magnam quæstionem, quod dicit duorum hominum testimonium verum est. Fieri enim potest quòd duo mentiantur. Nam Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur, vt habetur Daniel. 13. Vniuersus etiam populus mentitus est contra Christum. Responsio, hoc quod dicit. {duorum hominum testimonium verum est.} intelligendum est, q̃ pro vero in iudicio est habendum. Cutus ratio est, q̃ a in actibus humanis, vera certitudo haberi non põt. & ideo accipitur inde id quod certius haberi potest, quod est per multitudinẽ testium, magis. n. est probabile, q̃ vnus mentiatur, quàm quòd multi. Eccles. 4. Funiculus triplex, difficile soluit. Nihilominus tũ per hoc q̃d dicit. In ore duorũ aut trium test. ũ, &c. Reducit nos ſm Aug. in considerationem trinitatis, in qua est perpetua stabilitas veritatis, à qua omnes veritates deriuantur. Dicit autem {duorũ vel triũ} quia in scriptura sacra, quandoque nominantur tres: quandoq; duæ personæ, cum quibus etiam intelligitur spiritusanctus qui est nexus duorum. Si ergo duorum hominum testimonium verũ est vel triũ, testimonium meum verum est. Quia & {ego testimonium perhibeo de meipso,} & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. {supra 5. Ego testimonium habeo maius Ioane. Sed hoc nõ videtur ad propositum pertinere. Primo quidem, quia pater filij Dei non est homo. Et cum ipse dicat {duorum hominũ, &c.} Secundo vero, quia tunc sunt duo testes alicuius, quando testificantur de aliquo tertio, sed si vnus testificatur de vno, non sũt duo testes. Cum ergo Christus testificetur de se, & similiter pater de Christo, videtur quòd non sunt duo testes. Sed dicendũ, quòd Christus hic arguit per locum à minori. Manifestum est enim, quòd veritas Dei maior est quàm veritas hominis. Si ergo credunt testimonio hominum, multo magis credendum est testimonio Dei. 1. Ioan. 5. Si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est. Item hoc dicit, vt ostendat se consubstantialem patri, & non indigentem alteno testimonio, vt dicit Chrysostomus. Consequenter cum dicit.

i Admouet exortam quæstionem de patre. Et primo ponit quæstionẽ Iudæorum. Secũdo ponit responsionem Christi. Tertio innuit securitatẽ respondentis. Quæstio autẽ Iudæorum proposita Christo, est de patre, vbi esset. Vnde dicebant ei. {Vbi est pater tuus?} Intelligebant. n. Christum habere patrem hominem sicut ipsi habent. & ideo quia audierunt eum dicere. Solus non sum, sed ego & qui misit me pater, & hic viderant eũ solum, dicunt. {Vbi est pater tuus?} Vel dicendum, q̃ loquuntur hic cum quadam ironia & contumelia. q.d. Quid frequenter patrem tuum nobis inducis, numquid est tantæ virtutis, vt eius testimonio credatur? Ignotus enim est, & ignobilis. Intelligebant, hoc de Ioseph: nihilominus tamen patrem ignorabãt. Psal. 113. Ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum. Responsio autem Christi est occulta, ibi {Ridit Iesus. Neque me scitis.} Quia. n. non studio addiscendi: sed malignandi quærebant, ideo Christus non aperit eis veritatem: sed ostendit primo quidẽ ipsorum ignorantiam. Secundo, quõ possint ad veritatis cognitionem peruenire. Ignorantiã quidem ipsorum ostendit, cũ dicit. {Neque me scitis, &c.} q.d. Non quæratis de patre, quia me nescitis. Quia enim me hominem putatis, ideo patrem meum hominem quæritis: sed quia me non noscitis, neque patrem cognoscere potestis. Sed contra sup. 7. dixit. Et me scitis, & vnde sum scitis. Et dicendum, q̃ sciebant eũ secundũ humanitatem, sed non secundũ diuinitatem. Sciendum autem secundum Origenem, quòd ex hoc verbo aliqui sumentes occasionem erroris, dixerunt patrẽ Christi non fuisse Deum veteris testamenti. nam ipsum Iudæi cognoscebant, ſm illud Psal. 75. Notus in Iudæa Deus. Sed ad hoc est quadruplex respõsio. Prima, quia ideo dicit dominus Iudæos patrem ignorare, quia ad modũ ignorantium se habent, in quantum mandatum eius non seruant. Et hæc responsio pertinet ad actum. Secundo, dicuntur Deũ ignorare, quia non adhærent ei spiritualiter per amorẽ. Qui enim aliquid cognoscit, ei adhæret. Tertio, quia etsi cognoscerent eũ, per fidem, non tamen habebant de eo plenam scientiam. supra 1. Deũ nemo vidit vnquam. Vnigenitus, &c. Quarto, quia in veteri testamento innotuit pater sub ratione Dei omnipotẽtis. Exo. 4. Ego apparui eis in Deo omnipotente, &c. non autẽ sub ratione patris. Vñ licet scirent eum vt Deũ, non tũ vt patrem filij consubstantialis. Viã autem perueniẽdi ad cognitionẽ patris dicit se esse. vnde dicit {Si me sciretis.} quasi dicat, quia patrẽ meũ loquor occultũ, oportet prius est vt me nouerit is, & tunc patrem meum forsitan sciet is. Nam filius est via cognitionis paternæ. infra 14. Si cognouissetis me, &c. nam secũdum Aug. quid est {Si me sciretis.} nisi ego & pater,

& pater vnum sumus. Quotidiana locutio est, q̃si vides aliquem alicuius similem, vt dicas {hunc vidisti, illum vidisti. non tamẽ q̃ pater sit filius, sed quia sit patri similis. Dicit autem {forsitan} non dubitatiue: sed increpatiue. velut si indigneris seruo tuo, & dicas. Contemnis me, considera, q̃ forsitan dominus tuus sum. Securitatem autem Christi respõdentis ostendit Euãgelista, cum dicit. {Hæc verba locutus est Iesus, &c.} Et primo quidẽ ex loco vbi docebat, quia in Gazophilatio, & in tẽplo. Gaza enim, persica lingua, dicũtur diuitiæ, philaxe vero seruare. vnde gazophilatium ponitur in scriptura pro arca vbi diuitiæ conseruãtur. & hoc modo accipitur. 4. Reg. 12. q̃ tulit Ioiada sacerdos gazophilatium, &c. Aliquando autẽ pro domo vbi diuitiæ conseruantur, & hoc modo accipitur hic. Secundo ex hoc, q̃ illi qui missi fuerant ad eum apprehẽdendum, hoc facere non potuerunt, quia ipse nolebat. vnde dicit. {Et nemo apprehendit eum, quia nondum venit hora eius,} in qua pateretur, non fatalis, sed sua voluntate ab æterno prædestinata. vnde dicit Aug. {Nondum venerat hora eius,} non qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Sed nota, secundum Origẽ. q̃ quandocumq; designatur locus in quo Dominus aliquid fecit, hoc fit propter mysterium. In gazophilatio ergo qui est locus diuitiarum Christus docuit, vt daret intelligi, q̃ numismata. i. verba suæ doctrinæ, imaginem Regis magni impressam habent. Nota etiã, quòd quando docebat {nemo apprehendit eũ.} quia sermones eius fortiores erant his, qui eum capere volebãt. quando vero voluit crucifigi, tacuit.

LECTIO III.

Dicit ergo iterum eis Iesus. Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.

b Quo ego vado, vos non potestis venire.

c Dicebant ergo Iudæi. Numquid interficiet semetipsum, q̃a dicit, quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis.

d Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis, ego nõ sum de hoc mũdo.

LECTIO IIII.

Postquam Dominus manifestauit de se priuilegium lucis. hic consequenter manifestat lucis effectum. s. q̃ liberat a tenebris. Et primo ostendit, q̃ ipsi in tenebris detinentur. Secundo docet remedium quo ab eis liberentur, ibi. {Dicebant ergo Iudæi, numquid, &c.} Circa primum tria facit. Primo denunciat Dñs suum recessum. Secundo ostendit Iudæorum studium peruersum. Tertio ipsorũ defectũ. recessum autẽ suum dicit Dñs esse per mortem, & ideo dicit. {Ego vado.} In quo duo dat intelligere. Primo q̃ voluntarie moritur. s. vadens & non ab alio ductus. Ioan. 16. Vado ad eum qui me misit. infra. 10. Nemo tollit a me animã meam, sed ego, &c. Et secundum hoc recte cõinuatur ad præcedentia, dixit enim. Nemo apprehendit eum, &c. Et quare? quia per se vadit spõte. Secundo ostendit, q̃ mors Christi erat quædam profectio illuc vnde venerat, & vnde nõ discesserat, sicut enim qui vadit in anteriora proficit, ita Christus per mortem peruenit ad gloriam exaltationis. Phil. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, p̃ quod & Deus exaltauit illum. Infra: 13. Sciens quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit. Peruersum eorũ studium ostendit in dolosa inquisitione Christi, & quantũ ad hoc dicit {quæretis me.} quidam autẽ quærunt Christum pie ex charitate, & hanc inquisitionem sequitur vita. Psal. 68. Quærite Dñm, & viuet anima vestra, sed isti impie quærent, & odio ad persequendum. Psal. 37. Vim faciebant qui quærebant animã meã, & sic dicit {quæretis me.} s. persequentes post mortem quidem, infamia. Matt. 28. Recordati sumus, q̃ seductor ille, &c. Itẽ in mẽbris meis. Act. 9. Saule Saule, quid me persequeris? Et hanc sequelam sequitur mors, & ideo subdit ipsorum defectum, quẽ eis prænunciat dicens {& in peccato vestro moriemini.} Et primo prænunciat defectum, qui consistit in mortis damnatione. Secundo defectũ, qui cõsistit in eorum a gloria exclusione. ibi. {Quo ego vado, vos nõ potestis venire.} Dicit ergo, quia inique me quæretis, ideo {in peccato vestro}. s. pmanẽtes {moriemini.} quod põt intelligi, vno modo de morte corporali, & sic in peccatis suis moritur, qui vsq; ad mortem perseuerat in eis. Et sic p̃ hoc, quod dicit. {In peccato vestro, &c.} exaggerat eorũ obstinatam pertinaciam. Hier. 8. Non est qui pœnitentiam agat de peccato suo, &c. Ezech. 32. Descenderunt cum armis ad inferna. Alio modo de morte peccati, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorum pessima. & sicut mortem corporalem præcedit infirmitas corporis, ita & hanc mortem infirmitas quædã præcedit. quãdiu enim peccatum remediabile est, tunc est quasi quædam infirmitas quæ præcedit. Psal. 6. Miserere mei domine, qm infirmus sum. Sed quando est irremediabile vel simpliciter, sicut post hanc vitam, vel quo ad ipsum, sicut est peccatum in spiritumsanctum, tunc causat mortem. 1. Ioan. 5. Est peccatũ ad mortem, non pro illo, &c. & secundum hoc prænũciat eis Dominus infirmitatem peccatorum esse ad mortem. Defectum qui consistit in eorum exclusione à gloria ostendit cum dicit.

b Quo vadit Dñs, vadunt & isti per mortem, sed Dominus sine peccato, isti vero cũ peccatis, q̃a in peccato suo moriuntur, & ideo non peruenient ad gloriam paternæ visionis. & ideo dicit. {Quo ego vado,} scilicet spõte per passionem meã, scilicet ad patrem, & ad suam gloriã {vos non potestis venire} quia non vultis. Si enim voluissent, & non potuissent, non rationabiliter dicerẽtur {in peccato vestro moriemini.} Sed notandum, quòd aliqui impediuntur ne possint ire quo Christus vadit, dupliciter. Vno modo ratione cõrrarietatis, & sic impediuntur peccatores, & de hoc loquitur hic. & ideo simpliciter perseuerantibus in peccato dicit {quo ego vado, vos non potestis venire.} Psalm. 100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Isa. 35. Via sancta vocabitur, & pollutus non transibit, &c. Psal. 14. Quis habitabit in tabernaculo tuo, Innocens manibus, &c. Alio modo ratione imperfectionis seu indispositionis. Et hoc modo impediuntur iusti. qui ãmdiu sunt in corpore. 2. Corinth. 5. Quàmdiu sumus in corpore peregrinamur à Domino. Et talibus non dicit Dominus simpliciter. {Quo ego vado, non potestis venire,} sed addidit determinationem temporis. infr. 13. Quo ego vado, non potes me modo sequi. Consequenter cum dicit.

c Agit de remedio per quod a tenebris liberentũr. Et primo proponit remediũ tenebras euadendi. Secũdo inducit rationes ad hoc remediũ impetrandũ, ibi. {Dicebant ergo ei, tu qui es? Tertio prænunciat modũ ad hoc perueniẽdi, ibi {dixit ergo eis: cum exaltaueritis, &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponitur verborũ Chri occasio. Secundo ponuntur ea quibus causatur remedij insinuatio ibi. {Vos de deorsum estis.} Occasio autẽ verborũ Chri sumit ex persona vel intellectu Iudeorũ. Cum. n. carnales esset, verba Domini; quæ dixerat. {Quo ego vado, &c.} carnaliter intelligebãt. 1. Cor. 2. Animalis hõ non percipit, &c. Vñ dicunt Iudæi. {Numquid interficiet, &c.} Quæ quidem secũdum Aug. stulta opinio est. Numquid. n. nõ poterãt venire, quo Christus perrexit, si interficeret semetipsum? poterant quidẽ & ipsi seipsos interficere. Sic ergo mors nõ erat terminus quo iturus erat Chrs, sed via qua ibat ad patrẽ. Vnde nõ dixit, q̃ non possent ire ad mortem, sed q̃ per mortẽ nõ poterant ire ad locum, quo per eã Christus exaltabatur ad dexteram. s. Dei: ſm Origẽ. autem forte non sine causa Iudæi hoc dicũt. Habebant. n. ex traditionibus, q̃ Christus voluntarie esset moriturus, sicut ipse dixit Ioan. 10. Nemo tollit animam meam, &c. Quod specialiter videntur habuisse ex Isa. 53. Pro eo q̃ tradidit animam suã in mortem. &c. Quia ergo aliqualem suspitionem habebant de Iesu, quòd esset Christus. Ideo cum dixit. {Ego vado, &c. Introduxerunt hanc opinionem, quòd ipse semetipsum voluntarie morti traderet, sed contumeliose hoc proferunt dicentes. {Numquid interficiet se?} aliàs dixissent. Numquid anima eius cum ipsi placuerit egredietur relicto corpore? quod nos non possumus facere. Et propter hoc ait. {Quo ego vado, vos non potestis venire.} Consequenter cum dicit.

d Proponit remediũ tenebras euadendi. Et primo præmittit suam & illorũ originẽ. Secundo ex hoc cõcludit propositũ, ibi. {Dixi ergo vobis, &c.} Circa primum aut diuersificat originẽ suam ab illorũ origine dupliciter. Primo, quia ipse est de superius, & isti deorsum. Secũdo q̃a isti sunt de hoc mũdo, de quo non est Chrs. Sed sicut Orige. dicit. Aliud est esse de deorsum, & aliud de hoc mundo. Nam sursum & deorsum sunt differentiæ situs. Ne ergo per hoc, quod dixit se esse de superius, intelligant eum esse de superiori parte mundi huius, ideo hoc excludens dicit se non esse de hoc mundo. q.d. ita de superius sum, q̃ tamen totaliter sum supra totũ mundum istum. Et quidem eos esse de hoc mũdo, & de deorsum manifestũ est, sed Christũ esse de superius, & non de hoc mũdo, sano indiget intellectu. nã quidã ponentes omnia visibilia creata esse a diabolo, sicut Manichæi dixerunt Christum etiam quantum ad corpus non esse de hoc mundo visibili, sed de mundo alterius creationis, scilicet inuisibili. Valentinus etiã hoc male suscipiens dixit, Christũ attulisse corpus cœleste. Quòd autẽ hic non sit verus intellectus apparet, quia ipsis Apostolis Dominus dicit, infr. 14. Vos nõ istis de hoc mũdo. Dicendũ est ergo, quòd potest intelligi de Christo filio Dei, & de Christo homine. Nam Christus secundum quod filius Dei, est de superius. infr. 15. Exiui a patre, & veni in mũdũ. & similiter nõ est de hoc mũdo sensibili, scilicet qui consistit in terrenis

sensibilibus, sed de mundo intelligibili, qui est in mente Dei, quia est ipsum verbum Dei prout est summa sapientia. Omnia enim in sapientia facta sunt. vnde de eo dicitur supra primo. Mundus per ipsum factus est. Secundum autem q̃ homo Christus est de supernis, quia non habuit affectũ ad mundana & infima, sed ad superiora, in quibus anima Christi conuersabat, ſ̃m illud Phil.4. Nostra cõuersatio in cęlis. Matth.6. Vbi est thesaurus tuus, ibi ẽ & cor tuum. & e conuerso. Isti qui deorsum sunt, originẽ infimam habent, & de hoc mundo, quia habent affectum circa terrena. 1. Cor.15. Primus homo de terra terrenus. Consequenter cum dicit.

e Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum: moriemini in peccato vestro.

f Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui me misit verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

g Et non cognouerũt, quia patrem eis dicebat Deum.

h Dixit ergo eis Iesus. Cũ exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis.

e ONcludit propositum. Et primo manifestat ea, quæ dixit de eorũ defectu. Secundo ostendit eis remediũ. ibi. {Si enim non credideritis, &c.} Sciendum autẽ circa primum, q̃ vnumquodq; in suo progressu sequitur conditionẽ suæ originis. vnde ea quæ habent originem infimã, si sibi relinquãtur naturaliter deorsum tendunt. Et nihil naturaliter tendit sursum, nisi quod superiorẽ originem habet. supra.3. Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit. Dicit ergo dñs. Hæc est causa quare non potestis venire quo ego vado, quia cum sitis deorsum quantũ in vobis est, nõ potestis nisi cadere: & ideo qd̃ dixi {q̃a moriemini in peccatis vestris.} verũ est, nisi mihi adhęreatis. & ideo vt nõ totaliter excludat spem salutis, ponit remediũ dicens. {Si enim non credideritis, &c.} q.d. nati estis in originali peccato, a quo non potestis absolui, nisi per fidem meam, quia {si non credideritis quia ego sum, moriemini, &c.} & dicit. {Ego sum.} non autem quid sim, vt rememoret quod dictũ est Moysi. Exo.3. Ego sum qui sum. nam ipsum esse est propriũ Dei. In qualibet enim alia natura a diuina differt esse, & quod est, cum quælibet natura creata participet suũ esse, ab eo quod est ens per essentiam. ſ. ipso Deo qui est ipsum suum esse, ita q̃ suum esse sit sua essentia. vnde ipse solus denominatur ab eo. & ideo dicit. {Nisi credideritis quia ego sum,} idest quia sum vere Deus, qui habet esse per essentiam {moriemini in peccato vestro.} Dicit enim {quia ego sum.} vt ostendat suam æternitatem. In omnibus enim quæ incipiunt, est mutabilitas quædã, & aliqua potentia ad nõ esse. vnde est inuenire in eis quoddam præteritũ & futurum. & ideo non est ibi verum esse per se: sed in Deo nulla est potẽcia ad nõ esse, nec esse incępit. & ideo est ipsum esse, quod proprie per tẽpus præsens designatur. Consequenter cum dicit.

f POnit rationes inducentes ad fidem. Et primo ponitur Iudęorum interrogatio. Secundo Christi responsio, ibi. {Dixit eis Iesus, principiũ, &c.} Tertio intellectus eorum exceptio. ibi. {Et non cognouerunt, &c.} quia enim dñs dixerat, nisi credideritis quia ego sum, restabat adhuc quærere q̃s esset. & ideo dicebãt ei. {Tu quis es?} q.d. Vnde es, vt eũ credere debeamus? & ideo consequenter cum dicit. {Principium, &c.} Respondit inducens eos ad credendum. Et primo ex suæ naturæ sublimitate. Secũdo ex iudiciaria sua potestate, ibi. {Multa habeo, &c.} Tertio ex paterna veritate, ibi {sed qui misit me, &c.} Inducit quidem eos ad credendũ Christo, naturæ eius sublimitas, quia ipse est principium. vnde {dixit eis Iesus, principium qui & loquor vobis.} Principium in latino est neutri generis. vnde dubium est, vtrum sit hic nominatiui vel accusatiui casus. In græco autem est fœminini generis, & in hoc loco est accusatiui casus. Vnde ſ̃m Aug. non est legendum. Ego sum principium: sed principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Dicit etiam & pater principium. & vno quidem modo nomen principij commune est patri & filio, inquantum. ſ. sunt vnum principium spiritusſanctũ, per cõem spirationem. Et tres personæ simul sunt principium creaturæ per creationem. Alio modo est proprium patris, inquantum, ſ. pater est principiũ filij, per æternam generationem. non tamen plura dicimus principia, sicut nec plures Deos. Psalm.109. Tecum principium in die virtutis tuę, &c. Hic autem dicit dominus se principium, respectu totius creaturæ. nam quod est per essentiã tale, est principium & causa eorum, quæ sunt per participationem: ipse per essentiam, vt dictum est, est esse suum; Sed quia Christus non solum habet in se diuinam naturam, sed etiam humanam, ideo subdit. {qui & loquor vobis.} nam vocem Dei immediate homo ferre non potest, quia ſ̃m Augu. Infirma corda, intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possunt. Exo.20. Quid est homo, vt audiat vocem dñi Dei sui? Ad hoc ergo q̃ immediate ipsum diuinum verbum audiremus carnem assumpsit, cuius organo loquitus est nobis. Vñ dicit {Qui & loquor vobis.} idest humilis p̃p vos factus, ad ista verba descendi. Hebr.1. Multipharie multiq; modis olim Deus loquẽs patribus in Prophetis, nouissime locutus est, &c. supr.1. Vnigenit⁹ qui est in sinu patris ipse enarrabit vobis. Vel aliter ſ̃m Chryso. Vt per hoc quod dicit {principiũ, &c.} reprehendit tarditatẽ intellectus Iudæorum. Nam post multa signa quæ ab eo viderant fieri adhuc indurati, quærũt à domino. {Tu quis es? &c.} & {Ideo Iesus respondit.} {Ego sum principium:} {.i. qui loquens sum vobis à principio. q.d. nõ habetis opus adhuc quærere quis ego sum, cũ iam deberet esse manifestum. Hebr.6 Cum deberetis esse magistri propter tempus, rursum indigetis, &c. Secundo inducit eos ad credendum Christo iudiciaria eius auctoritas. & ideo subdit. {Multa habeo de vobis loqui, & iudicare,} .q.d. Habeo auctoritatem vos iudicandi. Et sciendum, q̃ aliud est loqui nobis, & aliud loqui de nobis. Nobis. n. loquitur Christus ad nostram vtilitatem, scilicet vt ad se trahat. Et sic loquitur nobis dum viuimus prædicãdo, inspirando, & huiusmodi faciendo. Loquitur autem de nobis non ad nostram vtilitatem, sed ad suam iustitiam ostendendam. Et hoc modo loquetur de nobis in iudicio futuro. Sed contra supr.3. Non. n. misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundũ, &c. Responsio: dicẽdum, q̃ aliud est iudicare, & aliud habere iudicare. Iudicare dicit actum iudicij. & hoc non pertinet ad primum aduentũ Domini, vt supra dixit. Ego non iudico quemquam. ſ. ad præsens. Sed habere iudicare dicit iudicij potestatem. & hanc habet Christus, supra 5. Pater omne iudiciũ dedit filio. Act.10. Ipse est qui cõstitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum, &c. & ideo signanter dicit. {Multa habeo de vobis loqui & iudicare.} sed in futuro iudicio. Inducit etiam ad credendũ Christo veritas paterna. Et quantum ad hoc dicit. {Sed qui misit me verax est} .q.d. Pater ẽ verus. ego aũt loquor cõsona ei: ergo loquor vera, ergo debetis mihi credere. Dicit ergo. {Qui misit me.} {scilicet pater {verax est.} Nõ participatiue, sed ipsa essentia veritatis, & pater veritatis, aliàs cum filius sit ipsa veritas, esset maior patre. Rom.3. Est autem Deus verax. {Et ego quæ audiui ab eo,} nõ auditu humano: sed per generationẽ æternam accepi, hæc loquor. Isa.22. Quæ audiui à domino exercituum, &c. supr.5. Non potest filius à se facere quicquam. Hoc autem quod dixit. {Qui misit me, &c.} Dupliciter continuatur ad præcedentia. Vno modo, sic dico quòd {habeo de vobis iudicare.} sed iudicium meum verum erit, quia {qui misit me verax est.} Rom.2. Iudicium Dei est secundum veritatem. Alio modo secũdum Chryso. dico, quòd {habeo de vobis iudicare.} sed hoc differo in ordine importentia: sed vt obediam voluntati paternæ. nam qui misit me verax est.} Vnde cum promiserit saluatorem, & propugnatorem, misit me nũc ad saluandum. & ego quia non loquor, nisi quæ audiui ab eo, ideo loquor vobis salutaria. Consequenter cum dicit.

g REprehendit tarditatem intellectus ipsorum. Nondum. n. oculos cordis apertos habebãt, quibus patris & filij æqua litatem intelligerẽt. & hoc quia carnales erant. 1. Cor.2. Animalis homo non percipit, &c.

h HIc primo prænunciat Christus per quod peruenire debeãt ad fidem, quod est remedium contra mortem. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit per quid venturi sunt ad fidem. Secundo, docet quid sit de seipso credendum ibi. {Quia ego sum.} Dicit ergo primo, quòd ad fidem peruenire debebant per passionẽ eius. Vnde {Dixit eis Iesus, cum exaltaueritis, &c.} .q.d. modo non cognoscitis patrem meum esse Deum: sed {cum exaltaueritis filium hominis.} idest cum me ligno crucis affixeritis {tũc cognoscetis.} {scilicet aliqui ex vobis per fidẽ. infr.12. Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Ideo autem secundum Aug. crucis commemorat passionem, vt det spem peccatoribus, vt scilicet nullus desperet a quocumque scelere, & male sibi conscius quando ipsi crucifigentes, Christum per sanguinem Christi liberantur a peccatis. Nullus est enim adeo peccator, qui per sanguinem Christi liberari non possit. Vel secundum Chrysosto. {cum exaltaueritis filium hominis.} {scilicet in cruce {tunc cognoscetis.} {idest cognoscere poteritis, qualis sim, non solum per gloriam resurrectionis meę, sed etiam per pœnam captiuitatis & destructionis vestræ. Quantum autem ad secundum tria docet de se credenda. Primo, diuinitatis maiestatem. Secundo, suam originem à patre. Tertio, sui à patre inseparabilitatem. Maiestatem quidem diuinitatis cum dicit.

Idest

i IDest, habeo in me naturam Dei, & sum ille qui locutus est Moysi dicens. Ego sum qui sum. sed quia ad ipsum esse pertinet tota trinitas, ideo ne excludatur personarum distinctio, cõsequenter docet credere originẽ a patre cum dicit. {Et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me, &c.} Sed quia cœpit Iesus facere & docere: ideo ĩ duobus originẽ suã a patre designat. ſ. in his quæ facit. vnde dicit. {Et a meipso facio nihil, supra.5. Nõ potest filius a se facere quicquam, & in his quæ docet. vnde dicit, {Sed sicut docuit me pater} .i. tradidit scientiam generãdo me scientem. quia cũ sit simplex natura veritatis, hoc est filio esse qd̃ nosse. & sic quẽ admodũ pater dedit filio gignendo vt esset, sic gignendo dedit ei vt nosset. supra 7. Mea doctrina non est mea. Et ne intelligatur, q̃ sit missus à patre quasi ab eo distinctus. ideo tertio docet credere eius a patre inseparabilitatẽ, cum dicit {& qui misit me} .ſ. pater {mecũ est.} per essentiæ vnitatem. infra 14. Ego in patre, & pater in me est. Item per amoris coniunctionẽ. supra 5. Pater diligit filium, &c. Et sic ita pater misit filium, q̃ non recessit ab eo. vnde sequitur {Et non reliquit me solum.} quia affectus eius est circa me. Sed cum ambo simul sint, vnus tñ est missus, & alter misit. quia missio incarnatio est. quæ quidem filii tantũ est, & non patris. quòd autem non reliquit me, patet ex signo {quia quæ placita sunt ei, facio semper.} quod quidem non ponitur pro causa meritoria: sed pro signo, q.d. hoc ipsum quod ego facio semper, sine initio: sine fine {quæ placita sunt ei.} est signum q̃ semper mecum est, & non reliquit me. Prouerb.8. Cum eo eram cuncta cõponens. vel aliter {non reliquit me.} {scilicet hominem protegẽdo {quia quæ placita sunt ei, &c.} Et secundum hoc dicit causam meritoriam. Consequenter cum dicit.

i Quia ego sum, & a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hęc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solũ, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

k Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

k POnitur effectus doctrinæ, qui est conuersio multorum ad fidem ex auditu doctrinæ Christi. Roma.10. Fides ex auditu, auditus autem, &c.

LECTIO IIII.

Icebat ergo Iesus ad eos, qui crediderũt ei Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos.

b Responderũt ei. Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis: liberi eritis?

c Respondit eis Iesus. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

LECTIO IIII.

POsito remedio euadendi tenebras, hic consequenter ostendit ipsius remedij efficaciam. Et primo ponitur remedij efficacia. Secundo introducitur remedij indigentia, ibi {Responderunt ei Iudęi.} Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit quid exigitur ab eis, quibus remedium confertur, quod pertinet ad meritum. Secundo quid eis pro eo redditur, quod pertinet ad præmium, ibi {vere discipuli, &c.} Dicit ergo primo. Dictum est, q̃ multi crediderunt in eum. & ideo dicit eis. ſ. qui crediderunt in eum iudęis quid ab eis requiratur, hoc. ſ. q̃ maneant in sermone eius. vnde dicit {Si vos manseritis in sermone meo, vere, &c. q.d. Nõ propter hoc q̃ creditis super ficietenus, eritis discipuli mei {sed si mãseritis ĩ sermone meo.} Exiguntur autem a nobis tria circa verbum Dei. ſ. solicitudo ad audiendum. Iac.1. Sit autẽ omnis homo velox ad audiendũ, &c. Fides ad credendum. Rom.10. Fides ex auditu. Constantia ad permanendum. Eccle.6. Quàm aspera est nimium indoctis hominibus sapientia, & non permanebit in illa excors. & ideo dicit {Si manseritis} .ſ. per fidei stabilitatem, per continuam meditationẽ. Psal.1. In lege eius meditabitur die ac nocte. Et feruentem affectionem. In lege domini fuit voluntas eius. vnde dicit Auguſt. q̃ illi in verbis domini permanent, qui nullis tentationibus cedunt. Primum autem quod persistentibus redditur, ostẽdit cum dicit {vere, &c.} Et hoc quantum ad tria. ſ. quantum ad discipulatus Christi sublimationem, quantum ad veritatis cognitionem, & quantum ad libertatis adeptionem. Si quidem magnæ dignitatis est priuilegiũ, esse discipulum Christi. Ioel 2. Filij Syon exultate, &c. Et quãtum ad hoc dicit. {vere discipuli mei eritis.} quanto enim magister est maior, tanto discipuli eius sublimiores sunt. Christus autem excellentissimus, & summus magister est. Discipuli ergo eius excellentissimi sunt. Tria autẽ requiruntur ex parte discipulorum. Primum est intellectus ad capiendum verba magistri. Matth.15. Adhuc & vos sine intellectu estis? Solus autem Christus potest aperire aurem intelligentię. Luc.vlt. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. & ideo dicebat. Isa.50. Dominus aperuit mihi aurem. Secũdum est assensus ad credendum sententiæ magistri. nam vt dicitur. Infra.13. Non est discipulus super magistrum. & ideo nõ debet ei contradicere. Vnde dicitur Ecclesiast.4. Non contradicas verbo veritatis, &c. & ideo subdit. Isa.eod. Ego autem nõ contradico. Tertio stabilitas ad permanendum. supra. 6. Dicitur, quòd multi discipuli abierunt retro, &c. & ideo subdit Isa. eod. Retrorsum non abij. Sed maius est veritatem cognoscere, cum sit finis discipuli. Et hoc etiam Dominus credentibus reddit. Vnde dicit. {Cognoscetis veritatem,} .ſ. doctrinæ, quam ego doceo. inf.18. In hoc natus sum, & ad hoc veni: vt testimonium &c. Item gratiæ, quã ego facio. supr.1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et dicitur gratia veritatis per comparationem ad figuras veteris legis. Itẽ æternitatis in qua permaneo. Psal.118. In æternũ Domine permanet verbum tuum, in generatione & generationem veritas tua. Sed maximum est libertatis adeptio, quam efficit cognitio veritatis in credentibus. Vnde dicit. {Et veritas liberabit vos.} Liberare autem in hoc loco non importat exceptionem a quacumque angustia, prout in Latino sonat, sed proprie dicit liberum facere. Et hoc a tribus, quia veritas doctrinæ liberabit ab errore falsitatis. Prouerb.8. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestãtur impium. Veritas gratię liberabit a seruitute peccati. Roma.8 Lex autem spiritus vitæ in Christo Iesu, liberabit me, &c. Sed veritas æternitatis in Christo Iesu, liberabit nos a corruptione. Roma.8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis. Consequenter cum dicit.

b OStendit remedij necessitatem Iudæis inesse. Et primo ex aggeratur Iudæorum præsumptio se tali remedio indigere negantium. Secundo ostenditur quomodo remedio indigent, ibi {Respondit eis Iesus. Amen amen dico vobis.} Præsumptio autem Iudæorum ostenditur in quadam præsumptuosa interrogatione. Vnde {Responderunt ei Iudæi. Semẽ Abrahæ, &c. Quomodo tu dicis.} In qua quidem primo aliquid affirmant. Secũdo aliquid negãt. Et tertio interrogãt. Affirmant quidẽ se esse semẽ Abrahę. Vñ dicunt. {Semen Abrahę sumus.} In quo ostenditur eorũ inanis gloria, quia de sola carnis origine gloriantur. Mat.3. Ne cœperitis dicere. Patrẽ habemus Abrahã. Simile faciunt qui de carnali nobilitate extolli quærũt. Ose.9. Omnis gloria eorũ a partu, ab vtero, & conceptu. Negant aũt seruituteẽ. Vnde dicunt {Nemini seruiuimus vnquam.} In quo se hębetes ostendũt, & mendaces. Hębetes quidem, quia quod Dominus de spirituali libertate loquitur, ipsi intelligunt de corporali. 1. Cor.2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: Mendaces autẽ, quia si hoc qd̃ dicunt. {Nemini seruiuimus vnquã.} Intelligũt de seruitute carnali, aut loquuntur vniuersaliter quantũ ad totũ genus Iudęorũ, aut specialiter quantũ ad seipsos. Si quidẽ vniuersaliter, manifeste mẽtiuntur. nã Ioseph venũdatus est. Et patres eorũ seruierunt in Aegypto, vt patet Gen.40. & Ezo.1. Vnde Aug. dicit O ingrati, quid est, q̃ assidue vobis imputat Deus q̃ vos de domo seruitutis liberauit, si nemini seruiuistis? Dicitur enim Deu.12. Eduxi vos de Aegypto de domo seruitutis, &c. Si autem de seipsis loquũtur, nõ possunt etiam a mendacio excusari. nam & ipsi tunc tẽporis Romanis tributa soluebant. Vñ dicebant. Mat.22. Si licet tributũ dari Cæsari, an non? Interrogant autẽ libertatis modum. vñ dicunt. {Quo tu dicis liberi eritis?} Dominus eis duo promiserat. ſ. libertatem & veritatis cognitionem cũ dixit. Cognoscetis veritatem, &c. Per quod Iudæi intelligebant se seruos & ignaros a domino reputari. Et licet magis iniuriosum sit deficere a cognitione, quàm a libertate, quia tamen carnales erant, neglecta veritate modum libertatis inquirunt. Psalm.16. Oculos suos statuerunt declinare in terram.

c HIc dominus eorũ præsumptionẽ excludẽs, eos remedio prędicto indigere cõuincit. & primo agit de eorũ seruitute: secundo de eorũ liberatione, ibi {seruus aũt non manet, &c.} tertio de eorũ origine, ibi {scio quia filius, &c.} Conuincit autẽ eos de seruitute, nõ carnali, qualem illi intelligebãt, sed spirituali, scilicet peccati ad quã exaggerandam duo præmittit, scilicet ingemi natum iuramentum. Vñ dicit {Amen amen dico vobis.} Amen est nomẽ Hebræũ, quod interprætatur vere, vel fiat. Quod secundum Aug. nec græcus interpres, nec latinus ausus interpretari, vt honorem habere velamento secreti nõ vt esset ligatũ, sed ne vilesceret nudatum. & specialiter propter reuerẽtiam domini, qui frequẽter ipso vsus est. Ponit ergo hic dominus quasi quoddã iu-

ramentum.quod ideo geminatur, vt suã sententiã magis firmã ostendat. Heb.6. Interposuit iusiurandum, vt p duas res immobiles, &c. Secundo vtem locutionem cũ dicit. {Omnis.} siue Iudeus, siue græcus, diues, aut pauper, imperator, vel mendicus. Rom.3. Non est distinctio Iudei & græci. Omnes enim peccauerunt, &c. Seruitutem etiã proponit dicẽs. {qui facit peccatum seruus est peccati.}

d Seruus autem non manet in domo in æternũ. Filius autẽ manet in æternũ. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis.

e Scio, quia filij Abrahæ estis.

f Sed quæritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem, loquor.

g Et vos quę vidistis apud patrem vestrum, facitis.

Sed contra: seruus nõ mouetur proprio arbitrio suo, sed dñi. qui aũt facit peccatũ mouetur proprio arbitrio suo. ergo non est seruus. Respõsio. Dicendum, q̃ vnum quodq; est illud quod conuenit ei ſm suam naturam, qñ ergo mouetur ab aliquo extraneo non operatur ſm se, sed ab impressione alterius, quod est seruile. homo autem ſm suam naturã est rationalis. Quando ergo mouetur ſm rationem, proprio motu mouetur, & ſm se operatur, quod est libertatis. Quãdo vero peccat, operatur præter rationẽ. & tunc mouet quasi ab alio, retẽtus terminis alienis. & ideo {qui facit peccatũ, &c.} 2. Per. 2. A quo quis superatus est, eius seruus addictus est: sed quãto quis mouet ab extraneo, tanto magis in seruitutẽ redigitur. Et tanto magis vincit a peccato: quanto minus hẽt de proprio motu, s. rationis, & magis efficitur seruus. vnde quãto aliqui liberius peragũt peruersa quæ volunt, & minori difficultate, tanto peccati seruitio obnoxius obligãtur, vt Grego. dicit, quæ quidẽ seruitus grauissima est, quia vitari non potest. nã quocũq; homo vadat, peccatum intra se habet, licet actus & delectatio eius transeat. Isa. 13. Cũ requiẽ dederit tibi Deus a seruitute tua dura. s. peccati, &c. Seruitus autẽ corporalis salem fugiendo, euadi potest. vnde dicit Aug. O miserabilis seruitus. s. peccati. Seruus hominũ, aliqui sui dñi duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit, seruus peccati secum trahit peccatum quocũq; fugerit, peccatum enim qd̃ fecit, intus est. voluptas transit, peccatum. i actus transit, præteriit, qd̃ delectabat, remansit quod pungat. Cõsequenter cũ dicit.

d Agit de liberatione a seruitute. quia enim oẽs peccauerũt, omnes erant serui peccati. Sed imminet vobis liberationis spes ab eo qui liber est a peccato. & hic est filius. vnde circa hoc tria facit. Primo præmittit serui cõditionẽ, vt distinguatur liber a seruo. Secundo ostendit conditionem filij a seruo diuersam. Tertio concludit potestatẽ filij in liberando. est ergo conditio serui transitoria & instabilis. vnde dicit. {Seruus non manet in domo in æternũ.} Domus ista est ecclesia. 1. Thim. 4. Vt scias qũo oporteat te conuersari in domo Dei, &c. in qua quidem domo aliqui spiritualiter serui ad horã tantum permanent, sicut in domo patrisfamilias corporaliter serui manent ad tẽpus, nõ tñ in æternum, quia licet modo mali non sint separati numero a fidelibus, sed merito tantũ, in futuro tñ separabuntur vtroq; modo Gal. 4. Eiice ancillã & filiũ eius. non enim erit hæres, &c. Conditio vero filij est æterna & stabilis. vnde dicit. {Filius autem. i. Christus permanet in ęternum.} s. in ecclesia tamq̃ in domo sua. Heb. 3. dicitur q̃ Christꝰ tamq̃ filius in domo sua, &c. Et quidem ipse per seipsum in domo manet in ęternũ, quia ipse immunis est a peccato: nos autem sicut per ipsum a peccato liberamur, ita & per ipsum in domo manemus. Liberationis autem potestatem habet filius. vnde subdit. {Si igitur filius vos liberauerit, &c.} Gal. 4. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus, &c. Nam vt Apost. dicit. Ipse precium dedit non argentum, sed sanguinem suum. Venit enim in similitudinem carnis peccati, nullum omnino habens peccatũ, & ideo factum est verum sacrificiũ pro peccato. vnde per eum liberamur non a barbaris: sed a diabolo. & quia q̃ est multiplex libertas. s. peruersa. Quando quis abutitur ea ad peccandum. & hæc est libertas a iustitia, quam nullus cogitur seruare. 1. Pet. 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habẽtes, &c. Vana, quæ est temporalis seu carnalis. Iob. 3. Seruus & liber a dño suo. Vera, & spiritualis, quæ est libertas gratiæ, quæ est. s. carere criminibus, quæ est imperfecta. quia caro concupiscit aduersus spiritum, vt non ea, quæ volumus faciamus. Roma. 7. Gloriæ & perfecta atq; plena, quæ erit in patria. Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute. i & hoc erit, quia nihil erit ibi inclinans ad malum, nihil opprimens; quia ibi erit libertas a culpa & a pœna. Chrysostomus autem hoc aliter introducit, quia enim dixerat. Qui facit peccatũ seruus est peccati, ne præcurrant Iudęi, & dicãt Licet simus serui peccati, tamen possumus liberari per sacrificia, & cerimonias legis. Propterea dominus ostendit, q̃ per ea liberari non possunt: sed solum per filium. vnde dicit {seruus} idest Moyses, & pontifices veteris testamẽti. {Non manet in domo in ęternũ.}

F Hebr. 3 Moyses sicut famulus in omni domo sua, & cerimoniæ etiam æternæ non sunt, & ideo non possũt conferre libertatẽ æternam. Consequenter, cum dicit.

f Agit de eorum origine. Et primo confitetur eorum originẽ carnis. Secũdo inquirit originẽ spiritus ibi: {Sed quæritis me interficere, &c. Originem autẽ carnis ipsorũ dicit esse. Abrahã {scio} inquẽ {quia filij Abrahæ estis} origine carnis tantũ nõ similitudine fidei. Isa. 51. Attẽdite ad Abrahã patrẽ vestrũ, & ad Sarã, &c, Spiritualẽ originem inquirit dicens.

G

f Et primo ostendit eos originem spiritualem habere. Secundo excludit originem præsumptã ibi. {Respondeuunt & dixerũt ei: pater noster.} Tertio, ostendit originem eorum veram: ibi. {Vos ex patre diabolo, &c.}. Circa primum duo facit. Primo ponit eorũ culpam. Secundo concludit eorum spiritualem originem ibi. {Vos quæ vidistis apud patrem vestrum.} Circa primũ, tria facit. Primo imponit eis culpã homicidij. Secũdo crimẽ infidelitatis. Tertio aufert eis excusationis viã. Ostẽdit ergo eos dominus spiritualiter ex mala radice procedere. & ideo signanter arguit eos de peccato, & dimissis omnibus alijs, quibus Iudæi multipliciter irretiti erant: hoc illud tantum commemorat, qd̃ iugiter in mente habebant scilicet peccatum homicidij. Quia vt dictum est supra, volebant eum occidere. & ideo dicit. {Sed quæritis me interficere.} Quod est contra legem vestram. Exod. 20. Non occides. infra 11. Ab illo ergo die cogitabant interficere eũ. Sed possent dicere. Quia occidere aliquem ex culpa non est peccatum: & ideo dominus dicit causam homicidij esse: non quidẽ culpa Christi: nec eorum iustitia: sed ipsorum infidelitas. q. d. Quæritis me interficere, non propter iustitiam, sed propter vestram infidelitatem. {Quia sermo meus non capit in vobis.} Matth. 14. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datũ est, &c. Vtitur autem dominus hoc modo loquendi. Primo quidem ad ostendendum sui sermonis excellentiam, quasi dicat. Sermo meus superexcedit capacitatem vestram. Nam ipse de spiritualibus est, vos autem intellectum carnalem habetis, & ideo ipsum non capitis. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit, &c. Secundo vero p̃ similitudinem quandã. Nam vt Aug. dicit. sic est sermo Dei infidelibus, tanquam piscibus hamus, qui non capit nisi capiatur. & ideo dicit {sermo meus non capit in vobis.} idest in cor vestrum, quia non recipitur in vobis eo modo quo Petꝰ capiebat eum supra 7. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Nec tñ fit iniuria eis qui capiuntur. ad salutem quippe, non ad pernitiem capit. Nam dicitur Deut. 18 quòd Propheta qui loquit quasi ex ore domini ea quæ dominus non dixit, debet interfici. Vñ ne Iudæi dicerent eum interficiendũ fore, eo q̃ à seipso, & non ex ore domini loquebatur, inducit subdẽs. {Ego quæ vidi apud patrem meum loquor.}. q. d. Non potest imponi mihi, q̃ loquor quæ non audiui: quia nõ solũ audita, sed qd̃ plus est, visa loquor. Alij enim Propheræ locuti sunt ea quæ audierunt: sed ego quę vidi hæc loquor. supra. 3. Deum nemo vidit vnquam, &c. 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, &c. Est autem hoc intelligendum de visione certissimæ cognitionis, quia filius patrem cognoscit, sicut ipse seipsum nouit. De quo dicitur Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius. Spiritualem autem eorum originem concludit dicens.

g Quasi dicat. Ego ea loquor quæ meæ origini conueniũt, Vos autem alium facitis quę sunt apud patrem vestrum scilicet diabolum, cuius filij erant secundum Aug. nõ inquantũ homines, sed inquantum mali erant. Ea inquam, quę vidisti, diabolo suggerent. Sap. 3. Inuidia diaboli. Secũdum Chryso. est alia litera. {Vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis} quasi dicat. Sicut ego verbis in veritate patrem meum ostendo, ita vos ostendite operibus patrem vestrum origine scilicet Abraham: vnde dicit, facite quæ apud patrem vestrum vidistis, docti per legem & Prophetas.

LECTIO V.

Postquam dominus ostendit Iudęos aliquam spiritualem originem habere, hic excludit ab eis origines quas sibi præsumpruose attribuebant. Et primo excludit originem quã se traxisse dicebant ab Abrahã. Secundo originem quam se putabant habere a Deo ibi. {Dixerunt itaque ei, nos ex fornicatione, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Iudęorum de eorum origine. Secũdo excludit eam ibi: {Si filij Abrahæ estis, &c.} Sciendum est autem circa primũ, quia dominus dixerat eis. Quę vidistis apud patrem

patrem vestrum facitis: ideo gloriantes se de carnali generatione, transferunt se ad Abraham. Vnde dicunt. {Pater noster Abraham est.}. q. d. Si spiritualem originem habemus, boni sumus, qa Abraham pater noster bonus est. Psal. 104. Semen Abrahã serui eius. Et vt dicit Aug. nitebantur eũ pronocare, vt aliquid male diceret de Abrahã: & esset eis occasio facere, qd̃ cogitabãt scilicet occidendi Christum. Sed dominus. Consequenter cum dicit.

b Excludit hanc ipsorum opinionem tamquam falso prolatam. Et proponit primo signum debitum filiationis Abrahæ. Secundo ostendit hoc signum in Iudæis non esse ibi. {Nunc autẽ quæritis, &c.} Tertio, concludit propositũ ibi. {Vos facitis opera patris vestri.} Signum quidem filiationis alicuius est, quòd assimileturei cuius filius est, sicut enim filij carnales vt plurimum parentibus carnalibus assimilantur: ita & filij spirituales (si sint vere filii) debent spirituales parentes imitari. Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi. Et quantum ad hoc dicit. {Si filii Abrahæ estis: opera Abrahæ facite.}. q. d. Hoc signum esset, quòd esseẽtis filii Abrahæ, si eum imitaremini. Isa. 51. Attendite ad Abrahã patrẽ nostrũ, & ad Sarram, &c. Sed dubitatur hic, quod videt quidem eos negare esse filios Abrahæ dubitatiue loquens. {Si filii Abrahæ estis, quod tamẽ affirmauit superius dicens, Scio quòd filii Abrahæ, estis. Ad qd̃ dupliciter respõdetur. Vno modo ſm Aug. quòd supra affirmauit eos esse filios Abrahæ secundum carnem, hic autem negat eos filios secundum imitationem operũ & præcipue fidei. Caro ergo illorũ ex ipso erat, sed vita nõ erat. Galat. 3. Qui ex fide sunt, hi reputantur in semine. Alio modo secundum Origenem, quòd vtrumque referatur ad spiritualẽ originem: sed vbi nos habemus, Scio quod filii Abrahę, &c. In Græco habetur. Scio quòd semen Abrahæ, &c. hic vero dicit. {Si filii Abrahæ, &c.}: quia Iudæi quidem spiritualiter loquendo, semen Abrahę erant: sed non eius filii. Differentia est inter semen & filium. nam semen est quid informe, & tamen habet in seipso rationes eius cuius est semen. Filius enim transmutato semine per virtutem informatiuam ab agente in appositam sibi materiam a muliere, super inducto nutrimento, similitudinem generantis habet. Eodem modo & Iudæi, semen quidem Abrahę erant inquantum in eis aliqua ratio eorum quæ Deus in Abraham infuderat apparebat: sed quia non ad perfectionẽ Abrahę peruenerant, ideo filii eius non erant. & propter hoc dicit eis. {Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.} idest ad perfectam imitationem operum eius satagite. Ex hoc autem quod dicit. Opera Abrahę facite, videtur quod quæcumque ipse fecit, & nos facere debemus. Ergo debemus plures vxores accipere, & ad ancillam accedere, sicut Abraham fecit. Respondeo, dicendũ quòd præcipuum opus Abrahæ est fides, per quam iustificatus est apud Deum. Gene. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. & ideo intelligendum est opera Abrahę facite, idest, ad similitudinem Abrahæ credite. Sed contra hoc est, quia fides non videtur posse dici opus, cum contra opera distinguatur. Iacob. 1. Fides sine operibus mortua est. Respondeo dicendum, quòd fides opus dici potest, secundũ illud supra 6. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, &c. Verum opus interius non est manifestum hominibus, sed soli Deo, ſm illud 1. Regũ. 16. Homines vident ea quæ apparent, Deus autem intuetur cor. In de est, quòd communius ea quę exterius fiunt, consueuimus opera nominare. Fides ergo distinguitur non ab omnibus operibus, sed ab exterioribus tantum. Sed numquid omnia opera Abrahæ debemus facere? Ad hoc dicendum, quod opus potest considerari dupliciter, vel secundum speciem operis eius, & sic omnia opera eius non sunt imitanda: vel secundum radicem eorum, & sic opera Abrahæ imitanda sunt; quia quicquid fecit, ex charitate fecit. Vnde dicit Augustinus, quòd cœlibatus Ioannis non præfertur coniugio Abrahę, cum eadem fuerit radix vtriusque. Vel dicendum quòd omnia opera Abrahę imitanda sunt quantum ad signationem: quia omnia in figura contingebant illis, vt dicitur 1. Corinth. 10. Consequenter cum dicit.

c Ostendit prædictũ filiationis signũ in eis nõ esse. Et primo ponuntur Iudæorũ opera. Secũdo ostendit ea esse Abrahæ operibus dissimilia ibi {Hoc Abrahã non fecit.} Ostendunt autem Iudęorũ praua opera esse & peruersa: quia homicidæ erant. Vnde dicit {Nunc aũt quęritis me interficere. Isa. 1. Quomodo facta est meretrix: ciuitas fidelis, plena iudicii? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. sed hoc homicidium inæstimabile peccatum erat contra personam filii Dei. Vnde quia, vt dicitur 1. Corinth. 2. Si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent, ideo dominus non dicit eos filium Dei quærere interficere, sed hominem, quia & si filius Dei dicatur passus, & mortuus propter vnitatem suppositi: hoc non est inquantum filius Dei, sed propter infirmitatem humanam, quia vt dicit 2. Corinth. vlt. Si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Et vt magis eorum homicidium exaggeret, ostendit eos nullam mortis causam aduersus eum habere. Vnde subdit. {Qui veritatem locutus sum vobis, quam audiui a Deo.} Ista veritas est, quòd dicebat se æqualem Deo. supr. 5. Quærebant eũ Iudæi interficere, quia non solũ sabbatum soluebat, sed patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Hanc veritatem audiuit à Deo inquãtum ab æterno, per generationem æternam, accepit à patre eandem naturam, quam ipse habet. supr. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso. Excludit autem duas causas propter quas Prophetæ mandabantur occidi in lege. Primo quidem propter mendacium. Deute. 13. vbi præcipitur, quòd si aliquis Propheta surrexerit loquens mendacium, aut fictor somniorum, interficiatur. & hoc à se Dominus excludit dicens. {Qui veritatem locutus sum vobis} Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum, &c. Secũdo vero si aliquis Propheta locutus fuerit ex nomine falsorum Deorum: vel ex nomine Dei, quod ipse non præcepit, occidi debebat, vt habetur Deut. 13. Et hoc Dominus excludit a se cũ dicit. {Quam audiui a Deo.} Consequenter cum dicit.

d Ostendit eorũ opera dissimilia esse operibus Abrahæ. q. d. In hoc probatis vos nõ esse filios Abrahæ, qa facitis opera contraria operibus eius. nam de eo legitur Ecclesia. 44. quòd seruauit legem altissimi, & fuit in testimonio cum in illo. Sed alij qui superflue objecisunt, quòd Christus ante Abraham nondum erat, & ideo Abraham hoc non fecit. non. n. occidi potuisset, qui non erat. Sed dicendum, quod Abraham non commendatur ex hoc, quòd non fecit in Christo, sed ex eo quod non fecit in simili persona, idest, in his qui tunc veritatem dicebant. Vel dicendũ quòd si Christus non venerat tempore Abraham in carnẽ: venerat tamen in mentem, ſm illud Sapien. 13. In animas sanctas per nationes se transfert, &c. quem tamen Abraham non interfecit mortaliter peccando. De quo dicitur Heb. 6. Rursus crucifigentes filium Dei, &c. Consequenter cum dicit.

e Concludit propositum. q. d. Ex quo non facitis opera Abraham. ergo habetis aliquem alium patrem, cuius opera facitis. Simile habetur Matth. 13. Vos implete mensuram patrum vestrorum. Consequenter cum dicit.

f Ostendit eos non habere originem à Deo, quia enim iam ex verbis Domini cognoscebant eum non de carnali generatione loqui, ideo ad spiritualem generationem se transtulerunt dicẽtes. {Nos ex fornicatione nõ sumus nati, &c.} Vbi primo eorum opinionẽ proponunt. Secundo eã Dominus excludit ibi. {Dixit ergo eis Iesus, si Deus, &c.} In eorũ aũt opinione Iudæi vnum negant, & aliud afferunt. Negãt se ex fornicatione natos. quod quidem ſm Origen. quasi improperando Christo proponunt, latenter designantes ipsum ex adulterio productũ fore. q. d. {Nos ex fornicatione non sumus nati} sicut tu. Sed melius põt dici, quòd spõsus animę spiritualiter Deus est. Osęę. 3. Sponsabo te mihi. Sicut autem fornicatur sponsa, cum præter sponsum suum carnalem alium virum admittit: ita in scripturis Iudæa fornicari dicebatur: quando Deum verum deserens, idolis adhęrebat. Osęę 2. Fornicans fornicabitur terra a domino. Dicunt ergo Iudęi. Nos ex fornicatione non sumus nati. {quasi dicat, si aliquando mater nostra synagoga a Deo recedens fornicata est cum idolis, nos tamen non recessimus: nec cum idolis fornicati sumus. Psalm. 43. Nec obliti sumus te, & inique nõ egimus in testamẽto tuo, & nõ recessit retro cor nostrũ. Isa. 57. ascendite huc filii fornicatricis, &c. Affirmant autẽ se esse filios Dei: quod videbatur sequi, ex quo non credebant se natos ex fornicatione. Vnde dicunt. {Vnum patrem habemus Deum.} Mal. 2. Nonne vnus est pater omnium nostrum? Hier. 3. Patrem vocabis me. Consequenter cum dicit.

g Confutat eorũ opinio a domino. Et primo ponit diuinæ filiationis signum. Secũdo assignat rationẽ signi ibi. {Ego enim a Deo veni, &c.} Tertio ostẽdit eos a prædicto signo deficere ibi. {Quare loquelam meam non cognoscitis?} Sciendũ est autem circa primum, quòd supra signũ carnalis filiationis dixit esse opera exteriora, quæ homines exterius operantur. hic autẽ signũ filiationis diuinæ ponit interiorem affectionem. Nã filii

b Si filij Abrahæ estis, opa Abrahæ facite.

c Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a Deo.

d Hoc Abraham non fecit.

e Vos facitis opa patris vestri.

f Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnũ patrem habemus Deum.

g Dixit ergo eis Iesus. Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me.

Dei efficimur per communicationem spiritus sancti. Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed spiritum adoptionis. Spiritus autē sanctus causa est amoris Dei, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Rom. 5. Signum ergo speciale diuinæ filiationis est dilectio. Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. & ideo dicit. {Si Deꝰ pater vester esset, diligeretis vtiq; me.} Psal. 24. Innocentes & recti, qui sunt filij Dei, adhę serūt mihi. Rationem autem signi assignat dicens.

h Ego enim ex Deo processi, & veni.

i Neq; enim a meipso veni: sed ille me misit.

k Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.

h ET primo ponit veritatem Secundo, excludit errorem, ibi. {Neq; enim a meipso veni.} Veritas autem quam proponit est, ꝙ a Deo processit, & venit. Sed sciendū est, ꝙ omnis ami cicia in coniunctione fundatur. vnde & fratres se diligunt inquantum ex eisdem parentibus principium sumūt. Dicit ergo dominus. Vos dicitis, ꝙ filij Dei estis: sed si hoc esset, diligeretis me, quia a Deo processi & veni. qui ergo non me diligit, nō est filius Dei. {Processi} inquam a Deo, vt vnigenitus ab æterno, de substantia patris. Psal. 109. Ante luciferum genui te. Supra. 1. In principio erat verbum {Veni} autem, vt verbum caro factū, & missus a Deo per incarnationem. Infra 13. Exiui a patre vt verbum ab æterno, & veni in mundum, vt caro factum in tpe. Errorem autem excludit cum dicit.

i ET primo excludit errorem Sabellij, qui Christum non ab alio originem habuisse dicit: sed idem esse patrem & filium in persona finxit: Et quantum ad hoc dixit. {Neq; enim a meipso veni}. i. secundum Hylarium. {Ego veni non a meipso} existens, sed quasi ab alio missus, scilicet a patre. vnde subdit. {Sed ille me misit.} Gal. 4 Misit Deus filium suum natum ex muliere, &c. Secundo vero errorem Iudæorum, qui dicebant Christū non esse missum a Deo: sed falsum propheram. De quibus dicit. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Et quantum ad hoc dicit ſm Origenē. {Neq; enim a meipso veni: sed ille me misit. hunc petebat Moyses. Obsecro domine mitte quē missurus es. Ostendit autem eos ab hoc signo deficere, cum dicit.

k NAm sicut dictum est supra. Dilectio Christi est signū filiationis diuinæ. Isti autē Christum non diligebāt. vnde manifestum est eos ab hoc signo deficere. quōd autē eum non diligunt manifestat per effectum. nam effectus dilectionis alicuius est, ꝙ diligens libenter audit verba dilecti. Vnde Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis. & Cant. vlt. Fac me audire vocē tuam, amici auscultant te. quia ergo isti Chm non diligebant, durum videbatur eis etiam vocem eius audire. Supra 6. Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sapien. 5. Grauis est nobis etiam ad videndum. Contingit autem, ꝙ aliquis non libenter audit verba alicuius, quia ea examinare non potest, nec per consequens cognoscere. et ideo eis contradicit. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione, & nō inuenietis, &c. & ideo dicit. {Quare loquelam meam non cognoscitis?} dicentes & interrogantes. quid est hoc, quod dixit. Quo ego vado vos non potestis venire. & hoc ideo inquā, non cognoscitis. {Quia non potestis audire sermonem meum}. i. ita durum cor habetis ad me, ꝙ nec sermonem meum audire vultis.

LECTIO VI.

POstquam Dominus Iudæos ostendit originem aliquam spiritualem habere, & exclusit ab eis originē præsumptam, hic astruit veram, ascribens eis paternitatem diaboli. Et primo proponit intentū. Secundo rationem eis assignat, ibi. {Et desideria patris vestri.} Tertio posita rationē manifestat, ibi. {Ille homicida erat, &c. {Dicit ergo. Vos facitis opa diaboli. ergo {Vos ex patre diabolo estis,} scilicet per imitationem. Ezech. 10. Pater tuus amoreus, & mater, &c. Cauenda est hic, hęresis Manichęorum, qui dicunt esse quamdam naturam mali, & gentem quamdam tenebrarum cū principibus suis: ita qua corruptibilia omnia originem trahunt, & secundum hoc omnes homines secundum carnē ex diabolo processisse. Ponebant autem quasdam animas ad bonam creationem pertinere, & quasdam ad malam. vnde dicebant hoc dictum a domino. {Vos ex patre diabolo estis.} quia ab eo secundum carnem processistis, & animæ vestræ sunt de mala creatione, sed vt Origenes dicit, ꝙ introducere duas naturas propter differentiam boni & mali, simile videtur ei, qui diceret alteram esse oculi videntis substantiam, alteram caligantis, vel se auertentis. quemadmodum enim oculi sani & lippi, non differunt

F substantia: sed quædam contingit causa deficiens, scilicet, quæ facit eum caligare, ita eadem est substantia & natura rei, siue sit bona seu habeat in se defectum, quod est peccatum voluntatis. non ergo Iudæi vt mali, dicuntur filij diaboli natura, sed imitatione. Consequenter cum dicit.

LECTIO VI.

b Os ex patre diabolo estis.

b Et desideria patris vestri vultis facere.

c Ille homicida erat ab initio

d Et in veritate non stetit.

b RAtionem assignatam exponit: q. d. non estis filij diaboli tanquam ab eo creati, & in eē producti. Sed quia eum imitantes, {desideria patris vestri vultis facere,} quæ quidē mala sunt. nam sicut ille inuidit homini: & occidit. Sap. 1. Inuidia

G diaboli mors introiuit, ita & vos mihi inuidentes, quæritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis. Consequenter cum dicit.

c POstram rationem manifestat. Et primo ponit diaboli quā imitantur conditionē. Secundo ostendit eos esse imitatores conditionis illius, ibi. {Ego autē si veritatem, &c.} Sciendū est circa primum, ꝙ in diabolo duplex peccatum maxime pollet, s. peccatū superbiæ ad Deum, & inuidiæ ad hominem, quem occidit. Sed ex peccato inuidiæ ad hominem quo infert nocumenta hominibus, cognoscit a nobis peccatū superbiæ. & ideo primo ponit peccatū dæmonis contra hominem. Secundo peccatum eius contra Deū, ibi. {Et in veritate nos stetit.} Peccatū autem inuidiæ contra hominem est, ꝙ occidit eum. vnde dicit. {Ille} s. diabolus {homicida erat ab initio.} Vbi sciendum est, ꝙ nō ferro accinctus diabolus occidit hominem, sed mala persuasione. Sap. 1. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarū.

H Et primo quidem introiuit mors peccati. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Deinde vero mors corporalis. Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors. Et vt dicit August. Noli putare te non esse homicidam, qñ fratri tuo mala persuades. Attendendum est autem ſm Origenem, ꝙ ille homicida dicitur non propter aliquem singulariter tantum: sed pro toto genere, quod peremit, in Adam inquam cuncti moriūtur, vt dicitur Roma. 5. Vnde anthonomastice homicida dicitur. & hoc {ab initio} ex quo. s. fuit homo, qui occidi poterat, ex quo potuit fieri homicidiū. non enim posset occidi homo, nisi prius homo fieret. Consequenter cum dicit.

d POnit peccatum dęmonis contra Deum, quod consistit in hoc, ꝙ auertit se a veritate, quæ Deus est. Et primo ostēdit eum a veritate auersum. Secundo ostendit eum veritati contrarium, ibi. {Dum loquitur mendacium, &c.} Circa primum duo

I facit. Primo ostendit eum a veritate auersum. Secundo manifestat quod dixit, ibi. {Quia veritas in eo non est.} Dicit ergo. {Et in veritate non stetit.} Vnde sciendum est, ꝙ duplex est veritas, s. vocis, & operis. Veritas quidē vocis est, qua quis profere ore, quod gerit corde, & est in rerum natura. Ephe. 4. Deponentes mendaciū, loquimini veritatem vnusquisq; cū proximo, &c. Psal. 14. Qui loquitur veritatem cum proximo, &c. Veritas iustitiæ, quando. s. quis agit quod conueniſibi secundum ordinē suæ naturæ. De qua supra tertio dicit. Qui fecerit veritatem, veniet ad lucem, &c. De hac ergo veritate dominus loquens dicit. {Et in veritate}. s. iustitiæ {non steterit:} quia deseruit ordinē suæ naturæ, qui erat vt Deo subiiceretur, & per eundem, beatitudinem suam, & naturalis desiderij complementum, consequeret. Vnde dum hoc per se consequi voluit, a veritate cecidit. hoc autem, quod dicit {in veritate non steterit.} potest dupliciter intelligi, vel ꝙ nunquam in veritate steterit, vel ꝙ aliqñ steterit, sed in ea non permansit: sed hoc, ꝙ nunquam fuerit in veritate iu-

K stitiæ, potest habere duplicem sensum. Vnum quidem ſm Manichæos, qui dicunt diabolum naturaliter malum esse. Ex quo sequitur, ꝙ semper malus fuerit. nā quod ineſt naturaliter, semper ineſt: sed hoc est hęreticū, quia in Psal. 145. dicitur, ꝙ Deus fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Ergo omne ens est a Deo. Omne autē, quod est a Deo, inquātum est, bonum est. & ideo alij dixerūt, ꝙ dęmon ex sui natura, bonus est a Deo creatus: sed in primo instanti factus est malus, per liberū arbitrium. & differunt isti a Manichæis, quia illi dicunt dæmones semper fuisse malos, & naturaliter, isti vero semper malos, sed per liberum arbitrium. Sed posset alicui videri, ꝙ quia angelus non est malus per naturam, sed per peccatum propriæ voluntatis: peccatū autē est actus quidā, potuit fieri, vt angelus in principio actus fuerit bonus, sed in termino actus mali, fuerit malus effectus. Manifestū est autē, ꝙ actus peccati in dæmone est creatione posterior: terminus autē creationis est ipsum esse angeli. Terminus vero operationis peccati est, ꝙ sint mali. & sic ex hac

ratione

ratione volunt, quōd impossibile sit in primo instanti, quo angelus esse cœpit, fuerit malus. Sed hæc ratio non videtur sufficiens, habet enim locum in motibus temporalibus tantum: qui successiue agūtur. Non autem in motibus instantaneis. Nam in motibus successiuis, aliud est instans in quo incipit actio, & aliud in quo terminatur. Sicut si motus localis sequitur ad alterationem, nō potest in eodem instanti terminari motus localis, & alteratio: sed in mutationibus instantaneis: sicut & in eodē instanti pōt esse terminus primæ & secundæ mutationis, sicut in eodem instanti quo illuminatur luna. a Sole illuminatur ac à Luna. Manifestū est autē, quōd creatio est instantanea, & similiter motus liberi arbitrij in angelis, cum non indigerent collatione, & discursu rationis. Vnde nihil prohibet simul & in eodem instanti, esse terminum creationis & in quo fuit bonus, & iterum terminum liberi arbitrij, in quo fuit malus. Et hoc aliqui concedunt, sed dicunt hoc non fuisse licet esse potuerit. & hoc propter auctoritatem scripturæ. Dicitur. n. sub figura Regis balyonis de diabolo. Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Ezechiel. 28. dicitur sub persona regis Tyri. In deliciis paradiſi Dei fuisti, & ideo dicunt, quōd nō fuit in principio suæ creationis malus, sed quandoq; bonus fuit, & per liberum arbitrium cecidit. Sed dicendum est: quōd in primo instanti suæ creationis nō potuit esse malus. Cuius ratio est, quia nullus actus habet rationē peccati, nisi in quantum est præter rationem naturæ agentis voluntarij. In quolibet autem ordine actuū: prius est actus naturalis: sicut in intelligendo, primo intelliguntur prima principia, & per ipsa intelliguntur alia, & in volendo similiter, primo volumus vltimam perfectionem, & vltimum finem, cuius appetitus naturaliter nobis ineſt, & propter ipsum appetimus alia. Quod autem secundum naturam fit non est peccatum. Impossibile est ergo, quōd primus actus diaboli fuerit malus, fuit ergo diabolus in aliquo instanti bonus. {Sed in veritate non stetit.} dicit, non permānit. Ad illud autem quod dicitur. 1. Ioan. 3. Diabolus ab initio peccauit. Dicendū, ꝙ ab initio quidem peccauit, quia ex quo incœpit, peccare numquam desijt. Consequenter cum dicit.

e MAnifestat quod dixit. Quæ quidem manifestatio intelligitur dupliciter. Vno quidem modo secundum Origenē: vt sit manifestatio communis per specialem, sicut si vellem manifestare, quōd Sortes est animal per hoc, quod est homo. q. d. In veritate non stetit: sed cecidit. Et hoc {quia veritas nō est in eo.} Est autem duplex gradus non stantium in veritate. Aliqui enim in veritate non stant: quia nō firmanē in ea, sed dubitat. Psal. 72. Mei autem penè moti sunt pedes, &c. Aliqui autem quia totaliter à veritate resiliunt. Et sic diabolus in veritate non stetit, sed ab ea recessit per auersionem. Sed numquid nulla veritas est in eo, & quidem si nulla veritas sit, neque semetipsum intelliget, neque aliquid: cum intellectus non sit, nisi verorum. Quod est inconueniens. Dicēdum est ergo in dęmonibus esse aliquam veritatem, sicut aliquod verum. Nullum enim malum totaliter corrumpit bonum, cum ad minus, subiectum in quo malum est, sit bonum. Ideo Dionysius dicit, quōd in dæmonibus manent integra naturalia bona. Sic igitur aliqua veritas est in eis, sed non completiua, a qua auersi sunt scilicet à Deo, qui est veritas & sapientia completiua. Secundo vero modo manifestatio ista est ꝑ signum, vt Aug. dicit. quia videtur, quōd potius debuisset contrarium dici. Ideo scili et {veritas non est in eo.} quia in veritate non stetit, sed sicut causa aliquando manifestatur per effectum: ita dominus voluit ostendere, quōd in veritate non stetit per hoc, quōd veritas non est in eo: esset enim in eo si in veritate stetisset. similis modus loquendi habetur in Psal. 16. Ego clamaui quoniam exauditi. quasi ex hoc apparet, quōd clamauit, qa fuit exauditus. Consequenter cum dicit.

f OStendit, quōd diabolus est contrarius veritati. Et primo ponit intentum. Secundo manifestat propositum ibi. {Quia mendax est, &c.} Veritati autem contrarium est falsum & mendacium. Diabolus autem est veritati contrarius quia loquitur mēdacium. & ideo dicit. {Dum loquitur, mendacium loquitur.} Vbi sciendum est, quod quicumque præter Deum loquitur ex propriis, mendacium loquitur, quamuis quicumque mendacium ex proprijs loquatur. Solus autem Deus loquendo ex proprijs, loquitur veritatē. Veritas enim est illuminatio intellectus. Deꝰ autem est ipsum lumen, & ab ipso omnes illuminantur. supra 1. Erat lux vera, quæ illuminat, &c. Vnde & est ipsa veritas. Et alij non loquuntur veritatem, nisi inquantum ab ipso illuminātur.

A Vnde sicut Ambrosius dicit. Omne verum à quocumque dicatū, à spiritusancto est. Sic ergo diabolus cum loquitur ex proprijs, loquitur mendacium. Homo etiam cum ex proprijs loquitur, mendacium loquitur, sed cum à Deo loquitur, tunc loquitur veritatem. Rom. 3. Sit autem Deus verax, omnis autem homo mēdax, quantum est in se, sed non omnis homo qui loquitē mendacium loquitur ex proprijs, qui quandoque hoc ab alio accipit, non quidē à Deo qui est verax, sed ab eo qui in veritate nō stetit, & primo mendacium adinuenit. &

LECTIO VII.

Go autem si veritatem eo, non creditis mihi.

b Quis ex vobis arguet me de peccato?

c Si veritatem dico: quare non creditis mihi?

B ideo ipse singulariter cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. 3. Reg. vlti. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore, &c. Isa. 19. Dominus immiscuit, idest, miscere permisit in medio eiꝰ spiritum errioris. Propositum autem manifestat cum dicit.

g QVod quidem Manichæi male intelligentes, ponebāt duo monum generationes. putantes diabolum patrē habere. Vnde dicebant, quōd diabolus {mendax est & pater eius.} idest, diabolus. Quod quidem non sic est intelligendum. Nam dominus dixit, quōd diabolus est mendax, & pater eius. idest mendacij. non enim omnis qui mentitur, pater est sui mendacij. Nam vt Aug. dicit. Si ab alio mendacium accepisti, & dixisti: tu quidē mentitus es, sed pater mendacij non es. Diabolus vero, quia non aliunde accepit mendacium, quo tamquam veneno hominē occideret, pater mendacij est, sicut Deus Pater est veritatis. Diabolus enim primo mendaciū inuenit, cū scilicet mulieri mentitus est. Nequaquam moriemini. Gen. 3. Quod qualiter verum fuerit, rei euentus postmodum comprobauit. Sciendum est autem, C quōd hæc verba ab illo loco, Vos ex patre diabolo estis, in libro de quęstionibus noui & veteris testamenti exponitur de Cain. Hoc modo, secundum quōd ille dicitur diabolus, qui fecit opera diaboli, & vos eum imitamini. Cain homicida erat ab initio, ex quo scilicet Abel fratrem suum occidit, & in veritate non stetit: quia veritas nō est in eo. Et hoc apparet, quia cum dominus quæreret ab eo, Vbi est Abel frater tuus? Respondit dicens. Nescio domine. Numquid custos, &c. Vnde ipse mendax est, & pater eiꝰ scilicet diabolus, qui est pater eius impressione. Prima tamen expositio melior est.

LECTIO VII.

POstquam posuit diabolicam conditionem, hic consequenter ostendit Iudæos esse diabolicę conditionis imitatores. Duas autem malitię conditiones dominus diabolo ascripsit, homicidium scilicet & mēdacium, sed de homicidio quidem in quo isti diabolum imitabantur reprehendit eos. Supra eodem. Nunc autem quæritis me interficere, &c. & ideo hoc prętermisso, redarguit eos de auersione eorum à veritate. Et primo ostendit eos esse auersos à veritate. Secundo causam quam allegare poterant, excludit ibi. {Quis ex vobis arguet me, &c.} Tertio veram causam auersionis concludit ibi. {Si veritatem dico, &c.} Dicit ergo primo: dictum est, ꝙ diabolus mendax est & pater eius, quē quidem vos imitamini, quia veritati non vultis adhærere. Vnde dicit. {Ego autem si veritatem dico vobis non creditis mihi.} Lucæ 22 Si autem dixero, non credetis mihi: supra. 3. Quomodo si dixero vobis cœlestia credetis? Vnde & Isa. 53. conqueritur dicens. Domine quis credit auditui nostro? Causa autem suæ infidelitatis quam poterant Iudęi allegare, est peccatum in Christo. nam peccatori etiā in veritate non de facili creditū. Vnde Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus. Quarę tu enarras, &c, Poterant ergo dicere. Non credimus, quia peccator es. & ideo hanc causam excludit dicens.

b QVasi dicat. Non habetis iustam causam quare mihi veritatem dicenti non creditis, cum in me nullum peccatū inuenirī possit. 1. Petri. 2. Qui peccatum non fecit, & c. secūdum Gregor. pensanda est Dei mansuetudo, qui non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Iob 22. Si contempsi subire iudicium meum cum seruo meo, &c. Admiranda est etiā Christi singularis puritatis excellentia. quia vt Chrysost. dicit. Hoc nullus hominum fiducialiter potuit dicere. {Quis ex vobis arguet me, &c.} nisi solus Deus noster, qui peccatum non fecit. Prou. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato? quasi dicat, nullus nisi solus Deus. Et in Psalm. 13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, idest, Christum. Veram autem causam auersionis concludit dicens.

c ET primo ponit eam. Secundo Iudęorum contradictionem excludit ibi. {Responderunt ergo Iudæi, &c.} Circa primū

tria

tria facit. Primo ponit quæstionem. Secundo assumit rationabilem propositionem. Tertio infert intentam conclusionem. Dicit ergo primo. Ex quo ergo non poteritis dicere, quòd ideo nõ creditis mihi, quia peccator sum, nunc restat quærere, quare. { Si veritatem dico non creditis mihi, } ex quo non sum peccator. q.d. Si me quem exosum habetis, non potestis arguere de peccato, manifestum est quoniam propter veritatẽ me odio habetis, quoniam dico me filium Dei. Proue. 18. Non recipit stultus verba prudentiæ, &c. Rationabilem autem propositionem, & veram assumit dicens.

d Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

e Responderunt ergo Iudæi & dixerunt. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu: & dæmonium habes?

d VT enim dicitur Ecclesiast. 14. Omne animal diligit sibi simile. Quicumque ergo est ex Deo, inquantum huiusmodi, eius similitudinem habet horum quæ sunt Dei, & eis inhæret. Vnde qui ex Deo est, verba Dei libenter audit. infra. 19. Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem, præcipue autem verbum Dei libẽter audiri debet ab his qui ex Deo sunt, cum ipsum sit semen per quod in filios Dei generamur. supra 8. Illos dixit Deos; ad quos sermo Dei factus est. & ideo ex hoc intentam cõclusionem infert dicens. { Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. } quasi dicat. Non ergo peccatum meum est causa incredulitatis vestræ, sed malitia vestra. Ecclesiast. 4. Quam aspera est nimium indoctis hominibus sapientia. Et vt dicit Aug. cum dicit. Ex Deo quidem sunt secundum naturam, sed ex Deo non sunt, vitio & praua affectione, nam eis hoc verbum dictũ est qui non solum peccato vitiosi erant. Hoc enim commune omnibus erat, sed etiam præcogniti quòd non fuerant crediturí ea fide, qua possent à peccatorum obligatione liberari. Notãdum est autem, quòd triplex est gradus male affectorum vt dicit Ggreg. Nã quidam sunt qui præcepta Dei, necaure corporis, id est, exteriori auditu dignantur audire. De quibus dicit in Psal. 7. Sicut aspidis surdæ & obturãtis, &c. Quidam vero sunt qui hæc quidẽ corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur, non habentes voluntatem implendi. Eze. 23. Audiunt sermones, &c. Quidam autem sunt qui libenter verba Dei suscipiunt: ita vt etiam in fletibus compungantur, sed post lachrymarum tempus, vel tribulationibus oppressi, aut allecti delitijs, ad iniquitatem redeunt. Cuius exemplum habetur. Matth. 13. Et Luc. 8. De verbo à sollicitudinibus suffocato. Eze. 3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Est ergo signũ, quòd homo sit à Deo, qui. { libenter audit verba Dei, sed qui recusant audire affectu vel effectu, ex Deo non sunt.

HIc excludit Iudaicam contradictionem. Et primo ponit Euangelista Iudeorum contradictionem, secundo dominiI exclusionem ibi. { Respondit Iesus. Ego dæmonium, &c. } Duo autem imponunt Iudæi Christo in eorum contradictione. Primo quidem, quòd sit Samaritanus cum dicunt { Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es ? } secundo vero quòd dæmoniũ habeat. Vnde subdunt { & dæmonium habes. } In hoc autem q̃ dicunt. { Nõne bene dicimus nos. } datur intelligi, quòd hoc verbum frequenter domino improperabant. Et quidem de secundo q̃ sit demoniacus, legimus. Matth. 9. & 12. cum dicebant. In beelzebub principe dæmoniorum, &c. Sed quòd dixerunt eũ Samaritanum, nusquam nisi hic in euangelio inuenitur, licet forte hoc multoties dixerunt. Multa enim dicta & facta sunt ergã Iesum, & à Iesu, quæ non sunt scripta in euangelijs, vt dicitur infra 20. Duplex autem causa assignari potest, quare Iudæi hoc Christo dicebant. Vna quidẽ, quia Samaritani gens odiosa erat pro populo Israelitico, eo quod decem tribus in captiuitatem ductis, terram eorum possidebant, supra 4. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Quia ergo Christus Iudæos arguens credebatur à Iudæis, quòd hoc ex odio faceret, ideo eum Samaritanũ & quasi aduersarium reputabant, &c. Alia ratio, quia Samaritani partim quidem seruabant ritus Iudaicos, partim vero non. Videntes ergo Iudæi Christum in aliquo legem seruantem, & in aliquo dissoluentem vt pote sabbatum, vocabant eum Samaritanum. Similiter autẽ duplici de causa dicebant eum dæmoniũ habere. Vna quidem quia miracula quæ faciebat, & cogitationes eorum quas reuelabat, non attribuebant virtuti diuinæ in Christo, sed arte dæmonum ipsum ea facere suspicabantur. Vnde dicebant. In beelzebub principe dæmoniorum, &c. Alia vero ratio est propter eius sermones, transcendentes capacitatem humanam dicens, Deum patrem suum esse, & descendisse de cælo. &c. consuetudo autem rudium est, quòd cum talia audiũt, diabolica reputant. Et sic isti credebant, quòd Christus quasi dæmonio plenus loqueretur infra 10. Alij dicebant, dæmonium habet, &c. Dicunt autem hæc verba: vt arguant de peccato, contra illud quod dixerat. Quis ex vobis arguet me, &c. Consequenter cum dicit.

f REpellit dominus Iudæorum contradictionem. Duo autẽ imposuerant Christo, scilicet quòd Samaritanus esset, & quòd dæmoniũ haberet. Et de primo quidem dominus nõ se excusat. & hoc duplici de causa. Vna quidem secundum Origenẽ, quia Iudei semper volebant se à gentilibus separare. Iã autem venerat tempus, quòd remouẽda erat

f Respondit Iesus. Ego dæmonium non habeo.

g Sed honorifico patrẽ meum.

h Et vos inhonorastis me. Ego autem nõ quæro gloriam meã: Est qui quærat, & iudicet.

G distinctio gentilium & Iudæorum, & omnes ad viam salutis reuocandi. & ideo dominus vt ostendat se venisse pro salute omniũ, vt magis quàm Paulus omnia factus, omnes nanciscatur. 1. Cor. 9. Ideo non negauit se esse Samaritanum. Alia ratio est. Quia Samaritanus interpretatur custos. et quia ipse præcipue custos noster est, secundum illud. Psal. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel, ideo se Samaritanum esse non negauit. negat autem se dæmonium habere dicens. { Ego dæmonium non habeo. } Et primo quidem repellit illatam iniuriam. Secundo arguit iniuriantium pertinaciam, ibi. { Et vos inhonorastis me. } Circa primum duo facit. Primo, repellit illatam iniuriam: secundo manifestat hoc per oppositum ibi. { Sed honorifico, &c. } Notandum est autem circa primum, quòd dominus Iudeos corrigendo, frequenter eis dure locutus est. Væ vobis scribę & Pharisæi hypocritæ: & multa quæ leguntur in euangelijs, sed non inuenitur, quòd dominus Iudeis sibi dura verba vel sæua inferentibus, iniuriose vel dure locutus fuerit: sed vt dicit. H Greg. Iniuriam suscipiẽs Deus, non contumeliosa verba respondit, sed simpliciter dicit. { Ego dæmonium non habeo } Ex qua re, quid nobis innuitur, nisi vt eo tẽpore quo à proximis ex falsitate contumelias accipimus, etiam eorũ verba mala taceamus, ne mysterium iustæ correctionis in arma vertatur furoris? Et q̃ quę ad Deum pertinent vindicare debemus: quæ vero ad nos despicere. Hoc autem verbum scilicet { Ego dæmonium non habeo. } solus Christus dicere potest, vt Origenes dicit. Nam ille nihil quod dæmonis est, leue videlicet aut graue in se habet. Vnde infra 16. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. 2. Corint. 6. Quę conuentio Christi ad belial? Manifestat autem hoc, quod dixit per oppositum dicens.

g DIabolus enim honori Dei resistit. qui ergo quærit Dei honorem, alij[illegible]tius est à diabolo. Christus ergo qui honorificat patrem suum scilicet Deum, dęmonium non habet. Est autem proprium Christo, & singulare, quòd honorificet patrem suum, vt dicitur Malach. 1. Filius honorificat patrem. Christus autem singulariter est Dei filius. Consequenter cum dicit.

h ARguit iniuriantium pertinaciã. Et primo arguit iniuriantes. Secundo excludit causam inopinatam arguitionis. Tertio prædicit eis debitam damnationem. Dicit ergo primo. Ego honorifico patrem meum { & vos inhonorastis me. }. q.d. Ego facio, quod debeo, vos facitis, quod non debetis, imo in hoc quòd inhonorastis me, inhonoratis patrem meum. supra. 5. Qui nõ honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Sed q̃ possent dicere, nimis durus es, nimis de gloria tua curas, sic nos arguens, ideo hoc excludens subdit loquens inquantum est homo. { Ego gloriam meam non quæro. } Solus enim Deus est qui potest gloriam suam absque culpa quærere. Alij autem non nisi in Deo. 2. Cor. 9. Qui gloriatur, in domino glorietur. supra 6. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Sed numquid Christus inquantum homo non habet gloriam? imo magnam per omnem modum, quia licet ipse eam non quærat { est tamen q̃ quærat, } scilicet pater: nam dicitur in Psal. 8. Gloria & honore coronasti eum: scilicet Christum hominem. Et alibi. 20. Gloriã & magnum decorem imposuisti super eum. Et non solum gloriã meã, quęret in operantibus viuas veritatis causas, sed & punier, & cõdemnabit contradicentes gloriæ meæ. Vnde subdit. Et iudicet. } Sed contra supra 5. dicitur. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Respondeo. Pater non iudicat quẽquam seorsum à filio: quia etiam hoc iudicium, quod facier de eo, quod, iniuriamini mihi, per filium faciet. Vel dicendum, quòd iudiciũ quandoque pro condemnatione accipitur. Et hoc iudicium pater dedit filio: quia ipse solus apparebit in forma visibili, in iudicio, vt dictũ est supra. Qnũ; accipitur pro discretione. & de hoc loquit hic. Vnde dicit in Psal. 42. Iudica me Deus, & discerne cãm meam. q.d. Est pf̃ qui gloriam meã a vestra discerner. Vos. n. pro sæculo gloriari discernit, & gloriã filii sui quẽ vnxit præ participibus suis: & qui sine peccato est, vos vero homines cũ peccato,

LECTIO VIII.

VPra dominus duo promiserat eum sequentibus, scilicet liberationem a tenebris, & adeptionem vitę dicens. Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, &c. Et de primo quidem dictum est supra. Nunc autem agitur de secũdo, scilicet de adeptione vitæ p Christum. & primo proponit veritatem. Secundo repellit Iudæorum cõtradictionẽ ibi. { Dixerũt ergo Iudæi. { Nũc cognouimus, &c. } Sciendum est autem, quòd quamuis Christus lacessitus esset in iurijs & opprobrijs, non tamen destitit a doctrina: sed post quam habere dęmonium dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impendit dicens. { Amen amen dico vobis, &c. } In quo datur nobis exemplum, quòd cum malorum peruersitas crescit, & per oppobria hominum conculcantur qui conuertuntur, non solum prædicatio frangi non debet: sed etiam augeri. Eze. 3. Tu ergo fili hominis ne timeas, &c. 1. Thi. 3. Laboro vsque ad vincula quasi male operans, sed verbum Dei, &c. Duo autem facit dñs in his verbis. Vnum quidem est, quod requirit, aliud quod promittit. Requirit quidẽ sermonis sui obseruationem. Vnde dicit. { Si quis sermonem meum seruauerit, &c. }. Nam sermo Christi veritas est. Ideo debemus ipsum seruare. Primo quidem per fidem, & iugem meditationem. Prouerb. 4. Serua eam, & seruabit te. Secũdo vero p operis impletionẽ, infr. 14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, &c. Promittit autem mortis liberationem. Vnde dicit. { Mortem non videbit in æternum. } idest non experietur. Eccles. 24. Qui operantur in me, scilicet in diuina sapientia, non peccabunt, & qui elucidant me, vitam æternam, &c. Et cõgrue tali merito debetur tale præmium. Nam vita æterna præcipue in diuina visione consistit. infr. 17. Hæc est vita ęterna vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Huius autem visionis, quoddam seminarium, & principiũ in nobis fit per verbũ Christi. Mat. 13. Semen est verbum Dei. Sicut ergo ille qui seruat semen alicuius plantę vel arboris ne corrumpatur, peruenit ad p̃ceptionem fructus, ita qui seruat verbum Dei, peruenit ad vitam æternam. Leui. 18. Quæ fecerit homo, viuet in eis. Consequenter cum dicit.

A per vtrumque ipsi intelligunt, q̃ mortem scilicet corporalem, nõ experietur in æternum. Sed quantum ad verum intellectum differt (vt Origenes dicit.) Inter mortem gustare & videre. nam videre mortem, est eam perfecte experiri. Gustare autem est aliquẽ mortis gustum seu participationẽ habere. Sicut autem est plus ad pœnã videre mortem: quàm gustare, ita plus est ad gloriã non gustare mortẽ, quàm videre. Illi. n. non gustant, qui in alto sunt cum Christo, scilicet in intellectuali loco, statũ obseruant. De quib⁹ dicitur Matt. 14. Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, &c. Aliqui tamẽ sunt, qui si non videant mortem mortaliter peccando, tamen aliquid gustant per aliquam leuem terrenorum affectionem. & ideo dominus vt habetur in Græco. & Origeneiam exponit, dixit, mortem non videbit in æternum, quia qui sermonem Christi acceperit, & custodierit, & si gustet aliquid, non tamen videbit mortem. Interrogant autem cum dicunt. { Numquid tu maior es patre, &c. } & primo quidem quærunt de comparatione ipsius ad ãtiquos pãtres. { Numquid inquiunt, tu maior es, &c. } Poterant vt Chrysostomus dicit, secundum carnalem eorum intellectũ altius quærere. Numquid scilicet tu maior es Deo? nam Abraham, & Prophetę mandata Dei seruauerunt, & tamen corpõraliter mortui sunt. Sic ergo, si quis sermonem tuum seruauerit non morietur, videtur q̃ sis maior Deo. Sed contenti sunt hac redargutione, quia putabant eum minorem, quàm Abraham, cum tamen sit scriptum in Psal. 85. Non est similis tui in dijs Domine. Et Exo. 15, Quis similis tui in fortibus Domine. q.d. nullus. Secundo quærunt de sua extimatione, quem scilicet seipsum facit. q.d. Si tu es maior istis scilicet Abraham & Propheris, videtur per hoc intelligi, q̃ sis altioris naturæ, puta Angelus: vel Deus. Sed hoc non extimamus de te, & ideo non dicunt. Tu qui es? { sed quem te ipsum facis? } quia quicquid dicitur supra istis, nos recognoscemus de te, reputabimus quòd tu illud fingas. Similiter dicebãt. infr. 10. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Consequenter cum dicit.

LECTIO VIII.

Men amen dico vobis: si quis sermonẽ meum seruauerit, mortẽ non videbit in æternum.

b Dixerũt ergo Iudæi. Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abrahã mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit: non gustabit mortem in æternũ. Numquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est? Et Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum faciẽs?

c Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsũ, gloria mea nihil ẽ.

d Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est.

b ONitur contradictionis Iudæorum confutatio. Contradicunt autem Christo tripliciter. Primo quidem falsitatis arguendo. Secundo irridendo ibi { Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta, &c. } Tertio persequendo ibi. { Tulerunt ergo lapides, &c. } Circa primum duo facit. Primo conantur eum redarguere præsumptionis. Secundo ad quædam eorũ quæ dicta sunt Christus respõdet ibi. { Si ego glorifico meipsum, &c. } Circa primum tria faciunt. Primo irrogant improperium. Secundo proponunt factum ibi. { Abraham mortuus est, &c. } Tertio interrogant ibi. { Numquid tu maior es, &c. } Irrogauerunt autem improperium mendacij, cum dicunt. { Nunc cognouimus quia dęmonium habes. } & hoc ideo dixerunt: quia notum est apud Iudæos quòd adinuẽtor peccatorum est diabolus, & præcipue mẽdacij, secundum illud 3. Reg. vlti. Egrediar, & ero spiritus mendax, &c. Quia autem videbatur eis hoc quod dominus dixit, scilicet. Si quis sermonem meum, &c. apertum mendacium esse. nã ipsi tanquam carnales intelligebant de morte corporali: quod de spirituali & æterna morte dixerat, & præcipue quia contrariat auctoritati sacræ scripturæ. Psal. 88. Quis est homo q̃ viuit, &c. Ideo dicunt ei. { Dæmonium habes. }. q.d. ex instinctu dæmonis mendacium loqueris. Et vt conuincãt eum de mendacio, duo faciunt. Primo quidem proponunt mortem antiquorum. Secundo vero repetunt verba Christi ibi. { Et tu dicis, &c. } Dicunt ergo, vere falsum est quod loqueris. Si quis sermonem tuum, &c. Nam { Abraham. } homo { mortuus } est vt pater Genes. 25. Similiter & { Prophetæ } mortui sunt. 2. Reg. 14. Omnes morimur, &c. & quidem licet mortui sint corporaliter, non tamen mortui sunt spiritualiter. Matt. 23. dicit dominus. Ego sum Deus Abrahã, &c. Postea sequitur. Non est Deus mortuorũ, sed viuorum. Mortui ergo sunt corpore: sed viuunt spiritu, quia sermonem Dei seruauerunt. & vixerunt ex fide. Et de ea morte dominus intelligebat non de corporali. Verbum autem Christi repetunt cum subdũt. { & tu dicis, &c. } Velut incauti, & maligni auditores, dominicũ sermonem confundentes, non repetunt eadem verba. Nam dominus dixit. Mortem non videbit, ipsi vero protulerunt. { Mortẽ non gustabit } sed quantum ad eorum intentionẽ idem est, quia

c ONitur responsio Domini. Et primo respondet secũdæ quęstioni. Secundo vero primæ ibi. { Abraham pater, &c. } Circa primum tria facit Dominus. Primo excludit falsitatem, quam intendebant. Secũdo docet veritatem, quam ignorabant ibi { est pater meus, &c. } Tertio manifestat vtrumque quod proponebãt ibi. { Et non cognouistis eum. } Dicit ergo, quęritis me dicentes. Quem teipsum facis, ac si gloriam, quam non habeo, mihi vsurpem, sed superuacua fuit hęc prolatio, quoniam nõ me facio id quod sum, sed ex patre recepi. nã { si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Quod secundum hunc modum posset intelligi de Christo, secundum quòd est filius Dei. vt dicatur cum pręcisione { si ego. } scilicet solus { glorifico meipsum. } idest attribuã mihi gloriam, quam pater mihi non attribuat { gloria mea nihil est. } Nam gloria Christi secundum quòd est Deus, est gloria verbi & filij Dei. Filius autem nihil habet nisi natus, idest quod nascendo ab aliquo recepit. Si ergo detur per impossibile, q̃ gloria sua non esset ab alio, non esset gloria filii. Melius tamen videtur, quòd dicatur de Christo secundum quòd homo. nam quicũque attribuit sibi gloriam, quam non habet à Deo, gloria illa est falsa. nam quicquid veritatis est, a Deo est. Quod autem est veritati contrariũ, falsum est, & per consequens, nihil. Gloria ergo quæ à Deo non est, nihil est. Heb. 5. Dicitur de Chro, q̃ nõ seipsum clarificauit: vt Pontifex fieret. 2. Cor 10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, &c. Sic ergo patet Iudęorũ falsitas, Veritatem autem, quam intendit docere ponit dicens.

d QVasi dicat. Nõ ego meipsum glorifico, sicut vos fingitis, sed alius est qui me glorificat scilicet { pater meus. } Quẽ quidem describit ex proprietate, & ex natura. Ex proprietate quidem paternitatis. Vnde dicit. { Est pater meus, } & non ego. Ex quo quidem verbo vt Aug. dicit. calumniantur Arriani fidei nostræ, dicentes maiorem esse patrem filio. nam maior est qui glorificat, eo qui glorificatur ab ipso. Si ergo pater glorificat filiũ, pater maior est filio. Sed dicendum, quòd apparentiam quidem haberet argumentum, nisi inueniretur ecõuerso, q̃ filius glorificet patrem. Dicit enim filius. infr. 17. Pater venit hora, clarifica filiũ tuum, vt filius tuus clarificet te. Et in eodẽ. Ego te clarificaui super terram. In græco autem idem est glorifica, & clarifica & secũdum Ambrosium, gloria est clara cum laude notitia. Hoc autem quod

quod dicit.{Est pater,&c.}Potest referri ad Christum,& secundum quòd est filius Dei,& secundum quòd est filius hominis. Secundum quidem quòd est filius Dei, pater glorificat eum, gloria diuinitatis,ab æterno eum sibi æqualem generando. Heb.1. Qui cum sit splendor gloriæ,&c. Phil.2. Omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christ⁹in gloria,&c. Secundũ vero quòd homo, habuit gloriã per redundantiã diuinitatis in ipsum,& gratię & glorię singularis.sup.1. Vidimus gloriã eius quasi vnigeniti,&c.Ex natura vero diuinitatis describit eum cum dicit.{Quem vos dicitis, quia Deus,&c.} Ne autem alium patrem putes, quàm Deũ, dicit se glorificari à Deo. infr.13.Nunc clarificatus est filius hominis,&c.Et Deus clarificabit eum,&c. Sed secundum Aug.hoc verbum est contra Manichæos: qui dicunt annunciatum nõ esse in vetері testamento patrem Christi,sed esse aliquem ex principibus malorum angelorum. Constat autem,quòd Iudæi non dicunt alium Deũ suum esse, quàm Deum veteris testaméti. Ergo Deus veteris testaméti est pr̃ Chr̃i glorificãs eũ. Manifestat aũt verumque s.Iudæorum falsitatem, & suam veritatem cũ dicit.

e Et non cognouistis eum.
f Ego autem noui eum.Et si dixero quia nõ scio eum : ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.
g Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit,& gauisus est.
h Dixerunt ergo Iudæi ad eũ.

e MAnifestat autem dupliciter. Primo quidem, ostendendo Iudæorum ignorantiam,secundo suam notitiã,ibi.{ Ego autem cognoui,&c.} Circa primum sciendũ,q̃ possent Iudęi dicere.Tu dicis, q̃ glorificaris a Deo , sed nobis nota sunt iudicia eius,ꝛm illud.Psal.141.Non fecit taliter omni nationi:& iudicia sua non manifestauit eis. Ergo si verum est quod dicis,non vtiq; sciremus hoc,cum ergo nos sateat.constat, q̃ non est verum,& iõ concludens dicit.{Et non cognouistis,}.q.d.Non mirũ est si non cognoscitis gloriam,qua me glorificat pater meus:quem dicitis Deum vestrum : quia nec ipsum Deum cognoscitis. Sed contra, Psal.75.Notus in Iudæa. Respondeo:vt Deus: sed non vt pater, notus est ab eis. Vnde supra dixit.Est pater meus,&c.Vel dicendum, q̃ non cognouistis eum affectu: quia carnaliter colitis,qui spiritualiter colendus est,supr.4.Spiritus est Deus,& eos qui adorant eũ in spiritu & veritate,&c. Itẽ effectu,quia mãdata eius ad implere contempsistis.ad Thi.1.Confitentur se nosse Deum. factis autem negant. Sed quia possent dicere. Esto quòd nos nõ cognoscamus gloriam tuam, quomodo cognoscis tu gloriam, te à Deo patre habere? & ideo subiungit notitiam suam dicens.

f ET primo ponit suam notitiam. Secundo ostendit necessitatem huius notitiæ proferẽdæ ibi. {Et si dixero,q̃ nõ,&c.} Tertio exponit quod dicit ibi { sed scio eum.} Dicit ergo.Ideo scio me habere gloriam à Deo patre : quia ego { noui eum } ea scilicet notitia,qua ipse nouit seipsũ , & nullus alius filius.Matth.11.Nemo nouit filium nisi pater , nec patrem quis nouit nisi filius,scilicet cognitione perfecta comprehensionis . & quia omne imperfectum a perfecto initium sumit , inde est, quòd omnis nostra cognitio à verbo deriuatur . Vnde sequitur.Et cui voluerit filius reuelare.Sed quia secundum carnem iudicantibus posset Christo ad arrogantiam ascribi dicenti se nosse Deum , ideo subdit necessitatem dicti sui , cum subiungit .{ Et si dixero quia non,&c.}Nam secundum Augu.non est sic arrogantia vitanda, vt relinquatur veritas,& incurratur mendacium.Ideo dicit.{ Si dixero } quasi diceret, sicut vos dicentes, scire eum,mentimini: ita ego {si dixero } me nescire, cumsciam eum, { ero similis vobis mendax.}Vnde hęc similitudo sequitur a contrario,vt sit similitudo in mendacio , quia sicut isti mentiuntur dicentes se scire eum quem nesciunt: ita Christus esset mẽdax,si diceret se nescire quem nouit. Sed dissimilitudo est in cognitione , quia isti non cognoscunt . Christus vero scit eum . Sed nũquid potuisset Christus hoc dicere?Potuisset quidem verba proferre materialiter, sed non intendere exprimere falsitatem : quia hoc non potuisset fieri,nisi per inclinationem voluntatis Christi ad falsum q̃d̃ erat impossibile, sicut impossibile erat eũ peccare, nihilominus tamen conditionalis est vera , licet antecedens & consequẽs sit impossibile. Quòd autem patrem cognoscat,manifestat subdens { Sed scio eum,&c. { Et cognitione speculatiua cum dicit. {scio}intellectualiter per dictam cognitionẽ {eum. } scilicet patrem . Itẽ cognitione affectiua.s.per cõsensum volũtatis ad ipsũ. Vnde dicit{ Et sermonẽ eius seruo.}supr.6.Descendi de cælo,nõ vt faciam voluntatem meam,&c. Consequenter cum dicit.

g REspondet primæ quęstioni,quam fecerant ei Iudæi,dicentes:Numquid tu maior es,&c.Ostendens se maiorem,tali ratione. Quicũque enim expectat bonum ab aliquo,& perfectionem suam,est minor eo à quo expectat:sed Abraham totã spem suæ perfectionis,& sui boni habuit in me:ergo est me minor. Et quantum ad hoc dicit { Abraham pater vester. } de quo scilicet gloriamini.{Exultauit vt videret,&c.} Vbi ponit duplicem visionem,& duplex gaudium: sed alio & alio ordine . Nã primo præmittit gaudium exultationis dicens{ exultauit.}& subdit visionem dicens { vt videret.} Deinde præmittit visionem , dicens {vidit} & subdit gaudium dicens { & gauisus est.} Et sic gaudium consistit inter duas visiones, procedens ab vna , & tendens in aliam . q.d. {Vidit,& gauisus est, vt videret diẽ meũ. } Primo ergo videndũ, quis sit iste dies quem vidit,& exultauit vt videret.Est autem duplex dies Christi , scilicet æternitatis, de quo in Psal.2.Ego hodie genui te . Item dies incarnationis , & humanitatis . De quo infr.9.Me oportet operari, donec dies est.Rom.13.Nox præcessit,dies autem,&c. Vtroque ergo modo dicimus quòd Abraham vidit primo diem Christi, scilicet æternitatis & incarnationis p fidem.Genes.15.Credidit Abraham Deo,&c. & quòd vidit diẽ æternitatis, manifestum est.Aliàs enim non fuisset iustificatus à Deo, quia vt dicitur Heb.10. Accedentẽ ad Deum oportet credere,quia est,&c.quòd autem viderit diem incarnationis manifestatur ex tribus , scilicet ex iuramento quod exegit a seruo.nã Genes.24.ait seruo suo quem mittebat . Pone manum subter fœmore meo, & iura mihi per Deum cœli , ex quo vt dicit Aug.signabatur, quòd de fœmore eius processurus esset Deus cœli.Secundo vt Greg.dicit. Cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Tertio quando cognouit præfiguratam passionem Christi in oblatione arietis,& Isaac.Gen.22. Sic ergo ex hac visione gauisus est,sed non quieuit in ea, immo ex hac exultauit in aliam visionem,scilicet apertam & per speciem,quasi totum gaudium suum in ea ponens. Vnde dicit{Exultauit vt videret }aperta visione{ diem meum.} scilicet diuinitatis & humanitatis meæ . Luc.10. Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre,&c. Consequenter cum dicit.

Quinquaginta annos nondum habes,& Abraham vidisti?
i Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis, antequàm Abrahã fieret,ego sum.
k Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

h OStendit,quomodo Iudæi irrident verba Christi.Et primo ponitur irrisio verborum Christi a Iudæisad cõfutandũ. Secundo subditur manifestatio ipsorum verborum á Christo,ad irrisionem vitandam,ibi {Dixit ergo Iesus.Amen amen dico vobis,&c.} Quia ergo Christus dixerat,quòd Abraham exultauit vt videret,&c.Iudæi carnalem mentem habentes, & in eo solam carnis ætatem pensantes , irrident dictum,& dicunt { Quinquaginta annos nondum habes.}Vere quinquaginta annos non habebat.nec etiam quadraginta, sed circa tricesimum erat . Luc.3. Erat Iesus incipiens quasi annorum triginta . Quod autem dicunt { Quinquaginta annos,&c. } ideo forte est,quia apud Iudæos annus iubilæus in maxima reuerẽtia habebatur, quasi per eum omnia cõputantes, in quo & captiuos manu mittebant,}& emptitijs cædebant possessionibus.q.d. Tu nondum excessisti spatium vnius Iubilæi { & Abrahã vidisti?}quãuis dñs non dixerit,q̃ viderit Abraham , sed q̃ Abrahã diẽ eius vidit.& ideo dñs vt irrisionem viret,respondens Iudæis, verba sua exponit,dicẽs.

i IN quibus verbis dominus de se notabilia, & efficacia contra Arrianos dicit.Vnum est,quia vt dicit Grego.coniungit simul verbum præsentis temporis,& præteriti . Ante enim,significat præteritum.sum, temporis præsentis est . Vt ergo ostenderet se esse æternum , & esse suum, esse æternitatis infinnet,nõ ait ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum . Nam esse æternum, nouit tempus præteritum & futurum, sed in vno indiuisibili includit omne tempus. Vnde dici potest illud Exod.2. Qui est misit me ad vos, & ego sum qui sum.Ante ergo,vel post Abraham habuit esse , qui & accedere potuit per exhibitionem præsentis,& recedere per cursum vitæ. Aliud est,secundum Aug. quasi loqueretur de Abraham , qui creatura est,non dixit antequam Abrahã esset,sed { antequam fieret.} Sed loquens de se, vt ostendat quòd non est factus vt creatura , sed ab æterno de essentia patris genitus, non dicit ego fio { sed ego sum } qui in principio erat verbum supra 1.Prouerb.8.Ante omnes colles generauit me dominus. Consequenter cum dicit.

k PONitur intentio Iudæorũ contra Christum . Et primo ponitur Iudæorum persecutio.Secũdo Christi euasio. Sed persecutio Iudęorum procedit ex infidelitate . nam mentes infidelium æternitatis verba sustinere non valentes, nec intelligere ea, reputabant blasphemiam. & ideo secundum legis mandatum,eum tanquam blasphemum lapidare volentes. { Tulerunt lapides,vt iacerent in eum,&c.}& vt dicit Aug.tanta duritia lapidum, quò curteret nisi ad lapides?infr.10. De bono opere non lapidamus te. Simile faciunt qui ex duritia cordis non intelligẽtes veritatem aperte prolatam, blasphemant proferentem. Vnde dicitur in Canonica Iudæ . Quæcumque non norunt, &c. Euasio autem Christi est ex eius potestate.vnde sequitur.{Iesus autem abscondit se.} qui scilicet,si diuinitatis suę potentiam exercere voluisset in suis actibus eos ligaret, aut in pœnas subitæ mortis obruere. {Abscondit autẽ se. } specialiter propter duo . Primo , vt daret fidelibus suis exemplum declinandi persecutores suos. Mat.10.Si vos persecuti fuerint in vna ciuitatem,&c.Secundo, quia nõ elegerat hoc genus mortis , sed potius in ara crucis voluit immolari. & quia nondum impletum erat tempus,adhuc fugit. Sic ergo tanquam homo a lapidibus fugit, non autem abscondit se sub lapide, vel in angulo, sed potestate suæ diuinitatis , inuisibilem se eis exhibens,exiuit & recessit de templo. Simile fecit.Luc.4. Quãdo voluerunt eum præcipitare de supercilio montis . Per quod,vt Gregorius dicit , datur intelligi , quòd illis ipsa veritas abscondit, qui eius verba sequi contemnunt . Eam quippe quam non inuenit humilem veritas fugit mentem . Isa.18. Qui abscondit facie suam à domo Iacob . Et similiter etiam quia debebat eos,correctionem & veritatem non suscipientes,relinquere,& ire ad gentes.Mat.21.Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta .

LECTIO PRIMA.

RPostquam dominus doctrinæ suæ illuminatiuam virtutem ostendit verbo , hic consequenter confirmat , eam facto, cæcum corporaliter illuminando.Et circa hanc illuminationem tria ponuntur . Primo infirmitas.Secũdo infirmitatis sanatio,ibi { hoc cũ dixisset,expuit,&c.} Tertio de sanatione, Iudæorum disceptatio,ibi,{itaque vicini.} Circa primum duo facit . Primo ponitur infirmitas.Secundo inquiritur causa eius,ibi { Interrogauerunt eum discipuli.} Sciendum est circa primum,quòd Iesus abscondens se,& de templo recedens , dum præteriret vidit hunc cæcum . Et hoc est quod dicit{Et pręteriens Iesus,vidit hominem cęcum a natiuitate.}Vbi tria considerantur . Primo ponitur inuit , vt declinaret Iudæorum furorem . Ecclesiast.8. Ne accendas carbones peccatorum,&c.Secundo,vt emolliret Iudæorum duritiam, ex miraculo facto , & fiendo.infr.12.Si opera non fecissem in eis,&c. Tertio , vt per operationem signi verba sua firmaret , nam facta domini,eorum quę dicta sunt à se faciunt fidem. Mar.vlt.Sermonẽ confirmante , sequentibus signis . Mystice autem ꝛm Augusti. Genus humanum est iste cæcus . Nam spiritualiter cæcitas peccatum est.Sapien.3.Excæcauit eos malitia eorum. Qui à natiuitate cæcus est:quia ex sua origine trahit peccatum.Hæc enim cæcitas contingit per peccatum in homine primo, de quo omnes originem traduximus. Ephes.2.Eratis natura,idest,naturali origine filij iræ. Consequenter cum dicit .

b AGitur de causa ipsius infirmitatis.Et primo inquiritur causa ipsius a discipulis.. Secundo manifestatur a Christo ibi. {Neq; hic peccauit.} Circa primum tria quærenda occurrũt. Primum est causa inquisitionis discipulorum à Christo, quæ est vt Chryso.dicit:quia Iesus egrediens de templo,& videns hunc cæcũ valde studiose respexit,quasi videns in eo misericordiã operãdæ virtutis,ita vt discipuli hoc videntes,ꝛeum studiose videntẽ. moti fuerunt ad interrogandum. Secundo discipulorum diligentia:quia dicunt.{Rabbi.} vocantes eum magistrum , vt innuant se sic quærere quasi discere desiderantes . Tertio, quare quærentes causam peccati,dixerunt{quis peccauit?}Dicendum secũdum Chryso.quòd quia Dñs sup.3.scilicet quando paraliticum sanauit dixerat ei. Ecce iam sanus factus es, Vade & amplius noli peccare , cogitauerunt discipuli, quòd propter peccatum,ei illa infirmitas accidisset, æstimantes vlterius,quòd omnis humana infirmitas prouenirет ex peccato , secundum quòd Eliphas dicit Iob 4. Quis vnquam innocens perijt?Et ideo quærebant,vtrum ex peccato suo,vel parẽtum cæcus natus fuisset. Sed quòd ex peccato suo esset,non videtur: quia nullus peccat antequam nascatur.Cum animæ ante corpora non fuerunt , nec peccauerunt,vt quidam falso opinati sunt,secundum illud Ro.9.Cum nondum nati fuissent,&c. Quòd autem hoc ex peccato parentum passus fuerit,non videturiquia Deut.24.dicitur.Non occidentur patres pro filijs,nec filij pro parentibus. Sed sciendum,quòd est duplex pœna qua homines puniuntur. Vna est spiritualis quantum ad animam. Alia est corporalis quantum ad corpus .Et pœna quidẽ spirituali nunquam filius pro patre punitur. Cuius ratio assignatur. Ezechiel.18. Quia anima filij non est ex patre , sed à Deo. Omnes inquit, animę meę sunt scilicet per creationẽ,sicut anima patris,ita anima filij,&c. Hoc etiam dicit Aug.in quadã Epistol.Sed pœna corporali filius pro patre punitur, cum quantum ad corpus sit quædã res patris. Et expressẽ hoc habetur Genes.19. Vbi filij Sodomorũ occisi sunt pro peccato parentũ: in subuersione Sodomæ . Multotiens etiã Dominus commina tur Iudæis occisionẽ puerorũ,propter peccata parentum. Quare autem vno peccato alius puniatur, sciendum, quòd pœna duo habet,læsionem,& remedium.nã aliquando abscinditur membrum vt totum corpus cõseruetur.Et sic pœna huius,lęsionem infert,inquantum abscinditur, sed remedium habet,inquantum conseruat corpus. Numquam tamen medicus nobilius mẽbrum abscindit propter conseruationem minus nobilis,sed econuerso. In rebus autem humanis,anima nobilior est corpore,& corpus nobilius exterioribus rebus.& ideo nunquam fit , vt aliquis propter corpus in anima puniatur , sed potius in corpore propter remedium animæ. Quandoque ergo Deus irrogat pœnas corporibus, vel rebus exterioribus , p̃p̃ remedium bonum animæ.Et tunc huiusmodi pœnæ non inferuntur, vt lesiuæ tantum,sed vt purgatiuæ in remedium. Vnde & ipsa puerorum Sodomitarum occisio ,fuit ad bonum animarum , non quidem ad meritum, sed ne paternę malitiæ imitatores,viuendo peccata cumulantes,attrocius punirentur , sic etiam pro peccatis parentum,pluries aliqui puniuntur. Consequenter cum dicit.

c MAnifestat dominus causam infirmitatis. Et primo excludit causam opinatam.Secundo subdit verã.Et tertio manifestat ipsam.Causam quidem opinatam excludit,cum respondit dicens.{Neque hic peccauit,&c.}Hanc enim esse causam infirmitatis opinati sunt discipuli vt dictum est. Sed contra. Ro.3. Omnes enim peccauerunt,& egent,&c. Et quinto dicitur, quòd peccatum ab Adam in omnes pertransfit.Respondeo dicendum, quòd tam cęcus,quàm parentes eius originali peccato tenebantur,& etiam alia actualia viuendo superadditerant: quia si dixerimus,quòd peccatum non habemus,&c.1.Ioan.3. Quod autem Dominus dicit.{Neque hic peccauit,}intelligendum est eos non peccasse, ad hoc quòd cęcus nasceretur,quasi diceret, quòd eius cæcitas non est consecuta ex eorum peccato. Causam autem veram subdit dicens. { Sed vt manifestentur.} Nam per opera Dei in eius cognitionem ducimur.Rom.1. Inuisibilia Dei,per ea quę facta sunt,&c.supr.5. Opera quæ dedit mihi pater,hæc sunt,&c. Cognitio autem Dei est summum bonum hominis, cum in ea consistat hominis beatitudo.infr.17. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te,&c.Et Hie.9.In hoc glorietur, qui gloriatur,scire & nosse me. Si ergo infirmitas cõtingit vt manifestẽtur opera Dei, & per ipsorum manifestationem Deus innotescit . manifestũ est, quod huiusmodi corporales infirmitates contingunt propter bonum. Posset autem aliqui videri,quòd manifestatio operum Dei non sit sufficiens causa infirmitatis huiusmodi præsertim cum neque hic , neque parentes eius peccauerunt. & ideo volunt dicere,quòd ly vt,tenetur non causaliter , sed consequenter.q.d.Eo existente cęco,opera Dei manifestantur ipsum curantis.Sed hoc non videtur sane dictum . & ideo melius dicendum, quòd tenetẽ causaliter. Est enim duplex malum,scilicet culpę & pœnæ . Sed malum quidem culpę Deus non facit, sed permittit fieri , quod non permitteret nisi intenderet inde bonum aliquod. Vnde dicit Aug.in Ench.Deus adeo bonus est, q̃ nunquam permitteret aliquod malum fieri,nisi esset adeo potens,quòd de quoliber malo eliciat bonum.Sic ergo permittit aliqua peccata fieri ex intentione boni , quod intendit.Sicut permisit fęuire tyrannos,vt coronaret Martyres.Multo ergo magis debet dici,quòd malum pœnæ, quod ipse facit,vt dicitur Amos 3.Non est malum,&c. Nunquam inducit nisi ex intentione boni. et inter alia bona optimũ est,quod opera Dei manifestentur , & ex eis innotescat Deus.nõ est ergo inconueniens si aliqua flagella immittit, vel peccata aliqua fieri permittit,vt bonum inde proueniat. Et sciendum,quòd vt Greg.dicit.1.Moral.quinque modis Deus hominibus immittit flagella. Quandoque quidem ad initium damnationis,secundum illud Hie.17.Duplici contritione contere eos.Et hoc flagello percutit peccator in hac vita sic , vt sine retractatione & sine puniatur in alia.Sicut Hęrodes qui occidit Iacobum,punitus est in hac vita , & in inferno , similiter.Act.11.Quandoque autem ad correctionem.& de hac dicitur in Psal.17.Disciplina tua ipsa me docebit . Quandoque autem flagellatur aliquis non propter

CAPVT NONVM.

LECTIO PRIMA.

ET præteriẽs Iesus, vidit hominem cęcum a natiuitate.
b Et interrogauerunt eum discipuli eius . Rabbi, Quis peccauit?hic,aut parentes eius, vt cęcus nasceretur?
c Respondit Iesus . Neque hic peccauit , neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.

pter præteritorum correctionem, sed ad futurorum præseruationem, sicut de Paulo legitur. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum, &c. Quandoque autem ad promotionem virtutis, vt scilicet cũ in aliquo nec præterita culpa corrigitur, nec futura prohiberur, dum inopinata salus persecutionem sequitur, saluantis virtute cognita, ardentius amatur. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Iacob. 1. Patiẽtia opus perfectũ habet. Quãdoq; vero ad manifestationẽ diuinæ gloriæ. Vnde & hic dicitur. { Vt manifestẽtur opera Dei in illo. } Consequenter cum dicit.

d Me oportet operari opa eius qui misit me, donec dies est.

e Venit nox, quando nemo potest operari.

f Quamdiu sum in mundo: lux sum mundi.

d MAnifestat causam veram, quam posuit. Et quia mentionẽ fecerat de operibus Dei, ideo primo ponit opportunitatem opera Dei manifestandi. Secundo assignat opportunitatis, seu necessitatis rationem ibi. } Venit nox. } Tertio eam exponit ibi. { Quamdiu in mũdo sum. } Dicit ergo: ideo scilicet cæcus natus est, vt manifestentur opera Dei in illo, quæ quidem manifestari oportebat. Nam { me oportet, &c. } Quod quidem potest referri ad Christum secundum quòd homo. Et sic est sensus. { Me oportet operari opera eius qui misit me, idest, opera commissa mihi a patre. supra. 6. Opera quæ dedit mihi pater, vt faciam. infr. 17. dicit. Pater opus cõsummaui, quod dedisti mihi, &c. Vel ad Christum secundum quòd Deus. et sic dicit æqualitatem suę potẽtię ad patrem. vt sit sensus. { Me oportet operari, &c. } idest opera quæ habeo à patre. Omnia enim quæ filius facit, etiam secundum diuinam naturam, à patre habet. supr. 5. Non potest filius à se facere quicquam, &c. Oportet inquam { donec dies est. } Dies quidem materialis ex præsentia solis super terrã causatur. Sol autem iustitiæ est Christus Deus noster. Malach. 3. Vobis timentibus nomen meum, orietur, &c. Quamdiu ergo sol iste nobis præsens est, opera Dei fieri possunt in nobis, erga nos, & a nobis. Præsens autem fuit nobis aliquando quidem corporali præsentia. et tunc dies erat. Psal. 108. Hęc dies quam fecit Dominus, &c. & ideo oportet operari opera Dei. Est etiam nobis præsens per gratiam. et tunc est dies gratiæ, in quo. s. oportet operari opera Dei, donec dies est. Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit, abijciamus ergo opera, &c. 1. Thes. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt, &c. Vos autem non estis, &c. Sed sciendum, q; si præsentia solis facit diem, & absentia noctem, cum Sol sibi præsens sit semper, ipsi soli semper dies est, & sic soli semper est tempus operandi & lucendi. Sed quantum ad nos, quibus ali quando est præsens, aliquando absens, non semper operatur, & lucet. Eodem modo apud Christum solem iustitiæ, semp est dies & tempus operandi. non autem apud nos: quia non semper sumus capaces suę gratiæ, propter impedimentum ex parte nostra. Rationem autem opportunitatis prędictæ subdit, dicens.

e SIcut est duplex dies, ita est duplex nox. Vna est p absessum corporalem Solis iustitiæ, sicut Apostoli incurrerunt, quando Christo eis corporaliter sublato, tempore passionis perturbati sunt. Matth. 26. Omnes vos scandalum patiemini, &c. Et tunc non fuit tempus operandi, sed patiendi. Sed melius est vt dicamus, quòd etiam Christo absente corporaliter per ascensionem dies Apostolis erat, inquantum illucebat eis sol iustitiæ, & tẽpus operandi. & ideo intelligendum est de nocte, quæ est per spiritualem separationem solis iustitiæ, scilicet per subtractionem gratiæ. Quæ quidem nox duplex est. Vna per subtractionem actualis gratię quam inducit peccatum mortale. 1. Thesa. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt. Et quãdo hęc nox venit, nemo pôt operari opa meritoria vitæ æternæ. Alia nox est consumata, quando non solum priuatur actuali gratia quis per peccatum mortale: sed etiam facultate adipiscendi per æternam damnationem in inferno. Vbi profunda nox est, quę erit illis quibus dicetur. Ite maledicti in ignem ęternum. Matth. 25. Et tunc nemo potest operari, quia non est tempus merendi: sed secundum merita recipiendi. Dum ergo viuis, fac sicut facturus es. Vnde Ecclesiast. 11. Quæcumque pôt manus tua instanter operare: quia neque ratio, &c. Rationem autem dictorum exponit dicens.

f QVasi diceret. Si vultis scire qs sit dies, & quæ nox de quibus loquor. Ego inquam sum lux mundi. { Nam præsentia mea diẽ facit, & absentia noctem. supr. 8. Ego sum lux mundi { quamdiu ego sum in mundo. } corporaliter per meã præsentiam. Ioan. 16. Exiui à patre, & veni in mundum, iterũ relinquo mundum, &c. { Lux sum mũdi. } Vnde dies iste duraui vsque ad ascensionẽ Chri. Item { quamdiu sum in mũdo } spiritualiter per gratiã. Mat. vlt. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, &c. { Lux sum mundi. } Vnde dies iste vsque ad consummationem sæculi extenderur. Consequenter cum dicit.

g AGitur de sanatione cæci, ad quam quinque per ordinẽ concurrunt facta per Christum. Primo quidem sputio. vñ dicit { sputit in terram. } Secundo luti factio. vnde dicit { lutum fecit ex sputo. } Tertio oculorum linitio. vnde dicit { Et liniuit super oculos cæci. } Quarto mandatum, quòd lauaretur. vnde dicit { Vade } inq; { & laua ĩ natoria syloe. } Quinto, visionis perceptio. vnde subdit { & venit vidẽs. } quæ quidem omnia causam habent, & literalem, & mysticam. Literalem quidem secundum Chrysosto. hoc modo. Sputo illuminat, vt ostendat quòd virtute a se egrediente hoc faciebat, & nulli alteri rei miraculum ascribatur. Lucæ 6. Virtus exibat de illo. Licet enim omnia miracula dominus solo verbo facere potuisset, quia ipse dixit & facta sunt, frequẽter tamen corpore suo eis vtitur, vt ostendat ipsum inquantum est diuinitatis organum, virtutem quandam salutarem esse sortitum. Lutum autem fecit ex sputo, vt ostendat se membra hominis deficientia posse formare, qui formauerat totum primum hominem. Vnde sicut primum hominem de luto formauit, ita lutũ fecit, vt formaret oculos cæci nati. Liniuit autem lutum super oculos cęci nati, vt ostenderet se conditorem corporum, per id quod potissimum est in corporibus. Homo enim inter creaturas corporales pręcellentior est: inter membra vero hominis prælcellit caput: inter membra autem capitis, oculus excellentior inuenitur. Vnde. Mat. 6. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Formando ergo oculum cæteris corporalibus excellentiorem, ostendit se creatorem esse totius hominis & naturę corporeæ. Dicit autẽ { Vade, & laua te, &c. } Ne videret terra super oculos linita virtutem sanatiuam oculi habere. Vnde quamdiu lutum in oculis habuit, non vidit, sed postquam lauit. Misit autem eum longe ad lauandum scilicet ad natatoria syloe. Primo quidem ad confutãdam Iudæorum duritiam. Nam oportebat eum transire ciuitatẽ vt sic omnes viderent eundem cęcum euntem, lutum super oculos habentem, & redeuntem visu suo restituto. Secundo vero, vt commendetur cæci obedientia, & fides. Frequenter enim forte lutum in faciem receperat, frequenter in natatoria syloe se lauerat, & tamen non videbat. Vnde potuisset dicere: lutum solet magis excęcare, & multoties me ibidem laui, & in nullo sum adiutus, sicut de Naamam legitur 4. Reg. 5. sed non contradixit, imo simpliciter obediuit. Vnde sequitur { Abiit, & lauit. } Ideo autẽ ad natatoria syloe eum misit: quia per illam aquam signatus est populus Iudæorum. Isa. 8. Populus iste adiecit aquas syloe, quæ currunt cum silentio. Vt ergo ostendat, quòd non est alienus ab amore populi Iudaici ad Syloe mittit eum. Effectus autem sequitur, quia venit videns. } hoc prædictum fuit. Isa. 53. Tunc aperientur oculi cęcorum. Causam vero mysticam, & allegoricam assignat Augustinus qui dicit, quòd per sputum, quod est saliua de capite descendens, signatur verbum Dei, quod à Deo patre capite omnium rerum procedit. Ecclesiast. 24. Ego ex ore altissimi prodij, &c Tunc ergo dominus de sputo, & terra lutum fecit, quando verbum caro factum est. { Liniuit autem oculos cæci. } idest, humani generis oculos, scilicet cordis per fidem incarnationis Christi: sed non dum videbat, quia qs forte inunxit, cathecuminum fecit, qui fidem habet, sed nondum est baptizatus. Et ideo mittit eum ad piscinam, quæ vocatur syloe, vt lauetur, & illuminetur, idest, baptizetur, & in baptismo plenam illuminationem recipiat. Vnde secundum Dionysium baptismus dicitur illuminatio. Ecclesiastic. 36. Effundam super vos aquam mundam, &c. Et ideo signanter hoc Euangelium legitur illo die in quadragesima, quo incipit fieri scrutinium baptizandorum in sabbato sancto. Nec sine causa Euangelista subdit interpretationem piscinæ dicens. { Quod interpretatur missus. } quia quicumque baptizantur, oportet baptizari in Christo, qui est missus à patre. Galat. 3. Quotquot baptizati estis, &c. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Secundum Gregorium autem, per saliuam sapor intimę contemplationis accipitur, quæ ad os de capite desluit, quia de charitate conditoris adhuc in hac vita nos positos, gustu reuelationis tangit. Vnde dominus saliuam luto miscuit, & cæci nati oculos reparauit: quia superna gratia, carnalem cogitationem nostram permixtionem suæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate homines ad intellectum reformat, &c.

g Hoc cum dixisset, expuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo: & liniuit lutũ super oculos eius, & dixit ei. Vade, laua ĩ natatoria Syloe, qd interpretatur missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns.

LECTIO II.

POsita miraculosa illuminatione cæci. Hic consequenter ponitur miraculi examinatio. Et primo quidem miraculum examinatur à populo. Secundo à Pharisæis & principibus, ibi { Adducunt eum ad Pharisæos. } Tertio cæcus propter suam confessionem instruitur à Christo, & commendatur, ibi { Audiuit Iesus, quia eiecerũt, &c. } Circa primum tria facit. Quia primo inquirit de persona illuminati. Secundo de ipsa illuminatione, ibi { Dicebãt ergo, &c. } Tertio de persona illuminãtis, ibi { Et dixerunt ei. Vbi est ille? } Circa primũ tria facit. Primo ponitur quæstio de persona illuminati. Secundo assumuntur diuersę opiniones ad quæstionem. Tertio determinatur quæstio. Ponitur quidem quæstio à populo, vnde dicit { Itaque vicini, & qui viderant eum prius, &c. } Vbi duo consideranda occurrunt. Vnum est, quòd ex miraculi magnitudine ipsum incredibile reddebatur, vnde dicebant, infra. A sæculo non est auditum, quòd aperuit quis oculos cęci nati. Vnde implet in eis, quod dicitur Abac. 1. Opus factũ est in diebus nostris, &c. Aliud est, mirabilis Dei clementia, quia non solum circa potentes: sed etiã circa ignobiles, dominus miracula operatur. dum eos qui mendicant, cum multa pietate curabat. In quo ostẽditur, quòd propter paupertatem nullum repellit, qui propter salutem hominum venit. Iaco. secundo. Nonne dominus elegit pauperes, diuites in fide, &c. Vnde & isti signanter dicunt. { Nonne hic est qui sedebat & mẽdicabat? } q. d. Ignobilis, & curatione indignus. Contra, dicitur. Baruc. 3. Ibi gigantes nominati. Opiniones autem ponuntur à plebe. Vnde dicit { Alij dicebant, quia hic est. } scilicet qui mendicabat. & hoc ideo, quia pluries eum viderant mendicantem, & similiter discurrentem per ciuitatem, quando cum luto ad natatoria ibat, inspexerant. Vnde non vltra poterant dicere, non est hic. Sed aliorum opinio erat contraria. vnde dicebant { Nequaquam. } scilicet hic est { sed similis eius est. } Cuius ratio est, quia vt Augu. dicit. oculi restituti mutauerant vultum eius. Nihil enim ita cognoscibile sicut visus. Ecclesiast. 19. Ex visu cognoscitur sensatus. Quæstio determinatur per cęcum. Quia { ille dicebat. } scilicet cæcus { ego sum. } scilicet qui mendicabam. Vox grata est ista, ne damnetur ingrata. Quia enim non poterat esse ingratus tanto beneficio, nec aliud signum gratitudinis ostẽdere poterat, quàm quòd constanter confiteretur se a Christo curatum, dicit { Ego sum. } qui scilicet cæcus eram, & mendicabam, & modo video. Tob 12. Benedicite Deũ cœli, & coram omnibus viuentibus, confitemini, &c. Consequenter cum dicit.

b AGitur de inquisitione facti, scilicet de ipsa illuminatione. Et primo ponitur quæstio Iudęorum. Secundo, responsio cæci, ibi { Respõdit. Ille homo qui dicitur, &c. } Dicit ergo, si tu es ille, qui cæcus mẽdicabas, dic ergo nobis { Quomodo aperti sunt tibi oculi? } Sed ista quæstio ex curiositate procedit: quia hũc modũ, nec ipse q curatus est, nec nos nouimus. Eccl. 3. In plurib° operib°ei°, ne fueris curiosus. Respõsio cæci fuit mirabilis. Vñ dicit.

c INqua primo quidem demonstrat personam illuminantem, dicens. { Ille homo qui dicitur Iesus. } Recte nominat eũ hominem, quem hominem nouerat, & verus homo erat. Phil. 2. In similitudinem hominum factus: licet autem eum non vidisset: qa cęcus ab eo recessit, ad Syloe vadens, cognouit eum ex auditu, & collocutione hominum de ipso. Secundo recitat factum, dicens. { Lutum fecit, & vnxit oculos meos. } Vbi se veracem ostẽdit, nõ asserens incerta. Dominus enim lutum fecerat ex sputo, qd quidem iste nesciuit, sed lutum factum, & oculis superpositum, per sensum tactus didicit. & ideo non dixit, lutum fecit ex sputo, sed simpliciter { lutum fecit, & vnxit oculos, &c. } 1. Ioan. 1. Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & perspeximus, &c. Tertio refert mandatum, dicens. { Et dixit mihi, } scilicet Iesus. { Vade ad natatoria Syloe, & laua. } Hoc etiam nobis necessariũ est. nam si volumus mundari à cæcitate cordis, oportet quòd spiritualiter lauemur. Isa. 1. Lauamini, mundi estote. Quarto commendat suam obedientiam, dicens. { Et abij, & laui. } quasi diceret. Ex quo mandatum audiui, desiderio visionis ductus, executus sum mandatum, neque mirum, quia dicitur. Prouer. 6. Man-

LECTIO II.

TAque vicini, & qui viderãt eum prius: quia mendicus erat, dicebant. Nõne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est, alij autẽ nequaquã: sed similis est eius. Ille vero dicebat, quia ego sum.

b Dicebãt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?

c Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria Syloe, & laua. Et abij, & laui, & video.

d Et dixerunt ei. Vbi est ille? ait. Nescio.

e Adducunt eum ad Pharisęos, qui cęcus fuerat Erat autem sabbatum quando lutũ fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eum Pharisæi, quomodo vidisset. Ille autẽ dixit eis. Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.

f Dicebant ergo ex Pharisæis quidã. Nõ est hic homo a Deo, datum, scilicet impletum, lucerna est, & lex lux. Quinto confitetur beneficij effectum, dicens. { Et vidi. } Et recte post obedientiã illuminatur, quia vt dicitur. Act 5. Dabit spiritum sanctum obedientibus sibi. Vide cæci constantiam. nam vt Augu. dicit. Ecce annunciator factus est gratiæ. ecce Euangelizat, & confitetur Iudęis. Cæcus ille confitebatur, & cor impiorũ stringebatur, quia non habebant lumẽ, scilicet in corde, qd ille habebat in facie. Consequenter cum dicit.

d POnitur inquisitio de persona illuminantis. Et primo ponitur Iudęorũ quæstio, cum dicunt. { Vbi est ille? } Malitiose interrogant, ocasionem meditantes. Iã n. aduersus Christum conspiraueràt. supr. 8. Nunc autem quæritis me interficere. Secũdo ponitur cæci responsio, cũ ait. { Nescio. } Vt Aug. dicit, ex verbis apparet, quòd sicut corporaliter in ipso gestũ fuit, ita spiritualiter diuersis temporibus repręsentatur. Nam adhuc primo linitur cæcus, & post lotus vidit, & inunctio quidẽ inchoationem sanitatis corporalis repręsentat. Lotio autem perfectam consequitur sanitatem. Specialiter autem inunctio efficit cathecuminũ, lotio, scilicet baptismus, perficit & illuminat. Sic ergo, diuersa diuersis temporibus repręsentatur, nam per hoc quod dicit { nescio } repręsentat fides imperfecta in cathecuminis. supr. 5. Vos adoratis, quod nescitis. Potest etiam per hoc significari fides nostra. 1. Corinth. 13. Ex parte enim cognoscimus, &c. Consequenter cum subdicit.

e AGitur de inquisitione. Et primo inquirunt a cęco. Secundo a parentibus ibi. { Non crediderunt ergo Iudæi. } Circa primum tria facit. Primo præsentatur inquirendus. Secundo ponitur inquirentium intentio. Tertio ponitur ipsa inquisitio. Inquirendus autem, scilicet cęcus, præsentat à populo Pharisæis. Vnde { Adducunt, } scilicet turbæ { eum qui cęcus fuerat ad Pharisęos. } Et hoc ideo: quia quærierant ab eo vbi esset Iesus, vt si eũ inuenirent, ducerent eum ad Pharisęos, damnandum propter solutionem sabbati. Quia vero Christum non habuerunt, ducũt cæcum, vt eum vehementius interrogantes, cogant importunitate, vel timore, aliquid falsitatis contra Christum cõfingere Hiere. 5. Ibo ergo ad optimates, ipsi enim, &c. & ecce hi magis confregerunt iugum. &c. Intentionem autem eorum Euãgelista perueršam esse ostendit dicens. { Erat autem sabbatum quando lutum fecit. } Hoc dicit, vt eorum malam mentem demonstret, & causam propter quam eum quærebant, vt scilicet occasionẽ contra eum inuenirent, & detraherent miraculo per estimatam legis prequaricationem, cum tamen Matth. 20. dicatur, quòd Dominus est filius hominis etiam sabbati. Examinatio autem fit à Pharisęis, cum dicitur. { Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi, &c. } Et primo interrogant de facto. Secundo de persona facientis, ibi. { Dicebant ergo. } Circa primum duo facit. Primo ponitur eorum interrogatio. Secundo cæci responsio. Interrogant autem eum de materia consecutæ visionis. Vnde { Iterum interrogabant eum Pharisęi, &c. } Non vt scirent, sed vt calumniam inferrent, & falsitatem imponerent. Respõdit autem cęcus, non dictis contraria, nec dissona veritati. Vnde { ille, } scilicet cæcus. { Dixit eis. Lutum posuit mihi. } Vbi primo admiranda est cęci constantia. nam & si coram turbis a quibus sine periculo interrogabatur, veritatem dixerat, non magnum videbatur. Sed hoc mirę est constantiæ, quòd ampliori periculo cõstitutus, scilicet coram Pharisęis, neque negat, neque cõtraria dicit prioribus, secundum illud. Psal. 118. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, &c. Secundo admiranda est eius industria. Nam mores recitantium seruat, qui primo diffuse, & circũstantijs omnibus referunt, & si secundo referri oporteat, succinctiùs loquuntur. Vñ neque nomen dicentis expressit, neque quo niam dixit mihi vade, & laua. Sed confestim solã substantiã facti tangens dicit. { Lutum fecit. } Consequenter cum subditur.

f Et inquisitio de persona illuminantis. Et primo ponuntur diuersæ sententiæ Pharisęorum de Christo. Secundo exquiritur sententia cæci, ibi, { Dicunt ergo cæco iterum. } Circa primum tria facit, Primo ponit opiniones Christum blasphemantium. Secundo opinionem eum commendantium. Et tertio concludit, quòd inter eos erat schisma & diffidium. Circa primum

sciendum est, quòd illi qui malicioſe contra aliquem agunt, tacent ſi quid boni in facto eius videntᵗ, & mala, ſi qua videntᵗ, manifeſtant, etiam bonum in malum conuertentes: ſecundum illud. Eccleſ. 11. Bona in mala conuertens in ſidiatur, &c. Quod & iſti faciunt. nam id quod videbatur bonum, ſcilicet cæci illuminationem ſubticētes, quod contra Chriſtum eſſe poterat manifeſtant, ſcilicet ſolutionē ſabbati. Vnde {dicebant quidam ex Phariſæis, }. ſcilicet malitioſi & praui. { Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit? } Cum tamen Chriſtus ſabbatum ſeruaret. Dominus enim prohibens operari in ſabbato, intendit de opere ſeruili, qd̄ eſt peccatum. ſupr. 8. Qui facit peccatum, ſeruꝰ eſt peccati. Ergo qui facit opera peccati in ſabbato, ſoluit ſabbatum. Chriſtus ergo q̄ ſine peccato erat, potius ſabbatum, q̄ ipſi cuſtodiebat. Cōmendantium autem opinio ponitur, cum ſubdit. { Quomodo poteſt homo peccator, &c. } Iſti enim aliquam fidem ex ſignis cōceperant, & imperfectē, & imbecilliter erant diſpoſiti: quia ex timore Phariſæorum, & principum, quaſi ſub dubio proponunt dicentes. { Quomodo poteſt, &c. } infr. 12. dicitur, quòd multi ex principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos, &c. Qui tamen potius debuiſſent oſtendere qualiter ſabbatum non ſoluerat, & conuenienter reſpondere pro Ieſu. Diſſidium autē concludit inter eos dicens. { Et ſchiſma erat inter eos. } Quod ſcilicet fuerat etiam inter populos, & hoc erat ſignum interitus illorum. Oſe. 10. Diuiſum eſt cor eorum nunc interibunt. Matth. 13. Omne regnum in ſeipſum diuiſum, &c. Conſequenter inquirunt ſententiam à cæco, & dicunt.

g ET primo ponitur Phariſeorum interrogatio. Secundo cæci reſponſio. Interrogant quidem cum dicunt. { Tu quid dicis, &c. } Quæ quidem interrogatio ſecundum Chryſoſto. nō eſt eorum qui Chriſtum blaſphemabant, ſed eorum qui commendabant. Et hoc apparet ex modo interrogandi, vnde commemorant ei receptum beneficium dicentes. { Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos, }. Alioquin ſi alij interrogaſſent, non hoc diciſſent, ſed potius, qui ſoluit ſabbatum. Ideo autem beneficium, commemorant, vt eum gratum reddentes inducant ad Chriſti prædicationem. Secundum autem Aug. eſt interrogatio aduerſariorum, volentium calumniari hominem, qui conſtanter veritatem confitebatur, vel vt ex timore mutaret ſententiam, vel ſaltem eum de ſynagoga eijcerent. Reſponſio aūt cæci conſtans ponitur. Vnde ſubdit. { Ille autem dixit, quia Propheta eſt. } Licet enim adhuc quaſi inunctus in corde, Dei filium nondum confiteretur, conſtanter tamen, quod ſentiebat expreſſit, non tamen mentitus eſt. Nam ipſe Dominus de ſe dixit Mar. 6. & Matt. 16. Non eſt Propheta ſine honore, &c. Deute. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, &c. Conſequenter cum dicit.

h AGitur de inquiſitione à parētibus. Et primo ponitur cauſa inquiſitionis. Secundo ſubditur interrogatio, ibi. { Et interrogauerunt. } Tertio adhibetur reſponſio, ibi. { Reſponderunt ergo eis. } Quarto aſſignatur reſponſionis ratio, ibi. { Hoc dixerunt parentes eius, &c. } Cauſa autem ſecundę inquiſitionis, fuit infidelitas Phariſæorum. Et hoc eſt quod dicit. { Non crediderunt ergo de illo. } ſcilicet Phariſæi { quòd cæcus natus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius. } ſcilicet cæci qui viderat. Hoc quidem faciunt volentes annullare Chriſti miraculum, ne perdant gloriam ſuam, ſupr. 5. Quomodo poteſtis credere, qui gloriam abinuicem, &c. Inquiſitio autem ponitur à Phariſæis ad parentes. Vbi tria proponunt. Primo de perſona filij dicentes. { Hic eſt filius, &c. } quaſi diceret. Numquid eſt hic? Secundo de eius cæcitate. Vnde ſubdunt { Quem dicitis, quia natus eſt cæcus. } Non dicunt, qui quandoque fuit cęcus, ſed { quem dicitis. } quaſi diceret: hoc confingitis. Numquid hoc eſt verum? Sed o Inquinati. Quis pater eligeret talia mentiri de filio? Conantur enim per hoc eos ad negationem ducere. Tertio quærunt de modo conſecutæ viſionis dicentes. { Quomodo ergo nunc videt? } quaſi dicāt. Aut hoc eſt falſum, quòd nunc videat, aut primum: quòd cæcus fuerat. Sed conſtat hoc eſſe verum, quòd videt. Falſum ergo fuit, quòd cæcum eum dicebant. Eccleſiaſt. 7. Ex multa enim loquela tentabit te, &c. Reſponſio parentum ponitur. Conſequenter cum dicit.

i DE tribus autē interrogauerāt Phariſæi, ſed de duobus conſtāter reſpondent, & de tertio remittunt ad filiū. Primo quidem confitentur primum, ſcilicet quòd filius eorum ſit. Vnde dicunt { Scimus, quia hic eſt filius noſter. } Item confitentē ſecūdū cum ſubdunt { Et quia cæcus natꝰ eſt. } In quo patet, q̄ veritas ſemper vincit nēdacium. Vnde in Apocriphis Eſdræ dicitur, quòd veritas ſuperomnia vincit. Tertium autem, ſcilicet qualiter vidit, dicunt { Quomodo autem nūc videat, neſcimus. } Secundo de perſona illuminante. Cum ſubdunt { Aut quis aperuit oculos, &c. } Hoc ideo dicunt, quia inquiſitio fiebat contra perſonam illuminantem. & ideo remittūt ad filium dicentes { Ipſum interrogate, ætatem habet, &c. } quaſi dicant. Et ſi genuimus eum cæcum, non tamen mutum. Vnde loqui poteſt pro ſe in cauſa. Quod quidem diſpenſatiue factū eſt, vt dum parentes confitentur quod ſciunt, & cæcus cōfirmat qui eſt curatus, veritas miraculi magis appareret. Ratio autē reſponſionis ponitur, cum ſubdit { hoc dixerunt parentes eius, &c. } Adhuc enim imperfecti erant, nec adimplere auſi: quod dicit dominus. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Cauſa autem timoris fuit, quia { iam cōſpirauerant Iudæi, vt ſi quis cōfiteretur, &c. } infr. 16. Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini, abſque ſynagogis facient vos. Et vt dicit Aug. Iam nō erat malum fieri extra ſynagogam. Nam quos illi repellebant, Chriſtus recipiebat.

LECTIO III.

Ocauerūt ergo rurſum hominē, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.

qui ſabbatum nō cuſtodit. Alij autem dicebant. Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? & ſchiſma erat ĩter eos.

g Dicunt ergo cęco iterum. Tu quid dicis de illo q̄ aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia Propheta eſt.

h Non crediderunt ergo Iudei de illo, quia cęcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. & interrogauerunt eos dicentes. Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cęcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt?

i Reſponderūt eis parētes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natꝰ eſt, quomodo aūt nunc videat, neſcimus, aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. ipſum interrogate. ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim cōſpirauerāt Iudæi, vt ſi quis eū confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogā fieret. Propterea parētes eis dixerunt, quia ætatē habet, ipſum interrogate.

LECTIO III.

ROgata ſupra inquiſitione negotij, ſcilicet a cęco & parentibus, hic perſuadent negare veritatem, & aſſerere falſitatem. Et primo perſuadent veritatis negationem. Secundo irrogant maledictionem. Tertio inferunt condemnationem ſecundo, ibi. { Maledixerunt, &c. } Tertiū ibi { Reſpondentur ei. In peccatis, &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo perſuadent ei veritatem negare. Secundo quomodo iterato interrogant, vt calumniam poſſint inferre, ibi { Dixerunt ergo illi, &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit eorum malitiam. Secundo cæci conſtantiam ibi. { Dixit ergo ille. } Malitia Phariſeorum oſtenditur in veritatis negandæ perſuaſione. Conſtantia cęci apparet in firma veritatis confeſſione. Dicit ergo quantum ad primum { Vocauerunt ergo. } ſcilicet Phariſei { rurſum hominem, qui fuerat cæcus. } Nā parentes interrogati, remiſerant eos ad cæcum { Et dixerunt ei. Da gloriam Deo. } Vnum dicunt: ſed aliud intendunt. Intendūt quidem vt cogant eum dicere, ſe non fuiſſe illuminatum a Chriſto. Vel ſi hoc non poſſunt, ſaltem confiteatur ſe ab eo aliquo maleficio curatum. Hoc tamen non aperte dicunt: ſed tacite, & ſub prætextu religionis, ad hoc enim inducere volunt dicentes. { Da gloriā Deo. } quaſi dicant. Illuminatus es, ſed hoc non eſt niſi à Deo. Ergo hoc nulli alij attribuas niſi Deo, & non iſti ſcilicet Chriſto. quia ſi hoc facis: oſtendis te non accepiſſe à Deo curationis beneficium. quia Deus per peccatores nō operatur miracula. Vnde ſubdūt { Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. } quaſi dicerent. Confitere, quoniam hic nihil operatus eſt, nega quod accepiſti. Sed (vt Auguſtinus dicit,) ſi hoc feciſſet, non dediſſet gloriam Deo, ſed potius ingratus exiſtens, blaſphemaſſent: ſed vere mendacium locutus eſt ſtilus Phariſæorum, dicentium { Nos ſcimus, quoniam hic homo, &c. } Nam ſupra 8. Eundem de peccato arguere non potuerunt, cum dixit. Quis ex vobis arguet, &c. Nec mirum: quia hoc dicitur 1. Petri 2. Peccatum non fecit, &c.

Hic

b HIc ponitur cęci conſtantia. nam ſtomachatus contra Phariſeorum duritiam, & impatiens ad verba eorum, cum veritatis aſſertione dicit { Si peccator eſt } Sed cum ſupra dixit, quia Propheta eſt. Numquid hoc propter timorē quaſi dubitās dicit. Si peccator eſt neſcio? abſit. Sed quaſi indignatus phariſęos irridens. q.d. Vos aſſeritis eū peccatorē, ſed hoc ego neſcio q̄ ſit peccator, & miror q̄ hoc aſſeritis, q̄a opus fecit, quod non vide tur eſſe peccatoris. { quia cęcus cum eſſem, modo video. } eius beneficio. Secundum Auguſtinū hoc dicit, vt neque pareretur calumniā, neq; veritatem ſubcelaret. Fortaſſis enim ſi diximſſet ſcio eum iuſtū: quod verum erat, calumniati fuiſſent eum. Sed ſecundum Chryſoſtomum. ideo hoc dixit, vt daret eis maius teſtimonium, ſcilicet ipſius miraculoſæ operationis, & ſuam reſponſionem faceret fide dignam ab accepto beneficio.

c HIc iterato interrogant, vt calumniam inferant. Et primo ponitur doloſa Phariſeorū interrogatio. Secundo reſpondentis cęci deriſio, ibi { Reſpondit eis, &c. } Dicit ergo quantum ad primum { Dixerunt ergo illi: Quid fecit, &c. } quia enim cęcus confeſſus fuerat ſe a Chriſto viſum recepiſſe, quod iſti non quærebant, ſed potius in ipſo modo faciendi, contra Chriſtum calumniam inferre intendebant, ideo non dicunt, qualiter vidiſti: ſed { Quomodo aperuit tibi oculos. } quaſi dicat. Numquid aliquo præſtigio ſeu maleficio hoc fecit? ſecundum illud Pſal. 37 Qui quærebant mala mihi, locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

d HIc ponitur reſponſio. quia enim cęcus quaſi iam viderat, ideo non remiſſe: ſed audacter de reliquo eis loquitur. vnde primo irridet Phariſeorum iteratam interrogationem, dicēs { Dixi vobis iam & audiſtis, quid iterum, &c. } q.d. Ex quo ſemel dixi vobis, quid iterum vultis audire? hoc enim inſipientis eſt. Videtur enim q̄ non attenditis ad ea quæ dicuntur. vnde nō eſt vltra reſpondendum vobis, inaniter interrogantibus, & cauillari potius quàm diſcere volentibus. Eccle. 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam, & in fine narrationis, &c. Secundo deridet præſumptuoſam Phariſeorum intentionem, dicens { Numquid & vos vultis, &c. } Quādo enim aliquis diligenter inquirit, aut hoc facit bona intētione, vt ſcilicet ei adhęreat, aut mala, vt eum condemnet. quia ergo iſti diligēter quærebāt, & cęcus non auſus eſt eis imponere, q̄ mala intentione quærerent, declinat ad aliā partem dicēs. { Nūquid & vos vultis, &c. } q.d. Si non quæritis malitioſe: ergo vultis adhęrere ei. Hier. 23. Si mutare poteſt ęthiops pellem ſuam, &c. Et vt Augu. dicit. Illuminatus libenter volebat iſtos illuminare. vnde ſignanter dicit { Et vos. } quaſi ſe innuens diſcipulum, quaſi dicat. { Numquid & vos vultis? vt & ego ſum { diſcipuli eius fieri } Ego iam video, veſtræ illuminationi non inuideo. Et vt Chryſoſtomus dicit, Ex iſta cęci conſtantia apparet quàm forte quid, ſit veritas, quæ ſi deſpectos aſſumpſerit, claros & fortes eos facit. Et quàm imbecille quid, ſit mendacium, quod etſi cum fortibus fuerit, imbeciles eos monſtrat, & reddit.

e HIc irrogatur cęco a Phariſęis maledictio. Et primo ponitur Phariſæorum ad cęcum maledictio. Secūdo cæci ad Phariſæos redargutio, ibi { Reſpondit ille. } Circa primum duo facit. Primo ponitur Phariſæorum maledictio. Secūdo maledictionis occaſio, ibi { Nos autem Moyſi, &c. }. Dicit ergo quantū ad primum { Maledixerunt ei }. ſ. Phariſei cæco { & dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis. } quæ quidem maledictio eſt, ſi prauum cor eorum diſcutias, non ſi verba perpendas, immo eſt ſumma benedictio. Et tale maledictum ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Supra 8. Vere diſcipuli mei eritis, &c. Ideo tamen Euangeliſta dixit { Maledixerunt. } quia ex malo eorum corde procedebat. Prouer. 26. Quomodo ſi ornare velis vas fictile argento ſordido, ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata: Et de hac maledictione dicitur in Pſal. 108. Maledicent illi, & tu benedices. Et Matth. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis, &c. Cauſam maledictionis ſubiungit, conſequenter cum dicit.

f REputabant enim maledictionem, quòd cæcus dixerat eis, q̄ fierent diſcipuli Chriſti, cum ipſi gloriarentur ſe eſſe diſcipulos Moyſi, quem maiorem reputabant. & ideo primo proponunt ſuam conditionē dicentes { Nos autē Moyſi diſcipuli ſumus. } Eccl. 24. Legē mādauit Moyſes in primitijs iuſtitiarū, &c. Sed falſa eſt eorum gloria: quia nec eum ſequebantur, nec præcepta eius implebant. ſupr. 5. Si crederetis Moyſi, crederetis & forſitan mihi. q.d. Nec ſequimini ſeruum, & dorſum ponitis cōtra Dominum. Secundo extollunt Moyſi dignitatem cū dicunt. { Nos ſcimus q̄ Moyſi locutus, &c. In quo verum dicunt. Quia vt dicit. Exo. 33. Loquebatur Dominus Moyſi facie ad faciē, ſicut loqui ſolet homo, &c. Et Num. 12. dicit Dominus. Si fuerit inter vos Propheta Dñi, &c. At nō talis ſeruus meus Moyſes, &c. Ore n. ad os loquor ei. Vñ excellentiori modo loquebatur cum eo, quàm cum alijs Prophetis. Et de hac locutione hic ipſi loquuntur. Conſtat autem, quòd cum ad Moyſem Deus loqueretur verbū ſuum, quòd dignitas Moyſi eſt ex verbo Dei. Et ſic verbum maioris dignitatis eſt, quàm Moyſes. Heb. 3 Amplioris gloriæ iſte, ſcilicet Chriſtus præ Moyſe dignus habitus eſt, quanto ampliorem, &c. Tertio occulte inſinuant Chriſti dignitatem, cum dicunt. { Hunc autē } ſcilicet Chriſtum { neſcimus vnde ſit. } Quod quidem verum eſt, non tamen ſecundum eorum intentionem. Neſciebant enim patrem, vnde Chriſtus erat. ſupr. 8. Neque me ſcitis, neque patrem meum. Sed falſum eſt quantum ad eorū intentionem. Dixerunt enim. { Hunc autem neſcimus, &c. }. q.d. Nullius auctoritatis eſt, & quaſi apocriphum, ita vt non conſtet de eo, an a Deo venerit. Per quod videbātur ei imponere illud Hiere. 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant.

g HIc ponitur cæci contra Phariſæos argutio. Et primo admiratur eorum duritiam. Secundo confutat eorum ſallitatē, ibi. { Scimus autem, &c. } Sciēdum autem circa primum, quòd nō ea quæ frequenter fiunt, & ſecundum communem modum miramur, ſed inſolita, & ardua ſiue bona ſiue mala ſint admiramur. nā inſolita bona & ardua admiramur: ſm illud Heſter. 15. Valde enim admirabilis es Dñe, & facies tua, &c. Admiramur etiam ardua mala: ſecundum illud Heſter 2. Super hoc obſtupeſcite cœli. Duo enim mala, &c. Secundum hoc ergo reſpondens cæcus, dixit eis. { In hoc mirabile eſt, &c. }. q.d. Si aliquem paruum, & nobis ſimilem, non reputaretis alicuius auctoritatis, non eſſet mirandum. Sed quia videtis expreſſum, & euidens ſignū diuinæ virtutis in Chriſto, & dicitis quia vos neſcitis vnde ſit, valde mirabile eſt, præſertim quia aperuit mihi oculos. Falſitatem eorum confutat dicens.

h VTitur tali ratione. Quēcumque Deus audit, eſt à Deo, ſed Deus exauditiuit Chriſtum, ergo eſt à Deo. Primo ergo ponit primam. Secundo aſſumit minorem, ibi. { A ſæculo nō eſt auditū, &c. } Et tertio infert cōcluſionem, ibi. { Si nō eſſet hic à Deo &c. } Circa primum duo facit. Primo inſinuat, quos Deus non audiat. Scēdo oſtendit, quos Deus audiat, ibi. { Sed ſi quis Dei cultor eſt &c. } non audit autem Deus peccatores. Et quantū ad hoc dicit. { Scimus quia peccatores Deus, &c. }. q.d. In iſta opinione ego & vos conſentimus, q̄ non exaudiant peccatores à Deo. Vñ in Pſal 7. Clamauerunt ad Dominū, & nō exauditiuit eos. Pro. 1. Tunc inuocabunt me, & nō audiam. Sed contra. 2. Paral. 6. Si autem peccauerunt tibi, neque. n. eſt homo qui nō peccet, &c. Aperiantur queſo oculi tui, & aures tuæ, &c. Luc. 19. De publicano dicitur, q̄ deſcēdit iuſtificatus in domum ſuam. Et propter hoc dicit Aug. quòd cęcus iſte adhuc loquitur vt inuiſtus, nondum perfecte ſciens. nam & peccatores exaudit Deus, alias fruſtra Publicanus diceret. Domine Deus propitius eſto mihi peccatori. Si aūt verbum cæci ſaluare volumus, dicendum eſt, q̄ Deus non exaudiuit peccatores in peccatis perſiſtentes. Exaudiuit tñ peccatores de peccatis pœnitentes, qui magis ſunt computandi in numero pœnitentium, q̄ peccatorū. Sed inſurgit dubitatio. Cōſtat enim, quòd miracula non fiunt ab hominibus propria virtute: ſed per orationem. Peccatores aūt frequenter miracula faciunt: ſecundum illud. Matt. 8. Nonne in nomine tuo Prophetauimus, & virtutes multas fecimus, & tñ Deus non nouit eos? Non videt ergo verum, quod cæcus dicit. Scimus quia peccatores, &c. } Ad hoc eſt duplex reſponſio. Vna cōmunis. Oratio. n. duo habet: quia. ſ. impetrat, & meretur. quandoq; autem meretur, & nō impetrat. Et ſic nihil prohibet orationē peccatoris impetrare quod petit, abſque hoc q̄ mereatur. Sic ergo Deus audit peccatores, nō per

b Dixit ergo eis ille. Si peccator eſt, neſcio: vnū ſcio, quia cęcus cum eſſem, modo video.

c Dixerunt ergo illi: quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

d Reſpondit eis: Dixi vobis iā, & audiuiſtis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?

e Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. tu diſcipulus illius ſis.

f Nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus. hunc autem neſcimus vnde ſit.

fl Reſpondit ille homo, & dixit eis. In hoc mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos.

h Scimus autem, quia peccatores, Deus non audit.

modum meriti, sed inquantum ex diuina virtute, quam prædicant, impetrant: quod petunt. Alia est specialis, in casu, isto quo loquebatur, scilicet, quando miraculum factum notificabat personam Christi. Sciendum est autem, quòd omne miraculum factum testimonium quoddam est. Quandoq; ergo miraculum fit in testimonium veritatis prædicatæ, quãdoq; autem in testimonio pionæ faciens. Est autem attendendum, quòd nullũ verũ miraculum fit nisi virtute diuina. Et quòd Deus nunquam est testis mendacij. Dico ergo, q̃ quandocumq; miraculum fit in testimonium doctrinæ prædicatæ, necessarium est doctrinam illam esse veram, etsi persona prædicans non sit bona. Quando etiam fit in testimoniũ personæ, necesse est similiter, quod persona illa sit bona. Constat autem, quòd miracula Christi fiebant in testimonium personæ eius. supra 5. Opera quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, testimonium perhibẽt de me. hoc ergo modo loquendo cęcus dixit, quòd {nunquam Deus peccatores exaudit,} scilicet quòd faciant miracula attestancia sanẽtitati peccatorum. Consequenter cum dicit.

i Ostendit, quòd iusti exaudiuntur à Deo, & per modum meriti. Vbi sciendum est, quòd operatio miraculorum attribuitur fidei. Mat. 21. Si dixeritis huic monti, &c. Cuius ratio, est. quia miracula fiunt per omnipotẽtiam Dei, cui fides innititur. qui ergo vult impetrare a Deo aliquid, oportet quòd habeat fidem, Iac. 1. Postulet autem in fide. Si autem vult merendo impetrare, oportet quòd faciat Dei voluntatem. Et ista duo hic ponuntur. Quantum ad primũ dicit. {Sed si quis Dei cultor est,} per sacrificia & hostias. Isa. 19 Colent eum in hostiis, &c. In his enim consistit cultus latriæ, quæ fidei attestatur. Quantum ad secundum dicit. {Et voluntatem eius facit.} Implendo eius mandatum. {Hunc} {supple} {exaudit Deus.

k Hic assumit minorem suæ rationis. q.d. Ex ipso opere eius, quod adhuc nullus hominum fecit manifestum est, quòd per operationem Dei hoc fecit, & quòd exaudiens est a Deo. infra 16. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius, &c.

l Hic infert conclusionem. q.d. Ex quo talia opera operatur, manifestum est, quòd est a Deo. Nam nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam, scilicet libere, constanter, & veraciter. quia vt dicitur infra. 15. Sine me, nihil potestis facere.

m Hic Pharisęi cęcum condemnant. In qua quidem cõdemnatione triplicem defectum siue peccatum incurrunt, scilicet mendacij, superbiæ, & iniustitiæ. Mendacij quidem, cęcitatem improperando. vnde dicunt. {In peccatis natus es totus.} vbi sciendum est, Iudęos huius opinionis fuisse, quòd omnes infirmitates, & aduersitates temporales prouenirent hominibus, propter eorum præcedentia peccata, quam quidem opinionem asserit Eliphaz dicens. Iob. 4. Recordare obsecro, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, &c. Cuius quidem opinionis ratio, est, quia in veteri lege, & pro bonis præmia tẽporalia, & pro malis pœnæ temporales promittebantur. Isa. 1. Si volueritis & audieritis me, &c. Videntes ergo, quòd iste homo cęcus natus fuerat, credebant, quòd hoc cõtigisset ei propter sua peccata. & ideo dicunt. {In peccatis natus,} &c. {Sed falsum dicunt, quia supra eodem Dominus. Neque hic peccauit, neq; parentes eius. Eccl. 20. Est correctio mendax, &c. Addunt autem {totus,} vt ostendant, quòd non solum est peccatis inquinatus quantum ad animam secundum quòd omnes nascuntur peccatores, sed etiam, quòd peccatorum vestigia appareant in corpore per cęcitatem. vel secundum Chrysost. {totus,} idest toto tempore vitæ tuæ, & a primæua ætate in peccatis es. Superbiæ vero defectum incurrunt, contemnendo cęci doctrinam, cum dicunt {tu doces nos?} quasi diceret. Non es dignus. In quo apparet eorum superbia. Nullus enim homo quantumcumque sapiens, debet a quocumq; parua doctrinam repellere, vnde Apostolus docet. 1. Cor. 14. quòd si minori aliquid reuelatum fuerit, quòd tunc maiores debent tacere, & eum audire; Daniel. 13. dicitur quòd totus populus, & seniores audierunt iudicium pueri iuniioris, scilicet Danielis: cuius spiritum dominus suscitauit. Iniustitiæ autem defectum incurrunt, iniuste eum eiiciendo. vnde dicitur quòd {eiecerant eũ foras,} scilicet propter veritatis confessionem. In cęco autem iã impletur quod dominus dixerat. Luc. 6. Beati eritis cũ vos odẽrint homines, & separauerint vos, & eiecerint, &c.

F LECTIO IIII

Postquam Euangelista ostendit, quomodo Iudæi cęcum in veritate persistentem eiecerunt. hic ostendit, quomodo Iesus eũ receperit & instruxit. Et primo ponitur Christi instructio. Secundo cęci deuotio, ibi. {At ille ait. Credo domine} Tertio deuotionis eius commendatio, ibi. Dixit ei Iesus. In iudicium, &c. } Circa primũ tria facit. Primo proponit studiũ Christi instruẽdum. Secundo desiderium cęci ad credendum, ibi {Respondit ille, & dixit. Quis est domine?} Tertio fidei documentum ad perficiendum, ibi. Dixit ei Iesus. Et vidisti, &c. Scudium autem Christi ad instruendum describitur ex tribus. Primo, ex diligenti consideratione eorum: quæ circa cęcum agebantur. Sicut enim princeps diligenter considerat ea quæ suus athleta patitur propter eum, ita & Christus ea quæ cęcus patiebatur propter veritatem, & sui confessionem, diligenter attendit. Et ideo dicit. quòd {audiuit Iesus.} idest, diligenter attendit { quia Pharisęi eiecerunt eum foras.} scilicet ex templo. Hiere. 18 Attende domine ad me: & ad voces aduersariorum, &c. Secundo ex diligenti inquisitione. Vnde subdit {Et cum inuenisset eum, &c.} Iliud enim inuenirí dicitur, quod diligenter quæritur. Lucæ 14. Quærit diligenter, donec inueniat. Ex quo videtur, quod Christus solum eum quærat: quia in illo solo plus inuenit de fide, quam in omnibus alijs. Vnde colligitur, quòd plus diligitur vnus iustus à Deo, quam decẽ milia peccatorũ. Hieremiæ 13. Pretiosior erat vir auro, &c. Et Genes. 17. Dominus pro decem iustis voluit seruare Sodomam. Tertio ex seriosa interrogatione. Vnde { dixit ei. Tu credis, &c.} Iste cęcus typum baptizandorum gerebat. Vnde etiam consuetudo inoleuit in ecclesia, vt baptizandi interrogentur de fide: prima Petri 2. Nos saluos facit baptisma. &c. & bonæ cõscientiæ interrogatio in Deum. Interrogans autem de fide non dicit { credis } in Christum: sed {in filium Dei. } Quia vt Hylarius dicit. Futurum erat, vt aliqui Christum confiterentur, quem tamen filium Dei, & Deum negarent, quod postmodum Arrius finxit. Vnde per hoc error eius manifeste excluditur. Nam si Christus non esset Deus, non esset in eum credendum, cum solus Deus sit obiectum fidei: quæ in prima veritate quiescit. Vnde & signanter dicit { in filium. } Nam bene possum credere alicui creaturæ: puta Petro, & Paulo: non tamen in Petrum sed in Deum solum sicut in obiectũ, vnde patet quòd filius Dei non est creatura, Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite.

b Hic ponitur desiderium cęci ad credendum. Sciendum est autem circa hoc, quòd cęcus iste adhuc non viderat Christum corporaliter. nam quando Christus huiuit oculos suos, & misit eũ ad natatoria Syloe, nondum viderat eum, & antequã ad eum reuerteretur, postquã lauit & vidit decentus fuit à Pharisęis & Iudęis. Licet autem corporaliter eum non vidisset: credebat tamen eum qui aperuit oculos suos, esse filium Dei. Et ideo in verba desiderantis, & valde inquirentis animæ: prorumpit dicens. { Quis est domine? } scilicet filius Dei, qui aperuit mihi oculos. {vt credam in eum?} Ex quo hic apparet, quòd eum ex parte cognoscebat, & ex parte ignorabat, nisi enim eum cognouisset, non tam constanter pro eo disputasset, & si non ignorasset, non vtique dixisset. { Quis est domine?} Isaiæ 26. Anima mea desiderauit te in nocte scilicet ignorantiæ. Sed quia vt dicitur Sapientiæ. 3. Præoccupat eos qui se concupiscunt, scilicet sapientia. Ideo cęco se concupiscenti demonstrat, cum dicit.

c IN quo ponitur documentum fidei, quo Christus eum instruit. Et primo commemorat ei susceptum beneficium, dicens. { Et vidisti eum. } scilicet corporaliter qui prius nullum videbas, quasi dicat. Ab ipso virtutem videndi accepisti. Luc. 12 Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Et Lucæ secundo. Nunc dimittis seruum tuum domine: quia viderunt oculi, &c. Secundo ponitur documentum cum dicit. { Et qui loquitur tecum, &c. } Hebræorum primo. Nouissime locutus est nobis in filio, &c. Ex his, ergo verbis confutatur error Nestorij, qui dixit aliud suppositum in Christo filij Dei, aliud filij hominis. Nam qui loquebatur ex Maria natus est, & hominis filius, & ipse idem qui loquitur est filius Dei, (vt Dominus dicit.) Non est ergo alius & alius, quamuis natura non sit eadẽ vtriusque. Consequenter cum dicit.

i Sed si quis Dei cultor est, & voluntatẽ eius facit, hũc exaudit.

k A sęculo non est auditum, q̃ quis aperuerit oculos cęci nati.

l Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.

m Responderunt, & dixerũt ei. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras.

G LECTIO IIII.

Vdiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eũ, dixit ei: Tu credis in filium Dei?

b Respondit ille, & dixit: Quis est domine vt credam in eum?

c Et dixit ei Iesus: Et vidisti eũ, & qui loquitur tecum, ipse est.

d POnitur deuotio fidei in cęco. Et primo fidem quam credit corde, confitetur ore dicens. {Credo domine.} Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore, &c. Secundo protestatur eam opere. vnde {procidens adorauit eum.} Per quod ostendit se credere eius diuinam naturam, {quia mundata conscientia cognoscit illum, nõ solum filiũ hominis: quod exterius videbat: sed filium Dei qui carnẽ susceperat. nam adoratio debet soli Deo. Deut. 18. Dominum Deum tuum adorabis. Consequenter cum dicit.

e HIc cõmendatur cęci deuotio. Et primo ponitur deuotionis cęci cõmendatio. Secũdo Iudęorũ murmuratio. ibi. {Audierunt quidam, &c.} Tertio murmurantiũ confutatio, ibi. {Dixit eis Iesus. Si cęci essetis, &c.} Commendatur autem cęcus ex fidei illuminatione. vnde dicit. {In iudiciũ ego in hunc mundum, &c.} Contra, supra. 3. dicitur. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, &c. Respõdeo, loquitur de iudicio condẽnationis, de quo dicitur supra 5. Qui mala egerunt, ibunt in resurrectionem iudicij. i. cõdemnationis, ad quod non misit Deus filium suum in primo aduentu: sed potius ad saluandum. hic vero loquitur de iudicio discretionis, de quo dicit in Psal. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam, &c. Nã ad hoc venit, vt discerneret bonos a malis, & hoc ostendunt verba sequentia. d. {Vt qui non vident, videant, & qui vident, &c.} Nã Aug. illi non vident, qui reputant se videre: Illi autẽ qui reputant se non videre, videntur, Dicuntur autem homines cęci spiritualiter, inquantum habent peccata. supra 2. Excęcauit eos malitia eorum, &c. Ille ergo reputat se videtem, qui peccata sua non recognoscit. non vidẽt autem se reputat, qui recognoscit se peccatorem. Primum est proprium superborum. Secundũ est humilium. Est ergo sensus {In iudicium veni, vt videntes, &c.} vt discernam humiles a superbis. Dies enim erat inter lucem & tenebras discernens, vt. s. humiles qui non vident. i. reputant se peccatores {videant illuminati per fidem. & qui videnti}. i. superbi, cęci fiant, idest remaneant in tenebris. Secundum Chrysost. exponit de iudicio cõdemnationis, ita tamen q̃ hoc quod dicit. {In iudiciũ ego, &c.} non accipiatur causaliter sed consecutiue, quasi dicat. Me veniente in mundum consecutum est in quibusdam iudicium condemnationis, inquantũ in aliquibus condemnationis causa magis creuit. Simile dicitur Lucæ 2. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. Non q̃ ipse sit causa ruinæ: sed quia ex aduentu suo hoc consequitur. Et subditur, {vt qui non vident.} scilicet gentiles carentes lumine diuinæ notitiæ {videant,} idest, admittantur ad cognitionem Dei. Isaiæ. 9 Populus qui ambulabat in tenebris vidit, &c. { & qui videnti. } scilicet Iudæi habentes Dei cognitionem. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus {cęci fiant.} idest, ab ipsa Dei cognitione excidant. {& hoc expresse tangit Apostolus Rom. 9. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, &c.

f HIc ponitur murmur Iudęorum. quia enim verba dominì carnaliter intellexerunt, videntes cęcum corporaliter illuminatum, & intelligentes q̃ dominus commendaret in ipso solum lumen faciei, & non mentis, credidẽrunt similiter quòd cõminaretur eis corporalem cęcitatem, & exprobraret, cum dixit {cęci fiant} & ideo dicit quòd {audierunt quidam ex Pharisęis, qui cum ipso erant.} verba prædicta. ideo autem dicit {qui cum ipso erant.} vt ostendat eorum instabilitatem. quia quandoque cum ipso sunt propter aliqua miracula quæ vident: sed tamen ab eo recedunt, cum aperitur eis veritas. Matth. 13. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. { Et dixerunt ei. Numquid & nos cęci sumus? } scilicet corporaliter, quamuis spiritualiter cęci essent. Matthæi 6. Sinite illos, cęci sunt, & duces cęcorum.

g HIc ponitur Iudęorum confutatio. vbi secundum expositionem Augustini manifestatur intentio præcedentium, vt scilicet ostendatur de qua cęcitate loquitur dominus; quia de spirituali. Dicit ergo {Si cęci essetis.} idest vos cęcos reputaretis, recognoscentes per humilitatem peccatum vestrum {non haberetis peccatum.} quia curreretis ad remedium. Peccatum enim remittitur per gratiam, quę non datur nisi humilibus. Iac. 4. Humilibus autem dat gratiam. {Nunc vero dicitis quia videmus.} idest, superbe vos videre putantes, non recognoscitis vos peccatores, {peccatum vestrũ manet.} idest non remittitur.

d At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.

e Et dixit ei Iesus. In iudicium ego in hunc mundũ veni, vt qui non vident, videant, & qui videnti, cęci fiant.

f Et audierunt quidam ex Pharisęis, qui cum ipso erant: & dixerunt ei. Numquid & nos cęci sumus?

g Dixit eis Iesus, Si cęci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet.

CAPVT DECIMVM.

LECTIO PRIMA.

Amen amen dico vobis, qui nõ intrat per ostiũ in ouile ouiũ, sed ascẽdit aliunde, ille fur est & latro.

Iac. 4. Deus superbis resistit. Secundum Chrysost. exponitur de cęcitate corporali. Vt sit sensus. {Si cęci essetis} corporaliter non haberetis peccatum, de hoc, quòd cęci essetis. Quia cum sit corporalis defectus, non habet rationem peccati. { Nunc vero qa dicitis, &c. } Peccatum vestrum magis arguitur, quia videtes oculis corporalibus miracula quæ ego facio, non creditis mihi. Isa. 6. Excęca cor populi huius: vel aliter. { Si cęci essetis, } i. ignorantes Iudiciorũ Dei, & sacramentorũ legis { non haberetis peccatum } {supple tã tum. q.d. Si ex ignorãtia peccaretis, peccatum vestrum non esset adeo graue. { nũc vero quia dicitis videmus, } idest, arrogatis vobis scientiam legis, & cognitionem Dei, & tamen peccatis. deo {peccatum vestrum manet, } idest, aggrauatur. Luc. 12. Seruus, qui scit voluntatem Domini sui, &c.

LECTIO PRIMA.

Postquam Dominus ostendit, quòd eius doctrina habet illuminatiuam virtutem. Hic cõsequenter ostendit, quòd habet virtutem viuificatiuam. Et primo ostendit hoc, verbo. Secundo, miraculo. 11. capit, ibi. {Erat autem quidam languens. &c. } Circa primum tria facit: Primo ostendit se habere virtutem viuificatiuam. Secundo ostẽdit viuificandi modum, ibi. { Ego sum pastor bonus, &c. } Tertio ostendit viuificandi potestatem, ibi. { Diffensio itaque facta est, &c. } Prima pars diuiditur in tres. Primo enim Dominus proponit quandam Parabolam. Secundo Euangelista insinuat necessitatem expositionis ipsius. { Hoc prouerbium dixit eis, &c. } Tertio Dominus exhibet Parabolæ expositionem, ibi. {Dixit eis iterum Iesus, &c.} Parabolam autem proponit eis dicens. {Amen dico vobis. } Quæ quidem ex duobus est, scilicet de fure, & pastore ouium. Vnde circa eam tria facit. Primo proponit conditionem furis & latronis. Secundo pastoris ibi. { Qui autem intrat per ostium, &c. } Tertio effectum vtriusque ibi { & oues illum sequuntur, &c. } Ad intellectum autem huius primo considerandum est, quæ sint oues. quę quidem sunt fideles Christi, & qui sunt in gratia Dei. Psal. 94. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Ezech. 33. Vos autem oues pascuæ meę homines estis. Ouile ergo ouium est congregatio fidelis populi. Mich. 2. Congregabo Iacob totum, &c. Ostium autem ouilis aliter accipitur secundum Chrysosto. & aliter secundum Augu. Nam secũdum Chryso. ostium vocat Christus scripturas sacras, secundum illud Col. 4. Orantes simul pro nobis, vt Deus aperiat ostium sermonis. Dicitur autem sacra scriptura ostium, vt Chryso. dicit. Primo, quia per ipsam accessum habemus ad Dei cognitionem. Rom. 1. Quod autem promiserat Prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, &c. Secundo, quia sicut ostium oues custodit, ita sacra scriptura conseruat vitã fidelium supr. 5. Scrutamini scripturas: q̃a vos putatis vitã habere in ipsis. Tertio quia ostium lupos superuenire non permittit, sic sacra scriptura arcet Hęreticos à nocumento fideliũ. 2 Thim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est, &c. Ille ergo non intrat per ostium, qui ad docendum populum non ingreditur per sacram scripturam. Vnde Dominus de talibus dicit Isa. 2. Sine causa colunt me, docentes, &c. Mat. 3. Irritum fecistis mandatũ Dei. Hæc ergo furis conditio, vt non intret per ostium, sed aliunde. Addit autem {ascendit,} quod & Parabolæ congruit, dum fures non intrantes per ostiũ, conscendunt parietes, & præcipitant se in ouili. Congruit etiam veritati: quia causã quare aliqui doceant aliter, q̃ sapiat sacra scriptura, præcipue ex superbia prouenit. 1. Thim. 6. Si quis aliter docet, & non acquiescit sacris sermonib⁹, superbus est, nihil sciens. Et quantum ad hoc dicit { ascendit, } scilicet per superbiã. Qui inquam sic {aliunde ascendit, ille fur est } rapiendo quod non est suum, { & latro, } occidendo quod rapit Abdiæ. 1. Si fures intrassent ad te, &c. Et secundum hanc expositionem continuatur ad præcedentia hoc modo, quia. n. Dominus dixerat. Si cęci essetis, &c. possent respõdere Iudęi, & dicere: nõ est ex nostra cęcitate, quòd tibi non credimus, sed ex tuo errore, propter quem à te auertimur. & ideo Dominus hoc excludens, vult ostendere, q̃ non est erroneus, quia intrat per ostium idest, per sacram scripturam, idest, docet ea quæ sacra scriptura continet. Sed contra {hoc est, quod Dominus infra eodem exponens, dicit. Ego sum ostium, &c. Ex quo videtur, quòd per ostium

debet intelligi Christus. Ad quod Chrysosto. dicit, quòd in hac Parabola Dñs dicit se esse & ostium, & pastorem. vnde secundũ ꝙ ipse diuersimode se vocat, diuersimode dicitur ostium, quia tũ ꝙ dicit se pastorem, oportet ꝙ aliud sit ostium, q̃ ipse. quia non est idem pastor & ostium. Nihil autem aliud a Christo conuenientius potest dici ostium, q̃ sacra scriptura, propter rationes prędictas. Conuenienter ergo sacra scriptura ostium dicitur. Secũdum Augustinũ hic per ostium intelligitur Chrs. Et hoc quia per ipsum intrat.

b Qui autem intrat per ostium pastor est ouium.
c Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiũt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & cũ proprias oues emisit, ante eas vadit.
d Et oues illũ sequuntur, quia sciunt vocem eius.
e Alienum autẽ nõ sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

Apoc. 4. Post hoc vidi ostium magnum, &c. Quicumq; ergo intrat in ouile, oportet ꝙ per ostium, scilicet Christum intret, & non aliunde. Sed attendendum est, ꝙ intrare in ouile competit pastori & ouibus qui quidem vt ibi conseruetur, pastori aũt vt oues conseruet. Si ergo velis intrare sicut ouis, vt ibi conseruetis, vel sicut pastor, vt oues conserues, oportet te per Christum intrare in ouile, non aliunde, quàm per Christum. Sicut Philosophi qui tractauerunt de principalibus virtutibus, & Pharisęi, qui ceremoniales traditiones statuerunt. Sed isti non sunt pastores neque oues. quia vt dñs dicit {qui non intrat per ostium in ouile ouium}. s. per Christum {sed aliunde, fur est & latro.} quia se & alios occidit. nam Christus est ostium ouilis, idest, congregationis fidelium, & non alius. Rom. 5. Pacẽ habemus per Christum ad Deum, per quem. &c. Act. 4. Non est aliud nomen sub cęlo datum, &c. Et secundum hanc expositionem continuatur ad præcedẽtia hoc modo. quia enim dicebãt se videre sine Christo, secundum ꝙ dixit. Nunc quia dicitis, videmus peccatũ, &c. Ideo Dominus ostendit hoc esse falsum, quia non intrãt p ostiũ, dicens. {Amen amen dico vobis.} Sciendum autem, quod vt qui sicut ouis per ostium non intrat, non potest conseruari, ita nec qui vt pastor intrat conseruare potest, nisi per ostium intret, scilicet per Christum, per quod quidem ostium intrauerunt veri pastores. de quibus. Heb. 4. Nemo sibi assumit honorẽ, &c. Mali vero pastores non intrant per ostium, sed per ambitionẽ, & potentiam secularem, & simoniam, & isti sunt fures & latrones. Ose. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui. i. non approbaui. & dicit {sed ascendit aliunde}, qa ostium istud, scilicet Christus cum sit parum per humilitatẽ. Matt. 11. Discite a me, &c. nõ possunt intrare nisi q Chrĩ humilitatem imitantur. qui ergo non intrant per ostiũ, aliunde ascendunt. i. superbi sunt, & non imitantur illum, qui cum Deus esset, factus est homo, & humilitatem suam non recognoscit.

H Ic agit de pastore. Et primo ponit pastoris conditionem. Secundo ostendit p signa, ꝙ iste sit pastor, ibi. {Huic ostiarius, &c.} Conditio autem veri pastoris est intrare per ostium, idest, testimonia sacræ scripturæ. vnde dicebat. Luc. vlt. Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, &c. Pastor verus, &c. Hiere. 17. Ego non sum turbatus te pastorem sequens. Eccl. 34. Sicut pastor, &c. Sed si Christus intelligatur per ostiũ, vt Aug. exponit, sic intrans per ostiũ, intrat per seipsum. Et hoc est proprium Christi. nam nullus potest intrare ostium, scilicet ad beatitudinem, nisi per veritatẽ. quia nihil aliud est beatitudo, quàm gaudium de veritate. Christus autem inquantum Deus veritas est. & ideo inquantum homo intrat per seipsum, scilicet per veritatem, quæ est ipse inquantum Deus. Nos autem non sumus ipsa veritas, sed sumus filij lucis, per participationem lucis veræ & increatæ. & ideo oportet nos per veritatem, quæ est Christus intrare. infra. 17. Sãctifica eos in veritate. infra eod. Per me si quis introierit saluabitur. Sed si quis etiã intrare vult vt pastor, oportet quòd intret per ostium, idest, Christum, scilicet secundũ eius veritatem, voluntatem & ordinationem. vnde dicitur Ezec. 30. Dabo eis pastorem, &c. quasi diceret. Per me dari debent, & non per alios, seu per seipsos.

H Ic ponit signa boni pastoris, quæ sunt tria. Primum sumitur ex parte ostiarij, scilicet, quòd ab eo introducatur. Et quantum ad hoc dicit. {Ostiarius aperit.} qui scilicet ostiarius ꝛm Chrysost. ille est, qui viam aperit ad cognitionem sacræ scripturæ. *Qui primus fuit Moyses*, qui sacras scripturas primus accepit, & instituit, & hic aperit Christo. quia vt dicitur supra 5. Si crederetis Moysi, crederetis forte & mihi. De me enim ille scripsit, vel secundum Augũstinum ostiarius est ipsemet Christus, quia ipsemet introducit homines ad seipsum. Dicit ipse se aperit, qui seipsum exponit, vt non nisi per eius gratiam intramus. Ephes. 2. Gratia saluati estis. nec refert si Christus qui est ostium, ipse idem sit ostiarius, nam quædam in spiritualibus congruunt, quæ in corporalibus esse non possunt. Magis autem differre videtur pastor & ostium, quàm ostium & ostiarius. Cum ergo Christus dicatur pastor & ostium, vt dictum est, multo magis potest dici ostium, & ostiarius. Sed si aliam personam ostiarij quæris, quàm Moysem & Christum, vide ostiarium spiritum sanctum vt Augu. dicit. Ad officium enim ostiarij pertinet vt ostium aperiat, & de spiritusancto dicitur infr. 4. Docebit vos omnem veritatem. Christus enim est ostium, inquantum est veritas. Secundũ signum sumitur ex parte ouium, scilicet, quòd ei obediant. Et hoc est, quod dicit {& oues vocem eius audiunt.} quod quidẽ si ex similitudine naturalis pastoris attenditur, rationabiliter dicitur, quia sicut oues ex consueta imaginatione recognoscunt vocem pastoris, sic & fideles iusti vocem Christi audiunt. Psal. 94. Hodie si vocem eius audieritis. Sed cõtra. Multi sunt oues Christi, qui tamen vocem eius non audierunt, sicut Paulus. Item aliqui audierunt, & non fuerunt oues, sicut Iudas. Ad quod dici posset, quòd Iudas pro tempore illo ouis Christi erat, quantum ad præsentem iustitiam. Paulus autem quando vocem Christi non audiebat, non erat ouis: sed lupus: sed vox Christi adueniẽs mutauit lupum in ouem. Hæc autem responsio sustineri posset, si non contrarietur ei quod dicit. Ezec. 33. Quod confractum fuerat non alligastis, & quod erroneum, &c. Ex quo videtur ꝙ adhuc qñ contractæ & erroneæ erant, oues erãt: & ideo dicendũ quòd loquitur hic dominus de ouibus suis, non solum secundũ præsentem iustitiam: sed etiam secundum æternam prædestinationem. Est enim quædam vox Christi, quam nullus nisi prædestinatus audire potest scilicet, qui perseueraueritq; in finem. Mat. 10. Ideo etiam dicit {& oues vocem eius audiunt.} quia possunt se excusare de eorum infidelitate dicentes, quòd non solũ ipsi. sed etiam nullus ex principibus credit in eum. Vnde ad hoc respondens dicit. {Et oues vocem eius.} quasi dicat. Ideo ipsi nõ credunt: quia non sunt de ouibus meis. Tertium signum sumitur ex actibus ipsius pastoris. Et quãtum ad hoc dicit. {proprias oues vocat nominatim.} Vbi ponit quatuor actus boni pastoris. Primo quidem, quòd oues cognoscit. Vnde dicit, quòd {proprias oues vocat nominatim.} In quo ostendit cognitionem & familiaritatem suam ad oues. Illos enim ex nomine vocamus, quos familiariter cognoscimus. Exod. 34. Ego noui te ex nomine. & quidẽ ad officium boni pastoris pertinet, secundum illud. Prouerb. 27. Diligenter considera vultum pecoris tui. Et hoc quidem conuenit Christo secundum præsentem cognitionem, vel magis secũdum æternam prędestinationẽ, quas ab æterno nomine tenus nouit. Psal. 146. Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus eis nomina vocat. 2. Thi. 2. Nouit dominus qui sũt eius. Secundo vero, ꝙ eas educit, idest segregat, à societate impiorũ. Psal. 106. Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis. Tertio qa iam eductas ab impijs, & inductas in ouile, iterum {educit eas.} ex ouili. Primo quidem in salutẽ aliorũ. Isa. vlti. Mittam ex eis q saluati fuerint in lydiã. Mat. 10. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum, vt scilicet, de lupis faciatis oues. Secundo vero in directionem & viam salutis æternæ. Luc. 1. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Quarto vero eas prẽcedit exẽplo bonæ cõuersationis. Vñ dicit. {Et ante eas vadit.} quod quidem in pastore corporali nõ est ira, qn poti⁹ sequit ꝛm illud Psal. 77. De post ferantes accepit eum. Bonus autem pastor ante eas vadit per exemplum 1. Petr. vlt. Neque vt dominantes in clero: sed forma facti, &c. Christus aũt vtraque missione ante eas vadit: qa primus per doctrinam veritatis mortem subiit. Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget. &c. Et præcessit oẽs in vitam æternam. Mich. 1. Ascendit pandens iter, &c.

H Ic agit de effectu vtriusque furis. s. & pastoris in ouibus. & primo ponit effectum boni pastoris: Secundo effectum lupi & furis ibi. {Alienum autem.} Dicit ergo, quòd dictum est de conditionibus vtriusq; sed oues sequuntur illũ, qui scilicet ante eas vadit, & hoc quidem *in prompti est*; quia subditi sequũtur vestigia Prælatorum, vt dicitur 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus. & hoc ideo {quia sciunt vocẽ eius.} idest cognoscunt, & delectantur in ea. Can. 2. Sonet vox tua in auribus meis, &c. Effectus autem furis est, vt oues eum non diu sequantur, sed ad tempus. Vnde dicit

e {Dest, doctorem mendacẽ, & hæreticũ non sequũtur. Psal. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, &c. Sic & Paulus doctores mẽdaces non diu secutus est, {sed fugiunt ab eo.} Et hoc ideo, quia vt dicitur. 1. Cor. 14. Corrumpunt bonos mores, &c. Ideo autẽ fugiunt {quia non nouerunt.} idest non approbant {vocẽ alienorum.} idest doctrinam eorum quæ serpit vt cancer.

LECTIO II.

Hic ponit Euangelista necessitatem exponendi, supra postam similitudinem, quæ quidem necessitas causatur ex audientium ignorantia. Primo vero tangit ignorantiæ causam. Secundo ipsam ignorantiam manifestat. Causa autẽ ignorantiæ fuit prouerbialis Christi locutio. Et hoc est, qd dicit. {Hoc prouerbiũ dixit eis Iesus.} Prouerbium autẽ dicitur proprie, quãdo loco alterius ponitur aliud. cum. s. vnũ verbum ex similitudine alterius daẽ intelligi. quod etiam parabola dicitur. Loquebatur autem in prouerbiis dominus Primo quidem propter malos. vt mysteria regni cœlestis eis occultaret. Luc. 9. Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei, cęteris autem, &c. Secundo vero propter bonos, vt ex prouerbiis exercentur ad inquirendum. vnde postquam dominus turbis, puerbia seu parabolas proposuit, discipuli seorsum Christum interrogabãt, vt habetur Matt. 13. & Mar. 14. vnde & Aug. dicit. Pascit dominus manifestis. s. fideles, Turbas exercet obscuris, scilicet discipulos. Ignorantiam manifestat, cũ dicit. {Illi autem non intellexerunt quid loqueretur.} Ignorantia autẽ quæ prouenebat ex prouerbiis a Christo propositis, vtilis quidem erat & damnosa. Sed vtilis bonis, & iustis ad exercitium, in Dei laudem: tam dum ea non intelligunt, credunt, glorificant dominum, & eius sapientiam supra se existentem. Prouer. 25. Gloria Dei est celare verbum Damnosa autem malis; quia non intelligentes, blasphemant, secundum illud in Cano. Iudæ. Quæcũq; ignorant blasphemant. nam vt August. dicit, cuos verba euangelij audiunt pius & impius, & ambo non intelligunt, pius dicit, verum est, & bonum est, quod dicit: sed nos non intelligimus. Et hic quidem iam pulsat, cui dignum est aperiri. sed si persistat, impius dicit. Nihil dixit, malum est, quod ait.

b H Ic dominus exponit similitudinem. Si autem recte consideretur prædicta similitudo, duas principales clausulas cõtinebat, ad quas aliæ consequuntur. Quarum prima est. Qui nõ intrat per ostium in ouile, &c. Secunda vero est. Qui intrat per ostium, pastor. & ideo ista pars diuiditur in duas. Primo enim exponit primam clausulam. Secundo secundam, ibi. {Ego sum pastor bonus.} Circa primum duo facit. Primo exponit quæ prima clausula continebat. Secũdo probat ea, ibi. {Ego sum ostiũ.} Fit autem mentio in prima clausula de ostio, fure, & latrone. Primo exponit primum. Secundo secũdũ, ibi. {Omnes quotquot venerunt fures sunt, &c.} Quantum ad primum dicit. {Dixit ergo eis iterum Iesus.} vt scilicet, eos attentiores reddat, & intelligerent similitudinem. Prouerb. 1. Animaduertet parabolam, & interpretationẽ, &c. {Amen amen dico vobis.} i. vere {Ego sum ostium.} Officium enim ostij est, vt per ipsum quis ad domus interiora ingrediatur. & hoc Christo conuenit. nam per eũ oportet quelibet ad Dei secreta intrare. Psal. 117. Hæc porta domini: scilicet Christus, & iusti intrabunt in eam. Dicit autem {ouium} quia non solum pastores per Christũ introducuntur in præsentem ecclesiam, vel in æternam beatitudinẽ per Christum ingrediuntur: sed etiã oues. vnde infra eodẽ. Oues meę, vocem meam audiunt, &c. Et ego vitã æternam do eis. Consequenter cũ dicit.

c E Xponit, quod dixit de fure & latrone. Et primo ostendit quis sit fur & latro. Secundo ponit signũ huius. Circa primum autem cauendus est error Manichæorũ qui damnantes vetus testamentum ex hoc, quod dicitur. {Omnes quotquot, &c.} Dicunt patres veteris testamenti, qui fuerunt ante Christũ malos fuisse, & damnatos Sed hoc esse falsum apparet ex tribus. Primo quidem ex his, quæ in parabola dicta sunt. quod hic dicitur. {Omnes quotquot venerunt.} ponitur vt expositiuum præcedentium: ibi autem dicitur, ꝙ intrauerunt, &c. {Illi ergo omnes quotquot veniunt. s. non per me. s. non intrantes per ostium {fures sunt, & latrones.} Constat autem, ꝙ Patriarchæ & Prophetę omnes per ostium. i. Christum, intrauerunt, quos Christus venturus præcones mittebat. Licet enim ex tempore carnem accepit, & factus fuerit homo, Ab æterno tñ erat verbũ Dei. Hebr. 11 Iesus Christus heri & hodie, &c. Prophetæ autẽ missi sunt per verbum Dei, & sapientiam. Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert. s. Dei sapientia, Prophetas, & amicos Dei constituit. & ideo signanter in Prophetis legimus, Verbum domini factum esse ad hunc vel ad illum Prophetam, qui per participationem verbi Dei Prophetauerunt. Secundo ex hoc, qd dñs dicit. {venerunt} q. d. propria auctoritate, & non a Deo missi seipsos ingerentes. De quibus Hier. 23. Non mittebã eos, &c. Isti quidẽ non venerunt a verbo Dei. Ezechiel. 33. Væ Prophetis insipientibus, &c. Tales non fuerunt patres veteris testamenti, vt dictũ est. Tertio, ex ipso facto, quod ostendit verborum consequentia. nam hic dicitur. {Non audierunt eos oues, &c.} Illi ergo quos audierunt oues, non fuerunt fures & latrones. Populus autem Israel Prophetas audiuit. Propterea illi qui non audierunt, in sacra scriptura vituperantur. Act. 7. Quem Prophetarũ non sunt persecuti patres vestri? Matt. 13. Hierusalem hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos &c. Sic ergo errore exclusõ dicendum est. {Omnes quotquot venerunt, scilicet præter me, & præter diuinam inspirationem, & auctoritatem, & nõ cum intentione diuinæ gloriæ quęrendæ: sed propriæ vsurpandæ {fures sunt, in quantum, quod non suum est scilicet docendi auctoritatem sibi vsurpant. Isa. 1. Principes tui infideles, socii furum {& latrones.} quia per prauã doctrinam occidunt. Mat. 21. Vos aũt fecistis illũ speluncam latronum. Osee. 6. Particeps latronũ interficientiũ in via pergentes. Sed {eos,} scilicet fures & latrones {oues} prædestinatæ {non audierunt.} scilicet, perseuerantes, aliàs non fuissent de ouibus Christi, quia alienum nõ sequuntur: sed fugiunt ab eo, vt dicitur supr. eodem. hoc etiam præcipitur Deut. 12. Non audias verba illius Prophetæ, aut somniatores. {Ego sum ostium.} Hic manifestat expositionẽ. Et primo expositionem ostii. Secundo furis, ibi {Fur non venit.} Circa primum duo facit. Primo resumit quod intendit exponere. Secundo exponit. Resumit autem quod dixit. {Ego sum ostium.} Cantic. vlt. Si est ostium compingamus, &c. idest, attribuamus ei virtutem imputrescibilem. Exponit autem cum dicit.

d V Bi primo ostendit, quòd competit ei vsus ostij, qui est saluare oues. Secundo insinuat saluationis modum, ibi. {Ingredietur.} Saluat autem ostium arcendo interiores, ne progrediantur. & defendendo ab exterioribus, ne inuadantur. Et hoc competit Christo. Nam per ipsum saluamur. & protegimur. Et hoc est, quod dicit {per me.} scilicet ostium {si quis} non fictus {introierit} ad societatem ecclesiæ & fidelium {saluabitur.} supple, si perseuerauerit. Act. 4. Non est aliud nomen sub cęlo datum hominibus, &c. Rom. 5 Multo magis salui erimus, &c. Modus autem salutis ponitur, cum dicit.

e Q Vę quidẽ verba quadrupliciter exponi possunt. Primo quidem ꝛm Chry. nihil aliud debet intelligi quàm securitas, & libertas adherentium Christo. nam qui aliunde adeunt quàm per ostium, non habet liberum introitum, & exitum. q. vero per ostium intrat, habet liberum exitum: quia libere potest exire: cum ergo dicit. {Ingredietur, & egredietur} est sensus secũdum hanc similitudinẽ, ꝙ Apostoli adhærentes Christo, cum securitate ingrediuntur, cõuersando cum fidelibus, qui intra ecclesiam sunt, & cũ infidelibus qui sunt extra, qñ totius orbis terrarũ factis vt domini, & nullus eos eiicere voluit. Deut. 28. Prouideat dominus Deus spiritum vniuersæ carnis hominẽ super populũ istum, qui possit ingredi & egredi, &c. {Et pascua inueniet.} i. delectationem in conuersione, & gaudium etiam in persecutionibus infidelium pro Christi nomine habebant: secũdum illud. Act. 3. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu, &c. Secundo põt exponi, ꝛm Aug. super Ioannem. Cuilibet bene agenti duo incumbunt, scilicet vt bene se habeat ad ea quæ intra ipsum sunt, & ad ea quæ extra. Interius autem in homine est spiritus. Exterius aũt est corpus. 2. Cor. 3. Licet his qui foris est homo noster corrumpatur &c. Ille ergo qui Christo adhærer, ingreditur quidem per contemplationẽ, ad custodiam cõscientiæ Sapien. 8. Intrans domum meam, s. conscientiam; conquiescam cum illa scilicet sapientia {Et egredietur foras.} s. per bonam actionẽ, ad domandum corpus. Psal. 103. Exibit homo ad opus suũ, &c. {Et pascua inueniet.} s. in conscientia munda, & deuota. Psal. 16. Apparebo cõspectui tuo, satiabor cũ apparuerit gloria tua; & in actione, &c. {pascua inueniet.} s. fructũ. Psal. 125. Venientes aũt venient cum exaltatione, portantes. Tertia expositio est etiam eiusdem, & beati Greg. super Ezech. Vt sit sensus {Ingredietur} in ecclesiam, credendo. Psal. 41. In locũ tabern. &c. quod est ingredi in ecclesiam militantem. {Et egredietur.} scilicet de militante ad ecclesiam triumphantem. Cant. 3. Egredimini filię Syon, & videte Regem Salomonem, &c. {Et pascua inueniet.} in ecclesia militante: scilicet doctrinæ & gratiæ. Psal. 22. In loco pascuę ibi me collocauit; & in ecclesia triumphante, scilicet glorię. Ezech. 34. In pascuis vbertimis pascam eas. Quarto exponitur in libro de Spiritu & anima qui Aug. attribuitur, cuius tñ non est.

Vbi dicitur, quòd {ingredientur,} scilicet sancti ad contemplandam diuinitatem Christi {& egredientur} ad eius humanitatem considerandam, & in vtroque {pascua inuenie,} quia in vtroq; gaudia contemplationis. gustabunt. Isa. 33. Regem in decore suo videbunt.

f Hic agitur de furte. Et primo ponitur furis proprietas. Secũdo asserit sibi cõtrariam proprietatẽ inesse, ibi. {Ego veni vt vi, &c.} Dicit ergo quòd alii qui non intrant per ostiũ, idest, qui venerunt præter me, ipsi fures sunt & latrones, quorum conditio mala est. Nam primo quidem. {Fur non venit, nisi vt furetur,} idest, vt vsurper quod non est suum, cum scilicet, sedit ipsi & hereticos, qui Christi sunt sibi adauugunt. Psal. 9. Insidiatur vt rapiat pauperem. Secundo fur venit {vt mactet,} idest occidat inducendo peruersam doctrinam, & praua mores. Osee. 6. Participes latronum interficientium. &c. Tertio vt perdat immittendo in perditionẽ æternam. Hier. 50. Grex perditus factus populus meus. quæ quidem cõditiones nõ sunt in me, nam.

f. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.
g. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

LECTIO II.

Go sum pastor bonus.

g Vasi dicat. Isti non per me venerunt, quia similia agerẽt his quæ ego ago: sed ipsi contrarium agunt. quia furantur, occidunt, & perdunt {sed ego veni, vt vitam habeant,} scilicet iustitiæ ingredientes ecclesiam militantẽ per fidem. Abac. 2. Et Rom. 2. Iustus autẽ ex fide viuit. De ista vita dicitur. 1. Ioã. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. {Et abundantius habeant.} scilicet vitã æternam egredientes de corpore. De qua vita æterna dicitur infra 17. Vt cognoscant te solum verum Deum.

LECTIO III.

Ic exponit secundam clausulam præmissæ parabolæ, scilicet. Qui intrat per ostium, pastor est ouium. Et primo ponit expositionem. Secundo manifestat ibi. {Ego sum pastor bonus, &c.} Exponit autem illam partiẽ dicens se esse pastorem bonum. Secundo subdit boni pastoris officium, ibi. {Bonus pastor, &c.} Tertio ostendit de malo pastore contrarium, ibi {mercenarius autem.} Dicit ergo quantum ad primum. {Ego sum pastor bonus.} quod autem Christus sit pastor, manifeste ei competit. nam sicut per pastorẽ grex gubernatur & pascitur, ita fideles per Christum spirituali cibo, & etiam corpore & sanguine suo reficiuntur. 1. Pet. 4. Eratis aliquando, sicut oues non habentes pastorem, &c. Isaiæ 40. Sicut pastor gregem suum pascet, &c. Sed ad differentiam mali pastoris & furis addit. {Bonus.} Bonus in quam, quia implet pastoris officium, sicut bonus miles dicitur, qui implet militis officium. Sed cum Christus dixerit supra, pastorẽ intrare per ostiũ. Et iterum se esse ostium, hic autem dicat se esse pastorem, oportet, quòd ipse per semetipsum intret. Et quidem per seipsum intrat, quia seipsum manifestat, & per seipsum nouit patrem. Nos autem per illum intramus, quia per ipsum beatificamur. Sed attende, quòd nullus alius est ostium, nisi ipse, quia nullus alius est lux vera, sed per participationem, supra. 1. Non erat ille lux, {scilicet Ioan. Bapt. sed vt testimonium,} &c. Sed de Christo dicitur. Erat lux vera, &c. Et ideo esse ostium nemo se dicit, hoc sibi ipse Christus proprie retinuit, esse autem pastorem in aliis communicauit, & membris suis dedit. nã & Petrus pastor, & cæteri Apostoli pastores fuerunt, & omnes boni Episcopi. Hier. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, &c. Licet autem præpositi Ecclesiæ, qui filij sunt, omnes pastores sint, vt August. dicit. Ideo tamen singulariter dicit. {Ego sum pastor bonus,} vt insinuet virtutem charitatis. Nullus enim est pastor bonus, nisi per charitatem efficiatur vnum cum Christo, & fiat membrũ veri pastoris. Officium boni pastoris est charitas. vnde dicit.

b Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.
c Mercenarius autem, & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientẽ, & dimittit oues, & fugit.

b Sciendum est enim, quòd differentia est inter bonum pastorem & malum: nam bonus pastor intendit commodum gregis. Malus autem commodum proprium, & hæc differentia tangitur. Ezec. 34. Væ pastoribus qui pascunt semetipsos. Nõne greges pascuntur a pastoribus? qui igitur vitur grege, vt semetipsum tantum pascat, non est pastor bonus. Ex quo sequitur, quòd pastor malus etiam corporalis, nullum detrimentum vult sustinere pro grege, cum non intendat eorum commodum, sed proprium. Bonus vero pastor, etiam corporalis, sustinet multa pro grege cuius bonum intendit. vnde Iacob dixit. Gene. 31. Nocte ac die gelu vrebar, & æstu. Sed in corporalibus pastoribus non exigitur a bono pastore, vt exponat se morti propter salutem gregis, sed quia spiritualis gregis salus, præponderat corporali vitæ pastoris, ideo. cũ periculum imminet de gregis salute, debet quisque spiritualis pastor, corporalis vitæ sustinere dispendiũ pro gregis salute. Et hoc est qd Dominus dicit. {Bonus pastor animam suam,} idest, vitam corporalem {ponit pro ouibus suis,} idest, auctoritate & charitate. Vtrũque enim exigitur, & quod eas amet. Nam primum sine secundo non sufficit. Huius autẽ doctrinæ Christus nobis exemplũ præbuit primæ Ioan. 3. Si Christus posuit animam suam pro nobis, & nos debemus, &c.

c Hic agit de malo pastore, ostendens ei contrarias conditiones inesse, & conditionibus boni pastoris. Et primo ponit mali pastoris conditiones. Secundo ostendit, quomodo ipsæ conditiones, se inuicem consequuntur ibi. {Mercenarius autem fugit, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit conditiones mali pastoris. Secundo insinuat periculum imminens gregi: ex malo pastore, ibi. {Et lupus rapit, &c. Notandũ autem, q; ex his quæ dicta sunt de bono pastore, & his quæ dicuntur de malo, triplex differentia conditionũ ipsorum. scilicet boni & mali pastoris accipi potest. Prima quidem distinctio accipitur quantum ad intentionẽ. Secunda quantum ad affectum. Tertia quantum ad solicitudinẽ. Differũt ergo primo in intẽtione, & hoc ex nomine vtriusq; nam primus dicitur pastor, ex quo datur intelligi: quòd intendit pascere gregem, Ezechiel. 34. Nonne greges pascuntur à pastoribus? Iste autem, scilicet malus, dicitur mercenarius, quasi mercedẽ quærens. Vt sic differant in hoc, quòd bonus pastor quærit vtilitatem gregis, Mercenarius autem, principalius commodum proprium. Hæc etiam differentia est inter Regem & Tyrannum, vt Philosophus dicit, quia Rex in suo regimine intendit vtilitatem subditorum, Tyrannus vero vtilitatem propriam. Vnde est sicut mercenarius. Zach. 11. Si bonum est in oculis vestris, afferte mihi mercedem. Sed numquid possunt quærere etiã boni pastores mercedem? Videtur quòd sic Ecc. 37. Da mercedẽ domine substinẽtib⁹ te, &c. Isa. 40. Ecce merces eius cũ eo. Et Luc. 15. Quanti mercenarij in domo patris, &c. Respondeo: dicendũ, q; merces potest accipi dupliciter, scilicet communiter, & proprie. Communiter quidem, omne quod meritis redditur dicitur merces, & quia vita æterna quæ est Deus. Ioannis. vltimo. Hic est verus Deus, & vita æterna, meritis redditur: ideo ipsa vita æterna merces dicitur. Et hanc mercedem potest, & debet quærere quilibet bonus pastor. Proprie autem dicitur merces, aliquid segregatum ab hæreditate. et ad hanc non debet habere respectũ ille qui est verus filius, ad quem spectat hæreditas: sed ad eam respectum habẽt serui, & mercenarij. Vnde cum vita æterna sit hæreditas nostra, qui operatur habens ad eam respectum, operatur vt filius. Qui vero intendit aliquid seorsum ab ea: puta terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet, mercenarius est. Secundo distinguuntur quantum ad solicitudinem. quia de bono pastore dicitur, quòd oues sunt suæ. non solum commissione sed etiam amore & sollicitudine. Philip. 1. Eo quòd habeam vos in corde, &c. Sed de mercenario dicitur. {Cuius non sunt oues propriæ.} id est, earum solicitudinem non habet. Ezech. 34. Neque quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant, &c. Tertio differunt quantum ad affectum. nam bonus pastor qui diligit gregem, animam suam dat pro eo, idest, exponit se periculo vitæ corporalis. Malus autem, quia nullum affectũ habet ad gregem, fugit cum videt lupum. Vnde dicit. {Videt lupum venientem, & dimittit oues.} Lupus iste tripliciter accipitur. Primo quidem diabolus tentans. Eccl. 13. Sed si communicabit aliquando lupus cum agno. Secundo vero hereticus mactans. Matth. 7. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Act. 20. Ego scio quoniã intrabũt post discessionem meã lupi rapaces, &c. Tertio, tyrannus sæuiens. Ezech. 22. Principes eius in medio eius quasi lupi, &c. Debet ergo bonus pastor contra hunc lupum triplicem, subditum gregem tueri, dum scilicet videns lupum, idest, tentationem diabolicam, deceptionem hæreticam, & sæuitiam tyrannicam, opponit se. Quod contra dicitur Ezech. 34. Non ascendistis ex aduerso, &c. Et ideo dicitur de malo pastore, quòd {fugit, & dimittit oues.} Zachar. 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. quasi dicat. Non est pastor: sed similitudinem, & idolum geris pastoris. Hier. 37. Mercenarij eius in medio eius, quasi vituli saginati, &c. Sed contra hoc est, quod dicitur. Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Ergo videtur, quòd licet pastori fugere. Respondeo: dicendũ, quòd ad hoc est duplex solutio. Vna est Augustini super Ioanem. Est enim duplex fuga, scilicet animi & corporis. quod autem hic dicitur {dimittit oues,} & fugit} intelligitur de fuga animi. nã dum malus pastor a lupo sibi periculum metuit, relistere eius iniustitiæ non præsumit: sed fugit non mutando locum: sed subtrahendo solatium, refugiens, scilicet gregis solicitudinẽ. Sed hæc expositio necessaria est quantum ad primum lupum. nam contra diabolum non oportet corporaliter fugere. Sed quia cõtingit ẽt aliquem pastorem fugere corporaliter propter aliquos lupos, scilicet hereticũ habentem potestatẽ & Tyrannum: ideo adhibenda est alia responsio, quam Aug. ponit in Epistola ad Honoratũ. nam vt ipse dicit, videtur, quòd liceat etiam corporaliter fugere lupos: non solum ex auctoritate domini supra posita, sed etiam exemplo sanctorum aliquorum: puta Athanasij, & aliorum persecutores fugientium. Non enim quia fugit; sed quia dimittit oues vituperatur. vnde si posset fugere non dimittendo oues, non esset vituperabile. Contingit enim aliquando, quòd quærit ur persona Prælati: aliquando totus grex. Manifestum est autem, quòd si quæratur sola persona Prælati, possunt alij loco sui ad gregis custodiam deputari, qui vice sui consolentur, & gubernent gregem. vnde si sic fugiat, non dicitur dimittere oues, & hoc modo, in casu, fugere licet. Si autem quæratur totus grex, aut oportet, quòd pastores omnes simul sint cum ouibus, aut oportet, quòd aliqui ex eis remaneant, & aliqui recedant. Si autem totaliter deserãt gregem, tunc eis competit, quod hic dicitur. {Videt lupum venientem, & dimittit oues, &c.

d Hic ponitur periculum imminẽs, quod est duplex. Vnum est ouiũ rapina. vnde dicit {lupus rapit} eũ, scilicet quod aliquum est, sibi vsurpat. Fideles enim Christi sunt eius oues. Tunc igitur aliquis hæresiarcha & lupus, rapit oues, quando fideles Christi ad doctrinam suam falsam attrahit. Ezech. 34. Factus est grex meus in direptionẽ, &c. Aliud periculum est, ouiũ dispersio. vnde dicit {Et dispergit oues.} inquantum aliqui seducunẽ, & aliqui persistunt. Ezech. 34. Dispersi sunt greges mei, & non erat, &c.

d Et lupus rapit, & dispergit oues.
e Mercenarius autẽ fugit: quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

LECTIO IIII.

Go sum pastor bonus.
b Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, & animam meam pono pro ouibus meis.
c Et alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meã audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

e Hic ostendit quomodo prędictæ conditiones se inuicem consequuntur. nam ex primis duabus sequitur tertia. Ex hoc enim, quòd quærit vtilitatem suam, & non afficitur ad gregem per amorem & solicitudinem, sequitur quòd non velit pro eo incommodum sustinere. & ideo dicit {Mercenarius autem fugit.} ideo scilicet {quia mercenarius est,} idest, quærit commodum proprium quantum ad primam conditionem {& non pertinet ad eum de ouibus,} idest, non eas diligit, neque pro eis solicitatur quantum ad secundam cõditionem eius. vnde Iob. 39. dicitur de malo pastore. Induratur ad filios quasi non fuerint sui, econuerso autem est de bono pastore. nam gregis commodum quærit, non proprium. Philippen. 4. Non quæro datum: sed quæro fructum, &c. Et pertinet ad eum de ouibus, idest eas diligit, & de eis solicitatur. Philip. 1. Eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, &c.

LECTIO IIII.

Ie dominus probat suam expositionem. Et primo resumit, quod probare intendit. Secundo probationẽ inducit, ibi. {Et cognosco oues, &c.} Tertio eam manifestat, ibi. {Propterea me pater diligit.} Dicit ergo primo. {Ego sum pastor bonus, &c.} hoc expositum est supra. Ezech. 34. Requiram oues meas in die illa: sicut visitat pastor. Consequenter cum dicit.

b Probat quod dicit. Duo autem dicit de se, scilicet quòd est pastor, & quòd est bonus. Primo ergo probat, q; sit pastor. Secundo q; pastor bonus. Pastorem autem se esse probat p duo signa posita superius de pastore. quorum primum est, quòd oues proprias vocat nominatim. & quantum ad hoc dicit. {Et cognosco oues meas.} 2. Thi. 2. Nouit dominus qui sunt eius. {cognosco} inquam notitia non solum simplici, sed etiam probationis & dilectionis. Apo. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris. Secundum signum est, q; oues vocem eius audiunt, & sciunt eũ. & quantum ad hoc dicit. {Et cognoscunt me meæ,} meæ inquã prædestinatione, vocatione, & gratia: quasi dicat. Ipse me diligentes obsequuntur. vnde hoc intelligitur de notitia dilectionis: de qua dicitur Hier. 31. Omnes cognoscent me, a minimo vsque ad maiorem, &c. Bonum autem pastorẽ se ostendit: ostendens se habere officiũ boni pastoris, quod est, vt animam suam ponat pro ouibus suis. Et primo ponit causam huius. Secundo ip sum signũ inducit. Tertio subdit fructũ signi. Causam aũt huius signi, scilicet q; animam suã ponit pro ouib⁹ suis est notitia quã habet de patre. Et quantũ ad hoc dicit. {Sicut nouit me pr, &c.} Et hoc quidem verbum dupliciter põt exponi. Vno modo, vt li {sicut} significet similitudinem. & hoc modo notitia huius põt cõmunicari creaturę alicui. 1. Cor. 13. Cognoscam sicut & cognitus sum. idest, sicut cognitus sum sine velamine: ita sine velamine cognoscã. Alio modo, vt li {sicut} importet æqualitatẽ. & tunc cognoscere patrem sicut cognitus est ab eo, est proprium solius filij. Quia solus filius cognoscit patrem comprehendendo, sicut pater comprehendendo cognoscit filium. Mat. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius? notitia scilicet comprehensionis. Ideo autẽ dominus hoc dicit, quia in hoc ipso, quòd cognoscit patrem, cognoscit eius voluntatem, in qua erat, vt filius pro salute humani generis moreretur, in quo etiã dicit se mediatorem Dei, & hominis. Nam sicut ad oues se habet vt cognitus, & cognoscens: ita & ad patrem: quia sicut pater eum nouit, ita ipse patrem cognoscit. Consequenter cum dicit. {Et animã meam, &c.} Ponit ipsum signum. 1. Ioan. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, &c. Sed cum in Christo sint tres substantiæ, {scilicet substantia verbi, animæ, & corporis, quæritur quis loquatur, cum dicit. {Animam meam pono.} Si dicas, q; verbum hic loquitur, non est versũ. Nam verbum nunquam animam ponit, cum nunquam fuerit ab anima separatum. Si autem dicas, q; anima loquitur. Hoc etiam impossibile videtur: quia nihil separatur à seipso. Si vero dicas, quòd quantum ad corpus Christus hoc dicit. Nec hoc videtur, quia corpus non habet potestatem iterum sumendi eam. Dicendum ergo, ad hoc, quòd in morte Christi, anima fuit separata à carne: aliàs nõ fuisset vere mortuus: sed diuinitas nunquam separata fuit in Christo ab ipsa anima & carne, sed vnita fuit animæ, descendenti ad inferos, & corpori existenti in sepulchro. & ideo corpus virtute diuinitatis animam posuit, & iterum resumpsit eam. Consequenter cum dicit.

c Ponit fructum mortis Christi, qui est salus non solum Iudæorum: sed etiam gentium. quia enim dixerat: animã meã pono pro ouibus meis. Iudęi reputantes se oues Dei, secundum illud Psal. 1. Nos autem populus eius, & oues pascuę eius, possent dicere, q; pro eis tantum animã poneret. Sed dominus addit dicens, quòd non tantum pro eis: sed etiam pro alijs. Ioã. 11. Hoc à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: quia Christus moriturus erat pro gente, & nõ tantum pro gẽte, sed vt, &c. In isto autem fructu dominus tria facit. Primo ponit gentium prædestinationem. Secundo earum per gratiam vocationem. Tertio ipsarum iustificationẽ. Quantum ad primum dicit. {Alias oues habeo,} scilicet gentes {quæ non sunt ex hoc ouili,} scilicet de genere carnis Israel, qd erat quasi ouile. Mich. 2. Congregabo Iacob, &c. Nam sicut oues in ouili concluduntur: sic isti in præceptis legalibus conclusi custodiebantur, ut habetur. Galat. 3. Istas inquam, oues scilicet, gentiles habeo à patre, per ęternam prædestinationem. Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes, &c. Isa. 49. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt sis salus, &c. Quantum ad secundum dicit. {Et illas oportet me adducere,} idest, opportunum est secundũ ordinem diuinæ prædestinationis ad gratiam vocare. Sed contra. Mat. 15. dicit Dominus. non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Responsio: dicendum, quòd ad oues domus Israel tantum missus est Iesus, vt eis corporaliter prædicaret: secundum illud. Rom. 15. Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, &c. Gentes autem adduxit per Apostolos suos. Isaiæ vltimo. Mittam ex eis qui reliqui fuerunt, &c. Quantum ad tertium dicit {& vocem meam audient.} Vbi tria ponuntur necessaria ad iustitiam Christianæ religionis. Primum est, obedientia mandatorum Dei. Et quantum ad hoc dicit. {& vocem meam audient, &c.} idest, seruabunt mandata mea. Matth. vltimo. Docentes eos seruare omnia quæ, &c. Psalm. 14. Populus quem non cognoui, idest, quem non approbaui, auditu auris obediuit mihi. Secundum est, vnitas charitatis. Et quantum ad hoc dicit {Et fiet vnum ouile.} idest, ex duabus gentibus, Iudaico, & gentili populo, vna ecclesia fidelium, Ephes. 4. Vna fides. Et Philippensiũ. 2. Ipse est pax nostra, &c.

Tertium est vnitas fidei. Et quantum ad hoc dicit, {Et vnus pastor.} Ezech. 37. Et pastor vnus erit ouium eorum, scilicet Iudæorum, & Gentilium.

d HIc Dominus manifestat suam probationem. Et primo, ma nifestat suam causam signi. Secundo signum seu effectum, ibi. {Nemo tollit eã a me.} Tertio ostendit eam esse conuenientẽ, ibi {hoc mandatum, &c.} Causam autẽ mortis dicit Dominus esse notitiam, quam habet de patre dicẽs. Sicut nouit me pater, &c, vnde hoc exponens dicit. {Propterea pater me diligit.} Ex quo patet, q̃ pater nouit eum notitia approbationis {propterea} inquam {quia ego pono animã meam, vt iterum sumam eam.} Sed numquid mors est causa paternæ dilectionis? Videtur quòd non, quia tẽporale non est causa æterni. Mors autem Christi est tẽporalis. Dilectio vero Dei ad Christum est æterna, &c. Responsio, dicendum, quòd Christus hic loquitur de dilectione patris ad eum, sed inquãtum est homo. & sic hæc litera dupliciter potest legi. Vno modo vt li {quia} teneatur causaliter. Alio modo vt designet terminum, vel signum dilectionis. Siquidem teneatur causaliter, tunc est sensus. {Quia ego pono animam meam,} idest, sustineo mortẽ. {Propterea pater diligit me,} idest, effectum dilectionis mihi dat, scilicet claritatem, & exaltationem corporis. Philip. 1. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Sed contra hoc videtur esse, quia bona opera non possunt esse meritoria diuinæ dilectionis, cum enim opera nostra intantum meritoria sint, inquantum charitate informantur. Sm quod dicitur 1. Cor. 13. Si distribuero omnes facme. in cibos pauperum. charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, &c. Et Deus præueniat etiam nos in amando. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Manifestum est, quòd sua dilectio præcedit omne meritum nostrum. Sed ad hoc dicendum, quòd ipsam Dei dilectionem nullus mereri potest. Sed effectũ, diuinæ dilectionis, qui est augmentum gratiæ, & collatio boni gloriæ, quem ex dilectione sua nobis Deus confert, mereri possumus p bona opera nostra. vnde possumus dicere, quòd Deus propterea hunc vel illum hominem diligit, idest, ei effectum suæ dilectionis impendit, quia implet eius mandata: & sic possumus dicere de Christo homine, quòd propterea pater diligit eum, idest, exaltauit & dedit illi claritatem gloriæ. quia posuit animam suam ad mortem. Si vero li {quia} importet terminum dilectionis. tunc est sensus. {Propterea me pater diligit,} idest, ad hoc me pater dilexit, vt {animam meam, &c.} quasi dicat. Pater sua dilectione, quam habet ad me, ordinauit, vt per passionem meam redimerem genus humanum. Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si autem li {quia} designet signum dilectionis. tunc est sensus. {Propterea pater me diligit, &c.} quasi dicat. Hoc signum est, quòd pater me diligat {quia pono animam meam, &c. idest, faciens mandata eius, & voluntatem suam, sustineo mortem. Hui dens enim signum dilectionis est, quòd homo ex charitate faciat Dei mandata.

d Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.

e Nemo tollit eã à me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eã.

f Hoc mandatum accepi a patre meo.

e HIc exponit effectum signi, quod quidem signum erat, vbi dixit. Animam meam pono pro ouibus meis, exponens quomodo eam ponit. Et primo excludit violentiam. Secundo subiungit eius potestatem. Violentiã quidem excludit, quæ alicui posset fieri in auferendo vitam, quæ Christo non fuit facta. & quantum ad hoc dicit. {Nemo tollet eam.} scilicet animam meam per violentiam {sed ego pono eam} propria virtute, s. {a me ipso.} Isa. 49. Nũquid tolletur a forti præda, &c. Sed numquid Iudæi non intulerunt Christo violentiã? Intulerunt quidem quantum in eis fuit, sed in Christo non fuit illa violentia, quia quando voluit, eam sponte posuit. vnde supra. 8. dicitur, q̃ Iudæi volentes eum apprehendere, non potuerunt, quia nondum venerat hora eius, voluntaria, scilicet, non qua cogeretur mori, sed qua dignatetur occidi, vt dicit Augustinus. Potestatẽ autem eius subiũgit, cum dicit. {Potestatem habeo, &c.} Circa quod sciendum est, quòd cum vnio animæ & corporis sit naturalis, separatio eorum est naturalis: & licet causa huius separationis & mortis possit esse voluntaria, tamen mors in hominibus semper est naturalis. In nullo autem puro homine natura subditur voluntati, cum sicut voluntas, ita & natura sit a Deo. & ideo mors cuiuslibet puri hominis oportet q̃ sit naturalis.

F In Christo autem natura sua, & tota alia natura subditur voluntati eius, sicut artificiata voluntati artificis. & ideo secundum voluntatis suæ placitum, potuit animam ponere cum voluit, & iterum eam sumere, quod nullus purus homo facere potest, licet voluntarie causam mortis sibi possit inferre. Et inde est, quòd Centurio videns eũ non naturali necessitate mori: sed sua (dum clamans voce magna emisit spiritum.) recognouit in eo virtutem diuinã, dicẽs. Vere filius Dei erat iste. Vñ & Apostolus. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiũt, &c. idest in ipsa morte Christi, manifestata est virtus potestatis eius.

LECTIO V.

DIssensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autẽ multi ex ipsis. Dæmonium habet, & insanit, quid eũ auditis? Alij dicebant. Hæc verba non sunt dæmoniũ habẽtis. Numquid dæmonium potest cęcorum oculos aperire?

f HIc ostendit causam prędictam conuenientem esse. nã impletio mandati demonstrat dilectionem ad mandantem. & ideo dicit {hoc mandatum accepi à patre meo.} scilicet animam ponendi, & & sumendi eam, infra 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, &c.

LECTIO V.

POstquam Dominus ostendit se habere virtutem vinificatiuam, & insinuauit vinificandi modum. Hic ostendit secũdum quid sibi vinificatiua potestas conueniat. Et primo Euangelista ponit dissensionem exortam super hoc inter turbas ad se inuicem. Secundo ponit disceptationem principum Iudæorum ad Christũ ibi. {Facta sunt encœnia, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit ipsam turbarum dissensionem. Secundo subdit vnius partis dissentientiũ opinionem. Tertio infert sanam alterius partis assertionem. Dissensio autem orta est inter turbas, quæ Christum audiẽtes ex sermonibus eius. Et hoc est, quod dicit. {Dissensio itaq; facta est inter Iudæos propter sermones hos.} Dum enim quidã ex eis sermones ipsos recte intelligebant, quidam non recte, dissentiebant adinuicem. Matth. 10. Non veni pacem mittere: sed gladiũ scilicet euangelicæ doctrinæ, cui alij credunt, alij contradicũt. Psal. 106. Effusa est contentio super principes. Opinio autem alterius partis dissentientium est falsa. Et quantum ad hoc dicit. {Dicebant tamen multi ex ipsis.} dicit autem {multi} quia vt dicitur. Eccles. 1. Stultorum infinitus est numerus. {Dicebant.} in quam {Dæmonium habet, &c.} Consuetudo namque stultorũ est, vt dubia semper interpretentur in malum, cum tamen contrarium debet fieri. Vnde contingit, quòd quæcumque ignorãt, blasphemant, vt dicitur in Canonica Iudæ. Quia ergo verba domini intelligere non valebant, quia iux in tenebris lucet, & tenebrę eam non cõprehenderũt. Ideo blasphemant dicẽtes. {Dæmonium habet, & insanit.} Et nituntur alios ab eo auertere dicentes. {Quid eum auditis?} Blasphemantes autem, duo Christo imponũt. Primo quòd dæmonium habet. q.d. non ex spiritu sancto: sed ex spiritu maligno loquitur. Simile dicitur. Act. 17. de Paulo. Nouorum dæmoniorum annunciator est. Contingit aliquem autem habere dæmonium priuatum & familiarem. Et talis licet semper insaniat spiritualiter, non tamen semper insanit corporaliter. Aliquem vero arreptũ a dæmone esse iste semper insanit etiam corporaliter. Vnde Mat. 6. dicebant. Quoniã in furorem versus est. Secũdo vt ostendat, quòd Christus sic habeat dæmonium dicunt. {Et insanit.} Act. 27. Multæ literæ ad insaniam te adducunt. Nec mirum si blasphemant, quia animales sunt, vt dicitur. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit, &c. Sententia autem, & assertio alterius partis improbat præmissam opinionem dupliciter. Primo ex pondere verborum. Vnde dicit. {Alij} qui scilicet recte sapiebant. {Dicebant hæc verba non sunt dęmonium habentis.} quasi dicat. Ex eis videtur quòd non insanit, cum sint ordinata & ponderosa supr. 6. Domine ad quem ibimus? Verba vitę æternæ habes. Vnde Paulus dicit Act. 26. Non insanio optime Feste, sed verba, &c. Secundo ex magnitudine miraculi. Vnde dicit. {Numquid dæmoniũ potest oculos cæcorum aperire?} quasi dicat. Non erat enim hoc miraculum maximum? Et ideo recte credebant, quod non nisi Dei virtute fieri posset. supr. 9. Si non esset hic à Deo, &c. Sciendum est autem, quòd quædam miracula sunt, quæ possunt fieri virtute dæmonum, & angelorum. Quædam vero sunt, quę nullo modo eorum virtute fieri possunt. Ea enim quæ sunt supra ordinem naturæ, nulla creatura quęcumque sit, sua virtute potest facere, cũ etiam ipsa subiacea legibus naturæ. Deus aũt solus, qui est supra naturã, operari potest supra naturæ ordinem.

Quicquid

Quicquid ergo aliqua creatura operatur, oportet quòd sistat in ordine naturę ordinem. Ex quo patet, quòd omne illud quod potest fieri secundum ordinem naturæ, potest angelus, & bonus, & malus quando sibi permittitur, sicut secundum semina quæ sunt in rebus naturalibus ad generationem aliquorum animalium ordinata, possunt illorum animalium generationem operari: sicut fecerunt Magi Pharaonis. Exo. 7. Et similiter alterare naturam alicuius possunt. Vnde possent sanare infirmos, quibꝰ beneficio naturæ subueniri posset. Illa autem quæ simpliciter naturæ ordinẽ transcendunt, nõ possunt fieri nisi à Deo, seu à bonis angelis, & sanctis hominibus virtute Dei: quam orando impetrant. Tale autem est illuminatio cæci, & resuscitatio mortuorum. Non enim naturæ virtus se excendere potest ad oculorum restitutionem, & mortuorum resuscitationem. & ideo dæmonium non potest cæcorum oculos aperire, & mortuos suscitare: quia hoc est solus Dei, & sanctorum, virtute Dei.

A na aquam suam, sicut frigidam, &c. De hac hyeme dicitur Cant. 2. Iam enim hiems transit, &c. Locum autem describit cum dicit. {Et ambulabat Iesus, &c.} Et primo quidem in generali, cum dicit. {In templo.} Psal. 10. Dominus intẽplo sancto suo, &c. Secundo vero in speciali dicens. {In porticu Salomonis.} Sciendum est enim, quòd templum non dicitur solum corpus ipsius, sed etiam porticus circumstantes, in quibus populus stabat ad orandum. Nam in templo sõli sacerdotes orabant. Dicitur aũt porticus Salomonis locus ille, in quo Salamon stetit, quando peracta dedicatione templi orauit. 2. Reg. 8. Stetit ergo Salomon in conspectu, &c. Sed contra, tẽplum quod Salamon edificauerat destructum fuit, & similiter porticus illa. Non ergo debet dici porticus Salomonis. Responsio, dicendum, quòd templum reparatum fuit ad similitudinem prioris. & ideo sicut antea porticus illa dicebatur Salamonis, ita & postea ob eius reuerentiam. Personas autem interrogantes describit, quantum ad eorum malitiam. Vnde dicit. {Circumdederunt ergo eũ Iudęi.} Frigidi à charitate diligendi: sed ardentes auiditate nocendi, vt accederent animo circũueniendi, & circumdarent comprimentes, animo persequendi. Psal. 21. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Osee. 9. Circumdederunt me ephraim. Consequenter cum dicit.

b Facta sunt autem encœnia in Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Iudæi.

c Et dicebant ei. Quousq; animam nostrã tollis. Si tu es Christus, dic nobis palam.

d Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & nõ creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur

b Facta sunt encœnia. Circa hoc tria facit. Primo, ponit eorum exclusionem a consortio ouium Christi. Secũdo, ostendit ouium dignitatem ibi {Oues meæ, &c.} Tertio, probat quoddam quod dixerat, scilicet quòd nõ rapiet quisquã oues suas de manu sua, ibi {Pater meus qui dedit mihi, &c.} Separationem eorum ab ouibus suis ponit dicens. {Vos nõ estis ex ouibus meis.} s. prædestinati ad credendum. Sed præsciti ad æternum interitum. Hoc enim ipsum quod credimus, est nobis a Deo, Phil. 1. Vobis datum est, nõ solũ vt in ipsum credatis, &c. Ephe. 2.

c POnitur Iudæorum interrogatio. Et primo ponit fictã causam interrogationis cum dicit. {Vsquequo animam nostrã tollis?} Adulatoria loquuntur volentes per hoc ostendere se desiderare scire veritatem de ipso, q.d. Anima nostra est in suspenso desiderij, quamdiu mœstos nos derelinquis. Prouerb. 14. Spes quę differtur affligit animam. & ideo secundo subiungunt interrogationem, dicentes. {Si tu es Christus, dic nobis, &c.} Vbi primo attende illorum peruersitatem. Nam quia indignantur contra Christum, quòd se diceret filium Dei, sup. 5. Non interrogãt eum, an sit filius Dei. Sed dicũt. {Si tu es Christꝰ, dic nobis, &c.} Vt per hoc possent habere materiam accusandi eum ad Pilatum, sicut seditiosum, & appetentem regnum. Quod erat contra Cæsarem, & odiosum romanis. Vnde & Pilatus quando Iudæi accusabant Christum, quòd filium Dei se faceret parum curauit. Dum vero dixerunt omnis qui se regem facit contradicit Cæsari, magis cœpit contra eum solicitari. & ideo dicunt. {Si tu es Christus} vel Rex, vel vnctus, &c. Secũdo considera illoũ nequitiam, quia dicunt {palam. q.d. Vsque modo non docuit publice: sed quasi in occulto, cum tamen ipse palã omnia diceret, in festiuitatibus semper assistens, & nihil occulte loquebatur infra 18. Ego palam locutus sum mundo, in occulto locutus sum nihil.

d HIc ponitur responsio Christi. Vbi ostendit eorum infidelitatem, ostendens falsum esse quod dixerant, se desiderare scire veritatem, dicẽtes. Vsquequo animam nostram tollis, &c. Et hoc quantum ad duo. Primo, quia non credebant verbis eiꝰ. Et quantum ad hoc dicit {Loquor vobis & non creditis.} q.d. dicitis mihi. Si tu es Rex Christus, dic nobis {sed loquor ego,} idest, dico vobis veritatem: {Et vos non creditis.} Luc. 21. Si dixero, non credetis, &c. Secundo, quòd non credunt operibus eiꝰ. Et quantum ad hoc dicit {Opera quæ ego facio, &c.} Vbi primo ostendit incredulitatem eorum ad ipsa opera. Secundo, incredulitatis rationem, ibi. {Quia vos non estis ex ouibus, &c} Quantum ad primum dicit {Opera quæ ego facio,} q.d. Nec a solo verbo suaderi potestis, vt vos sileatis: sed nec etiam à tot operibꝰ quę ego facio {in nomine patris mei.} idest, ad gloriam eius {hęc testimoniũ perhibent de me} quia scilicet non possunt nisi a Deo fieri. Vnde ex eis manifeste apparet, quòd a Deo veni. Matth. 7. Vnaquæque arbor ex fructu eius cognoscitur. Supr. 5. {Opera quæ ego facio, &c.} Sed vos non creditis. infr. 12. Cum ergo tanta signa fecisset, non crediderunt, &c. & ideo sunt excusabiles. infra. 15. Si opera nõ fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Nunc autem, & viderunt, &c. Ratio autem incredulitatis eorũ, est separatio eorum ab ouibus Christi. Vnde dicit. {Ideo non creditis, quia nõ estis ex ouibus, &c. Circa hoc tria facit. Primo, ponit eorum exclusionem a consortio ouium Christi. Secũdo, ostendit ouium dignitatem ibi {Oues meæ, &c.} Tertio, probat quoddam quod dixerat, scilicet quòd nõ rapiet quisquã oues suas de manu sua, ibi {Pater meus qui dedit mihi, &c.} Separationem eorum ab ouibus suis ponit dicens. {Vos nõ estis ex ouibus meis} s. prædestinati ad credendum. Sed præsciti ad æternum interitum. Hoc enim ipsum quod credimus, est nobis a Deo, Phil. 1. Vobis datum est, nõ solũ vt in ipsum credatis, &c.

Ephe. 2.

Ephes.2.Gratia ſaluati eſtis,& non ex vobis, Dei donum eſt,&c. F Quod quidem nulli datur niſi cui præparatum eſt ab æterno.& ideo illi ſoli credent in ipſum, qui ad hoc ordinati ſunt à Deo p æternam prædeſtinationē. Act.13.Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Et eiuſdem 15. Per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. Sed numquid debet dici alicui, q̃ non ſit prædeſtinatus? Videtur, quòd non. Cum enim nullus poſſit ſaluari, niſi prædeſtinatus, ſi alicui dicatur, quòd nō eſt prædeſtinatus: videtur cogi ad deſperationem. Ergo Dominus dicēs Iudæis. {Nō creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.} Cogebat eos deſperare. Reſponſio: dicendum, quòd in illa turba erat aliquid commune omnibus, ſcilicet quòd non erant præordinati à Deo ad tūc credendum aliquid ſpeciale, quod aliqui ex eis præordinati erāt ad credendum in poſterum. Vnde & poſtea crediderunt, vt habetur Act.2. Quòd crediderunt ex eis vna die tria milia. aliqui autē q̃ non erant ad hoc prēordinati. Non ergo repugnabat ſpei, dicere in turba in qua aliqui erant præordinati ad credendum in poſterum, quòd non eſſent ex ouibus: quia nullus de ſe determinate hoc poterat ſuſpicari. Repugnaſſet autem ſpei ſi hoc alicui perſonæ determinate diximſſet. Dignitatem autem ouium ſuarū ponit dicens. {Oues meæ, &c.} Vbi quatuor ponit. Duo ex parte noſtra, quæ nos facimus quātum ad Chriſtum. Et duo ex parte Chriſti, quæ ipſe facit in nobis, viciſſim ſibi correſpondentia. Primum ergo, quod nos facimus eſt obedientia ad Chriſtum. Et quantum ad hoc dicit. {Oues meæ,} ſcilicet per prædeſtinationē H {vocem meam audiunt,} credendo, & præceptis meis obediendo. Pſalm.94. Hodie ſi vocem eius audieritis, &c. Secundum, q̃d facit Chriſtus primo correſpondens, eſt eius dilectio, & approbatio. Et quantum ad hoc dicit. {Et ego cognoſco eas.} ideſt diligo, & approbo. 1. Thimo. 2. Nouit Dominus qui ſunt eius. q.d. Hoc ipſum, quòd me audiunt eſt per hoc, quòd ego {eas cognoſco} ab æterno eligendo. Sed ſi aliter non poteſt credere quis, niſi det ei à Deo, videtur, q̃ infidelitas non ſit alicui imputanda. Ad q̃d dicendum eſt, q̃ ideo eis imputatur: quia in eis eſt cauſa quare eis non datur. Sicut ego non poſſum videre lumen, niſi illuminarer à ſole, ſi autem clauderem oculos non viderem lumen, quod nō eſſet ex parte ſolis, ſed ex parte mea, qui claudendo oculos, præbeo cauſam vt non illuminer. Peccatum autem eſt cauſa quare nō illuminamur à Deo per fidem, puta originale, vel in aliquib' actuale, quæ quidem cauſa in omnibus eſt. Vnde omnes illi qui deſeruntur, iuſto Dei iudicio deſeruntur, & illi qui eliguntur, ex Dei miſeratione aſſumuntur. Tertiū quod eſt ex parte noſtra eſt imitatio ad Chriſtum. Et quantum ad hoc dicit. {Et ſequuntur me.} Iob 26. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus. 1. Petr. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum. Quartum correſpondens ex parte Chriſti eſt præmij retributio. Et quantum ad hoc dicit. {Et ego vitam æternam do eis.} q.d. ipſi me ſequuntur, hic manſuetudinis, & innocentiæ viam incedendo, & ego faciā, q̃ poſtea me ſequent, ad gaudia vitę æternæ introeundo. Hoc autem præmium oſtendit Dominus eſſe indeficiens, tripliciter. Nam aliquid poteſt deficere tripliciter. Primo quidem ex natura ipſius, puta ſi ſit corruptibile. Sed præmium iſtud quantū ad naturam ſuam incorruptibile eſt. Vnde dicit. {Vitā æternam do eis,} quæ eſt fruitio incorruptibilis, & immortalis Dei. infra 17. Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verū Deū, &c. Et vt dicit Aug. Iſta ſunt paſcua de qbus ſupra dixerat. Et paſcua bona vita ęterna dicitur: quia ibi nulla herba areſcit, totū viret. Secundo poteſt deficere ex defectu recipientis, dum recipiēs deficit, & dum male cuſtodit, ſed hoc non continget in illo præmio. Vnde dicit. {Et non peribunt in æternum,} ſcilicet oues. Quod eſt contra Origen. qui dixit, quòd quandoque ſancti qui ſunt in gloria, peccare poterunt. Sed Dominus dixit. {Non peribunt.} quia in æternum conſeruabuntur. Apoc.3. Qui vicerit faciam eum columnam, &c. Et foras non egredietur, &c. Tertio poteſt deficere ex violentia rapientis, forte enim neque Adam excluſus fuiſſet, niſi affoiſſet ſeductor. In vita autem æterna hoc non erit. Vnde dicit. {Et non rapiet eas.} ſcilicet oues {quiſquā de manu mea.} ideſt, protectione, & poteſtate mea. Sapient. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Vt enim dicit Aug. Ibi neque lupus rapit, neque fur tollit, neque latro interficit.

e Hic probat, quod ſupra de dignitate ouium dixerat, ſcilicet quòd non rapiet eas quiſquam de manu mea, tali ratione. Illud quod eſt in manu patris mei nullus poteſt rapere. Sed eadem eſt manus patris, & mea. Ergo illud quod eſt in manu mea, etiam nullus poteſt rapere. Circa hoc tria facit. Primo ponit minorem manifeſtando communicationem diuinitatis a patre ſibi traditæ, cum dicit. {Pater quod dedit mihi,} ſcilicet per æternā generationem {maius omnibus eſt.} nam ſupr. 5. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic &c. Item {maius eſt} poteſtate, ſupra 5. Poteſtatem dedit ei iudicium facere, &c. Item {maius eſt.} reuerentia & honore. Phil. 2. Dediti li nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt i nomine Ieſu, &c. {Maiꝰ eſt.} ergo {omnibus, quod dedit: mihi pater.} vt ſcilicet, ſim verbum eius, ſim vnigenitus eius, ſim ſplendor lucis eiꝰ. G Secundo ponit excellentiam poteſtatis paternæ. quod pertinet ad maiorem, cum dicit. {Et nemo poteſt rapere.} ideſt, per violentiam auferre, vel per ignorantiam ſurripere {de manu,} ideſt de poteſtate {patris mei,} vel a me, qui ſum virtus paterna, quam uis melius dicatur de poteſtate patris, quàm à me, vt Aug. dicit. Ideo autem. {Nemo poteſt rapere de manu patris.} quia ipſe fortiſſimus eſt, cui non poteſt fieri violentia. Et ſapientiſſimus in quem non cadit ignorantia. Iob. 9. Sapiens corde eſt, & fortis robore, & cætera. Tertio ponit vnitatem ſui ad patrem ex qua ſequitur concluſio. Vnde dicit. {Ego & pater vnum ſumus.} q.d. Ideo non rapiet eas quiſquam de manu mea. Quia {ego & pater vnum ſumus,} ſcilicet vnitate eſſentiæ. Nam eadem eſt natura patris & filij. Per hoc autem excluditur duplex error, ſcilicet Arrij qui diuidebat eſſentiam, & Sabellij, qui confundebat perſonas, vt ſic & a Charibdi, & à Scilla liberemur. Nam per hoc quod dicit {vnum,} liberat te ab Arrio, nam ſi vnum, nō ergo diuerſum. Per hoc autem quod dicit {ſumus} liberat à Sabellio, ſi enim ſumus. ergo pater & filius eſt alius & alius. Sed hoc Arriani, impietatis ſuę mendacio negare contendunt dicentes, quòd creatura aliquo modo eſt vnum cum Deo. Vnde & hoc modo filius poteſt eſſe vnum cum patre. Sed hoc patet eſſe falſum ex tribus. Primo ex ipſo modo loquendi. Manifeſtum eſt enim, quòd vnum dicitur ſicut ens. Vnde ſicut aliquid non dicitur ens ſimpliciter, niſi ſecundum ſubſtantiam, ita nec vnum niſi ſecundum ſubſtantiam, vel naturam. Simpliciter autem dicitur aliquid quod nullo addito dicitur. Quia ergo hoc ſimpliciter dicitur. {Ego & pater vnum ſumus} nullo alio addito, manifeſtum eſt, quòd ſunt vnum ſecundum ſubſtantiam, & naturam. Nunquam autem inuenitur, quòd Deus & creatura ſint vnum ſine aliquo addito, ſicut illud 1. Corinth. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Ergo patet, quòd filius Dei non eſt vnum cum patre, vt creatura. I Secundo ex his quæ ſupra dixerat, ſcilicet quod dedit mihi pater maius omnibus eſt. Et poſtea concludit {Ego & pater vnum ſumus.} quaſi dicat: in tantum vnum ſumus, in quantum dedit mihi id quod maius eſt omnibus. Tertio patet ex ſua intentione. Nam dominus probat, quòd non rapiet eas quiſquam de manu ſua, per hoc, quòd nemo poteſt rapere de manu patris eius, quod non ſequeretur ſi poteſtas eius eſſet minor, quàm poteſtas patris vnum ergo ſunt pater, & filius, natura, honore, & virtute.

me, & ego vitam æternā do eis, & non peribunt in æternū, & nō rapiet eas quisq̃ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus.

LECTIO VI.

Vſtulerūt ergo lapides Iudæi, vt lapidarēt eū. Reſpondit eis Ieſus. Multa bona opera oſtēdi vobis ex patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis?

LECTIO VI.

Rofita doctrina Chriſti, hic conſequenter ponitur effectus doctrinæ eius in Iudæis. Et primo redarguit eorum ſęuitiam. Secundo excludit à ſe, impoſitam blaſphemiam, ibi. {Reſponderunt ei Iudæi.} Tertio declinat eorum pertinaciam ibi. {Querebant ergo eum apprehendere.} Circa primum duo facit. Primo ponitur Iudæorum ſæuitia, qua excandeſcebant ad Chriſtum lapidandum. Vnde dicit. K Suſtulerunt lapides Iudæi, vt iacerent in eum.} Quia enim duri erant, & profunda domini verba intelligere non poterant, lapidibus ſimiles ad lapides currunt. Pſalm. 119. Dum loquebar illis, impugnabant me gratis. Secundo cum ſubdit. {Multa bona opera, &c.} Reprehendit dominus ipſorum ſæuitiam. Et primo commemorat eis exhibita beneficia. Secundo reprehendit ipſorum ſæuitiam. Commemorat autem beneficia quę eis exhibuit in ſanitatibus imfirmorū, in exhibitione doctrinæ & miraculorum. Vnde {Reſpondit eis dicens. Multa bona opera oſtendi vobis.} ſcilicet ſanando, prædicando, miracula faciendo. Matth. 7. Bene omnia fecit, {ex patre meo.} Cuius gloriam per omnia quęſui. ſupra 8. Gloriam meā non quæro, &c. Sæuitiam reprehendit dicens. {Propter quod eorum opus me lapidatis?} quaſi dicat. Benefactorem oportebat honorare, non lapidare. Simile dicitur. Hiere. 17. Numquid redditur pro bono malum? &c.

Hic

b Hic dominus excuſat ſe de blaſphemia. Et primo. ponitur blaſphemiæ impoſitio à Iudæis. Secundo eius excuſatio à Chriſto ibi. {Reſpondit Ieſus. Nonne ſcriptum eſt, &c.} Dicit ergo quantum ad primum. {De bono opere non te lapidamꝰ, &c.} Vbi quinque cōſideranda occurrunt. Primum quidem videtur pertinere ad motiuū lapidationis, quod eſt blaſphemia, Præcipitur enim. Leuit. 24. quòd blaſphemi lapidentur. Educ inquit blaſphemū extra caſtra, &c. Et quantum ad hoc dicūt. {De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia.} Secundū, quòd ſpecificāt ipſam blaſphemiam. nā blaſphemia eſt, non ſolum attribuere Deo, quod ſibi non conuenit: ſed etiam attribuere alteri, quod ſolius Dei eſt, ſicut blaſphemia eſt non ſolum dicere Deum eſſe corpus, ſed etiam dicere aliquam creaturam creare poſſe. Mat. 9. dicebant. Hic blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Dicebant ergo Iudæi dominum blaſphemum eſſe, non primo modo, ſed vſurpando ſibi quæ diuinitatis propria erant, vnde dicebant. {quia tu homo cum ſis, facis teipſum Deum.} Tertium eſt, quòd Iudęi melius q̃ Arriani, intellexerunt verbum Chriſti, quod dixerat: ego & pater vnum ſumus, non poſſe dici, niſi vbi eſt æqualitas patris & filij. Et hoc eſt quod dicunt. {Facis teipſum Deum.} Oſtendendo verbis tuis, quòd Deus ſis quod non eſt verum {cum ſis homo} Quartum eſt, quòd tāta eſt diſtantia Dei & hominis, quod incredibile eis erat, quòd idem qui eſt homo, eſſet Deus. Vnde ſignanter dicunt. {Quia homo cum ſis, &c.} Quamuis ab iſta incredulitate remouerī poſſent per hoc, quod dicitur in Pſalm. 8. Quid eſt homo, quòd memores eius, &c. Abac. 1. Opus ego facio in diebus veſtris, &c. ideſt opus incarnationis excedens omnem mentem. Quintum eſt, quòd in ſuis verbis ſibipſis contrariantur. nam ex vna parte conſtitentur Chriſtum bona opera facere, dicentes. {De bono opere nō te lapidamus. Ex alia imponunt ei blaſphemiam; ſcilicet, quòd ſibi falſo vſurpet honorem Dei, quæ quidem contraria ſunt. Non enim ex Deo miracula poſſet facere, ſi Deum blaſphemaret} quia vt dicitur. Matth. 7. Non poteſt arbor bona fructus malos facere, &c, Quod maxime locum habet in Chriſto.

c Hic excludit à ſe impoſitam blaſphemiam. Et primo ponit ſuam excuſationem. Secundo oſtendit veritatem ibi. Si nō facio opera, &c. Excuſat autem ſe, per auctoritatem. Vnde primo ponit auctoritatem ſcripturæ. Secundo aperit eis intellectū. Tertio ex hoc concludit propoſitum. Dicit ergo. {Reſpondit eis Ieſus, nonne ſcriptum eſt in lege veſtra.} ſcilicet in. Pſalm. 81. Ego dixi dij eſtis, &c. Vbi ſciendum eſt, quòd lex tripliciter accipitur in ſcriptura. Quandoque quidem vniuerſaliter pro toto veteri teſtamento, ſecundum quod continet quinque libros Moyſi, Prophetas, & Agiographa. Et hoc modo accipitur hic in lege veſtra, ideſt, in veteri teſtamēto. Cum ſcriptum ſit in Pſal. quòd ideo dicitur lex: quia totum vetus teſtamentum habetur pro auctoritate legis. Aliquando accipitur lex prout diuiditur cōtra Prophetas, Pſalmos, & Agiographa Et ſic accipit. Luc. vlt. Oportet impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege, & Pſal. de me. Aliquando autem accipitur prout lex diuiditur contra Prophetas. Et ſic Pſal. & alij libri veteris teſtamenti, præter Pēthateucū includuntur ſub Prophetis, eo quòd ſpiritu Prophetico edita ſit ſcriptura veteris teſtamenti. Et hoc modo accipitur. Mat. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetę. Sic ergo ſcriptum eſt. {Ego dixi Dij eſtis.} Vnde ſciendum eſt, quòd hoc nomen Deus, tripliciter accipitur. Aliquando enim ſignificat ipſam diuinam naturam. et ſic dicitur ſingulariter ſolum. Exo. 20. Audi Iſrael, dñs Deus tuus vnus eſt. Quandoque autem dicitur Deus nuncupatiue. & hoc modo dicuntur idola dij. Pſal. 91. Omnes dij gentium dæmonia. Quandoque autem dicitur aliquis Deus participatione aliqua diuinitatis: ſeu excellentioris virtutis, diuinitus infuſæ. Et hoc modo & iudices dicuntur Dij in ſcriptura. Exod. 22. Applicabis eos ad Deos, ideſt, ad iudices. Et Exod. 22. Dijs non detrahes ideſt prelatis. Et hoc modo accipitur hic, hoc nomen Deus cum dicit. {Ego dixi Dij eſtis.} ideſt, participantes aliquam virtutem diuinam ſupra humanam. Conſequenter cum dicit.

d Aperit ſenſum auctoritatis prædictę: quaſi dicat. Ideo vocauit eos Deos, in quantum participant aliquid diuinitatis ſecundum participationem ſermonis Dei ad eos facti. Nam ex ſermone Dei homo aliquam participationem diuinæ virtutis & puritatis conſequitur. Infra 15. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus, &c. Et Exod. 34. dicitur, q̃ ſplendida facta eſt facies Moyſi, &c. Ex his autem quæ prædicta ſunt, poſſet ſic argumentari. Manifeſtum eſt autem, quòd aliquis ex participatione verbi fit Deus participātiue: ſed non fit aliquid participatiue hoc, niſi ex participatione eius, quòd eſt per eſſentiam ſuam tale: puta non fit participatiue ignis: niſi participatione ignis per eſſentiam. Ergo non fit aliquid participatiue Deus, niſi ex participatione eius, qui eſt Deus per eſſentiam. ergo verbū Dei, ſcilicet ipſe filiꝰ, cuius participatione aliquis efficitur Deus, eſt Deus per eſſentiam. Sed dominus voluit humanius magis quā ſic profunde cōtra Iudæos arguere. Dicit autem. {& non poteſt ſolui ſcriptura} vt oſtendat irrefragabilem ſcripturę veritatem. Pſalm. 118. In æternum domine permanet verbum tuum. Conſequenter cum dicit. {Quem pater ſanctificauit, &c.} Concludit propoſitum. Quod quidē ſi ſecundum Hylarium referamus ad Chriſtum ſecundum quòd eſt homo, tunc eſt ſenſus, homines aliqui dicuntur Dij ſola participatione ſermonis Dei. Quomodo ergo dicitis {quia blaſphemas} ideſt reputatis blaſphemiam, quòd ille homo dicatur Deus, qui eſt vnitus verbo Dei in perſona? & ideo dicit. {Quem pater ſanctificauit,} Licet enim omnes qui ſanctificantur, Deus ſanctificet. infr. 17. Sanctifica eos in veritate, C Chriſtum tamen ſpecialiter ſanctificauit, nam alios ſancti ficat, vt ſint filij adoptiui. Rom. 8. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. Chriſtum autem ſanctificauit, vt eſſet filius Dei per naturam, vnitus in perſona verbo Dei. quod hęc verba oſtendunt dupliciter. Primo per hoc, quod dicit. {Quem pater ſanctificauit.} Si enim vt pater ſanctificat, manifeſtum eſt, quòd ſanctificat & filium. Rom. 1. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis. Secundo per hoc, quod dixit. {Et miſit in mundum.} Mitti enim in aliquem locum, non conuenit alicui rei niſi ante fuerit, quàm ibi eſſet. ergo ille quem pater miſit in mundum, ſcilicet viſibiliter, eſt filius Dei: qui præexiſtit viſibili viſioni. quia vt dicitur ſupr. 1. In mundo erat & mundus per ipſum, &c. ſupr. 3. Non enim miſit Deus, &c. Hunc ergo {quem Deus miſit in mundum vos dicitis quia blaſphemas: quia dixi filius Dei ſum.} quaſi dicat. Multo magis poſſum hoc dicere, qui ſum vnitus verbo in perſona, quàm illi {ad quos ſermo Dei factus eſt.} Sed vnde Iudæi habuerunt, quòd Chriſtus eſſet filius Dei? Non enim hoc dominus expreſſe dixit. Ad quod dicendum eſt, quòd licet dominus hoc expreſſe non dixerit: nihilominus tamen ex verbis quæ dixit, ſ. Ego & pater vnum ſumus. Et quod dedit mihi pater maius omnibus eſt, intellexerunt eum accepiſſe naturam à patre, & eſſe vnum in natura cum eo. Hoc autem ſcilicet accipere eandem naturam ab aliquo, & eſſe, habet rationem filiationis. Et autem hoc quod dicit {Pater ſanctificauit, &c.} referamus ſecundum Auguſt. ad Chriſtum inquantum eſt Deus, tunc eſt ſenſus {quem pater ſanctificauit.} ideſt, ſanctum ab æterno genuit. Sed alia quæ ſequuntur eodem modo exponenda ſunt: ſecundum quòd Hylarius exponit: tamē melius exponitur ſi referatur ad Chriſtum inquantum homo. Cōſequenter cum dicit.

e Probat veritatem dictorum, quaſi diceret. Licet ſim homo tantum ſecundum reputationem veſtram, tamen nō blaſphemo dicens me vere Deum: quia veriſſime ſum. Vnde circa hoc duo facit. Primo proponit argumentum operum. Secundo infert concluſionem intentam ibi. {Vt cognoſcatis, &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit, quòd ſine operibus eſſent excuſabiles. Et dicit {Si non facio opera patris mei.} eadem ſcilicet quæ ipſe facit, & eadem virtute & poteſtate {Nolite credere mihi.} ſupra 5. Quæcumque pater facit, hæc & filius ſimiliter facit. Secundo, quòd ex ipſis operibus conuincuntur, dicens. {Si autem facio.} ſcilicet eadē opera, quę pater facit {ſi mihi} qui filius hominis appareo {non vultis credere, operibus credite.} ideſt, ipſa opera demonſtrant, quòd ego ſum filius Dei. infr. 16. Si opera non feciſſem quæ nemo alius, &c. Conſequenter infert concluſionem intentam dicens {Vt cognoſcatis, &c.} Nullū eſt tam euidens iudicium de natura alicuius rei eſſe poteſt, quàm illud quod accipitur ex operibus eius. Euidēter ergo cognoſci poteſt de Chriſto, & credi quòd ſit Deus per hoc, quod facit opera Dei. & ideo dicit. Ex ipſis operibus conuincam {vt cognoſcatis & credatis,} quod oculis veſtris videre non poteſtis: ſcilicet {quia pater

sanctificauit, & miſit in mundū, vos dicitis, quia blaſphemas, q̃ dixi, filius Dei ſum?

e Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis, quia pater in me eſt, & ego in patre.

pater in me est, & ego in patre. } infr. 14. Ego in patre, & pater in me est. Quod intelligendum est per vnitatem essentiæ, & quasi idem est {pater in me est, & ego in patre.} Et ego & pater vnũ sumus. Hylarius autem hoc bene exponit dicens, quòd differentia est inter Deum, & hominem. Nam homo cum sit compositus, non est sua natura. Deus autem cum sit simplicissimus est suum esse, & sua natura. In quocũque ergo est natura Dei, ibi est Deus. Cum ergo pater est Deus, & filius est Deus, vbicũque é natura patris, ibi est pater, & vbicumque est natura filij, ibi est filius. Cum ergo natura patris sit in filio, & econuerso. Ergo pater est in filio, & econuerso. Sed vt dicit Augu. Licet Deus sit in homine, & homo in Deo, vt dicitur 1. Ioã. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Non est intelligendum per essentiæ vnitatem: sed homo in Deo est, idest sub diuina cura & protectione, & Deus in homine per similitudinem suę gratiæ. Vnigenitus autem filius est in patre, & pater in illo tanquam æqualis.

f Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manib' eorum. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic, & multi venerũt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum. G Omnia autem quæcumq; dixit Ioannes de hoc, vera erãt: & multi crediderunt in eum.

H Ic domiuus declinat Iudęorum pertinaciam. Et primo ostendit ipsorum pertinaciam. Secundo declinat eam. Tertio ostendit effectum declinationis. Pertinaciam autem ostendit per hoc, quòd post tot veritatis documenta, post tot miraculorum & mirabilium operum argumenta, adhuc in malitia perseuerant. Vnde {quærebant eum apprehendere.} Non ad credendũ & intelligendum: sed ad sæuiendum, & ad nocendum. nam quia æqualitatem sui ad patrẽ euidentius expresserat, magis cõcitati fuerũt. Hic. 8. Apprehenderunt mendacium, &c. Declinat autẽ eorum sæuitiã dominus exiens ab eis. Vnde dicit. {Exiuit, &c.} Vbi primo ostendit quõ eos dimisit: scilicet exeũdo de manibus eorum. Et hoc propter duo. Primo, vt ostenderet se non posse detineri, nisi quando volebat. Luc. 4. Iesus transiens per medium illorum ibat. Supra eod. Nemo tollit à me animam meam: sed ego ponam à meipso. Secundo, vt daret nobis exemplum declinandi malorum sæuitiam, quando sine periculo fidei fieri potest. Eccl. 8. Ne fles cõtra faciẽ contumelioſi. Secundo ostenditur quo exiẽs ierit. Vnde dicit. {Et abijt iterum trans Iordanẽ, &c.} Cuius quidem mystica causa est, quòd aliquando iturus esset p Apostolos suos ad gentes conuertendas. Causa vero literalis est duplex. Vna, quia locus erat vicinus Hierusalem, & iam imminebat tempus passionis. Vnde nolebat se elongare. Secunda, vt reducat ad memoriam testimonium, quod illic perhibuit Ioannes dicens. Ecce agnus Dei, &c. Et testimoniũ patris, & filij Christo perhibitum in baptismo. Effectus autem declinationis fuit conuersio turbarum ad fidem, quæ quidem conuersio describitur quantum ad tria. Quantum ad operationis imitationẽ. vnde dicit, { Et multi venerunt ad eum } scilicet per imitationem operum. Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &c. Secundo quantum ad oris confessionem, vnde & dicebant. { Quia & Ioannes, &c. } Vbi primo confitentur eminentiã Christi ad Ioannem. vnde dicebant. { Quia Ioannes fecit nullum signum. } Cuius quidem ratio fuit: quia Ioannes missus fuit vt testis Christi. vnde oportebat, quòd fieret fide dignus, & testimonium eius ostenderetur verum. quod quidem fit conuenientẽr per sanctitatem vitę: Christus autem venit vt Deus. & ideo oportebat, q̃ ostenderet in se signa potestatis diuinę. & ideo Ioannes vitæ sanctitate pollebat. Christus autem cum hoc, exercebat etiam opera potestatem diuinam manifestantia. Hic etiam mos seruabatur apud antiquas potestates, q̃ in præsentia potestatis maioris, minor potestas non vtebatur suæ potestatis insigniis. Vnde in præsentia dictatoris cõsules insignia deponebãt. Non ergo decens fuit, vt Ioã. qui minoris potestatis erat, vtpote præcursor & testis, in Christi præsentia, diuinæ potestatis insigniis vteretur: sed solum Christus. Secũdo confitetur veritatem testimonij Ioannis de Christo. vñ dicebant. { Omnia. n. quæ dixit Ioannes de hoc, } scilicet de Christo {erant vera, } quasi diceret, & si nullũ signum fecerit Ioannes, tamẽ de Christo omnia veraciter dixit. Tertio manifestat cordis fidem. Vnde dixit. { Et multi crediderunt in eum } vt Augustinus dicit. Christum apprehenderunt permanentem, quem Iudæi volebant apprehendere descendentem, quia per lucernam ad diem venerant. Ioannes enim lucerna erat, & diei testimonium perhibebat.

LECTIO PRIMA.

SVpra, Dominus virtutem suam viuificatiuam ostendit verbo. Hic confirmat eam miraculo, quendam mortuum, scilicet Lazarum, suscitando. Et primo ponitur Lazari infirmitas. Secundo ipsius iam mortui suscitatio, ibi. { vt audiuit. } Tertio subiungitur suscitatiõis effectus, ibi. { Multi ergo ex Iudæis, &c. } Circa primum tria facit. Primo ponitur Lazari ægrotatio. Secundo languoris denunciatio, ibi. { Miserũt ergo sorores, &c. } Tertio assignat præmissarum ratio, ibi { Audiens autem Iesus, &c. } Circa primum tria facit. Primo describit personam ægrotam. Secũdo languentis locum. Tertio personã cõiunctam. Persona ægrota est Lazarus. vnde dicit. { Erat quidam languens Lazarus. } Per hunc fidelis signatur, qui in Deo sperat, & tamen patitur infirmitatem peccati, de qua dicitur in Psalm. 6. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Lazarus enim interpretatur auxiliatus à Domino. vnde eum signat qui spem habet diuini auxilij. Psal. 120. Auxilium meum à Domino, &c. Locus infirmi erat Bethania. vnde dicit { à Bethania de castello. } Quæ quidẽ Bethania villa quædam erat prope Hierusalem, vbi Dominus consueuerat frequenter hospitari, vt frequenter supra dictum est. & interpretatur domus obedientiæ. Per quod datur intelligi, quòd si infirmus sit Deo obediens, potest ab eo de facili curari, sicut infirmus obediens medico, facilius ab eo beneficium consequitur sanitatis. 4 Reg. 5. Dixerunt seruì Naamam ad eum. Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, facere debuisses. Ista Bethania castellũ erat Mariæ & Marthę sororum Lazari. Per quas duplex vita signatur. actiua, scilicet & contemplatiua. vt sic per hoc detur intelligi, quòd per obedientiam homo perfectus redditur in vita actiua & contemplatiua. Persona coniuncta erat Maria. vnde dicit. { Maria autem erat, &c. } Quia enim mentionem fecerat de Maria, & plures mulieres huius nominis erant. Ideo ne erremus ex nomine, notificat eam ex notissima actione dicens. { Quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit, &c. } De hac autem Maria diuersitas quædam est inter sanctos. Quidam enim dicunt, vt Hieronymus & Origenes, quòd hæc Maria soror Lazari non est eadem cum illa quæ peccatrix erat. De qua dicitur. Luc. 7. quòd attulit alabastrum vnguenti, & stans retrosecus pedes, &c. Vnde sicut dicit Chrysostomus. hæc non fuit illa meretrix, quę in Luca legitur. hæc enim honesta fuit, & studiosa circa susceptionem Christi. Nam peccatricis illius nomen tacetur. Potuit autem Maria ista erga Christum tẽpore suæ passionis ex deuotione, & speciali dilectione simile opus fecisse, qd fecit ei peccatrix illa diligens & compuncta, quod quidem factũ hic ab Euangelista propter Mariæ nominis magnitudinem per anticipationem recitatur. Quidam alij, sicut Augustinus & Gregorius dicunt, quòd hæc eadem Maria, de qua hic agitur: est illa peccatrix, de qua agitur Luc. 7. Et argumentũ huius ex hoc verbo Aug. assumit. nam hic Euangelista dicit antequam Maria vngeret dominum vnguento: quia illud fuit imminente passione. infr. 12. Vbi dicitur: Maria ergo sumpsit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu. vnde dicit q̃ hoc quod hic dicit Euangelista de ea factum, recitatur. Luc. 7. Ambrosius autem vtramque partem tenet: secundum ergo opinionem Augu. manifestum est, quòd peccatrix illa, de qua dicitur in Luca, est Maria ista. { Cuius frater Lazarus infirmabatur. } i. miserandũ corpus eius fornaceis febribus alendũ edax incendiũ assumebat.

b Hic ponitur infirmitatis denunciatio à sororibus Lazari, quę languenti aderant, & casu dolentes inuenis ægrotantis { Miserunt ad eũ. } scilicet Iesum { dicentes. Domine, ecce quẽ amas, &c. } In qua quidem denunciatione tria considerandа occurrunt. Vnum est, quòd non est signum, quòd aliquis non sit amicus Dei, si aliquando corporaliter affligatur sicut Bliphaz contra Iob falsò arguit. Iob 4. Recordare obsecro, quis vnquam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? & ideo dicunt { Domine, ecce quem amas infirmatur. } Prouer. 3. Quem diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Secundum est, quòd non dicunt. Domine veni sana eum: sed tantum infirmitatem exponentes, dicunt { Infirmatur. } In quo significatur, q̃ sufficit amico tantum necessitatem exponere, absque alicuius petitionis

petitionis additamento. nam amicus cum velit bonum amici, sicut bonum suum, sicut sollicitus est ad repellendum malum suũ, ita & ad repellendum malum amici sui. Et hoc maxime verum est de eo qui verissime diligit. Psal. 114. Custodit dominus diligentes se. Tertium est, quòd istæ duę sorores desiderantes curationem fratris languidi, non venerunt personaliter ad Christum: sicut paralitics. Luc. 5. Et Centurio Mat. 8. Et hoc ꝓpter confidentiam, quam habebant ad Christum ex speciali dilectione, & familiaritate quãm Christus erga eas ostendebat, & forte a luctu detinebanẽ vt Chryso. dicit. Ecclesiast. 6. Amicus si permanserit fixus, erit tibi coæqualis, & i domesticis tuis fiducialiter ager.

c Hic ponitur præmissorum ratio. Et primo ratio ipsius infirmitatis. Secundo quare sorores eius nõ venerunt ad Christum secundum Augustinum ibi { Diligebat autem Iesus, &c. } Ratio autem infirmitatis est glorificatio filij Dei. vnde dicit. { Dixit eis Iesus. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. } Vbi sciendum est, quòd infirmitatum corporalium quędam sunt ad mortem: quædam autẽ non. Ille autem sunt ad mortem, quæ ad aliquid aliud non ordinantur. Nam omnia mala pęnæ ex diuina prouidentia infliguntur. Amos. 3. Si est malum in ciuitate quod dominus non faciat. Mali vero culpæ Deus vltor est, non tamen auctor. Omnia autem quæ à Deo sunt, ordinata sunt. & ideo omnia mala penæ ad aliquid ordinantur: quædam ad mortem, quædam ad aliquid aliud. Hæc autem infirmitas nõ est ordinata ad mortem, sed ad gloriam Dei. Sed numquid non fuit mortuus Lazarus ex hac infirmitate? Videt quod sic. Alias non fœteret quatriduanus in monumento, nec resuscitatio fuisset miraculosa. Responsio: dicendum quòd infirmitas hæc non fuit ordinata ad mortem, vt ad finem vltimum: sed propter aliud vt dictum est, vt scilicet ipse qui resuscitatus fuit, quasi castigatus, iuste viueret ad Dei gloriam, & populus Iudæus videns miraculum conuerteretur ad fidem. Psal. 117. Castigans castigauit me dominus, &c. Vnde sequitur { Sed pro gloria Dei vt glorificetur, &c. } Vbi secundum Chrysostomum pro, & ly vt, non tenet causaliter: sed consecutiue. Non enim ideo infirmatus est, vt ex hoc Deus glorificaretur: sed aliunde quidem infirmitas hæc venit, & ex ea consecutum est hoc, vt glorificaretur filius Dei. tanquamtũ eum resuscitãdo, vsus est ea ad gloriam Dei. hoc autem vno quidem modo veritatem habet, sed alio modo non. Potest. n. infirmitatis Lazari duplex causa considerari. Vna naturalis, & secundum hanc verificatur dictum Chryso. Quia infirmitas Lazari, secundum causam naturalem non ordinabatur ad resuscitationẽ. Alia causa potest considerari diuina prouidentia. Et tunc non habet veritatem dictum Chryso. nam ex diuina prouidentia huiusmodi infirmitas ordinabat ad gloriã Dei. Et secundũ hoc ly pro & ly vt, tenetur causaliter, quasi dicat. { Sed pro gloria Dei } quia licet ad hoc non ordinaretur ex intentione causæ naturalis: ordinabatur tamen ex intentione diuinæ prouidentiæ ad gloriam Dei, inquantum facto miraculo, crederẽt homines in Christum, & vitarent veram mortem. Vnde dicit { vt glorificetur filius Dei per eam. } Hic manifeste dominus filium Dei se nominat. nam ipse glorificandus erat in resuscitatione Lazari, & ipse est verus Deus. 1. Ioã. vlt. Vt simus in vero filio eius. supr. 9. Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

d Hic secundum Augu. Euangelista assignat rationem quare duę sorores non venerunt ad Christum. Quæ scilicet sumitur ex confidentia specialis dilectionis. vnde dicit. Diligebat autẽ Iesus Martham & Mariam, &c. } i. Quippe qui tristiũ consolator erat, sorores tristes diligebat. Et qui languentium saluator erat, languidum & mortuum Lazarum diligebat. Deut. 29. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt.

A locum morti moram trahendo dominus trans Iordanem. Et iõ dicit { vt autem audiuit, quia infirmabatur, mansit in eodem loco duobus diebus. } Ex quo notatur, quòd eodem die quo Christus recepit nuncium sororum Lazari, mortuus fuit Lazarus. Nam quando Christus venit ad locum vbi mortuus fuit, iam quatriduanus erat, Christus autem duobus diebus postquam recepit nuntium remansit in eodem loco, & sequenti die ab illis duobus iuit in Iudæam. Dedit autẽ locum morti per tot dies propter duo. Primo quidẽ ne ex præsentia eius mors Lazari impedita fuisset. Nam vbi vita præsens est, mors locum non habet. Secundo, vt miraculum credibilius redderetur, & nullus posset dicere quoniam nondum defunctum eum suscitauit: sed potius stupefactum. Consequenter cum dicit.

b Dominus manifestat propositum accessus sui ad locum. Et primo prænunciat propositum. Secũdo subditur timor discipulorum ibi { Dicunt ei discipuli, &c. } Tertio, dñs timorem propellit ibi { Respondit Iesus: nonne, &c. } Dicit ergo quantum ad primum. { Deinde post hęc. } scilicet moram contractam { dixit. } scilicet Iesus discipulis suis. { Eamus in Iudęam iterum. } Hic quęritur, quare hoc solum prędixit Apostolis iterum iturũ in Iudæam, cum hoc alias non fecerit. Sed huius quidem ratio est, quia Iudæi nuper in Iudęa persecuti fuerant Christum: ita vt penè eum lapidassent. Vnde & propterea inde decesserat: propter quod credendum erat, quòd Christo iterato illuc ire volente discipulorum corda timor inuaderet. & quia præuisa iacula minus feriunt, & mala quæ prędiuntur facilius tolerantur vt Gregor. dicit, ideo dominus vt eis timorem auferret, eis itineris sui propositum manifestat, Per hoc autem quòd iterum reuertitur in Iudęam, mystice datur intelligi dominum in fine mundi iterum reuersurum ad Iudęos: qui conuertentur ad Christum. Rom. 11. Cæcitas ex parte contingit in Israel, &c. Timor discipulorum ponitur cum dicunt.

c Vasi dicat, videtur, quòd spontaneus vadas ad mortem. Sed timor iste irrationabilis est, quia secum habebant discipuli Deum protectorem, cum quo qui est, timere non debet. Isa. 50. Stemus simul: quis est aduersarius meus? Psal. 1. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Hunc timorem expellit dominus confortans eos. Vnde dicit.

d Vbi primo ponit conditionem temporis. Secundo ostendit quod tempus sit aptum ambulationi. Tertio. quod nõ sit aptum. Secundum ibi. { Si quis ambulauerit, &c. } Tertio ibi. { Si autem ambulauerit in nocte, &c. } Ad intelligẽtiam aut huius literæ sciendum est, ꝓ tripliciter exponitur. Vno modo à Chryso. sic. { nonne 12. horę sunt dies? } . q. d. Vos dubitatis ascendere in Iudęam: quia nuper Iudæi voluerunt me lapidare. Sed dies habet. 12. horas, & quod contingit in vna, non contingit in alia. Vnde licet tũc voluissent me lapidare, in alia hora hoc nollent, Eccles. 3. Omnia tempus habent, &c. Et eiusdem. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Sed hic incidit quæstio literalis. Quia aut loquitur de die naturali, aut de die artificiali. Si quidẽ loquatur de die naturali, tunc falsum est, quod dicit. Cum non habeat duodecim: sed 24. horas. Similiter si loquitur de die artificiali, falsum est, qd dicit. quia hoc non est verum, nisi in æquinoctiale, quia non omnes dies artificiales habent 12. Sed ad hoc dicendum, quòd intelligendum est de die artificiali: quia omnes dies artificiales habent 12. horas. Nam horę huiusmodi dierum distinguuntur dupliciter. Quędam enim sunt æquales. Et quędam sunt inęquales. Aequales autem distinguuntur ſm circulũ æquinoctialis. Et ſm hoc non omnes dies habent 12. horas: sed aliqui plures, aliqui pauciores, nisi tantum in æquinoctio. Inæquales autem distinguuntur ſm ascensiones Zodiaci propter eius obliquitatem: quia non æqualiter ascendit Zodiacus in omnibus partibus suis. Aequinoctialis aũt æqualiter, & de istis horis inęqualibus quilibet dies artificialis habet 12. horas. q̃ quolibet ascendũt 6. signa de die & 6. de nocte, sed illa quæ ascendũt in æstate sunt tardioris motus, quàm illa quę ascendunt in hyeme. Ascensus autem cuiusliber signi facit duas horas.

e Idest, honeste & absque conscientia alicuius mali. Rom. 13. Sicut in die honeste ambulemus. { Non offendit, idest, non inuenit quid ei noceat. Et hoc ideo { quia lucem huius mundi videt, idest, lux iustitiæ in eo est. Psal. 96. Lux orta est iusto, &c. rectis

rectis corde lætitia, quasi dicat, Dominus. Nos, secure possumus ire, cum in die ambulemus.

f Scilicet, iniquitatum de facili multa pericula inueniet. De qua nocte. 1. Thess. 4. Qui dormiunt, nocte dormiunt: & talis {offendit, } idest, impingit { quia lux, } scilicet iustitiæ { nõ est in eo. } Alio modo exponit quidã Græcus, scilicet Theophilact, ab illo loco. { Si quis ambulauerit in die. } Dicens, quòd dies est ꝓsentia Christi in mundo, nox vero est tempus post passionem eius. Vt sit sensus. Non est timendum de Iudæis: quia quãdiu ego sum in mundo, vobis non imminet periculum: sed mihi. Vnde quando Iudæi eum capere voluerunt. infr. 18. Dixit Dominus turbis. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt impleretur, &c. Sed {in nocte} idest, in tempore post passionem, tunc timendum est vobis ire in Iudæam: quia patiemini à Iudæis persecutionem. Zacha. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues, &c. Alio modo exponit August. sic. vtper diem intelligatur Christus. supr. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Et quãdiu sum in mundo, lux sum mundi: huius ergo diei. 12. horæ sunt 12. Apostoli. supr. 7. Nõne ego vos 12. elegi. Sed timendum est valde, quod sequitur. Et vnus ex vobis diabolus est. Iudas ergo non erat horã huius diei: quia nõ lucebat. Sed dicendum, quòd Dominus hoc dixit, non habito respectu ad Iudam, sed ad successorem eius Matthiam. Est ergo sensus. {Nonne. 12. horæ, &c. } quasi diceret, vos estis horæ, ego sum dies. Sicut ergo horæ consequuntur diem, ita & vos me debetis sequi. Vnde si ego volo ire in Iudæam, vos non debetis me præcedere, nec mutare voluntatem meam, sed debetis me sequi. Simile dicit Petro. Mat. 16. Vade retro post me Sathanas, idest, non præcedas me, sed me sequere, voluntatem meam imitando. { Si quis ambulauerit in die, } quasi diceret. Non debetis timere periculum: quia vos itis mecũ, qui sum dies. Vnde sicut q in die vadit non impingit, idest, non offendit, ita nec vos qui mecum itis. Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et hoc ideo: quia lucem huius mundi videt in me. { Si autem ambulauerit in nocte, } idest, in tenebris ignorantiæ & peccati. { Tunc offendit. } & hoc ideo { quia lux } scilicet spiritualis { non est in eo. } non quidẽ ex defectu lucis, sed eorum rebellione. Iob 22. Ipsi fuerunt rebelles lumini, &c.

f Si autẽ ambulauerit in nocte. offendit, quia lux non est in eo.

LECTIO III.

Hæc ait, & post hæc dicit eis. Lazarus amicꝰ noster dormit, sed vado, vt a somno excitem eum.

b Dixerunt ergo discipuli eius. Domine, si dormit, saluus erit.

c Dixerat autem Iesus de morte eius, illi aũt putauerunt quia de dormitione somni diceret.

d Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum.

e Dixit ergo Thomas, qui dicit Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cũ eo.

futuræ gloriæ. Psal. 4. In pace in idipsum, dormiam & requiescã. Mors autẽ dicitur somnus propter spem resurrectionis. & ideo mors consueuit appellari dormitio, ab eo tempore quo Christꝰ mortuus est, & resurrexit. Psal. 3. Ego dormiui, &c. Tertio ostendit suam ad resuscitandum efficaciam, cum dicit. { Sed vado vt à somno excitem eũ. } In quo dat intelligere, quòd tanta facilitate excitabat de sepulchro, quanta excitas dormientem in lecto. Nec mirum: qa ipse est, qui suscitat mortuos, & viuificat. supr. 5. Vñ dicit ibidem. Venit hora, in qua oẽs qui in monumentis sunt, &c. Tarditatem autem, intellectus discipulorum ponit Euangelista cum dicit.

b Et primo ponit signum tarditatis eorum, scilicet, quòd non responderunt secundum intentionem Domini. Secundo, ostendit eorũ tarditas manifeste, ibi. { Dixerat autẽ Iesus, &c. } Circa primum sciendum est, quòd id, quod dixerat Dominus de somno mortis, isti intellexerunt de somno naturæ. & quia solet somnus ægrotantium salutis esse indicium, ideo { discipuli dixerunt, si dormit saluus erit. } q. d. hoc manifeste salutis est signum, vt per hoc vlterius concludant. Domine si dormit, non videtur vtile esse, vt tu vadas ad excitandum eum. Tarditatem autem ipsorum subdit dicens,

c Quia rudes erant. Vnde Dominus dicit eis. Mat. 15. Adhuc & vos sine intellectu estis? De sapiente vero dicitur Prouerb. 1. Animaduertet parabolam, & interpretationem verba scilicet, &c. Manifestat autem Dominus explicite suscitandi propositum, cum subdit.

d Et primo annunciat eis Lazari mortem, quod pertinet ad eius scientiam. Secundo insinuat suum affectum, circa eius mortem, quod pertinet ad eius prouidentiam. Tertio innuit propositum de eundo ad locum vbi mortuus erat, quod pertinet ad eius clementiam. Mortem quidem prænunciat dicens manifeste. { Lazarus mortuus est, } idest, subijt legem communem mortis, quam nullus hominum subterfugere potest. Psal. 88. Quis est homo qui viuit. & non videbit mortem? Affectum aũt suum ostendit circa eius mortem dicens. { Et gaudeo propter vos, vt credatis, &c. } Quod potest dupliciter exponi. Vno modo sic: nos audiuimus infirmitatem Lazari, sed ego absens annuncio mortẽ eius. { Et gaudeo propter vos, } idest, propter vestram vtilitatem, vt ex hoc sumentes experimentum diuinitatis meæ: quia in absentia video. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Nec mirum, quia ipse est omnibus præsens. Hier. 13. Cœlum & terram ego impleo. { Vt credatis, } non vt de nouo incipiant credere, sed vt firmius robustiusque crederent, secundum illud Luc. 10. Credo Domine, adiuua meam incredulitatem. Alio modo sic { Gaudeo. } scilicet quòd mortuus est. Et hoc { propter vos. } idest, propter vtilitatem, scilicet { vt credatis. } Ideo inquam { gaudeo: quia non eram ibi. } nam si ibi fuissem, non fuisset mortuus: sed quia defunctus est, maius apparebit miraculũ, cum resuscitabo defunctum putrescentem. Et ex hoc vos magis corroborabimini in fide. Maius est enim defunctũ suscitare, quàm viuentem à morte præseruare. Ex quo datur intelligi, quòd aliquando mala sunt, ratio gaudij: in quantum ordinãtur ad bonum. Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Propositum autem eundi innuit dicens. { Sed eamus ad eum, &c. } In quo ostenditur Dei clementia, in quantum homines in peccatis existentes, & quasi mortuos per se ad eum accedere nõ valentes, misericorditer præueniendo attrahit: secundum illud. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, &c.

e Hic ponitur discipulorum affectus. Quod potest quidẽ dupliciter exponi. Vno modo, vt importet affectum dubitantis. Alio modo, vt importet affectum diligentis. Et primo modo exponitur à Chrysosto. Nam vt supra dictum est, omnes discipuli timebant Iudæos, & super alios Thomas. Nam ante passionem infirmior erat alijs & infidelior, qui tamen postea fortior factus est & irreprehensibilis, qui solus orbem terrarũ percurrit. Vnde ex hac dubietate { dicit ad condiscipulos. Eamus & nos, & moriamur cum illo. } quasi dicat. Iste non timet mortem, penitus vult ire, se, & nos volens tradere morti. Secũdo modo exponit Augustinus. Thomas enim & alij discipuli ita Christum amabant, vt vel cum eo præsente viuere, vel cum eo mori vellent, ne post mortem deserti iterum inconsolati remanerẽt. Vñ ex hoc affectu { Tho. dicit ad cõdiscipulos. Eamꝰ & nos, &c. } quasi

quasi dicat, ire vult, periculum mortis ei imminet: numquid & nos remanebimus vt viuamus? Absit. Sed { Eamus & moriamur cum illo. 2. Thimoth. 2. Si compatimur, & conregnabimus. secundæ. Corinthiorum. quinto. Si vnus pro omnibus mortuus est, &c.

LECTIO IIII.

Ostquam prænunciauit de functi suscitationem, hic describit Euãgelista resuscitationis ordinẽ. Et primo præmittit quædam præambula pertinentia ad alios. Secundo, proponit quædam quæ pertinent ad affectum Christi, ibi { Iesus autem vt vidit eam ploranten, &c. Tertio subdit suscitationis effectum, ibi { Iesus ergo rursum fremens. } Præambula autem ad alios pertinentia primo premittit quantum ad defuncti conditionem. Secundo quantum ad Iudeorum erga sorores consolationem, ibi { Erat autem Bethania, &c. } Tertio quantum ad sororũ deuotionem, ibi { Martha autem vt audiuit, &c. Defuncti autem conditio describitur quantum ad tempus mortis: quia quatriduanus. Vnde dicit { Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies habentẽ. { Et quantum ad locum, quia in monumento. Ex quo apparet secundum literam, vt dictum est supra, quòd primus dies mortis fuit quando nunciata fuit ei infirmitas. Per hos autem quatuor dies, secundum Augustinum signantur quatuor dies quadruplicis mortis. Vnus dies est peccati originalis: quod homo trahit de mortis propagine. Rom. 5. Per vnũ hominẽ peccatum intrauit, &c. Alij tres dies referuntur ad mortem peccati actualis. nam quodlibet peccatum mortale quædam mors dicitur. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Et diuiduntur secundum transgressionem triplicis legis. Primo quidem legis naturæ, quam homines transgrediuntur. Et sic est secundus dies mortis. Isa. 24. Transgressi sunt legem, & pactum sempiternum, &c. idest legem naturę. Secundo legis scripte, quam etiam homines transgrediuntur, & sic est tertius dies, supra 7. Nõne Moyses dedit vobis legem, & nemo, &c. Tertio legis Euangelij & gratiæ, quam homines transgrediuntur, & sic est quartus dies, & grauior cæteris. Hebr. 10. Irritã quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, &c. quanto magis putatis deteriora, &c. Vel aliter, primus dies est peccatum cordis. Isa. 1. Auferte malũ cogitationum vestrarum, &c. Secundus dies est peccatum oris. Ephes. 4. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Tertius dies est peccatum operis. De quo Isa. 1. Quiescite agere peruerse. Quartus dies est peccatum peruersę consuetudinis. De quo Hiere. 13. Sic & vos poteritis benefacere cum didiceritis male. Qualitercumque ergo exponatur, dominus quandoque sanat mortuos quatuor dies habentes, idest, legem Euãgelij trãsgredientes, & in consuetudine peccati detentos. Visitantium autem conditio describitur & quantum ad visitandi opportunitatem, & quantum ad eorum quantitatem. Quantum ad opportunitatem quidem: quia locus defuncti erat prope Hierosolymam. Vnde dicit.

b Quòd erat ferè miliaria duo. Nam miliare habet 8. stadia. Et sic facilis multis Iudeorum à Hierosolimys patebat illuc accessus. Mystice autem per Berhaniam quæ interpretatur domus obedientiæ, & Hierusalem visio pacis. datur intelligi, q̃ qui sunt in statu obedientię, sunt propinqui ad pacem vitæ æternæ. supr. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis. Et dicit { quindecim stadijs. } quia qui vult de Bethania idest, de statu obedientię ire in Hierusalem cœlestem, oportet quòd transeat stadia quindecim. Primo quidem septem, quæ pertinent ad obseruantiam veteris legis. Nam septenarius numerus pertinet ad legem veterem: quę diem septimum sanctificat. Deinde vero octo, idest, impletionem noui testamenti, ad quem pertinet numerus octonarius propter octauam resurrectionis. Quantum vero ad quantitatem describitur, quia multi. Vnde dicit { Multi autem ex Iudeis venerant ad Mariam & Martham, vt consolarentur eas. } Quòd quidem pietatis erat. Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus oportet. Ecclesiast. 7. Non desis plorantibus in consolationem.

c Sorores autem describit Euangelista. Primo quidem quantũ ad Martham. Secundo vero quantum ad Mariam ibi { hæc cum dixisset, abijt, &c. } Martham autem describit quantum ad tria. Primo quantum ad eius occursum, quo Christo obuiauit. Secundo quantum ad deuotionis affectum, quem Christo exhibuit. Et tertio quantum ad instructionis profectum ad quẽ Christus, eam erexit. Occursus autem Marthæ describitur festinus: quia { Martha vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi. } absque morę dilatione. { Venit } autẽ præsentis temporis est, forte enim Christo prope castrum existente, aliqui præcessit, & nunciauit Marthæ aduentum Christi, quo audito statim cucurrit. Ratio autem, quare Martha primo audiuit, & sola occurrit, est, qa Martha sollicita erat: vnde dominus dicit. Luc. 10. Martha Martha solicita es, &c. & ideo occupata circa dispositionem negotiorũ discurrebat per domum, & nuncianti facilius occurrit.

LECTIO IIII.

Enit itaque Iesus: & inuenit eũ quatuor dies iam in monumẽto habentem.

b Erat autem Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis, venerãt ad Marthã, & Mariã, vt consolarẽtur eas de fratre suo.

c Martha autẽ vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum. Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio: quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.

d Dicit illi Iesus. Resurget frater tuus.

Maria autem sedebat domi, cum illis qui venerant de Hierosolymis. & ideo non ita cito potuit sibi indicari sicut Marthæ. Ratio, autem quare Martha non statim indicauit Mariæ, assignatur à Chrysosto. Quia Maria sedebat cum Iudæis, & Martha sciebat quòd Iudæi persequebantur Christum, & iam conspirauerant in eius mortẽ. & ideo timens ne si nunciaret ei, & illa iuisset in occursum Christi: iuissent cum ea. Propter hoc ergo sibi nunciare noluit. Sed si Iudæi conspirauerant contra Christum, quomodo *visitabant Lazarum* & sorores suas, qui Christi familiares erant, & quasi discipuli? Ad quod respondet Chrysost. quòd hoc faciebant propter necessitatis calamitatem, & propter nobilitatem harum mulierum, quas sprero principum mandato consolabantur. Vel quia hi qui aderant non mali erant: sed bene se habebant ad Christum. (Multi enim ex populo credebant.) Mystice autem signantur per hæc, vita actiua quæ signatur per Martham quę occurrit Christo ad exibendum obsequij beneficium membris eius. Vita contemplatiua quæ per Mariam signat: quę domi sedet quieti contemplationis, & puritati conscientiæ vacans. Prouerbr. 8. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa. Affectus autem deuotionis in Martha ostenditur præcipuus. Vnde dicit { Dixit Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. } Vbi duo Christo deuote proponit. Vnum quod respicit ad præteritum. Et aliud quod respicit ad futurum. Ad præteritum quidem respicit, quod dicit { Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. } Credebat. nquòd præsente Christo mors locum non haberet, cum vidisset mulierem ad solum tactum fimbriæ Iesu sanatam. Matth. 14. Et quidem rationabiliter mouebatur. Nam vita contrariatur morti. Christus autem vita est, & lignum vitæ. Pro. 3. Lignum vitæ est his, &c. Si ergo lignum vitę poterat præseruare à morte, multo magis Christus. Nihilominus tamen imperfectam habebat fidem, extimans Christum minus posse absentem quàm presentem. Vnde dicebat { Domine, si fuisses hic, &c. } Quod quidem de virtute limitata & creata dici potest, sed de virtute infinita & increata quæ Deus est, non est dicendum, quia æqualiter se habet ad præsentia & absentia, imo sibi omnia sunt præsentia. Hie. 23. Putas ne Deus è vicino ego sum, &c. Ad futurum respicit hoc, quod subdit. { Sed & nunc scio, omnia quæcumque poposceris à Deo, &c. } In quo quidem licet aliquo modo verum dixerit, nam Christo secundum quòd homo pertinebat à Deo petere. Vnde & frequenter orasse legitur. Et supra 9. dicitur. Si qs Dei cultor est, &c. Tamen *minus dixit*. Nam per hæc verba arbitrari videtur Christum sicut vnum sanctum hominem, qui præteritam mortem orando posset excludere, sicut Eliseus orando mortuum suscitauit. Profectus autem ponitur cum addit.

d Quia enim adhuc imperfecte cognoscebat, ideo Dominus ad altiora eam instruendo prouehit. Et primo prænunciat fratris resurrectionem. Secundo ostendit resuscitationis potestatem, ibi { Ego sum resurrectio & vita, &c. } Circa primum duo facit. Primo prænunciat futurum miraculum. Secũdo ponitur intellectus Marthę de resuscitatione, ibi { Dixit ei Martha, &c. } *Miraculum autem*, quod futurum Dominus prænunciat est resuscitatio Lazari. Vnde dixit. { Resurget frater tuus. } Isa. 26. Viuent & mortui tui resurgent. Sciendum est autẽ, Christum tres mortuos suscitasse. Puellam archisynagogi, vt habetur Matth. 9 Filium viduæ qui efferebatur extra portam' vt habetur Luc. 10. Et Lazarum quatuor dies habentem in mouumẽto. Sed puellam quidem in domo. Iuuenem extra portam. Lazarum in monumento. Item puellam paucis arbitris, secum habens, patrẽ videlicet & matrem puellæ, & tres ex discipulis suis, Petrum scilicet, Iacobum, & Ioannem. Iuuenem vero magna turba presente. Sed Lazarum assistente multitudine, & cum gemitu. Nam per

hos tres suscitatos, tria genera peccatorum intelliguntur. Quidam enim peccant per consensum peccati mortalis in corde. Et isti signantur per puellã mortuam in domo. Alij vero sunt qui per exteriora signa & actus, peccant. Et signantur per mortuum qui efferitur extra portam, sed quando per consuetudinẽ in peccato firmantur, tunc claudit in monumento. Et tamen Dominus omnes resuscitat. Sed illi qui per consensum solũ peccant, & mortaliter peccando moriũtur, facilius suscitantur: Et quia secretum est, ideo secreta emendatione curãt. Quãdo autem peccatum procedit extra, tunc publico indiget remedio. Intellectus autem Marthæ de resuscitatione promissa ponitur cum dicit.

e Dixit ei Martha. Scio, quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

f Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita.

g Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

h Credis hoc? ait illi: vtique

e NOn enim auditum est à sæculo, quòd quis quatriduanum fœtentem in monumento resuscitauerit. & ideo non poterat cadere in corde Marthæ, quòd statim eum suscitaret a mortuis, sed credebat hoc in communi resurrectione futurum. Vnde dicit. {Scio, } idest, certissime tenco, { quòd resurget in nouissimo die, &c. } supr. 5. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Consequenter cum dicit.

f DOminus Martham ad altiora cleuans. Primo ostendit virtutem & potestatem suam. Secundo subdit potestatis suæ effectum ibi. { Qui credit in me, &c. } Tertio exposcit fidem ibi. { Credis hoc? } Potestas autem sua est vtvificatiua. Vnde dicit. { Ego sum resurrectio & vita, } quasi diceret Marthæ, credis, q̃ frater tuus resurgat in nouissimo die? Totum autem hoc, quod homines resurgent erit mea virtute. & ideo ego cuius virtute tunc omnes resurgent, possum etiam fratrem tuum suscitare in præsentia. Dicit autem duo, scilicet, quòd est { resurrectio, } & q̃ est { vita. } Sciendum est enim, quòd effectum vitæ aliqui participare indigent. Quidam quidem: quia vitam amiserunt. Quidam vero, non quia ipsam amiserunt, sed vt in habita conseruetur, Sic ergo quantum ad primum dicit. { Ego sum resurrectio, } qua qui vitam per mortem amiserunt, reparantur. Quantum ad secundum dicit { & vita, } qua scilicet viuentes conseruantur. Sciendum est autem, quòd hoc, quod dicit. { Ego sum resurrectio, } est locutio causalis: quasi dicat. Ego sum resurrectionis causa. Hic autem locutionis modus in illis tantum fieri consueuit qui sunt causa alicuius rei. Christus autem est tota causa resurrectionis nostræ, tam animarum, quàm corporum. & ideo hoc quod dicit. { Ego sum resurrectio, } est causalis locutio, quasi dicat. Totum hoc, quòd resurgent in animabus, & in corporibus per me erit. 1. Cor. 15. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Hoc inquam, qd { sum resurrectio, } est mihi per hoc, quod sum { vita. } Nam vitæ est, q̃ aliqui reparentur ad vitam, sicut ignis est, quod aliqui extinctũ reigniatur. supr. 1. In Christo vita erat, & vita erat lux hominũ. Affectus autem potestati respondet: vnde dicit.

g PRimo ergo agit de effectu qui respondet primæ potestati. Secundo de effectu qui respondet secundæ. Primum autem quod de potestate sua dixerat est, quòd ipse sit resurrectio. & huic respondet effectus, quòd ipse mortuos viuificat. Et quantum ad hoc dicit, { qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. } Cuius quidem causa est. Quia ego sum resurrectionis causa, cuius causæ effectum aliquis consequitur credendo in me. Vnde dicit. { Qui credit in me viuet, etiã si mortuus fuerit, &c. } Nã per hoc quod credit, habet me in se. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Qui autem habet me, habet resurrectionis causam. Ergo { qui credit in me viuet. } Quòd autem per fidẽ aliqui resurgant habetur supr. 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent, vita scilicet spirituali, resurgentes de morte culpæ, & etiam vita naturali, resurgentes de morte pœnæ. Secundum autem, quod de potestate sua dixerat est, quòd ipse sit vita. Et huic respondet effectus præseruationis in vita. Vnde dicit. { Et omnis qui viuit, &c. } vita iustitiæ. De qua Abac. 2. Iustus meus ex fide viuit. Non morietur in æternum, } idest, morte æterna, sed habebit vitam æternam. supr. 6. Hæc est voluntas patris mei, vt omnis qui viuit, &c. Et hoc non est intelligendum quin moriatur ad tempus morte carnis, sed quòd aliquando sic morietur, vt tamen resuscitatus viuat in æternum in anima, donec resurgat caro nunquam postea moritura. Vnde subdit ibidem supra sexto. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Exposcit autem fidem,

F vt eam perficiat. Vnde dicit.

h ET primo ponitur quæstio Domini dicentis. { Credis hoc? } Non interrogat Dominus quasi ignorans, sed sciens fidem eius, quippe qui ipsam fidem sibi infuderat. Credere enim a Deo est. Quærit autem vt fidem, quam habeat in corde, confiteatur,

Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.

LECTIO V.

VT cũ hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suã silentio, dicẽs. Magister adest, & vocat te.

ore. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Secundo ponitur responsio mulieris cum dicit. { Ait illi: vtique Domine ego credidi, &c. } Quæ quidẽ responsio impertinẽs videt ad ea quę Dominus dixerat. Dixit enim. Ego sum resurrectio & vita, & postea quæsuit vtrum

G hoc crederet. Mulier autem non respondit. Credo, quòd tu es resurrectio, & vita. Sed { ego credidi, quia tu es Christus, &c. } Quod quidem dupliciter exponitur. Chrysost. enim dicit, quòd hęc mulier non intelligens ea ta verba Domini quasi stupefacta, respondit dicens. Domine ego non intelligo hoc quod dicis, scilicet, quòd tu es resurrectio & vita, sed hoc { credidi: quia tu es Christus filius Dei viui. } Aug. vero dicit, quòd mulier respondit hoc ideo, quia hoc quod dicit est ratio omnium præmissorũ à Domino, quasi diceret. Quicquid dicis de potestate tua. & effectu salutis, totum credo. Quia ego credo, quod plus est, & radix omnium, scilicet { quia tu es Christus filius Dei viui, } hæc autem confessio Marthæ perfecta est. Confiteur enim Christi dignitatem, naturam. & dispensationem, scilicet incarnationis. Dignitatem quidem & regiam & sacerdotalem. Et hoc cum dicit. { Tu es Christus. } Christus enim Grece, Latine dicitur vnctus. Inunguntur autem Reges, & Sacerdotes. Est ergo Christus Rex & Sacerdos. Vnde Angelus Luc. 2. Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, &c. Et vere ipse est singulariter Christus { quia alij vnguntur oleo visibili, iste vero oleo in visibili, { spiritusancto, } & cęteris alijs abundantius. Psalm. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Ideo prę consortibus, quia vt dicitur supr. 3. Non ad mensuram dat ei Deus spiritum. Naturam autem in Christo confitetur diuinã patri æqualem. vnde dicit { filius Dei viui, &c. } nam ex hoc q̃ singulariter vocat eum filium Dei viui, veritatem filiationis annunciat. non autem est verus Dei filius, nisi sit patri connaturalis. vnde de Christo dicitur 1. Ioan. vltimo. Vt simus in vero filio eius Christo. hic est verus Deus, &c. Dispensationis autem mysterium confitetur cum dicit. { Qui in hunc mundum venisti, } scilicet carnem assumens. Simile confitetur Petrus. Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. infra. 16. Exiui a patre, & veni in mundum.

LECTIO V.

POstquam Euangelista præmisit conditiones sororũ quantum ad Martham. Hic describit eas quantum ad Mariam. Et primo describit vocationem Mariæ. Secundo occursum eius ad Christum ibi. { Illa vt audiuit. } Tertio eius deuotionẽ, quam exhibuit Christo ibi. { Maria ergo cum venisset, &c. } Vocatur autem Maria per Martham, quæ consolata & instructa per Christum nolens sororem suam esse tantę consolationis expertam. { Cum dixisset, } verba prædicta cum domino { abijt } statim. { & vocauit Mariam, &c. } Vbi q̃dem duo dubitanda occurrunt, primo de hoc quod dicit { silentio. } quam silentium nihil aliud est quàm priuatio locutionis vel soni. Non ergo eam silentio vocare potuisset. Responsio: dicendum ſm Aug. quòd silentium suppressam vocem nuncupauit: quasi dicat, vocauit eam submisse: ſm illud Eccles. 9. Verba sapiẽtum audiuntur in silentio. Ideo autem eam silenter vocat: quia multitudo Iudęorum erat cum ea vt dictum est, & forte erant inter eos aliqui qui non diligerent Christum, qui vel recederẽt, vel hoc audito Mariã non sequerentur. Mystice autem per hoc datur intelligi, quòd ad Christum quis vocat exteriori voce tãtum, sed efficacius silenter. vnde dicitur Isa. 30. In silentio & spe erit fortitudo vestra. Secundo dubitatur de hoc quod dicit { Magister adest, & vocat te. } Videtur falsum dixisse. Non. n. dixit dominus Marthæ, q̃ vocaret Mariam. Responsio dicit Aug. quòd Euangelista causã breuitatis dat intelligere quod in sua narratione intermiserat. Nam forte dominus dixit Marthę, q̃ eam vocaret. Alij autem dicunt quòd Martha ipsam præsentiam, vocationem reputauit, quasi diceret. Inexcusabile est, vt eo præsente tu non exeas obuiam ipsi. Consequenter cum dicit.

Ponitur

b POnitur occursus Mariæ. Et circa hoc duo facit. Primo ponitur promptitudo Mariæ ad occurrendum. Secũdo locus in quo ei occurrit, ibi { Nondum enim. } Tertio comitiua, quæ eam sequitur, ibi { Iudæi ergo qui erant, &c. } Promptitudo autẽ Mariæ ad occurrendum describitur, quia nõ distulit propter luctũ: nõ tardauit propter astantes: sed statim { vt audiuit, surrexit cito. } de domo in qua erat. { & venit ad eũ. } scilicet Iesũ. Ex quo pater, quòd non illã præuenisset Martha, si ei a principio notus fuisset aduentus Iesu. Datur etiã per hoc nobis exemplũ non tardandi, cũ vocamur ad Christum. Eccle. 5. Ne tardes cõuerti ad dominũ, &c.

b Illa vt audiuit, surrexit cito, & venit ad eum.

c Nondum enim venerat Iesus in castellũ: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha.

d Iudæi ergo qui erãt cum ea in domo, & consolabãtur eam: cum vidissent Mariam, quia cito surrexit, & exiit: secuti sunt eam, dicẽtes. Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.

Isaiæ 50. Audiam eum quasi magistrum. Locus autem vbi Maria Christo occurrit, est idem illi, vbi Martha cum Christo locuta fuerat. Vnde dicit.

c QVod ideo ponit Euangelista, ne credatur superfluus occursus Mariæ, cũ Christus potuerit adeo cito in castellum venire: sicut & Martha. Ideo autem Christus in illo loco remansit, vt non videatur seipsum ingerere miraculo: sed dum rogatus & inductus miraculum operatur, confiteatur ipsum mortuum esse, & miraculum nullam calumniam patiatur. Datur etiã per hoc intelligi, q̃ cum volumus Christo frui, eum venientem anticipemus, non expectantes, quòd ipse nobis condescendat: sed vt ipsi potius condescendamus ad eum. Hiere. 15. Ipsi cõuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos. Comitiua autẽ quæ sequitur Mariam, describitur cum dicit.

d CAusam autem quare eam sequebantur. ponit dicens { Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. }. Credebant enim q̃ ex impetu dolotis hoc faceret. Non enim audierãt verba, quæ Martha dixerat Mariæ. In quo quidem Iudęi commendandi sunt, quia vt dicitur Eccl. 7. Non desis plorantibus in consolationem. Nihilominus diuina prouidentia factum est, vt eã sequerentur, vt cum plures essent ibi, cũ Lazarus suscitatus esset, tam grande miraculum quatriduani resurgẽtis testes plurimos inueniret, vt dicit Augustinus. Consequenter cum dicit.

e COmmendatur deuotio Mariæ ad Iesum. Et primo deuotio quam exhibuit facto. Secundo deuotio, quam exhibuit verbo, ibi { Domine, si fuisses hic. } Circa primum nota in Maria securitatem & humilitatem. Securitatem quidem, quia contra mandatum principum quòd nullus confiteretur Christum, non verecundatur turbam, nec suspitionem Iudęorum de Christo vereturcum aliqui inimicorum Christi interessent, ad Christũ currit. Prouerb. 28. Iustus quasi leo confidens, &c. Humilitatem autem, quia { cecidit ad pedes eius } quod nõ de Martha legitur. 1. Petri. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, &c. Psalm. 131. Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Verbo autem deuotionem exhibuit, cum dixit ei.

e Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius.

f Et dixit ei: Dñe si fuisses hic, non esset mortuus frater meus!

g Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudęos qui venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu, & turbauit seipsum.

h Et dixit: Vbi posuistis eum? Dicũt ei. Domine: veni, & vide.

f CRedebat enim esse vitam, & vbi ipse esset, mors locum nõ haberet. 1. Cor. 6. Non est cõuentio lucis ad tenebras. q. d. Dum nobiscum præsens fuisti, vt Augustinus dicit, non morbus, non infirmitas aliqua apparere ausa est, apud quas vita nouerat hospitari. O infidelis conuentio, te adhuc posito in sęculo Lazarus amicus tuus mortuus est. Si amicus moritur, inimicus quid parietur? Consequenter cum dicit.

g POnuntur ea, quæ pertinent ad affectum Christi. Christus enim non responder eadem Mariæ, quæ respõdit Marthæ: sed propter astantem turbam nihil loquitur, factis demonstrans suam virtutem. Primo ergo ponitur affectus Christi ostensus Mariæ. Secundo subditur disceptatio de Christi affectu, ibi { Dixerunt ergo Iudæi. Ecce. } Circa primum tria facit. Primo ponitur affectus Christi quem corde habuit. Secundo, quomodo eũ verbis expressit, ibi { Et dixit, vbi, &c. } Tertio, quomodo eum lachrymis demõstrauit, ibi { Et lachrymatus est. } Dicit ergo quantum ad primũ { Iesus ergo vt vidit eam plorantem. } Vbi notandum est, Christum verum Deum esse, & verũ hominem. & ideo vbique ferè in factis suis mixta leguntur humana diuinis, & diuina humanis, & si quandoq; ponitur aliquid humanũ de Christo, statim additur aliquid diuinum. Nihil enim infirmius de Christo legimus, q̃ eius passionem, & tñ eo in cruce pendente, diuina facta patent, q̃ Sol obscuratur, petræ scinduntur, corpora sanctorũ, qui dormierant resurgunt. In natiuitate etiã & eo iacẽte in præsepio, sydus de cœlo fulget, angelus laudes cecinit, Magi & Reges munera offerunt. Simile autem habemus in hoc loco: nam Christus ſm humanitatis affectum aliquid infirmũ paritur, turbarionem quandam de morte Lazari concipiens. vnde dicit { Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum. } Circa quã quidem turbationem, primo quidem attende pietatem. Secũdo, discretionem. Tertio, potestatem. Pietatem quidem ex causa, quæ est iusta. Tunc enim iuste turbatur, si ex aliorũ tristitia & malo turbetur. Et quantum ad hoc dicit { Vt vidit eam plorantem. } Roma. 12. Gaudere cũ gaudentibus, & flere cũ flentibus. Discretionem autem, quia secundũ iudiciũ rationis turbatur. vnde dicit { Fremuit spiritu. } quasi iudiciũ rationis seruans. In turbatione enim spiritus dicitur mens vel ratio: ſm illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Quandoq; autem contingit q̃ huiusmodi passiones sensitiuæ partis, nec seruant moderamen rationis, quin potius magis ipsam perturbant, quòd quidem in ipso non fuit: quia { infremuit spiritu. } Sed quid significat fremitus Christi? Videtur quòd significet iram. Prouer. 19. Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis. Item videtur, quòd significet indignationem: secundum illud Psal. 111. Dentibus suis fremet & tabescet. Responsio, dicendũ quòd hic fremitus in Christo, iram quandam. & indignationem cordis significat, omnis autem ira & indignatio ex aliquo dolore, & tristitia causatur. Duo autem hic suberant. Vnum de quo Christus turbatur, quod erat mors hominis inflicta propter peccatum. Aliud autem de quo indignabatur, erat sæuitia mortis & diaboli. Vnde, sicut quando aliquis vult repellere hostem, dolet de malis illatis ab ipso, & indignatur ad animaduertendum in eum, ita & Christus doluit & indignatus est. Potestatem autem; quia ipse suo imperio turbauit semetipsum. Nam huiusmodi quidem passiones aliquando insurgunt ex causa indebita, sicut cũ aliquis de malis gaudet, & de bonis tristatur. Pro. 1. Qui lætantur cũ malefecerint, &c. Et hoc non fuit in Christo. Vnde dicit { Vt vidit eam plorantem, &c. } Aliquando insurgunt ex aliqua causa bona, non tamen ratione moderantur. Et propter hoc dicit { infremuit spiritu. } Aliquãdo autem & si moderentur ab aliquo, præueniunt rũ iudicium rationis: cuiusmodi sunt subiti motus. Quod quidẽ in Christo nõ fuit: quia omnis motus appetitus sensitiui fuit in eo ſm medũ, & imperium rationis. & ideo dicit { turbauit semetipsum. }. q. d. iudicio rationis hanc sibi tristitiam assumpsit. Sed contra est qd̃ dicitur Isa. 41. Non erit tristis, neque turbulentus. Responsio: dicendum, quòd hoc intelligitur de tristitia præueniente & immoderata. Voluit etiam Christus se turbare & tristari ex triplici causa. Primo quidem ad probandum conditionem & veritatem humanę naturæ. Secundo, vt dum tristatur & cohibet seipsum, doceat modum seruandum esse in tristitiis. Stoici enim dixerunt quòd nullus sapiens tristatur. Sed valde inhumanum esse videtur, quòd aliquis de morte alicuius non tristetur. Aliqui autem sunt, qui in tristitiis de malo amicorum, nimis excedũt. Sed dominus tristari voluit, vt significet tibi, quòd aliquando debeas contristari, quod est contra Stoicos. Et modum in tristitia tenuit, quod est contra secundos. Vnde Apostolus primæ Thesalo. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri qui spem non habent. Ecclesiast. 32. Super mortuum plora, quia defecit lux eius. Et postea subdit. Modicum plora, &c. Tertia ratio est, vt insinuet quòd nos pro mortuis corporaliter tristari & plorare debemus: secundum illud Psal. 37. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Consequenter Dominus affectum sui cordis verbis demonstrat. Vnde dicit.

h SEd contra. Numquid Dominus locum vbi positus erat ignorabat? Videtur quòd non. Nam sicut virtute diuinitatis absens sciuit mortem eius, ita sciuit etiam locum sepulchri. Quare ergo quęrit, ex quo sciuit? Respõsio. dicendum, quòd non vt ignorans interrogat, sed dum à populo sibi sepulchrum ostenditur, vult eos confiteri Lazarum mortuum & sepultum. Et fic miraculum ab omnium suspitione eripiat. Sunt ad hoc etiã duæ rationes mysticæ. Vna est: quia qui interrogat, videtur nescire ea de quibus interrogat. Per Lazarum autem in monumento signantur mortui in peccatis. Ostendit ergo Dominus se ignorare locum Lazari, dans per hoc intelligere, quòd quasi nesciat peccatores secundum illud. Mat. 7. Nõ noui vos. & Gen. 3. Adã vbi es? Alia ratio est, quia q̃ aliquis peccato resurgant ad statum iustitiæ diuinæ, est ex profundo prædestinationis diuinæ; qd̃ qui-

dem profundũ homines ignorant. Rom. 11. Quis cognouit sẽsum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Et Hiere. 23. Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit, &c. & ideo Dominus hoc innuens, ad modum nesciẽtis ipse habuit, cum & ipsi hoc nesciant. Sic ergo ponitur Domini interrogatio. Et sequitur populi responsio. Vnde dicit.

{Dicunt ei, Domine veni & vide.} {Veni} miserando, {vide} cõsiderãdo. Psal. 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum, &c. Consequẽter Domin' affectũ suũ lachrymis demonstrat. Vñ subdit.

Quæ quidẽ lachrymæ non erant ex necessitate: sed ex pietate, & causa. Fons enim pietatis erat. & ideo flebat, vt ostendat non esse reprehensibile si aliquis ploret ex pietate. Ecclesiastic. 8. Fili, super mortuum produc lachrymas. Fleuit ex causa, vt doceret hominẽ propter peccatum fletibus indigere, secundum illud. Psal. 6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ.

k Ponit ergo Euangelista disceptationem de affectu Christi. Et Primo inducit quosdam admirantes Christi affectum. Secundo quosdam in dubium reuocantes miraculum prius factum, ibi. {Quidam autem ex ipsis, &c. Admirantes autem miraculum Christi inducit Euangelista per modum conclusionis, cum dicit, {Dixerunt ergo Iudæi,} ostensis, scilicet signis affectus Christi, tam verbis, quam lachrymis. {Ecce quomodo amabat eum.} Nam amor maxime in tristitijs hominum manifestatur. Eccl. 4. In tristitia amicus cognitus est. Mystice autem p hoc datur intelligi, quòd Deus homines etiam in peccatis amat: nisi enim eos amasset, non vtique diceret. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Mat. 6. vnde Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.

l Vertentes autem in dubium miraculum factum, erant ex inuidis Iesu. Vnde dicit. {Quidam autem ex ipsis,} scilicet Iudæis {dixerunt. Non potuit hic, &c.} q.d. Si sic amabat eũ, vt etiam pro eius morte lachrymaretur, videtur quòd voluisset eum non mori. Nam tristitia est de his quæ nobis non volentibus acciderunt. Si ergo eo nolente mortuus est, videtur quòd non potuit mortem impedire, multo magis videtur, quòd non potuerit aperire oculos cæci nati. Vel dicendum, quòd hoc dixerunt admirando, eo modo loquendi, quo Elisæus dixit. 4. Regum 2. vbi est Deus Eliæ etiam nunc. Et Dauid in Psal. 88. Vbi sunt misericordiæ tuę antiquæ Domine.

LECTIO VI.

Postquàm autem Euangelista posuit quędam præambula ad suscitationem. hic consequenter agit de ipsa suscitatione. Circa quam quatuor agit. Primo de Christi ad monumentum peruenione. Secundo de lapidis sublatione, ibi. {Erat autẽ spelunca, &c.} Tertio de Christi oratione, ibi. {Iesus autem eleuatis, &c. Quarto de mortui resuscitatione, ibi. {Hęc cum dixisset, voce magna, &c.} Dixit ergo quantum ad primum. {Iesus ergo, rursum fremens in semetipso venit ad monumentum.} Studiose autem Euangelista frequẽter dicit, quòd lachrymatus est, & quòd infremuit vt Chrysostomus dicit, quia in futuro ostensurus erat suæ diuinitatis potestatem. Ne ergo dubites de veritate suæ humanitatis, infirmiora & humiliora nostrę naturæ de Christo asserit. Et sicut Ioannes cæteris Euangelistis expressius diuinam naturam & potestatem ostendit, ita etiam quędam infirmiora de eo loquitur, sicut quòd lachrymatus est, quòd infremuit, & huiusmodi, quę maxime affectum in Christo demonstrant humanæ naturæ. Mystice aũt infremuit, vt detur intelligere eos qui à peccatis resurgunt, in cõtinuo debere persistere luctu: ẽm illud. Psal. 37. Tota die contristatus ingrediebar. Vel dicendum, q̃ supra infremuit spiritu, propter mortem Lazari. Hic autẽ rursum in semetipso, propter infidelitatem Iudæorum. Vñ Euangelista prẽmiserat dubietatem miraculi, dicentium. {Non potuit hic qui aperuit oculos, &c.} Qui quidem fremitus fuit ex compassione & miseratione ad Iudæos, Matth. 14. Videns Iesus turbas, misertus est, &c.

b Hic agitur de lapidis sublatione. Vbi quatuor facit. Primo describit lapidem. Secundo subdit mandatum Christi de lapide submouendo. Tertio addit disceptationẽ de lapidis amotione. Quarto insinuat mandati impletionem. Lapis autem describitur superpositus monumento, vnde dicit. {Erat autem spe-

i Et lachrymatus est Iesus.

k Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

l Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?



LECTIO VI.

G Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum.

b Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus. Tollite lapidem: dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Dixit ei Iesus. Nonne dixi tibi: quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem.

nit ad monumentum.

lunca, & lapis superpositus erat ei.} Sciendum est enim, quòd in partibus illis cauernas quasdam in modum speluncæ habent ad hominum sepulturas, vbi possunt plura mortuorũ corpora ponere diuersis temporibus, & ideo habent foramen quoddã, quod de lapide claudunt & aperiunt, quando est necesse. et ideo dicitur hic, q̃ lapis erat superpositus ei, scilicet ostio speluncæ. Simile habet. Gen. 23. vbi Abraham emit agrum & speluncam ad sepeliendum Sarã vxorem suam. Mystice autem per speluncam intelligitur profunditas peccatorũ. De quo habetur in Psal. 68. Infixus sum in limo pfundi, &c. Per lapidem superpositum intelligitur lex, quæ in lapide scripta est, & peccatum nõ tollebat, sed tenebat eos in peccato, quia ex hoc grauius peccabant, quòd contra legem faciebant. vnde dicitur Rom. 11. Conclusit scriptura omnia sub peccato. Mandatum Christi de lapide submouendo ponit, dicens. {Ait Iesus. Tollite lapidem.} Sed quæritur, cum maius sit suscitare mortuum, quàm remouere lapidẽ, quare nõ etiam simul cũ hac sua virtute lapidem sustulit? Ad quod respondet Chryso. quòd hoc factum est ad maiorẽ certitudinem miraculi: vt scilicet eos testes faciat miraculi, & vt nõ dicat quod in cæco dixerunt. Non est hic, qui mortuus fuit. Mystice ẽm Aug. remotio lapidis signat amotionem ponderis legalium obseruantiarum a fidelibus Christi, ex gentibus ad Ecclesiam venientibus, quòd eis aliqui imponere volebant. Vnde dicit beatus Iacobus in Act. 15. Visum est spiritui sancto & nobis, &c. Et Petrus dicit eodẽ. Cur tentatis imponere iugũ super ceruices, &c. De hoc ergo dicit Dñs. {Tollite lapidem,} idest, legis pondus & gratiam prædicate. Vel per lapidem significat eos qui in Ecclesia corrupte viuunt, & offensioni sunt, credere volentibus dũ eos a cõuersione retrahũt, de quo lapide in Psal. 90. Ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Quę quidem Dñs præcipit vt remoueat. Isa. 51. Auferte offendicula, &c. Disceptatio aũt ponitur ex parte Marthę. Et primo ponunt verba Marthæ disceptantis. Secũdo verba Chri respondentis. Verba quidẽ Marthæ ponit dicẽs. {Dixit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Dñe iam fœtet, &c. Quod quidẽ ad literã factum est ad ostensionẽ veritatis miraculi, quasi iã per putrefactionẽ incipientes membra resolui. Mystice autem de illo qui peccata consuetudinis iam fœtet, } scilicet per pessimam famã, cuius odor deterrimus per peccatũ consurgit. Nam sicut ex bonis operibus fragrat odor bonus, secundum quod dicit Apostolus primę Corinthio. 1. Christi bonus odor sumus, &c. Ita ex malis operibus fœtor, & malus odor euaporat, qui etiam recte quatriduanus dicitur: quasi pressus pondere terrenorum peccatorũ, & cupiditatũ carnalium. Terra. n. est vltimum de quatuor elementis. Ioel. 2. Ascẽdet fœtor ei, &c. Illi aũt Christus respondit dicens. {Nonne dixi tibi, &c.} Vbi Dñs videtur Martham arguere, quòd non memor erat eius, qd̃ Christus ei dixerat. Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. nã Martha diffidebat an Christus posset resuscitare mortuum quatriduanum. Licet enim aliquos recenter mortuos suscitasset, im possibile tamen hoc de fratre credebat, ob dierum diuturnitatẽ, & ideo Dominus dixit ei. {Nonne dixi tibi. Si credideris, videbis gloriam Dei,} idest, suscitationẽ fratris tui p quã Deus glorificabitur. Sed cum supra Dominus hoc miraculũ Apostolis dixerit futurum ad gloriam suam, inquiens. Vt glorificetur filius Dei per eam, scilicet per mortẽ, hic tamen dicit Marthę hoc miraculũ futurũ ad gloriã Dei, & hoc ideo, quia eadẽ est gloria patris & filij, & spiritus sancti. ideo autem non expressit hic gloriam filijnę turbaret astantes Iudęos, ad contradictionem promptos. Innuitur autem in his domini verbis duplex fructus fidei nostræ. Primum est miraculorũ operatio, quæ debetur fidei. Matthæi 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c. Vnde & Apostolus 1. Corinth. 13. Si habuero fidem, ita vt montes transferam. Et Matthęi vlti, dicitur. Illi autem prædicauerunt vbiq; domino, co operante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. quæ quidem miraculorum operatio est ad gloriam Dei. & ideo dicit {Si credideris, videbis gloriam Dei.} Secundus fructus est, visio æternæ gloriæ, quæ debetur fidei pro præmio. vnde dicit {Videbis gloriam Dei.} Isaiæ 28. Secundum aliam literam. Si non credideritis, non intelligetis 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum, & in enigmate per fidem, tunc autem facie ad faciem. Implętionem mandati ponit inferens. {Tulerunt ergo lapidem.} Vbi considerãdum est, secundũ Origenem, quòd

quòd mora tollendi lapidem ad iacentem, ex sorore defuncti causata est, & ideo tamdiu resuscitatio fratris dilata est, quamdiu Christum per verba detinuit: sed statim cum Christi mandatũ obediendo exequitur, frater resuscitatur. vt per hoc discamus nihil interponere inter iussa Iesu, & ipsorũ executionem, si cupimus quòd statim ipsa iuris sequatur effectẽ. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi.

c Hic agit de Christi oratione in qua gratias agit. Circa quam Euangelista quatuor ponit. Primo ponit orandi modum. Secũdo orationis efficaciam, Tertio excludit orandi necessitatem. Quarto subiungit orationis vtilitatem. Modum autem orandi ponit congruentem. quia {eleuatis sursum oculis}. i. intelligentiam suam erexit, adducens illam per orationem ad excelsum patrem. Nobis aũt, si ad exemplum orationis Christi orare volumus, necesse est leuare oculos mentis nostræ ad eum, remouendo illos a præsentibus rebus, memoria, cogitationibus & intentionibus. Leuamus etiam oculos ad Deum, qñ non confidentes de meritis nostris, de sola Dei misericordia speramus: secundum illud Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos, q̃ habitas in cœlis. Et sicut oculi ancillæ, &c. Thren. 3. Leuemus corda nostra, &c. Oris autem efficaciam ponit, cum dicit {Pater gratias ago tibi, qñ audisti me.} In quo argumentum habemus, q̃ Deus facilis est ad largiendum, ẽm illud Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dñs. Vt sit desiderium etiam ante quàm proferat verba exaudiat. Isa. 13. Ad vocẽ clamoris tui, &c. Et 60. Adhuc illis loquẽtibus: dicam, ecce adsum. Multo ergo magis expedit arbitrari de domino saluatore, q̃ Deus pater præueniens eius orationem, eum exaudierit. nã lachrymæ, quas Christus pro morte Lazari fuderat, vicem orationis habuerunt. Per hoc autem quòd in principio orationis gratias agit, datur nobis exemplum, q̃ cũ orare volumus antequàm futura petamus, pro perceptis beneficiis Deo gratias referamus. 1. Thimo. vlti. In omnibus gratias agite. quod autem dicit {Quoniam audisti me.} si exponatur de Christo secundum q̃ homo, non habet difficultatem: sic enim Christus minor patre erat, & secundum hoc cõpetit sibi orare patrẽ, & exaudiri ab eo: si vero, vt Chrysostomus vult, exponatur de Christo: secundum q̃ Deus, tunc verbũ difficultatem habet. nam secundum hoc ei orare nõ conuenit nec exaudiri: sed potius aliorum orationes exaudire. Et ideo dicendum, q̃ tunc aliquis auditur, quando voluntas eius impletur. Voluntas autẽ patris semper impletur. quia vt dicitur in Psal. 112. Omnia quæcumq; voluit dominus fecit. Cum ergo eadẽ sit voluntas patris & filij, quandocumq; pater implet voluntatẽ suã, implet voluntatem filij. Dicit ergo filius secundum quod verbum {Quoniã audisti me.} idest, fecisti quæ erant in verbo tuo, vt fierent. Dixit enim, & perfecta sunt. Necessitatem autem orandi excludit dicens. {Ego autem sciebam, quoniam semper me audis, &c.} Vbi quasi obumbrate dñs suam diuinitatem ostendit, quasi diceret. Ad hoc vt fiat voluntas mea, non indigeo oratione, quia ab æterno voluntas mea impleta est. Hebr. 5. In omnibus exauditus est pro sua re. nam {ego sciebam.} scilicet certitudinaliter {quoniam semper me} verbum {audis.} quia quicquid facis, in me est, vt fiat. Item {me hominem semper audis.} quia voluntas mea semper est conformis voluntati tuæ. {Sed propter populum qui circumstat, vt credant, &c.} In quo datur intelligi, q̃ multa fecit & dixit propter vtilitatem aliorum, infra. 13. Exemplum dedi vobis, &c. Nam omnis Christi actio, nostra est instructio. Voluit autem Christus specialiter per istam orationem demonstrare, se non esse alienum a patre: sed recognoscebat eum, vt suum principium. et ideo subdit {Vt credant, quia tu me misisti,} infra 16. Hæc est vita æterna, &c. Galat. 4. Misit Deus filium suum. &c. Et in hoc ponitur orationis vtilitas.

d Hic agitur de suscitatione Lazari. Et circa hoc tria facit. Primo ponitur vox excitantis. Secundo vocis effectus, ibi. {Et statim prodiit, &c.} Tertio mãdatum de solutione excitati, ibi {Dicit eis Iesus. Soluite, &c.} Vox autem excitantis ponitur magna. vnde dicit {Hæc cum dixisset,} scilicet Iesus {Voce magna clamauit.} Et hoc ad literam, vt destrueret errorem Gentilium: & quorumdam Iudęorum, dicentium animas mortuorum commorari in tumulis cum corporibus. & ideo {clamat} quasi animam ex longinquo euocans in tumulo non existentem. vel dicendum, & melius quòd vox Christi magna dicitur, propter virtutis eius magnitudinem. nam tãta virtus eius fuit, quòd suscitauit Lazarum quatriduanum a morte, quomodo ex citaretur dormiens a somno. Psal. 67. Dedit voci suæ, vocem vir-

A tutis. Vox etiam ista magna, repræsentatiua est illius magnæ vocis: quę erit in communi resurrectione, per quam omnes de monumentis resuscitabuntur. Matth. 25. Media nocte clamor factus est, &c. Clamat inquam, dicens {Lazare veni foras.} Quem ideo ex proprio nomine vocat: quia tanta erat virtus vocis eius, quòd

c Iesus autem, eleuatis sursum oculis, dixit. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebã, quia semper me audis: sed propter populũ qui circumstat dixi, vt credant quia tu me misisti.

d Hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras.

e Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies eius sudario erat ligata.

f Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire.

B calypsis. 18. Exire de illa populus meus. Item, de occultatione eius, per confessionem ipsum peccatum manifestando. Iob 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum. Consequenter cum dicit.

e Ponitur vocis effectus. Et primo ponitur mortui resurrectio. Secũdo, resurgentis mortui dispositio. Resurrectio quidem mortui fuit festina ad domini imperium. vnde dicit. {& statim prodiit qui fuerat mortuus.} Tanta enim erat virtus vocis Christi, vt absque tẽporis dilatione vitam conferret. Sicut erit in resurrectione cõmuni: quando in ictu oculi, mortui audiẽtes tubam canentem. Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. vt dicitur. 1. Cor. 15. Iam enim anticipatur officium Christi, qd̃ dicitur supr. 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui qui in monumentis sunt, audient vocem filii, & qui audierint viuent, &c. Sic ergo impletum est, quod dixerat dominus. Vado, vt excitem eum. Quantum autem ad dispositionem resurgentis, dicit {ligatus.} idest, habens ligatas {manus & pedes institis.} idest, fasciis: quibus antiqui mortuos inuoluebant {& facies eius sudario erat ligata.} Ne scilicet horrorem faceret. Ideo autem ligatũ: & coopertum resurgere iussit, vt miraculum magis approbaretur. Consequenter cum dicit.

f Mandat vt soluatur. Cuius quidẽ ratio est, vt ipsimet qui solueret fidentiores testes essent miraculi, & eius quod fit tenaciorem memoriam haberent. Similiter etiam dum eum tangunt, & sibi appropinquant, videant quòd vere est ille. Ideo autem addit {& sinite abire} vt ostendat miraculum non esse fantasticum. Aliqui enim Magi visi sunt aliquando mortuos suscitasse: nõ tamẽ ad hoc eos perducere potuerunt, vt pristina officia exequerentur, & hoc quidem erat, quia eorum resuscitatio fantastica tantum erat, & non vera. Sciendum est autem, quòd hoc totum quod dicitur {& statim prodiit,} mystice exponitur ab Augustino, & hoc dupliciter, secundum duplicem modum prodeundi. Prodit namque peccator, quando exit pœnitendo a consuetudine peccati ad statum iustitiæ. 2. Corinth. 6. Exite de medio, &c. qui tamen habet manus ligatas institis, idest carnalibus concupiscentijs, quia adhuc in corpore constituti: alieni à molestijs esse non possunt, etiam à peccatis surgentes. vnde Apostolus dicit. Rom. 7. Ego ipse mẽte seruio legi Dei, &c. Quòd autem facies eius sudario tecta erat, hoc est, quòd in hac vita plenam cognitionem Dei habere non possumus. 1. Corinth. 14. Videmus nunc per speculum in enigmate, &c. & ideo soluere eum iubet, & abire: quia post hanc vitam auferentur à peccato surgentibus omnia velamina, vt Deum facie ad faciem contemplentur (jvt dicitur. 1. Corinth. 15, Tunc enim soluetur corruptibilitas corporis, quæ est quasi quoddam vinculum ligans & aggrauans animam ab omni huiusmodi, plena & clara contemplatione. Isa. 52. Solue vincula colli tui, &c. Sic ergo apparet vnus modus spiritualiter prodeundi, qui ponitur ab Augustino libr. 83. Quęst. Alius modus prodeundi est per confessionem: de quo dicitur. Prouerbior. 18. Qui abscondit scelera sua, &c. Sic enim prodire, est ab occultis exeundo, per confessionem manifestari, sed vt confitearis, Deus facit vocẽ, idest, gratia magna vocando. Mortuus autem procedẽs adhuc ligatus, est confitens adhuc reus. Vt autem soluentur peccata eius, ministris mandatur, vt soluant eum, & sinant abire. Nam quem Christus per seipsum interiꝰ viuificat, discipuli soluũt, quia ministerio sacerdotum viuificati absoluũtur. Mat. 16. Quæcũque solueris super terram, &c. Dicunt aũt quidam hoc ministerium prosequentes, q̃ sicut Christus Lazarum per seipsum viuificauit, viuificatũ à discipulis absoluendum mandauit, ita Deus interius viuificat animam per gratiam, remittendo culpam, & absoluendo a reatu pœnę æternæ. Sed sacerdotes virtute clauiũ absoluunt a parte pœnæ temporalis. Sed hæc positio nimis parum attribuit Ecclesiæ clauibus. Hoc est. n. proprium sacramentorum nouæ legis, quòd in eis gratia conferat. Sacramenta autem in dispensatione minis-

ſtrorum conſiſtunt. vnde in ſacramento pœnitentię contritio, & confeſſio ſe tenent materialiter, ex parte ſuſpicientis ſacramentum. Vis autem cauſatiua ſacramenti eſt in abſolutione ſacerdotis, ex virtute clauium, per quas effectum Dominicæ paſſionis quodammodo applicat ad eum quem abſoluit, vt remiſſionem

F

LECTIO VII.

Vlti ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Ieſus, crediderũt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſęos, & dixerunt eis, quæ fecit Ieſus.

G

b Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi conciliũ, & dicebãt.

c Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit.

d Si dimittimus eũ ſic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.

e Vnus autem ex ipſis Cayphas nomine: cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis.

conſequatur. Si ergo ſacerdos non abſoluere nisi ſolũ a pœna, ſacramentũ pœnitentię nõ eſſet gratiæ collatiuum, per quã culpa remittitur, & per conſequens non eſſet ſacramẽtum nouæ legis. Eſt ergo dicendũ, quòd ſicut in ſacramẽto baptiſmi ſacerdos verba proferens, & exterius abluẽs, miniſteriũ baptiſmi exhibet, Chriſto interius baptizante, ita ſacerdos exterius virtute clauium miniſterium abſolutionis impẽdit, Chriſto per gratiã culpam remittente. Sed hoc dubium facere videtur, quòd ad baptiſmum plerumque accedunt pueri, non ante baptiſmum iuſtificati, qui in baptiſmo remiſſionis gratiam conſequuntur. Sed ad abſolutionem conſequendam accedunt adulti plerumque ante per contritionem, peccatorum remiſſionem conſecuti, vt ſic ſequẽs abſolutio nihil facere videatur ad peccatorum remiſſionem. Sed ſiquis diligenter conſideret ex vtraque parte adultos accipiens, inuenietur omnimoda ſimilitudo. Cõtingit enim aliquos adultos, antequam actu ſacramentum baptiſmi conſequantur, habentes illud in voto, remiſſionem peccatorum conſequi baptiſmo flaminis baptizati, & tamen baptiſmus ſequens, quantum eſt de ſe, remiſſionem peccatorum operatur, licet in iſto cui iam ſunt remiſſa, hoc locum non habeat, ſed ſolum augmentum gratiæ conſequatur. Si quis autem adultus ante baptiſmum non perfecte fuiſſet diſpoſitus ad conſequendum remiſſionem peccatorum, in ipſo actu dum baptizatur, remiſſionem cõſequitur virtute baptiſmi, niſi ponat per fictionem obſtaculum ſpiritui ſancto. Et ſimiliter eſt dicendum in pœnitentia. Si quis enim ante abſolutionem ſacerdotis plene contritus fuerit, conſequitur remiſſionem peccatorum, eo quòd habet in voto, vt ſubiiciat ſe Eccleſiæ clauibus, ſine quo vera contritio non eſſet. Si autem ante non plena fuiſſet contritio ſufficiens ad remiſſionem. In ipſa abſolutione remiſſionem culpæ conſequitur, niſi ponat obſtaculum ſpiritui ſancto. Et ſimiliter eſt in Euchariſtia & extrema vnctione, & in aliis ſacramentis, &c.

LECTIO VII.

I

Oſtquam Euangeliſta poſuit Lazari mortem & eius reſurrectioõem. hic conſequenter ponit effectum reſurrectionis. Et primo ponit effectum eius in turba, ſecũdo ponit effectum eius in principibus, ibi. {Collegẽrunt ergo Pontifices, &c.} Circa primum duo facit. Primo inducit quoſdam credentes, dicẽs. {Multi ergo ex Iudęis, qui venerant ad Mariam, & Martham ad eas conſolandas, & viderant, quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum.} Nec mirum, quia tale miraculum non eſt auditum a ſeculo, quòd ſcilicet mortuus quatriduanus in monumento reſuſcitaretur ad vitam. Similiter etiam Dominus dicit miraculum iſtud ſe facturum propter populum, qui circumſtabat, vt ſcilicet credant in eum. & ideo verbũ iſtud nõ iuit incaſũ, ſed ex miraculo viſo multi crediderũt. 1. Cor. 1. Iudęi ſigna quærunt. Secundo inducit quoſdam denunciantes, dicens. {Quidam autem ex ipſis venerunt ad Phariſæos, &c.} Quod quidem poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd dixerunt ea quæ Ieſus fecit principibus ſacerdotum, vt mitigarẽt eos aduerſus Ieſum, & vt cõfutarent eos de hoc, quòd aduerſus Ieſum, qui tam mira faciebat, machinarentur. Alio modo & melius, quia hoc dixerunt, vt concitarent eos contra Chriſtũ. Nam infideles erant, & de miraculo ſcandalizabantur. Et hoc patet ex ipſo modo loquendi. nam cum dixerat. {Multi ergo ex Iudęis, &c.} Subiungit quaſi aduerſantem, dicẽs. {Quidam autem ex ipſis, &c.} Hi ſunt de quibus dicitur, infra 12. quòd cum tanta ſigna feciſſet Ieſus coram eis, non crediderunt in eum. Dilexerunt enim, &c. Conſequenter cum dicit.

K

b Ponit Euangeliſta effectum miraculi in principibus. Et primo ponit malitiam, quam contra Chriſtũ excogitauerunt. Secundo oſtendit quomodo Chriſtus eam declinauit, ibi. {Ieſus ergo iam non in palam, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit conſilij congregationem. Secundo ſubdit congregatorũ dubitationem, ibi. {Et dicebant. Quid facimus? quia, &c.} Tertio aſſignat dubitationis determinationẽ, ibi. {Vnus aũt ex ipſis, &c.}

F Oſtenditur autem circa primum Pontificum nequitia ex tribus. Primo ex perſonarum conditione: quia non plebei, ſed Pontifices & Phariſæi. Pontifices autem, quia erant principes ſacrorum. Phariſæi vero, qui ſpeciem religionis habebant. Vt ſic impleat, quod dicitur Geneſ. penultimo. Symeon & Leui vaſa bellantia, &c. Nam de Symeone fuerunt adinuentores ſectę Phariſæorum. Pontifices autẽ manifeſtum eſt de tribu Leui fuiſſe 1. Eſd. 3. Manus principum: prima erat in tranſgreſſione hac. Secundo ex malitiæ deliberatione. Vnde dicit. {Collegerunt conſilium,} quod eſt factũ ad conſiliandũ. Genę. penultimo. In conſilium eorum non veniat anima mea. Pſal. 1. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, &c. Sed vt dicitur. Prouer. 1. Non eſt conſilium contra Dominum. Tertio ex praua intentione: quia aduerſus Ieſum, id eſt, ſaluatorem. Pſalm. 40. Aduerſum me loquebantur inimici mei, aduerſum me cogitabãt mala mihi. Hie. 1. Venite cogitemus contra, &c. Conſequenter cum dicit.

c Ponit ipſorum dubitationem. Et primo ponit dubitationis motiuum. Secundo dubitationis materiam, ibi. {Si dimittimus eum, &c.} Mouebant autem eos ad dubitandum miracula Chriſti. Vnde dicebant. {Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.} Cæci ſunt, adhuc eum hominem vocantes, cuius tãtam ſuſceperunt diuinitatis demonſtrationem. Nam vt ipſe dicit. ſupr. 5. Opera quę dedit mihi pater, vt faciam, ipſa teſtimonium perhibent de me. Sunt etiã non minus inſipientes, quàm cæci: quia dubitant quid eos facere oporteat, cum nihil aliud eis faciendum erat, quàm credere. ſupr. 6. Quod ſignum facis, vt credamus tibi? Sed ecce, quòd multa ſigna fecit, & adhuc dicunt {qa hic homo, &c.} Excæcauit enim eos malitia eorũ. Sapien. 2. Materia autem dubitationis fuit: quia timebant damna eos ſecutura. Et ponit duo quantum ad hoc. Primo amiſſionem principatus ſpiritualis. Et quantum ad hoc dicit.

H

d Quod quidem ſecundum rei veritatem optabile erat omnibus. Nam fides quę eſt ad Chriſtum, ſaluat & ad vitã æternam perducit. Infr. 20. Hęc ſcripta ſunt vt credatis, & vt credentes, vitã, &c. Sed quantum ad eorum prauam intentionẽ eis horrendum videbatur, cum crederent, nullum eorum qui crederet in Chriſtum, eis obedire. Vnde ex eorum ambitione ſeipſos & alios retrahunt a ſalute. Vnde dicitur in 3. Canon. Ioan. Is qui amat primatum gerere in eis dyotrepes, non recipit nos. Secundo ponit ambitionem poſſeſſionis temporalis, cum dicit. {& venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.} Quod videt ex hoc ſequi, ſm Aug. quia ſi omnes in Chriſtũ crederẽt, nemo remaneret, qui aduerſus Romanos tẽplũ Dei defenderet. quia deſererent ſanctũ templũ, & ſuas paternas leges, cõtra quas doctrinam Chriſti eſſe ſentiebant: ſed hoc non videtur multum ad propoſitũ pertinere, cum adhuc ſeruirent Romanis, nec excogitaſſent contra eos mouere bellum. & ideo melius videtur dicendum, ſecundum Chryſoſtomum, quòd ideo hoc dicebãt, qa videbant Chriſtum honorari a populo, tamquam Rex, & quia mandatum Romanorum erat, vt nullus niſi per eos Rex nominaretur, ideo timebãt, quòd ſi hoc audirent Romani, quòd Chriſtum haberent tanquam Regem, reputarent ipſos Iudæos rebelles, & venientes contra eos, deſtruerent ciuitatẽ, & gentẽ. inf. 19. Omnis qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Sed attende eorum miſeriam: quia nihil ſiment perdere, niſi temporalia, de vita æterna non cogitantes. Deuter. 23. Oculus Iacob ad terram, &c. Sed vt dicitur. Pro. 16. Quod timet impius, veniet ſuper eũ. Ideo Romani poſt paſſionem domini, & glorificationem, tulerunt eis & locum & gentem, expugnando & transferendo. Determinationem autem dubitationis ponit, cum dicit.

e Et primo ponitur determinatio. Secundo determinationis

f expoſitio, ibi. {Hoc a ſemetipſo, &c.} Tertio ſententiæ a cõgregatione acceptatio, ibi. {Ab illo ergo die, &c.} Circa primum duo facit. Primo deſcribit perſonam ſententiantis. Secundo, ponit verba ſententiæ, ibi. {Vos neſcitis quicquam, &c.} Perſona ſententians deſcribitur ex nomine, & ex dignitate. Ex nomine quidem, quia Cayphas, quod quidem nomen conueniẽs ſuæ malitiæ. Interpretatur enim primo inueſtigãs, quod atteſtatur ſuæ preſumptioni. Prouer. 25. Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria. Præſumpſit enim, cum dixit. Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chrs. Secundo, interpretãt ſagax, quod atteſtãt eius aſtutiæ, quia nititur mortẽ Chri procurare.

Tertio,

Tertio interpretatur ore vomẽs, quod atteſtatur eius ſtulticiæ. Prouer. 10. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum. Ex quibus autem deſcribitur, quia Pontifex anni illius. Circa quod ſciendum eſt, quòd vt habetur Leuit. 8. Dominus conſtituit vnum ſummum ſacerdotem, cui mortuo vnus ſuccederet, qui per totã vitam Pontificij officium exerceret. Poſtmodum autem creſcente ambitione, & contẽtione inter Iudęos, cõſtitutum eſt vt plures eſſent Pontifices, & ad omnes vicißim huiuſmodi dignitas prouenirẽt: & p annos ſingulos vicibus miniſtrarẽt. Et quãdoq; etiã hoc ſibi pecunia procurabant, vt Ioſephus de iſto narrat. Et ad hoc oſtendendum dicit {anni illius.} Conſequenter cum dicit.

A

f Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat.

g Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet Pontifex anni illius, Prophetauit: quia Ieſus moriturus erat pro gente.

h Et non tantum pro gente: ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum.

B

i Ab illo ergo die cogitauerũt, vt interficerent eum.

LECTIO VIII.

Ieſus ergo iam non in palam ambulat apud Iudæos: ſed abiit in regionem iuxta deſertum in ciuitatẽ, quę dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

C

Ponit verba determinantis, qui quidem primo exprobrat aliis ignauiam, dicens. {Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.} q.d. vos eſtis ignaui, & adhuc ſegnius rem attenditis. & ideo ſecundo ponit ſuam malitiam dicẽs. {Expedit vobis vt vnus moriatur homo, &c.} Quæ quidem verba alium intellectum habẽt ſecundum intentionem Cayphæ, & alium ſecundum expoſitionem Euangeliſtæ. Vt ergo primo exponatur ſecundum eius praua intentionem, ſciendum eſt, q vt dicitur Deut. 13. Mandatum eſt dñi, ſi fuerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat: & voluerit te a domino retrahere, Propheta ille, vt fictor ſomniorum interficiatur. Secundum hanc ergo legem credebat iſte, q Chriſtus auerteret populum a cultu Dei. Luc. 24. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram. & ideo dicebat iſte. {Vos neſcitis.} ſcilicet legem {nec cogitatis, quia expedit vobis, &c.} ſcilicet {vt vnus.} id eſt, iſte homo {moriatur, ne totus populus ſeducatur, q.d. Vnus hominis ſalutem pro cõmuni Republica oportet contemnere. vnde ſequitur Deut. 13. Et auferes malũ de medio populi tui. 1. Cor. 5. Auferte malũ ex vobis, &c. Sed aliter Euangeliſta exponit dicens.

D

g Vbi tria ponit. Primo horum verborum actorem. Secundo ipſorum rectum ſenſum, ibi {quia Ieſus moriturus, &c.} Tertio addit Euangeliſta ad verba Cayphæ, ibi. {Et non tantum pro gente, &c.} Circa primum ſciendum eſt, quia poſſet aliquis credere Cayphã inſtinctu proprio verba dicta protuliſſe. Euangeliſta hoc excludens dicit. {Hoc autem a ſemetipſo non dicit.} In quo datur intelligi, quòd aliquis aliquando a ſemetipſo loquitur, homo enim eſt illud, quod principale eſt in ipſo. Hoc autem eſt intellectus & rõ. vnde homo id quod eſt, per rationẽ eſt. quando ergo homo loquitur ex propria ratione, tunc loquitur a ſemetipſo: ſed quando loquitur ab aliquo ſuperiori & exteriori inſtinctu, non loquitur a ſemetipſo. Dupliciter tamen hoc cõtingit. quandoq; vt motus a ſpiritu diuino: ſecundum illud Mat. 10. Nõ enim, vos eſtis qui loquimini, &c. Quandoq; autẽ vt motus a ſpiritu maligno ſicut arreptitij. Et vtique aliquando dicuntur prophetare. quòd quidem moti a ſpiritu diuino Prophetent. dicit 2. Pet. 2. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati, &c. Quòd autem moti a ſpiritu maligno propheten, &c. Habetur Hiere. 29. Dedit te dominus ſacerdotem pro Ioiada ſacerdote, vt ſis dux in domo domini ſuper omnem virum arreptitium, & prophetantem. Sciendum eſt etiam, quòd aliquãdo loquitur aliquis inſtinctu ſpiritus ſancti, vel ſpiritus maligni, q tamẽ amittit vſum rationis & arripitur. Aliquando autem manet et liber vſus rationis: nec arripitur. nam quando ſuperabundant vires ſenſitiuæ ex ſuperiori impreſſione ligatur ratio, & mouetur & arreptus eſt. quia vero dęmon habet poteſtatem imprimendi in fantaſiam, cum ſit potentia affixa organo, poteſt in eam aliquando ſic imprimere, quòd ex impreſſionis abundantia ratio efficiatur quaſi ligata, non tamen quòd cogatur ad conſenſum, & tunc homo arripitur a ſpiritu maligno. Reſtat ergo quæſtio, An Cayphas verba iſta inſtinctu ſpiritus ſancti dixerit, vel maligni, & videtur, quòd non dixerit inſtinctu ſpiritus ſancti. nam ſpiritus ſanctus eſt ſpiritus veritatis, vt dicitur Hier. 15. Spiritus autem malignus eſt ſpiritus mendacij. 3. Reg. vlt. Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Conſtat autem, q Cayphas locutus fuerit mendacium, dicens. {Expedit vobis vt vnus moriatur.} Non ergo locutus eſt inſtinctu ſpiritus ſancti. vt videtur: ſed Prophetauit inſtinctu ſpiritus maligni arreptitij. hoc autem non videtur conſonare dictis euangelij. nam ſi ita eſſet, Ioannes non addidiſſet. {Cum eſſet Pontifex anni illius.} ideo ergo Cayphæ dignitatẽ addidit, vt inſinuaret eũ inſtinctu ſpiritũ ſancti fuiſſe locutũ. Ex quo datur nobis intelligi, q etiã malos in dignitate conſtitutos ſpiritu ſanctus mouet ad loq; end ã aliqua vera, & futura pro vtilitate dumtaxat ſubditorum. Ad illud ergo quod in cõtrarium dicitur, ſcilicet falſum eſſe, qd dixi. {Expedit vobis, vt vnus moriatur, &c.} Dupliciter reſpõderi põt. Vno modo, q mors Chriſti quantũ eſt de ſe, expediẽs fuit omnib⁹, etiã his qui eũ occiderunt. 1. Thi. 4. Qui eſt ſaluator omnium hominũ, &c. Heb. 2. Vt gratia Dei pro omnib⁹, &c. Alio mõ, vt dicatur. {Expedit vobis} id eſt, populo. Vnde Euãgeliſta vbi Cayphas dixit {vt moriatur pro vobis} ponit {pro gente.} Sed videtur ex verbis Euangeliſtæ, quòd ſuit Propheta cum dicit {Prophetauit.} Si enim prophetat quis, ſequitur eum eſſe Prophetam. Sed ſecundum Orig. non ſequitur, quòd quicumque prophetat ſit Propheta: ſed ſi Propheta eſt: vtique prophetat. nam alicui quandoque conceditur actus alicuius rei: cuius tñ conditio ei non conceditur, ſicut non quicũque facit aliquid iuſtũ, eſt iuſtus: ſed qui iuſtus eſt, iuſta facit. Notandũ eſt autem, q duplex actus concurrit ad hoc, quòd aliquis prophetet, ſcilicet videre. 1. Reg. 9. Qui nunc dicitur Propheta, olim vocabatur videns. Itẽ annunciare. 1. Cor. 14. Propheta, omnibus loquitur ad ędificationem. Contingit autem quandoque q vtrũque aliquis habet, non tamen proprie dicitur Propheta. nã quandoque aliquis habet Propheticam viſionem, ſicut Nabuchodonoſor & Pharao. Et ſimiliter ipſam viſionem alijs annunciauerunt, non tamen Prophetæ dici poſſunt, quia deſtitit eis aliquid, ſcilicet intelligentia viſionis: qua opus eſt in viſione, vt dicitur Daniel. 10. Cayphas autem licet viſionem Propheticam nõ habuerit, habuit tamen denunciationem rei propheticæ, inquãtũ ſcilicet, denunciauit vtilitatem mortis Chriſti. Quandoq; namque ſpiritu ſanctus mouet ad totum quod pertinet ad Prophetiam, quandoque autem ad aliquid tantum. {Cayphæ autem nec mentem illuminauit, nec imaginationem. & ideo eius mens, & imaginatio ad malum intenta manẽt, nouit tamen linguã eius, vt proferret modum quo ſalus populi impleretur. Vnde non dicitur Propheta: niſi inquantum habuit propheticum actum in denunciatione imaginatione. & ratione eius ad contrarium exiſtente. Ex quo patet, quòd nõ magis poteſt dici Propheta quàm aſina Balaam. Conſequenter cum dicit.

E

h Addit Euangeliſta ad verba Pontificis dicens, quòd Ieſus non tantum moriturus erat pro gente populi, ſcilicet Iudæorum, vt Cayphas dixit Hebr. vlt. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, &c. Sed addit etiam pro toto mũdo. Vnde ſubdit {vt filios Dei qui diſperſi erant, &c.} Vbi cauenda eſt hæreſis Manichæorum dicentium animas aliquas eſſe de ſubſtantia diuina, & vocari filios Dei: & ad has cõgregandas in vnũ dicunt Deum veniſſe: ſed hoc eſt erroneũ: quia vt dicit Eze. 29. Omnes animæ meæ ſunt, ſcilicet creatione. & ideo qd dicit. {vt filios Dei, &c.} non eſt intelligendũ, quòd tunc iam accepiſſet adoptionis ſpiritũ: quia vt Greg. dicit Nec omnes eius: neque filij Dei adhuc erant per adoptionem; ſed eſt intelligendum ſecundum prædeſtinationem. Vt dicatur. {vt filios Dei.} ſcilicet ab eterno prędeſtinatos. Rom. 8. Quos preſciuit conformes fieri imagini filii eius, &c. qui erant diſperſi} per diuerſos ritus & gentes {congregaret in vnum.} ſcilicet in vnitatem fidei. ſup. 10. Alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili, &c. Pſal. 146. Edificans Hieruſalem dominus diſperſiones, &c. Conſequenter cum dicit.

F

i Ponit Euangeliſta conſenſum Iudæorum in mortem Chriſti. Sed numquid non ante cogitauerunt eum occidere? Videtur, quòd ſic. Quia ſupra in pluribus locis dicitur, quòd Iudæi quærebant eum interficere. Reſponſio, dicendum, quòd ante habuerunt quidem inſtinctum ad eum occidendum: ſed {ab illo die} concitati ad iram ex verbis Cayphæ tractauerunt firmo propoſito eũ occidere. Prouerbiorũ. 1. Pedes eorum ad malum currunt.

LECTIO VIII.

Hic Euangeliſta ponit, quomodo Chriſtus eorũ malitiam declinauit. Et primo ponit modum declinationis ex parte Chriſti. Secundo effectum admirationis ex parte populi, ibi. {Proximũ autem erat, &c.} Modus autẽ declinationis fuit per occultationẽ, & receſſum Chriſti

a Iudeis. nam post consilium cautius se obscurans {non in palã ambulabat apud Iudeos.} sed nec ad aliquã ciuitatem abiit populariter {sed in regionem} remota a {iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.} Sed numquid defecerat potentia eius, in qua si vellet, inter Iudeos palam conuersaretur, & nihil ei facerẽt? Absit. Sed hoc fecit non propter defectum potentiæ: sed vt exemplum discipulis demonstraret. Ini quo apparet non esse peccatum, si fideles eius oculis persequentium se subtraherent, & furorẽ scelleratorum latẽdo potius cuitarent, quãm se ostẽdendo eis, magis accẽderent: secundum illud Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite, &c. Origenes autem dicit, quòd nullus debet se periculis ingerere, tamen valde laudabile est, quòd quando iam pericula imminent: nec Iesu vitare confessionẽ, nec recusare subire mortem, gratia veritatis. Et hoc p̃ duas rationes. Primo, quia valde præsumptuosum est periculis se ingerere propter inexperientiã propriæ virtutis, quæ quandoq; fragilis inuenitur, & propter futuri euentus incertitudinem. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Secundo, ne nos ingerentes persecutoribus, occasionem præstemus eis, vt magis impij & noxij fiant. 2. Cor. 10. Sine offensione estote, &c.

b PONitur effectus admirationis in populo. Et primo ponitur admirandi occasio. Secundo ponitur ipsa admiratio. Tertio admirationis ratio. Occasio autem quærendi & admirandi ponitur duplex. Prima quidem ex conditione temporis, quia {Proximum erat Pascha Iudeorum.} In quo recolitur memoria transitus Hebreorum de Aegypto. Exo. 12 Est enim phase. &c. Addit autem {Iudeorum,} quia ipsum Pascha Iudei male, & indebite celebrabant. nam quando deuote pascha celebramus: tunc dicitur Pascha Dei. Isaiæ. 1. Solemnitates vestras non feram. Secunda vero ex concursu populi, quia {ascenderunt multi Hierosolymam de regione.} nam vt legitur Exo. 30. Tribus temporibus in anno, seu festiuitatibus, filij Israel se debebant Domino præsentare. Inter quæ primũ erat Pascha, & ideo magna multitudo ascendebat Hierosolymam, vbi erat templum: sed quia nondum erat tẽpus paschæ quo debebant ascendere, ideo Euangelista consequenter causam ascensus assignat, subdens. {Vt sanctificarent seipsos.} nullus enim audebat comedere agnum, nisi mundus. & ideo præueniebant tempus paschæ, vt interim purificantes seipsos, possent in pascha agnum rite comedere. In quo datur nobis exemplum, vt tempore quadragesimali ieiuniis, & bonis operibus nos purificemus, vt in pascha rite sumamus corpus domini nostri.

c ADmiratio autem ponitur ex causa absentiæ domini. Et hoc est, quod dicit. {Quærebant ergo Iesum.} non quidẽ ad honorandum: sed ad occidendum {& colloquebantur adinuicem in templo stantes. Quid putatis, &c.} Sed notandum, q̃ quando dies festus agitur sancte, semper dominus est in die festo. Matth. 81. Vbicumque fuerint duo vel tres, &c. Et ideo nos congregati in domo Dei, quæramus Iesum, mutuo nos consolando, & exorando, vt veniat ad diem festum nostrum. Quando vero non sancte agitur festum, tunc non venit Iesus. Isa 1. Kalendas vestras, &c.

d RAtio autem admirationis, & absentiæ Iesu, subditur. quia {dederant pontifices, & phariseei mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit,} scilicet Iesus {indicet, vt apprehendant eum} scilicet ad occidendum. supra 8. Quæritis me, & in peccato vestro, &c. Sed vt Augustinus dicit. Nos qui scimus vbi Christus est, quia ad dexteram patris, in dicemus eis, vt sic vt inam apprehendant eum per fidem.

LECTIO PRIMA.

IN præcedentibus Euangelista ostendit diuinitatis Christi virtutem per ea quæ in vita fecit, & docuit. Hic autem incipit ostendere virtutem diuinitatis ipsius quantum ad passionem, & mortẽ eius. Et primo agit de passione & morte eius. Secundo de resurrectione ipsius. 20. capitulo, ibi. {Vna autem sabbati, &c.} Prima pars diuiditur in tres. In prima ostendit causas siue occasiones passionis, & mortis eius. In secunda ponitur præparatio discipulorum a quibus

F per morem erat corporaliter recessurus 13. capitulo, ibi. {Ante diem festum paschæ, &c. In tertia agitur de ipsa passione & morte eius. 18. capitulo, ibi {hæc cum dixisset Iesus egressus est, &c.} Causa autem siue occasio passionis Christi fuit duplex, scilicet gloria ipsius Christi, quæ inuidiam excitauit, & insidiatus Iudæorum, quæ ipsos excæcauit. Primo, agit de gloria Christi. Secundo de infidelitate Iudæorum, ibi. {Cum autem tãta signa, &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo Christus glorificatus est ab hominibus. Secundo quomodo glorificatus est a Deo, ibi. {Nũc anima mea turbata est, &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo glorificatus est à familiaribus & domesticis. Secundo quomodo glorificatus est a turbis Iudæorum, ibi. {Cognouit ergo turba multa, &c.} Tertio quomodo glorificatus est à Gentilibus, ibi. {Erant autem Gentiles, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit gloriam Christi in ministerio sibi à familiaribus exhibito. Secundo zelum proditoris ex hoc concitatum, ibi. {Dixit ergo vnus ex discipulis, &c.} Circa primum tria facit. Primo describit tempus. Secundo locum, ibi. {Venit Iesus Bethaniam, &c.} Tertio obsequium Christo exhibitum, ibi. {Fecerunt autem ei cœnam, &c.} Dicit ergo primo. Dictum est, quòd Christus ante festum Paschæ abijt in regionem iuxta desertum, & quòd imminente solemnitate Paschali quẽrebatur à Iudæis. Ergo imminente Paschali tẽpore quo agnus typicus immolabatur, ipse tanquã verus agnus ad locum passionis accessit, pro salute mundi voluntarie immolãdus: secundum illud. Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Dicit autẽ. {Ante sex dies Paschæ.} Vt intelligas diem Paschę non quidem quartumdecimum diem primi mensis, in qua ad vesperam immolabatur Paschalis agnus, vt habetur Exod. 12. Sed potius hic dicitur Pascha. 15. dies, quę tota erat festiua. Et illo anno occurrit feria sexta, in qua passus est Dominus. Ita quòd sextus dies ante Pascha, fuit prima feria, idest, dies Dominicus in qua Dominus ramis palmarum Hierosolymam intrauerit. Et in die præcedenti, scilicet sabbato, Christus venit in Bethaniam. Et hoc est, quod dicitur. {Ante sex dies Paschæ.} Conuenit autẽ hic numerus mysteriis. Primo quidem quantum ad numerum, numerus enim senarius perfectus est. Vnde & Deus opera creationis pfecit sex diebus, vt dicitur Genes. 1. Et propter hoc decuit, quòd sex diebus quodammodo compleretur opus passionis, quo omnia sunt restaurata: secundum illud. Col. 1. Pacificans per sanguinẽ suũ, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt, &c. Et 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Secundo congruit mysterio quantum ad figuram. Mandatur enim. Exod. 12. quòd decima die mensis primi tollat vnusquisque per familias suas agnum Paschalem immolandum. Vnde & Dominus decimo die primi mensis, hoc est sexta die ante decimũquintũ diẽ Hierusalem intrare voluit, quasi ad locum immolationis accedens, vt patet per id, quod dicitur infra eodem. In crastino autem turba multa, &c. Deinde describitur locus.

b BEthania autem erat vicus prope Hierusalem. Et interpretatur domus obedientiæ. Vnde congruit mysterio. Primo quidem quantum ad causam passionis: secundum illud Philip. 2. Factus est obediens patri vsque ad mortem. Secundo, quantum ad fructum passionis, quem consequũtur soli illi qui ei obediunt: secundum illud Hebr. 6 Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, &c. Signanter autẽ addit. {Vbi fuerat Lazarus mortuus quẽ suscitauit Iesus.} Quia in domo obedientiæ illi qui sunt spiritualiter mortui in peccatis, resuscitantur, reducti ad viam iustitię. Roma. 5. Per vnius hominis obedientiam, iusti constituentur multi. Sed secundum literam hoc dicitur, ad ostendendum, quòd Christus in Bethaniam venit vt memoriam resurrectionis Lazari renouaret. Psalm. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum, &c. Deinde dicit.

c PONit obsequium Christo exhibitum a suis familiaribus. Et primo in cõmuni quantum ad omnes. Secũdo in specialiquantum ad singulos, ibi. {Et Martha ministrabat.} Conuenit autem mysterio, quod ibi idest in Bethania fecerunt ei cœnam, quia dominus in domo obedientiæ spiritualiter reficitur, delectatus in obedientia nostra: secundum illud Apoc. 3. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo & cœnabo cum illo, &c.

apprehendant eum.

CAPVT DVODECIMVM.

LECTIO PRIMA.

IEsus ergo: ante sex dies paschæ.

b Venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus.

c Fecerunt autem cœnam ibi.

Deinde

d DEinde ponuntur tres personæ ei assistentes, vel ministrantes, scilicet Martha, Lazarus, & Maria. Per Martham significantur prælati, qui ad ministerium in ecclesiis instituuntur. secundum illud 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. vnde dicit. {Et Martha ministrabat.} Luc. 10. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Per lazarũ autem resuscitatũ significãtur subditi ministerio prælatorum, a peccatis ad statum iustitiæ reducti, qui cum aliis iustis spiritualiter cum domino epulantur. vnde dicitur. {Lazarus autem vnus erat ex discumbẽtibus cũ eo.} Psal. 67. Iusti epulentur & exultent in cõspectu Dei, &c. Per Mariam significantur contemplatiui. Dicitur enim Luc. 10. quòd Maria sedens secus pedes domini, audiebat verba illius. Circa cuius ministerium tria tanguntur, quãtum ad literam pertinet. Primo enim tangitur vnguentum in quo obsecuta est. Secundo obsequium, quod exhibuit, ibi. {Et vnxit pedes, &c.} Tertio effectum obsequij, ibi. {Et domus impleta.} Circa primum tria tangit. Primo quantitatem vnguenti, quia multum fuit. vnde dicit {libram vnguenti.} Tob. 3. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Secundo materiam, quia fuit ex nardo confectũ. vnde dicit. {Nardi.} Cant. 1. Dum esset rex in accubitu suo, nardus, &c. Est autẽ nardus herba breuis, & spicosa, & nigra, ex qua fit vnguentum, quod vim confortandi habet ex sua aromaticitate. Tertio compositionis formam in eo quod dicit {pistici preciosi.} Et secundum Augustinum dicitur {pistici} a loco, in quo nardus orie batur. Sed melius est, quod exponatur {pistici,} idest, fidelis: hoc est, non sophisticati per aliquã admixtionem. nam pistis in græco, idem est, quod fides. Addit autem {precio si} quia confectum erat ex spica nardi, ex qua preciosum vnguẽtum fit, & forte admixtis aliis preciosis rebus. In quo docemur, q̃ ea quæ preciosissima sunt apud nos, Deo debemus offerre. secundũ illud Psal. 65 Holocausta medullata offeram tibi, &c. Et Mal. 1. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, offert dño debile. Circa obsequium eius primo nota humilitatem in hoc, quod dicitur. {Vnxit pedes Iesu} ad pedes procidens, secundum illud Psal. 131. Adorabimus in loco, vbi steterũt pedes eius. Secundo deuotionẽ, quia {extersit capillis suis} vt de seipsa quodammodo obsequium offerret. Roma. 6. Exhibete membra vestra arma iustitiæ Deo. Effectus autem obsequij tangitur consequenter, cum dicit. {Et domus impleta est ex odore vnguenti.} Per quod insinuatur vnguenti bonitas, cuius odor totam domũ impleuit. Cant. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Dubitatur autem, vtrũ hæc eadem mulier fuerit, de qua dicitur hic, q̃ vnxit dũm, & de qua dicitur Luc. 7. & Mat. 26. & Mar. 13. Multis quidem videtur ẽm Hiero. & Chrysost. q̃ mulier peccatrix de qua Lucas narrat, non sit Maria soror Lazari, quæ dũm dicitur vnxisse. Origenes autem addit, q̃ non sit eadem etiam de qua Matth. & Marc. narrant: sed illa sit quædam alia tertia, & hoc vult probare ex tribus. Primo quidem ex tempore. nam hæc vnxit dũm ante sex dies Paschæ. Illa vero de qua Matt. & Marc narrant, infra biduum ante Pascha. Præmittit enim Matth. dũm dixisse. Scitis, quia post biduum Pascha fiet. Marcus autem, Erat Pascha & azima post biduum. Secundo ex loco. nam illa mulier legitur dũm vnxisse in domo Simonis leprosi, hoc autem colligitur esse factum in domo Matthæ, ex hoc quod dicitur, q̃ Martha ministrabat, vt etiam Augustinus dicit. Tertio ex ipso facto: nam illa mulier legitur vnxisse caput, hæc autem pedes. Augustinus vero & Grego. dicunt, q̃ vna & eadem mulier fuit, quam quatuor Euangelistæ narrant dũm vnxisse: sed bis hoc fecit. Primo quidem in principio suæ conuersionis, intermedio tpe prædicationis Christi. quod Luc. narrat. Secundo vero imminente Christi passione hoc fecit. quod tres alij Euangelistæ narrant. vnde idem factũ est, quod hic narratur, & quod habetur Mat. 26. & Marc. 14. Ad primum ergo, quod dicitur de dissonantia temporis, dicendum est ẽm Augustinum, quòd Ioannes ipse seruat ordinem historiæ. Matth. & Marc. per recordationem interponunt, quod prius fuerat factum immediate ante proditionem Iudæ, quæ ex hoc facto creditur occasionem habuisse. Ad secundum, quod obiicitur de dissonãtia loci, potest intelligi quòd eadem sit domus Simonis leprosi, & etiam Mariæ, & Marthæ, ita q̃ Simon fuerit paterfamilias domus. Dicitur autem leprosus, quia primo leprosus fuerat, & a Christo curatus. Ad tertium, quod obiicitur de dissonantia facti, dicẽdum est ẽm Augustinũ, quòd mulier vnxit & pedes & caput. Et si quis obijciat, q̃ Marcus dicit, quòd fracto alabastro effudit super caput ipsius recumbentis, potest dupliciter responderi. Vno modo, quòd non fuit ita fractũ quin aliquid remanserit. Vnde pedes possunt inungi. Alio modo potest dici, q̃ prius inunxit pedes, postea fracto alabastro totũ supra caput effudit. Secundũ mysterium aũt, per libra quã Maria accepit, designatur opus iustitiæ. nam ad iustitiam pertinet singula librare, & põderare. Ezech. 45. Iuxta mensuram chori, erit librario eorum. Op̃ autem iustitiæ debet quadruplici virtute adiũcta, esse perfectũ.

d Et Martha ministrabat: Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi. et vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti.

e Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas schariothis, qui erat eum traditurus.

f Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis: & datum est egenis?

g Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eũ: sed quia fur erat & loculos habens ea quæ mittebantur portabat.

Primo quidẽ pietate. vnde dicit. {Vnguẽti} quod qa lenitiuum est: misericordiã significat. Iac. 2. Iudiciũ sine misericordia, &c. Secundo humilitate. Vnde dicit. {Nardi} quę cum sit herba breuis, significat humilitatem. Ecclesiasti. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Tertio fide. Vnde dicit {pistici.} idest, fidelis, Abac, 2. Iustu autem meus ex fide viuit. Quarto charitate. Vnde dicit {preciosi.} Sola enim charitas precium præstat vitæ æternę. 1. Corinth 13. Si distribuero pauperibus omnes facultates meas, &c. Opere autem iustitię vnguntur pedes Iesu, & caput suum. Per pedes intelligimus mysterium humanitatis. Per caput vero diuinitatem, secundum illud 1. Cor. 11. Caput Christi, Deus. Vt ergo intelligatur caput & pedes Christi vngere qui diuinitatem & humanitatem eius veneratur. Vel per caput possumus intelligere ipsam Christi personam, secundũ illud Eph. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Per pedes autem Chri fideles. De quibus Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. If. 52. Quãm pulchri pedes supra montẽ &c. Vnde caput Christi, inũgit qui ipsum Christiũ veneratur. Pedes autem, qui eius fidelibus obsequitur. Quia vero capilli ex super fluitate generantur: pedes domini capillis terguntur, quando aliquis, ex ipsis quę sibi superfluunt, defectui subuenit proximorum. Luc. 11. Veruntamen quod superest, date elemosynam. Vnde Augustinus dicit. Si habes superflua da pauperibus, & domini pedes tersisti. Per hoc autem, quod dicitur. {Et domus impleta est ex odore vnguenti.} significatur, quòd propter opera iustitiæ, bona fama totam replet ecclesiam. 2. Corinth. 2. Odorem sue notitiæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus. Deinde cum dicit.

e PONitur zelus proditoris ex prædicto ministerio concitatus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit proditoris zelũ. Secũdo ponit zeli repressio, ibi: {Dixit ergo ei Iesus, &c.} Circa primum tria facit, Primo describitur persona proditoris. Secundo ponuntur verba eius, ibi. {Quare hoc vnguentum, &c.} Tertio manifestatur eius malitiosa intentio, ibi. {Dixit aũt hoc, nõ quia de egenis, &c.} Persona aũt eius manifestatur ex tribꝰ. Primo quidẽ ex dignitate, cum dicitur. {Dixit ergo vnus ex discipulis, &c.} vt ostendatur, q̃ nullus in quacũque excellentia constitutus de se præsumere debet. quia vt dicitur. Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem. Secũdo ex nomine, cum dicit {Iudas scariothis nomine.} Interpretatur autem Iudas confitens, vt significetur, q̃ præter confessionem virtuosam de qua Ro. 10. dr̃ Cõfessio fit ad salutem, est quædam confessio vituperabilis & mercenaria, de qua dicitur in Psalm. 48. Confitebitur tibi cum beneficeris ei. Tertio describitur ex crimine, cum dicitur. {Qui erat eũm traditurus.} Psalm. 40. Qui edebat panes meos, &c.

f DEinde ponuntur verba ipsius, ex quibus ostditur, quòd de bono odore vnguenti spiritualiter mortuus erat: secundum illud 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus: alijs odor mortis in mortem, &c. Displicebat enim ei quòd vnguentum non erat venditũ, sed effusum in obsequiũ Christi, vnde dicit. {Quare hoc vnguentum non veniit, idest, venditum est trecentis denariis?} Sed sicut dicitur. 2. Cor. 11. Ministri sathanæ transfigurantur velut ministri iustitiæ. Vnde iniquitatem suam sub specie pietatis occultauit, dicens. {Et datũ est egenis.} Isa. 32. Cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, loquatur ad dominum fraudulenter. Vnde Euangelista eius fraudulentam aperit intentionem, subdens.

g NOn enim curabat, q̃ eis subueniret, quia Prou. 22. dicit: Viscera impiorum crudelia {sed quia fur erat} consuetudinem furandi habens, dolebat sibi occasionem furandi sublatam per effusionem vnguenti, & ex hac auaritia ductus est ad proditionem. Dicitur enim Ecclesiasti. 10. Auaro nihil est scelestius. Et supra 10. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.

Vnde autem furari consueuerit, exponit subdens {Et loculos habens,} idest, custos loculorum domini constitutus, ea quæ mittebantur, scilicet in loculis donata a fidelibus ad vsum Christi, & pauperum, portabat mysterio: sed asportabat furto. Vbi duo notantur. Primo quòd Christus tamquam pauper de eleemosynis viuebat. Psal. 39. Ego autem mendicus sum & pauper. Secundo quòd non derogat pfectioni, si eleemosynæ in loculis reseruentur. vnde quod dicitur Mat. 6. Nolite solliciti esse i crastinum, non intelligitur, quòd nihil in crastinum debeat reseruari, cum dominꝰ hoc fecerit, qui fuit summum exemplar perfectionis. Sed quæritur, quare dominus Iudæ quem furem sciebat, custodiam loculorum commisit? Ad quod respondendum est tripliciter. Primo quidem secundũ Augustinum hoc fecit Christus, vt eius ecclesia cum fures paticur toleraret. non enim est bonus, qui malos tolerare non potuit. vnde dicitur Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Secundo ei loculos dominus commisit, vt perditionis occasionem auferret, cum haberet ex loculis concupiscentiæ mitigationem, sed sicut dicitur Ecclesia. 5. Auarus non implebitur pecunia. Tertio secundum alios, vt doceret, quòd spiritualia sunt maioribus committenda, temporalia vero minus dignis. vnde dicitur Actum 6 ab Apostolis. Non est æquum relinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis, sed vni de diaconibus hoc ministerium commiserũt. Quæritur etiam, quomodo hic dicatur, quòd solus Iudas de hoc vnguento effuso dixerit, cum Matthęus narret discipulos hoc dixisse. Sed dicendum est, quòd Matthęus ponit numerũ pluralem pro numero singulari, sicut Matthęi dicitur 2. cap. Defuncti sunt enim, qui quærebant anima pueri, vel potest dici, quòd Iudas primo murmurauit, & ab eo sunt postmodum alij prouocati, vt similia verba proferrent, licet non ex eadem intentione.

LECTIO II.

Posito zelo proditoris propter obsequium mulieris, hic consequenter ponitur ipsius zeli repressio. Et primo dominus repellit calumniam, quam mulieri Iudas inieceraṭ. Secundo excludit piam causam quã prætenderat, ibi. {Pauperes enim, &c.} Dicit ergo {sinite illam,} idest, ne prohibeatis eam. Sciẽdum enim, quòd multa bona opera fiunt: de quibus si peteretur consilium antequam fiant, non consuleremus, quòd fierent, quia forte possent fieri meliora, postquàm tamen incipiunt fieri, dummodo iam bona sint, non tunc prohibenda. Et vt Chrysostomus dicit, forte Iesus antequam mulier effudisset vnguentum potius illud dari pauperibus elegisset. nunc vero quia iam factum erat, prohibentes comprimit, dicens {Sinite illam.} Prouerb. 3. Nolite prohibere eum qui bene facit, &c. Et subdit. {Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.} Vbi primo prænunciat suam mortem imminere, & obsequium huius mulieris, quod parata fuit ei impendere in sepultura nisi præuenta fuisset celeri Christi resurrectione. nam vt in Marco legitur. Maria Magdalena cum aliis emit aromata, vt venientes vngerent Iesum. ideo ergo dicit. {Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud,} scilicet non idem, quod effusum fuit: sed simile in specie, vel in genere, vel etiam opere, quasi dicat. non prohibeatis eam facere mihi iam viuo, quod non poterit facere mortuo. nam vt dictum est, fuit celeri Christi resurrectione præuenta. Et hoc magis exprimitur Matth. 14. Præuenit enim vngere corpus meum in sepulturam. Sed numquid præsciuit mortem Christi? Dicendum, quòd non. non enim intelligebat, quod fecit: sed quodam instinctu interiori mota est ad hoc faciendum. Frequenter enim aliqui mouentur ad faciendum, quod non intelligunt, sicut Cayphas, supra. 11. Cum esset pontifex, &c. Et hujusmodi vocantur præsagia, inquantũ primo ante facta agũtur. Consequenter cum dicit.

b. EXcludit piam causam quã Iudas prætendebat, dicens. Quare hoc vnguentum non venditur, &c. Vnde dominus subdit. {Pauperes enim semper habebitis vobiscum.} vbi sciendum est, quòd quandoq; faciendum est illud, quod minus est necessarium, si remaneat locus implendi, quod est magis necessarium. et ideo dominus licet magis necessariũ esset, quòd hoc vnguentum daretur pauperibus, quàm quòd vngerentur pedes eius ex eo, quia tamen adhuc potest fieri, cum pauperes semper habea-

F mus nobiscum. Ideo dominus permisit fieri istud, quod est minus necessarium. In hoc autẽ quod dicit. {Pauperes semper habebitis vobiscum.} Datur intelligi familiaritas quam diuites debent habere ad pauperes, &c. Eccles. 4. Congregationi pauperũ affabilem te facito. {Me autem non semper habebitis.} Sed contra Mat. vlt. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi, &c. Responsio secundum Augustinum. Dominus dicens. {Me autẽ non semper habebitis,} loquebatur de præsentia corporis sui, prout in sua specie apparet: secundum quam iturus erat ad cœlum. infr. 6. Iterũ

ex Iudęis quia illic est, & venerunt non propter Iesum tantũ: sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis.

d Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerẽt, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

G relinquo mundum. Sed quantum ad præsentiam diuinitatis semper est nobiscum. Et etiam sacramentaliter in ecclesia. Vel aliter dicendum, quòd dominus hoc dicens, intelligit de præsentia diuinitatis suę. Quidam enim videntur habere Christum spiritualiter, vel in sacramento. vel in confessione fidei, qui tamen non sunt semper eum habituri, cum sint rãtum de ecclesia quantum ad numerum: non quantum ad meritũ. Et huiusmodi sunt serui. Filij autem semper sunt eum habituri: quia vt dicit sup. 8. Filius manet in domo in æternũ. Dicit ergo Iudæ {Me autem nõ semper habebitis} quia indignũ te fecisti ad hoc. Vt autẽ Chrysost. dicit. In hoc dominus obiurgat Iudam. Nam per hoc, quod molestè tulit obsequium Christo impensum, videtur grauari de præsentia Christi. & ideo Christus dicit. {Me autem non semper habebitis, &c.} quasi diceret, grauis sum tibi & onerosus, sed expecta parum, & abibo. Consequenter cum dicit.

c OStendit, quomodo Iesus glorificatus est à turbis Iudæorũ. Et primo quomodo à turbis Christum visitantibus. Secundo, quomodo à turbis ei obuiantibus, ibi. {In crastinum autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponitur deuotio turbarum visitantium. Secundo exagitatur concitatus zelus Pharisæorum inuidentium, ibi. {Cogitauerunt autem principes sacerdotum.} Prima pars diuiditur in duas. In prima ponitur turbarum visitatio. In secunda subditur visitationis occasio. Quantum ad primum dicit. {Cognouit ergo turba multa ex Iudęis: quia Iesus illic esset} in Bethania {& venerunt.} Ad quod Dominus inuitat. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Et ideo vbi scimus esse eum, debemus festinanter accedere. Causa autem visitationis ponitur duplex. Vna, vt fruerentur visione, & doctrina Christi. Alia, vt viderent Lazarum. Et hoc propter duo. Primo quia illud, quod factum erat circa ipsum inquãtum quatriduanus in monumento suscitatus fuit: valde mirabile erat. Et hoc homines videre desiderant. Psalm. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis, idest, laborabit ad cognoscendum. Secundo, quia sperabant Lazaro referente, aliqd de alia vita perpendere & audire, cuius cognitionis desiderium innatum est hominibus. Hoc autem est contra illud, quod stulti dicunt, Sapient. 2. Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ. &c. Et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Ecce enim Lazarus, quem suscitauit a mortuis, ab inferis rediit. Conspiratum autem zelum Pharisæorum inuidentium ponit, dicens, d IN quo videbantur obuiare Deo, ipse enim viuificabat Lazarum, & isti volebant occidere. Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo & pingui &c. Ratio autem zeli ponitur. {Quia multi propter illum abibant, &c.} Sed contra, Christus multos sanauerat, puta paraliticum. supr. quinto. Cæcum natum, supra nono. Quare Lazarum tantum volebant occidere, &c. Ad quod Chrysostomus quatuor rationes assignat. Vnam, quia istud miraculum erat euidentius coram multis factum, & inopinabile. Videre mortuum quatriduanum, ambulantem, & loquentem. Alia ratio erat: quia Lazarus persona insignis erat. Cæcus autem persona ignobilis. Vnde & eiecerunt eum de templo. Tertia ratio est: quia miraculum istud factum est imminente festiuitate, quando totus populus Iudæorum ad diem festum conuenjens admirabantur. & dimittentes festiuitates, Bethaniam veniebant. Quarta ratio, quia in alijs Christi miraculis nitebantur criminari violationem sabbati, & per hoc ab eo turbas adducere, sed hic nihil tale facere poterant. Vnde quia in nullo habebant conqueri contra Iesum, aduersus Lazarum faciunt conatum; tanquam hoc esset potissima via ad miraculum occultandum. Prouerbio. 1. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, &c.

Lectio

LECTIO III.

Ic ponitur deuotio turbæ obuiantis Christo. Et primo ponitur obuiatio turbarum. Secundo zelus Pharisęorum, ibi. {Pharisæi autem dicebant, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponitur turbæ obuiatio. Secundo adventus domini, ibi. {Et inuenit Iesus, asellum, &c.} Tertio obuiationis causa, ibi. {Testimonũ ergo, &c.} Obuiatio autem describitur: quo ad quatuor. Primo quantum ad tempus. Quia {in crastinum.} scilicet ab illo die de quo dixerat. Ante sex dies Paschę, qui est decimus dies mensis Et congruit figuræ. Exod. 12. vbi dicitur, quòd agnꝰ Paschalis qui immolandus erat quartodecimo die ad vesperam debebat accipi decimo die mensis. Secundo describitur quantũ ad personas obuiantes: quia {turba} multa quę conuenerat ad diem festum.} Per quod significatur populorum multitudo, qui conuertendi erant ad Christum. Psalm. 7. Synagoga populorum circundabit me. Dicit autem {ad diem festum.} Quia ad hoc fideles conuertuntur ad Christum, vt ad diem festũ cœlestis Hierusalem peruenjat. Mat. 8 Multi venient ab Oriente & Occidẽte: & recumbent, &c. Tertio describitur quantum ad motiuum obuiandi, quod est auditus de aduentu Iesu. Vnde dicit. {Cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam.} Ad Christum enim omnes fideles conuertuntur propter auditum fidei. Rom. 10. Fides ex auditu: auditus autem, &c. Exod. 5. Audierunt filij Israel, quòd visitasset, &c. Quarto describitur quantum ad modum obuiandi. Et primo quantum ad ea quæ fecerunt: quia {receperunt ramos palmarum.} Palma enim: quia viriditatem suam conseruat, significat victoriam. Vnde & apud antiquos triumphantibꝰ in signum victorię dabatur. Et de martyribus triumphantibus legitur Apocal 7. quòd palmæ erant in manibus eorum. Rami ergo palmarum secundum Augustinum laudes sunt, significantes victoriam, quia dominus erat mortem moriẽdo superaturus. In tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Et processerunt obuiam ei. } Amos. 4. Præparare in occursum Dei tui, &c. Secundo quantum ad ea quæ dixerunt. { Quia clamabant Osanna, &c.} Vbi ponit petitionem, & laudem. Petitionem quidem cum dicunt. { Osanna, id est, salua obsecro, quasi dicat. Osy, quod est salua, & anna, quod est obsecro. Quod secundum Aug. non est verbum, sed interiectio deprecantis. Rectè a Domino Iesu salutem petunt: quia dicitur Isa. 33. {Dominus ipse veniet, & saluabit nos. Psal. 79. Excita potentiã tuam, & veni Laudant autem quantum ad duo, scilicet quantum ad eius aduentũ, & quantum ad potentiam regni eius. Aduentum quidem eius laudant, dicentes {Benedictus qui venit in nomine domini, &c.} Vnde sciendum est, quòd benedicere, est bonum dicere. Aliter autem Deus benedicit nobis. Aliter nos Deo. Deus enim benedicendo nobis, facit nos bonos. nam dicere suum, est eius facere: dixit enim, & facta sunt. Nos autem benedicendo Deo, confitemur eius bonitatem. Psal. 117. Benediximus vobis de domo domini. Genes. 26. Qui benedixerit tibi, sit ille benedictus, &c. {Benedictus } ergo {qui venit in nomine domini. } Christus enim operabatur in nomine Dei: quia omnia opera quę faciebat, ad gloriam Dei ordinabat. Quia vero & pater dominus est, & filꝰ dominus est, ideo hoc quod dicitur. { In nomine domini. } potest intelligi dupliciter. Vno modo. {Benedictus qui venit in nomine domini, } idest, in homine sui ipsius, tanquam dominus. Isa. 30. Dominus legifer noster. Moyses ergo hoc modo, non venit in nomine domini, quia venit sicut seruus. Heb. 6. Moyses in omni domo sua tanquam famulus, &c. Sed secundum Aug. melius dicitur {in nomine domini, } scilicet patris. Nam verba eiꝰ, ad hoc nostrum dirigunt intellectum. supr. 6. Ego veni in nomine patris mei, &c. Dupliciter autem dicitur venire in nomine patris. Primo quidem inquantum venit vt filius. Per quod datur intelligi pater. Secundo inquantum venit vt manifestans patrẽ infr. 14. Manifestaui nomen tuum, &c. Potentiam vero regni eiꝰ laudant cum dicunt. { Rex Israel. } Ad literam enim credebant Iudæi quòd venisset regnaturus temporaliter super eos, & redẽpturus eos à seruitute Romanorum, & ideo applaudebant ei tanquam regi. Hiere. 33. Regnabit Rex, & sapiens erit. Isa. 32. Ecce in iustitia regnabit Rex, &c. Sed sciendũ, quòd omnia verba prędicta poterant haberi ex Psalmis. Nam cum Psal. 117. diceret. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Subdit. O domine saluum me fac. Benedictus, &c. Vbi Hieronymus secundũ Hebræam veritatẽ transtulit Osanna, Benedictus, &c. Sed hoc, quod subdunt. { Rex Israel. } non est in Psalm. Sed est ibi. Deus dominus, & illuxit nobis. In quo ex eorum cæcitate minuunt eius laudem: quia Psalmus laudat eum tanquam Deum, ipsi vero tamquam regem temporalem. Consequenter cum dicit.

LECTIO III.

IN crastinum autem, turba multa quæ venerat ad diem festum: cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperũt ramos palmarum: & processerũt obuiam ei, & clamabant. Osanna, benedictus qui venit in nomine domini Rex Israel.

b Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum.

c Sicut scriptum est Noli timere filia Syon: Ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ.

d Hęc non cognouerunt discipuli eius primũ: sed quando glorificatus est Iesus, tũc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hęc fecerunt ei.

b POnit Domini aduentũ. Et primo ponit modũ veniendi. Secundo inducit Prophetiam. Tertio ostẽdit dispositionem discipulorũ circa hoc factũ. Notandum est circa primum, quòd Ioannes euangelista, euangelium suum post omnes alios Euangelistas conscripsit. Vnde omnia Euangelia diligenter perlegerat. Et quæ per alios diffuse dicta erant ipse compendio tradidit. Quę vero omiserant, ipse suppleuit. Quia vero diffuse in alijs Euangelistis habetur quomodo dominus misit duos de discipulis suis vt asinam adducerent. Ideo hoc Ioannes breuiter pertransiuit, dicens. {Et inuenit Iesus asellum. & sedit super eum, &c.} Sciendum autem, quòd facta Christi sunt quasi media inter facta veteris testamenti, & noui. & ideo eam turba quæ precedebat, quàm quę sequebatur eum laudabat, inquantũ facta Christi sunt regula, & exemplar eorum quæ fiunt in nouo testamento, & præfigurata à patribus veteris testamenti. Asellus autem, quod est animal rude, significat populum gentium, super quem sedit, vt significaret, quòd ipse redempturus esset gentes. Isa. 42. Dedi te, in lucẽ gentium, vt sis salus mea, &c. Isa. 32. Beati qui seminatis super omnes aquas, mittentes pedem bouis & asinæ, id est, coniungentes in vnitatem fidei populum Iudęorum & gentium. Quia autem Matthęus Euangelium suum scripsit Iudæis, mentionem facit de asina, per quam signatur synagoga Iudæorum quæ fuit quasi mater gentium in spiritualibus; quia de Syon exhibit lex, & verbum, &c. Alij vero Euangelistæ, quia gentibus euangelia scripsere, faciunt etiam mentionem de pullo, &c. Consequenter cum dicit.

c INducit Prophetiam quę scripta est Zachar. 9. In qua primo dat securitatem. Secundo promittit regiam maiestatẽ. Tertio subdit vtilitatem regis. Securitatem dat cum dicit. {Noli timere filia Syon} Syon arx erat in Hierusalem, vbi erat habitatio regis. Filia ergo Syon est plebs Hierosolymorum, & Iudæorum qui subditi erant regi Hierusalem. Iudæis ergo dicitur. {Noli timere} quia dominus defensor tuus. Isa. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali? Psalm. 20. Dominus defensor vitæ meæ, &c. In quo excludit Euangelista timorem mundanum & seruilem. Regiam autem maiestatem promittit, dicens. { Ecce Rex tuus venit, &c.} Isa. 9. Paruulus datus est nobis. Et infr. Super solio Dauid, & super regnum eius sedebit. Dicit autem { tuus, } idest, ex te carnem sumens. Quia nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Hebr. 2. Iterum { tuus. } idest, ad vtilitatem tuam. Vnde subdit { venit tibi. } Luc. 19 Et nunc quæ ad pacẽ tibi, &c. Sed tamen ipsi resistendo, eorum vtilitatem impedierunt. { Venit } inquam { tibi } non ad terrorem: sed ad liberationem. Vnde subdit. { Sedens super pullum asinę. } In quo signatur regis clementia, quæ valde est accepta subditis. Prouerb. 20. Clementia robora, &c. E contra dicitur. Prouerbio. 9. Sicut fremitus leonis, &c. quasi dicat. Non veniet in fastu regio, propter quod posset esse odiosus: sed venit in mansuetudine. Ecclesiastic. 10. Rectorem te posuerunt, &c. Noli ergo timere regni oppressionem. Vetus autem lex in timore data est, quia lex seruitutem generabat. Item signatur in hoc regis potentia, inquantum in humilitate & infirmitate veniens, totum mundum attraxit. 1. Cor. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Consequenter cum dicit.

d POnit dispositionem discipulorum ad Prophetiam inductam, in quo Euangelista confitetur ignorantiam sui & discipulorum. Quia vt dicitur Prouer. 18. Iustus in principio accusator est sui. Vnde dicit, {hæc } quæ prædicta sunt cognouerũt discipuli eius primum, idest, ante passionem { sed quando glorificatus est Iesus, } idest, quando virtutem suę resurrectionis ostẽdit { tunc recordati sunt, &c. } Ideo autem quando glorificatus est cognouerunt. Quia tunc receperunt virtutem spiritussancti, ex qua effecti sunt omnibus sapientibus sapientiores. Iob. 21. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Hoc autem ideo introducit Euangelista, vt ostendat non fuisse quod factum est sortio, à discipulis procuratum, Consequenter cum dicit.

Ponit

PONit causam obuiationis quæ fuit exhibitio testimonij, {quod perhibebat turba quę cum eo erat de resurrectiõe Lazari} quando scilicet vocauit Lazarum de monumento. Propterea & obuiam, &c.} 1.Cor.1. Iudęi signa quærũt. Istud enim euidentius signum erat, & mirabilius. & ideo vltimo ipsum reseruauit, vt magis im
primeretur eorũ me
moriæ. Consequen-
ter cum dicit.

PONit Pharisæo
rum zelum: qui
concitabatur ex fru-
stratione conatus eo
rum. Vnde dicebant
{Videtis, quia nihil
proficim⁹, &c. Quod
quidem est verbum
Pharisæorum inui-
dentium, vt dicant.
{Nihil proficimus.}
scilicet in malitia no
stra, non valentes eũ
impedire. Hoc mo-
do accipitur profice
re. 2.Thimo. 3. Mali
autem homines, &
seductores proficient in peius &c. Sed quid inuidet cæca turba: q̃a post eum abijt mũdus, per quẽ factus est mundus: sed tamen signatur ꝓ hoc, quòd totus mundus eũ secuturus erat. Osee. 6. Viuemus in conspectu eius, &c. Chrysost. autem vult quòd hæc sint verba Pharisæorum credentium, occulte tamen propter metum Iudæorum, & dicunt hoc, vt retrahereht eos a persecutione Christi, ac si dicerent. Quantumcunque insidiamini, tanto hic augetur, & gloria eius intenditur. Quid ergo non desistitis à tantis insidijs? quod quidem quasi idem est cum consilio Gamalielis. De quo habetur. Act. 5.

e Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cũ eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.

f Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis: quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt.

LECTIO IIIIi.

RAnt aũt quidã gẽtiles, ex his q̃ ascenderãt, vt adorarent in die festo.

b Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat in Bethsaida Galilęæ, & rogabant eum dicentes: Domine, volumus Iesum videre.

c Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas & Philippus rursum dixerunt Iesu.

d Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis.

e Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadẽs in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet.

ROsita gloria, quam Christus habuit ex ministerio de mesticorum, & ex deuotione turbarum. Hic Euangelista ponit gloriam, quam Christus habuit ex deuotione gentilium. Et primo ponitur gentilium deuotio. Secundo deuotionis ipsorum denũciatio, ibi. {Venit Philippus, &c.} Tertio passionis Christi prænunciatio, ibi. {Iesus autem respondit. Venit hora, &c.} Deuotio autem gẽtilium ponitur quantum ad duo. Primo ponitur quantum ad sacramenta veteris testamenti. Secundo quantum ad Christum, ibi. {Hi ergo accesserunt.} Deuotio autem gentilium ad sacramenta veteris testamenti ostendiẽur per hoc quòd templum visitabant. Vnde dicit {Erant autem gentiles quidam, qui ascenderant} supple in Hierusalem. {vt adorarent in die festo.} quasi dicat. Non solum turba Iudæorum: sed etiam ipsi gentiles honorabant Christum. Ratio autem, quare ascendebant secundum interlinearem quandam, assignatur: quia erant proseliti, & conuersi ad ritum Iudęorum, ad prædicationem Iudęorum: quia per mundum habitabant, & conabantur multos ad se conuertere. Matt. 26. Circuitis mare & arridam: vt faciatis vnum prosolitum. & ideo secundum ritum Iudæorum ascendebant cum alijs. Sed melius dicendum est secundum Chryso. quòd sicut habetur. 2. Mach. 3. Templum Dei, quod erat in Hierusalẽ in veneratione habebatur cunctis populis, & regibus vniuersæ terræ: ita vt ipsum templũ maximis muneribus illustrarent. & ideo contingebat, quòd in diebus festiuis multi etiam gentiles ascenderent Hierusalem. Simile habetur Act. 8. de eunucho candacis Reginæ Ethiopũ: qui venerat adorare in Hierusalẽ. Vnde & Isa. 6. dicitur. Dom⁹ mea domus orationis vocabitur cunctis gẽtibus, ait dominus. Isti autem gentiles ex deuotione quam habebant, ad templum ascenderant. In quo præfigurabatur conuersio gentilium ad fidem.

DEuotio autem gentilium ad Christum ostenditur ꝓ hoc, quòd desiderabant eum videre, vnde dicit {hi ergo} scilicet gentiles {accesserunt ad Philippum, &c.} Sciendum autem, ꝙ Christus Iudæis tantum personaliter prædicãit. Rom. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem Dei, &c. Gentilibus autem prædicauit per Apostolos. Isa. vlti. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, &c. & annuncia bunt gloriam meam gentibus. Mat. vlt. Euntes, docete omnes gẽtes, &c. Hoc ergo hic iam præsagiebantur, inquantum gentiles Christum videre volentes, non venerunt immediate ad eum: sed ad vnum ex discipulis eius, scilicet ad Philippum. Et hoc cõgruenter, quia ipse primus prædicauit his qui erant extra ritum Iudęorum: scilicet Samaritanis, vt habetur Act. 9. Philippus autem descendit in ciuitatem Samariæ, & prædicabat illis Christũ. Et hoc conuenit ei secundum nominis interpretationem. Philippus enim interpretatur os lampadis. Prædicatores autẽ sunt os Christi. Hie. 25. Si separaueris preciosum à vili, quasi os meũ eris. Christus autẽ lampas est. Isa. 42. Dedi te in lucẽ gẽtium, &c. Conuenit etiam ei quantum ad locum {qui erat à Bethsaida.} quę interpretatur venatio: quia prædicatores venãtur eos, quos ad Christum conuertunt. Hier. 16. Mittã eis piscatores, & piscabuntur eos. Item {Galilęæ} quæ interpretatur transmigratio, & gentiles ad prędicationes Apostolorum transmigrati sunt de statu gentilitatis, ad statum fidei. Ezech. 12. Fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, &c. Accedentes autẽ ad Philippum exprimunt eorũ desiderium, dicentes {quia volumus Iesum videre.} In quo signatur, quòd gentiles q̃ Christum corporaliter non viderant, ministerio Apostolorum ad fidem conuersi, desiderant eum videre glorificatum in patria. 3.Reg. 10. Omnis terra desiderabat videre faciem Salomonis.

c HIc ponitur denunciatio deuotionis gentilium ad Christũ. In qua quidem ordo attenditur: quia vt dicitur. Ro. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Est autem hic diuinus ordo, vt inferiora reducantur in Deum per superiora: Andręas autẽ superior fuit in Apostolatu Philippo: quia prius eo cõuersus fuit, & ideo Philippus non per seipsum tantum, sed per Andrœam istos Gentiles voluit ad Christum adducere, memor forte eius, quod Dominus dixerat. In viam gentium ne abieritis. Et hoc est quod dicit, quòd {Philippus dicit Andrææ, rursum: &c.} In quo datur nobis exemplum omnia de consilio maiorum facienda. Sic & Paulus ascendit Hierosolimam, & contulit Apostolis Euangelium, quod in Gentibus Prædicabat, vt habetur ad Galath. 2. Possumus autem in nominibus istorum duorum, intelligere duo necessaria prædicatoribus, vt homines ad Christum ad ducant. Primum est discretitudo ordinatæ locutionis, quæ notatur in nomine Philippi, quod interpretatur os lampadis. Secundum est virtus bonæ operationis, quod notatur in nomine Andrææ, quod interpretatur virilis. {Psalm. 32. Verbo Domini cęli infirmati sunt, & spiritu oris eius, &c.

d HIc prænunciat passio Christi. Et Primo prænunciat Christus imminere suæ passionis tempus. Secũdo insinuat passionis necessitatem, ibi. {Amen amen dico vobis. Nisi granũ, &c.} Tertio inducit necessitatem passionis aliorum, ibi. {Qui amat animam suam, &c. Dicit ergo {venit hora, &c.} Vbi notandũ est, quòd Dominus videns Gentiles istos properare ad fidem, & intelligens in eis quodammodo cõuersionem Gentium inchoari, prænunciauit suę passionis tempus imminere, à simili, sicut qui vider segetem dealbatam dicit. Venit hora, vt falx mittatur in messem. supr. 4. Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Sic ergo hic Dominus loquitur, ex quo inquit gentes quærunt me videre. {Venit hora, vt glorificetur filius hominis.} Qui quidem glorificatus est tripliciter. Primo in sua passione. Hebr. 5. Non semetipsum glorificauit vt Pontifex fieret, scilicet in ara crucis, sed qui locutus est ad eum, &c. Et secundum hoc dicit. {Venit hora, vt clarificetur filius hominis,} idest, patiatur: quia ante eius passionem gentes non conuertentur ad eum, in qua quidẽ passione clarificatus fuit, & quantũ ad signa visibilia, sicut in obscuritate Solis, in scissione veli, & alijs huiusmodi. & quantum ad signa invisibilia, sicut in triumpho quo palam in semetipso de tartareis principibus triumphauit, vt dr̃ Colloss. 2. Ideo autem supra dixit. Nondum venit hora mea: quia nondum parata erat deuotio gentium sicut modo. Secundo clarificatus fuit in Resurrectione, & Ascensione. Prius enim oportuit Christũ *resurgere, & in cœlum ascendere, & sic clarificatus mittere spiritum sanctum* in Apostolos, per quos gentes conuertendę erant. supr. 7. Nondum erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. Psalm. 67. Ascendens Christus in altum, &c. Tertio glorificatus est per conuersionem gentium. Philip. 2. Omnis lingua confiteatur: quia Dominus Iesus Christus in gloria, &c. Consequenter cum dicit.

e INsinuat necessitatem suæ passionis. Et primo ponit eam. Secundo eius vtilitatem, ibi. {Si autem mortuum fuerit.} Necessitas autem suæ passionis causatur ex conuersione gentium, quæ

quę esse non potest nisi filio hominis per passionem, & resurrectionem glorificato, & hoc est quod dicit. {Amen amen dico vobis.} idest, in veritate. {Nisi granum frumenti, &c.} Circa quod quantum ad literam sciendum est, quòd grano frumeti vtimur ad duo: scilicet ad panem, & ad semen. Hoc aũt, quod dicitur hic intelligitur de frumẽto secundum quòd est semen, non prout est materia panis. Quia secũdum hoc nunquam pullulat, vt faciat fructum. Dicit autem {mortuum fuerit.} non quòd amittat virtutem seminatiuam: sed quia mutatur in aliam speciem. 1.Corint. 15. Tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Sicut autem verbum Dei est semen in anima hominis: secundum quòd est voce sensibili indutum, ad fructum bonę operationis producendum. Mt. 13 Semen est verbum Dei, ita verbum Dei carne indutum, est semen missum in mundum, ex quo maxima seges pullulare debebat. Vnde & grano sinapis comparatur. Matth. 13. Dicit ergo. Ego veni vt semen ad fructificandum. & ideo vere dico vobis {Nisi granum frumenti cadẽs in terram, &c.} idest, nisi ego moriar, fructus conuersionis gentium non sequetur. Ideo autem grano frumenti se comparat, quia ad hoc venit, vt reficeret, & sustentaret mentes humanas: hoc autem præcipue efficit panis frumenti. Psal. 103. Panis cor hominis confirmat. supr. 6. Panis, quem ego dabo vobis, &c. Sed numquid non erat conuertenda multitudo gentium nisi ꝑ mortem Christi? Erat quidem secundum Dei virtutem: sed non secundum Dei determinationem ordinatam ab ipso, vt per hunc modum fieret, vt pote qui congruentior erat. Hebr. 10. Sine sanguinis effusione, &c. infr. 16. Si enim non abiero, paraclitus non veniet, &c. Vtilitas autem passionis ponitur cum dicit.

f QVasi diceret. Nisi cadens in terram per passionis humilitatem. Philip. 2. Humiliauit semetipsum, &c. Nulla vtilitas sequitur, quia ipsum solum manet. {Sed si mortuum fuerit,} id est, mortificatus, & occisus à Iudæis {multum fructum affert.} Et primo quidẽ fructum remissionis peccati. Isa. 26. Hic est omnis fructus vt tollatur peccatũ. Quem quidem fructum attulit passio Christi secũdum illud 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, &c. Secundo vero fructum cõuersionis gentium ad Deum. Infr. 15. Posui vos vt eatis & fructum afferatis, &c. Quem fructum attulit passio Christi. infr. eodem. Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Tertio fructum gloriæ. Sapien. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. supr. 4. Qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam ęternam. Et hunc fructum etiam attulit passio Christi. Heb. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: qui initiauit vobis, viam nouam & viuentem, &c.

g HIc ponit necessitatem mortis aliorum, qui amore Christi passionibus se exponunt. Et primo ponit mortis huius necessitatem. Secundo ad mortem ipsam hortatur, ibi. {Si quis mihi ministrat, &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit seipsum necessitatem mortis propter Christum. Secundo subdit mortis huius vtilitatem, ibi. {Et qui odit animam, &c.} Dicit ergo quantum ad primum. {Qui amat animam suam.} Et quidem omnis homo animam suam amat. Sed quidam simpliciter, & quidam secundum quid. Amare enim aliquem est velle ei bonum. Ille ergo animã suam amat: qui vult ei bonum. Qui ergo vult *animæ suæ id*, quod est bonum simpliciter, simpliciter amat eam. Qui autem vult ei aliquod particulare bonum, amat eam secundum quid. Bona autem animę simpliciter sunt illa, quibus anima fit bona: scilicet summum bonum, quod est Deus. Qui ergo vult animæ suæ bonum diuinum & spirituale, simpliciter amat eam. Qui autem vult ei bona terrena, puta diuitias, & honores, voluptates, & huiusmodi, amat eam secundum quid. Psal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Eccl. 27. Si præstes animę tuę concupiscentias suas, &c. Potest ergo hæc litera dupliciter intelligi. Vno modo sic. {Qui animã suã amat.} supple simpliciter ad bona ęterna {perdet eam,} idest, exponet se morti propter Christum: sed hic non est sensus verus. Et ideo dicitur. {Qui amat animam suam.} secundum quid, scilicet ad bona temporalia {perdet eam.} simpliciter, scilicet. Matth. 12. Quid enim proficit homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ, &c. Et veritas huius sensus patet ex hoc, quod sequitur. {Qui odit animam suam in hoc mundo.} Igitur qui amat animam suam in hoc mundo.} idest ad bona mundana {perdet eam.} quantum ad bona æterna. Luc. 6. Vę vobis qui ridetis: quia flebitis. Luc. 6. Recordare quia recepisti bona in vita tua, &c. Vitalitas autem huius mortis subditur cum dicit.

h IDest, qui denegat bona præsentia animæ suæ, & sustinet propter Deum quę videntur mala in hoc mundo. {In vitã æternam custodit eam.} Matth. 5. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, &c. Luc. 13. Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, adhuc autem & animam suam, &c. Attẽdendum autem, ꝙ illud q̃d supra de grano frumenti dictum est, cõpetit huic sententiæ. nã sicut Christus missus in mundum quasi quoddam semen ad fructificandũ, ita quicquid nobis temporaliter datur à Deo, non confertur nobis vt fructus: sed per illud ad fructum æternæ remunerationis peruenimus. *Vita autem nostra est quoddam temporale donum à Deo nobis collatum.* Qui ergo eam propter Christum exponit, fructũ multum affert. Hic ergo est qui odit animam suam, idest, qui vitam suam exponit, & seminat propter Christum in vitam æternam. &c. Psal. 125. Euntes ibant, & flebãt, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione. Et similiter qui diuitias suas, & alia bona quæ habet exponit propter Christum, & communicat alijs, in vitam ęternam. 2. Cor. 9. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & meret. Sed quia durum videtur, quòd homo habeat animam suam odio: ideo dominus ad hoc consequenter hortatur dicens.

i ET primo ponitur exhortatio. Secundo exhortationis ratio ibi. {Si quis mihi ministrauerit, &c.} Circa primum tria facit. Primo describit suorum fidelium conditionem. Secundo inducit ad sui imitationem. Tertio subdit imitantium remunerationem. Et quidem attende, quãtum ad primum, fidelium Christi dignitatem: quia ministri Christi. 2. Cor. 11. Ministri Christi sunt, & ego: Illi ergo Christo ministrant, qui ea quæ sunt Christi quęrunt: qui commoda propria quęrunt, non sunt ministri Christi: sed suiipsorum. Philip. 2. Omnes quæ sua sunt quærũt. Prælati autem sunt ministri, in quantum eius sacramenta fidelibus dispensant. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, &c. Item quilibet fidelis qui mandata Christi seruat. 2. Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros, &c. Quantum ad secundũ attende fidelium Christi gloriam & nobilitatem. Vnde dicit, {me sequatur.} quasi dicat, homines sequuntur dominos suos quibus ministrant. {Qui} ergo {mihi ministrat, me sequatur.} vt scilicet sicut ego mortem subeo, vt multum fructum afferam: ita & ipse. Sequi autem Christum est magna gloria, &c. Eccl 4. Magna gloria est sequi domini num. supr. 10. Oues meæ vocẽ meã audiunt, &c. Quantũ ad tertium attende fidelium beatitudinem. Quia {vbi ego sum.} non solum in loco: sed etiam in ipsa participatione gloriæ. Matt. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ. Apoc. 3. Qui vicerit, faciam illum sedere, &c. Ratio autem exhortationis subditur cum dicit.

k QVi enim ministrat Christo honorat eũ pater. Sed sup. 5. dicitur. Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Idem est ergo honorificare filium, & honorificare patrem. Pater autem dicit. 1. Reg. 2. Qui glorificauerit me, glorificabo eum, &c. Qui ergo ministrat Iesu non sua quærens: sed quæ Iesu Christi, honorificabit eum pater Iesu. Non autem dixit, ego honorificabo eum, sed pater meus, quia nondum opinionem de eo habebant, quod scilicet esset ęqualis patri. Vel dicendum, quòd hæc dicit in signum maioris familiaritatis, inquantum ab eodem honorificabuntur à quo, & filius. Nam honorem quem habet filius per naturam, ipsi habebunt per gratiam.

E Vnde Augustinus dicit. Maiorem honorem non poterit recipere adoptatus, quàm vt sit vbi est vnicus. Rom. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, &c.

e Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cũ eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.

f Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis: quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt.

LECTIO IIIIi.

RAnt aũt quidã gẽtiles, ex his q̃ ascenderãt, vt adorarent in die festo.

b Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat in Bethsaida Galilęæ, & rogabant eum dicentes: Domine, volumus Iesum videre.

c Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas & Philippus rursum dixerunt Iesu.

d Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis.

e Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadẽs in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet.

f Si autẽ mortuum fuerit, multum fructum affert.

g Qui amat animam suam perdet eam.

h Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

i Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego: illic, & minister meus erit.

k Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus.

LECTIO V.

NVnc anima mea turbata est.

SVpra actum est de gloria Christo exhibita a diuersis hominib⁹: hic agit de gloria Christo exhibita à Deo, & primo ponitur huius gloriæ petitio. Secundo subditur gloriæ promissio, ibi. {Venit ergo vox de cœlo, &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit animæ suæ affectionem. Secundo proponit petitionem, ibi. {Et quid dicam? &c.} Sed attende circa primum quod est mirabile quod dicit. {Nunc anima mea turbata est.} supr. enim fideles suos exhortatus est animam suam in hoc mundo odio habere. Et nunc imminente morte audiuimus ipsum dominum dicentem.

{Nunc

{Nunc anima mea turbata est.} Propter quod Augustinus dicit. Domine sequi iubes animam meam, turbari video animam tuã. quale fundamentum quæram, si petra succumbit? Et ideo videndum est primum, quid sit hæc turbatio in Christo. Secundo, qua re voluit eam subire. Sciendum est autem quantum ad primum, quòd proprie dicit turbari aliquid quãdo commouetur. Vnde & mare commotum, dicimus esse turbatum. Quãdocumque aliquid excedit modum suæ quietis & tranquillatis, tunc illud dicitur turbari.

b Et quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum.

c Venit ergo vox de cœlo, dicens. Et clarificaui, & iterum clarificabo.

d Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum Alij autem dicebant Angelus ei locutus est.

In anima autem humana est pars sensitiua, & pars rationalis. In sensitiua quidem parte animæ accidit turbatio: quando aliquibus motibus commouetur, puta cum timore cõtrahitur, sic eleuatur, gaudio dilatatur, seu aliqua alia passione: sticitur. Sed hæc quidem turbatio quandoque quidem sub ratione sistit: quandoque vero limitem rationis excedit, cum scilicet ipsa ratio perturbatur. Quod quidem pluries in nobis contingit. Sed in Christo hoc locum non habet, cum sit ipsa sapientia patris: nec etiam in aliquo sapiente. Vnde sententia Stoicorum est, quòd sapiens non turbatur, scilicet quantum ad rationem. Secundum hoc ergo est sensus. { Nunc anima mea turbata est.} idest, affecta est passionibus timoris & tristitiæ, quantum ad sensitiuam, quibus tamen ratio non turbatur nec suum ordinem deserebat. Mat. 14. Cœpit Iesus pauere & tedere. Huiusmodi autem passiones aliter sunt in nobis, & aliter fuerũt in Christo. In nobis enim sunt ex necessitate, inquantum quasi ab extrinseco commouemur, & afficimur. In Christo autem non sunt ex necessitate: sed ex imperio rõnis, cum in eo nulla passio fuerit: nisi quã ipse cõcitauit. Nam in tantum inferiores vires erant subditæ rationi in Christo, quòd nihil agere & pati poterant, nisi quod eis ratio ordinabat. & ideo dicitur, supr. 11. quòd Iesus infremuit spiritu, & turbauit semetipsum. Psalm. 59. Commouisti terram, idest, humanam naturam, & turbasti eam. Sic ergo turbata est anima Christi, quòd nec contra rationem: sed secundum rationis ordinem turbatio in eo fuit. Quantum ad secundum autem sciendũ est, quòd dominus turbari voluit propter duo. Primo quidem propter fidei documenta, vt scilicet veritatem humanæ naturæ approbaret. Et ideo iam ad passionem appropinquans omnia humanitus agit. Secundo propter exemplum. Nam si omnia constanter egisset, & nullam passionem sensisset in anima, nõ fuisset sufficiens exemplum ad mortem sustinendam hominibus. & ideo turbari voluit, vt cum turbamur, non recusemus mortem sustinere, nec deficiamus. Hebr. 4 Non habemus Pontificem, qui non possit compari infirmitatibus nostris tentatũ per oia, &c. Vnde ex hoc apparet continuatio cum precedentibus: quia. n. dixerat. Qui odit animam suam in hoc mundo, &c. In quo ad passionem discipulos exhortatus fuerat, ne dicant aliqui. O domine, securus potes disputare. philosophari de morte, qui extra dolores humanos existens, propter mortem non turbaris. & ió vt hoc excluderet, turbari voluit. Hæc autem Christi turbatio naturalis fuit. nam sicut anima naturaliter amat corporis vnionem, ita & naturaliter refugit eius separationem, præsertim cum ratio Christi permiserit agere animę & viribꝰ inferioribus quæ eis propria erant. Propter hoc etiam, quod dicit. { Nunc anima mea turbata est, &c.} Destruitur error Arrij & Apollinaris dicentium in Christo non esse animam: sed verbum loco eius. Consequenter ponit dominus petitionem gloriæ dicens.

b VBi dominus transfert ad se affectum hominis turbati. Ad cuius modum quatuor circa suam petitionem facit. Primo enim ponit quæstionem deliberantis. Secundo proponit petitionem, quę ex vno motu procedit. Tertio per rationem illum motum excludit. Quarto ponit aliam petitionem ex alio motu causatam. Quæstionem autem dubitantis proponit, quòd naturale est hominibus in angustijs constitutis, quod deliberent. Vnde Philosophus in Rhetoricis dicit: quòd timor facit cõsiliatiuos. Ideo Christus post manifestationem suæ turbationis, statim subdit. { Et quid dicam?} quasi diceret. Quid faciendum est post turbationem? Simile habetur in Psalm. 54. Timor & tremor venerunt super me. Et statim sequitur. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, &c. Nam & angustiati, & passione turbati grauãtur, & auxilium quærunt quo liberẽtur. Petitionẽ ex vno motu causatã ponit: quia cum quis est in ambiguo quid agere debeat, debet recurrere ad Deũ. 2. Paralipo. 20. Cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ habemus refugij, vt oculos, &c. Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Et ideo ad patrem recurrens, dicit. { Pater saluifica me.} idest, libera me à tribulatione, quæ imminet in hora passionis. Psal. 68. Saluum me fac domine, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Et vt Aug. dicit. Idem est, quod hic dominus dicit. Nunc anima mea turbata est & { Pater saluifica me.} cum eo, qd dicit. Matth. 26. Tristis est anima mea, &c. Sed notandum, quòd hęc petitio non proponitur ex proprio motu rationis, sed ipsa ratio quasi aduocata loquitur in persona naturalis affectionis, quæ desiderabat non mori. & ideo ratio designat motum affectionis naturalis in hac petitiõe. Ex quo soluitur quęstio quę fieri consueuit. quia vt dicitur ad Hebr. 5. In omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Et tamen in hoc quod petijt, non fuit exauditus. Ad quod dicendum, quod in illis est exauditus quæ ipsa ratio ex parte sua petebat, & vt exaudienda. Hoc autem, quod hic petit, non proponit ex parte sua, nec vt exaudienda: sed vt exprimens naturalem affectum. & ideo secundum Chryso. legitur interrogatiue. { Et quid dicam?} Numquid hoc { pater saluifica me ex hac hora?} quasi diceret. Nõ dicam hoc. Petitionem autem hanc ex motu naturalis appetitus propositam repellit, dicens. { Propterea veni in horam hãc} quasi diceret. non est iustum vt liberer ex hac hora passionis, quia ideo veni vt paterer, non fatali necessitate ductus, nõ humana violẽtia coactus: sed sponte oblatus. Isa. 55. Oblatus est: quia ipse voluit. sup. 5. Nemo tollet eam, scilicet animam meam à me: sed ego pono. Petitionem autem suam proponit ratio, cum dicit. { Pater clarifica nomen tuum.} Vbi per nomen tuũ, possumus duo intelligere. ipsum filium. Nomẽ enim à notitia dicitur, quasi notamen. Vnde nomẽ est quo manifestãtur res, filius aũt manifestat patrẽ. Infr. 16. Pater manifestaui nomen tuũ, &c. Et de hoc noſe dicitur. Isa. 30. Ecce nomen Dñi venit de longinquo. Est ergo sensus. { Pater clarifica nomen tuum,} idest, filium tuum. infr. 13. Clarifica me pater claritate, &c. Vel nomẽ Domini est notitia patris. Et tunc est sensus. Fac hoc.} Pater clarifica nomen tuum,} idest, fac illud, quod gloria est tui nominis, & in idem redit: quia clarificato filio, clarificatum est nomen patris. Ideo autem hoc dicit: quia passione filius glorificãdus erat. Philip. 2. Factus est obediens patri vsq; ad mortẽ mortẽ aũt crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum. q. d. Affectus naturalis perit, vt saluer, sed ratio petit, vt clarificetur nomen tuum, idest, vt filius patiatur: quia scilicet passione Christi notitia Dei clarificanda erat. Nã ante passionẽ Deus notus erat in Iudęa tãtum, & in Israel magnũ nomen eius. Sed post passionẽ sua nomẽ eius clarificatum est in Gentibus. Consequenter cum dicit.

c POnitur gloriæ promissio. Et primo inducitur vox gloriam promittentis. Secundo ponitur opinio turbæ deuotæ dubitantis, ibi. { Turba autem quæ stabat, &c.} Tertio ponitur expositio prolatæ vocis, ibi. { Respondit Iesus, & dixit. Non propter me, &c.} Dicit ergo quantum ad primum. { Venit ergo vox de cœlo.} Vox ista, vox est Dei patris, sicut illa quę supra Christum baptizatum. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Et similiter quę venit super eum transfiguratum. Mat. 17. Licet autem omnis talis vox formata sit virtute totius Trinitatis, specialiter tamẽ formatur ad representandum personam patris. Vnde & vox patris dicitur, sicut columba formata est à tota Trinitate, ad significandum personam spiritusſanẽti, & similiter corpus Christi à tota Trinitate formatũ est, sed specialiter à persona verbi assumptũ, quia ad hoc formatum est, vt ei vniretur. Vox ergo ista duo facit. Primo manifestat præteritum dicens { & clarificaui,} idest, claruum genui ab æterno: quia filius non est nisi quædam claritas & splendor patris. Sapien. 1. Cãdor est lucis æternę, &c. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &c. Vel { clarificaui,} in Natiuitate, quando Angeli cecinerunt. Gloria in excelsis Deo. Luc. 2. & in miraculis per eum factis. Secundo prænunciat futurum. { Et iterum clarificabo} in passione, in qua triumphauit de diabolo, & in resurrectione, & ascensione, & in totius mundi conuersione. Act. 3. Deus patrum nostrorum clarificauit &c. Opinio turbæ dubitantis de voce ponitur, cum dicit.

d IN qua quidem turba, & in omni turba quidam erant grossioris, & tardioris intellectus, quidam vero acutioris, quamuis omnes imperfecte se haberent ad ipsius vocis cognitionem. Nam desidiosi & carnales, non perceperunt vocem ipsam nisi quantum ad sonum. Et ideo dicebant { tonitruum factum esse,} sed non vsquequaque decipiebãtur. { Vox enim domini tonitruũ erat, tum quia mirabilem significationem habebat, tum quia maxima continebat. Iob. 26. Cum vix paruam scintillam sermonũ eius, &c. Psal. 76. Vox tonitrui tui in rota. Acutiores vero perceperunt de ipsa voce quod esset sonus vocis articulatæ & significatiuæ, vnde dixerunt eam esse locutionem. Sed credẽtes Christum

stum esse purum hominem defecerunt, locutionem illam angelo tribuentes. Vnde dicebant { Angelus ei locutus est.} qui quidem similia patiebantur diabolo, qui credebat Christum angelorum adminiculo indigere. Vnde dicebat. Matt. 4. Angelis suis mandauit de te, &c. Non enim angelorum custodia indiget & adiutorio: sed ipse angelos glorificat, & custodit. Expositio vocis subditur, cũ dicit.

e Respondit Iesus, & dixit. Non propter me hæc vox venit: sed propter vos.

f Nunc iudicium est mundi.

g Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

h Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum: hoc autem dicebat significans, qua morte esset moriturus.

e ET primo ponit vocem prolatam. Secundo ponit contradictionẽ, ibi { Respondit ei turba.} Tertio subdit domini responsionem, ibi { Dicit ergo eis Iesus.} Circa primum duo facit. Primo ponit causam vocis. Secundo subdit eius significationẽ, ibi. { Nunc iudiciũ est mundi, &c.} Sciendum est circa primum, quòd quia dixerant. Angelus loquutus est ei. Angelus aũt loquitur alicui reuelãdo ad vtilitatẽ eius cui loquit, sicut patet Apocalypsis primo, & Ezech. 1. ideo dominus ostendens se non indigere alicuius vocis: seu angelicæ reuelationis adminiculo, dicit { Nõ propter me.} scilicet instruẽdum venit hæc vox: { sed propter vos.} Nihil enim significauit quod ipse ante nesciret: quia in ipso sunt omnes thasauri sapientiæ & scientię Dei absconditi: ita vt nouerit omnia quæ pater nouit. { sed propter vos venit} scilicet instruendos. In quo datur intelligi, quòd multa dispensatiue circa Christum propter nos facta sunt, non quòd eis Christus indigeret. Rom. 15. Quę cumque scripta sunt ad nostram doctrinam, &c. Consequenter cum dicit.

f POnit vocis significationem. Et primo ponit iudicium quo erat glorificandus. Secũdo subdit iudicii effectum, ibi. { nũc princeps mundi huius, &c.} { Et tertio clarificationis modum, ibi { & si ego exaltatus, &c.} Dicit ergo { Nunc iudicium est mundi.} Sed si hoc est, quid ergo expectamus, quòd dominus veniat iterum iudicaturus? Ad quod dicendum, quòd iam venit ad iudicandum iudicio discretionis, quo discerneret suos a non suis. supr. 9 In iudicium ego in hunc mundum veni. & de hoc dicit { Nunc iudicium est mundi.} Sed venturus est ad iudicandum, iudicio condemnationis, ad quod primo non venit. supr. 3. non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet. &c. Vel dicendum quòd duplex est iudicium. Vnũ quo condemnatur mũdus, & de hoc non dicitur hic. Aliud est iudicium mundi quo iudicatur pro mundo, inquantum mundus a seruitute diaboli liberatur. Hoc modo intelligitur illud Psal. 34. Iudica domine nocentes, &c. & hæc duo in idem redeunt, quia hoc ipso quod iudicatur pro mundo exclusũ diabolo, discernuntur boni a malis. Effectus iudicii est exclusio diaboli. Vnde dicit.

g PEr virtutem passionis Christi. Vnde sua passio est eius clarificatio, vt quasi per hoc exponat quod dicit. Et clarificabo inquantum scilicet { princeps huius mundi eiicietur foras.} quasi per passionem victoriam de diabolo habeat. 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Sed circa hoc dubitatur de tribus. Primo de hoc quod dicit diabolum principem huius mundi. Ex quo Manichęi dicunt eum creatorem, & dominum omnium visibilium. Ad hoc dicendum, quòd diabolus dicitur princeps mũdi huius, nõ naturali dominio, sed vsurpatione inquantum homines mundani contempto vero domino, se sibi subdiderunt. 2. Corinth. 4. Deus huius sæculi excæcauit, &c. Est ergo princeps mundi huius, inquantum in mundanis hominibus principatur vt Augu. dicit. qui toto orbe terrarũ diffusi sunt. Nam nomen mundi quandoque accipitur in malã partem, pro hominibus mundum amantibus. supr. 1. Mundus eum non cognouit. Quandoque autem in bonam pro bonis hominibus sic in mundo viuentibus, vt tamen eorum conuersatio sit in cælis. 2. Corinth. 2. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Secundo dubitatur de hoc quod dicit { eiicietur foras.} Nam si eiectus esset foras, non ita tentaret nunc sicut ante tentabat, cum tamen tentare non desierit. non ergo eiectus est. Ad quod dicendum est secundum Aug. quod licet diabolus tẽret homines qui desierunt esse de mundo, non tamen eo modo tentat quo prius, quia tunc tentabat & regnabat ab interiori, sed postmodum ab exteriori tantum. Nam quamdiu homines sunt in peccato, tunc regnat ab interiori & tentat. Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro, &c. Sic ergo eiectus est foras, quia effectus peccati in homine non est ab interiori: sed ab exteriori. Tertio quæritur de hoc quod dicit. { Nunc princeps mundi eiicietur, &c.} Ex quo videtur sequi, quòd ante passionem Christi nõ erat eiectus foras, & per consequens cum tunc eiiciatur foras, qã homines liberantur a peccatis, quòd Abraham, Isaac & alii veteris testamenti non fuerunt liberati à peccato. Ad quod dicendũ est secũdum Augustinum, quòd ante passionem Christi eiectus erat a singularibus personis: sed non a mundo sicut post. Nam illud quod tunc in paucissimis hominibus factum est, nũc in multis magnisque populis Iudęorum & gentium ad Christum conuersis, virtute passionis Christi factum esse dignoscitur. Vel dicendum, quòd diabolus eijcitur per hoc quòd homines liberantur à peccato, sed ante passionem Christi, omnes iusti liberati erant à peccato: sed non totaliter, quia adhuc detinebantur ne introducerentur in regnum. Et quantum ad hoc in eis aliquid iuris habebat, quod tamen per passionem Christi totaliter sublatum est, quando flammeus gladius amotus est, quando dictum est homini, Hodie mecum eris in paradiso. Modus autem passionis est per exaltationem. vnde dicit.

h CIrca quod sciendum, quòd Chrysost. vtitur tali exemplo. Quòd si aliquis tyrannus qui consueuisset aliquos subditos opprimere, ferire, & vincula mittere, deinde ex eadem demẽtia etiam eum qui in nullo sibi subditur eodem modo afficiat vt in eundem carcerem ducat, merito hoc etiam aliorum qui sibi subijciebantur dominio priuari deberet: ita & Christus contra diabolum fecit. Diabolus enim propter peccatum primi parentis, aliquod ius habebat in hominibus, vnde poterat aliquo modo iuste in eos sæuire. quia vero etiam in Christo in quo nullum ius habebat similia tentare ausus est, dum eum tentator inuasit in quem non habebat quicquam, vt dicitur infr. 13. ideo signũ fuit vt etiam dominio priuaretur per mortem Christi. Et hoc est qd dicit. { Si exaltatus fuero à terra omnia trahã ad me, &c.} Vbi primo præmittit modum mortis. Secundo Euangelista exponit quod dicit, ibi { Hoc autẽ dicebat, &c.} Modus autem mortis est per exaltationem in ligno crucis. Expositio autem est, qp in hoc signauit { qua morte esset moriturus.} Sciendum est autẽ quòd duplici de causa dominus voluit mori morte crucis. Vna quidem propter mortis turpitudinem. Sapien. 2. Morte turpissima condemnemus. Vnde & Augu. dicit. Ideo hoc modo dñs mori voluit, vt hominem neque ipsa mortis turpitudo à perfectione iustitiæ repellat. Secundo, quia sic mors est per modum exaltationis. Vnde & dominus dicit { Si exaltatus fuero.} Quod quidem genus mortis cõueniebat fructui, causæ, & figuræ passionis. Fructui quidem, quia per passionem erat exaltandus. Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. propter quod Deus exaltauit illum, &c. Et ideo Psalm. 20. dicebat Exaltare domine in virtute tua. Causæ vero passionis conueniebat dupliciter: quia & ex parte dæmonis, & ex parte hominum. Ex parte quidem hominum, quia pro ipsorum salute moriebatur, ipsi autem perierant, quia deiecti & demersi erant ad terrena. Psalm. 16. Stratuerunt oculos suos declinare in terram. Voluit ergo mori exaltatus, vt corda nostra ad cœlestia eleuaret. Sic enim ipse est via nostra in cœlum. Ex parte vero dęmonum, vt scilicet eos qui in aere principatum & potestatem exercebant, ipse eleuatus in aera conculcat. Figuræ vero conueniebat, quia dominus fieri præcepit serpentem eneum in deserto, vt habetur Numeri 21. supr. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, &c. Sic ergo exaltatus { omnia traham} per charitatem. { ad meipsum.} Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te. &c. In hoc etiam maxime apparet charitas Dei ad hominem, inquantum pro ipsis mori dignatus est. Rom. 5. Commendat Deus suam charitatem in nobis, &c. In hoc compleuit quod sponsa petit Canticorum primo. Trahe me post te, &c. Notandum est autem quòd trahit pater, trahit & filius. supra sexto. Nemo potest venire ad me, nisi pater, &c. Ideo autem dicit hic { omnia traham.} vt ostẽdat quòd eadem est operatio vtriusq;. Dicit autem { omnia.} non omnes, quia non omnes trahuntur ad filium { omnia} inquam { traham.} idest, animam & corpus. Vel omnia genera hominum, scilicet gentiles & Iudæos, seruos & liberos, mares & fœminas. Vel omnia prædestinata ad salutem. Et notandum, quòd hoc ipsum quod dicit omnia trahere ad seipsum, est principem huius mundi foras eijcere. Non enim est conuentio Christi, ad Belial, nec lucis ad tenebras.

LECTIO VI.

ROfita promissione de glorificatione Domini & expositione vocis. Hic consequenter ponitur dubitatio turbæ. Vbi primo introducit auctoritatem legis. Secundo ex ea dubitationem mouet, ibi. {Et quomodo tu dicis.} Dicit ergo quantum ad primũ. {Respondit ei turba,} scilicet Domino de sua morte loquenti. {Nos audiuimus ex lege.} Lex hic accipitur cõmuniter pro tota scriptura Veteris Testamenti, } quòd Christus in æternum manet. } Et hoc potest ex multis locis Veteris Testamenti haberi, & precipue. Isa. 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Daniel. 7. Potestas eius, potestas æterna, &c. Et ex hac auctoritate duas dubitationes formant. Vnã de facto, aliã de persona. De facto, cum dicunt. {Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?} Sed cum Christus non dixerit oportet exaltari filiũ hominis. Sed ego si exaltatus fuero, &c. Quo Iudæi dicunt {oportet exaltari filium hominis? Sed dicendum, quòd Iudæi iam assueti erant in verbis Domini. Vnde memoriter tenuerunt, quòd dicebat se esse filium hominis. Ideo cum dixit. Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Pro eodem intellexerunt, ac si dixisset. Si filius hominis esset exaltatus, vt Aug. dicit. Vel dicendũ, q̃ licet hic non fecerit mentionẽ de filio hominis, tamẽ sup. 3. hoc dixit. {Oportet, inquam exaltari filium hominis.} Sed videtur hoc, quod ipsi dicunt. {Oportet exaltari, &c.} In nullo contrariari ei, quod dixerant, {quòd Christus manet in æternum. } Sed dicendum ad hoc, quòd quia Dominus consueuerat eis parabolice loqui: ideo multa eorum quæ dicebantur intelligebant. Vnde & hoc, quod Dominus dixit, exaltationem in mortem crucis suspicati sunt. supr. 8. Cum exaltaueritis filium hominis tũc, &c. Vel dicendũ, quòd hoc ideo intellexerunt: quia iam id facere cogitabant. Vnde eis verborum istorum intellectum non aperuit acumen scientiæ, sed stimulata conscientia malitiæ. Sed attende eorum malitiam: quia non dicunt. { Nos audiuimus ex lege, } quòd Christus nihil patitur. Nam in multis locis de passione & resurrectione eius agitur. sicut illud. Isa. 53. Tanquam ouis ad occisionẽ, &c. Et illud Psal. 3. Ego dormiui, & soporatus sum, &c. Sed dicunt. {quoniam Christus manet in æternum.} Cuius ratio est: quia in hoc nulla fuisset contrarietas, cum immortalitati Christi ex passione eius nullum factum fuisset impedimentum. Volebãt enim ostendere eum ideo non esse Christum { quoniam Christus manet in æternum.} vt Chrysost. dicit. De persona autem quęstionem mouent, cum dicunt. { Quis est iste filius hominis? } Hoc ideo quærunt: quia Danielis 7. dicitur. Vidi, & ecce quasi filius hominis, &c. quia per illum filium hominis intelligebant Christum. quasi dicerent. Dicis, quòd oportet exaltari filium hominis. Et filius hominis quem intelligimus Christũ, manet in æternum, { Quis est ergo iste filius hominis? } Si non manet in æternum, nec est Christus. In hoc autem reprehendenda est eorum tarditas: quia adhuc dubitant post tot visa, tot audita, an ipse esset Christus. Eccl. 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam. Consequenter cum dicit.

b SAtisfacit Dominus eorum dubitationi aliqualiter. Et primo commendat bonum, quod habebant. Secundo hortatur eos ad profectum, ibi {ambulate, &c.} Tertio admonitionem exponit dicens. {Dum lucem, &c.} Dixit ergo eis Iesus. } Adhuc modicum lumẽ, &c.} Quod quidem potest dupliciter legi. Vno modo, secundum Aug. vt scilicet {modicum} sit adiectiuum determinans hoc quod dicit { lumen: } quasi dicat, quoddam lumen in vobis est, inquantũ recognoscitis quòd Christus manet in æternum. Hæc enim veritas quædam est. Omnis autem manifestatio veritatis est quoddam lumen infusum à Deo. Sed tamen lumen istud, quod est in vobis { modicũ est, } quia licet cognoscatis Christi æternitatem, eius tũ mortem & resurrectionem non creditis. In quo patet, quòd non habetis fidem perfectam. Istis ergo conuenit, quod dictum est Petro. Mat. 14. Modicæ fidei: quare dubitasti? Secũdum Chrysostomum vero dicitur. {Adhuc modicum, scilicet tempus extat, quòd { lumen in vobis est, } idest, ego qui sum lumen: quasi dicaret. Paruo tempore ego lux, vobiscũ sum. infr. 16. Modicum & iam non videbitis me.

E T ideo consequenter exhortatur eos ad complementum, & profectum boni. Et primo ponit suam exhortationẽ. Secundo ostendit periculum imminens, nisi proficiant, ibi. {Qui ambulat in tenebris, &c.} Dicit ergo, dico q̃ modicũ lumẽ habetis in dum illud habetis { ambulate, } idest, accedite & proficite, vt simul cum æternitate, intelligatis moriturum Christum, & resurrecturum. Et hoc secundum primam expositionem. vel { Ambulate, &c. } idest, dum vobiscum sum, proficite, & satagite sic me habere, vt nũquã perdatis. Psal. 88. Domine in lumine vultũ tui ambulabũt. & hoc { ne tenebræ, } infidelitatis, ignorantiæ, & perpetuæ damnationis { vos comprehendant, } & sic vlterius proceedere nõ possitis. Tunc enim homo comprehendit tur tenebris, quando totaliter in infidelitate demergitur, quod esset, si eo modo crediderit is Christi æternitatem, vt negetis in eo mortis humilitatem. Iob 3. Viro cui abscondita est via. Eccl. 36. Oẽs inuoluimur quippe tenebris. Periculũ imminẽs nisi proficiãt, subdit dicens.

d NAm lumen siue externus, siue interius dirigit hominẽ. Exterius quidem dirigit quantum ad exteriores actus corporales. Sed interius dirigit ipsam voluntatem, qui ergo non ambulat in luce, non perfectè credendo in Christum, sed { ambulat in tenebris, nescit quo vadit, } idest, ad quem terminum dirigatur. Psal. 81. Nesciebant, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Quod quidem & ipsis Iudæis contingit: quia nesciũt quid agant: sed vt in tenebris ambulantes, putant quidem rectam incedere viam, & vnde Deo placere credunt, magis displicent. Similiter & hæretici erãtes, vnde mereri credunt lumen veritatis & gratiæ, priuari potius demerentur. Prouerb. 14. Est via quæ videtur homini recta, &c. Consequenter cum dicit.

e EXponit, quod dixit, scilicet: quid sit ambulare. Et hoc dupliciter, secundum duas præmissas expositiones. Primo secundum primam. { Dum lucem habetis. } idest, dum aliquid habetis de notitia & lumine veritatis, { credite in lumen: } idest, in veritatem perfectam { vt filij lucis sitis, } id est, vt renascamini veritati. 1. Thessal. 5. Non sumus noctis. neque tenebrarum, &c. Vel secundum aliam expositionem. { Dum lucem habetis, } idest, me qui sum lux. supr. 1. Erat lux vera, &c. { credite in lucẽ } . i. in me, hoc est proficite in cognitione mea. vt filij lucis sitis: } quia ex hoc quòd creditis in me, eritis filij Dei, supr. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

f HIc Euãgelista narrat factum, quod fecit Iesus, scilicet, quòd abscõdit se. Sed cum supr. 8. legerimus, Christum hoc idem fecisse. In promptu est ratio, quia tulerunt lapides vt iacerent in eum. Sed hic suę abconsionis nulla ratio assignatur, vt cum nec lapides leuarent, nec eum blasphemarent, quare ergo abscondit se? Ad quod dicendum, quòd Dominus scrutans eorum corda, cognouit furorem & malitiam eorum, quam iam conceperant de eo occidendo. Vnde volens eos præuenire, non expectauit vt in opus exirent, sed abscondendo se, eorum inuidiam & iracundiam mitigauit. In quo nobis dedit exẽplum, vt cum de aliquorum malitia nobis constat iam antequam patrare opere tentent, fugere debemus, nihilominus tamen Dominus ostendit facto, qd̃ dixit verbo. Dixerat enim. { Ambulate dum lucẽ habetis, vt nõ tenebræ, &c. } Has tenebras cuiusmodi sint insinuauit per suam absconsionem. Isa. 8. Expectabo eum qui abscondit se, &c.

LECTIO VI.

R Espondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, qa Christus manet in æternũ. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis?

b Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est.

c Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.

d Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.

e Dum lucem habetis, credite in lucẽ, vt filii lucis sitis.

f Hæc locutus est Iesus, & abit, & abscondit se ab eis.

LECTIO VII.

VM autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.

LECTIO VII.

SVpra, Euangelista tractauit multipliciter de gloria Christi, ex qua Iudęi ex inuidia commoti sunt ad occidendum eum. Hic agit de alia occasione passionis eius, scilicet de infidelitate Iudæorum. Et primo tangitur eorum infidelitas. Secundo ipsa reprehenditur a Domino, ibi: {Iesus autem clamauit, &c.} Circa primum duo facit. Primo reprehendit infidelitatẽ omnino non credentium. Secundo infidelitatem eorum qui credebant, tamen in occulto, ibi. { Verum tamen ex principibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit eorum mirabilem infidelitatis duritiam. Secundo ne credatur irrationabiliter vel fortuito factum, inducit Prophetiã ibi. { Vt sermo Isaię Prophetæ, &c.} Dicit ergo Euangelista, quasi admirans. Dictum est, quòd Dominus multa signa fecit, puta quòd aquam mutauit in vinum. supr. 2. quòd paralticum curauit. supr. 5. quòd illuminauit cæcum. supr. 9. quòd resuscitauit mortuum. supr. 11. Et tamen cum { tãta signa fecisset coram eis, non credebãt in eũ. } Consueuerũt ergo dicere. Quod signum ostendis nobis, vt credamus tibi? Sed ecce, q̃ Euãgelista dicit { cũ tãta signa fecisset, &c. } in. 15. Si opera nõ fecissem in eis, &c. Vñ non poterant dicere illud Psalm. 63. Signa nostra non vidimus. Consequenter cum dicit.

b INtroducuntur ad hoc testimonia Prophetarum. Et primo introducitur Propheta. Secũdo ostenditur quòd de Christo loquuntur, ibi. { Hęc dixit Isa. &c. } Circa primum duo facit. Primo inducit Prophetiam prædicentem eorum infidelitatem. Secundo subdit Prophetiam prædicentẽ infidelitatis causam, ibi { Propterea non poterant, &c. } dicit ergo. Dico, quòd non credebãt in eum { Vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, &c. } Vbi sciendum est, quòd ly { vt } in sacra scriptura quandoque accipitur causaliter, sicut illud supra 10. Ego veni vt vitam habeant. Quandoque autem tenetur consecutiue, & significat euentum futurum. Et sic accipitur hic. Non enim ideo non credebant, quia prædixerat, sed quia non erant credituri: ideo prædixit. Vnde ex non credentibus sermo Isaiæ impletur. Luc. vltimo. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt. Matth. 5. Iota vnum, aut vnus apex, &c. Sed si necesse erat vt impleretur sermo Isaię, videtur quòd Iudęi sint excusabiles, de eo quòd non crediderunt. Non enim poterant facere contra prophetam. Responsio, dicẽdum, quòd sic prophetatum erat, vt eorum arbitrio vterentur. Deus enim futurorum præscius eorum infidelitatem p prophetiã prędixit, non fecit. Non enim propterea Deus quem quam ad peccandum cogit: quia futura hominũ peccata iam nouit. Illud ergo peccatum quod Iudæi fecerunt, dominus quem nihil latet facturos eos prædixit. Quid autem Prophęta dicat, subiungit dicẽs { Domine, quis credidit auditui, &c. } Vbi sciendum est, quòd duplex est modus credendi. Aliquando quidem per instructionem alterius. Et hic est communis modus credendi Rom. 10. Fides ex auditu, &c. Aliquando autem per rẽ uelationem diuinam. Et hic est singularis modus. De quo Apostolus dicit. Neque ab homine didici illud, &c. Isa. 53. Ergo prædixit quidem credentium raritatem. dicens { Domine, quis credidit, &c. } Et primo quantum ad modum communem, qui est p instructionem cum dicit. { Quis credidit auditui nostro? } Quod quidem habetur Isa. 53. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo vt sit sensus. { Quis credidit auditui nostro? } quod, scilicet nos audiuimus à te. Abbac. 1. Auditum audiuimus à domino ex ercituum, &c. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. q. d. Nos audiuimus à te: sed dñe quis credet nobis? quæ de natiuitate & passione tua te loquente audiuimus? Vnde & totũ illud capitulum Isaiæ loquitur de his. Dicit autem prophetas audire: vt insinuet modum illuminationis Prophetarum. Nam per visum accipit homo cognitionem immediate de re visa, sed p auditum non habetur immediate cognitio à re visa: sed ab aliquo signo illius rei. Quia ergo Prophetæ non immediate videbant essentiam diuinam, sed quædam signa diuinorum, ideo dicit eos audire. Nume. 12. Si quis fuerit inter vos Prophęta domini, &c. Loquitur ad illum, &c. quasi per quędam signa. Filius autẽ æternaliter videt ipsam diuinam essentiam. supr. 1. Deum nemo vidit. vnigenitus, &c. Quis ergo credidit auditui nostro? } idest, qs credidit his quæ audiuimus & narrauimus? Isa. 51. Quæ audiui à domino exercituum, &c. Alio modo { quis credidit auditui nostro? } idest, his quæ à nobis audiunt. Ezech. 33. Audiũt sermones meos ex ore tuo, & non faciunt eos, &c. Quantum autem ad modum { singularem qui est per reuelationem. dicit { & brachiũ domini cui reuelatum est. } Brachium dicitur filius, per quem pater omnia operatur, sicut brachium hominis dicitur per quod homo operat. Et si homo solo verbo interiori, { vel exteriori operaretur: tunc verbum eius posset dici brachium suum: sic ergo dicitur brachium Dei, non quòd Deus pater figura determinetur carnis humanæ. Et brachium habeat corporale: sed quia per ipsum omnia facta sunt. supr. 1. & Iob. 40. Si habes brachiũ sicut Deus, &c. Luc. 1. Fecit potentiam in brachio suo, &c. Notandum ergo, quòd ex hoc verbo occasionem sumpsit erroris suĩ Sabellius, dicens, eandem personam esse patris & filij. Et Arrius dicens filium esse patre minorem. Non enim duę personæ, sed vna est homo & brachium eius, nec brachium homini æquale dici potest. Ad quod dicendum est, quòd in talibus non est sufficiens similitudo. Nam ea quę in creaturis sunt non perfecte repręsentant ea quæ sunt in Deo. Vnde Dionysius dicit, quòd symbolica theologia non est argumentatiua. Non ergo dicitur brachium filius quasi eiusdem personæ cum patre sit vel minor eo: sed quia per eum oẽa operatur. Dicit ergo. { Et brachium domini cui reuelatum est, } quasi dicat paucis, scilicet ipsis Apostolis. 1. Corin. 2. Nobis autem reuelauit, &c. Consequenter cum dicit.

c POnit prophetiam prędicentem infidelitatis causam. Et si intendamus hæc verba Euãgelistæ, videtur quidem secũdum superficiẽ literæ habere obscurum intellectũ. Et primo, qa si dicatur quòd { propterea non poterant credere. } quia hoc dixit Isaias, videntur Iudæi excusabiles esse. Quòd enim peccatũ est hominis lacientis quod non potest facere, & quod gratius: est in Deum culpa retorquetur, qui excæcauit oculos eorum. Tolerabile autem esset, si hoc de diabolo diceretur: quia vt dicitur 2. Cor. 4. Deus huius sæculi excecauit mentes infidelium, sed hic dicitur de domino nostro. Nã Isa. 6. dicit. Vidi dominum sedentem super solium, &c. Et sequitur Excæca cor populi huius, &c. Sed ad euidentiã huius primo exponimus hoc quod dicit { propterea non poterant, &c. } Vbi sciendum, quod aliquid dicitur impossibile vel necessariũ dupliciter. Absolute. s. & ex suppositione. { Absolute quidem sicut impossibile est hominem esse asinum. Ex suppositione vero, sicut impossibile est me esse extra domum, dum intus in ea sedeo. Secundũ hoc ergo dicendũ, q̃ homo excusatur si non facit ea quæ absolute sunt sibi impossibilia sed si nõ facit ea siqua sunt sibi impossibilia ex suppositione, non excusatur, sicut si detur quòd aliquis habeat malam voluntatem omnino furandi, & dicat impossibile sibi non esse peccare quàm diu voluntatem obstinatam illam habeat, non excusatur, quia huiusmodi impossibilitas non est simpliciter, sed ex suppositione. Potest enim volũtatem malã disponere. Dicit ergo { propterea nõ poterant credere } quia scilicet habent voluntatem obscuratã in sua malitia. Hie. 17. Quo, s. potest Aethiops mutare pellem suam, &c. Matt. 7. Quomodo potestis bona facere cũ sitis mali? Et simile est, sicut si dicerem de aliquo, ego nullo modo possum eum diligere: sed habeo eum odio. Quantum ad secundum sciendum quòd excęcatio & induratio Dei non intelligitur quasi Deus immittat malitiam, vel ad peccandum impellat: sed per hoc quòd non infundat gratiam: quã quidẽ gratiã infundit ex sua misericordia: sed causa huius quòd non infundit, est ex parte nostri: aut quantum scilicet, in nobis est aliquid gratiæ diuinę repugnans. Nam ipse quantum in se est, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sup. 1. Thimot. 2. Vult omnes homines saluos fieri, sed quia nos a Deo recedimus. ideo gratiam suam nobis subtrahit. Oseæ. 5. Quia tu scientiam repulisti. Ose. 12. Perditio tua Israel, &c. Et est simile, sicut si aliquis claussisset fenestram domus, & diceretur ei, tu non potes videre, quia priuaris lumine Solis: sed hoc non esset ex defectu Solis, sed quia ipse sibi lumen solare interclussisset. Et similiter hic dicitur quòd { non poterant credere } quia Deus excæcauit eos: quia scilicet ipsi causam præstiterant, vt excæcarẽtur secundum illud Sapien. 2. Excæcauit illos malitia eorum.

e HIs ergo visis, considerãda sunt verba prophetię huius, quę quidem habentur. Isa. 6. Non secundum eadem verba sed secundum eandem sententiam. In his ergo verbis tria continentur. Primo Iudæorum induratio & excæcatio. Secundo vtriusq; effectus, ibi { vt non videant. } Tertio, finis, ibi { & conuertantur, & sanem eos. } Circa primum considerandum est, quòd dominus inducebat ad fidem dupliciter, scilicet miraculis & doctrina. Vnde vtrumque eis improperat, dicens Si opera non fecissem in eis quæ nullus alius fecit, &c. Et iterum. Si nõ venissem, & nõ loquutus fuissem eis, &c. Vtrumque enim contempserunt. Inquantum ergo Christi miracula non attendebant diligentia debita, dicit { Excæcauit oculos eorum. } scilicet cordis. De quibus habetur. Ephes. 1. Illuminatos oculos cordis vestri, si per intellectum considerarent quòd talia miracula fieri non poterant, nisi in virtute diuina. Isa. 42. Qui vides multa nonne considerabis? Et iterum. Isa. 42. Quis cæcus, nisi seruus meus? &c. Qui quantum ad doctrinam Christi non mouebantur. Subdit { & indurauit cor eorum. } Videtur enim durissimum quod forti calore non resoluitur, & diuina percussione non conteritur. Verba autem Christi sunt quasi ignis, { & sicut malleus conterens petras, vt dicitur Hie. 23. Ignis quidem, quia instimmant per charitatem. Malleus autem quia terrent per comminationem, & confringunt p manifestissimam veritatem. Et tamen verbum Christi cor Iudæorum non attendebat. Vnde patet, q̃ fuit induratum. Iob. 20. Cor eius indurabitur quasi malleatoris incus. Roman. 9. Cuius vult misereturr, & quem vult indurat. Effectus autem excæcationis ponitur, cum dicit { Vt non videant oculis. } scilicet spiritualibus, intelligendo Christi diuinitatem. Psal. 113. Oculos habẽt, & non videbunt. Econtra dicitur Luc. 10. Beati oculi qui videt, quæ vos videtis. Effectus indurationis ponitur, cũ dicit contra { Nec intelligant corde. } vt non intelligant corde. } Iob. 4. Et qa nullus intelligit in æternũ peribit. Psal. 35.

Noluit

Noluit intelligere, vt bene ageret. Est autem hic aduertendum, quòd ly {vt} non ponitur hic causaliter, sed consecutiue. Finis autem excæcationis & indurationis ponitur consequenter cum dicit. {Et conuertantur, & sanem eos.} Et potest intelligi dupliciter vt Aug. dicit in lib. de quæstionibus Euangel. Vno modo, vt repetatur hæc dictio {non} vt sic sensus {& non conuertantur, & nõ sanem eos.} Via enim saluationis a peccato est conuersio ad Deum. Tren. 4. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Est statim subditur. Innoua dies nostros, &c. Illis autem qui indignos se præstiterunt quibus remitterentur peccata non præstat Deus beneficia, quibus conuertantur, & sanetur, sicut patet de omnibus non approbatis. Alio modo potest intelligi: vt non reiteretur hęc dictio {non} vt sit sensus: Ideo excæcati sunt, & indurati, vt ad tempus nec viderent, nec intelligerent, & sic non videntes, & non intelligentes, idest, non credentes in Christum, eum occiderent, & postmodum compuncti {cõuerterentur, & sanarentur.} Permittit enim aliquos quandoque cadere in peccatum, vt humiliati ad iustitiam firmius resurgãt. Ea vtraque expositio locum habet in diuersis Iudæis. Prima quidem in illis: qui in sua incredulitate finaliter permanserunt. Secunda vero in illis, qui post Christi passionẽ sunt ad Christũ cõuersi, qui. s. cõpuncti corde ex verbis Petri dixerunt Apostolis. Quid faciemus viri fratres, vt dicitur Act. 2. Deinde cum dicit.

G Ostendit prædicta ad propositum pertinere. Vnde dicit. {Hæc dixit Isa. quando vidit gloriam Dei.} Simul enim vidit gloriam Dei, & excæcationem Iudæorum, vt patet. Isa. 6. Vbi primo dicitur. Vidi Dominum sedentem, & postea subditur. Excęca cor populi huius, &c. Et quia quod videtur cõueniẽs erat vt testaretur, vt dicitur. 1. Ioan. 1. ideo sequitur. {Et locutus est de eo.} scilicet de Christo cuius gloriam vidit: secundum illud Act. 1. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. Ro. 1. Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Circa prima duo quæ hic tanguntur, cauendus est error Arrianorum, qui dicunt solũ patrem inuisibilem omni creaturæ, filium autem visum fuisse in visionibus veteris testamenti. Sed cum dicatur infr. 14. Qui videt me videt & patrem meũ, manifestum est, quòd vno & eodem modo est filius visibilis vt pater. Videns ergo Isaias gloriam filij, vidit & gloriam patris, imo totius Trinitatis, quę est vnus Deus sedens super solium excelsum, cui Seraphim proclamant Sanctus, Sanctus, Sanctus. Nõ autem ita, quod Isa. essentiam Trinitatis vidit, sed imaginaria visione, cum intelligentia, quędam signa maiestatis expressit, secũdum illud Num. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, per somnium autem in visione loquar ad eum. Per illud vero, qd secundo dicitur. {Et locutus est de eo} excluditur error Manichæorum, qui dixerunt nullas Prophetias in veteri Testamento præcessisse de Christo vt Augu. narrat in lib. contra Faustum, & Theodorum Mosuestenum, qui dixit omnes Prophetias veteris Testamenti esse de aliquo negotio dictas, per quandam tamen appropriationem esse adductas ab Apostolis Euangelistis ad ministerium Christi, sicut ea quæ dicunt in vno facto possunt adaptari ad aliud factum. Omnia autem excluditur per hoc qd dicitur. {Et locutus est de eo,} de me. sicut de Moyse. supr. 5. dixit Christus. De me enim ille scripsit, &c.

LECTIO VIII.

Supra Euangelista exposuit defectum omnino non credentium. hic exponit defectum credentium in occultõ, qui pusillanimes erant. Et Primo proponit eorum dignitatem. Secundo ostendit eorum defectũ, ibi. {Sed propter Pharisæos, &c.} Tertio, insinuat defectus radicem, ibi {Dilexerunt enim magis, &c.} Dignitas autem eorum, qui in occulto credebant magna est, quia principes. Et quantũ ad hoc dicit. {Verũtamen, &c.}. q. d. Dixi, quòd cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eũ, quod quidẽ verum est pro maiori parte, non tamen quin aliqui in eum crederent. quia {ex principibus,} scilicet populi {multi crediderunt in eum,} quorũ vnus fuit Nichodemus, qui venit ad Iesum nocte vt dicit supr. 3. Sic impletur. q̃ in Psal. 46. dicitur. Principes populorũ congregati sunt, &c. Sic etiã fallum ostendit, quod Pharisæi dixerunt. supr. 7. Nũquid ex principibus aliquis credit in eũ &c. Defectus horum principum est pusillanimitas. Vnde dicit.

a Hæc dixit Isaias, qñ vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

LECTIO VIII.

Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum.

b Sed propter Pharisęos nõ cõfitebantur, vt de synagoga non eiicerentur.

b VT enim supr. 9. dictum est. Pharisei conspirauerant, vt si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Licet crederent corde, non tamen confitebantur ore. Sed eorum fides insufficiens erat: quia vt dicitur Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore cõfessio fit ad salutem. Luc. 9. Qui erubuerit me, & meos sermones, &c. Radix autem defectus istorũ est inanis gloria. Vnde sequitur.

c Ex hoc enim qd publice confitebantur, amittebant gloriam hominum. Sed ex hoc consequebantur gloriam Dei. Isti autem magis elegerũt priuari gloria Dei volentes publice cõfiteri, quàm gloria hominum cupientes in mundanis gloriari. supr. 5. Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, &c. Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi, &c.

d HIc ostendit quomodo Christus Iudæorum infidelitatẽ redarguit. Et primo ostendit credendi debitum. Secũdo subdit fidei fructum, ibi. {Ego lux in mundum veni, &c.} Tertio cõminatur infidelium supplicium, ibi. {Et si quis audierit, &c.} qa autem fidei succedit visio, ideo circa primum, Primo agit de fide. Secundo de visione, ibi. {Qui videt me, &c.} Quãtum ad primum dicit. {Iesus autem clamauit.} Et propter magnitudinem dicendorum, & propter libertatem animi ad redarguendum peccata. Isa. 40. Clama ne cesses, exalta, annuncia populo meo, &c. {Et dixit, qui credit in me, &c.} quod quidem videtur contradictionem implicare. Dicit enim. {Qui credit in me, non credit in me.} Ad cuius intellectum sciendum est primo secundũ Aug. hoc esse dictum à Domino ad distinguendum in se naturam diuinam, & naturam humanam. Cum enim proprium obiectum fidei sit Deus, possumus quidem credere creaturam esse, sed nõ debemus credere in creaturam, sed in Deum solum. In Christo autem est natura creata, & natura increata. Requiritur ergo ad fidei veritatem, vt fides nostra tendat in Christum, quantum ad naturam increatam, & secundum hoc dicit. {Qui credit in me:} scilicet in personam {non credit in me} secundum quod homo. {sed in eum qui me misit,} idest, in me secundum quòd sum missus à patre. supr. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius, &c. Secundum Chryso. vero notandum est, quòd Dominus dicit hoc ad insinuandam eius originem tantum, & est similis modus loquendi, sicut si aliquid hauriens de aqua fluminis dicat. Ista aqua nõ est fluminis, sed est fontis, nõ est quidẽ fluminis originalis, &c. Sic ergo Dominꝰ dicit. {Qui credit in me, nõ credit in me, &c.} quasi dicat. Non sum principium meipsius, sed diuinitas est mihi ab alio, idest, a patre: vnde {qui credit in me, nõ in tantum credit in me} nisi in, quantũ sum a patre. Consequenter cum dicit.

e AGit de visione. Circa quod sciendum est, qꝑ sicut pater misit filium ad conuertendum Iudæos, ita & Christus misit discipulos suos. infr. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Nullus autem discipulorum ausus fuit dicere nec debuit, quòd crederet in eum, quamuis dicere, potuisset quod crederet ei. quia hoc non potuisset esse sine hoc, quòd derogaret mittenti: quia si crederet in discipulum, desineret credere in magistrum. Possent ergo Iudæi dicere, quòd eodem modo, cum sis missus a patre, qui credit in te, desinit credere in patrem. & ideo Dominus contra hoc ostendit, quod qui non credit in eum, non credit in patrem. Et hoc est quod dicit. {Qui videt me, videt eum qui misit me.} Visio hic dicitur non corporalis intuitus, sed veri consideratio, quæ est per intellectum. Ideo autem qui videt filium, videt & patrem: quia est in eo per essentiæ vnitatem. Dicitur enim aliquid videri in aliquo, vel quia sunt idem, vel omnino cõformes. Pater autem & filius sunt idem in natura, & omnino cõformes, quia filius est imago patris in nullo dissimilis. Colos. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantię, &c. & ideo sicut credit in patre, ita & in me. infr. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem. Non credis quia ego in patre, & pater, &c. quasi dicat. Ista est ratio, quare qui videt me, videt & patrem; quia pater in me est, & ego in eo. Sic ergo apparet fidei debitũ, vt. s. fides tendat in Christum inquantũ Deus, sicut in patrem. Fructum autẽ fidei consequenter ostendit.

ET Primo ostendit suam dignitatem & virtutem cum dicit. {Ego lux in mundum veni.} Quomodo Christus sit lux expositum est supr. 1. {Erat lux vera, &c. Et octauo.} Ego sum lux mundi, &c. In hoc etiam ostendit se habere diuinam naturam. Esse enim lucem est proprũ Dei. Alia vero sunt lucentia, idest, participantia

participantia lucem: sed Deus lux est per essentiam. 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. Sed quia primæ ad Timotheũ 1. dicitur, quòd lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum videt, non poteramus accedere ad eum. Et ideo oportuit quòd ipse ad nos veniret. Et hoc est quod subdit {in mũdum veni.} scilicet ego sum lux inaccessibilis, qui ab errore eripio, & intellectuales tenebras soluo. in fra 14. Exiui a patre, & veni in mundum. supra primo. In propria venit, &c. Licet Apostoli dicant lux. Matthæi 5. Vos estis lux mundi, non tamen ea ratione qua Christus. Ipsi enim sunt lux illuminata, quamuis aliquo modo, scilicet ministerio illuminantes essent. Nec alicui Apostolorum conuenit dicere {Ego lux in mundum veni.} Quia quando in mundum venerunt adhuc tenebræ erant, & nõ lux. quia vt dicitur Iob 37. Omnes inuoluimur tenebris. Secundo subdit dicens {vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.} Illuminatio ergo est effectus fidei. supra 8. Vt omnis qui credit in me, &c. {in tenebris nõ maneat.} scilicet ignorantiæ infidelitatis, & damnationis perpetuę, per quod patet, quòd omnes nascuntur in tenebris culpæ. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem, &c. Item, in tenebris ignorantiæ. Iob 3. Viro cui abscondita est, &c. Et tandem nisi conuertantur ad Christum deducentur ad tenebras damnationis perpetuæ. Qui ergo non credit in me, &c. sup. 3. Qui incredulus est filio, &c. Supplicium autem infidelium innuit dicens.

g QVod incurrent per iudicij condemnationem. Et primo proponit dilationem iudicij. Secundo pronũciat ipsum iudicium futurum esse, ibi {Qui spernit me, & non accipit, &c.} Tertio ostendit dilationis causam, ibi {Sermo, quem locutus sum, &c.} Circa primum duo facit Primo proponit iudicij dilationem. Secundo assignat dilationis rationem. Dicit ergo quantum ad primum {Et si quis audierit verba mea, &c.} Notandum ergo, quòd illi beatificantur, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, credendo interius in corde, & exequendo exterius in opere. Qui vero audiunt illud, & custodire non fatagunt, magis rei ex hoc efficiuntur. Roma. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, & Iac. 1. Estote factores, & non auditores tantum. & ideo {si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum.} Sed hoc videtur contrarium ei quod dicitur supra 5. Pater omne iudicium dedit filio. & ideo intelligendum est {Non iudico eum.} scilicet modo. Potuisset enim sibi ad infirmitatem putari, si eum quos ipsi contemnunt, illos dimittit, & ideo dicit, quòd huiusmodi iudicabuntur: sed non modo. nam vt dicitur Eccles. 10. Omnia quæ fecit Deus, adducet in iudicium. Et Iob 19. Fugite a facie iniquitatis, quoniam vltor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium. Causam vero dubitationis dilationis subdit dicens {Non veni vt iudicem mundum, &c.} Duplex enim est aduentus filij Dei. Vnus, quo venit vt saluator. Alius, quo venit vt iudex. Sed cum omnes essent in peccatis, si primo venisset vt iudex, nullũ saluasset, quia omnes eramus filij iræ: & ideo oportuit vt veniret primo ad saluandum credentes, & postmodum ad iudicandum, & fideles & peccatores. Et hoc est, quod dicit. ideo, scilicet non iudico eum modo {quia non veni.} scilicet in primo aduentu {vt iudicẽ mundum: sed vt saluificem mundũ.} supra 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum, &c. Consequenter cum dicit.

h PRænunciat iudicium futurum, quasi dicat. Licet qui verba mea non custodiunt non, iudicentur modo, tamen nõ euadent impunes quicumque sint illi, quia {qui spernit me, & non accipit verba mea} credendo, & opere implendo {habet qui iudicet eum.} Cuius ratio est, quia si non accipit verba eius, contemnit dictum Dei, cuius ipse est verbum, sicut qui non obedit mandato domini sui. Iob 19. Fugite a facie iniquitatis, &c. Eccles iiaſt. 10. Cuncta quæ fecit Deus, &c. Isaiæ 30. Væ qui spernis, nonne, &c. 1. Reg 3. Qui autem contemnunt me. Consequenter cum dicit.

i ASsignat causam dilationis iudicij. Et primo ponitur causa dilationis iudicij. Secundo assignatur sufficientia ipsius causæ, ibi. {Quia ego ex me, &c.} Dicit ergo. Dico quòd qui est huiusmodi, habet qui iudicet eum, quis autem hic erit {Sermo} inquit {quem loquutus sum, ille iudicabit eum, &c.} Quod tantum valet, vt dicit Augustinus, ac si dixisset. Ego iudicabo eum

a Et figs audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluificem mundum.

b Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum.

i Sermo, quẽ loquutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die.

k Quia ego ex meipso non sum loquutus.

l Sed qui misit me pater: ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Et scio, qa mandatum eius vita ęterna est. Quæ ergo egõ loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

A in nouissimo die. Seipsum quippe Christus expressit in suo sermone, seipsum annunciauit. Ipse ergo est sermo quem locutus est, quia de se locutus est, supra. 8. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meũ, &c. quasi dicat. Hoc ipsum quod loquutus sum eis, & tamen contempserunt, iudicabit eos. Act. 10. Hic est qui cõstitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorum, &c. Sufficientiam autem causę ostendit, dicẽs.

k ET primo ostendit eam ex origine sermonis. Secundo ex dignitate ipsius, ibi {Et scio, quia mandatum eius, &c.} Circa primum duo facit. Primo excludit falsitatem. Secundo astruit veritatem. Falsitas quidem est, quòd filius aliquid operetur; vel loquatur, vel sit à seipso tantum, & non ab alio. Hoc enim esset ponere, quòd filius non sit a patre, & hoc est quod dicit. Ideo dico, quòd verbum quod ego loquutus sum, iudicabit eos {quia ego ex meipso nõ sum locutus.} supr. 5. Non potest filius a se facere quicquam. Et octauo. A meipso non loquor. Idẽ aut est ex meipso nõ sum loquutus, qd̃ ego nõ ex me sum natus: sed ex patre. q. d. Iudicabo eum in nouissimo die, in forma seruí apparens. supr 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, qua filius hominis est. Sed tamen non iudicabo ex potestate humana: quia scilicet, filius sum hominis: sed ex potestate diuina, qa sum filius Dei. non ego iudicabo ex meipso: sed ex patre, ex quo virtutẽ iudicandi habeo. Veritatem asstruit dicens.

l EX quibus quidem verbis: nisi pie intelligãtur, patet locus duplici errori. Primo quidem, quia mandans maior est eo cui mandat Filio ergo maior est pater. Deinde quia illud quod datur alicui non habebatur ab eo antequam sibi daretur. Et per consequens nesciebat illud. Si ergo pater dat mandatum filio, sequitur quòd filius quandoque illud non habuerit, & per consequens ignorauerit, ergo est ei aliquid additum. Non igitur filius eius est verus Deus. Ad quod sciendum est, quòd omnia mandata diuina sunt in mente patris, cum ipsa mandata nihil aliud sint quàm rationes agendorum. Sicut ergo in mente patris sunt rationes omnium creaturarum, quæ a Deo producuntur, quas ideas vocamus, ita & in ea sunt rationes omnium per nos agendorum. Sicut ergo à patre deriuantur in filium, qui est sapientia patris, rationes omnium rerum; ita & rationes omnium agendorum. Sic ergo dicit filius. {Sed qui misit me pater, ipse mihi dedit} inquam Deus {mandatum.} idest, per æternam generationem communicauit, quid dicam interius, & quid loquar exterius. Et sicut etiam nostrum verbum (si vera fateri volumus) ea profert, quæ fugerit mens. Chrysostomus autem hæc omnia, scilicet si quis audierit, &c. aliter exponit & planius. Vt dicatur {Audierit verba mea, & non custodierit, non iudico, &c.} Dupliciter enim potest dici aliquis aliquem condemnare, vel sicut iudex, vel sicut causa condemnationis. Homicidam enim condemnat ad suspendium, & iudex qui profert sententiam, & ipsum homicidium perpetratum, quod est causa suæ condemnationis. Dicit ergo {Ego non iudico eum.} idest, non sum causa suæ condemnationis, sed ipse. Oseæ. 13. Perditio tua Israel ex te, scilicet est, &c. Et hoc ideo {quia non veni vt iudicem mundum.} idest, non sum missus ad condemnandum, sed ad saluandum. Sed numquid talis non iudicabit eximmo {Quia qui spernit me, &c.} Quis autem sit iste qui iudicat, ostendit dicens. {Sermo quem locutus sum, &c.} Auditus a nobis qui stabit in ordine accusatoris, ille iudicabit eum, &c. infra tertiodecimo. Si non venissem, & eis loquutus non fuissem, &c. Quis enim sermo quem loquutus est, iudicabit eos, ostendit dicens. {Quia ego ex meipso non sum loquutus.} Quod quidem non ponitur causaliter: sed quasi materialiter. Vt sit sensus. Dicis, quòd sermo tuus iudicabit eum: sed quis est iste sermo? Ille, scilicet quem dixi {quia ego ex meipso non sum loquutus.} idest, quem ego loquutus sum à patre, & ea quæ mihi dedit, vt dicerem, & loquerer, aliàs si fuissem loquutus contrarium patri, vel quæ ab eo non habuerim, & non credidissent mihi, excusationem haberent, sed quia sic loquutus sum, eorum est quòd non solum me: sed etiam patrem meum contempserunt. Et secundum hanc expositionem. Hoc quod dixit {Qui misit me pater, ipse mihi mandatum, &c.} Ostendit sufficientiam causæ ex parte dignitatis ipsius sermonis. Et primo ponitur eius dignitas. Secundo concluditur ipsius sermonis executio. Dignitas quidem, cum dicit. {Et scio, quia mandatum eius, &c.} est inquã {vita æterna} 1. Ioã vlt. Hic est verus Deus, & vita æterna, &c.

na,&c. Ipse enim filius est mandatum patris, vel {est vita æterna,} F idest, ducens in vitam æternam. Matth 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quia ergo pater dedit mihi mandatum, quod quidem mandatum est vita æterna. Ego autem ad hoc veni, vt homines ducam in vitam æternam. Ideo mandatum patris per omnia exequor. Et hoc est, quod dicit. { Quæ ergo ego loquor, sicut dicit mihi &c. } Quod secundũ Chrysostomum planũ est. Vt sit sensus. { Quæ ego loquor } exterius prædicando { sicut dixit mihi pater sic loquor, } idest, in quantum accepi notitiam ab eo, vt intelligantur de Christo secundum quòd homo. Sed si intelligantur secundum Augustinũ de Christo, secundum quòd filius Dei. Quomodo dicit G pater, cum ipse sit verbum? Ad quod dicendum, quòd non ita dixit ei, quasi per verba locutus sit vnico verbo suo, sed sic dixit pater filio, sicut generauit eum pater, & sicut dedit ei vitam habere in semetipso. Psal. 2. Dominus dixit ad me. Filius meus es tu.

CAPVT XIII.

LECTIO PRIMA.

ANte diem festũ Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Huic autem sententiæ tres alij Euangelistæ contrariantur. nam ipsi dicunt, scilicet Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22. quòd hoc fuit prima die azimorum quando debebat immolari pascha. Ex quo sequitur, quòd cœna Domini eo die facta fuit, quo immolabatur pascha Iudæorum. Ad quod quidem Græci respondent dicentes, alios Euangelistas non vere narrasse hoc factũ. Et ideo Ioannes qui vltimum Euangeliũ scripsit, eos correxit. Sed Hæreticum est dicere, quòd aliquid falsum, non solum in Euangeliis, sed etiã in quacumque Canonica scriptura inueniatur. & ideo necessarium est dicere, quòd omnes Euangelistæ dicunt idem, & in nullo discordant. Ad huius igitur euidentiam sciendum est, quòd sicut habetur Leuiti. 23. solemnitates Iudæorum incipiebant a vespera præcedentis diei. Cuius ratio est: quia numerabant dies secundum Lunam, quæ de iero primo apparet. Vnde & diem computabant de vno iero in alium, & sic apud eos solemnitas Paschę incipiebat a vespera præcedentis diei, & terminabatur in vespere diei Paschæ, sicut & apud nos festa celebrantur. Sic ergo aliquid factum apud nos in vigilia Natalis Domini, potest dici factum esse in festo. Natalis. Quem quidem modum seruantes alii Euangelistæ, dixerunt cœnam esse factam primo die azimorum: quia facta fuit die præcedenti ad vesperam, quia iam pertinebat ad primum diem azimorum. Ioannes autem Euangelista hic diem festum Paschæ accipit pro illo die qui totus celebris erat, non autem pro illo, cui vespere solum erat celebre, qui erat dies præcedẽs Pascha. & ideo dicit. { Ante diem festum Paschę. } Patet ergo, quòd cœna Domini facta est Luna quartadecima ad vesperam. H Mors autem Christi imminens, erat transitus eius ex hoc mundo per passionem. & quantum ad hoc dicit. { Sciens Iesus, quia venit hora eius. } Nam illa solemnitas Iudæorum figura erat passionis Christi. Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Corinth. 10. & ideo statim ponit veritatem, scilicet passionem Christi, & quasi exponens, quòd Pascha dicatur a phase, idest, transitu, mentionem facit de trãsitu { vt transeat } inquit { ex hoc mundo ad patrem. } Vbi tria ponit circa passionem Christi. Primo, quòd fuit præuisa. Secundo quòd fuit congrua. Tertio quòd fuit promotiua & exaltatiua. Præuisa quidem fuit, non casualis. Et quantum ad hoc dicit. { Sciens Iesus, } quasi dicat. Non inuitus, non inscius, sed { sciens } & voluntarius passus est, &c. Insta 18. Sciens Iesus omnia quę ventura erant. Econuerso dicitur de nobis. Ecclesiasti. 8. Multa hominis afflictio, nescit præterita, & quæ ventura sunt nullo modo scire potest, &c. Congrua autem fuit quantum ad tempus, & quantum ad hoc dicit. { quia I venit hora eius, } idest, ipse dies Paschæ, quo transiret per crucem. Ecclesiastico 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Hæc est hora illa, de qua dicitur. supra secundo. Nondum venit hora mea. Nec est intelligenda hora ista fatalis, quasi subiecta cursui & dispositioni stellarum, sed determinata dispositione, & prouidentia diuina. Ideo inquam, determinata in Pascha Iudæorum: quia congruebat solemnitati Iudæorum, vt veritas sequatur figuram, dum quando Agnus qui figurabat Christum immolaretur Christus, qui est vere Agnus Dei. supra Primo Petri 1. Non corruptibilibus auro vel argento, &c. sed pretioso sanguine Agni immaculati, &c. Congruebat etiam negotiis. Iam enim Christus clarificatus erat, in fra eodem. Nũc clarificatus est filius hominis, &c. Iam patrem manifestauerat mundo. infra 17. Pater manifestaui nomen tuum, &c. Restabat ergo vt consummaret opus passionis, & humanæ redemptionis. De quo dicitur infr. 19. Consummatum est. Et sequitur. Inclinato capite, emisit spiritum. Promotiua fuit passio Christi, & exaltatiua & non oppressiua. quia { vt transeat ex hoc mundo ad patrem, } idest, faciendo humanam naturam participem paternæ gloriæ. infra 14. Ascendo ad patrem meum, &c. Non autem intelligendum est, quòd transeat de loco ad locum, cum Deus pater non comprehendatur loco. Hieremiæ 23. Cœlum & terram ego impleo, sed sicut Christus dicitur venisse a patre non eum deserendo, sed assumendo naturam. inferiorem similem nobis, ita & in tantum dicitur ad eum rediisse, inquantum etiam secundum humanitatem factus est consors paternæ gloriæ. Romanorum sexto. Quod autem viuit, viuit Deo. Philip. 2. Omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christus, &c. Consequenter cum dicit { Cum dilexisset suos, &c. } Commendatur feruens Christi dilectio. Et hoc quantum ad quatuor. Primo quantum ad hoc quòd fuit præuenients. secundum illud 1. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et quantũ ad hoc dicit { Cum dilexisset, &c. } quasi antea, Dilexit inquam, antequam. Sap. 11. Dilig-

gis omnia quæ sunt, &c. Dilexit antequam vocaret. Hiere. 31. A In charitate perpetua dilexi te, &c. Dilexit antequam redimeret. infra eodem. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Secundo commendatur eius dilectio quantum ad hoc, quòd fuit cõgrua. quia { dilexit suos, } Vbi sciendum est, quòd secundum quod aliqui diuersimode sũt

b Et cœna facta.

c Cum diabolus iã misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.

d Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo

suos, secundum hoc a Deo diuersimode diligũtur. Sunt autem aliqui sui tripliciter. Primo rõne. Et hos diligit conseruando eis bona naturæ. supra. 1. In propria venit, & sui per creationem, cum non, &c. Aliqui vero sunt sui dedicatione, qui scilicet dati sunt a Deo patre per fidem. infra 17. Tui erant, & mihi eos dedisti, &c. Et hos diligit conseruando in bonis gratiæ. Aliqui vero sunt sui speciali deuotione. 1. Paralip. 11. Tui sumus o David, &c. Hos diligit specialiter cõsolando. Tertio commendatur dilectio Christi quantum ad hoc, quòd fuit necessaria. quia { dilexit suos, qui erãt in mundo. } Nam aliqui sunt sui: qui iã erant in gloria patris. quia etiam antiqui patres. sui erant, in quantũ sperauerunt liberari per eum. Deuter. 33. Omnes sancti in manu illius sunt, &c. Sed isti non tantum indigent huiusmodi dilectione, quantum hi qui erant in mundo. & ideo dicit. { Qui erant in mundo, } corpore scilicet: sed non mente. Quarto commendatur quantum ad hoc, quòd fuit perfecta. Vnde dicit. { In finem dilexit eos. } Finis autem dicitur dupliciter. Quia finis intentionis, & finis executionis. Illud quidem est finis intentionis ad quod nostra ordinatur intentio. Et huiusmodi finis debet esse vita æterna, secundum illud. Roma. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Iterum, finis huiusmodi, Christus debet esse. Roma. 10. Finis legis Christus, &c. Et hæc duo sunt vnus finis: quia nihil est aliud vita æterna quàm fruitio Christi: secundum diuinitatem, infra 17. Hęc est vita æterna, &c. Secundum hoc ergo dicit { In finem dilexit eos. } idest, vt perduceret in se finem, vel in vitam æternam, quæ nihil aliud est. Hiere. 31. In charitate dilexi te, propterea, &c. Illud autem est finis executionis quod est terminus rei, & sic mors potest dici finis. Vt dicatur { In finem dilexit eos. } idest, in mortem, qd̃ potest habere triplicem sensum. Vno modo secundum Augustinum, vt quodam humano modo dicatur, Christus dilexit suos vsque ad mortem tantum, & non vltra, sed hic sensus est falsus. Absit enim, vt dilectionem morte finierit, qui non est in morte finitus. Alio modo potest intelligi vt ly { in } indicat causam, & sic est sensus { in finem dilexit eos. } idest, vsque ad mortem illum dilectio ipsorum perduxit. Ephes. 5. Dilexit nos, & tradidit, &c. Tertio modo potest intelligi, vt sit sensus { in finem. } idest, cum multa signa dilectionis ostenderit eis ante. { In finem, } idest, circa mortem, maioris eis signa dilectionis ostendit. infra. 16. Hæc ab initio vobis, non dixi, &c. quasi diceret. Non tunc necessarium fuit vobis, vt ostenderem quantum vos diligerem, nisi in recessu, vt sic amor, & memoria mei in cordibus vestris profundius imprimeretur. Consequenter cum dicit.

b INnuit factum, in quo dabat exemplũ. Et primo describit horã facti. Secundo subdit dignitatem facientis, ibi. { Sciẽs itaq; Iesus, quòd omnia dedit ei pater, &c. } Tertio prosequitur de facti humilitate, ibi. { Surgit à cœna. } Tempus autem describit ex duobus. Ex vno. quod pertinebat ad eius charitatem, & ex alio quod exaggerabat Iudæ iniquitatem, ibi { Cum diabolus iã misisset in cor, &c. } Dicit ergo quantum ad primum { Et cœna facta. } Vbi sciendum est, quòd aliter dicitur esse factum in permanẽtibus, & aliter in successiuis. In permanentibus autẽ dicitur aliq̃d esse factum, quãdo peruenit ad perfectionẽ propriæ speciei, & formæ, sicut domus dicit esse facta, quando habet propriam formam. In successiuis vero dicitur aliquid esse factũ, quando iam est consumatum, sicut mundus factus esse dicitur, quando cõpletus. Hoc etiam modo aliquid factum esse dicitur, quando accipit propriã speciem. Cum ergo dicit. { Et cœna facta. } non intelligendũ est, quòd cœna fuerit cõpleta & peracta: quia postquã lauit pedes discipulorum, recubuit, & bucellam tradidit Iudæ. Est ergo intelligendum { Cœna facta } idest, parata & ad propriam speciem iam perducta. Iam enim cœnare inceperant, & postea surrexit. Vnde, interceuanũ lauit pedes discipulorũ. De ista cœna habetur. Lucæ 14. Homo quidam fecit cœnam magnam. Differt autem prandium à cœna. Prandium enim dicitur, quod fit in prima parte diei. Cœna vero, quę fit in vltima. Sic ergo spiritualis refectio dicitur prandium, secundum quòd congruit incipientibus. Cœna vero, secundum quòd congruit perfectis. Consequenter cum dicit.

c DEscribit tempus, ex eo quòd exaggerat iniquitatem proditoris: quod quidem describit Euangelista propter duo. Primo quidem, vt ostendat magis iniquitas Iudæ: qui inter tot charitatis inditia, & tot humilitatis officia, tantã iniquitatẽ cõmittere cogitabat. Psal. 40. Qui manducabat panes meos, &c. Secundo vero, vt reddatur magis admirabilis: charitas Christi, qui licet hoc sciret, tamen ei charitatis & humilitatis præbẽs officiũ, eius pedes lauit. ps. 119 Cum his qui oderũt pacem. Sed nunquid diabolus aliquid mittere potest in cor hominis? Videtur quod sic. In Psal. 77. enim dicitur Immissiones per angelos malos. Sed ad hoc dicendum, q̃ id dicitur esse in corde hominis: quod est in cogitatione & voluntate eius. Vnde quod hic dicitur. { Cum iam misisset in cor, &c. } Intelligendum est, idest, in voluntate eius. Sed sic mittere in cor, potest esse dupliciter. Directe: & sic solus ille potest aliquid mittere in cor hominis, qui habet potestatem mouendi interiũ voluntatem eius. Et hoc potest solus Deus. & ideo solus ipse potest directe in voluntatem hominis imprimere. Prouer. 27. Cor Regum in manu, idest, in potestate domini, &c. Quia vero voluntas mouetur ab exteriori obiecto sicut à bono apprehenso. Inde est, quòd qui suggerit aliquid esse bonum, dicitur illud mittere in cor hominis, indirecte faciendo ipsum apprehendere aliquid vt bonum, ex quo voluntas mouetur. Sed hoc contingit dupliciter. quia aut suggerendo exterius, & hoc modo etiam homo potest in cor aliquid mittere. Aut suggerendo interius, & hoc modo immittit diabolus. Nam vis imaginatiua cum sit corporalis, quando Deus permittit, subiecta est potestati dæmonis. C Vnde siue vigilando, siue dormiendo, format in ea aliquas species, ex quibus apprehensis, mouetur voluntas hominis ad aliquid appetendum. Sic ergo immittit diabolus in cor hominis, non directe per modum mouentis: sed indirecte per modum suggerentis. Consequenter cum dicit.

d AGit de dignitate facientis: quia Eccles. 3. dicitur. Quanto maiores, humilia te. Ideo Euãgelista dicturus de Christi humilitate præmittit eius maximam dignitatem. Et hoc quãtum ad quatuor. Primo quantum ad scientiam. Et quantum ad hoc dicit. { Sciens, quia omnia, &c. } Talia enim sunt spiritualia dona, quòd data non ignorantur. 1. Corinth. 2. Nos spiritum non huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus, &c. & ideo Christus sciebat ea quæ sibi data erant a Deo. Hoc autem ideo dicit, vt humilitas magis sit commendabilis. Quandoque enim contingit, quòd aliquis magnæ dignitatis est, & tamen propter simplicitatem suam, dignitatem suã non recognoscit, talis ergo si faceret aliquid humile non reputaretur sibi ad magnam laudem, secundum illud Cantico. 1. Si ignoras te pulcherrima, &c. Sed si aliquis cognoscit suæ dignitatis statum, & tamen affectus eius ad humilia inclinatur, eius humilitas est commendanda. Et ideo dicit Euangelista. { Sciens, quia omnia, } tamen non omisit quę humilia sunt facere. Secundo quantum ad potestatem { quia omnia dedit ei pater in manus, } idest, in potestate eius dedit Deus Christo homini ex tempore: quæ tamen fuerant in potestate filij ab æterno. Matthæi vltimo. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, &c. Dicit autem. { Omnia dedit ei pater in manus, } propter duo, vt ostendat quòd Christus non inuitus patiebatur. Nam si omnia erant in manu eius, idest, in potestate, manifestum est, quòd eius aduersarij inde nihil ei contra eius voluntatem facere poterant. Secundo, quia quando aliquis parui momenti exaltatur, de facili superbit, nec aliquid humile facit, ne videatur E derogare suæ dignitati: sed qui in magno statu existens exaltatur, non negligit humilia. & ideo de dignitate Christi mentionem facit. Tertio quantum ad nobilitatem eius. Et quantum ad hoc dicit. { Quia a Deo exiuit, &c. } Sapientia 3. Contubernium habens. Quarto quantum ad sanctitatem { quia ad Deum vadit. } In hoc est sanctitas hominis, quòd ad Deum vadat. Et hoc ideo ponit infra, quia ex quo ipse ad Deum vadit, proprium est sibi alios ad Deum reducere, quod quidem specialiter fit per humilitatem & charitatem, & ideo humilitatis & charitatis eis exemplum præbuit.

exiuit, & ad Deum vadit.

LECTIO II.

SVrgit a cœna: & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteũ, præcinxit se.

LECTIO II.

POstquam Euangelista commendauit Christi maiestatem. Hic commendat eius humilitatẽ, quam ostẽdit in pedum ablutione. Et primo præmittitur præparatio Christi ad humilitatis obsequium. Secundo describitur ipsum obsequium, ibi. { Deinde misit aqua, &c. }

Circa primum sciendum est, quòd Christus in humilitatis obsequio se ministrum exhibet. secundum illud Matt. 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, &c. Ad bonum autē ministrum tria requiruntur. Primo, q̃ sit circūspectus ad omnia videnda, quæ deesse possunt ministerio, & hoc maxime impediretur, si sederet vel iacet. vnde ministro rum est stare. & ideo dixit. {Surgit a cœna.} Lucæ 22. Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Secundo, quòd sit expeditus vt possit omnia congrue peragere, quæ necessaria sunt ministerio, & ad hoc multum impedit vestium multitudo. & ideo Dominus {ponit vestimenta sua.} Quod quidem significatum est Gen. 18 quòd Abrahā elegit expeditos vernaculos. Tertio, q̃ sit promptus ad seruiendum, vt sollicet omnia habeat, quæ ad ministerium necessaria sunt, Lucæ 10. dicitur de Martha, quòd satagebat circa frequens ministerium. Et inde est, q̃ Dominus cum accepisset linteum præcinxit se, vt sic paratus esset, non solum ad lauandum pedes, sed etiam ad tergendum, ex quo vniuersum concalcatum morem, dum is qui ad Deum vadit, & a Deo exuit, pedes laui. Mystice autem potest hoc factum ad duo referri, scilicet ad incarnationem Christi, & ad passionem eius. Si quidem referatur ad incarnationem, sic tria hic accipiuntur de Christo. Primo quidem voluntas subueniendi humano generi, in hoc, q̃ surgit a cœna. Nam Deus quandiu patitur nos tribulari videtur, sed cum nos a tribulatione eripit, videtur exurgere. Psal. 43. Exurge Domine adiuua nos. Secundo exinanitio eius, non quidem q̃ suæ dignitatis maiestatem deponeret, sed eam occultare, paruitatem assumendo. Isaiæ 45. Vere tu es Deus absconditus. Et hoc signatur in hoc, quòd ponit vestimenta sua. {Philip. 2. Exinanuit se ipsum, &c.} Tertio ab vtilitate nostræ mortalitatis in hoc, quòd {præcinxit se linteo.} Philippen. 2. Formam serui accipiens, &c. Si vero referatur ad passionem Christi, tunc ad literam vestimenta deposuit, quando milites exuerunt eum, & super vestem suam miserunt sortem, infra 19. Tunc etiam linteo præcinctus est in sepulchro. In passione enim deposuit vestimenta nostræ mortalitatis, & assumpsit linteum, idest, eandem rem immortalitatis. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, &c. Consequenter cum dicit.

b Deinde misit aquam in pelum, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

c Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dixit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?

d Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea.

b POnit Christi obsequium. In quo commendatur eius humilitas quantum ad tria. Primo quidem quātum ad obsequij genus, quod fuit valde humile, vt Dominæ maiestatis se ad lauandum pedes seruorum inclinaret. Secundo quantum ad obsequij multitudinem, quia misit aquam in pelum, lauit pedes, & tersit, &c. Tertio quantum ad faciendi modum, quia non per alios, nec aliorum subsidio: sed per seipsum. Eccle. 13. Quanto maior es humilia te, &c. Mystice autem per hæc, tria possunt intelligi. Nā primo per hoc, quòd aquam misit in peluim, signatur effusio sanguinis eius in terram. Sanguis enim Iesu aqua dici potest, quia habet vim ablutiuam. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et inde est, quòd simul exiuit aqua & sanguis delatere eius: vt daretur intelligi, quòd sanguis ille peccatorum ablutiuus esset. vel per aquam potest intelligi passio Christi. nā in scriptura aqua tribulationes significat. Psal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam introuerunt aquæ vsque ad animam meam, idest, tribulationes. {Misit} ergo {aquam in peluim} idest, memoriam passionis fidelium animabus imprēsit, per fidem & deuotionem. Tren. 3. Recordare paupertatis meæ, &c. Secundo per hoc, quod dixit. {Et cœpit lauare.} Insinuatur humana imperfectio. Nam Apostoli post Christum perfectiores erant, & tamen lotione indigebant, aliquas habentes immunditias. Vt sic detur intelligi, quòd quantumcumque homo sit perfectus, nihilominus tamen magis perfici indiget, & aliquas immunditias contrahit, secundum illud Prouerb. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum? &c. Sed tamen huiusmodi immunditias habent in pedibus tantum. Quidam autem non solum in pedibus, sed etiam totaliter sunt infecti. Illi enim totaliter terrenis immunditiis sordidantur, qui supra eas iacent. Vnde qui totaliter & secundum affectum, & secundum sensum amori terrenorum inhærent, totaliter immundi sunt. Sed illi qui stant, idest, mente & desiderio tendunt ad cœlestia, immunditiam contrahunt solum in pedibus. Sicut enim hominem stantem oportet ad minus pedibus terram contingere, ita quamdiu viuimus in hac vita mortali, quæ rebus terrenis ad sustentationem corporis indiget, ad minus ex parte sensualitatis aliquid cōtrahimus. Et ideo Dominus præcepit discipulis. Lucæ. 9. Quòd excuterent puluerem de pedibus eorum. Dixit autem. {Cœpit lauare:} quia ablutio affectuum terrenorum hic incipit, & in futuro consummatur. Tunc enim implebitur, quod dicitur Isai. 35. Via sancta vocabitur. Sed attendendum secundum Origenem, quòd discipulorum pedes imminente passione cœpit lauare, quia si diu ante lauisset eos, fuissent iterū sordidati. Vnde tunc incœpit, quando post modicum abiturus erat eos aqua spiritus sancti, s. post passionem. Actuū 1. Vos autem baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies. Sic ergo apparet sanguinis eius effusio per hoc, quòd misit aquam in peluim, & peccatorum nostrorum ablutio, per hoc, quòd cœpit lauare pedes discipulorum. Apparet tertio pœnarum nostrarum in seipso susceptio: non enim solum maculas nostras luit, sed pœnas pro eis debitas in seipso assumpsit. Non enim pœnæ & pœnitentiæ nostræ sufficerent, nisi fundarentur in merito & virtute passionis Christi. Quod quidem apparet in hoc, q̃ extersit pedes discipulorū linteo, scilicet corporis sui. 1. Petri 2. Consequenter cum dicit.

c POnit exempli vtilitatem per quandam concertationem discipuli & magistri. In qua quidem concertatione Dns ostendit de isto exemplo: Primo quid sit mysticum, & quid sit necessarium, ibi {Dixit ei Petrus. Non lauabis, &c.} Secundo quid sit cōgruum, ibi. {Dixit ei Simon Petrus. Dne non tantum &c.} Circa primum duo facit. Primo ponitur occasio verborum Christi. Secundo ipsa verba Christi subdunturibi. {Respondit Iesus: & dixit ei, &c. Occasio quidem verborum Christi fuit recusatio Petri recusantis suscipere humilitatis exemplum. Et hoc est quod dicit. {Venit ergo ad Simonē Petrum, &c.} Quod quidem tripliciter exponitur. Primo quidem sm Origenem, q̃ Dominus cœpit lauare ab vltimis, & hoc ideo, quia sicut Medicus plurimorū ægrorum intentus curę, ab his qui magis indigent propriā curā incipit, sic & Christus, qui pedes abluit discipulorū fœdos, exorditurab his qui erant magis sordidi, & sic venit ad Petrū quasi minus alijs indigentem. Matt. 20. Incipies a nouissimis, &c. Et hoc quidem sonare videntur verba Euangelij. Cœpit lauare pedes discipulorū. Et postmodū sequitur. {Venit ergo ad Simonē, &c.} Ex quo videtur, q̃ prius lauit pedes aliorum. Si vero quæratur quare Petrus hoc præ aliis recusauit, respondit Origenes, quia hoc fecit propter nimium feruorem amoris quem habebat ad Christum. Alij vero discipuli cum timore quodam reuerebantur Christum. & ideo absque discussione omne factum sustinebant. Petrus vero eis feruentior, secundum illud Ioan. vlt. Simon Iona diligis me plus his, &c. ex amore fiduciam assumens, ferre recusat factum, & causam inquirit. Eccles. 6. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, &c. Et ideo Petrus inuenitur in scriptura frequenter inquirere, & prompte proferre, quæ sibi meliora videntur. Secundo exponitur secundum Chrysostomū. Vt scilicet Christus incœperit prius lauare pedes a primis Apostolorum. Sed quia proditor ille stultus erat, & superbus, scilicet Iudas prior ad pedum ablutionē recubuit ante Petrum. Nullus enim aliorum ausus fuisset Petrum præuenire. Vnde de Iuda loquitur Euangelista, dicens. Cœpit lauare pedes discipulorum. s. Iudæ, qui quidē vt pote superbus & stultus in nullo renisus est, nec recusauit ferre, quod Dns faciebat. Sed postquam venit ad Petrum, qui reuerebatur, & diligebat magistrum, cum timore recusat, & causam facti inquirit, & simile fecisset quilibet aliorum. Tertio vero exponitur sm Augustinum, q̃ ex verbis Euangelistæ non debemus intelligere, quòd Dominus lauerit prius pedes aliis discipulis, & postmodum venerit ad Petrum, sed quòd Euangelista secundum consuetudinem suam primo ponit factū, & postmodum narrat ordinem facti, sicut & supra sexto facit. Vnde primo insinuat totum factum, scilicet, q̃ lauit pedes discipulorum, & postmodum si quærat quomodo factum fuit, dicit, q̃ primo venit ad Simonem Petrum. Et ideo primo ipse recusauit dicens. {Domine tu mihi lauas pedes?} Quæ quidem verba magnum pondus habent. {Domine} inquit {tu} qui es filius Dei viui {mihi lauas pedes? qui sum Simon Bariona, i. Simon Iona, Matth. 12. Item {Domine tu,} qui es Agnus incōtaminatus, speculum sine macula, & candor lucis æternæ {mihi lauas pedes,} qui homo peccator sum. secundum illud Lucæ. 5. Exi a me, quia homo peccator sum. {Domine tu} qui es creator, {mihi lauas pedes,} qui sum creatura & modicæ fidei? Hæc dicebat Petrus territus ex cōsideratione maiestatis Christi. secundū illud Abac. 1. Consideraui opera tua, & expaui. Consequenter cum dicit.

d POnuntur verba Christi, ex quibus ostendit factū illud esse mysticū. vnde dixit ei. {Quod ego facio, &c.} Quod quidē factū, exemplum est, & mysteriū. Exemplum quidē humanitatis exhibendæ. Infra eodem, Exemplum enim dedi vobis, &c. Mysterium autem interioris mundationis. Infra eo. Qui lotus est non indiget

indiget nisi vt pedes lauet, &c. Dupliciter ergo potest intelligi hoc quod dicit. {Quod ego facio.} vno modo. {Quod ego facio.} idest, quomodo ego facio in exemplū. {Tu nescis modo.} idest non intelligis. {Scies autem postea.} tunc scilicet, quando exposuit eis dicens. Scitis quid ego fecerim vobis? Infra eodem. Alio modo. {Quod ego facio, &c.} idest, hoc mysteriū est, & secretum est, & significat interiorē mundationem, quæ non potest fieri nisi per me, quod non intelligis modo. {Scies autem postea} scilicet recipiens spiritū sanctum. Infra 16. Multa habeo vobis dicere, &c. Consequēter cum dicit.

e Dixit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum.

f Respondit ei Iesus. Si non lauero te: nō habebis partē mecū.

g Dixit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos: sed & manus & caput.

h Dixit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus.

e OStendit factum illud esse mysticum. Et primo ponit verba Petri præstantia occasionem verbis Christi. Secundo subiungit Christi verba. Dicit ergo primo Petrus. {Non lauabis mihi pedes in æternum,} idest, nunquam quasi diceret. Absit a me vt hoc sustineā a Magistro: domino, & Deo meo, & licet Petrus hoc ex zelo faceret, eius tamen zelus indiscretus & inordinatus erat. Roma. 10. Zelum Dei habent, sed non secundū scientiam, qui quidem zelus inordinatus erat propter tria. quia recusat quod vtile erat & necessarium. nam sicut dicitur Roma. 8. Quid oremus: sicut oportet nescimus. & ideo indiscrete recusamus recipere, quod Deus nobis largitur, etiam si contrarium videatur. Sic etiam & Paulus petebat remotionem stimuli. 2. Corinth. 11. Qui tamen ei vtilis erat. Item, quia videtur quandam irreuerentiam ad Christum importare: in hoc, quòd eius ordinationem infringere vult. Item, quia videtur vergere in derogationem sociorum, dum quod alij, secundum Origenē, a Christo absque contradictione susceperant, ipse recipere recusabat, dicens. {Non lauabis mihi pedes, &c.} & ideo redarguit eum dominus dicens.

f QVod quidem ad duo referri potest, videlicet ad factum, quod Christus faciebat. Et ad signatum eius. Sed siquidem referatur ad signatum, tunc planum est, quod dicitur. Nullus enim æternæ hæreditatis particeps fieri potest & Christi cohæres, nisi spiritualiter sit mundatus, quia hoc dicitur Sapien. 8. Nihil coinquinatum intrabit. in Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Et respondens subdit. Innocens manibus, &c. quasi ergo dicat. {Si non lauero te.} nō eris mundus, & si non es mundus {non habebis partem mecum.} Sed si referatur ad factum, tunc dubium est, vtrum hæc ablutio sit ne necessitate salutis. Ad quod dicendum est, quòd sicut quædam sunt prohibita, quia mala. Et quædā mala, quia prohibita, ita quædā sunt præcepta, quia necessaria, & quædam necessaria, quia præcepta. Hoc ergo ablutionis factum de quo dominus dicit. {Si non lauero te, &c.} in se consideratum non est necessarium ad salutē. Sed supposito, q̃ mandetur a Christo, iam factum est necessarium. 1. Reg. 5. Melior est obedientia, q̃ victimæ, & ita quasi scelus, &c.

g HIc ostendit factum illud esse congruum. Et ponuntur primo verba Petri. Secundo subditur responsio Christi. Sed in verbis Petri insinuatur feruentissimus amor eius ad Christū. Nam supra, quando dominus dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modo, dederat ei intelligere hoc factum vtile fore, tamen hac vtilitate neglecta induci non poterat ad pedum ablutionem recipiendam. Sed quando dominus cōminatus est separationem suā ab ipso, dicēs. Non habebis partem mecum. Non solum ad illa: sed ad vlteriora recipienda se obtulit dicens. {Domine, non tantum pedes, &c.} In hac enim responsione territus totum se offert ad abluendum amore turbatus & timore. Vt enim legitur in itinerario Clementis. Petrus adeo afficiebatur ad Christi corporalem præsentiam quam feruentissime dilexerat, quòd post Christi ascensionē cum dulcissimæ præsentiæ, & sanctissimæ cōuersationis memor erat, totus resoluebatur in lachrymas, ita vt genæ eius viderentur adustæ. Sciendum est autem, quòd in homine tria sunt. Caput, quod est summū. Pedes, qui sunt infimi. Manus, quæ sunt mediæ. Et similiter in interiori homine, scilicet in anima est caput. Ratio scilicet superior, qua anima inhærer Deo. 1. Cor. 11. Caput mulieris vir, idest, superior ratio. Manus autem, idest, inferior ratio, quæ vacat operibus actiuę. Pedes autem sunt sensualitas. Sed dus sciebat discipulos suos mundos quantum ad caput, quia Deo coniuncti erant per fidem & charitatem. Et quantum ad manus, quia corū sancta opera: sed quantum ad pedes, aliquos effectus terrenorum ex sensualitate habebant. Petrus autem timens Christi comminationem, consentit non solum ad ablutionem pedum: sed etiam manus & capitis dicens. {Domine, nō tantū pedes, &c.} quasi dicat. Nescio, an indigeā ablutione manū & capitis. Nihil enim mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus, &c. & ideo paratus sum lauare non tantū pedes, idest, affectus inferiores. Cantic. 5. Laui pedes meos, &c. {Sed & manus.} i. opera. Psalm. 25. Lauabo inter innocentes manus meas, &c. {& caput.} idest, rationem superiorem. Matth. 6. Faciem tuā laua. Consequenter cum dicit.

i Et vos mūdi estis: sed non oēs.

k Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum. Propterea dixit: non estis mundi omnes.

LECTIO III.

h POnitur responsio domini. Et primo dat quoddam generale documentū. Secūdo adaptat illud ad propositū, ibi. {& vos mundi estis, &c.} Tertio euangelista exponit verba Christi, ibi. {Sciebat enim, &c.} Dicit ergo primo. {Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus.} supple præter pedes, quibus terram tangit. Per quod datur intelligi, quòd Apostoli iam baptizati erant. Dicit enim. {Qui lotus est, &c.} & postea subdit. {Vos mundi estis, &c.} Quia scilicet, baptizati erāt. Sed quidam dicunt, q̃ baptizati erant solum baptismate Ioannis. Quod non videtur verum: quia sic non erant loti. nā baptisma Ioānis non mundabat interius a culpa. & ideo dicendum, q̃ baptizati erant baptismo Christi: sm Aug. & si obiicis, quòd nō baptizabat: sed discipuli eius, vt dicitur supr. 4. Dico, quòd non baptizabat turbas: sed discipulos suos sibi familiares & domesticos baptizauit. Sed cum baptismus abstergat etiam sordes pedū, videtur q̃ qui lotus est, idest, baptizatus, non indiget nisi vt pedes lauet. Sed ad hoc dicendum, quòd si statim post baptismum transirent de mundo, non vtique indigerent hac ablutione. Quia cum sint mundi toti statim euolarent. Sed qui post baptismum viuunt in hac vita mortali non possunt ad tantum culmen perfectionis ascendere: quin etiam inordinati motus sensualitatis de affectibus terrenis insurgant. & ideo oportet, quòd pedes lauent. vel per martyrium, quod est baptismus sanguinis, vel per pœnitentiam quæ est baptismus flaminis, vt euolare possint. Consequenter cum dicit.

i ADaptat dominus ad propositum generale documentum. Sed si mundi erant, quare iterum dominus eos abluebat? Ad quod Augustinus dicit, quòd mundi erant quantum ad manus & caput: sed indigebant quantum ad pedes. Chrysostomus vero dicit, quòd mundi erant non quidem simpliciter, quia non dum mundi erant ab immunditia originali: cum nondum Christus passus esset, nondum solutum esset pretium nostræ redemptionis]. Sed quantum ad quid, mundi erant, scilicet ab erroribus Iudæorum. Origenes vero dicit, quòd mundi erant, sed adhuc maiori mundatione opus erat: quia semper ratio æmulari debet charismata meliora, semper debet virtutum alta conscendere, iustitiæ candore nitescere. Apocalypsis vltimo. Qui sanctus, sanctificetur adhuc. {Sed non omnes} quia vnus eorum, & caput & manus immundas habebat. & ideo consequenter Euangelista ponit verba domini, dicens.

k QVasi dicat. Ideo dixit. {Non omnes} quia sciebat immunditiam Iudæ proditoris. Duo enim hominem vniuersaliter emundant, scilicet eleemosyna & misericordia in pauperes. Luc. 11. Date eleemosynam, &c. {Et amor Dei. Lucæ 7. Dimissa sunt ei peccata multa, &c. Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Hæc enim duo deficiebant Iudæ Misericordia quidē: quia fur erat & loculos habens, & defraudabat eleemosynas pauperum. Item, amor ad Christum: quia iam diabolus miserat ad cor eius, vt traderet eum principibus sacerdotum ad crucifigendum, &c.

LECTIO III.

HOstquam dominus ostendit humilitatis obsequium esse necessariū. Hic cōsequenter inducit ad imitatiné. Et primo præmittit circūstātias admonitionis. Secundo ipsam admonitionem proponit, ibi. {Scitis quid fecerim vobis? &c.} Circa primum duo facit. Primo insinuat euangelista admonitionis ordinem. Secūdo manifestat admonentis dispositionē, ibi. {Accepit vestimenta sua, &c.} Ordo autē admonitionis est, vt q̃ primo fecit opere, doceat sermone, & quantū ad hoc dicit. {Postquā ergo lauit pedes eorū, &c.} Act. 1. Cœpit facere, & docere. Mat. 5. Qui fecerit & docuerit, &c. Dispositio autem admonentis insinuatur, & quantum ad habitum, & quantum ad situm. Ad habitum quidem. Quia diuer-

sue habitus, diuersis personis conuenit, secundum propriorum actuum diuersitatem. Eccle. 19. Amicus hominis annunciat de illo, &c. Alius ergo habitus competit ministro, alius doctori. Ministro autem, quia debet esse expeditus ad obsequium, competit vt vestium impedimenta deponat, & ideo Christus cū ministrare voluit, surgit a cœna, & ponit vestimenta sua. Doctor autem, qui debet esse gravis, & auctoritate præeminēs, competit vestium decens ornatus. & ideo dominus docere volens accepit vestimenta sua, Quantum ad situm vero, quia ministrare volens surrexit. vnde dicit: surrexit a cœna. Nunc autē volens docere, recumbit. vnde dicit. {Et cum recubuisset iterum, dicit eis} & hoc ideo, quia doctrina debet esse in tranquillitate. Sedendo enim & quiescendo anima fit sapiēs & prudens. Possunt hæc tria habere mysterium. Cum enim Christus perfectam doctrinam discipulis præbuerit, quando spiritum sanctū eis misit, Infra 14. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit omnia, &c. Tria præcesserunt ipsam missionem, s. peccatorum ablutio per passionem. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris. &c. Et quantum ad hoc dicit {Postquam ergo lauit pedes eorū.} idest, impleta purgatione, per sanguinem. Item resurrectio, Christus enim ante passionem suam mortale corpus habuit: quæ quidem mortalitas nō competebat ei ex parte personæ filij Dei, sed ex parte humanæ naturæ assumptæ: sed postquàm resurrexit ex virtute diuinitatis, accepit corporis immortalitatem. Et quantum ad hoc dicit {Accepit vestimenta sua.} idest, surgens tactus est immortalis, & dicit {sua} quia sua virtute accepit. Rom. 6. Quod autem viuit, viuit Deo, idest, virtute Dei. De istis vestimentis dicitur Apoc. 3. Qui vicerit vestietur vestimentis albis, &c. Item præcessit sessio. Et hoc in ascēsione. Infra 19. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos, &c. Et quantum ad hoc dicit {Cum recubuisset iterum, &c.} scilicet ad dexteram patris residens & sedens. Mat. vlt Et dominus quidem Iesus postquàm loquutus est, assumptus est in cęlis, & sedet a dexteris Dei. & dicit {iterum.} non quòd inquantum filius Dei vnquàm sedere desierit, quinimmo ab æterno est in sinu patris, sed quia inquantum homo exaltatus est ad portora bona patris. Philippen. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, &c. Sic ergo antequàm spiritum sanctum perfectè docentem infunderet, lauit sanguine suo. Accepit vestimenta, resurgendo, recubuit, in gloria ascendendo. Consequenter cum dicit.

b PRoponit ipsam admonitionē. Et primo interrogat. Secundo assumit. Tertio concludit. Quarto conclusionem confirmat. Interrogat quidem, cum dicit. {Scitis quid fecerim vobis?} q.d. Facta quidem vidistis, sed tamen quare hoc fecerim non intelligitis. & ideo sic quærit vt ostendat facti magnitudinem, & ad considerandum inducat. Opera enim Dei cōsideranda sunt, quia profunda. Psal. 91. Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundę facta, &c. Vix enim sufficienter opera Dei scire possumus: ꝓ illud Eccle. 8. Intellexi, ꝓ rationem operum Dei, &c. Sunt etiam delectabilia ad considerandum, Psal. 91. Delectasti me domine in factura tua, &c. Sunt etiam & vtilia, quia ducunt in cognitionem actoris. Sapien. 13. Si operibus intendissent, &c Supra 5. Opera enim quæ dedit mihi pater vt faciam, ipsa sunt, &c. Potest etiam ꝓ m Origę. hoc quod dicitur. {Scitis q.d fecerim} accipi imperatiue. q.d. Scitis quid fecerim, &c. Et tunc hoc dicit dominus, vt eorum erigat intellectum. Assumit eorum confessionem dicens. {Vos vocatis me magister & domine.} Et primo proponit eorum confessionem. Secundo commendat eā. ibi. {Et bene dicitis.} Circa primum sciendum est, quòd Apostolus. 1. Cor. 1. duo dicit de Christo, scilicet quòd sit Dei virtus, & Dei sapientia. Inquantum est virtus Dei, omnibus dominat. Vt enim dicit Ambrosius. Dominus nomen est potestatis: inquantum est Dei sapientia omnes instruit, & ideo discipuli vocabant eum Dominum, supra 6. Domine ad quē ibimus? Et magistrum. supra 4. Rabi manduca. Et merito. Ipse enim dominus est solus creans & recreans. Psal. 99. Scitote quoniam ipse est dominus, &c. ipse solus est magister, &c. interius docens. Matth. 13. Magister vester vnus Christus, &c. Consequenter cum dicit. {Et bene dicitis.} commendat eorum confessionē. Circa quod sciendum est, quòd aliquid redditur commendabile dupliciter. Vno modo, si id quod dicitur, conueniat rei de qua dicitur, quod fit per veritatem, quia si sit falsum, non conuenit ei. vnde bene dicitur Ephes. 4. Deponentes mendacium loquimini veritatem. Adeo enim vitanda sunt mendacia, vt etiam si credere videātur, ad laudem Dei non sunt dicenda. quantum ad hoc ergo dicit bene dicitis. {Et hoc ideo, quia verum est, quod dicitis: quia cōpetit mihi. {Sum etenim} scilicet magister & Dominus, Magister inquam propter sapientiam quam doceo verbis. Dominus propter potentiam, quam ostendo miraculis. Alio modo redditur commendabile, si quod dicitur conueniat personæ dicentis. Alio modo redditur commendabile, si quod dicitur conueniat personæ dicentis. Alii qui enim sunt qui vocāt Christum magistrum & dominū, quibus non competit, cum nō subiiciāt se disciplinæ & mandato Dei, & isti non bene dicunt. Vnde Matth. 22. illis qui dicunt Domine aperi nobis, Respondetur. Amen amen dico vobis: nescio vos, quia hoc non corde dicunt: sed ore tantum. Isti Apostoli benedicebant, quia hoc eis competebat. Vnde dicit eis. {Et bene dicitis.} idest, verum. {Sum etenim.} scilicet verbis magister & Dominus. Nam me auditis vt magistrum. supra 6. Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: sequimini vt Dominum, Matth. 10. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Sed contra hoc est, quod dicitur Prouerb. 26. Laudet te alienus, & non os tuum, &c. Videtur ergo quòd dominus non bene fecerit laudando se. Sed ad hoc respōdet Aug. dupliciter. Vno modo, quia vituperabile est, quòd quis se commendet, propter periculum superbiendi. Nam periculosum est sibi placere, cui cauendum est superbire. Vbi ergo non im minet periculum superbiendi, non est vitupertum propria commendatio. In Christo autē hoc periculum non timebatur: ille enim qui super oia est, quantumcūque se laudet, non se extollit excelsus. Alio modo: qa aliquando laudabile est, quòd homo se commendet, qñ scilicet cedit ad vtilitatē fidelium. Et sic Apostolus cōmendat se. 2. Cor. 11. Sed valde nobis vtile est, & per omnem modum necessarium, vt Deum cognoscamus, cum in hoc cōsistat tota perfectio nostra. Vñ expedit nobis, vt reuelet nobis magnitudinem suā, alio quin nullo modo eam scire possemus, si non iudicet se ipse qui nouit. & ideo oportet, quòd ipse se nobis laudet: quia vt dicit Augu. si non se laudando quasi arrogantiam vitare voluerit, nobis sapientiam denegabit. Ecclesiast. 34. Sapientia laudabit animam suam. Concludit vero cum dicit. {Si ergo lauì, &c.} Vbi arguit, ab eo quod minus videtur, ad id quod magis. Minus enim videtur, ꝓ maior debeat facere aliquod humile, quàm minor. & secundum hoc concludit. {Si ergo ego} qui sum maior, quia magister & Dominus {lauì pedes vestros.} Et vos multo magis qui estis minores, qui estis discipuli & serui {debetis alter alterius lauare pedes.} Matth. 20. Qui maior est vestrum, &c. Nam filius hominis, &c. Sed cōtra videtur, ꝓ hoc quod dicitur {vos debetis, &c.} Habeat rationem præcepti. Sed qui negligit præceptum peccat mortaliter: ergo, &c. Responsio, dicendum ꝓ m Aug. ꝓ omnis homo debet lauare pedes alterius, vel corporaliter, vel spiritualiter, & multo melius est & sine controuersia verius, vt aliquis faciat opere ne dignetur, quod fecit Christus, facere Christianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur, vel si iam inerat confirmatur humilitatis affectus, quod si non fiat opere, saltem hoc corde facere debemus. In lotione enim pedum datur intelligi lotio macularum. Tunc ergo spiritualiter lauas pedes fratris tui, cum quantum in te est, abluis maculas eius. Et hoc fit tripliciter, remittendo scilicet ei offensam: secundum illud Collossensium 3. Donantes inuicem, &c. Item orando pro peccatis eius, secundum illud Iacobi, vltimo. Orate pro inuicem vt saluemini. Et iste duplex laudandi modus, communis est omnibus fidelibus. Tertius modus pertinet ad prælatos, qui lauare debent remittendo peccata auctoritate clauium, secundum illud. infra. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Possumus etiam dicere, quòd hoc in facto Dñs ostēdit omnia opera misericordiæ. Nam qui dat panem esurienti, pedes eius lauat, similiter qui eum hospitio recipit, & qui operit nudum, & sic de aliis. Roman. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Confirmat autem conclusionem cum dicit.

c ET hoc quidem ex quatuor. Primo quidem ex sua intentione. Secundo vero ex auctoritate, ibi. {Amen amen dico vobis.} Tertio ex prēmio, quod ipsi operi debetur, ibi. {Si hæc scitis beati eritis, &c.} Quarto ex dignitate eorum quibus pedes lauat, ibi. {Amen amen dico vobis, qui accipit, &c.} Dixit ergo, quòd hoc ideo feci, vt darem vobis exemplum. & ideo debetis alter alterius lauare pedes: quia hoc in facto illo intendebam. Nam in actibus hominum, plus mouent exempla quàm verba. Id enim homo agit, & eligit, quod videtur ei bonum, vnde magis ostendit esse bonum, quod ipsemet eligit, quàm quod docet esse eligendum. Et inde est, quòd quando aliquis dicit aliquid, & tamē aliud facit, magis suadet aliis quod facit, quàm illud, quod docet &

b Scitis qd fecerim vobis? Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego lauì pedes vestros. Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes.

c Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

docet: & ideo maxime necessarium est ex ipso facto exemplum dare. Sed exemplum quidē puri hominis humano generi non erat sufficiens ad imitādum. tum quia ratio humana ab omni cōsideratione deficit: tum quia in ipsa rerum consideratione deficitur. & ideo datur nobis exemplum filij Dei, ꝓ est infallibile, & ad omnia sufficiēs. vnde dicit August. Quæ superbia nō sanatur, si humilitate diuina non sanatur? similiter, quæ auaritia. Et sic de aliis. Sed attēde, quòd satis cōuenienter filius Dei est nobis in exēplū virtutum. Ipse enim est ars patris, vt sicut fuit exēplar creationis, esset etiam exemplar iustificationis. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, &c. Iob. 26. Vestigia eius secutus est pes meus, &c. Consequenter cum dicit.

d COnfirmat conclusionem ex auctoritate. Et primo tangit *discipulorum conditionem*. Secundo ipsorum officiū. Cōditio autem discipulorum est, quòd sunt serui. Luc. 17. Cum omnia benececeritis, dicite quia serui. Officium autem eorum est, ꝓ sint Apostoli. Matth. 11. Elegit duodecim, quos Apostolos nominauit. Sic ergo dicit. Dico, quòd debetis alter alterius lauare pedes, sicut & ego lauì. {Quia non est seruus maior domino suo.} quantum ad primum {neque Apostolus,} idest, missus {maior eo qui misit illum.} licet autem ipse filius Dei, qui est Apostolus cōfessionis nostræ, vt dicitur ad Heb. sit æqualis illi qui misit eum, scilicet patri, de omnibus tamen aliis verum est, quod hic dicit {neque Apostolus, &c.} Sed contra infr. 15. enim dominus dicit discipulis suis. Iam non dicam vos seruos, &c. Respondeo, dicendum, quòd duplex est seruitus. Vna quæ procedit ex timore filiali, quæ facit bonum seruum: secundum illud Mat. 25. Euge serue bone & fidelis. Et hoc modo dominus vocat eos seruos. Alia est seruitus quam facit timor seruilis: de qua dicitur. Matth. 18. Serue nequā, omne debitum, &c. Et de hac dicit dominus. Iam non dicam vos seruos, &c. Consequenter cum dicit.

e COnfirmat conclusionem ex præmio. Et primo proponit præmium. Secundo excepit aliquem ab eo, ibi. {Nō de omnibus, &c.} Dicit ergo, {Si hæc scitis. q.d. Tu hæc dicis nobis, quę quidem non ignoramus. Quare ergo dicis nobis? Ideo inquam, quia &} {si hæc scitis} quod quidem est omnium tamen {beati eritis si feceritis ea.} quod est paucorum. & dicit {si scitis & feceritis.} scilicet, quia vt dicitur. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. & Psal. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Econtra dicitur. Iacob 4. Scienti bonum, & nō facienti, &c. Excipit autem quædam, cum dicit.

f ET primo proponit exceptionem. Secundo assignat exceptionis rationē, ibi. {Sed vt impleatur, &c.} Tertio assignat rationem, quare ponit exceptionē, ibi. {Amodo dico vobis pri⁹, &c.} Circa primū duo facit. Primo ponit exceptionē. Secūdo respondet taciturnę quęstioni. Exceptionē ponit cū dicit. {Non de omnibus vobis dico, &c.} q.d. Beati eritis; tamen non omnes, {quia non dico de omnibus vobis.} quòd ad beatitudinem peruenianis. 1. Cor. 9. Omnes quidē currūt, sed vnus accipit brauiū, &c. Est enim aliquis inter vos, idest, Iudas qui non erit beatus, neq; faciet ea. Sed secundum Orig. dominus non dicit, beati eritis absolute: sed appositū conditionem dicens. {Si feceritis ea.} quod quidem verum est in omnibus, etiam & in Iuda. Si n. Iudas fecisset ea, beatus fuisset. Vñ vult, ꝓ magis excipiat hoc, quod dicit. Non est seruus maior, &c.} quasi diceret. Dico ꝓ estis serui, & Apostoli, {non tamen de omnibus hoc dico.} Iudas enim dum esset seruus peccati, non erat seruus diuini verbi, neque Apostolus, diabolo ingresso in cor eius. Sed quia posset aliquis dicere. Ex quo non dicit de omnibus vt sint beati: vel eius Apostoli, ergo ex improuiso aliquis est de eius collegio periturus. & ideo dominus ad hæc respōdens, dicit. {Ego scio, quos elegerim.} quasi diceret. Electi non peribunt; sed non omnes sunt electi. Ille ergo peribit qui electus non est, scilicet Iudas, infr. 14. Non me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Sed contra est, quod dicitur. supr. 6. Non ego vos elegi duodecim? Cū ergo Iudas esset vnus ex duodecim, videtur, quòd fuerit electus. Sed dicendum, quòd duplex est electio. Vna est ad præsentem iustitiam, & ad hanc electi⁹ fuit Iudas. Alia electio est ad finalem gloriam. Et secundum hanc Iudas non fuit electus. Ratio autem huius exceptionis est.

g QVæ hic prædicit, nō ꝓ cogat: sed quia hoc quod futurū erat, nō tacuit. Luc. vlt. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt, &c. Matth. 5. Iota vnum, &c. Quæ quidem scriptura dicit. {Qui manducat panem mecum, &c.} Hoc est secundum aliam translationē. Vbi nos habemus. Etenim homo pacis meæ, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationē, vbi ostenditur Iudæ ad Christū familiaritas, cum dicit. {Qui manducat panē mecum.} Iudas. n panem cum aliis discipulis cū Christo comedit, etiā consecratum. Itē, ostēditur eius malignus conatus contra Christum, cum dicit. {Leuabit cōtra me calcaneum suum.} idest, conabitur ad meam cōculcationē. Calcaneo enim comprimimus hostes. Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Tūc ergo dicitur aliquis leuare calcaneum suū contra aliquem, quando conatur eum opprimere: sed hoc Iudas non poterit: quia vnde ipse credit me opprimere, inde exaltabor. supra 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. In quo habemus exemplum, vt si quando a famulis, aut ab aliquibus vilioribus patiamur aliquod malum, non scandalizemur, respicientes Iudæ exemplū, qui infinitis potius bonis, in contrarium remunerauit benefactorem. Ideo autem dominus Iudam, quem futurum nouerat esse malum, elegit, vt daret intelligere, quòd nulla societas hominum sine alicuius mali admixtione futura erat. Canti. 1. Sicut lilium inter spinas, &c. Vnde Augustinus dicit in quadam Epistola. Non audeo mihi arrogare: quòd domus mea sit melior cœtu Apostolorum. Item, vt si contingat quòd aliquis ab aliquo prælato in societatem ecclesię assumptus, malus efficiatur, non fit in eōdem nationem ipsius prælati. Ecce enim quòd Iudas electus a Christo proditor efficitur. Sic etiam Act. 8. Philippus assumpsit Simonem magum. Hiere. 17. Numquid redditur pro bono malum, &c. Matth. 11. Inimici hominis, domestici eius. Consequenter cum dicit.

h ASsignat causam, quare exceptionem posuit, quasi dicat. diu tacui eius malitiam: sed quia tempus est vt prodeat in publicum, ideo {dico vobis,} idest manifesto {antequā fiat, vt credatis quia ego sum} qui futura prædico, & occulta cordis manifesto, quod est proprium Dei. Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? &c. Isaiæ 41. Secutura quoque annunciate nobis, &c. Vel ego sum, qui sum. Exod. 3. Consequenter cum dicit.

i COnfirmat cōclusionem inductam ex dignitate eorū quibus pedes lauit, quorum tāta est dignitas, vt obsequia eis impensa, quodammodo videantur redundare in Deū sed tamen secundum quendam gradum, quia quæ fiunt fidelibus per Christum, redundant in Deum patrem. Ostēdit ergo primo quomodo ea quæ fiunt discipulis Christi redundant in Christum. Et quantum ad hoc dicit. {Amen amen dico vobis,} quasi diceret. Vere debetis lauare pedes, quia {qui recipit si quem misero, me accipit} i. obsequium quod exhibetur his quos ego mitto, mihi attribuo factum. Matth. 10. Qui vos recipit, me recipit. Secundo ostendit quomodo obsequium Christo exhibitum, redundat in patrem, dicens. {Qui autem me accipit, &c.} supra. 5. Vt omnes honorificent filium, &c. Secundum autem Orig. potest intelligi dupliciter. Vno modo connexim, & sic est sensus. {Qui accipit si quē misero, &c.} idest, qui recipit missos a me: recipit & patrē. Qui ergo recipit si quē misero, recipit patrē. Alio modo distinctim. & sic est sensus. {Qui recipit si quē misero, me accipit.} verum est corporaliter: sed {qui recipit me} s. spiritualiter ad animas venientem: ꝓ m illud Ephe. 3. Habitare Christū per fidē, &c. {accipit eum qui me misit, &c.} scilicet patrem: non tantum ego in eo manebo: sed & pater. infra. 14. Ad eum veniemus, & mansionem, &c. Sed ex hoc Arrius errorē suum confirmare nititur, hoc modo. Dñs dicit. Qui recipit ipsum, recipit patrē. Ergo eadem est comparatio patris mittentis ad filium, quæ est filij mittentis ad discipulos. Sed Christus mittens, est maior discipulis missis. Ergo pater est maior filio. Sed ad hoc dicendum ꝓ m Augustinum ꝓ in Christo fuerunt duæ naturæ, humana. s. & diuina. Et secundum hoc loquitur ex vna parte ꝓ m humanam naturam, dicens. {Qui accipit si quem misero, me hominē accipit} qui communico cum eis in vna natura. Et ex alia parte loquitur secundum diuinitatem. {Qui autem me Deum accipit: accipit eum qui me misit} qui cū eo sum vnius naturæ, vel {qui accipit eum quem ego mitto, accipit me,} cuius authoritas est in eis, & qui me accipit, accipit patrem cuius auctoritas est in me, vt sic in verbis istis importetur, quasi mediatio Christi inter Deum & hominem: secundum illud 1. Thimoth. 2. Mediator Dei, & hominum, &c.

d Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior est eo, qui misit illum.

e Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.

f Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim.

g Sed vt adimpleat scriptura

h Amodo dico vobis. priusquàm fiat: vt cum factū fuerit, credatis quia ego sum.

i Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me misit.

LECTIO LIII.

SVpra ostendit exemplũ Euangelista, quod Christus præbuit suis discipulis ad imitandum: hic ostendit defectum discipulorum quem prænunciat eis Iesus, qui nondum erant idonei ad sequendum. Et primo ponit defectũ discipuli, qui eum negauit, ibi. {Dixit ei Simon Petrus. Domine, quo vadis, &c.} Circa primum duo facit. Primo denunciat discipuli proditionem. Secũdo eius separationem, ibi. {Cũ ergo exisset dixit, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponitur prænunciatio futuræ proditionis. Secundo ipsius proditionis executio ad veritatem prænunciantis comprobanda, ibi. {Quod facis, fac citius.} Circa primũ duo facit. Primo prænunciat scelus proditionis. Secundo personam proditoris, ibi {aspiciebãt ergo discipuli, &c.} Circa primũ primo præmittit prænunciantis affectum. Secundo ponit prænunciatum effectum. Prænuncians ergo Christus est, qui afficit ad turbationem. Et quantum ad hoc dicit {cum hoc dixisset Iesus} reiniuitans eos ad charitatem, qua priuatum videbat proditorem discipulum {turbatus est spiritu.} Circa quod sciendum est, ꝙ turbatio designat commotionem quandam. Et hoc apparet per hoc, quod habetur supra 5. Angelus domini descendebat secundum tempus in piscinã, & mouebatur aqua. Et postea sequitur Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, &c. Quod pro eodem accipit aquam turbari, & moueri. secundum hunc etiam modum dicimus mare turbatum, quando est commotum. Turbatio ergo animi eius commotionem designat. Sed sunt quidam actus animæ sine cõmotione corporis. s. actus intellectiuæ partis. Actus autem appetitus sensitiui sunt cum corporis commotione. vnde affectiones appetitus sensitiui, passiones dicuntur. Inter omnes autẽ affectiones seu passiones appetitus sensitiui, tristitia magis vim commotionis habet. Delectatio enim cum dicat quietem in bono præsenti, magis rationem quietis habet, q̃ commotionis. Timor etiam cum sit de malo futuro minus mouet, q̃ tristitia, quæ est de malo præsenti. Et inde est, ꝙ turbatio animi præcipue dicitur tristitia. Turbatus est ergo Iesus. i. tristatus. Sed attendendum, ꝙ quidam Philosophi fuerunt. s. Stoici, dicentes ꝙ huiusmodi turbatio, & hmõi passiones in sapientem non cadunt, quãuis enim sapiens secundum eos timeat, gaudeat & desideret, nullo modo tamen tristatur. Sed horum falsitas manifeste apparet ex hoc, ꝙ Iesus qui est summa sapientia turbatur. Sciendum tamen, ꝙ duplex est turbatio. Quædam procedit ex carne, quãdo. s. quis turbatur post iudicium rationis ex apprehensione sensuali, quæ quidem turbatio quandoque quidem consistit intra limites rationis, in nullo eam obnubilans, quæ non perfecta passio: sed propassio dicitur a Hiero. Et hæc in sapientem cadit. Quandoque autem rationis limitem excedit & eam turbat, & est non solum passio, sed etiam turbatio. Et hæc in sapientem non cadit. Alia est turbatio, quæ procedit ex ratione, quando. s. ex rationis iudicio, & deliberatione turbatur quis in appetitu sensitiuo. Et hæc turbatio fuit in Christo. Vnde signanter dicit Euãgelista, ꝙ {turbatus est spiritu}. i. turbatio quæ fuit in appetitu sensitiuo, in Christo fuit ex iudicio rationis. vnde supra 11. dicit, quòd turbauit semetipsum. In Christo enim omnia ex deliberatione rationis etiam in inferiori appetitu sensitiuo proueniebant: vnde nec subiti motus sensualitatis in Christo fuerunt. Voluit autem hic Iesus turbari propter duo. Primo quidem, propter fidei nostræ instructionem. Nam imminebat ei passio & mors, quã naturaliter refugit natura humana, & cum eam sibi sentit imminere tristatur tamquam de malo & nociuo sibi præsente. Vt ergo ostenderet se veram naturã humanam habere, voluit turbationis affectum ex iudicio rationis etiam quantum ad ipsam animam pati. Per quod excludit error Apollinaris dicentis in Christo non fuisse ãnimam: sed verbum loco animæ. Secundo propter nostrã ædificationem. Videbat enim ſm August. quòd proditor ille exiturus erat, vt Iudæos qui eum caperẽt, adduceret, ex quo separabatur a collegio sanctorũ, & sententiã mortis contra se accipiebat. & ideo ex quodam pietatis affectu ad eũ tristabatur. Dans ꝙ hoc exemplum prælatis, ꝙ si duram sententiam, quãq; contra subditos proferre contingat, cum dolore cordis proferant: ſm illud Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia. nam ipse proditionem Iudæ aliis manifestare volẽs {turbatus est spiritu, & protestatus est} ne, si, quasi ignorans proderetur {& dixit. Amen amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet.} Signanter autẽ dicit

F {vnus ex vobis electis, s. ad sanctum collegium, vt det intelligere, ꝙ nullum futurum foret adeo sanctum collegium, quin aliquis peccator & malus in ipsis inueniatur. Iob. 1. Cũ venissent filij Dei vt assisterent coram dño, affuit inter eos etiam Sathan. Dicit autẽ {vnus} non duo vel plures, ne collegium detestari videatur: sed proditorẽ ex collegio. nam propter vnum malũ ex collegio, collegium malum reputari non debet. Ideo autem si plures mali essent, collegium posset malũ reputari. {vnus.} inquit {ex vobis} numero, non merito, & spiritus vículo. 1. Ioã. 2.

G Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, &c.} {me tradet.} Ecce enunciatio {me} inquiãm magistrum, me dominum, me saluatorem. Consequenter cum dicit.

b OCculte designat personã proditoris. Et primo ponit designationis occasio, secũdo personæ designatio, ibi. Respõdit Iesus ille, &c. {Tertio designationis effectus, ibi. Et post bucellam, &c.} Est autem designationis duplex occasio. Vna discipulorum cõmunis hæsitatio. Alia fuit prædilecti interrogatio. Primo ergo ponit primam. Secũdo, secundam, ibi. {Erat ergo recũbens.} Sciendum est circa primũ, ꝙ boni discipuli habebãt ad Christũ maximã charitatẽ, & maximam fidei firmitatẽ. Ex charitate quidem præsumebat quilibet ex se, ꝙ nullus eum erat negaturus, sed ex fidei firmitate, certissime tenebant ꝙ verbum Christi falsum esse non poterat. & ideo licet nulli sibiipsis consci essent mali, tamen prænunciationem Christi propriis cogitationibus veriorẽ & credibilem esse putabant. Vnde se homines esse memores, & alterabilem esse affectum, etiam ad hoc prouectorum, ita vt contrarium velit ei, quod prius voluit magis de se dubitabãt, quàm de Christi veritate. Et ideo {Aspiciebant adinuicem hæsitantes de quo diceret.}. 1. Corinth. 9. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Iob. 8. Si lotus fuero, quasi aquis niuis. &c. Consequenter cum dicit.

c POnit inquisitio discipuli. Et Primo describitur eiꝰ ad Christum familiaritas. Secundo excitatio eius ad interrogandũ, ibi. Innuit ergo huic Simon Petrus. {Tertio subditur eius interrogatio, ibi. {Itaque cum recũberet, &c.}. {Familiaritas autem discipuli ad Christum ostenditur in hoc, quòd super eum recũbit. Vnde dicit. {Erat ergo recũbens vnus ex discipulis, &c.} Discipulus iste Ioãnes Euangelista fuit, qui hoc Euangelium scripsit, & de se in persona alterius loquitur, volens vitare iactantiam, secutus morem aliorum, qui sacras scripturas conscripserunt. Sic. n. Moyses in libris suis de se, sicut de quodam altero loquitur, dicẽs Locutus est Dominus ad Moysẽ dicens, &c. Sic & Mat. Vidit hominem sedentẽ in theloneo Mat. nomine, &c. Mat. 9. Et Paul. 2. Cor. 13. Scio hominem in Christo, &c. Tria autem hic Ioannes de se tangit. Primo quidem amorem quo quiescebat in Christo dicens, ꝙ {erat recũbens,} idest, quiescens. Iob 22. Tunc super omnipotentẽ deliciis afflues, &c. Psal. 22. Super aquas refectionis &c. Secundo secretorũ notitiã, quę ei Christus reuelabat, & specialiter in conscriptione huius Euangelii: vnde dicit, ꝙ recubuit {in sinu Iesu.} Per sinum enim secretũ significatur. supr. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, &c. Tertio specialis dilectio qua eũ Christus diligebat, vnde dicit. {Quem diligebat Iesus} non quidem singulariter, sed quasi quodammodo excellentius præ aliis dilexit. Quo autem eũ excellentius præ alii. dilexerit, magis in fine huius libri dicetur. Quãtum ad præsens autem sciendum, ꝙ Ioannes fuit magis dilectus a Christo propter tria. Primo quidẽ, propter munditiam puritatis: quia virgo est electus à Domino, & virgo in eum permansit. & Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam, &c. Secundo propter sublimitatem suæ sapientiæ, quia cæteris altius arcana diuinitatis intuitus est. Vnde & aquilæ comparatur. Prouerb. 14. Acceptus est Regi minister intelligens, Tertiò propter vehementem feruorem affectus sui ad Christum, Prouerbiorum. 8. Ego diligentes me diligo. Consequenter cum dicit.

d POnitur excitatio ad interrogandum. Sed cum innuere sit absque verbo insinuare ad quid est hoc, quod dicit. Innuit ergo & dicit. {Ad hoc dicendum, ꝙ nos dicimur aliquid innuere, quando aliquid interius cogitamus: secundum illud Psal. 40. Dixit insipiẽs in corde, &c. Multo ergo magis dicimur aliqd dicere innuẽdo iã exterius quibuscũque vel qualibuscũq; signis. ꝙ fuerat corde conceptum. Et sic est sensus. {Innuit & dicit.} idest, innuendo dicit. Vel potest dici, ꝙ primo innuit signo, & postea dicit verbo, hoc scilicet, quod sequitur {quis est de quo dicit?} quòd scilicet, eum tradet? Sed cum Petrus vbique in euangeliis semper

discipuli, hæsitantes de quo diceret.

c Erat ergo recumbẽs vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quẽ diligebat Iesus.

d Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei. Quis est, de quo dicit?

LECTIO IIII.

VM hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatꝰ est, & dixit. Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.

b Aspiciebãt ergo ad inuicem

A semper audax, & primus ad respondendum propter amoris feruorem inueniatur. Quid est, quòd hic tacet? quid est quòd alteri interrogationem committit? Cuius quidem ratio potest esse triplex secundum Chrysõ. Vna, quia cum supra est reprehensus à domino de hoc, quòd lauari sibi pedes non patiebatur a domino, & audiuisset. Si non lauero te, &c. dubitabat nunc de hoc dominum molestare. Alia ratio, quia Petrꝰ nolebat quòd dominus hoc publice, ita quod alii possent audire, manifestaret. Vñ quia ipse remotus erat a Chrõ, nec ipse tantum audiuisset Ioannem, qui proximus erat Christo, ad interrogandum ex

e Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei. Domine quis est?

f Respondit Iesus. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et, cum intinxisset panem, dedit Iudæ simonis scariotæ.

g Et post bucellam, introiuit in eum sathanas.

citat. Habet etiam rationem mysticam. Per Ioannem enim contemplatiua; per Petrũ actiua vita signatur. Petrus vero mediante Ioanne instruitur à Christo: quia vita actiua de diuinis instruitur mediante contemplatiua. Maria enim sedens secus pedes domini audiebat verba illius: sed Martha satagebat circa frequens ministerium. Luc. 10. Consequenter cum dicit.

e POnitur interrogatio. Sed notandum, quòd cum Petrus innuit vt interrogaret, recumbebat Ioannes in sinu Iesu. Nũc vero eum interrogat Ioannes, qui supra pectus eius recũbit. Pectus enim vicinius est ori, quàm sinus. Ioannes ergo secretius audire volens responsum, & magis silenter de sinu conscendit ad pectus, Mystice autem per hoc datur intelligi, quòd quanto magis homo vult diuinæ sapientiæ secreta capere, tanto magis conari debet: vt propinquior fiat Iesu: secundum illud Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, &c. Nam diuinæ sapientiæ secreta illis præcipue reuelantur, qui Deo iuncti sunt per amorẽ. Iob. 10. Annunciat de ea amico suo, quòd possessio eius sit. Pro. 18. Venit amicus eius, & inuestigauit, &c. Consequenter cum dicit.

f DEsignat personam proditoris. Et primo verbo. Secundo, facto. Verbo quidẽ, cum dicit. {Ille est cui intinctum panem porrexero.} Quod potest duo significare, secundũ quod potest dupliciter accipi. Quia si accipiatur hic in malum, significat Iudæ simulationem. nam sicut panis intinctus infectus est ex eo ꝙ intingitur & mutat colorem, ita & simulator dum aliud gerit in corde & aliud prætendit ore: & sic erat Iudas, qui exterius prætendebat se magistrum diligere, in corde proditionem tractabat. Psal. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem, &c. Si vero accipiatur in bonum, sic ponit ad exaggerãdam eius malignitatem. Panis enim intinctus magis sapidus est. Vt ergo ostẽdat, ꝙ licet multa bona a Christo receperit Iudas; eorum tamen immemor, prodit eum panem sibi intictum porrigit. Psal. 54. Tu vero homo vnanimis: &c. qui dulces, &c. Facto autem ostendit, cum dicit. {Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ, &c.} Hinc aliqui dicunt hunc panem fuisse corpus Christi consecratum. Sed hoc secundum Aug. non est verum. Nam sicut ex aliis euangeliis habetur. Dominus cum cœnaret, discipulis corpus suum dedit. & ideo patet, quòd Iudas cum aliis discipulis simul corpus Christi accepit in cœna. Christus autem postquam aliquantulũ in cœna processerat, surrexit a cœna, & lauit pedes discipulorum quibus lotis resedit, & postmodum panem tinctum Iudæ tradidit. Vnde patet, quòd non erat corpus Christi. Sequitur designationis effectus, cum dicit.

g Sed quæritur hic, quomodo Sathanas in hominẽ intrat? Ad quod dicendum, quòd sathanam intrare in hominẽ potest intelligi dupliciter. Quia intrare potest in corpus hominis, sicut pater in his qui corporaliter a Dæmonio vexantur. Et sic potest diabolus essentialiter in hominem intrare. Vel potest intelligi intrare in mentem, ita quòd menti dæmon essentialiter illabatur. Et sic nullus potest intrare in hominem nisi solus Deus. Anima enim rationalis non habet dimensiones quantitatis, vt aliquid in ea esse dicatur, quasi infra eius dimensionem contentum sit. Nihil potest in ea esse, nisi quod est ibi per virtutem suam. Vbi autem est virtus Dei: ibi est & essentia Dei. In Deo enim idem est essentia & virtus. Manifestum est ergo, quòd Deus essentialiter est in anima. Dicitur tamen diabolus illabi menti humanæ per effectum, & affectum malitiæ, inquantum scilicet homo ab eo seductus, sequitur eum ad perpetrandũ malum. Sed cum supra dixerit Cum diabolus iam misisset in cor vtra, &c. Hic autẽ dicit. {Introiuit in eũ sathanas.} Videtur aliud esse mittere, & intrare. Sed ad hoc dicendum, quòd hoc non est dictum ad significandum differentiam, sed ad insinuandum augmentum malitiæ. Tunc enim dicitur diabolus immittere aliquod malum in cor. hominis: cum homo prębet ei assensum ad malum, tamen cum quadam trepidatione, an hoc facere debeat: sed tunc intrat in cor, quando homo totaliter dat se ad sequendum eius instinctum & in nullo ei resistit. {Intrauit ergo in eũ sathanas} vt plenius possideret, & ad perpetrãdum malitiam, duceret in quem prius miserat, vt deciperet.

Quæritur, quare Lucæ. 22. dicitur, quòd intrauit sathanas in eum, quod quidẽ fuit antequam bucellam acciperet. Et hoc est contra illud quod Ioannes hic dicit, scilicet quòd post bucellam introiuit sathanas in eum, &c. Responsio, dicendum, quòd tunc introiuit

LECTIO V.

ET dicit ei Iesus. Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentiũ ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant: quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis, vt aliquid daret.

B ad proditionem faciendam: sed nunc introiuit ad eam exequẽdam, & complendam. Sed nũquid bucellam dare Iudę postquã introiuit in eum Sathanas, fuit malum? Responsio, dicendum, ꝙ non. Sed ipse Iudas cum esset malus, bono vsus est male. Sic cum quis indigne accipit Eucharistiam, quod bonum est & optimũ, male accipit, & vertitur sibi in malum, quia iudicium sibi manducat & bibit. 1. Cor. 12.

LECTIO V.

POsita prænunciatione futuræ proditionis. hic ponitur consumatio ipius rei prænunciatæ, scilicet perpetratio proditionis. {Et primo permittit Iudæ adimplere, quod dixerat. Secundo, ostendit quomodo adC impletur, ibi. {Cum ergo accepisset ille.} Circa primum tria facit. Primo ponit verba domini permittentis. Secundo, manifestat ipsorum verborum obscuritatem. Tertio, subdit quomodo illa verba fuerunt ab Apostolis intellecta. Verba autem domini sunt ista. {Quod facis, fac citius.} Quæ quidem verba non sunt præcipientis, seu consulentis, cum peccatum cadere non possit sub præcepto & consilio diuino, quia dicitur in Psal. 18. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. sed sunt verba permittẽtis. Nam vt dictum est, diabolus miserat in cor Iudæ vt traderet eum, scilicet Iesum, quod iam tractauerat cum principibꝰ: sed implere non poterat, nisi ipse Christus permitteret, quia supra 6. Nemo tollet a me animam meam, &c. Et Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, &c. Sunt etiam verba crimen proditionis ex probantis, vt ostenderet, quòd dum ille cõferret beneficia, iste intentaret mortem. Psal. 49. Arguam te, & statuam contra, &c. Sunt etiam verba ad opus nostrę redemptionis anhelantis, vt Aug. dicit, non tamen præcepit facinus: sed prędixit, non tam in perniciem perfidi fœuiendo, quàm ad salutem fidelium festinando. Lucæ 12. Baptisma habeo baptizari, & quomodo coarctor, &c. Verba autem dñi obscura erãt quantum ad discipulos. & ideo dicit. {Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit, &c.} In quo datur intelligi, quòd verba Christi adeo profunda sunt, & humanum intellectum excedentia, quòd non plus inde capere possumus}, nisi quantum ipse reuelat. Prouer. 25. Gloria domini est celare verbum. Sed hic oritur quęstio. Cum enim Ioanni dominus personam proditoris designasset, dicens. {Ille cui intinctum panem porrexero, & dedisset panem intinctum Iudę, nimium videntur rudes fuisse discipuli, quòd verbum domini non intellexerunt. Ad quod dicendum est. quòd {dominus verba illa occulte dixerat Ioanni tantum, vt non fieret proditor manifestus. Cuius ratio est, ꝙ a Petrus ita feruidus erat in amore Christi, quòd si pro certo sciuisset Iudam fuisse Christum traditurũ, statim occidisset eum. Sed cum Ioannes vnus esset ex discumbẽtibus, adhuc incidit alia quęstio. Cur dixerit, quòd {Nemo sciuit discumbentium.} Ad quod dicendum est, quòd confuetudo boni animi & innocentis est, vt etiam alios procul ab iniquitate esse credant, à qua seipsos nouerunt immunes}. Quia igitur Ioãnes innocẽtissimus erat, & a proditionis iniquitate semotus, nequaquam suspicabatur, quòd discipulus intãctum iniquitatis proD diret. Quòd autem discipuli veram causam verborum ignorantes de ipsis verbis extimarent, subdit euangelista, dicens. {Quidam autem ex ipsis. {scilicet discipulis {putabant, quia loculos habebat Iudas, &c.} Vbi sciendũ est, quòd dominus Deus cœli, qui dat escam omni carni loculos habuit, non quòd possideret aliqd terrenum, sed a fidelibus oblata conseruans, suis necessitatibus, & aliis indigentibus {subueniret, quos quidem loculos Iudas cõferebat. In quo datur exemplum vt Augustinus dicit, quòd ecclesia potest habere pecuniam, & reseruare pro necessitatibus immiE nentibus. In quo etiam instruimur, quòd ecclesiastica pecunia sit exten-

expendenda solum in duobus. Primo quidem in his quæ pertinent ad cultum diuinum. Vnde dicit. {Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum.} idest, quibus Deum colere possumus in die festo. Malac. 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, & F escibus in domo, &c. Deinde vero in his, quæ pertinent ad panem sustentationē vt subdit {Aut egenis aliquid date.} Sed si obijcias contra id qd dicit dñs. Mat. 6. Nolite cogitare in crastinum. Ad hoc respondet Augu. & dicit, q̃ hoc non fuit præceptum à domino ad hoc, vt nihil pæcuniæ seu aliarũ rerum vnius diei à sanctis seruetur in crastinum, sed ideo dominus dixit. Nolite, &c. ne scilicet prædicarem, & alia Dei seruitia faceremus vt G prouideatur nobis in posterum, vel ne desistamus ab his quæ virtutis sunt, propter diei crastini solicitudinem. Ex quo patet, q̃ dominus dicens. Nolite solliciti esse de crastino, duo prohibet. Vnum, vt non faciamus bona propter crastinum. Aliud, vt non retrahamur a bonis propter timorem crastinæ inopiæ, &c. Chrysost. autem planius exponit dicens. Nolite cogitare de crastino, idest, curam quæ incumbit diei crastino, nolite anticipare in die hodiernũ: sufficit enim diei malitia sua. Dubitatur etiam hic, q̃ Dominus præcepit discipulis suis. Matth. 10. Nolite portare in via, &c. Quomodo ergo ipse loculos habebat? Sed secundum Chrysost. dominus loculos ferebat ad inopum ministerium, vt hinc discas, q̃ quantumcũque pauperem & mundo crucifixum, oportet de pauperibus curam habere: secundum illud Psal. 111. Dispersit dedit pauperibus, &c. Vel dicendum quòd hoc quod dicit. Nihil tuleritis in via, &c. referendum est ad singulares prædicatores & Apostolos: qui nihil portare debent, quando ad prædicandum vadunt. Non autem referendum est ad totum collegium, quòd oporter aliquid habere, & pro seipsis, & pro egenis. Consequenter cum dicit.

b PONITVR adimplerio rei prænunciatæ. Et primo ponitur executio. Secundo temporis determinatio. Executio quidẽ festina: quia {cum bucellam accepisset, exiuit continuo.} Vbi attende, secundum Origenem, quòd non dicit Euangelista, cum comedisset bucellam: sed {accepisset.} Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd proditor in hoc tantum sollicitus obedire magistro, accepto pane non comederit eum. Sed forte in mensa dimisso, nullam traxit moram, vadens ad proditionē perpetrandam. Cuius quidem ratio esse potest, quòd diabolus qui iam intrauerat in cor Iudæ, timens ne si panem comederet, eum cedere oportet, non valentem in eodem loco cum Iesu esse, non permisit Iudam panem comedere. 2. Cor. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? 1. Cor. 10. Nõ potestis simul esse participes, &c. Alio I modo potest intelligi, quòd panem acceptum comedit. Et sic est sensus. {Cum ergo accepisset ille bucellam.} non solum in manu, sed etiam comedendo: sic {exiuit continuo} male vtens bono. Sicut & qui indigne manducat panem dñi, aut bibit eius calicem: in preiudicium sibi manducat atque bibit, & magis aggrauatur peccatis. Sic panis à Iesu datus Iudæ, fuit in damnum, vt post panem, intraret in eum Sathanas. Tempus autẽ, seu hora determinatur tenebrosa. Vnde dicit. {Erat autem nox.} Quod quidem determinat propter duo. Primo ad eius malitiam aggrauandam, quæ intantum inualuerat in cor eius, vt nec propter temporis inopportunitatem vsque mane perstitisset. Iob. 24. Mane primo cõsurgit homicida, & de nocte efficitur fur. Secundo ad designãdam mentis qualitatem {erat enim nox.} Quia mens Iudæ proditoris, obscura erat a luce diuina. supr. 11. Qui ambulat in die, non offendit, &c.

b Cum ergo accepisset ille bucellam, exiuit continuo. Erat autem nox.

LECTIO VI.

Vm ergo exisset, dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo, Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum.

K POST egressum Iudę ad mortem domini procurãdam' agit dominus de recessu suo ad gloriam. Et primo annunciat eis gloriam ad quam vadit, vt inde consolentur. Secundo, prenunciat eis suum recessum, ibi. {Filioli, adhuc modicum vobiscum sum, &c.} Gloria autem ad quã vadit est glorificatio & exaltatio Christi inquãtum est filius hominis. Et hoc est, quod dicit. {Cum ergo exisset.} scilicet Iudas. {Dicit Iesus discipulis suis. Nunc clarificatus est filius hominis, &c. Vbi sciendum est, quòd clarificari, idem est quod glorificari, Gloria enim dicitur quasi claria. Vnde secundum Ambrosium, Gloria est clara cum laude notitia. Vnde expositores vbi in Græco est clarificare, transferunt glorificare, & econuerso. Et sic idem est, quod hic dicitur. {Nunc clarificatus, &c.} quod glorificatus. Potest ergo exponi quadrupliciter, scilicet referendo ad quadruplicem gloriam Christi. Primo quidem ad gloriã crucis: Secundo ad gloriam iudiciariæ potestatis. Tertio ad gloriam resurrectionis. Quarto ad gloriam cognitionis Christi in fide populorum. Hanc enim quadruplicem gloriam scriptura attribuit Christo. Primo ergo Christus clarificatus fuit in crucis exaltatione, vnde etiam Paulus in ipsa cruce gloriam suam dicit esse. Gala. vi. {Mihi absit gloriari, &c. Et de hac gloria exponit Chrysostomus., Vnde circa hoc dominus quatuor tãgit de gloria crucis. Primo ipsam gloriam. Secũdo gloriæ fructum. Tertio, gloriæ actorẽ, Quarto, gloriæ tempus. Quantum ad primum dicit. {Nunc clarificatus est filius hominis, &c.} Sciendum est enim, quòd quando aliquid incipit fieri, videtur quasi esse G factum. Iuda autem exeunte ad ducendum milites, videtur negocium passionis Christi per quam glorificandus erat inchoatũ esse. & ideo dicit. {Nunc glorificatus est filius hominis, &c.} idest incipit passio in qua glorificabitur. Clarificatus est enim Christus per passionem crucis: quia per eam de inimicis, scilicet morte & diabolo triumphauit. Hebræ. 12. Per mortem destrueret eũ, qui habebat mortis imperium. Item, quia per eam coniunxit terrena cœlestibus. Colo. 1. Pacificans per sanguinem crucis. Item, quia per eam omnia regna obtinuit. Psal. 95. secundum aliam literam. Dicite in gentibus quia dominus regnauit a ligno. Item, quia in ea multa miracula ostendit. Nam velum templi scissum est, Mota est terra, Petræ sunt scissæ, & Sol obscuratus est, & multa corpora sanctorum surrexerunt, vt dicitur Matth. 27. Propter hoc ergo imminente passione, dicit. {Nunc clarificatus est filius hominis:} quasi nunc incipit passio mea, quę est mea glorificatio. Fructus autem huius gloriæ est, quòd inde Deus glorificetur. & ideo dicit. {Et Deus clarificatus est in eo,} idest, in filio hominis glorificato. Quia gloria passionis ad hoc tendit: vt Deus inde glorificetur. Si enim Deus glorificat de morte Petri. infr. vlt, Hoc dicit, significans qua morte clarificaturus esset Deum, multo magis clarificatus est per mortem Christi. Actor autem huius gloriæ non est Angelus, neque homo, sed ipsemet Deus. Et ideo dicit. {Si Deus glorificatus est in eo,} idest, si tanta est gloria quòd Deus inde glorificetur, non debuit per alium clarificari, sed {ipse Deus clarificauit ipsum in semetipso,} idest, per semetipsum. infr. 17. Clarifica me pater claritate, quam habui, &c. Tempus autem huius glorię est festinum: quia {continuo,} idest, statim {clarificabit eum,} idest, dabit ei clarificationē crucis. Citus enim, licet gentibus & his qui pereunt sit stultitia, nobis tamen credentibus est maxima Dei sapientia, & Dei virtus. 1. Cor. 1. Secunda autem gloria Christi, est gloria iudiciariæ potestatis. Mat. 13. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum, &c. & de hac gloria exponit Aug. vt in Gloss. tangitur. Vnde secundum hoc quatuor hic facit. Primo ponit gloriam iudiciariæ potestatis. Secundo ostendit meritum quo ad hanc peruenitur. Tertio hoc exponit. Quarto demonstrat huius gloriæ principium. Dicit ergo quantum ad primum. {Nunc clarificatus est filius hominis.} Vbi sciendum est, quòd in sacra scriptura res significatæ appellantur nomine rerum significantium, significatione non expressa, secundum illud. 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Vbi non dicit petra significat Christum. In hoc autẽ facto, quòd Iudas exiuit ab Apostolis representat figura futuri iudicii, vbi mali separabuntur a bonis, cũ statuet oues a dextris, hedos autem a sinistris, vt habetur Matt. 25. In hoc ergo, quòd Iudas exiuit: quia futurum iudicium figurabatur. Ideo Dominus post exitum Iudæ agit de gloria iudiciariæ potestatis, qua iudicaturus est, dicens. {Nunc clarificatus est filius hominis,} idest, per eius exitum representata est gloria filii hominis, quam habebit in iudicio, vbi malorum nullus erit, vbi bonorum nullus perit. Non autem dicitur. Nunc significata est glorificatio filii hominis, sed {nũc glorificatus est, &c.} more scripturæ sacre prædicto. Meritum autem huius glorificationis est, vt Deus glorificetur in eo. In illis enim clarificatur Deus qui querunt facere voluntatem eius, non suam, talis autem erat Christus. sup. 6. Nõ veni facere voluntatem meã: sed eius qui misit me, & ideo {Deus clarificatus est in eo.} Exponit autem hoc cum dicit. {Si Deus clarificatus est in eo,} idest, si voluntatem Dei faciens, Deum clarificat, merito {Deus clarificabit eum in semetipso,} vt scilicet natura humana, quæ a verbo æterno susceptra est, etiam immortali æternitati debetur. & ideo {in semetipso,} idest, in gloria sua. Philip. 2. Propter quod exaltauit illum, &c. Ipsa ergo glorificatio qua Deus glorificatus est in Christo, est meritũ in quo Christus secundum quòd homo glorificatus est in semetipso, idest, in gloria Dei. Et hoc fuit quando humana natura deposita infirmitate per mortem crucis, accepit gloriam immortalitatis in resurrectione. Inde ipsa resurrectio fuit principium, quo inchoata est

ista gloria. Ideo dicit {& continuo clarificabit eum} in resurrectione, quæ scilicet, statim erit: secundum illud Psal. 107. Exurgam diluculo. Et alibi. Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tertia Christi gloria, est gloria resurrectionis, de qua dicitur Roma. 6. Quomodo surrexit Christus per gloriam patris, ita & nos, &c. Et de hac gloria exponit hoc Hilarius, & etiam partim Augustinus. Et secundum hoc primo prænunciat Christus hãc suam gloriam dicens. {Nunc clarificatus est.} & loquitur de futuro per modum præteriti: quia quæ statim fieri credimus, quasi facta habemus. Gloria autem resurrectionis in proximo imminebat. & ideo dicit. {Nunc clarificatus est.} quasi corpus naturæ diuinæ consociatione, gloriam quodammodo diuinitatis, B adeptus est. Secundo subiungit causam huius glorificationis. & valde subtiliter. Nam vt ipse dicit: humanitas Christi in resurrectione glorificata est ex coniunctione diuinæ naturæ eam assumentis in persona verbi, quia hoc dicitur in Psal. 15. Non derelinques animam meam in inferno. nec dabis sanctum tuum, qui est sanctus sanctorum, videre corruptionem. Debetur etiã Christo homini talis gloria inquantum est Deus. Nos etiam intantum gloriam resurrectionis habebimus, inquantum participes sumus diuinitatis. Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis: resuscitabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem &c. & ideo dicit, q̃ {filius hominis, &c.} scilicet Christus, secundum humanam naturam {clarificatus est} per resurrectionẽ. Et quis clarificabit eũ? {Deus} inquit {clarificabit eum in semetipso} vt scilicet Christus homo, qui regnat in gloria quæ ex Dei gloria, et ipse exinde in Dei gloriam transeat, scilicet manifestus totus in Deo: quasi deificatus ex ea qua homo est dispensatio- C ne. Sicut si dicerem, Lampas clara est, quia ignis clarescit in ea. Illud ergo, quod emittit radios claritatis ad humanitatem Christi, est Deus. Et sic humanitas Christi clarificatur a gloria diuinitatis eius, & humanitas Christi inducitur in gloriam diuinitatis, non per transmutationem naturæ: sed per participationem gloriæ, inquantum ipse Christus homo, adoratur tanquam Deo. Phi ip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine, &c. & ideo dicit. {Et Deus clarificatus est in eo,} idest, si ita est, quòd gloria diuinitatis ad gloriam humanitatis redundet {Deus clarificauit eum}. i. fecit eũ participem suæ gloriæ, eum ad suam gloriam assumendo. Philip. 2. Omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus, &c. Et sic duplex est gloria Christi. Vna quæ est in humanitate eius a diuinitate deriuata. Alia est diuinitatis ad quam quodammodo assumitur humanitas, vt dictum est: sed aliter & aliter. Nam prima gloria habuit principium temporis. & ideo de ipso D loquitur in præterito dicens. {& Deus clarificauit eum in semet ipso} quod fuit in die resurrectionis. Secũda gloria est perpetua, quia ab æterno verbum Dei est Deus, ad quam humanitas Christi assumpta in perpetuum glorificabitur. Vnde de ista loquitur in futuro dicens. {Et continuo clarificabit eum,} idest, semperfacier eum in illa gloria in perpetuum esse. Quarta gloria Christi est gloria cognitionis in fide populorum. & de hac exponit Origę. Vbi notandum est, quòd gloria secundum eum aliter accipitur in communi vsu hominum, & aliter in scriptura. Nam secundum communem vsum, gloria nihil aliud est quàm a pluribus collata præconia, vel clara cum laude notitia, vt Ambrosius dicit. In sacra scriptura gloria importat aliquod diuinum iudicium super homines. Vnde Exodi. Gloria domini apparuit, sup tabernaculum, idest, aliquod diuinum iudicium requieuit super ipsum. Et similiter illud quod dicitur de facie Moysi, quòd glorificata esset. Et sicut gloria corporaliter dicit aliquod diuinum iudicium super homines, ita etiam & spiritualiter intellectus hominis dicitur glorificari, quando ita deificatus ac transcendẽs omnia materialia, eleuatur ad Dei cognitionem. Per hoc enim efficitur particeps gloriæ ipsius. 2. Cor. 3. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes, &c. Si ergo quicũque cognoscit Deum glorificatur, & particeps gloriæ effectus est. Manifestum est, quòd Christus qui perfectissime Deum cognouit, vt pote totius diuinæ gloriæ splendor existens. Heb. 1. Et totius gloriæ diuinæ fulgorem capere valens. Matth. 11. Si inquam ita est, Christus perfectissime est glorificatus & etiam omnes qui Deum cognoscunt, hoc à Christo habent. Sed Christum sic glorificatum esse i perfectissima cognitione, & participatione diuinitatis: nondum homines cognoscebãt. Et ideo, licet in se glorificatus esset, non tamen glorificatus erat in notitia hominum. Sed hanc gloriã incępit habere in resurrectione & in passione, in quibus homines cognoscere cœperunt suam virtutem, & suam diuinitatem. De hac ergo sua glorificatione dominus hic loquens, dicit.

LECTIO VII.

Filioli, adhuc modicum vobiscum sum.

{Nunc clarificatus est filius hominis.} scilicet secundum humanitatem, in sua passione quæ imminebat, clarus effectus est in notitia hominum {& Deus} scilicet pater glorificatus est in eo. } Filius enim non solum reuelat se: sed etiam pater. infr. 17. Pater manifestaui nomen tuum. & ideo non solum clarificatus est filius: sed etiam pater. Mat. 11. Patrẽ nemo nouit nisi filius, &c. Et dicit. {In eo} quia qui videt filium, videt & patrem, infra 14. Maioris autẽ est, vt aliquid maius rependat. & ideo subdit. {Et si Deus clarificatus est in eo,} idest, si ex claritate filii hominis quodammodo crescit gloria Deo patri, inquantum magis ab omnibus cognoscitur. {Et Deus} clarificauit eum in semetipso,} idest, notificauit quòd Christus Iesus est in sua gloria. Et hoc non differtur: quia {continuo clarificabit eum.} idest, statim, &c.

b Quæretis me, & sicut dixi Iudæis. Quo ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modo.

LECTIO VII.

SVpra posuit dominus claritatem quã adepturus erat per suum recessum. Hic ipsum suum recessum prænunciat eis. Et primo prenunciat eis suum recessum: secundo ostendit q̃ nondum discipuli idonei erant ad eum sequendum, ibi. {Quęretis me.} tertio docet quomodo idonei fiant, ibi. {Mandatum nouum, &c.} Recessum autem futurum in breui prenunciat eis dicẽs. {Filioli adhuc modicũ, &c.} Et vtitur verbo filiationis ad maiorem inflammationem. Nam quando amici abinuicem discedunt, tunc maxime affectu amoris inardescunt. supr. eodem. Cum dilexissent suos qui erant in mundo, &c. Sed dicit. {Filioli mei} in diminutiuo, vt ostendat eorum imperfectionem, nondum enim erant perfecte filii: quia nondum perfecte diligebant. Nondum erant in charitate perfecti. Galat. 4 Filioli mei, quos iterum parturio, &c. nihilominus tamen, satis creuerant in perfectione: quia ex seruis, facti sunt filioli, vt hic habetur, & fratres. infr. vlti. Vade ad fratres meos, & dic, &c. Notandum tamen, q̃ hoc qd dicitur. {Adhuc modicũ.} tripliciter exponi potest, secũdum quòd Christus est tripliciter cum suis discipulis. Christus enim cum suis discipulis erat corporaliter Corpus autem eius potest considerari dupliciter. Primo secundum similitudinem conditionis naturæ humanæ. nam Christus secundum corpus mortalis erat, sicut & cæteri homines. & sic ly {modicum} accipitur pro tempore quod erat inter verba sermonis huiusmodi, & mortem suam. Vt sit sensus. {Ad huc modicum vobiscum sum.} idest, modicum temporis extat, quòd capiar & moriar, & tunc resurgam, deinceps immortalis, etiam secundum corpus existens. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, &c. Et ideo dicitur. Luc. vlt. Hæc dicebam vobis, dum adhuc essem vobiscum, &c. Secundo fuit cũ eis præsentia corporali: sed secundum quòd corpus eius erat iam glorificatum. Et sic ly {modicum.} accipitur pro tempore, quod erat vsque ad ascensionem Infra 16. Modicum: & iam non videbitis me, & iterum modicũ, & videbitis, &c. Galat. 2. Adhuc modicum, & ego mouebo, &c. Tertio, exponitur secundum quòd Christus fuit cum eis spiritualiter secundum suę diuinitatis præsentiam, & in sacramentis, & sic ly {modicum} accipitur pro tempore, quod existebat vsq; ad consummationem sæculi, quod quidem tempus dicitur esse modicum in comparatione ad æternitatem. 1. Ioan. 3. Filioli mei, nouissima hora est. Et sic est sensus {modicum, &c.} idest, licet a vobis corporaliter discedam, tamen spiritualiter adhuc {sum vobiscum modicum} istud temporis. q̃ extat vsque ad consummationem sæculi. Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sęculi, &c. Sed hęc expositio non congruit secundum præsentiam diuinitatis suæ: q̃ a non solum vsque ad consummationem sæculi, sed etiam in perpetuum erit cũ eis. & ideo Origenes aliter exponit dicẽs. Quod E Christus cum perfectis non peccantibus mortaliter, est semper: sed cum imperfectis non est, quia cum peccant, recedit ab eis. Discipuli vero post modicũ tempus recessuri erãt a Christo, & scandalum passuri, & eum relicturi. Infra. Omnes vos scandalum patiemini, &c. Et sic Christus spiritualiter etiam recedebat ab eis. Et quantum ad hoc dicit. {Adhuc modicum, &c. idest; modicum temporis est, quòd vos fugietis, me relicto, & sic non ero vobiscum. Consequenter cum dicit.

b OSTENDIT eorum insufficientiam ad sequendum. Et primo ponit eorum conatum dicens. {Quæretis me} quem spiritualiter dereliquistis, & fugientes & negantes. {Quęretis} inquam per pœnitentiã, sicut Petrus qui fleuit amare. Isa. 4. Quærite dominum dum inueniri potest. Ose. 6. In tribulatione sua mane consurgent, &c. Vel quæritis me.} idest, præsentiam corporalem per desiderisi. Luc. 22. Venient dies in quibus desi, &c. Secundo eorum defectum ostendit dicens. {Et sicut dixi Iudęis} supr. 8.

supr. 3. Quo ego vado, &c. sed aliter & aliter. Quia cum inter Iudæos essent aliqui, qui nunquam conuertendi erant, de illis dictum est simpliciter, quòd non poterãt ire quo Christus ibat, sed iam Iuda egresso, nullus erat inter discipulos a Christo separandus & ideo non dixit simpliciter non potestis venire sed addidit {Vobis dico modo} quasi dicat. Iudeis dixi, quòd nunquam, scilicet quantum ad obstinatos. {Sed vobis dico,} quòd {modo} nõ potestis me sequi: quia non estis perfecti in charitate, vt velitis mori pro me. Ego n. per mortem discessurus sum. Item, ego iturus sum ad gloriam patris, ad quam nullus venire potest, nisi sit charitate perfectus. Item, ego sum glorificandus modo, quia vt dictum est. Nunc clarificatus est filius hominis, sed nondum est tempus, quòd corpora vestra glorificentur. & ideo {Quo ego vado, vos non potestis venire.} Consequenter cum dicit.

c Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

d In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem.

LECTIO VIII.

Dicit ei Simon Petrus. Domine, quo vadis? Respondit Iesus. Quo ego vado, non potes me modo sequi: sequeris autem postea.

b Dixit ei Petrus. Quare non possum te sequi modo? Animã meam ponam pro te.

c Respondit ei Iesus. Animam tuam pro me pones?

d Amen amẽ dico tibi, nõ cãtabit gallus, donec ter me neges.

CAPVT XIIII.

LECTIO PRIMA.

Dixit ei discipulis suis:

d Hic Primo dubitatur de hoc, quod dicit. {Non cantabit gallus donec ter me neges.} Videtur enim esse falsum: quia statim post primam negationem Petri, gallus cantauit, vt habetur. Marc. 14. Sed ad hoc Aug. responder dupliciter. Vno modo, vt Dominus magis affectionem Petri, quàm actus expressit. nam animam Petri tãtus timor inuaserat, q̃ paratus erat ad primum cantum galli, non solum semel, sed ter negare: Et sic est sensus. {Antequam gallus cantet} parat̃ eris ter me negare. Alio modo vt referatur ad negationis initium, quia aliquid dicitur fieri ante aliud, etiam si incipiat tantum fieri. Dominus autem prædixit trinam negationem, quæ incepit ante primum galli cantum, licet non ante perfecta fuerit. Et tunc est sensus {Non cantabit gallus.} i. trinam negationem incipies antequam gallus cantet. Item quæritur de loco vbi hæc verba fuerunt, nam & Matthæus & Marcus, quòd dominus dixit hęc verba Petro postquam exiuerat de loco vbi cum discipulis cenauerat. Lucas autem & Ioannes dicunt quod hæc verba dixit in loco vbi cœnauerat. Nam post sermonem istũ dominus dixit, infr. 14. Surgite eamus hinc. Ad hoc autem dicendum, quòd verum est dominum hæc verba dixisse in loco in quo cœnauerat; Matthæus autem & Marcus sequuntur ordinem memoriæ, non historiæ. Potest autem dici: secundum Aug. quòd dominus hæc verba ter dixit. Nam si quis diligenter consideret verba domini, ex quibus processum est ad prænunciationem negationis Petri, inuenies triplicitER esse dicta. nam in Matthæo & Marco habetur, quòd dixit dominus: omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Et Petrus respõdet. Et si oẽs scandalizati fuerint in te, &c. Et ait illi Iesus. Quia hodie in hac nocte, &c. In Luca autem habetur. Dixit eis Iesus, Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, &c. Et tũc Petrus dixit ei, Domine tecum paratus sum, &c. Et dominus illi. Dico tibi Petre. Non cantabit, &c. Hic autem cum Petrus quæreret à domino, quo vadis, &c. Dixit ei dominus. {Amen amen dico tibi, &c.} Vnde colligitur, quòd pluries dominus negationem Petri prędixerat.

LECTIO PRIMA.

Vpra dominus informauit discipulos suos exemplis. hic confortat eos verbis. Et primo ponitur multiplex verborum exhortatio. Secundo, ipsorum quę dicta sunt explicatio. cap. 16. {Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.} Circa primum sciendum est, quòd duo imminebant discipulis: de quibus conturbari poterant. Vnũ de præsenti, scilicet recessus Christi imminens. Aliud de futuro, scilicet tribulationes quas passuri erant. Primo ergo confortat eos contra primum, scilicet contra eius recessum. Secundo, contra tribulationes quas passuri erant. 15. cap. {Ego sum vitis vera, &c.} Circa primum duo facit. Primo, confortat eos ex parte ipsorum remanentium. Secundo ex parte sui recedentis, ibi {nõ turbetur cor vestrum, neque formidet.} Circa primum tria facit. Primo præmittit suum accessum ad patrem. Secundo promittit eis donum spiritussancti, ibi {Si diligitis me, mandata mea seruate.} Tertio suam præsentiam, ibi {Non relinquam vos orphanos, &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit suum accessum ad patrem. Secundo, agit de via per quã accessurus erat, ibi. {Et quo ego vado scitis, &c.} Circa primum tria facit. Primo excludit turbationem. Secundo, innuit sui potestatem. ibi. {Creditis in Deum, &c.} Tertio, subiungit promissionem, ibi. {In domo patris mei.} Circa primum sciendum est, quòd discipuli perturbati poterant ex verbis domini supradictis de proditione Iudæ, & negatione Petri, & recessu suo. Et vere omnia turbationẽ, & dolorem ingerebant. Psal. 59. Cõmouisti terram, scilicet cordium discipulorum, & conturbasti eam. & ideo dominus sanare volens eorum contritionem dicit. {Non turbetur cor vestrũ. Sed contra Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Sed supra 13. dicitur. Turbatus est Iesus spiritu, &c. Quomodo ergo docet non turbari qui primo turbatus est? Responsio: dicendum quòd non docuit contrarium eius quod fecit. De eo autem dicitur, quòd turbatus est spiritu, non quod spiritus eius si turbatus. Hic autẽ non prohibet quin turbentur spiritu, sed prohibet quòd eorum cor, idest, spiritus non turbetur. Est enim quędam turbatio ex spiritu ex ratione procedens, quæ laudabilis est, nec prohibetur. 2. Cor. 3. Quæ enim sit Deum tristitia est præsentiam, &c. Alia est tristitia seu turbatio ipsius rõnis: quæ non est laudabilis: quia deducit a propria rectitudine: & hæc prohibetur. Psal. 36. Iustus non conturbabitur, quia dominus, &c. Nõ enim turbari potest qui Deum semper habet. & ideo dominus suæ diuinitatis potestatem subiungit, dicens.

b Vbi vnum supponit, & aliud præcipit. Supponit quidem eorum fidem in Deum dicens {Creditis in Deũ, &c.} In hoc enim iam instructi erant ab ipso. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Præcipit autem vt credant in ipsum dicẽs {& in me credite.} Si enim in Deum creditis. Ego autem sum Deus. Consequens est quòd in me credatis. & tenet hæc cõsequẽtia, siue li {De⁰} teneatur essentialiter, cum ipse filius sit Deus, siue ly {Deus} supponat pro persona patris. Nullus enim potest in patrem credere, nisi credat in filium. supr. 5. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem. In hoc autem quod dicit {& in me credite.} contestatur se verum esse Deum: nam si homini vel alicui creaturæ credere liceat, in nullum tamen nisi in Deum credere debemus. Est ergo in Christum credendum, sicut Deum. 1. Ioan. vltimo. Vt sitis in vero filio eius Iesu Christo, hic est verus Deus & vita æterna. Supr. 6. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quẽ misit ille. Consequenter cum dicit.

Non turbetur cor vestrum.

b Creditis in Deum, & in me credite.

c In domo patris mei, mansiones multæ sunt.

c Vbiungit promissionem quæ est vt per Christum accedant, & introducantur ad patrẽ. Promissio autem de accessu alicuius ad aliquem locum duo includit. Vnum est præcedens, scilicet loci præparatio. Aliud sequẽs, scilicet in locum introductio: & ideo dominus duas hic promissiones facit. Vnam quæ pertinet ad loci præparationem. Aliam ad loci introductionem. Prima autem non est necessaria, cum iam locus sit præparatus: sed secunda. & ideo circa hoc duo facit. Primo excludit necessitatem primæ promissionis. Secundo ponit secundam promissionem, ibi. {& si abiero & præparauero, &c.} Circa primum duo facit. Primo excludit necessitatem præparationis. Secundo, ostendit facultatem suam ad præparandum, si necesse esset, ibi. {Si quo minus dixissem, &c.} Dicit ergo {In domo patris mei, &c.} Vbi sciẽdum est, quòd cum vniuscuiusque domus sit in qua habitat, illa dicitur domus Dei, in qua habitat Deus. Deus autem habitat in sanctis. Hie. 14. Tu in nobis es domine, &c. Sed in quibusdam quidem per fidem 2. Cor. 6. Inhabitabo illis, &c. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem, &c. In quibusdam vero per fruitionẽ perfectam 1. Cor. 15. Vt sit Deus omnia in omnibus. Duplex est ergo domus Dei. Vna est militans ecclesia, scilicet congregatio fidelium 1. Thim. 4. Vt scias, &c. Et hanc inhabitat Deus per fidem Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabo in illis. Alia est triumphans scilicet sanctorum collectio in gloria patris. Psalm. 64 Replebimur in bonis domus tuæ, &c. Sed domus patris dicitur non solum illa quam ipse inhabitat, sed etiam ipsemet: quia ipse in seipso est. Et in hac domo nos collig it. Quòd autem ipse Deus sit domus, habetur 2. Cor. 5. Domum habemus à Deo, &c. Et hæc domus est gloriæ quæ est ipse Deus. Hie. 17. Solum altitudinis gloriæ tuę, &c. Manet autẽ homo in hoc loco scilicet Deo quantum ad voluntatem & affectũ per fruitionem charitatis. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et quantum ad intellectum per notitiam veritatis: infr. 17. Sanctifica eos in veritate. In hac ergo domo, idest, in gloria quæ Deus est, mansiones multę sunt, idest, diuersæ participationes beatitudinis ipsius, quia q̃ plus diligit & plus cognoscit, maiorem locum habebit. Diuersę ergo participationes diuinę cognitionis & fruitionis, sunt diuersæ mansiones, Sed hic est quæstio. Vtrum vnus possit esse beatior alio. Videtur quòd non. Beatitudo est finis, & perfectum non recipit maius & minus, ergo non potest & magis & minus haberi. Responsio: dicendum, q̃ aliquid dicitur perfectum dupliciter: absolute & secundum quid. Perfectio quidem beatitudinis absoluta est solius Dei: quia solus ipse tantum cognoscit se, & amat quantum cognoscibilis est, & amabilis. (infinite enim cognoscit, & amat infinitam veritatem, & bonitatem suam) Et quantum ad hoc, ipsum summum bonum quod est beatitudinis obiectum & causa, non potest esse maius & minus. non enim est nisi vnum summum bonum, quod est Deus. Secundum quid autem, idest, secundum aliquas conditiones temporis, naturæ, & gratiæ, & sic vnus potest esse beatior alio secundum adeptionem huius boni, & capacitatem vniuscuiusque hominis: quia quanto homo magis est eius capax, tanto magis participat ipsum, inquantum scilicet est melius dispositus & ordinatus ad eius fruitionem ad quod disponitur dupliciter. Consistit enim beatitudo in duobus, scilicet in diuina visione. Et ad hanc disponitur per munditiam. & ideo quanto quis habet cor magis eleuatum à terrenis, tanto magis, & perfectius Deum videbit. Itẽ in fruitionis delectatione. Et ad hanc

c Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. {Sed vobis dico,} quòd {modo} nõ potestis me sequi: quia non estis perfecti in charitate, vt velitis mori pro me. Ego n. per mortem discessurus sum. Item, ego iturus sum ad gloriam patris, ad quam nullus venire potest, nisi sit charitate perfectus. Item, ego sum glorificandus modo, quia vt dictum est. Nunc clarificatus est filius hominis, sed nondum est tempus, quòd corpora vestra glorificentur. & ideo {Quo ego vado, vos non potestis venire.} Consequenter cum dicit.

c Docet eos, quomodo idonei efficiatur ad sequẽdum. Et primo ponit conditionem mandati. Secundo ostendit causam, quare illud debeant implere, ibi. {In hoc cognoscent omnes, quòd mei, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit mandati qualitatem Secundo eius tenorem. Et tertio tenoris exemplum. Sed qualitas mandati commendatur ex nouitate. Vnde dicit {Mandatum nouum.} Sed nunquid in veteri testamento, vel lege datum est mandatum de dilectione proximi? Datum quippe est. quia Mat. 22. Christus interrogatus a legisperito quod esset primum mandatum. Respõdit, Diliges dñm Deum tuum. Et subditur, & proximum tuum, &c. Quod habetur Leui. 19. Diliges proximum, &c. Specialiter autem mandatum istud dicitur nouum propter tria. Primo, propter effectum innouationis quẽ efficit, Colos. 3. Exeuntes vos ve, &c. Hæc autem nouitas est per charitatem ad quam hortatur Christus. Secundo, istud mandatum dicitur nouum propter causam quæ hoc efficit: quia est a nouo spiritu. Est enim duplex spiritus, scilicet vetus & nouus. Vetus quidem est spiritus seruitutis. Nouus autem spiritus amoris. Ille generat seruos, hic filios adoptionis. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis, &c. Ezec. 36. Dabo vobis cor meũ, &c. & hic spiritus inflammat ad charitatem: quia Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum. Rom. 5. Tertio, per effectum quem constituit, scilicet nouum testamentum. Nam breuis differentia noui & veteris testamenti, est timor, & amor. vt enim dicit Hie. 33. Feriam domui Israel fœdus nouum, &c. Quòd autem mandatum istud in veteri testamento ex timore, & amore sancto erat, pertinebat ad nouum testamentum: vnde hoc mandatum erat in veteri lege, non tanquam proprium eius: sed vt præparatiuum nouæ legis. Tenor autem mãdati est mutua dilectio, vnde dicit {vt diligatis inuicem, &c.} De ratione enim amicitiæ est, quòd non sit latens, aliàs enim non esset amicitia, sed benevolentia quædam. & ideo oportet ad veram amicitiam & firmã, quòd amici se mutuo diligant, quia tunc amicitia iusta est & firma, quasi duplicata. Dominus ergo volens inter suos fideles & discipulos perfectam amicitiam esse, dedit eis præceptum de mutua dilectione Eccl. 7. Qui timet Deum habebit amicitiam bonam. Exemplum tenoris ponit cum dicit {sicut dilexi vos.} Tripliciter enim dilexit nos Christus. Gratuite: efficaciter, & recte. Gratuite, quia ipse incœpit, nec expectauit quòd nos incipere mus amare. 1. Ioan. 4. Non quasi dilexerimus Deum, sed q̃m ipse prior dilexit nos, sic & nos debemus prius diligere proximos, nec expectare præuenire seu beneficiari. Efficaciter autem dilexit, quod patet per opus (Probatio enim dilectionis exhibitio est operis.) Maius autem, quod homo pro amico potest facere, est vt det seipsum pro eo, quod & Christus fecit. Ephes. 5. Dilexit nos, & tradidit semeripsum pro nobis. Vnde dicet infra. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. nos ergo huius exemplo efficaciter, & fructuose inuicem diligamus. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, &c. Recte vero, quia cum omnis amicitia fundetur super aliquam communicationem, Similitudo enim est causa amoris, illa, scilicet recta amicitia, quæ est propter similitudinem seu communicationem in bono. Christus autẽ in tantum dilexit nos, inquantum similes sumus ei per gratiam adoptionis diligendo, secundum hanc similitudinem, vt ad Deum traheret. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Sic ergo & nos in amato non tantum, quod beneficii est, seu delectationis: sed quod Dei est, debemus diligere. Et in tali dilectione proximi includitur etiã dilectio Dei. Consequenter cum dicit.

d Ponit rationem implendi hoc præceptum. Sciendum est autem, quòd quicumque connumeratur militiæ alicuius Regis, debet portare eius insignia. Insignia autem Christi, sunt insignia charitatis. Quicũque ergo vult annumerari militiæ Christi, debet charitatis charactere insigniri. Et hoc est, quod dicit. {In hoc cognoscent omnes, q̃ mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem.} Dilectionẽ inquam, sanctam. Ec cl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. Attende autem, q̃ cum Apostoli multa dona receperunt a Christo, sicut vita & intellectus, & bona habitudo corporis. Quædam vero spiritualia: sicut opera miraculorum. Luc. 10. Ego dabo vobis os & sapientiam. &c. Omnia ista non sunt signa discipulatus Christi, cum possint esse cõmunia bonis & malis, sed speciale discipulatus Christi signũ, est charitas, & mutua dilectio. 2. Cor. 1. Signauit nos, & dedit spiritum.

LECTIO VIII.

Ostro defectu discipuli scilicet, Iudę tradentis. Hic ponit defectum discipuli scilicet, Petri negantis. Et primo ponitur prænunciandi occasio. Secundo, negationis prænunciatio, ibi {Respondit Iesus. Animam tuam, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit Petri desiderium. Secundo ponit eius fiduciam, ibi. {Dicit ei Petrus. Quare, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit desiderii ostentionem. Secundo dilationem, ibi. {Respondit Iesus. Quo ego vado, &c.} Ostenditur autem Petri desiderium in prompta interrogatione, cum dicit. {Dicit ei Simon Petrus. Domine, quo vadis?} Audierat enim à domino, quòd adhuc modicum cum eis esset: ex quo sollicitus est de Christi recessu ab eis. & ideo quærit dicens. {Quo vadis?} vbi Chryso. dicit. Magnus pfecto est Petri amor, & ipso igne vehementior: cuius nulla prohibitio prõptum impetum impedire potest. Et inde est, quòd etiam Christo dicente. Quo ego vado, vos non potestis venire, supra eodem. Ipsum Petrus sequi volebat. & ideo interrogabat quo iret, quasi vna de adolescentulis quæ nubus in Canticis. Quo abiit dilectus o pulcherrima mulierum. quo abiit, & quæremus eum cũ tũ Dilatio autem huius desiderii est, quia ad præsens impeditur à sequendo. Et hoc est, quod dicit. {Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea.} q. d. Adhuc imperfectus es, & ideo non potes me modo sequi, postea autem quando perfectus eris, sequeris me. Simile est, quod dicit. infr. vlti. Amen dico tibi, cum esses iunior, quasi imperfectus, cingebas te. Cum autem senueris: & perfectionis arcem conscendens, extendes manus tuas, &c. Consequenter cum dicit.

b Ponit Petri fiduciam. Intellexerat enim Petrus, quòd Dominus verba prędicta dixerat, quasi de perfectione sui amoris diffidens. Perfectus autem amor est cum quis seipsum pro amicis exponit morti. infr. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam, &c. Quia ergo Petrus paratus erat pro Christo mori, ostendebat se in amore perfectum. cum dicit. {Animã meã ponã pro te} i. paratus sum pro te mori. Hoc dicebat, quantum sibi videbatur, non ficto animo. Sed tamen nescit homo virtutem affectus sui, tunc potissime cum periculum imminet. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus, &c. Consequenter cum dicit.

c Negationem Petri prenunciat. Et primo redarguit præsumptionẽ. Secundo prædicit negationem, ibi. {Amen amen dico tibi. Non cantabit, &c.} Circa primum sciendum est, quòd Petrus de se præsumens, Christo sibi dicente. Nõ potes me modo sequi, dicebat se eum sequi posse, & mori pro ipso. & ideo Dominus eum reprimens, dicit. {Animam tuam pro me pones:} quasi diceret. Considera quid loquaris. Magis scio quid in te sit, quàm tu scias, tu non scis ponderare amoris tui pondus. Noli ergo de te vltra modum præsumere. Romanorum vndecimo. Noli altum sapere, sed time. Et huiusmodi ratio assignatur. Matth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Permisit autem Dominus Petrum tentari, & cadere, vt exaltatus ad principatum Ecclesiæ, discat de se humilia sentire & peccantibus subditis compati. Hebręorum 4. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine absque peccato, sed in Petro innaluit tentatio vsque ad culpam. In Christo autem fuit intentatio vsque ad similitudinem pœnæ: quia peccatum non fecit. Negationem prędicit, dicens.

Hic

hanc disponitur per amorem, & ideo qui habet cor magis ferens amore Dei, magis delectabitur in diuina fruitione. De prima dicitur Mat. 5. Beati mundo corde, &c. Item, quæritur de hoc quod dicitur Matth. 20. Quòd vnus denarius datur omnibus laborantibus. Hic autem denarius nihil aliud est quàm mansio in domo patris. Non ergo sunt multæ mansiones. Responsio, dicendum, quòd merces vitæ æternæ, & vna ē, & multæ. Multæ quidem, secundũ diuersam capacitatē participantium, secundum quam sunt diuersæ mansiones in domo patris. Vna vero tripliciter. Primo quidem, propter vnitatem obiecti. Idem enim est quod omnes beati vident, & quo omnes fruuntur. & ideo vnus denarius. sed diuersimodę videbitur, & amabitur, Iob. 22. Tunc super omnipotenti delitiis affluens Isa. 28. In illo die erit domus exercitũ sceptrum, &c. Et simile est, ac si aliquis præberet alicui fontem, vt ad libitum omnes biberent, de quo quilibet magis vas haberet, plꝰ acciperet, & q̃ minus, minꝰ. Vnus ergo fons ex parte sua est, sed non cadē mensura recipientiũ. Et hæc est sententia beati Gre. 22. Moral. Secundo propter eandem æternitatis mensuram. secundum Aug. quia omnes habebunt æternã beatitudinem: qa ibunt iusti in vitam æternam, sed diuersæ sunt propter capacitatem. Tertio, propter charitatem quæ omnia vnit, gaudia singulorum faciens omnium, & cōuertit. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, &c. Sed notandum, quòd ex hoc verbo Pelagiani acceperunt occasionem errandi. Dicunt enim, quòd pueri non baptizati decedentes, erunt in domo Dei saluati, sed non in regno: qa supr. 3. dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Sed contra hoc dicit August. quòd Dominus dicit, quòd mansiones huius modi sunt in domo Dei, nihil autem magis est in regno, quàm domus. Nam regnum constituitur ex ciuitatibus. Ciuitates autem ex vicis. Vici autem ex domibus. Si ergo mansiones sunt in domo, manifestum est, quòd sunt in regno. Consequenter cum dicit.

d Ostendit facultatem suam ad præparandum eis locũ, si necesse esset. Posset enim aliquis dicere. Verum est, quòd in domo patris tui mansiones multę paratæ sunt, quod si non esset, non posset eas parare. & ideo. Dominus hoc excludens dicit, quòd {si minus,} idest, mansiones non essent paratæ, {dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.} Vbi videndum est, quid est hoc, quod dixit {parare vobis locum.} Paratur autem locus dupliciter. Vno modo, cum in se disponitur, puta cum purgatur vel ampliatur locus. Isa. 34. Dilata locum tentorii tui. Alio modo, cum datur alicui facultas intrandi. Vnde Psalm. 70. petebat. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, quasi diceret. Semper sit mihi facultas intrandi. Et secundum hoc potest dupliciter intelligi. Si enim locus iste esset tale aliquid, quod defectum haberet, aut quodcunque creatum, subiaceret meæ potestati vt perficerem illum. Nam omnis creatura potestati verbi subiecta est. supr. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo ita esset, quòd haberet defectum {dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.} Sed locus in se paratus est. Locus enim iste est ipse Deus, vt dictum est, in quo est omnium perfectionum excellentia, sed forte non est vobis facultas intrandi. & ideo. {Si quo minus,} idest, si non haberetis facultatem intrandi, & non essetis prædestinati ad locum illum, {dixissem vobis: quia vado parare, &c.} Nam in potestate mea est, vt prædestinarem vos ad locum illum. Nam ipse cum patre & spiritusancto prædestinauit eos ad vitam æternam. Ephes. 1. Elegit nos in ipso. Sed quia supra dixerat. Quo ego vado, non potestis me modo sequi. Ne crederent se finaliter ab eo abscissos esse. Ideo subiungit.

d Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locũ.

e Vbi ponit secundam promissionem, scilicet inductionem in regnum. Vbi videtur esse verborum contrarietas. Dixit enim Si quo minus dixissem, &c. Vbi innuit, quòd non vadit ad parandum locum. Hic autem dicitur. {Si abiero, & præparauero vobis locum.} Vbi innuit, quòd vadit ad parandum locum. Sed dicendum, quòd vno modo posset legi coniunctim, vt sit sensus. Si quo minus, idest, si necesse esset, dixissem vobis: quia vado parare, &c. Et iterum. Si quo minus, idest, si necesse esset, dixissem vobis, idest, si abiero, & præparauero, &c. Secundum Augustinum autem legitur distinctim, vt scilicet hæc sit alia clausula ab illa, Dominus præparauit ab æterno prędestinando, præparauerit exequendo. Præparauit autem per recessum suum. Vnde illud, quod primo dixit, quòd mansiones paratæ erant, hoc intelligitur quantum ad primam præparationem ab æterno. Quòd autem hic dicit. {Si abiero, & præparauero.} intelligitur quantum ad executionem æternæ prædestinationis, Præparauit autem Dominus per recessum suum nobis locum quinque modis. Primo quidem dando locum fidei. Fides enim (cum sit eorum quæ nō videntur,) non erat de Christo apud discipulos, quando eum personaliter videbant. Subtraxit ergo se eis, vt quē habebant præsentia corporali, & videbāt oculis corporis, haberent præsentia spirituali, & cernerent oculo mentis, quod est habere per fidem. Secundo demonstrãdo eis viã ad locum

e Si cognouissetis me, & patrē meum vtique cognouissetis.

LECTIO II.

{Et quo ego vado scitis, & viam scitis.

b Dicit ei Thomas Domine, nescimus quò vadis. Et quomodo possumus viam scire?

eundi, &c: Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Tertio proeis orando. Hebr. 11. Accedens per semetipsum ad Deum, &c. Deuter. 33. Ascensor cœli, &c. Quarto sursum attrahendo. Cantic. 1. Trahe me post te, &c. Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, &c. Quinto: spiritum sanctum eis mittendo, supr. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Complementum autem glorificationis Christi fuit in eius Ascensione, & ideo statim cum ascendit, spiritum sanctum misit discipulis suis. Sic ergo prædixit eis corporalem recessum dicens. {Si abiero, & præparauero vobis locum.} Deinde promittit eis spiritualem reditum dicens {iterum veniam & recipiam.} Veniam in fine mundi. Act. 1. Quemadmodum vidistis eum, &c. {Et accipiam vos ad meipsum,} glorificatos in anima & corpore. 1. Thessal. 4. Similiter rapiemur, &c. Sed nunquid spiritus Apostolorum accipiuntur à Christo vsque in finem mundi? Ad qd dicendum est, quòd Græcorum opinio est, quòd sancti non vadunt ad paradisum vsque ad diem iudicii. Sed si hoc esset, tunc Apostolus frustra haberet desiderium esse cum Christo. Phil 1. & ideo dicendum, quòd statim dissoluta huius habitationis domo, quantum ad animam sumus cum Christo. Et sic hoc quod dicit. {Iterum veniam, &c.} potest exponi de aduentu spirituali, quo Christus semper visitat ecclesiam fidelium, & quemlibet sanctorum viuificat in morte. Vt sit sensus. {Iterum veniam,} ad ecclesiam spiritualiter continue, {& accipiam vos ad meipsum,} idest, firmabo in fide & dilectione mea. Cant. 5. Dilectus meus ascendit ad areolam aromatum, idest, ad congregationem sanctorum, vt pascatur, idest, delectetur in virtutibus, & lilia colligat, idest, animas puras ad se trahat, cum viuificat sanctos in morte. Deinde subdit fructum dicens. {Vt vbi ego sum, & vos sitis,} idest, vbi est caput, sint membra. Vbi Magister, sint discipuli. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. supr. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit.

LECTIO II.

SVpra, Dominus confortauit discipulos de suo recessu promittens eis, quòd accessum haberent ad patrem. Hic consequenter agit de via, per quam ad patrem accedunt. Via autem non cognoscitur sine termino. & ideo etiam agit de termino. Et primo proponit viam & terminũ vt eis nota. Secundo quæ proposuit manifestat, ibi. {Dicit ei Thomas: Domine, &c.} Circa primum sciendum, q̃ Dominus dixerat. Si abiero, & præparauero, &c. Quia forte discipuli quærerent ab eo quo iret, sicut. supr. 13. quęsuit Petrus. Domine, quo vadis? Ideo Dominus hęc sciens, dixit eis. {& quo ego vado scitis, & viam scitis.} Vado enim ad patrem, quem scitis per me vobis manifestatum. infr. 17. Manifestaui nomen tuũ hominibus, &c. Via autem per quam vado, sum ego, quem scitis. sup. 1. Vidimꝰ gloriã eius, recte ergo dixit. {Quo ego vado, &c.} quia patrem sciebāt per Christum, & Christum per suam cōuersationem & præsentiam nouerant. Consequenter cum dicit.

b Manifestat Dominus, quę proposuit. Et primo præmittitur manifestationis occasio. Secundo subditur propositorum manifestatio, ibi. {Dixit eis Iesus. Ego, &c.} Occasio autem manifestationis fuit dubitatio Thomę interrogantis. Vnde {dicit ei Thomas. Domine, nescimus quo vadis, &c.} Vbi attende, quòd Thomas vtrumque negat, quod Dominus affirmauit. Nam Dominus dixit, eos & viam, & terminum viæ scire. Thomas autem negat se scire viam & terminum, tamen vtrumque verum est. Verum est enim, quòd sciebant, tamen nesciebant se scire. Multa enim sciebant de patre & filio, quę à Christo didicerant, sed ignorabant patrem esse, ad quem Christus iret, & filium esse viam qua iret, Difficile enim est, quòd eatur ad patrē. Nec mirum, si ignorabant. Quia licet Christum perfecte secundum hominem scirent, pius tamen diuinitatem imperfecte cognoscebant. Iob 28. Semitam eius ignorauit, &c. & subdit. {Quomodo possumus viam scire?} Cognitio enim viæ dependet ex cognitione termini, quia ergo terminus ignotus est nobis,

1. Thimo. 6. Lucem habitat in accessibilem, &c. & ideo via eius est nobis inuestigabilis secundum illud. Rom. 11. Inuestigabiles viæ eius. Consequenter cum dicit.

c Ponitur quęsitorum manifestatio. Duo autē Dominus manifestanda proposuerat eis. Primo quidem viam, & terminum eius. Secundo, quòd vtrumque scirent. Primo ergo manifestat primum. Secundo, secũdum, ibi. {Si cognouissetis, me, &c.} Circa primum duo facit, primo manifestat quid sit via. Secundo quid sit terminus, ibi. {Nemo venit ad me, &c.} Via autem (vt dictũ est) est ipse Christus. & iō dicit. {Ego sum via, &c.} Quod quidem satis habet rationem. Nam per ipsum accessum habemus ad patrem, vt dicitur. Rom. 5. Competit etiam proposito quo intendit declarare dubitationem discipuli dubitantis, sed quia ista via non est distans à termino, sed coniuncta, addit {veritas & vita.} Et ipse simul est via, &c. Via quidem secundum humanitatem, terminus secundum diuinitatem. Sic ergo secundum quòd dicit {Ego sum via} secundum quòd Deus addit {veritas & vita.} Per quę duo terminus huius viæ cōuenienter designatur. Nam terminus huius viæ finis est desiderii humani, homo autem duo præcipue desiderat. Primo quidem veritatis cognitionem, quæ est sibi propria. Secundo sui esse continuationem, quod est commune omnibus rebus. Christus autem est via perueniendi ad veritatis cognitionem, cum tamen ipse sit veritas. Psal. 85. Deduc me Domine in veritate, &c. Christus etiam est via perueniendi ad vitam, cum tamē ipse sit vita. Psal. 15. Notas fecisti vias vitę. & ideo huius vitæ terminum per veritatem & vitam designauit, quę duo supr. 1. de Christo dicta sunt. Primo quidem, quòd ipse sit vita. Vnde in ipso vita erat. Deinde quòd sit veritas: quia erat lux hominum. Lux autem veritas est. Sed notandum, quòd hæc duo proprie, & per se Christo conueniunt. Veritas enim conuenit ei per se: quia ipse est verbum. Nihil enim aliud est veritas, quàm adæquatio rei ad intellectum, quod fit quando intellectus concipit rem prout est. Veritas ergo intellectus nostri pertinet ad verbum nostrum, qd̃ est conceptio eius. Sed tamen licet verbum nostrum sit verum, non tamen est ipsa veritas, cum non sit a seipso, sed ex hoc quòd rei conceptæ adæquatur. Veritas ergo intellectus diuini pertinet ad uerbum Dei: sed quia verbum Dei est verum à seipso, cũ non mensuretur à rebus: sed res intantum sint verę, inquantum ad similitudinem eius accedunt. Inde est, quòd verbum Dei est ipsa veritas. & quia nullus potest veritatem cognoscere nisi adhęreat veritati, oportet omnem qui veritatem cognoscere desiderat, huic verbo adhærere. Vita autem proprie conuenit sibi quia omne quod aliquam operationem ex se habet, dicitur viuens. Non uiuentia autem dicuntur, quę ex seiplis motum non habent. Inter operationes vitæ præcipue sunt operationes intellectuales. Vnde & ipse intellectus dicitur viuens, & actio eius est vita quædam. In Deo autem idem est intelligere, & intellectus. Vnde manifestum est quòd filius qui est verbum intellectus patris, est vita sua. Sic ergo Christus seipsum designauit viam & coniunctam termino: quia ipse est terminus, habens in se quicquid desiderari potest, scilicet existens veritas, & vita. Si ergo quæras, qua transeas, accipe Christum: quia ipse est via. Isa. 30. Hęc est via, ambulate in ea. Et Augustinus dicit. Ambula per hominem & peruenies ad Deum. Melius est enim in via claudicare, quàm præter viam fortiter ambulare. Nam qui in via claudicat etiam si parum proficiscatur, appropinquat ad terminum. Qui vero extra viam ambulat, quanto fortius currit, tanto magis a termino elongat. Si vero quęras, quo vadis: adhærere Christo, quia ipse est veritas ad quam desideramus peruenire. Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum, &c. Si quæris, quo permaneas: adhęrere Christo, quia ipse est vita. Prouerb. 8. Qui me inuenier, inueniet vitam, &c. Adhærere ergo Christo, si vis esse securus (non enim poteris deuiare, quia ipse est via.) Vnde quicũ adhærent, non ambulant in inuio, sed per viam rectam. Prouerb. 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi. Econtra dicitur de quibusdam. Viam veritatis habitaculi non inuenerunt. Item, non potest decipi, quia ipse est veritas, & docet omnem veritatem. Infra 19. In hoc natus sum & ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati. Item, non potest perturbari. quia ipse est vita & vitam dans. Infra 19. Ego veni vt vitam habeant, &c. Nam vt Augustinus dicit. Dominus dicit {ego sum via, &c.} tanquam diceret. qua vis ire? {Ego sum via.} Quo vis ire? {Ego sum veritas.} Vbi vis permanere? {Ego sum vita.} Non enim, vt Hilarius dicit. in erratica ducit ille, qui est via, nec illudit per falsa, qui veritas est, neque in mortis reliquit errorem, qui vita est. Vel aliter, tria sunt in homine quæ ad sanctitatem pertinent. s. actio, & cōtemplatio & unitio. Et ista perficiuntur a Christo. nã actiua exercentibus Christus est via. In contemplatiua vero perseuerantibus Christus est veritas. Sed actiuorum & contemplantium intentionem dirigit ad vitam, scilicet æternam. Docet. nire et prædicare pro futuro sæculo. Sic ergo dominus est nobis via qua imus ad ipsum, & per ipsum ad patrem. Sed cum ipse mer qui via est vadit ad patrem, numquid ipse est sibi via? Sed vt Augustinus dicit. Ipse est via, & qui vadit per viam, & quo vadit. Vnde ipse per seipsum ad seipsum vadit. Nam ipse inquantum est homo, via est. Vnde per carnem venit, manens vbi erat. Et per carnem vadit, non relinquens quo venerat. Per carnem etiam ad se redit veritatem & vitam. nam Deus venerat per carnem ad homines, veritas ad mēdaces, vita ad mortales. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Cum autem se ab hominibus abstulit, atque illuc vbi nemo mentitur carnem suam leuauit. Idem ipse qui verbum caro factum est per carnem suam ad veritatem, quæ est ipse, remeauit. Et simile est si dicerem. Et mens mea dum loquor aliquibus, ad eos exit, nec tamen me relinquit. Cum autem tacuero, quodammodo ad me redeo, & cum illis quibus loquor maneo. Sic ergo Christus qui nobis est via, etiam sibiipsi, idest, carni factus est via, vt ad veritatem & vitam iret. Consequenter cum dicit.

c Dixit eis Iesus. Ego sum via, veritas, & vita.

d Nemo venit ad patrem, nisi per me.

d Manifestat, quod quæsitum fuerat quantum ad terminum vię. Via autem quæ est Christus, vt dictum est, ducit ad patrem. Sed quia pater & filius sunt vnũ, ideo hæc via ducit etiã ad seipsum. & ideo dicit Christus se esse terminũ viæ. {Nemo} inquit {venit ad patrem nisi per me.} Sed sciendum quòd sicut Apostolus dicit. Nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus eiꝰ qui in ipso est. Quod intelligendum est nisi inquantum homo vult se manifestare. Secretum autem suum manifestat quis p̃ verbum suum. & ideo nullus potest venire ad secretum hominis nisi per verbum hominis. Quia ergo & quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei, nullus potest venire ad notitiam patris, nisi p̃ verbum suum, quod est filius. Matth. 11. Neque patrem quis nouit nisi filius. Et sicut homo volens reuelare se verbo cordis, q̃d profert ore, inducit quodammodo ipsum verbum literis vel voce, ita Deus volens se manifestare hominibus, verbum suum cōceptum ab æterno, carne induit in tempore. Et sic nullus ad notitiam patris peruenire potest nisi per filium, vnde sup. 10. dicit. Ego sum ostium. Per me si quis introierit. Sed notandum secundum Chrysost. quod supra 6. Dominus dicit. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eũ &c. Hic autem dicit. Nemo venit ad patrem nisi per me. In quo ostenditur æqualitas filii ad patrem. Patet ergo, quæ sit via: quia Christus. quis terminus: qa pater. Consequenter cum dicit.

e Ostēdit, quòd discipuli vtrumque cognoscunt, scilicet quo vadit, & viam. Et primo proponit manifestationem. Secundo excludit emergentem dubitationem, ibi. {Dicit ei Philippus. Domine, ostende, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit concomitantiam notitiæ habitę de filio, ad notitiam habitam de patre. Secundo manifestat, quomodo discipuli se habeāt ad notitiam patris, ibi. {Et ammodo cognoscetis, &c.} Dicit ergo primo, dixi quòd sum via, & quòd scitis viam, scilicet me, ergo & quo vado scitis, quia notitia de me non potest haberi sine notitia patris. Et hoc est quod dicit. {Si cognouissetis me, & patrem meum, supr. 8. Iudæis dicit. Si me scireris, & patrem meum forsitã sciretis. Quid est ergo qd̃ dicit.} Si cognouissetis me, &c. ibi autem dicit forsitan. Videtur quòd ibi dubitauerit de eo quod hic asserit, Sed dicēdum, quòd ibi loquebatur Iudæis quos increpabat. & ideo addit forsitan, non dubitans: sed increpās eos. Hic autem loquitur discipulis quos instruit. & ideo veritatem eis cum assertione proponit, dicens. {Si cognouissetis, &c.} Qua si dicat. Si sciretis meam gratiam, & dignitatem, & eã vtiq; quæ patris est sciretis. Per nihil enim aliud res melius scitur quàm p̃ verbum & imaginem suam. Filius autem est verbum patris. supra. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. supra. 1. Verbum caro factum est, &c. & vidimus gloriam eius, &c. Filius etiam est imago patris. Colos. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Hebræ. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &c. In filio ergo cognoscitur pater, vt in verbo et imagine propria. Sed notandum, quòd inquantum aliquid accedit ad similitudinem paterni verbi, intantum in ipso cognoscitur pater, & similiter inquantum habet de imagine patris. Cum autem omne verbum creatum sit aliqua similitudo illius verbi, & in qualibet re inueniatur similitudo diuinitatis vel imaginis, vel vestigii: sed imperfecta, inde est quòd per nullam creaturam, & à nulla intelligentia, & cōceptione intellectus creati, potest cognosci perfecte id ipsum, q̃ Deus est. Sed solum verbum vnigenitum, quod est perfectum & perfecta imago patris, ipsum quod quid est patris cognoscit, & comprehendit

e Si cognouissetis me, & patrē meum vtique cognouissetis.

comprehendit. Vnde secundum Hilarium possunt hęc verba aliter continuari. Nam cum dominus dicit. Nemo venit ad patrē nisi p me. Interrogatus Arrius, quomodo itur ad patrem p filiū. Respondet, quòd per doctrinæ admonitionem, inquantum scilicet, filius sua doctrina instruit homines de patre: secundum illud. Infra. 15. Pater manifestaui nomen tuū hominibus. Sed dominus hoc excludens dicit. {Si cognouissetis me. &c.} quasi dicat. Arrius, vel alius quicumque homo annunciare quidem potest de patre, sed nullus est tantus quòd eo cognito, cognoscat pater, nisi solus filius, qui est ejusdē naturæ cum ipso. Consequenter cum dicit.

f Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

LECTIO III.

Dicit ei Philippus. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

f Ostendit, quomodo discipuli se habeant ad cognitionem patris. Dixerat autē dominus supra discipulis, quòd patrem cognoscunt. Quo, inquiens, vado scitis. Et hoc Thomas negauit, dicens. Domine, nescimus quo vadis. & ideo hic dominus ostendit, quòd aliquo modo cognoscunt patrem, vt ostēdat verbum suum verum esse, & aliquo modo non cognoscunt, vt verbum Thomæ sit verum. Et ponit ad hoc duplicem patris cognitionem. Vnam, quæ erit in futuro. Aliam, quę fuit in preterito. Dicit ergo, quòd {amodo cognoscetis eum.} Dicit autem {amodo.} quia duplex cognitio habetur de patre. Vna perfecta, quæ est per immediatam eius visionem, quæ erit in patria. 1. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, Alia est imperfecta, quæ est p speculum & in enigmate, quam habemus per fidem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, &c. Potest ergo hic intelligi de veraque. Vt sit, sensus {amodo cognoscetis eum,} cognitione perfecta in patria, Infra 16. Palam de patre annunciabo vobis. q.d. Verum est quòd non cognoscitis eum perfecta cognitione: sed {amodo cognoscetis eū.} Per acto mysterio passionis meæ. Vel amodo, idest, post resurrectionem meam, & ascensionem & missionem spiritussancti, cognoscetis eū, cognitione fidei perfecta; quia cum venerit spiritus paraclitus, ille vos docebit, &c. Infra 15. Sic ergo verum dicis, quòd nescis eum cognitione perfecta: sed ego verum dico, quia {vidistis eum.} Baruc. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Viderunt enim Christum secundum carnem assumptam in qua erat verbum, & in verbo pater. Vnde in ipso viderunt patrem, Supra. qui me mittit, mecum est Sed attende, quòd pater non erat in carne per vnitatem personæ: sed erat in verbo incarnato per vnitatem naturæ, & in Christo incarnato videbatur pater. supr. 1. Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti a patre, &c.

LECTIO III.



Hic Dominus soluit emergentem dubitationem discipuli. Et primo ponitur ipsius dubitantis positio. Secūdo dubitationis remotio, ibi. {Dicit ei Iesus, &c.} Circa primum sciendum, quòd Dominus supra, discipulis promisit quoddam futurum, scilicet perfectam Dei cognitionem, cum dixit. Amodo cognoscetis, &c. Aliud preteritū, scilicet quòd viderunt eum. Quod audiens Philippus, credebat se vidisse patrem, sed petit eius cognitionem dicens {Domine, ostende nobis patrem, &c. vt petitio huius ostensionis non referatur ad visionem, sed ad cognitionem {& sufficit nobis.} Nec mirum, quia visio patris, est finis omnium desideriorum, & actionum nostrarum, ita vt nil amplius requiratur. Psal. 15 Adimplebis me lætitia cū vultu tuo, idest, in visione vultus tui. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum.

b Hic remouetur dubitatio. Et primo, ponitur dubitationis remotio: Secundo subditur dictorum manifestatio, ibi. {Verba quę ego loquor vobis, &c.} In prima primo arguit tardi dicatem. Secundo instruit veritatem, ibi. {Philippe, &c.} Tertio reprobat petitionem, ibi. {Quomodo tu dicis, &c.} Dicit ergo primo. {Tanto tempore, &c.} quasi dicat. Ex diuturna conuersatione qua tanto tpe vobiscum conuersatus sum, debuissetis me cognoscere. Et si cognouissetis me, cognosceretis vtique & patrē. Ex hoc ergo, quòd tu non cognoscis patrem, das intelligere, q̄ tu non cognoscis me In quo arguendus es tarditatis. Matth. 13. Adhuc & vos sine intellectu estis? Hæbræo. 6. Cum debeteris magistri esse propter tempus, &c. Sed hic incidit dubitatio: quia supra Dominus dixit discipulis, quòd eum sciebant, cum dicit viam scitis, &c. Hic autem videtur dicere contrarium, dicens. Si cognouissetis me, &c Sed dicendum, secundum Augustinum, quòd inter discipulos aliqui erant qui Christum secundum q̄ erat verbum Dei cognoscebant, quorum, vnus erat Petrus vbi dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Matth. 16. Alii erant, qui vere eum non cognoscebant, intra quos erat Philippus, Quantum ergo ad primos dicit Dominus. Quo ego vado, scitis. Sed quantum ad secundos dixit. Si cognouisseris me, &c. Vel alter, Christus dupliciter cognosci poterat, scilicet secundum humanam naturam. Et sic omnes sciebant. Et quantum ad hoc dicit. Et quo ego vado, scitis, &c. Et secundum diuinam. Et sic eum nondum perfecte cognouerant. Et quantum ad hoc dicit. Si cognouissetis me. Et hoc patet per hoc quod subdit. {Philippe, qui videt me, &c.} quasi diceret. Si cognosceretis me, cognosceretis patrē, & sic non diceres.

b Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me: videt & patrem Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

G Ostende nobis patrem, quia iam vidisses eum, me viso. supra 8. Si me sciretis, &c. Sed ex hoc Sabellius erroris sui fulcimentum sumit, dicens. Quid est hoc, quod dixit {qui videt me videt & patrem} nisi quia idem ipse sit pater & filius? Ad hoc dicit Hilarius. Si hoc ita esset, Dominus dixisset. {Qui videt me, videt patrem.} Nulla coniunctione apposita, sed quia coniunctionem addidit dicens {videt & patrem} distinctionem ostendit, & est similis modus loquendi secundum August. sicut quis de duobus similibus loquens dicit. Si vidisti istum, vidisti & illum. In filio autem est perfectissima similitudo patris & ideo dicit {qui videt me, videt & patrem. sed adhuc in filio est maior similitudo, quàm in hominibus: quia in eis nunquam potest esse similitudo secundum eandem formam, vel qualitatem numero, sed solum secundum speciem. In filio autem est eadem natura numero, quæ est in patre, & ideo magis in visione filii videtur pater, quàm in visione alicuius hominis, quantumcunque simillimi videantur. Sed notandum, quòd ex verbis quæ hic dicuntur, excluditur error Arrii quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quòd negabat consubstantialitatem. Impossibile est enim, quòd in visione substantiæ creatæ possit videri substantia increata, sicut per cognitionem substantiæ vnius generis non potest haberi cognitio substantiæ alterius generis. Manifestum est ergo, quòd filius non est substantia creata, sed est consubstantialis patri, aliàs qui videt filium, non videret patrem. Secundo quantum ad hoc, quod dicunt super illud. 1. Thim. vlti. Regi sæculorum immortali, invisibili, soli Deo, scilicet, quòd solus pater est invisibilis, filius vero in sua natura multotiens sit visus, quod si esset, sequeretur etiam, quòd pater visus esset frequenter: quia q̄ videt filiū, videt & patrem. Cum ergo pater invisibilis sit secundum suam naturam, impossibile est, quòd pater secundum suam naturam sit visus. Sed obiicit aliquis, cur Dominus reprehenderit Philippum, qui videns filium, quærebat videre patrem cum non sit reprehendendus quispiam, qui videns imaginem, videre velit rem imaginatam? Ad quod Chrysost. respondet dicens, quòd Philippus audiens de visione patris, & cognitione eius, volebat ipsum patrem corporeis oculis videre, sicut & ipsum filium extimabat vidisse, & ideo hoc Dominus improbauit ostendens et, quòd neque ipsum filium in sui natura vidit oculo corporali. Augustinus autem dicit, quòd Dominus non improbauit petitionem, sed petentis animum. Nam Philippus dicit. Ostende nobis patrem, & sufficit, &c. quasi dicat. Nos cognoscimus te, sed hoc non sufficit. Et sic credebat, quòd in cognitione filii non esset perfecta sufficientia, sed in cognitione patris. Ex quo videbatur sentire filium esse minorem patre. Et hoc Dominus increpauit, ostendēs, quòd in cognitione filii sit eadem sufficientia, quæ est in cognitione patris dicens. {Qui videt me, videt & patrem.} & ideo cōsequenter cum dicit. {Quomodo tu dicis, &c.} Improbat primo eius petitionem. Secundo radicem petitionis. Petitionem improbat quidem dicens. {Quomodo tu dicis. Ostende nobis patrem? &c.} Ex quo, scilicet pater in filio videtur. Poterat quidē Philippus dicere, quod habetur Iob 11. Qui leuiter locutus sum, &c. Radicem petitionis improbat cum dicit. {Non credis: quia ego in patre, & pater in me?} quasi dicat. Tu vis habere patrem, credens in eo habere sufficientiam, sed si ita credis {non credis quia ego in patre, & pater in me est.} Nam si hoc crederes, sperares, quòd in me haberes omnem sufficientiam, quam in patre. Hoc autem, quod dicit. {Ego in patre, &c.} dicitur propter essentiæ vnitatem, de qua dicitur supr. Ego & pater vnum sumus. Sciendum est enim, quòd essentialiter se habet in diuinis ad personam, & aliter in hominibus. Nam in hominibus essentia Sortis non est Sortes: quia sortes est quid compositum, sed in diuinis essentia est idem personæ secundum rem, & sic essentia patris est pater, & essentia filii filius. Vbicumque ergo est essentia patris, est ipse pater, & vbicumque est essentia filii, est ipse filius. Essentia autem patris est in filio, & essentia filii est in patre. Ergo filius est in patre, & pater in filio. Et sic exponit Hylarius.

Hic

e Hic Dominus manifestat suam responsionem. Et primo per opera quæ facit per seipsum. Secundo per opera quæ factus erat per discipulos, ibi. {Amen amen dico vobis. Qui credit in me, &c.} In prima ergo præmittit opera quæ ipse facit. Secundo concludit fidei conclusionē, ibi, {Non creditis, &c.} Fides autem de Christo, q̄ esset Deus, poterat ex duob⁹ manifestari. s. ex ei⁹ doctrina, & ex miraculis. Et hęc duo ītra Dñs dicit. Si opera nō fecissem in eis, quæ, &c. Quantū, ad primum. Et si non venissem, & locutus eis nō fuissem, &c. Quantum ad secundum infra. 15. Numquam sic locutus est homo. Et supra. 9. dixit de eo cęcus. A sęculo nō est auditum, q̄ quis aperuerit oculos cęci nati. Ex his ergo duobus Dñs diuinitatem suam ostendit. Quantum ad primum, dicit. {Verba quæ ego loquor vobis}. s. organo humanitatis {a me ipso non loquor,} sed ab eo qui est in me. {a patre. supra. 8. Ego quæ audiui a patre meo, &c. Pater ergo qui in me loquitur, est in me, sed quia quicquid homo loquitur, necesse est q̄ a primo verbo hoc habeat. Primum autem verbum. s. verbum Dei est a patre. Ergo necesse est, q̄ omnia verba quæ loquimur sint a Deo. Cum ergo quis loquit verba quæ habet a patre, pater est in eo. Quantum ad secundum dicit. {Pater in me manens ipse facit opera:} quia nullus opera quæ ego facio posset facere. supra 5. Nō potest filius a se facere quicquam. Sed quærit Chryso. quomodo Christus a verbis incipiens venit ad opera? Dixit enim. {Verba quæ ego loquor vobis, &c.} & postea dicit {ipse facit opera.} Sed hoc soluitur dupliciter. Vno modo ſm Chrysost. qui dicit secūdum coniunctionis modum prædictum, q̄ primo loquitur de doctrina, & postea loquitur de miraculis. Secundum August. dicendū, quòd verba quæ Dominus loquebatur, vocat opera. supra. 10. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit, &c. Ideo cum dicit. {Ipse facit opera,} dat intelligere, quòd verba ipsius sunt quædam opera. Sed nota, q̄ ex his duobus distinctum duæ hæreses fulcimentum suum sumunt. quia, quod dicit. Ego in patre, fu mit per se Sabellius dicens, eundem esse patrem & filium. Quod autem dicit. A me ipso non loquor, assumit Arrius, concludens ex hoc filium esse minorem patre. Sed per ipsa eadem dictæ hæreses excluduntur. Nam si idem esset pater & filius, vt Sabellius, fingit, non diceret filius {Verba q̄ ego loquor vobis, a me ipso, &c.} Si vero filius esset minor patre {vt blasphēmat Arrius, non diceret {pater in me manens, &c.}

c Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso nō loquor. Pater autē in me manens ipse facit opera. d Nō creditis q̄a ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

d Quia ergo ex duobus prædictis manifestatur fides Trinitatis. Ideo contra concludit fidem ipsam dicens. {Non creditis quia ego in patre, &c.} Hoc quidem quomodo intelligendum sit, expositū est supra. In græco habetur {Credite}. s. mihi {Quia ego in patre, &c.} Vel mirum, quia non creditis, quia ego in patre &c. Sed attēde quòd antea locutus est solum Philippo: sed ab eo loco vbi dicit, Verba quæ ego loquor, loquitur omnibus {Apostolis simul, quod si non sufficit ad ostendendū consubstantialitatem verbis, quæ ego dico, saltē propter opera ipsa credite: supra. 5. Opa quæ dedit mihi pater, vt faciā ea, &c. sup. 10. Si mihi non creditis, operibus credite.

e Postquam Dñs manifestauit ea, quæ dixerat per opera, quæ faciebat per seipsum. hic manifestat ea per opera, quæ factus erat per discipulos. Et primo proponit opera discipulorum. Secundo insinuat modum operandi, ibi. {Quodcumque petieritis.} In prima primo proponit opera discipulorum. Secundo assignat rationē dicti, ibi. {Quia ad patrem vado.} Dicit ergo primo. {Amen amen dico vobis.} q.d. opera quæ ego facio adeo magna sunt q̄ præbent sufficienter argumentum diuinitatis meæ: sed si hæc vobis non sufficiāt, respiciatis ad opera quæ per alios facturus sum. Potissimum enim signū magnæ virtutis est, vt homo non solum per se, sed etiā per alios eximia operetur, & ideo dicit. {Amen amen dico vobis, qui credit in me.} Quę verba nō solum monstrant virtutem diuinitatis in Christo, sed etiā virtutem fidei, & coniunctionem Christi cum fidelibus. Sicut enim filius operatur pp patrem, in se manentem per vnitatem naturæ: ita & fideles operantur pp Christum, in se manentem per fidē. Ephe. 3. Habitare Christū per fidem in cordibus, &c. Opera autem quæ Christus fecit, & discipuli faciunt virtute Christi, sunt opera miraculorū. Mat. vlt. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur, &c. Sed mirabile est quod subdit {Et maiora horū faciet.} Vno modo, vt dicamus q̄ dñs per Apostolos plura & maiora facit q̄ per seipsum. Maximum enim inter miracula Christi fuit q̄ ad tactum fimbriæ eius sanabantur infirmi, vt habetur Mat. 14. Sed de Petro legitur Act. 5. q̄ ad eius vmbram sanabantur infirmi. Magis autem est q̄ sanet vmbra quàm fimbria. Alio modo, vt dicamus quòd Christus plura fecit per verba discipulorum, quàm per sua. Loquitur enim hic dominus de operibus quæ facta erant per verba vt Aug. dicit, quæ opera tunc dicebat, vbi verba quæ loquebatur, & eorundem verborum fructus erat fides illorum. Legitur enim de Christo Matth. 19. q̄ adolescens non fuit inductus ad vendendum quæ habebat, & eum sequendum. Nam cum diceret adolescenti. Vade & vēde omnia quę habes, &c. Et subditur, Abijt tristis, sed de Petro & alijs Apostolis legitur. Act. 4. quòd eis prædicantibus vendebāt possessiones, & omnia quæ habebant, & afferebant precium earum ad pedes Apostolorum. Sed obuiat aliquis, quòd dominus non dicit, quòd Apostoli maiora facient: sed qui credit, in me. Nunquid ergo qui non facit maiora quàm Christus, non est computandus inter credentes in Christum? Absit. Durum enim esset hoc. Ideo dicendum est aliter, q̄ Christus duplex opus facit. Vnū sine nobis, videlicet creare cœlum & terram; suscitare mortuos & huiusmodi. Aliud operatur in nobis: sed non sine nobis, quod est opus fidei, per quod viuificatur impius. De istis ergo loquitur hic dominus, quæ sūt communia credenti. Et hoc est opus quod facit Christus in nobis sed non sine nobis: quia eadem facit quicūque credit; quia quod fit in me per Deum, fit in me etiam per meipsum. s. per liberum arbitrium. Vnde dicit Apostolus. Non autem ego supplebo: sed gratia Dei mecum. Et de istis dixit. {Opera quæ ego facio & ipse faciet. & maiora horum faciet.} quia maius est iustificare impiū quàm creare cœlum & terram. Nam iustificatio impij quantum est de se, perseuerat in ęternum. Sap. 1. Iustitia perpetua est, &c. Cœlum autem & terra transibunt, vt dicitur. Luc. 21. Item quia opus corporale ordinatur ad spirituale. Cœlum autē & terra opus corporale est. Iustificatio vero impij op⁹ spirituale. Sed hic incidit dubium. Nam in creatione cœli & terræ inducit creatio ēt sanctorū angelorū. Nūquid ergo maiora facit, q̄ cooperatur Christo ad suam iustificationem quàm creare Angelum? Quod Aug. non determinat: sed dicit. Iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos creare Angelos, quàm impios homines iustificare cum sit æqualis est vtrūque potentię, hæc maioris est misericordiæ. Si autem diligenter attendamus de quibus operibus dominus hic loquatur, non præferimus creationem Angelorum iustificationi impij. Non enim per hoc quod dicit. {Et maiora horum faciet.} Oportet nos intelligere omnia opera Christi: sed illa tantum fortassis quæ tunc faciebat, tunc autem verba fidei faciebat, & vcique minus est verba iustitię prædicare, q̄ fecit præter nos, quàm impios iustificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos. Consequenter assignat rationē dicti. Ideo maiora faciet dicens. {Quia ad patrē vado.} Quod potest tripliciter adaptari. Vno modo ſm Chryso. Ego operor quamdiu sum in mundo: sed me recedēte, vos eritis loco mei. & ideo quæ ego facio vos facietis, & etiam maiora. {Quia ego vado ad patrem.} & vltra p meipsum nihil operor. s. prędicando. Alio mō, vt sit sensus. Iudęi credunt q̄ me occiso fides mea extinguatur, & hoc non est verū, imo magis approbabitur, & vos maiora facietis. {quia vado ad patrem.} idest, non pereo: sed in propria maneo dignitate, & in cœlis ero. supr. 14. Nūc clarificatus est filius hominis, &c. Tertio modo maiora facietis, & hoc. {quia vado ad patrem.} quasi diceret, Dum ero magis glorificatus, decet me maiora facere. & etiam dare vobis virtutes maiora faciendi. Vnde antequam Iesus esset glorificatus, Spiritus non fuit datus discipulis in ea plenitudine in qua datus postmodum. supr. 8. Non dum erat spiritus datus, quia Iesus non dum erat glorificatus, &c.

e Amen amen dico vobis, qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet, q̄a ego ad patrē vado. f Et quodcumq; petieritis patrē in nomine meo, hoc faciā.

E f Hic insinuat modum operandi. Et primo ponit intentū. Secundo rationem assignat, ibi. {Vt glorificetur pater in filio, &c.} Circa primum sciendum est, q̄ cum dñs dixerit. Et maiora horum facet, vt ex magnitudine operum cognoscatur magnitudo facientis, posset aliquis credere q̄ qui credit in filium Dei, esset maior ipso futurus. & ideo hoc dominus excludit ex modo faciendi, quia filius facit ipsa opera auctoritate propria, sed qui credit in eum, facit ipsa cum interpellatione, & ideo dicit. {Et quodcūque petieritis, &c.} Vbi excluditur æqualitas credentium ad filiū, tripliciter. Primo quidem; quia ipsi vt dictū est, faciunt interpellando. Vnde dicit. {Quodcunque petieritis.} Math. 7. Omnis qui petit, accipit. Secundo, quia faciunt in virtute filii. Vnde dicit. {In nomine meo.} idest, in virtute nominis mei. Act. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo, &c. Hoc. n. nomen est super omne nomen. Psal. 112. Non nobis domine non nobis. Tertio, quia ipse filius in eis, & per eos omnia opera facit. Vnde dicit. {hoc faciam.} Et attende, q̄ pater petitur, & filius facit: quia

indiuisibilia sunt opera patris & filij. supra. 5. Quæcumq; pater F facit, hæc & similiter filius facit. Omnia enim pater per filium. supra. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sed quid est quod dicit. {Quodcumque petieritis, hoc faciam, cum videamus eius fideles petere & non accipere? Sed secundum August. considerandũ est hic primo, quòd dicit. {in noĩe meo.} Deinde quòd subdit. {hoc faciam.} Nomẽ enim Christi est nomen salutis. Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim salvum, &c. Qui ergo petit aliqd pertinẽs ad salutem, petit in nomine Christi. Contingit autem, ꝙ aliquis petit nõ pertinens ad salutem ex duobus. s. ex prava affectione: puta cum petit aliquid ad quod afficitur, quod tamẽ si haberet, salutem suam impediret. Et ideo qui sic petit, non exauditur, qa male petit. Iac. 4. Petitis & nõ accipitis, eo ꝙ male, &c. Cũ enim quis ex prauo affectu male vsurus est eo quod vult accipere, domino potius miserante non accipit, quia non exaudit ad votũ: sed ad vtilitatem magis. Nam bonus dominus sæpe negat quod petimus, vt tribuat quod mallemus. Secundo ex ignorantia, dum quis aliquando petit quod credit sibi expedire, & tamen non expedit: sed istis potius consulendo, Deus quæ petunt nõ facit. Nam Paulus qui plus omnibus laborauit, ter dominũ rogauit, vt discederet ab eo stimulus carnis, nec tamen quod rogauit obtinuit, quia non erat sibi expediens. 2. Cor. 12. & Roma. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, &c. Matt. 20. Nescitis quid petatis. Pater ergo, ꝙ cum petimus in nomine eius. s. in nomine Iesu Christi, ipse hoc faciet. Dicit autem. {hoc faciã.} in futuro, non autem hoc facio in præsenti, quia quandoque differt facere H quod petimus, ad augendum desiderium nostrum, & vt tempore congruo fiat. Leuit. 26. Dabo vobis pluuiam temporibus suis. Isa. 49. In die salutis exaudiui te. Contingit etiam aliquando ꝙ petimus pro aliquo, pro quo fortassis non exaudimur: tunc scilicet, quando eius merita obstant. Hier. 7. Tu ergo noli orare pro populo isto. Et 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me. Consequenter cum dicit.

g Vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

LECTIO IIII.

SI diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem.

b Et aliũ paraclitũ dabit vobis.

c Vt maneat vobiscum in æternum spiritus veritatis, quem mũdus nõ potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.

g PONit rationem. Et hoc sic legitur ab Augu. Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt hic sit punctus. Et resumit {Vt glorificet pater in filio, siqd petieritis, &c.} quasi diceret. ideo {faciam quod petieritis in nomine meo, vt glorificetur pater in filio, &c.} & omnia quæ facit filius ordinantur ad gloriã patris. supra. 8. Non quæro gloriam meam. Sic etiã & nos oña opera nostra ad gloriã Dei ordinare debemus. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite, &c.

LECTIO IIII.

SVpra consolatus est dñs discipulos de suo recessu promittens eis accessum eorum ad patrem: sed quia posset videri eis longum, ꝙ ad patrem accederent, & interim sine magistro esse dolerent: ideo cõsolando promittens eis spiritum sanctum. Et ponitur primo ad receptionem spiritusancti præparatio. Secundo promittitur spiritusancti donatio, ibi. {Et alium paraclitum, &c.} Tertio exponitur spiritusancti promissio, ibi. {Vt maneat vobiscum, &c.} Præparatio autem ad receptionem spiritusancti. Vna quidem erat necessaria ex parte discipulorũ, alia ex parte Christi. Ex parte quidem discipulorum necessaria erat duplex præparatio. s. amor cordis, & obedientia operis. Quorum vnum dñs supponit eos habere. Et quantum ad hoc dicit. {Si diligitis me.} Et hoc apparet, qa tristamini de meo recessu. infra 15. Vos me amastis, quia ab initio, &c. Aliud vero imperat futurum. Et quantum ad hoc dicit. {Mandata mea seruate.} q.d. Non ostendatis amorẽ quem habetis ad me in fletu, sed in obedientia mandatorum meorum. Hoc enim est manifestum dilectionis signum. infra. eo. Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit. Hæc ergo duo præparant ad receptionẽ spiritusancti. Cũ enim spiritus sanctus sit amor, nõ datur nisi amantibus. Prouer. 8. Ego diligẽtes me diligo. Itẽ datur obedientibus. Act. 1. Nos huius rei testes sumus. Isa. 66. Supq̃ requiescit spiritus meus, &c. Sed numquid obediẽtia discipulorũ, & amor eorũ ad Christum præparant ad spiritum sanctum? Videtur ꝙ non, quia dilectio qua diligimus Deũ est per spiritũ sanctum. Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Obedientia aũt est nobis a spiritu sancto. Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur. Et in Psal. 118. Viã mandatorũ tuorũ cucurri, &c. Sed posset aliquis dicere, ꝙ per dilectionẽ filij promeremur spiritũ sanctũ, quo habito, amamus patrẽ. Sed huic repugnat, quia idem est amor patris, & filij. Et ideo aliter dicendũ est, ꝙ hoc est in donis Dei, vt qui bene vtitur dono sibi concesso, amplioris gratiæ, & doni acceptionem mereatur, & qui male vtitur, hoc ipsum qd accepit auferatur ab eo. Nam vt legitur Mat. 25. Seruo pigro ablatum est talentum, quod acceperat a Domino suo: quia non bene vsus eo fuit, & datum est ei qui acceperat quinque, cum quibus lucratus fuerat alia quinque. Sic ergo est & de dono spiritusancti. Nullus n. potest Deum diligere nisi habeat spiritumsanctum. Non n. nos prẽuenimus gratiã Dei, sed ipsa præuenit nos. Ipse enim prior dilexit nos, vt dr. 1. Ioã. 3. & ideo dicendum, ꝙ Apostoli primo quidem receperunt spiritumsanctum, vt diligerent Deũ, & obedirent mandatis eius, sed necesse erat ad hoc, vt ampliori plenitudine spiritũ sanctum reciperent, quòd bene vterentur diligendo & obediendo, dono spiritusancti prius accepto. Et secundũ hoc est sensus. {Si diligitis me} per spiritũ sanctum quem habetis, & obeditis mandatis meis recipietis spiritũ sanctum, quẽ habetis in ampliori plenitudine. Alia præparatio necessaria erat ex parte Christi. Et quãtũ ad hoc dicit. {Ego rogabo patrẽ, &c.} Vbi sciendum est, quòd Dominus noster Iesus Christus inquantum homo mediator est Dei & hominum, vt dicitur. 1. Thi. 2. Vnde inquantum est homo accedens ad Deum, impetrat nobis dona cœlestia, & veniens ad nos eleuat nos, & reducit ad Deum: quia ergo iam ad nos venerat, & dando nobis mandata Dei reducit credentes ad ipsum, restabat vt rediret ad patrem, & imperaret dona spiritualia. Hebr. 6. Accedens per semetipsum, &c. Et hoc facit rogando patrẽ. Et hoc est, quod dicit. {Ego rogabo patrem, &c. Ephes. 5. Ascendens in altum. Sed attende, quod idẽ est qui rogat vt detur, & qui dat paraclitum. Rogat inquantum homo, dat inquantum Deus. Dicit autem. {Et rogabo} vt eorũ repellat tristitiam de suo recessu, quoniam ipse recessus est ratio, vt acciperent spiritumsanctum.

b HIc ponitur spiritusancti promissio. Sed attende, ꝙ hoc nomen paraclitus est Græcum, & significat consolatorem. Et ideo dixit. {Alium paraclitum dabit vobis, scilicet pater, non tũ sine filio, idest, spiritumsanctum qui est consolator cum sit spiritus amoris, amor autem facit spiritualem consolationem & gaudium. Gal. 5. Fructus spiritus, charitas, gaudium, &c. ipse est interpellator, &c. Roma. 8. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, &c. Hoc autem, quod dixit. {Alium} designat distinctionẽ personalem in diuinis contra Sabellium. Sed objicitur, quia hoc quod dicitur, paraclitus, importat actionem spiritusancti. Ergo in hoc, quod dixit. {Alium paraclitum} videtur designare alietatem naturæ. Nam alietas operationis designat alietatẽ naturæ. Est ergo spiritusanctus alterius naturæ a filio. Responsio, dicendum, quòd spiritusanctus est consolator & aduocatus, & filius similiter. Quòd enim filius sit aduocatus dicitur. 1. Io. 1. Aduocatum habemus apud patrem, quòd consolator. Isa. 61. Spiritus Dñi misit me, &c. vt ponerem consolationem, &c. tamen alia, & alia ratione est consolator & aduocatus, filius & spiritusanctus, si accipiamus per appropriationem personarum. Nam Christus dicitur aduocatus inquantum ẽm quòd homo interpellat pro nobis ad patrẽ. Spiritus aũt sanctus inquantũ nos postulare facit. Itẽ spiritusanctus dicitur consolator inquantũ est amor formaliter. Filius vero inquantum est verbum. Et hoc dupliciter. Quia per doctrinam, & inquantũ ipse filius dat spiritũ sanctum, & intendit amorẽ in cordibus nostris. Sic ergo ly {alium} nõ designat alietatem naturæ in filio & spiritusancto, sed designat aliũ modum, quo vterque est consolator & aduocatus.

c HIc ponitur promissio. Et primo quantum ad ipsam dationem. Secundo quantum ad ipsum donum. Tertio quantũ ad recipientes donum. Sed donatio est vera: quia perpetua, vnde K dicit. {Vt maneat, &c.} Alicui enim datur aliquid ad tempus tãtum, & hæc non est vera donatio. Sed tunc est vera quando datur ad semper habendum. & ideo spiritusanctus vere datur, quia {vt maneat cum eis in æternum,} hic quidem illustrans, & docens, & suggerens, post ad videndam speciem introducens. 1. Reg. 16. Directus spiritus Domini in Dauid, &c. Iudas autem licet acceperit eum, non tamen semper cum ipso mansit: quia nõ accepit vt maneret cum ipso in æternum, sed tantum secundum præsentem iustitiam. Secundum Chrysostom. autem dici potest, quòd Dominus hæc dicit ad excludendum carnalem quandam suspicionem discipulorum. Possent enim suspicari, quòd ille paraclitus eis datus postmodum per passionẽ ab eis recederet. sicut ipse, & hoc excludit dicẽs {vt maneat, &c.}. q.d. nõ patiet mortẽ vt ego nec a vobis receded. Sed cõtra. supra. 1. hoc dictũ est Ioanni Baptistæ. Super quẽ videris spiritum descendere & manere, hic est qui baptizat. Ex quo videt propriũ Christi: vt spiritusanctus

A tus semper maneat cum ipso, quod non est verum, sicut discipulis maner in æternum. Responsio secundum Chrysost. dicendum, quòd spiritusanctus dicitur in nobis manere p dona sua. Donorum autem spiritusancti quædam sunt necessaria ad salutem. Et hæc sunt communia omnibus sanctis, & semper in nobis manẽt, vt est charitas, quæ numquam excidit, vt dicitur. 1. Cor. 13. Quia etiam in futuro erit. Quædam autem non sunt de necessitate salutis, sed dantur fidelibus ad manifestationem spiritus. 1. Cor. 15. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus, &c. Sic ergo quantum ad prima dona, spiritusanctus manet cum discipulis, & sanctis in ꝛternum. Sed quantum ad secunda dona, sic est proprium Christo, vt maneat cum eo semper, quia semper in plenitudine potestatis suæ hẽt, vt possit miracula facere, & prophetare, & alia huiusmodi: sed non sic est de aliis, quia. vt dicit Grego. Spiritus Prophetarum non sunt prophetis subiecti. Donum autem est excellentissimum, quia {spiritus veritatis.}, Spiritum quidem dixit, vt ostendat naturæ subtilitatẽ. Spiritus enim dicitur aliquid occultum & inuisibile. vnde quod inuisibile est spiritus dici consueuit. Sic & spiritusanctus occultus est & inuisibilis. supra 3. Spiritus vbi vult spirat, & vo. &c. Item vt ostẽdat eius virtutem, quia mouet nos ad bene agendum & operandum. Spiritus enim impulsionem quandam insinuat. vnde & ventum spiritum appellamus. Rom. 8. Qui spiritu Dei agũtur. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me, &c. Addit autem {veritatis} qa a veritate procedit, & veritatẽ dicit. Spiritus enim sanctus nihil aliud est quàm amor. Quando ergo quis impellitur ad amandũ C terrena & mundum, tunc impellitur a spiritu mundi. 1. Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Quando vero impellitur ad opera carnis, tunc nõ impellitur a spiritusancto. Ezech. 13. Veh prophetis insipientibus, &c. Sed iste spiritus ducit ad cognitionem veritatis, quia procedit a veritate, q̃ dicit supra eod. Ego sum via, & veritas, &c. Nam sicut in nobis ex veritate concepta, & considerata, sequitur amor ipsius veritatis, ita in Deo concepta veritate, quæ est filius, procedit amor. Et sicut ab ipsa procedit, ita in eius cognitionem ducit. infra 17. Illeme clarificabit, qa de meo accipiet, &c. & ideo dicit Ambrosius, ꝙ omne verum a quocumque ducatur a spiritusancto est. j. Cor. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritusancto. infra. 15. Cum venerit paraclitus quem ego mittam, &c. Manifestare autem veritatem conuenit proprietati spiritusancti. Est enim amor, qui facit secretorum reuelationem. infra 15. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia, &c. Iob 37. Annuntiat de ea. s. veritate amico suo. Recipiunt autem spiritumsan- D ctum credentes. Et quantum ad hoc dicit. {Quem mundus nõ potest accipere.} Et primo ostendit, qui sunt quibus non datur. Secundo ostendit quibus datur, ibi. {Vos autẽ cognoscetis, &c.} Primo autem ostendit, ꝙ non datur mundo. Secundo autem assignat causam quare non detur. Quantum ad primũ dicit. {Quẽ mundus non potest accipere. {Mundum hic mundi dilectores vocat Dominus, hi quidem quamdiu mundum diligunt, spiritumsanctum non possunt accipere, est enim amor Dei. Non potest autem quis finali dilectione Deum & mundum diligere. j. Ioan. 2. Si quis diligit mundũ, &c. Nã Gregorius dicit 5. Moraca. 20. Spiritus sanctus omne quod repleuerit ad desiderandum inuisibilia accendit. Et qm̃ mundana corda sola visibilia diligũt hunc mundus non accipit, quia ad diligenda visibilia non assurgit. Seculares enim mentes quanto se foras per desideria dilatant, tanto ad receptionem illius sinum cordis angustant. Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Quantũ ad secundũ dicit. {Quia non videt eum, &c.} Nam dona spiritualia nõ accipiunt nisi desiderata. Sap. 6. Prꝓccupat. s. diuina sapiẽtia eos, &c. E nec desiderantur nisi aliqualiter cognita. Quòd aũt non cognoscantur, ex duobus contingit. Primo quidẽ ex hoc, ꝙ homo non ponit intentionem suam ad eorum cognitionem. Secũdo vero, quia quis non potest esse capax illius cognitionis, hoc autẽ mundani non habent. Nam primo non intendunt ad ea desiderãda. Et quantum ad hoc dicit. {Quia non videt eum}. i. non ponit intentionem suam ad eum cognoscendum. Psal. 16. Oculos suos statuerunt declinare, &c. Item non possunt ea cognoscere. vnde dicit: {Nescit eum.} nam vt August. dicit, non habet inuisibiles oculos mundana dilectio: per quos videri spiritusanctus nisi inuisibiliter non potest. 1. Corin. 2. Animalis homo non percipit ea, &c. Sicut lingua infecta non sentit bonum saporem propter corruptionem humoris, sic anima infecta a corruptione mundi, cælestium dulcedinem non gustat. vel secundum Chrysostomũ dico ꝙ {alium paraclitũ dabit vobis, spiritum veritatis} sed hic

d Vos autẽ cognoscetis eũ, qa apud vos manebit, & ĩ vob̃ erit.

LECTIO V.

NOn relinquam vos orphanos, veniã ad vos.

b Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis.

d HIc ostendit primo quibus datur spiritusanctus. Secũdo rationem assignat. Datur aũt fidelibus vnde dicit. {vos aũt} qui mouemini a spiritusancto. {cognoscetis eum.} 1. Corinth. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, &c. & hoc ideo: quia mundum contẽnitis. 2. Cor. 4. Non contemplantibus nobis quę videntur, &c. Ratio aũt huius. {quia apud vos manebit.} Vbi primo nota spiritusancti ad Apostolos familiaritatẽ. {quia apud vos manebit.}. i. ad vtilitatẽ vestrã. Psal. 142. B Spiritus bonus deducet me in viam rectam. Sapien. 12. Quàm bonus spiritus tuus, &c. Secundo quandam eius intimam inhabitationem: quia {in nobis erit,} idest, in intimo cordis nostri Ezec. 33. Et spiritum nouum.

LECTIO V.

SVpra, dominus promisit spiritumsanctum consolatorem. Sed quia Apostoli non multum ad notitiam spiritusancti conscenderant, & ad Christi præsentiam valde detinebantur, huiusmodi consolatio eis parua videbantur. Et ideo in parte ista promittit eis primo reditum suum. Secundo dona sua, ibi. {Hæc locutus sum vobis apud vos manens, &c.} Circa primum primo promittit eis iteratam visitationem. Secundo assignationem, ibi. {Qui habet mandata mea, &c. Tertio excludit discipuli dubitationem, ibi. {Dicit ei Iudas, &c.} Circa primum primo manifestat eis suum reditum. Secundo manifestat redeundi modum, ibi. {Adhuc modicum, &c.} Tertio prędicit reditus fructum, ibi. {In illa die, &c.} Circa primum primo ostendit necessitatem redeundi. Secundo promittit reditum. Necessitas autem redeundi est. vt discipuli orphani non remaneant. Et hoc est quod dicit. {Nõ vos relinquã orphanos.} Orphani enim in Græco pupilli sunt in latino, & dicuntur hi paruuli patre carentes: secundũ illud Tre. vlc. Pupilli facti sumus absque patre, &c. Considerandum est autem, ꝙ homo potest habere triplicẽ. s. patrẽ patrem originis. Heb. 12. Patres quidem habuimus carnis nostræ, &c. Item prauæ imitationis supra 8. Vos ex patre diabolo estis. Item gratuitę adoptionis. Ro. 8. Accepistis spiritum adoptionis, &c. Sed eos qui imitatur patrem diabolum, Deus non adoptat in filios: quia non est conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. Cor. 6. Similiter nec illos qui nimium afficiuntur carnaliter ad parentes: quia hoc dicitur Mat. 10. Qui amat patrem suum aut matrem suã plusquàm me, non est me dignus. Qui ergo fuerit orphanus, idest, destitutus affectu peccati, & deserens affectum carnalem ad parentes, illum Deus sibi adoptat in filium. Psal. 26. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Multo autem magis qui relinquit eos. Psal. 44. Obliuiscere populum tuum, &c. Sed notandum quòd Christus exhibet se discipulis suis vt patrem, quàmuis hoc nomen pater personaliter acceptum sit proprium personæ patris: essentialiter tamen acceptũ competit toti trinitati. Vnde supr. 13. dicit eis, Filioli mei, ad huc modicũ vobiscum suum. Aduẽtum sum promittit eis dicẽs. {Veniam ad vos.} Venerat iam Christus ad eos carnem assumendo. 1. Thi. 1. Christus Iesus venit in hunc mundũ, &c. Restabat ergo triplex aduentus eius, quorum duo sunt corporales. Vnus scilicet, post resurrectionem, & ante ascensionem, quando scilicet recedens ab eis per mortem, post resurrectionem venit Iesus, & steterit in medio discipulorum, vt dicitur infr. 20. Alius erit in fine mundi. De quo dicitur Act. 1. Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, ita veniet. Luc. 21. Videbunt filium hominis venientem, &c. Sed tertius est spiritualis & inuisibilis, quando scilicet venit ad fideles suos per gratiam in vita. vel in morte. Iob 9. Si venerit ad me, nõ videbo. Dicit ergo. {Veniam ad vos.} Post resurrectionem quantum ad primum aduentum. infra. 16. Iterum autem videbo vos. Item in fine mundi. Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet, &c. Item in morte ad suscipiendum vos ad me. supr. eodem. Veniam ad vos, & tollam vos ad meipsum. Item {veniam ad vos.} spiritualiter visitando. infra eodem. Ad eum veniemus, &c.

b HIc exponit visitationis modum, ostendens hanc visitationẽ Apostolis, singulariter exhibendã. Et quia possent credere, qa adhuc ad eos rediret mortalis existens. Ideo consequenter excludit hoc dicens. {Adhuc modicum, &c. Vt primo exponamus de reditu post resurrectionem. Tũc est sensus. {Adhuc modicũ.} idest, modicum tempus vobiscum sum in hac carne mortali, & tunc crucifigar: sed post. {mundus iam me non videt, &c.}

Et hoc,quia post resurrectionem non omnibus [manifestauit se, sed testibus præordinatis a Deo.ſ.discipulis suis. Act.1. Et ideo dicit. {Vos autem videbitis me}.In corpore glorificato & immortali.Rationem horũ assignat dicens. {Quia ego viuo,& vos viuetis.} Vbi remouet dubitationem. Possent enim discipuli dicere. Q nomodo videbimus te,qui morieris,& nos etiam moriemur tecũ. & ideo dicit, q̃ hoc non erit ita quia {ego viuo.} idest, viuam post resurrectionem. Apoc.1. Fui mortuus, & ecce sum viuens,&c. {Et vos viuetis.quia non occidemini modo mecum. infra 18. Si me quæritis,sinite hos abire.vel {ego viuo.} per resurrectionem. {Et vos viuetis}.i.gaudebitis inde, quia gauisi sunt discipuli viso domino. Hoc modo accipitur viuere. Gen.41. Cũ audisset Iacob, q̃ Ioseph regnaret in terra Aegypti,reuixit spiritus eius.ſ.propter gaudium. Sed contra hanc expositionem obiicit Aug. quia ex hoc quod dñs dicit. {Adhuc modicum, & mundus me iam nõ videt.} sequitur q̃ homines mundi numquam sint eum visuri, quod est falsum, quia in iudicio videbunt eum. secundum illud Apoc.1. Videbit eum omnis oculus. Ad quod posset dici, q̃ verũ est, quòd homines mundi adhuc modicum mundus non videbit eum in ista carne mortali, & propter hoc Aug. exponit hoc. {Adhuc modicum.} referens ad secundum aduentum, in quo venient ad iudicandum. Et dicitur istud tempus modicum vsque ad iudicium,in respectu ad æternitatem.Nam mille anni ante oculos tuos,quasi dies hesterna,&c. Et hoc mõ Apostolus Hebr.12. vocat istud tempus modicum, exponens illud Agge.2. Adhuc modicũ,& ego mouebo cœlum & terram,&c. Et mundus me iã non videt. {quia vlterius post iudicium homines mundi amatores & prauí,eum non videbunt euntes in ignem æternum. Vnde Isa.26.secundum aliam literam dicitur. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. {Vos autem.} qui secuti estis me,& permansistis mecum in tentationibus meis. {videbitis me.} in æternitate perpetua. Isa.30. Regem in decore suo videbunt. 1. Thes.2. Semper cum dño erimus. & hoc ideo,quia { viuo & vos viuetis,&c.} quasi diceret. Sicut ego habeo vitam gloriosam in anima & in corpore,ita & vos 1. Cor.15. Reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratum corpori claritatis suæ. Et hoc ideo dicit,quia vita nostra gloriosa, creatur ex vita gloriosa Christi. 1. Cor.15. Sicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Christo omnes viuificabũtur. Sed de se dicit in præsenti {viuo} quia tua resurrectio differenda non erat post mortem eius: sed statim secutura,secundum illud Psal.107. Exurgã diluculo: quia vt dicitur in Psal.15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.Sed de discipulis dicit. {viuetis.} in futuro, quia resurrectio corporum eorum differenda erat vsque in finem mundi: secundum illud Isa.26. Viuent mortui tui,interfecti mei resurgent.

c In illa die vos cognoscetis; quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.
d Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autẽ diligit me, diligetur a patre meo. Et ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum.

c Hic ponitur visitationis fructus qui est cognitio eorũ quæ Apostoli ignorabant: vt enim supr.dictum est, Petrus ignorabat quo Christus iret. Vnde dicebat. Domine quo vadis? Etiã Thomas hoc ignorabat, & viam per quam iret,vnde dicebat. Nescimus quo vadis, & quomodo,&c. Philippus autẽ patrem ignorabat,vnde petebat dicens. Domine,ostende nobis patrem,&c. Quæ quidem causabantur ex ignorantia vnius rei, ex hoc scilicet, quòd ignorabant quomodo pater in filio, & filius in patre. vnde & Philippo dixit. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Huius ergo notitiam promittit eis dominus dcẽs hic. {In illa die vos cognoscetis: quia ego in patre,&c.} Ex quo omnis dubietas a cordibus discipulorum excluditur. Potest autem exponi de aduentu tempore resurrectionis, & de aduentu ad iudicium. Sed distinguenda est duplex cognitio mysteriorum diuinitatis. Vna est imperfecta quæ habetur per fidem. Alia perfecta quę habetur per speciem. De quibus dicitur 1. Corinth.13. Videmus nunc per speculum in enigmate, quantum ad primũ. Tunc autem facie ad faciem, quantum ad secundum. Dicit ergo {in illa die} post resurrectionẽ meam {cognoscetis: quia ego sum in patre.} Et hoc cognitione fidei: quia tunc videntes eum resurrexisse & esse cum eis, certissimam fidem de eo habuerunt, præcipue qui acceperunt spiritum sanctum, qui omnia eos docebat. vel {in illa die} vltimæ resurrectionis in iudicio {cognoscetis,} scilicet manifeste per speciem. 1, Cor.13. Tunc cognoscã sicut & cognitus sum. Sed quid cognoscent? duo quæ dicit supra. Vnum scilicet, quòd pater in me manens ipse facit opera. Et quantum ad hoc dicit. {Quia ego sum in patre meo,} scilicet per consubstantialitatem naturæ. Aliud, quòd dicit se facturum opera per discipulos, dicens. {Qui credit in me, opera quę ego facio,&c. Et quantum ad hoc dicit. {Et vos in me,& ego in vobis.} Vbi attendendum est, quòd quia hic Dominus videtur similem habitudinem ponere sui ad patrem, & discipulorum ad ipsum, volebant Arriani, quòd sicut discipuli sunt minores Christo, & non cõsubstantiales ei, ita esset filius minor patre, & alterius substantiæ ab ipso. & ideo dicendum est, quòd hoc quod dicit. {Ego sum in patre meo,} dicitur per consubstantialitatem naturæ.supr.10. Ego & pater,vnum sumus. & supr.1. Verbum erat apud Deum. Hoc autem, quod dicit. {Et vos in me,&c.} Intelligitur vno modo, quod discipuli sunt in Christo. nam illud quod protegitur ab aliquo, dicitur esse in eo, sicut contentum in continente, Et hoc modo dicitur, quòd in Rege sunt ea quæ sunt in regno. Et secundum hoc dicitur Actuum 17. In ipso viuimus, mouemur.& sumus. { Et ego sum in vobis,} manendo interius, & operando,& inhabitando interius per gratiam. Ephesiorum 3. Habitare Christum per fidem in cordibus,&c. Et 2. Corin.13. An experimentum eius quæritis,&c. Alio modo secundum Hylarium. {Vos in me} supple,in me eritis per naturam vestram,quam assumpsi,assumendo enim naturam nostram,assumpsit nos omnes. Hebræorum 2. Nusquam enim Angelos apprehendit,&c. {Et ego sum in vobis} per mei sacramenti sumptionem:quia qui sumit corpus Christi, Christus est in eo,supr.6. Qui manducat carnem meam. Alio modo. {Vos in me,& ego in vobis,} supple sumus, per mutuam dilectionem, quia hoc dicit. 1. 1 Ioan.4. Deus charitas est, & qui manet in charitate,&c. Et hæc vobis ignota erant,sed tũ in illa die ea cognoscetis.

d Hic assignatur visitationis ratio. Et ponit Dñs duplicem rationem,quare a fidelibus Dominus videatur,& nõ a mundo. Prima est vera eorum dilectio ad Deum. Secunda vero dilectio Dei ad eos,ibi. {Qui autem diligit me,&c.} Quantũ ad primum dicit. {Qui habet mandata mea,& seruat,&c.} Vbi notandum est, q̃ illa est vera dilectio, quæ se prodit & probat in opere. nam per exhibitionẽ operis dilectio manifestatur. Cum enim diligere aliquem sit velle ei bonum, & desiderare, quæ ipse vult, non videtur vere diligere, qui non facit voluntatem amati, nec exequitur, quæ scit eum velle. Qui ergo nõ facit voluntatẽ Dei, non videtur eum vere diligere. & ideo dicit {Qui habet mãdata mea,& seruat ea, ille est qui diligit me}.i.qui habet veram dilectionem ad me. Sed nota, q̃ aliquis habet mandata Dei. Primo quidem in corde per memoriam & igné meditationũ. Psal.118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed hoc non sufficit nisi seruet in opere. Psal.109. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Quidam vero habent in ore docendo,& exhortãdo. Psal.118. Quãm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Et hi etiã debent ea seruare in opere: quia qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorũ. Mat.6. Vñ vituperantur a Deo illi qui dicunt, & non faciunt. Mat.23. Quidam aũt habẽt in aure ea, libenter & diligẽter audiẽdo. sup.8. Qui est ex Deo, verba Dei audit,&c. Nec hoc sufficit nisi seruent, quia non auditores legis, sed factores iustificabuntur. Ro.2. infr.16. Operamini non cibum qui perit,&c. Ergo qui sic habet mãdata Dei aliqualiter seruat ea. Sed adhuc imponit et vt seruet perseuerando. Vñ dicit Aug. Qui habet in memoria, & seruat in vita, qui habet in sermonibus,& seruat in moribus, qui habet audiẽdo,& seruat faciẽdo, qui habet faciẽdo, & seruat perseuerãdo, ipse est qui diligit me. Quantũ ad ꝓm dicit. {Qui autẽ diligit me, diligẽt,&c.} Sed hoc in primo aspectu videtur absurdum. Numquid enim Deus diligit nos,quia diligimus eũ? Abit. Dicitur enim. 1. Io.3. Non quasi dilexerimus Deum, sed qm̃ ipse prior dilexit nos.& ideo dicendum, q̃ intellectum huius habemus ex his, quæ dicta sunt.supra scilicet. {Qui habet mandata mea & seruat,&c.} Nõ enim ibi dicitur, q̃ ideo diligit, quia seruat mandata, sed quia diligit ideo mandata implet, & hoc modo dicendum est hic, quòd ideo quis diligit Christum, quia diligitur a patre, & non ideo diligitur, quia diligit. Diligimus ergo filiũ, quia pater diligit nos. Habet enim hoc verus amor, vt amatos ad amantis dilectionem trahat. Hie.31. In charitate perpetua dilexi te,&c. Sed qa amor patris non est sine amore filij, cum idem sit amor vtriusq;, quæcumq; enim pater facit, hæc & filius similiter facit. supra. 5. Ideo subdit. {Et ego diligã eum.} Sed cũ pater & filius omnia diligant ab æterno, quare dicit {diligã} in futuro. Dicendũ est ergo, q̃ dilectio considerata prout est in diuina voluntate, sic est æterna, sed considerata ꝓm q̃ manifestatur in executione operis & effect⁹, est tẽporalis. & ideo est sensus. {Et ego diligam eum}.i.effectum dilectionis ostendam. quia.ſ. {manifestabo ei meipsum,} quia ad hoc diligam vt manifestem. Sciendum est autem, q̃ dilectio alicuius ad aliquem, aliquando est secundum quid, aliquando simpliciter. Secundum quid quidem, qñ vult ei aliquod bonum particulare. Simpliciter autem, quando vult ei omne bonum. Deus autẽ omnia caulata diligit, secundũ quid, qa omni creaturæ vult aliquod

aliquod bonum etiam ipsis dæmonibus, vt scilicet viuant & intelligant, & sint, quæ sunt quædam bona. Simpliciter autem diligit illos, quibus vult omne bonum.ſ. vt habeant ipsum Deum, quem habere, est habere veritatem, quia Deus veritas est. Sed veritas tunc habetur qñ cognoscitur. Illos ergo vere & simpliciter diligit, quibus manifestat seipsum, qui est veritas. Et hoc est qd dicit { manifestabo ei meipsum}. Sin futuro per gloriam, qd̃ est vltim⁹ furturq̃ beatitudinis effect⁹. Iob 37. Annuntiat de ea amico suo,&c. Sap.6. Præoccupat eos, qui se concupiscunt. Sed posset quis dicere. Numquid pater non manifestabit se? immo & pater & filius. nã filius,& patrem simul & se manifestat, cũ sit verbũ eius. Mat.11. Neq; patrẽ quis nouit nisi filius,&c. Et tñ si interim filius manifestat se alicui aliquo modo, hoc est signum diuinæ dilectionis. Vnde & hæc potest esse ratio, quare mundus eum non videbit: quia.ſ. non manifestabit eis seipsum,& hoc quia nõ diligit eum.

LECTIO VI.

Dicit ei Iudas, non ille Ischariothis. Domine, quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?
b Respondit Iesus, & dixit ei. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.
c Et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. & mansionem apud eum faciemus.
d Qui non diligit me, sermones meos non seruat.
e Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me, patris.

Vpra promisit Dominus discipulis suam visitationẽ. hic remouet discipuli dubitationem. Et primo ponitur discipuli dubitatio. Secundo Christi responsio, ibi {Respondit Iesus,&c.} Sciẽdum est circa primum, quòd sanctorum & humilium consuetudo est, vt cum magna de se audiunt, stupeant & admirentur. Audierant autem discipuli Dominum dicentem. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videbitis me,&c. Ex quo videbatur Apostolos toti mundo præferre. Et ideo Iudas frater Iacobi, cuius Epistola inter Canonicas legitur,in admirationem & stuporem positus,dicit. {Domine,quid factum est, quia manifestaturus es?&c.} quasi diceret: Quæ causa erit? Numquid nos supra totum mundum sumus? Simile dixit Dauid 2.Reg.7. Quis ego sum,aut quæ est domus mea? Matt.25. dicunt iusti. Domine,qñ te vidimus esurientem,&c. Consequenter cum dicit.

b Ponitur Christi responsio. Vbi primo assignat causam suæ manifestationis discipulis,& non mundo. Secundo manifestat quoddam,quod dixit,ibi. {Et sermonem quẽ audistis,&c.} In prima primo ostendit,quare manifestaturus est se discipulis. Secundo ostendit,quare non manifestaturus est se mundo,ibi. {Qui non diligit me.} Et in prima primo ponitur idoneitas discipulorum ad Christi manifestationem habendam. Secundo insinuatur processus manifestationis & ordo,ibi. {Et pater meus.} Circa primum duo ponit,quæ reddunt hominem idoneum ad Dei manifestationem. Primum est charitas. Secundum est obedientia. Quantum ad primũ dicit. {Si quis diligit me,&c.} Tria enim necessaria sunt homini volenti Deũ videre. Primo,vt Deo appropinquet. Deut.23. Qui appropinquant pedibus eius,accipient,&c. Secundo,vt ad eum videndum oculos eleuet. Isa.40. Leuate in excelsum oculos vestros,&c. Tertio, vt visioni vacet. Nam spiritualia videri non possunt, nisi quis vacet terrenis. Psal. 33,& 45. Vacate & videte quoniam suauis est Dominus. Et hæc tria facit charitas. Nam ipsa animam hominis Deo coniungit, 1. Ioan.4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Ipsa ipsum intuitum ad Deum erigit. Matt.6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. vnde dicitur. Vbi est amor tuus, ibi oculus. Ipsa enim a mundanis vacare facit. 1. Ioan.2. Qui diligit sęculum, non est perfecta charitas Dei in illo. Ergo econtrario, qui perfecte Deum diligit, non est in illo amor sęculi. Ex charitate autem sequitur obedientia. vnde dicit {sermonem meum seruabit.} vt dicit Gregorius. Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Numquam est Dei amor ociosus, operatur enim magna si est. si autem operari renuit, amor non est. Voluntas enim,& maxime quæ est de fine mouet alias potentias ad actus suos. Nõ enim quiescit homo nisi faciat ea per quæ ad finem intentum perueniat, præcipue si est intensa ad ipsum. Quãdo ergo voluntas hominis intensa est ad Deum, qui est finis eius, mouet omnes vires ad faciendum ea, quæ ad ipsum ducunt. Intenditur autem in Deum per charitatem. & ideo charitas est, quæ nos seruare mandata facit. 2. Cor.5. Charitas Christi vrget nos. Cant.6. Lampades eius, lampades ignis. et per obedientiam homo efficitur idoneus ad videndum Deum. Psal.118. A mãdatis tuis, scilicet a me seruatis intellexi. Et iterum. Super senes intellexi,&c. Consequenter cum dicit.

c Ponitur processus & ordo manifestationis. Tria autem sunt per quæ fit homini diuina manifestatio. Primũ est diuina dilectio Et quantum ad hoc dicit. { Pater meus diliget eum.} sicut pra est dictum,quare dicit {diliget.} in futuro, quãtum videlicet ad effectum dilectionis, qui tamen ab æterno dilexit quantum ad voluntatem benefaciendi. Malac.1. Iacob dilexi,&c. Non autem dicit. Ego diligam eum: quia hoc iam eis patuit. supra Prouerb.8. Ego diligentes me diligo. Restabat ergo vt insinuaret eis, quia pater diligeret eos. Deut.4. Dilexit populos, omnes sancti in manu,&c. Secundum est diuina visitatio. Et quãtum ad hoc dicit { & ad eum veniemus.} Sed contra, venire mutationem localem significat, sed Deus non mutatur, ergo,&c. Responsio. Deus dicitur venire ad nos, nõ quòd ipse moueatur ad nos, sed quia nos mouemur ad ipsum. Dicitur enim aliquid venire in locum in quem prius non fuit. Hoc autem Deo non conuenit, cum sit vbique. Hiere.34. Cœlum & terram ego impleo. Dicitur etiam venire in aliquem inquantum est ibi nouo modo, secundum quem prius non fuerat ibi, scilicet per effectum gratiæ. Et per hunc effectum gratiæ facit nos ad se accedere. Sed attendendum secundum Augustinum, quòd tribus modis Deus venit ad nos, et ijsdem nos imus ad eum. Primo quidem venit ad nos implendo suis effectibus, & nos imus ad eum capiendo ipsos. Ecclesiastl.33. Transite ad me omnes qui concupiscitis,&c. Secundo illuminando, & nos imus ad eum considerando. Psalm.33. Accedite ad eum & illuminamini. Tertio vero adiuuando, & nos ad eum, obediendo: quia nec obedire possumus nisi adiuti a Christo. Isaæ 2. Venite ascendamus.&c. Sed quare non fecit, mentionem de spiritusancto? Augustin.dicit, quòd non dicitur hoc, quòd ipse sit excludendus aduenientę patre & filio, quia supra dicitur. Vt maneat vobiscum in æternũ. Sed cũ in Trinitate sint duo, scilicet personarum distinctio, & essentiæ vnitas. Aliquando quidem fit mentio de tribus personis, ad insinuandum distinctionem personarum. Aliquando vero facit mentionẽ de duabus sine tertia, ad insinuandum essentiæ vnitatem. Vel dicẽdum, q̃ cum spiritussanctus nihil sit aliud quàm amor patris, & filij, posito patre & filio intelligitur spiritussanctus. Tertium ad Dei manifestationem est perseuerantia vtriusque, scil. in dilectione Dei, & in eius visitatione. Et quantum ad hoc dicit { & mansionẽ.} In quo duo tangit. Primo quidem infirmitatem adhesionis ad Deum, cum dicit. {mansionem.} Nam Deus venit ad quosdam per fidem, sed non manet: quia ad tempus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt. Mat.18. Ad quosdam venit per peccati cõpunctionem, non tamẽ manet cum eis: quia reuertuntur ad peccata. Prouerbio.26. Sicut canis qui vertitur ad vomitum suum,&c. Sed in suis prædestinatis permanet semper. Mat.vlt. Ecce ego vobiscum sum,&c. Secundo ostendit familiaritatẽ Christi ad homines: quia { apud eum}.ſ.diligentem ad obediendum, inquatum.ſ.delectatur nobiscum, & facit nos delectari in ipso. Prouerb. 8. Deliticę meę esse cum filijs hominum. Isa.61. Gaudebit super te dñs Deus tuus. Chriso. autem referens hoc ad aliam, intentionem dicit, q̃ Iudas audiens. Non relinquam vos orphanos,&c. Vos autem videbitis me,&c. existimauit, quòd Christus post mortem venturus esset ad eos, sicut mortui veniunt ad nos in somno. vnde quærit. Quid est factum, quia nobis manifestaturus,&c. quasi diceret. Væ nobis, quoniam morieris,& vt mortuus debes nobis assistere. vt ergo hoc excludat dicit. Ego & pater {ad eum veniemus.} .i. sicut pater manifestat seipsum, ita & ego {& mansionem apud eum faciemus.} quòd somniorum non est in quibus nulla mora contrahitur.

d Hic ponit causam, quare non est manifestaturus se mundo, quæ quidem causa est remotio eorum per quæ dicit se hominibus manifestaturum. Remota enim causa remouetur effectus: sed ipsi non habent causam, vt diuina eis manifestatio fiat. Ergo mundo & mundanis Deus non est manifestaturus seipsũ. Quòd non habeant causam apparet, quia mundus non diligit me. Et quantum ad hoc dicit. { Qui non diligit me.} Iterum nõ obedit mihi, Vnde dicit {sermones meos non seruat.} Vt enim Greg. dicit: de dilectione conditoris lingua, & mens, & vita requiratur. Pater ergo causa quare suis manifestaturus est se, & non alienis, quia hi quidẽ diligunt. Dilectio nãque sanctos discernit a mũdo. Iob.36. In manibus ſ.superbis abscõdit lucem, & ita annũciat de ea amico suo,&c. Iob.28. Abyssus dicit non est in me mare.i. turbulentus non est mecum. Consequenter cum dicit,

e Manifestat hoc qd̃ supra dixit.ſ. {Si quis diligit me,&c.} & pater meus diliget eum,&c. Posset enim aliquis dicere,

quòd hoc dictum nullam rationem habet, quin potius rationabi F
lius dixisset. Ego diligam eum, & ad eum veniam. & ideo hoc ex
cludit dicens. {Et sermonem quem audistis, non est meus}. i. non
est mihi a meipso, sed est mihi ab alio. sa patre, q me misit, quasi
diceret. Non me solum, sed nec patrem amat, qui hunc non au-
dit sermoné. & ideo
qui eum diligit & pa
trem & vtriusq; ma-
nifestationem mere-
tur. dicit ergo. {Et ser
monem.} siue sermo
{quē audistis.} a me
homine prolatū {est
quidē meus:} inquan
tum ipsum pronuncio {& non est meus.} inquantum est mihi
ab alio, supra. 8. Mea doctrina non est mea. supra. eod. Verba quæ G
ego loquor vobis, a meipso non loquor. Sed attende, secundum
August. q̃ cum loquitur dominus de sermonibus suis, pluraliter
dicit sermones meos. Vbi autem loquitur de sermone patris, lo-
quitur in singulari dicens. {Et sermonem quem audistis non est
meus,} quia per verbum patris seipsum intelligi voluit, qui est
vnicum verbum eius. Vnde nec suum se esse dicit, sed patris, quia
nec sua imago est nec suus filius, sed patris. Sermones autē om-
nes in cordibus nostris sunt ab vnico verbo patris.

HIc Dominus promittit discipulis suis dona. Promiserat. n.
eis spiritumsanctum, & seipsum. Et ideo hic primo osten-
dit quid consequentur ex aduentu spiritussancti. Secundo quid
consequentur ex ipso, ibi. {Pacem relinquo vobis.} Ex aduentu
spiritussancti magna consequentur. s. intellectum omnium ver-
borum Christi. Et ideo circa hoc primo cōmemorat eis sua do-
cumenta. Secundo promittit eis intellectum eorum, ibi. {Paracli
tus autem, &c.} Dicit ergo quantum ad primum. {Hæc}. s. quæ
dixi {locutus sum vobis.} organo humanitatis. {manens apud H
vos.} præsentia corporali. Et hoc quidem maximum beneficiū
est, vt ipse filius nobis loquat, & nos doceat. Hebr. 1. Multipha-
rie multifq; modis olim, &c. in filio. Deut. 5. Quæ est omnis ca-
ro, vt audiat dēm suum? &c. Intellectum autem ipsorū documen
torum promittit eis per spiritumsanctum fē daturū. vnde dicit.
{Paraclitus autem, &c.} Vbi tria facit circa spiritumsanctum.
Primo describit ipsum. Secundo eius missionem. Tertio eius ef-
fectum. Ipsum quidem describit multipliciter, quia paraclitum,
spiritum, & sanctum. Paraclitus quidem est, quia consolatur nos,
& quantum ad tristitias de turbationibus huius mundi, de qui-
bus nos consolat. 2. Cor. 7. Foris pugnæ, intus timores. 2. Cor. 1.
Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et hoc facit
inquantum est amor, faciens nos amare Deum, & eum pro ma-
gno habere, propter quod cum gaudio contumelias patimur. sm
illud Act. 3. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu consilij, &c.
Mat. 5. Gaudete & exultate, quia merces vestra, &c. Item conso- I
latur nos, contra tristitias, de peccatis præteritis. De quibus dicit
Matt. 5. Beati qui lugent. Et hoc facit inquantum dat nobis spem
veniæ. Infra 20. Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis
peccata, &c. Isa. 61. Vt ponerem consolationem. Spiritus quidē
est, quia mouet corda nostra ad obediendum Deo. Isa. 56. Cum
venerit quasi fluuius violētus, &c. Rom. 8. Qui spiritu Dei agun
tur, &c. Sanctus autem est, quia consecrat nos Deo. Omnia autē
Deo consecrata, dicuntur sancta. 1. Cor. 5. Nescitis qm̄ corpora
nostra templum sunt spiritussancti. Psal. 45. Fluminis impetus
lætificat ciuitatem Dei, &c. Consequenter cum dicit. {Quē mit
tet pater in nomine meo.} agit de eius missione. Non est autem
intelligendum, q̃ per motum localem ad nos veniat, sed quia
quodam nouo modo in eis esse debeat, quo prius non fuerat.
Psal. 103. Emitte spiritū tuum, & creabuntur. s. in esse spirituali.
Sed attende, q̃ spiritussanctus a patre & filio mittitur. & ideo ad
hoc ostendendum, qñq; dicit, q̃ pater mittit eum, sicut hic, qñq;
q̃ ipse. Infra. 5. Quem ego mittam vobis, &c. Sed numquam di- K
cit eum a patre mitti, quin faciat commemorationem de seipso.
vnde dicit. {quem mittet pater in nomine meo.} Nec dicit eum
mitti a se filio, quin commemoret patrem. vnde dicit. {Quē ego
mittam vobis a patre.} Sed quid est hoc quod dicit. {In nomine
meo?} Numquid spiritussanctus nominabitur filius? Posset dici,
q̃ hoc dicitur pro tanto, quia spiritussanctus dabatur fidelibus
ad inuocationem nominis Christi. Sed melius est vt dicamus, q̃
sicut filius venit in nomine patris. Supra. 5. Ego veni in nomine
patris mei, ita & spiritussanctus venit in nomine filij. Filius au-
tem in nomine patris venit, non q̃ esset pater, sed quòd esset fi-
lius patris, similiter spiritussanctus venit in nomine filij, non q̃
diceretur filius: sed quòd esset spiritū filii. Ro. 8. Si quis spiritum
Christi, &c. Galat. 4. Misit Deus spiritum filii sui, &c. non quòd
diceretur filius, sed quòd esset spiritus filii. Rom. 8. Filii sui, &c.
Et hoc quidem propter consubstantialitatem filii ad patrē, & spi
ritussancti ad filium. Item, sicut filius veniens in nomine patris,
fideles suos patri subiecit. Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnū
&c. Ita spiritussanctus configurauit nos filio, inquantū adoptat
nos in filios Dei. Gal. 3. Spiritum, &c. in quo clamamus abba pa
ter. Consequenter agit de effectu spiritussancti dicens, {Ille vos
docebit omnia.} Nam sicut effectus missionis filii fuit ducere ad
patrem, ita effectus
missionis spiritussan
cti est ducere fideles
ad filium. Filius autē
cum sit ipsa sapiētia
genita, ē ipsa veritas.
sup. 14. Ego sum via,
veritas, & vita. & iō
effectus missionis hu
iusmodi est, vt faciat homines participes diuinæ sapientię & co
gnitores veritatis. Filius ergo tradit nobis doctrinā cum sit ver
bum: sed spiritussanctus doctrinę eius nos capaces facit. Dicit er
go. {Ille vos docebit omnia.} quia quæcunque homo doceat ex
tra, nisi spiritussanctus interius det intelligentiam, frustra labo
rat: quia nisi spiritus adsit cordi audientis, ociosus erit sermo
doctoris. Iob. 31. Inspiratio omnipotentis dat intelligētiam, &
in tantum, quòd etiam ipse filius organo hnmanitatis loquens,
non valet, nisi ipsemet interius operetur per spiritumsanctum.
Sed attende, quòd supr. 6. dicit. Omnis qui audiuit a patre, & di-
didit. Hic expedit quid sit. quia non discit non docente spiritu-
sancto, quasi ille qui recipit spiritumsanctum a patre & filio, ille
patrem cognoscit & filium, & ad eos venit. Facit autem nos scire
omnia interius inspirando, dirigendo, & ad spiritualia eleuan-
do. Sicut enim qui habet gustum infectum non habet veram co
gnitionem de saporibus, ita & qui infectus est amore mundi, nō
potest gustare diuina, secundum illud. 1. Cor. 2. Animalis autē
homo non percipit, &c. Sed cum suggerere sit minorum, puta of
ficialium in diuinis, nunquid spiritussanctus qui suggerit nobis
est nobis minor? Ideo dicendum secundum Gregorium, quòd
spiritussanctus suggerere dicitur, non quòd nobis scientiam ab
immo inferat, sed ab occulto subministrat vires ad cognoscen-
dum. Vel docebit, inquantum nos facit participare sapientiam
filii. Suggerit, inquantum nos impellit prout est amor. Vel sug-
geret nobis omnia, idest, ad memoriam reducet. Psalm. 21. Re-
miniscentur & conuertentur. &c. Sciēdum est enim, quòd eorū
quæ Christus dixit discipulis, quædam non intellexerunt, quo-
rundam autem memoriam non habebant. Dicit ergo Domin°.
{Ille vos docebit omnia,} q̃ę intelligere nunc non potestis
{& suggeret vobis omnia,} q̃ę non potestis memoriæ com-
mendare. Quomodo enim Euangelista Ioannes, post quo-
dragintа annos potuisset omnium verborum Christi, quæ in
Euangelio scripsit habere memoriam, nisi ei spiritussanctus sug
gessisset? &c.

f Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcūq; dixero vobis.

LECTIO VII.

PAcem relinquo vobis, pacem meā do vobis.

LECTIO VII.

SVpra promisit Dominus discipulis suis quid consequituri erant ex præsentia spiritussancti. Hic promittit donum, quod consecuturi erant ex aduentu, & præsentia sua. Sciendum tamen, quòd si considerē-
tur proprietas personarum, scilicet filii, & spiritussancti, vide-
tur Dominus alternare dona. Cum enim filius sit verbum, ad eū
appropriate pertinere videtur, sapientię & cognitionis donū.
Spiritui vero sancto cum sit amor, qui est causa pacis, pax appro
priatur. Verumtamen, quia spiritussanctus est filii, & hoc, quod
dat spiritussanct°, habet a filio, ideo spiritui sancto attribuit hoc
donum cognitionis, vbi dicit. Ille vos docebit omnia, &c. quod
tamen appropriatur filio. Quia vero spiritussanctus a filio proce-
dit: ideo quod spiritussanctus appropriate facit, attribuitur fi-
lio. Et sm hunc modum Christus attribuit sibi pacem dicens.
{Pacem, &c.} Vbi primo promittit donū pacis quam relinquit.
Secundo distinguit pacem istam a pace mundi, ibi. {Nō quomo
do mundus, &c.} Dicit ergo {pacem relinquo.} Sciendū est, q̃
pax nihil aliud est, q̃ tranquillitas ordinis, tunc enim aliqua di-
cunt̄ pacem habere, qñ eorum ordo inturbatus manet. In homi-
ne autem est triplex ordo, scilicet hominis ad seipsum, hominis
ad Deum, & hominis ad proximum. Et est sic triplex pax in ho
mine: quędam intrinseca, secundum quam pacificatur sibiipsi, absq̃
que perturbatione virium. Psal. 118. Pax multa diligētibus, &c.
Alia est p quā homo pacificatur Deo, totaliter eius ordinationi
subiectus. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad
Deum. Tertia pax est ad proximum. Heb. 13. Pacem sequimini
cum omnibus sanctis, & sanctimoniā. Sed notandum, q̃ in nobis
tria ordinari debēt, s. intellectus voluntas, & appetitus sensitiuus
Vt videlicet, voluntas dirigatur sm mentem seu rationem. Ap-
petitus vero sensitiuus sm intellectum, & voluntatē. & iō Aug.
in lib. de Verbis Dominj, pacem sanctorum diffiniens, dicit. Pax
est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amo-
ris

ris vinculum, consortium charitatis. Vt serenitas mentis refera A
tur ad rationem, quæ debet esse libera non ligata, nec absorpta
aliqua inordinata affectione. Tranquillitas animi referatur ad
sensitiuam, quæ debet a molestatione passionum quiescere. Sim
plicitas cordis referatur ad voluntatem, quæ debet in Deū obie-
ctum suum totaliter
ferre. Amoris vincu-
lum referatur ad pro
ximum. Cōsortium
charitatis ad Deum.
Hanc autem pacem
hic sancti habent, &
habebunt in futuro,
sed hic quidem im-
perfecte, quia nec ad
nos, nec ad Deū, nec
ad proximum pacem sine perturbatione aliqua possumus habe
re. Sed in futuro habebimus eam perfecte, quando sine hoste re-
gnabimus. Vbi numquam poterimus dissentire. Et vtramq; hic
Dominus nobis promittit. Primam cum dicit. {Pacem relinquo
vobis,} in hoc. s. seculo, vt hostē vincatis, & vt inuicē diligatis,
quod est quasi testamentum seruandum nobis statutum a Chri-
sto. Eccle. 45. Statuit illi testamentum pacis & principem, &c.
Sicut Aug. dicit nō poterit ad hæreditatem domini peruenire,
qui testamentum eius noluerit obseruare. Nec potest concordiā
habere cum Christo, qui discors esse voluerit cum Christiano.
Secundam vero cum dicit. {Pacem meam do vobis.} scilicet in
futuro. Isa. vlt. Declinabo super eam, scilicet Hierusalem cœle-
stem, quasi flumen pacis. Sed cum siue in mundo, siue in patria
tota pax sanctorum proueniat eis per Christū. Infra. 16. In me
pacem habebitis, quare dominus loquens de pace sanctorum
in via, non dicit. Pacem meam do vobis, sed tantum cum loqui
tur de pace sanctorum in patria? Ad quod dicendum, q̃ vtraque C
pax, scilicet præsens & futura, est Christi: sed præsens, vt actoris
tantum. Futura autem est eius, vt actoris & possessoris. nam ip-
sam semper habuit, quia semper fuit absque cōtradictione. Pax
autem præsens, vt dictum est, est cum contradictione aliqua. &
ideo licet eam faciat, non tamen eam possidet. Et secundū præ-
dicta, expositio procedit de pace temporis, & pace æternitatis.
Sed secundum August. potest vtrumque exponi de pace tempo
ris. et dicit {Pacem relinquo, &c.} exēplo. Sed {do pacem meā,}
potestate & virtute. Consequenter cum dicit.

g IPsam pacem a pace mundi distinguit. Distinguitur autē pax
sanctorum a pace mundi quantum ad tria. Primo quantum
ad intentionem: nam pax mundi ordinatur ad quietam & paci
ficam fruitionem temporalium. Quo fit vt quandoque coope-
retur hominibus ad peccandum. Sap. 14. In magno viuentes in
scientiæ bello tot & tam magna, &c. Sed pax sanctorum ordina
tur ad bona æterna, est ergo sensus. {Non quomodo mundus dat D
ego do.} idest non ad eundem finem, quia mundus dat quantum
ad exteriora quiete possidenda, ego vero do quantum ad æter-
na adipiscenda. Secundo vero quantum ad simulationem & ve-
ritatem, quia pax mundi est simulata, quia tantum exterius.
Psal. 27. Loquuntur pacem cū proximo suo, &c. Pax vero Chri-
sti est vera, quia est interius & exterius. Et sic est sensus. {Non
quomodo mundus dat.} idest simulatam pacem do, sicut mun-
dus, sed veram. Tertio quantum ad perfectionem, quia pax mun
di est imperfecta, cum sit tantum quantum ad quietem exterio-
ris hominis, & non interioris. Isa. 59. Non est pax impiis, dicit
dominus. Sed pax Christi quietat interius & exterius. Psal. 118
Pax multa diligentibus, &c. Et est sensus. {Non quomodo mun
dus dat,} idest, non ita imperfectam.

g Non quomodo mundus dat: ego do vobis.

LECTIO VIII.

NOn turbetur cor vestrū, neque formidet. Audi stis, quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si dilige-
retis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pa-
ter maior me est. Et nūc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factū
fuerit, credatis.
b Iam non multa loquar vobis: cum. Venit enim princeps mun
di hujus {& venio ad vos.} Supra. Vado & venio ad vos. Nō tamē B
ex hoc consolabantur cocaliter, timentes ne forsitan gregem lu
pus hoc interuallo inuaderet in pastoris absentia: secundū illud
Zachar. 13. Percute pastorem, & dispergentur, &c. Dicit ergo.
{Non turbetur, quia vado.} {sed} nec formidet, q̃a venio ad vos.}
Vadit quidem sua potestate moriendo, & venit resurgendo.
Matth. 20. Filius hominis tradetur principibus sacerdotū, &c.
& tertia die resurget. Iuit ascendendo. Isaiæ 63. Iste formosus
in stola sua, gradiens, &c. venier ad iudicandum. Lucæ 21. Vide-
bunt filium hominis, &c. Totaliter autem consolatur eos cum
dicit. {Si diligeretis me, &c.} quasi dicat. Si diligitis me non de-
betis contristari: sed potius deberis gaudere de recessu meo, quia
vado ad exaltationem meam, {quia} scilicet, {vado ad patrem
qui maior me est.} Sed ex hoc Arrius insultat, dicens patrem ma
iorem esse filio. Cuius error ex ipsis verbis domini excluditur:
Nam ex intellectu eius, quomodo intelligitur Vado ad patrem,
ex eodem intelligitur {pater maior me est.} Filius autem non va
dit ad patrem, nec venit ad nos inquantum est filius Dei, secu-
dum quòd cum patre fuit ab æterno. supra 1. In principio erat
verbum, & verbum erat apud Deum. Sed dicitur ire ad patrem,
secundum humanam naturam. Sic ergo hoc quod dicit {maior
me est.} non dicit inquantum filius Dei: sed inquantum filius
hominis, secundum quòd non solum est minor patre & spiritu-
sancto: sed etiam ipsis angelis. Hebr. 2. Eum autem qui modico,
quàm angeli minoratus est, videmus Iesum, &c. Item quibusd-
dam hominibus, scilicet parentibus subditus erat quantum ad
aliquid, vt legitur Lucæ 2. Sic ergo minor est patre secundum
humanitatem, æqualis secundum diuinitatē. Philippen. 2. Non
rapinam arbitratus est, &c. Potest etiam dici secundum Hilariū,
quòd pater etiam secundum diuinitatem maior est filio: sed ta-
men filius non est minor: sed æqualis. Est enim pater maior filio
non potestate, æternitate, & magnitudine: sed donantis seu prin
cipij auctoritate. Nam pater nihil ab alio accipit, filius autem
naturam, vt ita dicam, a patre accipit per æternam generationē.
Est ergo pater maior, quia dat: sed filius non est minor, sed æqua
lis, quia totum quod pater habet accipit. Philip. 2. Dedit ei no-
men, quod est super omne nomen. Minor enim iam non est do-
nante, cui vnum esse donatur. Chrysost. autem ita exponit di-
cens, quòd dominus loquitur secundum suspitionem Apostolorum, qui nondum nouerant quid sit resurrectio, nec eū ęqua-
lem patri existimabant. & ideo dicit eis. Et si non creditis mihi,
quòd non possum mihi assistere, nec confiditis, quòd post crucē
rursus vos videbo, tamen credatis mihi, {quia vado ad patrem
qui maior me est.} Respondet autem tacitæ quæstioni, dicens.
{Et nunc dixi vobis, &c.} Possent enim quærere, quare ista dice
ret. & ideo prævenienis. {Nunc dixi vobis, &c.} Sed quærit Aug.
cum fides sit de his quæ non videntur, non debet homo credere
postquam factum est: sed ante. Sed dicendum, quòd aliud vide-
bant, & aliud credebant. Viderunt ante mortem Christi, & eius
resurrectionem, quo viso, crediderunt, quòd ipse esset Christus
filius Dei. Vnde cum factum fuit, non crediderunt fide noua: sed
aucta, aut certe cū mortuus esset defecta, cum surrexisset refecta.
vt Aug. dicit. Consequenter cum dicit.

b POnit aliam causam consolationis ex parte recessus sui, quę
sumitur ex causa mortis. Sciendum est autem, q̃ causa mor
tis quædam est inducēs dolorem, cum quis pro culpa occiditur:
quædam est inducens consolationem, cum quis scilicet, moritur
pro bono virtutis. 1. Petr. 4. Nemo vestrūm patiatur vt fur, aut
homicida. Circa hoc ergo primo ostendit dominus, quòd pecca
tum non fuit causa suæ mortis. Secūdo quòd eius causa fuit vir-
tus obedientiæ & charitatis, ibi. {Sed vt cognoscat mūdus, &c.}
Dicit ergo. {Iam non multa loquar vobiscum.} propter tempo-
ris breuitatē. supr. 13. Filioli, adhuc modicum, &c. Vel quia non-
dū capaces estis. infr. 16. Adhuc multa habeo vobis loqui; sed nō
potestis, &c. vel ideo {nō multa loquar vobiscū.} quia in vno bre
ui sermone explicabo vobis, quòd non moriar ex culpa mea:

timor In aliquo quidem conueniunt, in hoc scilicet, q̃ vtrūque
est de malo: sed differunt, quia tristitia est de malo præsenti. for
mido autem de malo futuro. Dicit autem dominus. {Non tur-
betur cor vestrum.} de malo præsenti. Psal. 110. Iustus non com
mouebitur neque formidabit, scilicet de futuro. Isaiæ. 51. Quis
tu vt timeas, &c. qd̄ intelligendum est de timore humano. Nā
timorem diuinū non excludit. Cōsequenter cum dicit. {Audi
stis quia ego dixi vo
bis, &c.} Turbaban-
tur enim ex recessu
Christi, sed in parte
consolabantur, quod

Et hoc facit consequenter cum dicit. {Venit enim princeps mũ di huius, & in me non habet quicquam}. s. diabolus, qui dicitur princeps, non ratione creationis, neque per naturalem potestatem, vt Manichæi blasphemãt: sed ratione culpæ huius. 1. amatorum mundi. Vnde dicitur princeps mundi, & peccati. Ephe. vlt. Non est nobis colluctatio aduersus, &c. sed aduersus rectores & principes tenebrarum harum. Non ergo est princeps creaturarum. sed peccatorum & tenebrarum. Iob. 41. Ille est Rex super omnes filios superbiæ. Hic ergo princeps venit ad persequendũ. Intrauit enim in cor Iudæ, vt proderet. Iudęorũ vero, vt occiderent {sed in me non habet quicquam}. nam in nobis non habet potestatem nisi propter peccatum. supra. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. In Christo autem nullum peccatũ erat: neque secundum animam. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, &c. Neque secundum carnem, quia ex Virgine absque originali peccato de spiritu sancto conceptus. Luc. 1. Quod enim ex te nascetur sanctum, &c. Quia ergo diabolus Christum in quo nullum ius habuit, etiam inuasit, perdere meruit quod iuste possidebat. Marc. 5. Quid nobis & tibi Iesu, &c. Sic ergo patet, quòd causa mortis suæ nõ fuit culpa: sed nec erat cur morereturi, si nõ habet peccatum. Consequenter veram causam adiungit, quæ est bonum virtutis. Et ideo dicit.

di huius, & in me non habet quicquam.

c Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

c QVod secundum Augu. sic punctuatur. {Sed vt cognoscat mũdus quia diligo patrem, & sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio.} {suspensiue. {Surgite, &c.} Vbi sciẽdum est, quòd duo mouerunt Christum ad mortem sustinendam. s. amor Dei, & dilectio proximi. Ephe. 5. Ambulate in dilectione. Et hoc probat per iudicium, quia mãdata sua implet. Supra. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et quantum ad hoc dicit. {Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, &c.} Et hoc efficaciter, quia scilicet morior. vnde subdit. {Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.} Quod est secundum quòd pater monit eum ad mortẽ suscipiendam, scilicet obedientia, quæ ex amore causatur. Mandatum autem hoc dedit mihi pater non filio Dei, qui cũ sit verbum est etiam mandatum patris: sed dedit filio hominis, inquantum animæ eius inspirauit necessarium esse saluti humanæ, vt Christus in humana natura morereturi. Vt ergo hoc mũdus cognoscat. {Surgite.} de loco vbi cœnauerant {& eamus.} ad locum vbi ego sum tradendus, vt videatis quòd non ex necessitate: sed ex charitate & obedientia morior. Iob. 39. Audacter in occursum pergit armatis. Secundum Chrysost. autem aliter legitur. Vt in hoc, scilicet, quod dicit. {sic facio} sit finis sententiæ. Et in hoc, quod resumit. {Surgite, &c.} sit principiũ alterius, vt sit sensus. Non morior, quasi princeps mũdi huius habeat in me quicquam: sed {quia diligo patrem.} ideo hoc facio. {Vos autem surgite, & eamus hinc.} Videbat enim eos formidare: & propter tẽpus, quia nox profunda erat, & propter locum, quia in nulla manifestè iistebant, ita vt semper circũuoluerent ad ostium oculos: quasi expectando hostes eos inuadentes, et propter hoc non attendentes his quæ dicebantur. & ideo vt melius verba quæ dictarus erat intelligerent, ducit eos in locum alium secretum, vt estimãtes se securos esse, attẽtius audiãt, quæ diceret eis. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem, &c.

LECTIO PRIMA.

DOminus in hoc sermone specialiter intendebat animos discipulorum confortare contra duo, scilicet cõtra vnũ, quod imminebat in præsenti, quod erat passio eius, & aliud quod timebatur futurum, scilicet tribulatio eis superuenturra. Vnde contra ista duo dixerat eis. Non turbetur cor vestrum, quantum ad primũ. Neque formidet, quantum ad secundum. Postquã ergo confortauit eos de recessu suo, hic confortat eos contra tribulationes eis superuenturas. Et primo proponit eis quandam similitudinem. Secundo ex illa procedit ad propositum, ibi. {Iam vos mundi estis.} Similitudo autẽ est de vite & agricola. Vnde primo proponit vitem. Secũdo introducit agricolam. Tertio studium agricolæ circa palmites commendat. Sed vitis est ipse. vnde dicit. {Ego sum vitis.} per quandam similitudinem, quia sicut vitis licet despecta videatur: omnia tamen ligna excedit in dulcedine fructus. Ita Christus etsi mundo despectus videretur, quia pauper erat, & ignobilis videbatur, & ignominiam sustinens, tamen dulcissimos fructus protulit. Ꝑm illud Cant. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. & ideo Christus est vitis afferens vinum interius inebrians, quod est vinum compunctionis. Psal. 59. Potasti nos vino compunctionis, &c. Iterum vinum confortans, scilicet nostræ refectionis. supra 6. Sanguis meus vere est potus. Sic enim supra cõparauit se grano frumenti, q caro eius vere est cibus. Hæc est vitis illa, de qua dicitur Gen. 49. Videbam coram me vitem habentẽ propagines tres, i. Christũ in quo sunt tres substantiæ, scilicet corpus & anima, & diuinitas. Hæc est etiam vitis de qua Iacob dicit Gen penul. Ligabis ad vitem fili mi Asinam tuam, idest, ecclesiam. Sed hęc vitis est vera. Vbi sciẽdum, q̃ verũ aliquando diuiditur contra similitudinarium, sicut homo verus ab homine picto, aliquando a corrupto, sicut acetum a vino: quia est vinum corruptum. Hoc ergo quod dicitur. {Ego sum vitis vera.} Accipitur secundo modo, vt discernat se à vite corrupta. s. a Populo Iudæorum. De quo dicitur Hie. 2. Quomodo cõuersa es in amaritudinem vitis alienæ? & hoc ideo, quia non faciebat vuas, sed labruscas. Isa. 5. Expectaui vt faceret vuas, &c. Sed notandũ, q̃ in Christo est duplex natura, diuina. s. & humana. Et secundũ humanam cõuenit nobiscum, & est minor patre. Secundum diuinam conuenit cum Deo, & est supra nos. Est ergo vitis vera secundũ hoc, q̃ est caput ecclesię homo Christus Iesus, & hoc insinuat introducens agricolã qui est pater. Vnde dicit. {& pater meus agricola est.} Si. n. est vitis secundũ diuinam naturam, pater vitis esset sicut & filius: quia ergo ꝑm humanã naturam vitis est, ideo pater se habet ad ipsum sicut agricola ad vitem. Ipse etiam secundum q̃ Deus agricola est. Dicitur aũt agricola a cultura. Vnde & vinitor inquãtum colit, agricola est. Sed cum colere sit studium impendere, dupliciter aliquid colimus, vel vt id quod colimus melioretur, & hoc modo colimus agrũ, vel aliquid tale. Alio modo vt nos melioremur per ipsum. Et hoc modo homo colit sapientiam. Deus ergo colit nos, vt nos ex eius opere melioremur inquãtum extirpat mala semina de cordibus nostris. Aperit cor nostrum aratro sermonis, plantat semina præceptorum, colligit fructum pietatis, vt dicit Aug. Nos autem colimus eum vt nos ꝑ ipsum melioremur, sed hoc adorando, non arando. supr. 9. Si qs Dei cultor est, &c. Est ergo pater agricola huius vitis ad bonum alterius. Ipse enim plantat. Hie. 2. Ego te plantaui, &c. Ipse augmentat. 1. Cor. 3. Ego plantaui, apollo rigauit, Deus aũt, &c. q̃ a solus Deus interius augmẽtat & fructificare facit, quantũcunq; homo cooperetur exterius, ipse custodit & conseruat. Mat. 21. & Isa. 5. dicitur, q̃ ędificauit in vinea turrim & sępem circũdedit. Studium aũt agricolæ est circa duo, circa vitẽ, & circa palmites. Sed vitis de qua hic agitur perfecta erat, non indigens agricolæ studio. Vnde totum studium agricolæ erat circa palmites impendendum. & ideo dicit. {omnẽ palmitem, &c.} Palmites aũt sunt de natura vitis, vnde adhærentes Christo sunt palmites huius vitis. Eze. 17. Facta est vitis in palmites. Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit studium huius agricolæ circa palmites malos. Secũdo circa palmites bonos. Studiũ aũt eius circa malos est, vt scindantur a vite. Vnde dicit {omnẽ palmitem} idest, omnem fidelẽ {non ferentem fructum.}. {in vite.} {in me.} sine quo nihil fructificare potest. {tollet eum.} s. a vite. Ex quo apparet, q̃ non solum à Christo eścinduntur aliqui quia mala faciunt, sed etiam q̃a bona facere negligũt. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne i vacuũ, &c. Vnde de se dicebat Apost. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id qd̃ sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Et Mat. 25. dicitur, q̃ ablatũ est talentum ei qui ex eo non fructificauit, sed abscondit illud. Luc. 13. Dominus ficum sterilem præcepit abscindi. Studium autem eius circa bonos palmites est, vt toueantur ad magis fructificandum. Vnde dicit. {Et omnem qui fert fructum, &c. Ad literã enim in vite naturali contingit, quòd palmes multos surculos habens, minus fructificat propter humoris diffusionem ad oẽs, & ideo cultores vt magis fructificet, purgãt eum a superfluis surculis. Ita est in homine. Nam homo bene dispositus, & Deo cõiunctus, si suũ affectũ ad diuersa incliner, virtus eius minoratur, & magis inefficax fit ad bene operandum. Et inde est, quòd Deus vt bene fructificet, frequenter pręscindit huiusmodi impedimenta, & purgat, immittens tribulationes, & rẽtationes quibus fortior fiat ad operandum, & ideo dicit {purgabit eum,} ẽt si purus existat: quia nullus est adeo purus in hac vita, vt non sit magis magisq; purgandus. 1. Ioã. 5. Si dixerimus quia peccatũ non habem⁹, &c. Et hoc {vt plus fructum afferat,} idest, {crescat in virtute, vt tanto sint fructuosiores, quanto sunt mundiores, Apoc. vlt. Qui iustus est, iustificetur adhuc, &c. Col. 1. Verbum Euangelii fructificat, &c. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem.

Hic

CAPVT XV.
LECTIO PRIMA.

EGo sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnẽ palmitẽ in me no terentẽ fructũ, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructũ plus afferat.

b Iam vos mũdi estis, propter sermonẽ quẽ locut' sum vobis.

e Manete in me, & ego ĩ vobis.

d Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi mãserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: & vos palmites.

e Qui manẽt in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, qa sine me nihil potestis facere.

f Siquis in me nõ mãserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignẽ mittent, & ardet.

g Si manseritis in me, & verba mea in vobis mãserint, qd̃cũque volueritis, petetis, & fiet vobis.

b HIc ex similitudine prosequitur intentum. Duo autem in prædicta similitudine tangebantur in comparatione palmitum ad vitem. Vnum est, palmitum ad vitem inhæsio. Secundum est, palmitum purgatio. Primo ergo agit de inhęsione. Secundo de purgatione, ibi. {Si mundus vos odit, &c.} Circa primum primo mouet discipulos vt viti inhæreant. Secundo rationes inhæsionis adducit, ibi. {Sicut palmes, &c.} Tertio modum inhæsionis assignat, ibi. {Sicut dilexit, &c.} Circa primum duo facit. Primo commemorat eis susceptum beneficiũ. Secundo moner, vt in eo permaneãt, ibi. {Manete in me, &c.} Beneficium susceperunt mundationis. Vnde dicit. {Iam vos mundi estis:} quasi dicat. Talia dixi de palmitibus, sed vos estis palmites præparati purgari ad fructum ferendum, & hoc {propter sermonem quem locutus sum vobis.} Verbum enim Christi mundat primo quidem ab erroribus, instruẽdo. Tit. 1. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit, &c. & hoc ideo, quia in verbis Dei nulla falsitas inuenitur. Prouerb. 8. Recti sunt sermones mei. Dicit ergo {mundi estis.} ab erroribus Iudaicis. Secũdo mũdata corda à terrenis affectibus ad cœlestia inflammando. Verbũ enim Dei cor hominis ad terrena depressum, concutit sua virtute, ex quo inflammatur. Hie. 33. Nunquid verba mea sunt quasi ignis? &c. Tertio mundat, sermo Dei a peccatis inuocatus, in baptismo. Nam homines in baptismo purgantur: quia in aqua verbum mũdat. quia vt dicit Aug. Detrahe verbum, quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Verbum ergo, facit vt aqua corpus tangat, & cor abluat. Verbũ inquam, non quia dicitur: sed quia creditur. Hoc enim verbum fidei tantum valet in ecclesia, vt etiam ipsos paruos infantes mũder, quàmuis crederenon valentes ex fide credentium offerentium, benedicentiũ, & tangentium prolatum. Mat. vlt. Baptizantes eos in nomine patris, &c. Quarto mundat per virtutem fidei. Act. 2. Fide purificans corda eorum. Dicit ergo eis. {Vos iã mundi, instructi, iam commoti, iam baptizati, iam in fide firmati {mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.} supra eodem. Vos mundi estis, &c. Sed cum supra dixerit officium agricolæ esse purgare, manifeste ostendit se esse agricolam, dicens, sermonem suum purgatiuum. Et vere ipse inquantũ Deus, mundator est palmitum & agricola.

c HIc inducit eos ad perseuerantiam, quasi diceret: quia mundi estis, & tantum beneficium recepistis, debetis in eo perseuerare. Vnde dicit. {Manete in me} per charitatem 1. Ioan. 1. Qui manet in charitate, in Deo manet. Et per sacramentorum participationem. supr. 6. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet. Dicit ergo {Manete in me} gratiam suscipiendo {& ego in vobis} vos adiuuando. Consequenter cum dicit.

d INducit rationes inhæsionis, quæ sunt quatuor. Prima sumitẽ ex inhærentium sanctificatione. Secunda ex non inhærentiũ punitione, ibi. {Si quis in me non manserit.} Tertia ex voluntatis inhærentiũ assecutione, ibi. {Si manseritis in me, &c.} Quarta ex Dei glorificatione, ibi. {In hoc clarificatus est pater, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd inhæsio ad Christum est necessaria ad fructificandum. Secundo quòd est efficax, ibi. {Qui manet in me, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit similitudinem. Secundo ostendit eam esse conuenientem. Dicit ergo quantum ad primum. Dico, quòd debetis in me manere, ad hoc quòd fructificetis, quia {sicut palmes, &c.} Ad literã. Palmes materialis {non potest ferre fructum a semetipso, nisi mãserit in vite.} ex cuius radice humor ad vegetationem palmitum ascendit. {Ita & vos} supple, non potestis ferre fructum {nisi in me manseritis.} Mansio ergo in Christo est ratio fructificatiõis. Vnde de his qui in Christo non manent, dicitur. Rom. 6. Quẽ ergo fructum habuistis in his? &c. Iob 15. Congregatio hypocritarum sterilis. Hæc autem similitudo conueniens est: quia {ego sum vitis, & vos palmites, quasi diceret, talis est comparatio vestrum ad me, qualis palmitum ad vitem. De istis palmitibus dicitur in Psal. 79. Extendit palmites suos vsque ad mare.

e HIc ostendit, quòd mansio in Christo sit efficax. Et primo ostendit eius efficaciam. Secundo, subdit efficaciæ causam. Dicit ergo primo. Dico, quòd non solum necessaria est hominis mansio in me, vt fructificet, sed etiam est efficax: quia {qui manet in me} credendo, obediendo, perseuerando {& ego in eo} illuminando, subueniendo, perseuerantiam dando. {Hic} & non alius {fert fructum multum.} Fert inquam, triplicem fructum in vita ista. Primus est, abstinere a peccatis. Isa. 26 Hic est omnis fructus, vt tollatur peccatum. Secundus est, vacare operibus sanctitatis. Roman. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, &c. Tertius fructus est, vacare edificationi aliorum. Psal. 103. De fructu operum tuorum, &c. Fert etiam quartum fructum in vita æterna. Supr. 4. Fructum cõgregat in vitam ęternam. Hic est vltimus, & perfectus fructus laborum nostrorum. Sap. 1. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Responsio autem huius efficaciæ est. {Quia sine me, nihil potestis facere.} In quo & corda instruit humilium, & ora obstruit superborum, & præcipue Pelagianorum, qui dicunt bona opera virtutum & legis sine Dei adiutorio ex seipsis facere posse, in quo dum liberum arbitrium afferere volunt, eum magis præcipitant. Ecce enim dominus hic dicit, quòd sine ipso non solum magna, sed nec minima, imo nihil facere possumus. Nec mirum: quia nec Deus sine ipso aliquid facit. supr. 1. Sine ipso factum est nihil. Opera enim nostra aut sunt virtute naturæ, aut ex gratia diuina. Si virtute naturæ, cũ omnes motus naturæ sint ab ipso verbo Dei, nulla natura ad aliquid faciendum moueri potest sine ipso. Si vero virtute gratiæ, cũ ipse sit actor gratiæ: q̃a gratia & veritas per Iesum Christum facta est, vt dicitur supr. manifestum, est, quòd nullum opus meritorium sine ipso fieri potest. 2. Corinth. 3. Non quòd, sufficientes simus aliquid cogitare ex nobis, &c. Si ergo nec etiam cogitare possmus nisi ex Deo, multo minus nec alia.

f HIc ponitur secunda ratio inhæsionis quæ sumitur ex comminatione pœnę, quia nisi manseritis in ipso, non euademus pœnam. Et ponit quinque quę pœnam illam exaggerant, quorum quædam pertinent ad pœnam damni, scilicet expulsio a gloria. Vnde dicit. {Mittetur foras.} Sed aliquando videmus, q̃ in vite materiali aliquis palmes manet per exteriorem conunctionem, non autem per humoris participationem. Sic & ali qui manent in Christo solum per fidem, non tamen participãt, humorem vitis: quia non sunt in charitate. Vnde tales mittentur foras, idest, separabuntur a societate bonorum. Ezec. 34. Stabo & separabo, &c. Secunda pœna damni est arefactio. Vnde dicit {& arescet.} Vnde siquid habebat a radice, amitter denudatus eius auxilio & vita. Nam mali Christiani viriditatem aliquam habere videntur, sed quando a sanctis, & a Christo separabuntur eorum ariditas apparebit. Psalm. 21. Aruit tanquam testa virtus mea. Tertia pœna est eorum cum malis associatio. Vnde dicit. {Et colligent eum,} scilicet angeli messores ad malos, quæ quidem pœna maxima est. Si enim ad horam esse cum malis, magna pœna est, quanto magis esse perpetuo cum pessimis hominibus, & dæmonibus? Isa. 24. Congregabuntur congregatione vnius fascis, &c. Matth. 13. Colligite primum Zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum, &c Quarta pœna est sensus. Vnde dicit. {& in ignem mittent.} scilicet æternum. Ezech. 13. Quid fiet de ligno vitis? &c. Ligna enim si in vite non permaneant, cõtemptibiliora sunt cæteris lignis. Si vero maneant in vite gloriosiora sunt. Vnde dicit Aug. Vnum ex duob⁹ palmiti cõgruit, aut vitis, aut ignis. si in vite non est, erit in ignẽ, Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Quinta pœna est perpetuũ ignis experimentum. Vnde subdit. {Et ardet} in perpetuum. Mat. 23. Ibunt hi in supplicium æternum.

g HIc ponitur tertia inhæsionis causa, quę sumitur ex efficacia impetrationis, quasi diceret. {Si manseritis in me} hũc fructum consequimini, scilicet {quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.} Sed notandum, quòd supra in admonitione inhæsionis duo potuit, quæ hic resumit, primum, scilicet in me manete, qd̃ hic resumit dicens. {Si manseritis in me.} Secundũ. & ego in vobis. Et loco huius dicit. {Et verba mea in vobis manserint} quia Christus est verbum patris, omnia verba sapientiæ sunt ab ipso. Ecclesiasti. 1. Fons sapientiæ verbum Dei, &c. Manifestum est ergo, quòd Christus est in nobis, quando verba sapientię eiꝰ sunt in nobis. supr. 5. Verbum Dei non habetis in vobis manẽs. Ideo dicit. {& verba mea in vobis mãserint,} s. quadruplicitẽr, amando, credendo, meditando, & implendo. Prouerb. 4. Fili, auscultа sermones meos, scilicet credendo. & ad eloqa mea inclina, scilicet obediendo, seu implendo, ne recedas, &c. meditando, & in medio cordis tui, amãdo. Hiere. 15. Inuenti sunt sermones tui,

tui, & comedi eos. Tunc ergo in nobis sunt verba Christi, quando facimus quæ præcepit, diligimus quod promisit. Et ex hoc se quitur, quòd informamur, quid petere debeamus Rom. 8. Quid oremus sicut oportet, nescimus, &c. Vnde & verbis suis nos orare docuit, Matth. 6. & Luc. 10. Sic ergo verba Dei credita, & meditata informant nos ad petendũ quæ sũt nobis necessaria ad salutem. Sed verba Dei, amata & impleta iuuant nos ad merendum, & ideo subdit. {Quodcumque volueritis, peretis} discrete, perseuerantes {Et fiet vobis} infr. 16. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis.

h In hoc clarificatus est pater meus, vt fructũ plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli.

LECTIO II.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.

b Manete in dilectione mea.

c Si præcepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea.

d Sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione.

e Hæc locut' sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

f Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.

g Sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat q̃s pro amicis suis.

LECTIO III.

Os amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

b Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.

c Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis.

h HIc ponitur quarta ratio inhæsionis, quæ sumitur ex gloria patris, Omnia opera nostra ad Dei gloriam referre debemus. Psal. 112. Non nobis domine non nobis, &c. 1. Corint. 10. Si manducatis aut bibitis, &c. Ostendit ergo dominus, quòd sumus in Christo, quia ex hoc fructificamus, & ex fructificatione nostra pater glorificatur. Vnde dicit. {In hoc glorificatus est pater meus.} idest, ad gloriam patris redundat {vt plurimum fructum afferatis.} Ponit hic tria, ordine præpostero, quæ seiuiicẽ consequuntur. Vnum pertinet ad inhæsionem, scilicet {efficiamini mei discipuli} quod idem est, quòd manete in me. Et ex hoc sequitur secundum, scilicet, {Vt fructum plurimum afferatis.} Et ex hoc glorificatur pater meus, quasi diceret. Ad gloriam patris est, quòd fructum plurimum afferatis, & fructum plurimum affertis ex hoc quòd estis mei discipuli. Primo quidem bene viuendo. Matth. 6. Videant opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrum, & bene docendo, ex quo similiter Deus glorificatur. Isa. 24. In doctrinis glorificate Deum. Et 24 Omnem qui inuocat nomen meum in laudem, & gloriam meam, creaui eum. Ergo Apostoli sunt terra illa, quæ fructum multum attulit, vt dicitur Luc. 18. Et efficiamini mei discipuli per inhæsionem & charitatis seruorem. Hæc enim sunt signa discipulatus Christi, scilicet inhęsio ad Christum. supr. 8. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Et ex hoc efficiuntur idonei, vt ferant fructum doctrinæ. Secundo charitatis observatio. sup. 13. In hoc cognoscet oẽs quia mei discipuli eritis, si dilectionem, &c. Et ex hoc efficiuntur idonei, vt afferant fructum bonorum operum. 1. Cor. 13. Si habuero Prophetiã & nouerim, &c. quæ ibi ponũtur sine charitate, nihil valere, &c.

LECTIO II.

SVpra monuit dominus discipulos suos, vt in eo manerent. Hic ostendit quid sit in eo manere, & hoc tripliciter. Primo quidem, quod manere in eo, est manere in eius dilectione. Secundo ostendit, quòd pręcepta eius seruare, sit manere in eius dilectione, ibi. {Si præcepta mea, &c.} Tertio ostendit, quòd obseruatio charitatis sit eiꝰ præceptum, ibi. {Hoc est præceptum meum, &c.} Circa primum duo facit. Primo commemorat collatum discipulis beneficium, &c. Secundo hortatur eos ad perseuerandum, ibi. {Manete, &c.} Dicit ergo primo, quòd hoc, quòd in Christo manemus est ex eiꝰ gratia, quæ quidem gratia est effectus dilectionis ipsius. Hie. 33. In charitate perpetua dilexi te. Ex quo patet, quòd omnia opera nostra bona sunt nobis ex beneficio diuinæ dilectionis. Non enim essent nobis, nisi quia fides per dilectionem operatur, nec diligeremus, nisi prius diligeremur. & ideo hoc beneficium commemorans dixit. {Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.} Sed notandum, quòd ly {sicut} quandoque denotat æqualitatem naturæ, quandoque autem similitudinem actionis. Arriani autem errantes volebant, quòd li {sicut} importaret æqualitatem & per hoc, quod superius sæpius expressum est, concludebant, quòd esset minor patre, sed hoc est falsum. & ideo secundum Aug. dicendum, quòd ly {sicut} dicit similitudinem gratiæ, & dilectionis. nã dilectio qua filius diligit discipulos, est quędã similitudo eius dilectionis, qua pater diligit filium. Cum enim diligere aliquem sit velle ei bonum. Pater diligit filium secundum diuinam naturã, inquantum vult illi infinitum & summum bonum, quod ipse habet, communicando ei eãdem naturam numero, quam ipse habet. supr. 3. & 5. Pater diligit filium, & omnia, &c. Diligit etiam eum secundum humanam naturam. Ose. 11. Puer Israel, & dilexi eum, &c. Et ad hoc scilicet, vt simul esset Deus & homo, & ad nil horum filius dilexit discipulos. Nam neq; ad hoc dilexit eos vt essent Deus per naturam, neque essent vnici Deo in persona: sed ad quandam horum similitudinem eos dilexit, vt scilicet essent Dij per participationem gratiæ. Psal. 81. Ego dixi Dij estis. 2. Petr. 1. Per quem magna nobis & pretiosa promissa donauit, vt diuinæ per hoc efficiamur consortes naturæ. Item, vt assumerentur in vnitatem affectus, quia qui adhæret Deo, vnus spiritus est, 1. Cor. 6. Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri, &c. Sic ergo maius bonũ Deꝰ pater posuit filio secundum vtramque naturam, quàm filius discipulis: sed tamen simile, vt dictum est.

b QVasi diceret, ex quo tantũ beneficium recepistis ex dilectione mea, {manete} in ea, vt scilicet me diligatis, vel {manete in dilectione mea,} quia ego di ligo vos, scilicet in gratia mea, vt non excidatis a bonis quę præparaui vobis. Et hæc expositio magis congruit, vt sit sensus, perseueretis in hoc statu, vt scilicet, diligamini a me per effectũ gratiæ. 1. Cor. 7. Vnusquisque in ea vocatione qua vocatus est, in illa permaneat. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, &c.

c HIc ostendit quid sit manere in eius dilectione. Et primo ostendit, quòd hoc est seruare eius mandatum. Secũdo manifestat per exemplum, ibi. {Sicut & ego, &c.} Tertio excludit dubium, ibi. {Hæc locutus sum vobis.} Dicit ergo. Manete in dilectione mea, & hoc facietis. {Si præcepta mea seruaueritis.} Sic enim manebitis in dilectione mea. Obseruatio enim mandatorum est effectus diuinæ dilectionis, non solũ eius qua diligimus: sed eius qua ipse diligit nos. Ex hoc enim qd̃ ipse diligit nos mouet nos, & adiuuat ad implendũ mãdata eius, quę impleri non possunt nisi per gratiam. 1. Ioan. 5. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus, &c. Exemplum autem ad hoc subdit, dicens.

d SIcut enim dilectio qua pater diligit eum, est exemplum dilectionis: qua ipse diligit nos, ita voluit quòd obedientia sua sit exemplum obedientiæ nostræ. Christus enim per hoc ostendit, quòd manſit in dilectione patris: quia per omnia, mandata eius seruauit. Nam & mortem sustinuit. Phil. 2. Factus est obediens patri vsque ad mortem, &c. Ab omni peccato abstinuit. 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit, &c. Quæ intelligenda sunt de Christo, secundum quòd homo. supr. 8. Non reliquit me solum, quia quę placita sunt ei facio semper. & ideo dicit. Maneo in eiꝰ dilectione: quia nihil in me secundum quod homo, est dilectioni eius contrarium.

e NE credat, quòd moneat nos ad mandata eius seruanda prop̃ter vtilitatem propriã, & non discipulorum, dicit. {Hęc locutus sum vobis,} scilicet vt mandata mea seruetis propter bonum vestrum scilicet {vt gaudium meum in vobis, &c.} Amor enim est causa gaudii, vnusquisque enim gaudet de re amata. Deus autem se amat, & creaturam præcipue rationalem, cui infinitum bonum communicat. Christus ergo de duobus ab æterno gaudet, scilicet de bono suo, & patris. Prouerb. 8. Delectabar coram eo ludens, &c. Item de bono creaturæ rationalis. Prouerbio 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum, idest, in hoc quòd cõmunicor filiis hominum. & de his gaudet ab æterno. Isa. 62. Gaudebit super te Deus tuus. Vult ergo dominus vt per obseruantiam mandatorum suorum efficiamur participes gaudii sui: vnde dicit {Vt gaudium meum} quo scilicet ego gaudeo de diuinitate mea, & patris {sit in vobis} quod nil est aliud quàm vita æterna quæ est gaudiũ de veritate, vt Augustinus dicit, quasi diceret. Vt habeatis vitam æternam. Iob 22. Tunc super omnipotente delitiis afflues. {Et gaudium vestrum} quo ego gaudeo de humanitate mea, {repleatur.} Nam bona de quibus nos gaudemus, aut sunt imperfecta, aut imperfecte habentur. & ideo gaudium in hac vita plenum esse non potest. Tunc autem plenum erit, quando perfecta bona perfecte consequemur. Matth. 25. Intra in gaudium domini tui.

f HIc ostendit Dominus quæ sunt pręcepta eius. Et primo proponit quid sit pręceptum suum. Secundo inducit exẽplum, ibi. {Sicut dilexi vos.} Tertio commemorat beneficium, ibi. {Vos amici mei estis.} Pręceptũ autem quod ponit, est pręceptum charitatis, quod seruari vult {hoc est} inquit {præceptũ meum, &c.} Sed cum multa sint alia pręcepta domini in sacro eloquio, quęritur, quare solum obseruationem charitatis dicit esse præceptum suum? Ad quod secundum Gregorium dicendum est, quòd charitas est radix & finis omnium virtutum. Radix quidem, quia ex charitate confirmata in corde hominis mouetur homo ad implenda omnia alia pręcepta. Rom. 13. Qui diligit proximum, &c. ergo omnia pręcepta, quasi ad hoc ordinantur, vt homo benefaciat proximo, & non molestet eum, quod quidem

quidem potissime ex charitate fit. Finis autem est, quia omnia præcepta ad ipsam ordinantur, & in sola charitate solidantur. 1. Thim. 1. Finis præcepti est charitas. Dicit ergo {Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem} quasi scilicet, a charitate omnia procedunt sicut a principio, & in charitate omnia ordinantur, sicut in finem.

Nam sicut dicit Gregorius: vt multi arboris ramiex vna radice prodeũt, sic multę virtutes ex vna radice generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Sed cum Mat. 22. dicitur, quòd non solum in dilectione Dei, sed etiã proximi pendeat lex & Prophetæ, quare solum hic de dilectione proximi mentionem facit? Sed dicendum, quòd vnum includitur in alio, qui enim diligit Deum, necesse est vt proximum, & ea quæ sunt Dei diligat. Et qui diligit proximũ propter Deũ, necesse est vt diligat Deum, licet enim obiecta sint diuersa, tamen ipsi actus secundum consequentiam sunt vnum. Est autem duplex ratio, quare magis de dilectione proximi, quàm Dei mentionem facit. Vna scilicet, quia in hoc intendit eos instruere & inducere, quomõ proximos ędificent, & quomodo fortes fierẽt ad tribulationes persecutorum perferendas, & ad vtrumque charitas proximi necessaria est.

g HIc manifestat per exemplum, quomodo proximum debeamꝰ diligere, ita scilicet, quomodo Christus dilexit nos. Christus autem dilexit nos ordinate & efficaciter. Ordinate quidem, quia nil in nobis dilexit nisi Deũ, & in ordine ad ipsum. Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. Efficaciter autem, quia intantũ dilexit, vt semetipsũ pro nobis traderet. Eph. 5. Dilexit nos & tradidit, &c. Nos ergo debemus proximos diligere, scilicet sancte ad bonum, & efficaciter, scilicet, vt dilectionem opere ostendamus. 1. Ioã. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, &c. {Maiorem hac dilectionem, &c.} Hic ostendit efficaciam dilectionis, quæ est vt quis mortem sustineat pro amicis: quod est signum maximæ dilectionis. Sed contra hoc obiicitur, quòd maioris dilectionis signum dicitur, quando aliquis animã suam ponit pro inimicis suis, vt Christus fecit. Rom. 5. Commẽdat Deus charitatem suam in nobis, &c. Ad quod dicendum, q̃ Christus non posuit animam suam pro nobis inimicis, vt scilicet inimici remaneremus, sed vt amicos efficeret, vel licet non essent amici quasi amantes, erant tamen amici vt amati. Est autem manifestum, quòd maximæ dilectionis est signum, propter amicos animam ponere: quia in ordine diligibilium quatuor ordinata sunt, scilicet Deus, anima nostra, proximus, & corpus nostrum, & Deũ debemus diligere super nos ipsos, & supra proximos, ita vt pro Deo nos ipsos, scilicet animam, & corpus, & proximum dare debemus. Pro anima autẽ nostra corpus est ponere, non tamen eam dare. Pro proximo autem vitam corporalem & corpus debemus exponere pro salute proximi. & ideo cũ vita corporalis sit potissimum, quod nos post animam habeamꝰ, ideo potissimum est ipsam exponere p̃ proximum, & maioris dilectionis signum. 1. Ioan. 3. In hoc apparuit charitas, &c.

LECTIO III.

SVpra, Dominus monuit nos ad dilectionem fraternam. Et hoc exemplo sui. Hic ostendit discipulis beneficium præstitum, per quod obligati erãt ad Christi imitationem, scilicet quòd Christus eos ad amorem suum assumpsit. Et primo ponit amicitiæ signum. Secundo subiungit causam, ibi. {Non vos me elegistis, &c.} Ponit autẽ duplex amicitiæ signum. Vnum ex parte discipulorum. Aliud ex parte sui, ibi. {Iam non dicam, &c.} Signum autem ex parte discipulorum, q̃ sunt amici Christi, est obseruatio mandatorum eius. Vnde dicit. {Vos amici mei estis, si feceritis, &c.} quasi diceret. Vsque modo monui vos vt diligeretis inuicem. Sed mõ moneo, & dico de amicitia vestra ad meipsum. Potest autem hoc quod dicit. {Vos amici mei, &c.} dupliciter intelligi, secundum quòd amicus dupliciter dicitur, scilicet qui amat, & qui amatur, & secundum vtrumque, verũ est quod subdit. {Si feceritis, &c.} Et qui Deum amant, mandata illius seruant: quia cum amicus dicatur, quasi animæ custos vt Grego. dicit. Non immerito, qui voluntatem Dei in præceptis eius custodit, amicus eius vocatur. Item, quos Deus amat, mandata Dei seruant inquantum cõferendo eis gratiam suam, adiuuat ad seruãdum. Deus enim nos amando, facit suos dilectores. Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Non quasi prius fuerint diligentes: sed quia ipse eos diligẽtes facit diligendo. Sed sciendum, quòd mandatorum obseruatio non est diuinę amicitiæ causa, sed signum, scilicet, & quòd Deus diligat nos, & quòd nos diligamus eum. Sapien. 6. Dilectio illius custodia legum est. Primæ Ioannis. 2. Qui dicit se amare Deum, &c. Ex parte autem Christi ponitur amicitiæ signum, cũm dicit.

b ET primo excludit, quod videtur amicitiæ contrarium. Secundo ponit veræ amicitiæ signum, ibi. {Vos autem dixi, &c.} Amicitiæ autem contrariatur seruitus. & ideo primo excludit seruitutem dicens. {Iã non dicam, &c.} q. d. Et si olim fueritis quasi serui sub lege, nunc estis quasi liberi sub gratia. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis, &c. Secundo subdit rationem dicens. {Quia seruus nescit, &c.} Seruus enim est quasi extraneus à Domino. supra 8. Seruus non manet in domo, &c. Extraneis autem secreta committenda non sunt. Prouerb. 21. Secretum extraneo ne reueles. Vnde nunc seruis secreta committenda non sunt. Potest autem hoc ad pręcedentia sic continuari. Possent discipuli dicere, quòd si seruamus præcepta tua sumus amici tui, seruare præcepta est magis seruitutis, quàm amicitiæ. & ideo hoc excludens dominꝰ dicit. {Iam non dicam vos seruos, &c.} Sed dubitatur hic cum ipsi Apostoli dicant se seruos Christi, sicut Paulus Apostolus seruus Christi Iesu, & Dauid. Seruus tuus ego sum. Et etiam ipsi qui introducendi sunt in vitam æternam. Matth. 22. Euge serue bone, &c. quid est hoc, quod dominus dicit. {Iam non dicam vos seruos, &c} Dubitatur etiam de hoc: quia cum frequenter domini seruis suis secreta reuelent, & etiam Deus. Amos. 3. Non faciet Deus verbum, &c. Nõ videtur verum, quod hic dicit. {Seruus nescit quid faciat dominus eius.} Respondeo, dicendum secundum Aug. quòd seruitus proprie ex timore creatur. Est autẽ duplex timor, scilicet seruilis quem expulit charitas. 1. Ioan. 4. Timor nõ est in charitate, &c. Alius est timor filialis, qui ex charitate generatur: quia timet perdere quis quod amat, & hic est timor bonus & castus. De quo dicitur in Psal. 18. Timor domini sanctus permanet, &c. Et secũdum hoc sunt duæ seruitutes. Vna quę procedit ex timore filiali Et secundum hanc serui sunt iusti omnes, & filii Dei, vt obiiciebatur. Alia seruitus est quæ procedit ex timore pœnæ, & contrariatur dilectioni. Et de hac dicit. {Iam non dicam vos seruos.} Sciendum est etiam, quòd seruus proprie est, qui non est causa sui. Liber vero, qui est sui causa. Est ergo differentia inter operatiões serui & liberi. Quia seruus operatur causa alterius, liber autem causa sui operatur, & quantum ad causam finalem operis, & quantum ad causam mouentem. Nam liber propter se operatur, sicut propter finem & a se operatur: quia propria voluntate mouetur ad opus: sed seruus nec propter se operatur, sed propter dominum, nec a se, sed a domini voluntate, & quasi quadam coactione. Sed contingit aliquãdo, quòd aliquis seruus operat̃ causa alterius, sicut causa finali, operatur tamen a se, inquantum se mouet ad opus. Et hęc est bona seruitus, quia ex charitate mouetur ad bona opera facienda, sed non operatur propter se: quia charitas non quærit quæ sua sunt: sed quę sunt Iesũ Christi, & salutis proximorum. Qui autem omnino causa alterius operantur, sunt mali serui. Patet ergo, quòd discipuli serui erant, sed bona seruitute, quæ ex amore procedit. Ad secundam quæstionem dicendum, quòd ille seruus qui mouetur solum ab alio & non a se: habet se ad mouentem, sicut instrumentum ad artificem. Instrumentum autem communicat cum artifice in opere: sed non in operis ratione. Sic ergo & tales serui participant solum in opere: sed quando seruus operatur ex propria voluntate, necesse est, quòd ratione operis sciat & quòd reuelentur ei occulta per quæ ea scire possit quæ agit, Eccl. 33. Seruus si est tibi fidelis, sit tibi quasi anima tua. Apostoli autem, vt dictum est, à se mouebantur ad bona opera faciẽda, scilicet ex propria voluntate per amorem inclinata. & ideo dominus secreta sua reuelat eis. Sed de malis seruis verum est, q̃ nesciunt quid faciat dominus eorum. Sed quæ sunt illa quæ nesciunt? illa proprie quæ in nobis Deus facit. Omnia enim bona quæ facimus, Deus in nobis operat̃. Isa. 26. & Phil. 2. Operatur in nobis, &c. Seruus ergo malus ex superbia cordis sui obtenebratus, dũ qd̃ facit sibi attribuit, nescit quid faciat dominus eius.

c HIc ponit verum signum amicitię ex parte sua. Quod est: quia {quæcumque audiui a patre, &c.} Verum enim amicitię signum est, quòd amicus amico suo cordis secreta reuelet. Cum enim amicorum sit cor vnum & anima vna, non videtur amicus extra cor suum ponere, quod amico reuelat. Prouer. 15. Causam tuam tracta cum amico tuo. Deus autem faciendo nos participes

participes suæ sapientiæ, sua secreta nobis reuelat. Sapiē. 14. Per nationes in animas sanctas se transfert, &c. Sed dubitatur hic primo, quæ & qualiter filius a patre audit. Quod quidem pluries iam manifestum est. Cum enim audire sic scientiam ab alio accipere. Audire filium à patre nihil aliud est, quàm scientiam ab eo accipere. Scientia autem filij est eius essentia. Filiū ergo audire a patre, est accipere essentiam eius ab eo. Dubitaē etiam de hoc, quòd dicit.

d Non vos me elegistis: sed ego elegi vos.
e Et posui vos vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat.

{Omnia quæcumque audiui, &c.} Si ergo omnia eis nota fecit; sequitur quòd tot sciebant discipuli, quot & filius. Responsio, dicendum secundum Chrysos. {Omnia quęcumque audiui,} quæ scilicet, vos audire oportebat {nota feci vobis.} non autem omnia simpliciter. infr. 16. Multa habeo vobis dicere, &c. Vel dicendum secundum Aug. quòd dominus propter certitudinem dicēdorum vtitur prętérito pro futuro, vt sit sensus. {Omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis.} idest, faciam in illa plenitudine, de qua dicit Apost. 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut, &c. infr. 16. In illo die palam de patre meo annunciabo vobis, quando scilicet introducet nos ad visionem patris. Omnia enim quę scit filius, scit pater. Quando ergo reuelabit nobis patrem, reuelabit omnia quæ scit, & id quod scimus. Vel dicendū ſm Greg. & melius. Ejusdē rei potest haberi cognitio perfecta, & imperfecta, sicut in scientijs apparet, quòd qui scit principia omnia vnius scientiæ, dicitur scire scientiam illam: sed imperfecte eam scit. Vnde qui docet aliqua principia {alicuius scientiæ potest dicere se docuisse scientiam illam, quia omnia quæ sunt scientiæ illius, sunt in principijs eius virtute: sed illam eandem scientiam perfectius scit, quando conclusiones singulas, quæ virtute erant in principijs nouit. Sicergo & de diuinis potest haberi duplex cognitio. Vna imperfecta, & hęc habetur per fidem, quæ est prælibatio illius futuræ beatitudinis & cognitionis, quam habebimus in patria. Hebr. 11. Est autem fides sperandarum substantia rerum, &c. Vnde de hac cognitione dicit. {Omnia nota feci vobis.} scilicet in fide secundum quandam prælibationē, sicut cōclusiones virtute sunt in principijs. Vnde dicit Grego. Omnia quæ nota facit seruis suis, sunt gaudia internæ charitatis, & festa supernæ patriæ, quæ quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit (dum enim audita superna cœlestia amamus: amata iam nouimus: quia ipse amor notitia est.)

d Hic ponit amicitiæ causam. Consuetum est autem apud homines, vt vnusquisque sibi attribuat causam amicitiæ. Eccles. 27. Omnis amicus dicit. Et ego amicitiam copulaui. Et sic multi attribuunt sibi diuinæ amicitiæ causam dum sibi principium bonorum operum attribuunt, & non Deo. Et dominus hoc excludens dicit. {Non vos elegistis.} q.d. Quisquis ad hanc dignitatem amicitię vocatus est, non sibi causam amicitiæ attribuat: sed mihi eum ad hoc eligenti. Et primo proponit gratuitam Dei electionem. Secundo exponit ad quid eliguntur, ibi. {Et posui, &c.} Dicit ergo. {Non vos me elegistis} vt scilicet, ego essem amicus vester. {sed ego elegi vos} vt facerem amicos meos. 1. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum; sed quoniam ipse prior, &c. Est autem duplex Dei dilectio. Vna æterna qua prædestinamur. Ephes. 1. Elegit nos in ipso, &c. Alia temporalis qua ab ipso vocamur, quę nihil est aliud quàm executio æternæ prædestinationis, quia quos elegit prædestinando, hos etiam elegit vocādo. Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, &c. Luc. 10. Elegit duodecim quos. &c. Sūt autē aliqui dicētes electionē Dei temporalem ex meritis electorum causari. Sed hoc est contra illud quod hic dicitur. Nam si ideo elegit te quia bonus eras, non autem poteras bonus esse, nisi bonum eligeres. hoc autem bonū potissimo est Deus: ergo primo elegisti bonum, quod est Deus, q̄ eligereris. Sed dominus dicit contrarium. {Non vos me elegistis, &c.} Non ergo dicendum, quòd aliquod bonum ex parte nostra totaliter præcedat electionem Dei. Dico autem totaliter: quia aliquod bonum particulare in nobis existens, potest esse causa alterius boni nobis dandi. Et hoc alterius, cum sit quidam ordo in diuinis donis, sed vniuersaliter nihil potest esse causa, & præcedere diuinam electionem: quia omnia bona sunt nobis a Deo. Sed de æterna electione adhuc magis erroneum esset dicere, q̄ ab electione nostra præcederetur. Fuerunt tamen aliqui qui dicerent, quòd merita nostra præcedentia sunt causa illius electionis. Et hic fuit error Origenis, qui dixit animas hominum simul fuisse creatas æquales; & quibusdam stantibus, quædam minus, & quædam magis peccauerunt. & ideo quædam meruerunt habere gratiam, quædam non. Sed contra hoc est, quod dominus dicit. {Non vos me elegistis.} Alij autem dicunt, quòd verum est, quòd merita in actu existentia non sunt causa prædestinationis; sed præexistentia in præscientia Dei, dicentes, quòd quia Deus scit aliquos bonos futuros, & bene vsuros gratia, ideo proposuit eis gratiam se daturum. Sed si hoc esset, sequeretur, q̄ ideo elegit nos, quia præscit nos ipsum electuros. Et sic electio nostra, præmia esset electioni diuinę, quod est contra sententiam dominī. Sed forsitan diceret aliquis, quæ electio poterat esse, qui nihil eramus, & nulla inter nos erat præeminentia, sed eum q̄ huiusmodi decipit modū. s. electiōis humanæ secundum quē credidit esse electionem diuinam? sed aliter & aliter se habent, quia electio nostra causatur ex bono iam pręexistenti: sed electio diuina est causa influętiæ maioris boni in vno, quàm in alio. Cum enim electio sit actus voluntatis, secundum quòd diuersimode voluntas Dei, & hominis se habent ad bona, sic diuersus est electionis eorum modus. Voluntas autem Dei se habet ad bonum creatum, vt causa eius. Sap. 10. Quomodo potuissent illa esse, &c. Et sic bonum deriuatur ad res creatas ex voluntate Dei. Vnde Deus aliquem alteri præeligit inquantum plus et de bono influit, quàm alteri. Voluntas autem hominis mouetur ad aliquid ex bono pręexistenti apprehenso. & ideo oportet in electione nostra vnum bonum pręexistere alteri. Ideo autem Deus vni magis quàm alteri bonum influit, vt reluceat ordo in rebus, sicut apparet in rebus materialibus, quòd materia prima quantum est de se est vniformiter disposita ad omnes formas. Ipsæ etiam res antequam sint, non sunt dispositæ ad hoc vel illud esse: sed vt seruetur ordo in eis, diuersas formas & diuersum esse sortiuntur à Deo. Et similiter in creatura rōnali qdā eliguntur ad gloriā, quidam reprobātur ad pœnam. 2. Thim. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. In magna enim domo non solum sunt vasa, &c. Et sic apparet diuersus ordo dum in quibusdā rebus reluceat Dei misericordia quos absque vllis meritis præcedentibus ad gratiam præparat, in quibusdam autem Dei iustitia; dum eos ex propriis culpis, citra cō dignum tamen, deputat pœnę. Sic ergo elegit vos ab æterno prædestinando, & vocando ad fidem ex tempore. Ad quod autem eos elegit, subdit consequenter, cum dicit.

e Et primo ponit ad quid elegerit. Secundo rationem dictorum assignat, ibi. {Hæc mando vobis, &c.} Circa primū duo facit. Primo ostendit, quòd elegit ad aliquid agendum. Secundo quòd elegit ad aliquid recipiendum, ibi. {Vt quodcumque, &c.} Dicit ergo {Posui vos,} idest, dedi vobis ordinē in ecclesia mea. 1. Corinth. 12. Posuit Deus in ecclesia primum quidem Apostolos, &c. Item {Posui vos,} idest, firmiter vos disposui. Gen. 1. Fecit Deus luminaria magna, & posuit ea in firmamēto cœli. Iu. 1. Scellę manentes in ordine, &c. Positio enim, ordinem & firmitatem importat. {Posui} inquam ad tria. Primo quidem ad eundum. Vnde dicit. {Vt eatis} per mundum discurrendo, vt totum conuertatis ad fidem, Marc. vlt. Euntes in mundum vniuersum, prædicate, &c. Vel {vt eatis,} idest, proficiatis de virtute in virtutem, Psalm. 83. Ibunt de virtute in virtutem, &c. Ose. vlt. Ibunt rami eius vt libani. Secundo ad fructum afferendum, vnde dicit. {Et fructum afferatis,} scilicet conuersionis fidelium, quantum ad primum iter. Rom. 1. Vt aliquem fructum habeam in vobis, &c. Vel fructum spiritualem interiorem quantum ad secundum iter. Gal. 5. Fructus autem spiritus, &c. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris, &c. Tertio vt fructum afferant, qui non perdantur per mortem, seu peccatum. Vnde dicit. {Et fructus vester maneat,} scilicet congregatio fidelium in vitam æternam pducatur, & fructus spiritualis magis proficiat. supr. 4. Et fructum congregat, &c.

f Hic ostendit, quòd elegerit ad aliquid recipiendum, scilicet omnia quę petierint, quasi diceret, posui vos ad hoc, vt essetis digni recipere a patre in nomine meo. 1. Ioan. 3. Si cor vestrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus, &c.

g Hic assignat rationem rerum quæ dixit. Posset enim dicere, quare hæc omnia Christus diceret eis. Vnde dominus respondens dicit. {Hęc mando vobis, &c.} quasi omnia quæ dico, sunt inducentia vos ad dilectionem proximorum. 1. Thimot. 1. Finis præcepti est charitas. Vel dicendum ſm Chrysostomū, q̄ possent discipuli dicere. Domine, cur nobis tot de dilectione tua commemoras? Numquid vt improperes? Sed dominus dicit, non timo vt incitem vos ad dilectionem proximi 1. Ioannis 3.

Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit, &c.

f Vt quodcunque petieritis patrē in nomine meo, det vobis.
g Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem,

LECTIO IIII.

Posita similitudine vitis & palmitū, & explanata quantum ad inhęsionem palmitum ad vitem. Hic consequenter explanat, eam quantum ad ipsorum purgationem, quæ futura erit per tribulationes. Consolatur eos ergo Dominus contra tribulationes quas passuri erant. Et primo rationes ex quibus eos cōsolatur proponit. Secundo ipsas rationes exponit, ibi. {Mementote sermonis, mei, &c.} Tertio excusationes pęsequentium excludit, ibi.

LECTIO IIII.

a Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit.
b Si de mūdo fuissetis, mūdus, quod suum erat diligeret.
c Quia vero de mūdo nō estis:

{Si non venissem, &c.} Ponit autem duas rationes ad eorum cōsolationem. Quarum vna sumitur ex exemplo. Secunda ex causa, ibi. {Si de mundo fuissetis.} Consolat; ergo eos dominus exemplo sui, qui & passus est persecutiones tyrannorum. Vnde dicit. {Si mundus vos odit, &c.} Sciendum est enim, quòd sicut omniū beneficiorum principium est amor, ita & persecutionum omnū principium est odium. & ideo dominus prænunciat eis odium futurum. Matth. 24. Odio eritis omnibus hominibus. Lucę. 6. Beati eritis cum vos oderint homines, &c. Dicit ergo {Si mundus vos odit,} idest futurum est, quòd mundus vos odio habeat & manifestabit odium suum persequendo vos. {Scitote quia me priorem odio habuit.} supr. 7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit. Sed hæc est grandis consolatio iustis ad fortiter sustinendum persecutiones. Heb. 11. Recogitate eum qui talem sustinuit, &c. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum, vt sequamini, &c. & ideo secundum Aug. non debent se membra supra verticem extollere, nec recusare se in corpore esse, nolendo mundi odium sustinere cum capite. Mundus autem dupliciter accipitur, quandoque quidē in bono, pro his qui bene viuunt in mundo. 2. Corint. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quandoq; autem in malum, scilicet pro amatoribus mundi. 1. Ioan. 2. Mūdus totus in maligno positus est. Sic ergo totus mundus totum odit mundū; quia amatores mundi qui sunt per totū mundum diffusi, odiunt mundū totum, i. ecclesiam bonorum per totum mundum roboratam.

b Hic ponitur secunda ratio sumpta ex causa odij. Quando enim quis odium alicuius sustinet propter culpam suam, dolendum est, & tristandum: sed quando propter virtutem, gaudendum. Primo ergo ostendit quæ sit causa quare aliqui diliguntur a mundo. Secundo ostendit quare Apostoli a mundo odio habentur, ibi. {Quia vero de mundo non estis, &c.} Causa autē quare aliqui diliguntur, est similitudo eorum ad mundum. Vnde dicit. {Si de mundo fuissetis, mundus, &c.} Omne simile, sibi simile diligit. Eccl. 13. Omnis caro ad simile sibi, &c. Et ideo mūdus, idest, amatores mundi, diligunt mundi amatores. Vnde dicit. {Si de mundo fuissetis,} idest, sequentes mundum {mundus quod suum erat diligeret,} licut suos, & sibi similes. supr. 7. Non pōt mūdus odisse vos. 1. Ioan. 4. de mundo non sunt. Et ideo, &c. Sed contra, per mundum intelligit hic Dominus principes mundi, qui persecuturi erant Apostolos. Sed ipsi idem principes persequuntur aliquos mundanos inuentos, puta homicidas & latrones. Ergo mundus non diligit, quod suum est, sicut nec Apostolos. Respondeo, dicendum est, quòd est reperire aliquid pure bonum: sed pure malum nihil inuenitur, cum subiectum mali sit bonum. Malum ergo culpæ fundatur in bono naturæ. Vnde nō potest aliquis homo esse peccator & malus, quin habeat aliquid boni. Sic ergo secundum malum quod habent, scilicet infidelitatem, pertinent ad mundum, & odiunt Apostolos, & eos qui de mundo non sunt. Sed secundum bonum quod habent, nō sunt de mundo, & odio habent eos qui de mundo sunt, scilicet fures: & latrones, & cætera huiusmodi: erant tamen aliqui in mundo bene viuentes, qui Apostolos diligebant, eorum facta approbando. Sed adhuc magis videtur dubium esse, quia ad mundum pertinet omne peccatum, & sic secundum quodlibet peccatum aliquis est de mundo. Sed videmus, quòd aliqui homines conuenientes in aliquo peccato, seinuicem odio habent, sicut superbi. Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, & auarus odit auarum. Vnde secundum Philosophum figuli conrixantur adinuicem. Mundus ergo odit mundum. Non ergo videtur verum esse, quod Dominus dicit. {Mundus, quod suum erat diligeret.} Responsio, dicendum, quòd duplex est amor, amicitiæ scilicet, & cōcupiscentiæ, sed differunt: quia in amore concupiscentiæ, quæ sunt nobis extrinseca, ad nos ipsos trahimus, cum ipso amore diligamus alia, inquantum sunt nobis vtilia vel delectabilia, sed in amore amicitiæ est econuerso, quia nosmetipsos trahimus ad ea quę sunt extra nos: quia ad eos quos isto amore diligimus, habemus nos sicut ad nosmetipsos, communicantes eis quodāmodo nosmetipsos. Vnde in amore amicitiæ similitudo est causa amoris. Non enim sic diligimus aliquem, nisi inquantum sumus vnum cum eo. Similitudo autē est vnitas quædam. Sed in amore concupiscentiæ siue sit vtilis, siue delectabilis, similitudo est causa separationis, & odij. Cum enim isto amore aliquem diligam inquantum est mihi vtilis, vel delectabilis, quicquid est impeditiuum vtilitatis seu delectationis, habeo odio contrarium. Et inde est, quòd superbi iurgantur adinuicem, inquantum vnus vsurpat sibi gloriam, quam alius amat, & in qua delectatur. Figuli etiam inquantum vnus trahit ad se lucrum, quod alius pro se volebat. Sed sciendum, quòd amor concupiscentiæ non est rei concupitæ, sed concupiscentis, propter hoc enim quis hoc amore aliquem diligit, inquantum est sibi vtilis vt dictum est. & ideo magis diligit in hoc se, quàm illum, sicut qui diligit vinum; quia est sibi delectabile, se potius, quàm vinum diligit. Sed amor amicitiæ est potius rei amatæ, quàm amantis: quia diligit aliquē propter ipsum dilectum, non propter ipsum diligentem. Sic ergo, quia in amore amicitiæ similitudo causa est amoris, dissimilitudo causa odij, inde est, quòd mundus odio habet, quod suum est, & sibi dissimile, & diligit, idest, dilectione amicitiæ, quod suū est. Sed de dilectione concupiscentię est econuerso. & ideo dicit. {Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret,} scilicet amore amicitiæ.

c Hic ponit causam, quare Apostoli habentur odio a mundo, quæ est dissimilitudo. Dicit ergo. {Quia vero de mundo non estis.} mentis scilicet eleuatione, quamuis sitis per originē. Supra 8. Vos de deorsum estis, &c. Et hoc quidem: quia eleuati estis a mundo non ex vobis, sed ex gratia mea: quia scilicet, {ego elegi vos de mundo.} Supra eodem. Ego elegi vos. {Propterea,} quia scilicet de mundo non estis. {odit vos mundus.} idest, mūdi amatores, vt eis dissimiles. Prouerb. 29. Abominantur iusti impios, &c. Et ibidem, Viri sanguinum oderunt, &c. Potest autem triplex ratio assignari, quare mundus odit sanctos. Prima est diuersitas cōditionis, quia scilicet mūdus in morte est: sed sancti sunt in statu vitæ. 1. Ioan. 3. Nolite mirari si odit vos mūdus, &c. Translati sumus de morte ad vitam, &c. & ideo dicit. Sapien. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum. Secunda ratio est displicentia correctionis. Nam sancti viri & verbis & factis mundi facta reprehendunt, & ideo mundus odit eos. Amos. 5 Odio habuerunt corripientem in porta. supr. 7. Me autē odit, scilicit mundus, quia testimonium perhibeo de illo, &c. Tertia ratio est inimicitas emulationis, quā mali inuident viris iustis, cum eos vidēt crescere & multiplicari in bonitate & sanctitate, sicut Aegyptij videntes crescere filios. Israel, habebant eos odio & persequebātur. Exod. 1. Et Gen. 27. dicitur, quòd videntes fratres Ioseph, q̄ cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, &c.

d Hic explicat rationes supradictas. Et primo primā quæ pertinet ad exēplū. Secundo secundā quæ pertinet ad causam odij. ibi. {Sed hęc oīa facient, &c.} Circa primum duo facit. Primo cōmemorat diuersitatem gradus sui ad discipulos. Secundo ostendit similitudinē sanctorū, ibi. {Si me pſecuti sunt, &c.} Diuersitas gradus Christi ad discipulos erat: quia ipse dñs erat, illi aūt serui. Vnde supra 13. dixit. Non est seruus maior domino suo. Hanc ergo diuersitatem cōmemorat dicens. {Memētote sermonis mei quem ego dixi vobis.} supr. 13. scilicet quòd non est seruus maior dño suo. Ergo non debet esse vobis indignum, si patiamini ea quæ passus est dñs noster, imo deberis vobis reputare hoc ad magnam gloriam. Vnde Mat. 13. discipulis petentibus sedere vnus ad dexteram, & alius ad sinistram dixit. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Eccl. 13. Gloria magna est sequi dominum. Matt. 10. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. Sed contra supra eodem dixit. Iā non dicam vos seruos, hic autem non est seruus, &c. Respōdeo: dicendum q̄ duplex est seruitus. Vna procedens ex timore seruili, scilicet pœnę. Et secundum hanc Apostoli non erant serui. Alia ex timore casto. et talis seruitus erat in Apostolis. Mat. 25. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, &c.

e Si ergo estis serui, & ego dominus, debetis esse contenti quòd ea fiant vobis quę facta fuerunt mihi. Me autem quidam cōtempserunt, & quidam receperunt. sup. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem, &c. Et vos similiter si aliqui contemnant, aliqui tamen honorabūt. Vnde dicit. {Si me

persecuti sunt,&c.} Vbi ponitur similitudo factorum, quia eadē est, ratio persecutionis quam exercebāt in discipulos, & in Christum, quia in discipulis Christum persequebantur. Act.9. In persecutione discipulorum Christus dicebat se persequi. Saule, Saule, quid me persequeris? Et ideo propter identitatem causæ sequitur consequentia. {Si me persecuti sunt, & vos persequent, &c.} Mat.13. Si patrem familias Belzebub vocauerunt, &c. De ista persecutione dicitur Matt.23. Ecce mitto ad vos sapientes, & scribas & ex illis, &c. Et similiter eadem rō est honorationis. & ideo dicit. {Si sermonem meum seruauerūt, & vestrum seruabunt.} quia verba vestra sunt mea verba. 2. Corinth. vlti. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Matth.10. Non enim vos estis qui loquimini, &c. Et ideo, Luc.10. dicit Qui vos audit, me audit. Quòd autē recepti sint, ab aliquibus Apostoli, & honorati, patet 1. Thessal.2. Et vos cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, &c.

f Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.

LECTIO VI.

SI non venissem, & eis locutus non fuissem, peccatum non haberent.

HIc explicat rationem consolationis quæ sumitur ex causa odij. Apostoli enim electi erant, & eleuati supra mundum inquantum erant effecti participes diuinitatis & cōiuncti Deo. & ideo mundus eos odio habebat, ex quo sequitur quòd potius Deum in eis, quàm ipsos mūdus odiret. Et huius odij causa erat quia non habebant veram Dei notitiam, scilicet per veram fidē, & deuotum amorem, aliàs si cognouissent eos Dei amicos, eos non fuissent persecuti. & ideo dicit. {Hæc omnia.} quòd odiunt, & persequuntur vos. {facient vobis propter nomen meum.} & ideo debet vobis esse gloriosum. 1. Petri.4. Nemo nostrum patiatur quasi fur aut homicida, &c. Non autem. {propter nomen meum.} quasi ipsum ament, sed quia ipsum odio habent. Sicut econtrario, vos patiemini propter nomen meū, quia ipsum amatis. Et hæc facient. {quia nesciunt eum qui me misit.} sup.8. Si me sciretis, & patrem meum vtique, &c. Nesciebant enim Deo esse acceptum, quòd Christo adhærerent. Sed attendendum, quòd hic loquitur de cognitione perfecta, quæ consistit in fide perficiente intellectum, & coniungente Deo affectum. De qua cognitione dicitur Hiere.9. In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me, &c. Sap.7. Nosse te, sensus est consummatus, &c.

b Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

c Qui me odit, & patrem meū odit.

d Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent.

LECTIO VI.

VPra, dominus tractans de persecutione quę discipulis à Iudæis superuentura erat rationem assignauit: quia nesciunt eum qui misit eum. Sed quia ignorantia excusare solet, ideo hic eos ostendit esse inexcusabiles. Et hoc dupliciter. Primo per ea quæ ipse personaliter circa eos fecit, & docuit. Secundo per ea quæ in eius absentia futura erant, ibi. { Cum autem venerit. } Circa primum duo facit, primo ostendit eos in excusabiles esse propter veritatis doctrinam. Secundo propter signorum euidentiam, ibi. {Si opera non fecissem.} Circa primum tria facit. Primo ostendit quis eis possit ad excusationem suffragari. Secundo ostendit eos hoc suffragio carere, ibi. { Nunc autem excusationem, &c. } Tertio ostendit ex qua radice procedit eorum persecutio, ibi. { qui me odit, &c. } Dicit ergo, quòd hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Et quidem de his excusari possent. { Si non venissem, & locutus eis non fuissem. } idest, non ostendissem me personaliter, & eos personaliter non docuissem {peccatum non haberent.} Sed contra Rom.3. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Sed dicendum, quòd non loquitur hic dominus de quocumque peccato: sed de peccato infidelitatis, quòd non credunt in Christum, quod anthomasice peccatum dicitur, quia isto peccato existente, nullum aliud peccatum remitti potest, cum nullum peccatum remittatur nisi per fidem Iesu Christi, per quam est iustitia, vt dicitur Rom.5. & ideo idem est quod dicit, {peccatum non haberent.} ac si diceret. Non imputarentur eis, quòd in me non credunt. Et hoc primo: quia fides est ex auditu. Roma.10. Vnde si non venisset, & locutus eis non fuisset, non potuissent credere. Nulli autem imputatur ad peccatum, si non facit quod nullo modo facere potest. Et si dicatur, quòd tenebantur & credere poterant etiam si Christus non venisset, cum fuerit eis annunciatum per prophetas. Rom.1. Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, &c. Respondendum est, q̄ nec ipsa verba prophetarum Iudęi per se credere, & intelligere poterant, nisi eis diuino auxilio ostenderentur. Dan.12. Clausi sunt, signatique sermones vsq; ad tēpus, &c. Vnde Act.8. dicebat eunuchus. Quomodo intelligere possum, nisi aliquis ostēderit mihi? Sic ergo si Christus non venisset, hoc peccatum, scilicet infidelitatis non haberent: quàmuis alia peccata actualia habuissent, propter quæ fuissent puniti. Et similis ratio est de omnibus illis ad quos prædicatio verbi Dei peruenire non potuit. Vnde non imputatur eis ad condemnationes, infidelitatis peccatum: sed priuati beneficio Dei propter alia eorū peccata actualia & originalia, damnabūtur. Sciendum autem quòd multis Christi aduentus, & doctrina cessit in bonum illis scilicet, qui eum receperunt, & sermonē suum seruauerunt, & multis ad malum illis, q̄ qui nec eū audire, nec ei credere voluerunt. I sa.8. Erit vobis in lapidem offensionis, &c. Luc.2. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum.

b SIc ergo posuit per quid ab infidelitate excusari possent, sed hoc excusationis suffragio carent, quia & eis personaliter se exhibuit Christus, & eos docuit. vnde dicit. { Nunc autem. } scilicet ex quo veni, & locutus sui. { excusationem non habent, } scilicet per ignorantiam. {de peccato suo.} Ro.1. Ita vt sint inexcusabiles, &c. Quòd autem ipsi cognouerint Christum, patet. Matth.22. Hic est hæres, venite occidamus eum. Sed cognouerunt eū esse Christum promissum in lege, non autem esse Deum: quia si hoc cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Non ergo est eis ignorantia ad excusationem: quia non ex ignorantia hoc fecerunt: sed hoc ex alia radice, scilicet ex odio, & certa malitia. Vnde subdit.

c QVasi dicat, non ignorantia, sed odium quod habuerunt ad me, est eis ad peccatum. Et hoc, quia redundat in odiū patris. Cum enim filius & pater vnum sint in essentia, veritate, & bonitate, & omnis cognitio alicuius sit per veritatem quæ in ipso est. Quicumque diligit filium, diligit & patrem, & quicūq; cognoscit vnū, cognoscit & alium, & qui odit filiū, odit patrem. Sed hic duplex quæstio. Prima, vtrum aliquis possit Deum odio habere. Ad quod dicendum, quòd Deum inquantum Deus est, nullus potest odio habere, cum Deus sit pura essentiam bonitatisquę cum sit secundum se diligibilis, impossibile est, q̄ secundum se ab aliquo odiatur. Vnde hæc est ratio, quare impossibile est, q̄ malus Deum videat. Impossibile est enim Deum videri, ab aliquo, quin diligatur. Qui autē Deum diligit, bonus est. Vnde hæc sunt incompossibilia, scilicet quòd aliquis Deum videat, & sit malus. Potest tamen aliquis Deum odio habere, secundum aliquid aliud, puta qui amat voluptatem, odit Deum vt prohibentem voluptatum fruitiones, & qui quærit immunitatē, odit Dei iustitiam punientem. Secunda quæstio est: quia nullus potest habere odio, quod ignorat. Iudæi autem ignorabant patrē. supr. eodem. Nesciunt eum qui me misit. Non ergo verum videtur. quod dicit {& patrem meum odit. } Sed dicendum secundū Aug. quòd aliquis potest aliquid diligere vel odire, quod nunquā vidit, neque secundum veritatem cognoscit, sed fama de eo bene seu male sermocinante. Sed hoc potest contingere dupliciter. Vno modo, quòd habeatur odio seu diligatur secundum ipsam eius personam, vel secundum id quod de eo narratur. Sicut si audiam aliquem esse furem, odio eum, non quia ipsam eius personam cognoscam, vel odiam, sed quia communiter odio omnē furem. Vnde si esset fur, & ego eum furem esse nescirem, haberem eum odio, nec tamen scirem me eum odire. Iudæi autem habebant odio Christum, & veritatem quam prędicabat. Vnde cum ipsa veritas, quam Christus prędicabat, esset in voluntate Dei patris, & opera quæ Christus faciebat, similiter sicut Christum, &c. & odio habebant patrem, licet ipsi nesciret illa esse in voluntate patris.

d HIc ostendit eos inexcusabiles esse per signorum euidentiā. Possent enim dicere, quòd ex verbis quæ contra eos dicit non conuincuntur, & ideo verba mirabilibus factis confirmat dicens. {Si opera non fecissem in eis, &c. } Et primo ostendit, quòd possent aliquatenus excusabiles esse. Secundo radicem peccati eorum ostendit. Tertio inducit auctoritatem. Secundum facit, ibi {Nunc autem viderunt, & oderūt, &c. } Tertium, ibi. {Vt impleatur, &c. } Circa primum ponitur duplex quæstio. Vna quæ est de veritate antecedentis, scilicet. { Si opera non fecissem, quæ nemo alius, &c. } Et quęritur, vtrum Christus fecerit aliqua bona opera in eis quæ nullus alius fecerat. Et videtur quòd non. Quia si dicatur, quòd Christus suscitauit mortuos, hoc & Helias, & Hæliseus fecerūt. Si Christ⁹ ambulauit supra mare, Moyses mare diuisit. Sed Iosue, quod maius est, fecit, scilicet solem stare. Inconuenienter ergo videtur Christus eos arguere, nec videtur consequentia habere veritatem. Respōsio, dicendū secundū.

e Nunc autē & viderūt & oderunt, & me & patrem meum.

f Sed vt adimpleatur sermo q̄ in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

g Cum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritū veritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Aug. quòd Dominus non loquitur hic de quibuscunque miraculis factis in eis, idest, in conspectu eorum, sed de factis in eis, i. in personis eorum. Nam in curatione infirmorum nullus tantum in eis fecit quantum Christus, quamuis etiam & in alijs similiter. Quia nullus homo alius factus est Deus, & nullus natus de virgine nisi Christus. Fecit ergo in eis opa quę nullus alius fecit in curatione infirmorum. Et hoc in tribus. Primo quidē in magnitudine, qa mortuum quatridianum suscitauit. Secundo natum illuminauit, quòd a sęculo non est auditum, vt dicitur supr.9. Secundo in multitudine, quia omnes quotquot male habebant curabat, vt dicitur Matth.14. quòd nullus alius fecit. Tertio in modo, qa alij faciebant inuocando, ostendentes se non propria virtute facere, sed Christus faciebat imperando, quia propria virtute. Marci 1. Quæ est hæc doctrina noua: qa in virtute & potestate, &c. Sic ergo licet alij mortuos suscitarent, & alia miraculosa facerēt, quæ Christus fecit, non tamen eo modo, nec propria virtute vt Christus. Similiter quod dicitur de statione Solis minus est, eo quòd Christus moriens lunam retrocedere fecit, & totū cursum firmamenti mutauit vt Dionysius dicit. Secunda quæstio est de veritate conditionalis. Vtrum scilicet, si Christus non fecisset in eis opera quæ nemo alius fecit, immunes essent a peccato infidelitatis. Responsio, dicendum, si nos loquamur de quibuscunque miraculis, haberent excusationem, si in eis facta non fuissent p Christum. Nullus enim potest ad Christum venire per fidem nisi tractus. supr.6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me, traxerit eū. Et ideo Can.1. dicit sp̄ōsa. Trahe me post te, &c. Vnde si nullus esset qui eos traxisset ad fidem, excusabiles essent de infidelitate. Sed est attendendum, quòd Christus attrahit verbo, signis visibilibus, & inuisibilibus, scilicet monendo & instigando interius corda. Prouerb.21. Cor Regum in manu Dei. Est ergo opus Dei instinctus interior ab bene agendum. & qui ei resistunt, peccāt, aliàs frustra dixisset Stephanus Act.7. Vos semper spiritui sancto restitistis. Et Isa.50. Domin⁹ aperuit mihi aurem, scilicet cordis. Ego autem non contradico. Est ergo hoc, qd̄ Dominus dicit. { Si opera non fecissem, &c. } Intelligendum nō solum de visibilibus, sed etiam de interiori instinctu & attractu doctrinæ, quæ quidem si in eis non fecisset, peccatum non haberent. Sic ergo patet quomodo excusari possent, per hoc scilicet, si in eis non fecisset opera miraculosa.

e HIc ostendit ex qua radice peccatum infidelitatis incurrerent, scilicet ex odio, propter quod operibus visis non credebant. Vnde dicit. { Nunc autem viderunt, } scilicet opera quę in eis fecit {& oderūt me, & patrem meum. { Pro.1. Eo q̄ exosam habuerunt disciplinam, &c. Et sicut Greg. dicit, sunt nonnulli in Ecclesia qui non solum bona non faciunt, sed etiam persequuntur. & quæ ipsi facere negligunt, etiam in alijs detestantur, horum peccatum non ex infirmitate, aut ignorantia, sed, ex solo studio perpetratur.

f QVia posset dicere. Si ita est, quòd Iudæi oderunt te & patrem tuum: quare in eis miracula facis? Ideo respondet dicit, q̄ hoc facit {vt impleatur sermo, &c. } Sed hic dubitatur de hoc, quòd cum scriptum sit in Psalmis: dicit quòd in lege eorum scriptum est. Ad quod dicendum est, quòd lex in scriptura accipitur tripliciter. Quandoque enim communiter pro toto veteri Testamento. Et sic accipiūtur hic: quia tota doctrina Veteris Testamenti ordinatur ad obseruantiam legis. Mat. vlt. Memento re mei, &c. Quandoque sumitur secundum quòd diuiditur cōtra Agyographa & Prophetas. Luc. vlt. Oportet impleri omnia quę scripta sunt in Prophetis & lege, scilicet Moysi & Psalmis, quibus etiam numerantur Agyographa. Quandoque autem sumitur lex prout diuiditur solū contra Prophetas. Et tunc Agyographa numerantur cum Prophetis. Dicit ergo { vt impleatur, sermo qui in lege eorū, } idest, in Psal.14. { scriptus est: quia odio habuerunt me gratis, } idest, non propter commodum cōsequendum, vel incommodum vitandum, propter hoc enim homo aliqua odit quæ non fuerunt in Christo, imo dabat eis occasionem amoris sanans & docēs eos. Act.5. Pertransiens benefaciebat, &c. Hie.32. Nunquid redditur pro bono malum, &c. Hiere.2. Quid iniquitatis inuenerunt in me patres vestri? &c.

g HIc ostendit, quòd nō sunt excusabiles propter ea quæ post eum superuentura erant, quia habituri erant alia testimonia scilicet spiritus sancti, & etiam Apostolorum. Et primo ponit id quod superuenturum erat ex parte spiritus sancti. Secūdo id quod futurum erat ex parte Apostolorum, ibi. { Et vos testimonium perhibebitis, &c. } Quantum ad spiritum sanctum quatuor tangit. Primo quidem libertatem. Secundo suauitatē. Tertio processionem. Quarto operationem. Libertatem quidē seu potestatem cum dicit. { Cum venerit, &c. } Ille enim proprie venire dicitur, qui sponte & propria auctoritate vadit, & hoc conuenit spiritui sancto, qui vbi vult spirat. supr.3 Sapien.7. Inuocaui, & venit in me, &c. Hoc ergo, quod dicit { mittam, } non coactionē designat, sed originem. Suauitatem tangit cum dicit {paraclitus, } idest consolator. Nam cū sit amor Dei, facit nos terrena contemnere, & Deo adhærere. Vnde dolorem & tristitiam de nobis excludit, & gaudium de diuinis ministrat. {Galat.4. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax. Act.9. Ecclesia replebatur consolatione spiritus sancti, &c. Tertio ponit processionem spiritus sancti, duplicem. Primo quidem temporalem, cum dicit. { Quem ego mittam vobis à patre, &c. } Vbi sciendum est, quòd spiritus sanctus mitti dicitur, non quasi locum mutans, cum ipse impleat orbem terrarum vt dicitur Sap.1. Sed quia nouo modo per gratiā incipit habitare in eis quos templum Dei facit. 1. Cor.3. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Nec est contrarium, quòd spiritus sanctus dicitur mitti, & venire. Nam in hoc, quòd venire dicitur, manifeste apparet maiestas diuinitatis ipsius, qui operatur prout vult. 1. Cor.12. Dicitur autem mitti vt ostendatur processio ipsius ab alio. Quòd enim creaturam rationalem inhabitando sanctificet, ab alio habet, à quo habet vt sit, sicut filius ab alio habet quicquid operatur. Est etiam attendendum, q̄ missio spiritus sancti cōmuniter est a patre & filio. Quod signatur Apoc. vlt. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, idest, spiritum sanctum procedentē a sede Dei & agni, idest, Christi. Ideo circa missionem spiritus sancti facit mentionem de patre & filio a quibus æquali, & eadem virtute mittitur. & ideo quandoque introducit patrem mittentem, non tamen absque filio. Sicut supra 14. Paraclitus autem spiritus sanct⁹, quem mittet pater in nomine meo. Quandoque autem introducit seipsum mittentem non sine patre, sicut hic cum dicit {quem ego mittam vobis à patre. } quia scilicet filius, quicquid operatur habet à patre. sup.5. Non potest filius a se facere quicquam. Secundo ponit processionem æternam, vbi similiter spiritum sanctum ostendit pertinere ad filium cum dicit. {Spiritum veritatis. } Ipse enim est veritas. supr.14. Ego sum via, veritas, & vita. Et ad patrem cum dicit {qui à patre procedit, } Sic ergo quod dicit { spiritum veritatis. } idem est, ac si diceret spiritum filij. Galat.4. Misit Deus spiritum filij sui in corda, &c. Et quia hoc nomen spiritus quandam impulsionem importat. Omnis autem motus habet effectū conuenientem suo principio. sicut calefactio facit calidum, consequēs est vt spiritus sanctus eos in quos mittitur similes facit ei, cuius est spiritus. & ideo cum sit spiritus veritatis docet omnem veritatem. infr.16. dicitur & Iob 31. Inspiratio omnipotētis dat intelligentiam. Et similiter quia est spiritus filij, facit filios. Roma.8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Dicit autem spiritum veritatis, ad differentiam spiritus mendacij. Isa.19 Dominus miscuit in medio Aegypti spiritum erroris. 3. Reg. vltimo. Egrediar, & ero spiritus mendax, &c. Sed quia dicit {qui a patre procedit. } & non addit a patre & filio, dicunt, Græci q̄ spiritus sanctus non procedit a filio, sed solum a patre, quod omnino esse non potest. Non enim posset spiritus sanctus distingui a filio nisi vel ipse procedat a filio, vel ecōuerso filius abeo, quod nullus dicit. Non enim potest dici, q̄ in diuinis personis, quæ sunt omnino immateriales & simplices, sit materialis distinctio, quę est secundum diuisionem quantitatis cui substat materia. Vnū oportet quòd distinctio personarum diuinarum sit ad modum distinctionis formalis quam oportet esse secundum aliquam oppositionem. Nam quæcunque formę non oppositæ se compatiuntur ad inuicē in eodem, nō diuersificāt suppositū, sicut album & magnum. Vnde in diuinis personis: quia innascibilitas & paternitas non opponuntur, pertinent ad vnam personam. Si igitur filius & spiritus sanctus sunt p̄sonæ distinctæ procedentes a patre, oportet q̄ aliquibus proprietatibus oppositionis distinguantur, non autem oppositis secundum affirmationem, & negationem, aut secundum priuationem & habitum, quia sic filius, & spiritus sanctus se haberent adinuicem sicut ens & non ens, & sicut p̄fectum & priuatum, quod repugnat æqualitati ipsorum, nec etiā secundum oppositionem contrariorum, quorum vnus est perfectius altero. Vnde relinquitur, quòd per solam oppositionem relationum distinguantur spiritus sanctus a filio. Hęc autem oppositio non potest nisi ex hoc esse, quòd vnus eorum refertur ad alterū. Nam diuersæ relationes duorum ad aliquod tertium, nō directe sibi

sibi opponuntur nisi forte ex consequenti per accidens. Vnde relinquitur ad hoc quòd distinguat spiritussanctus a filio, oportet attribui eis oppositas relationes, quibus adinuicem opponantur. Nec possunt aliæ inueniri, nisi relationes originis, secundum quod vnus est ab alio. ergo impossibile est supposita trinitate personarũ, quin spiritussanctus sit à filio. Dicunt autẽ quidam quòd spiritussanctus, & filius distinguuntur secundum differentiam processionum, inquantum filius est a patre nascendo, & spiritussanctus procedendo. Sed adhuc redit eadem quæstio, quę oritur ex opinione præmissa: quomodo differant hæ duę processiones. Nõ enim potest dici, quòd distinguatur p diuersa per generationẽ, accepta. Sicut generatio hominis & equi differunt secundum diuersas naturas communicatas. Eandem enim diuinam naturam accipit filius à patre nascendo, & spiritussanctus procedendo. Vnde relinquitur, quod solum secundum ordinem originis distinguantur, inquantum scilicet natiuitas filij est principium processionis spiritussancti. Vnde si spiritussanctus non esset à filio nec distingueretur à filio, nec processio à natiuitate. Vnde etiã Græci aliquem ordinem constituerunt filij & spiritussancti. Dicunt.n. spiritumsanctum esse filij & filium operari per spiritumsanctum: sed non conuersõ. Et aliqui etiam concedunt, quòd spiritussanctus est a filio, nolunt tamen concedere quòd spiritussanctus procedat à filio. Sed in hoc manifeste proteruiunt (Vtimur.n. verbo processionis in omnibus, quæ quocunque modo sunt ab alio.) Et ideo hoc verbum ratione communitatis est accommodatum ad signandum existentiam spiritussancti a filio, quæ non habet exemplum in creaturis, ex quo posset assumi aliquod proprium nomen eius, sicut accipitur nomen generationis filij. Non enim in creaturis inuenitur aliqua persona procedens per modum voluntatis, vt amor. Sicut inuenitur aliqua persona procedens per modum naturæ, vt filius. & ideo quocunque modo habeat ordinem spiritussanctus ad filium, potest concludi quod ab eo procedat. Dicunt tamen aliqui Græcorum, quòd non est dicendum spiritumsanctum procedere à filio: quia hęc præpositio, a vel ab, apud eos designat principium non de principio, quod conuenit soli patri. Sed hoc non cogit, quia filius cum patre est vnũ principium spiritussancti, sicut etiam creaturarum, quamuis autem filius habeat à patre quòd sit principium creaturarum, tamen dicuntur creaturæ esse a filio. Vnde eadem ratione potest dici, q̃ spiritussanctus procedat à filio. Nec obstat quod hic dicitur {qui a patre procedit.} Non autem a patre & filio, quia similiter dicitur {quem ego mittam.} & tamen intelligitur pater mittere per hoc quod additur {à patre.} ita & per hoc quod additur {spiritũ veritatis} idest, filij, intelligitur quòd a filio procedit. Semper.n. vt dictum est, coniungitur filius patri, & econuerso circa processionem spiritussancti. Et sic diuersõ modo loquendi ad designandum distinctionem personarum. Quarto ponit operationes spiritussancti cum dicit {Ille testimonium perhibebit.} Et hoc tripliciter. Primo quidem instruendo discipulos, & fiduciã eis præbendo ad testificandum. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, &c. Secundo suam doctrinam communicando credentib⁹ in Christum. Heb. 2. Contestante Deo signis & prodigijs, & varijs spiritussancti distributionibus. Tertio emolliendo audientiũ corda. Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Vltimo ponit quod futurum erat ex parte discipulorum cum dicit. {Et vos testimonium perhibebitis, &c.} spiritusancto inspirati. Act. 1. Eritis mihi testes, &c. Et de hoc duplici testimonio dicit. Act. 5. Nos huius rei testes sumus, & spiritussanctus, &c. Et addit testimonij idoneitatem cum dicit {quia ab initio mecum estis.} scilicet prædicationis, & operationis miraculorum, vt possent testari de visu & auditu. secundum illud. 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, &c. Ex quo etiam potest accipi, quòd Christus non fecit miracula in pueritia, vt in quibusdam apocriphis habetur: sed solum ex tunc, ex quo discipulos congregauit, &c.

LECTIO PRIMA.

Vpra consolatus est Dominus discipulos quibusdam rationibus de suo recessu, & de persecutionibus & tribulationibus eis superuenturis. hic easdem rationes manifestius explicat. Et primo ponitur rationum explicatio supra positarum. Secundo insinuatur effectus explicationis in discipulis, ibi. {Dicunt ei discipuli. Ecce nunc palam loqueris. &c.} Dominus autem, si bene considerentur ea quę in superioribus duobus capitulis dicta sunt, discipulos consolari intẽdebat de duobus. De recessu suo, & tribulationibus eis superuenturis. Et rationes ad hæc duo, hic explicat ordine retrogrado. Cuius ratio est, quia cum recessus suus statim immineret, nec ad huc eis tribulationes superuenturas prænunciauerat. Ideo primo consolatus est eos de recessu. Sed quia iam ex prænunciatis eis tribulationibus, videbantur magis affici ad tribulationes, q̃ ad recessum Christi, ideo hic primum cõsolatur eos de his tribulationibus superuenturis. Secundo de recessu suo, ibi. {Et nũc vado ad eũ, &c.} Circa primum tria facit. Primo manifestat suam intentionem. Secundo prænunciat discipulis tribulationum persecutionem, ibi. {Absque synagogis facient vos, &c.} Tertio subdit persecutionis rationem, ibi. {Et hæc facient vobis} Dicit ergo, Dixi quòd Iudæi oderunt me & vos: quia non cognouerunt eum qui me misit, &c. Et sunt inexcusabiles. Et spiritussanctus & vos testificabimini cõtra illos. Sed {hæc} omnia ideo {loquutus sum vobis, vt non scandalizemini,} idest, vt cum venerint tribulationes quas prænuncio vobis, sitis absque scandalo. Et merito post promissionem spiritussancti scandalum prohibet, quia spiritussanctus est amor. Amor autem Dei diffusus in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis, omne propellit scandalum. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scãdalum. Amicorum autem est negligere damnum propter amicũ, vt dicitur Prouerb. 12. Amicis ergo Dei non est scandalum, pœnas, & damna pati pro Christo. Quia vero ante mortem Christi discipuli spiritumsanctum non acceperũt, ideo in passione Christi scandalizati sunt. infra. Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Sed post aduentum spiritussancti omnino absque scandalo fuerunt.

b Sed possent dicere discipuli. Nunquid est nobis materia scandali? imo quia tribulationes multæ superuenient nobis. Et primo quidem exclusionis. Secundo interfectionis. Exclusionis quidem a consortio Iudæorũ. Vñ dicit. {Absque synagogis, &c.} supr. 9. Iam conspirauerant Iudæi vt si quis confiteretur ipsum esse Christum, extra synagogam fieret. Et hoc intantum inualuit quòd aliqui ex principibus in Christum credentes timebãt propter hoc publice confiteri, vt habetur. supr. 12. Hanc exclusionẽ prænunciat Luc. 6. Beati eritis cum vos oderint homines, & eiecerint nomen vestrum, &c. Sed nunquid malum erat Apostolis extra synagogam Iudæorum fieri, cum ipsi essent ab ea recessuri? Ad quod dicendum secundum Augustinum, quòd in hoc erat eis tribulatio: quia per hoc dabat Dominus intelligere, quòd Iudæi non erant recepturi Christum. nam si Christum recepissent, eadem fuisset synagoga Iudæorum & ecclesia Christi, & qui conuerterentur ad Ecclesiam Christi, conuersi ad synagogam Iudæorum fuissent. Interfectionis autem. {Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, &c.} Hæc quidem verba possunt accipi quasi in consolationem discipulorum dicta, vt ly {sed} accipiatur aduersatiue. Vt sit sensus, quasi consolari debetis ex hoc, quod vobis facient. {Sed venit hora, &c.} Sed qualis consolatio poterat eis esse? hęc scilicet, vt omnis qui interficeret eos, arbitraretur se obsequium præstare Deo. Ad quod dicendum ſm Aug. quòd p hoc quod dixerat. {Absque synagogis, &c.} dabatur intelligi, q̃ illi qui conuerterentur ad Christum, statim a Iudæis occidendi erant. & ideo ad eorum consolationem dicit eis Dominus, q̃ tam multos Christo acquisituri erant, expulsi de Iudæorum cõgregationibus, vt eos extirpare non possent. Et propter hoc mortem eis intentare studerent, ne omnes ad nomẽ Christi sua prædicatione conuerterent. Vel dicendum, quòd in hoc prædixit eis tribulationem interfectionis. Dicit autem {arbitretur obsequiũ se præstare Deo.} Non Dijs, vt det intelligere hoc dici solum de persecutione Iudæorum. Mat. 23. Ecce ego mitto ad vos sapientes. nam Martyres Christi occisi sunt a Gentilibus, non tñ illi arbitrati sunt Deo, sed Dijs suis solum obsequium se præstare. Ideo autem Iudæi Christi prædicatores occidentes, putabant Deo se præstare obsequium, quia zelum Dei habebant, sed non secundum scientiam. Credebant enim, quòd defereret Deũ Israel quicumque conuerteretur ad Christum. De ista interfectione dicitur in Psal. 43. Propter te mortificamur tota die. Rationem dictorum assignat dicens.

c Et primo rationem futuræ persecutionis. Secundo rationẽ prænunciationis, ibi. {Sed hęc locutus sum vobis.} Dicit ergo. Persequentur vos. {Et hæc facient vobis, } non propter zelum veritatis, {sed quia non nouerunt patrem, } inquantum scilicet est pater, {neque me, } filium suum. supra. 8. Si me scieritis, & patrem meum forsitan, &c. 1. Thimoth. 1. Qui prius fui blasphemus & persecutor, &c. Ignorãs feci, &c. Sed posset dici q̃ per ignorantiã fidei Iudæi vos sunt persecuturi, quare ergo prædixit vobis? Et ideo cum dicit.

d Primo ponit causam prænunciationis. Secundo causam dilationis ad prænunciandum, ibi. {Hæc autẽ ab initio, &c.} Dicit ergo. ideo autem. {Hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, &c.} Hora aliquorum venire dicitur, qñ possunt implere, qd̃ desiderant, & facere quod volũt. Sapien. 3. Non præteriat vos flos temporis, s. apti ad voluptates exercendas. Hora ergo Iudęorũ nunc veniet quando poterũt exercere persecutiones in nobis. Sed hæc est hora nocturna. Lucæ. 22. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ, &c. {Reminiscamini quia ego dixi vobis.} Quod quidem ad duo valet. Quia scilicet quando recordati sunt in tribulationibus existentes, q̃ eas Christus prædixerat eis, cognouerunt eius diuinitatem, & magis confisi sunt de eius adiutorio. Item per hoc, q̃ aliquis præuidit tribulationes sibi imminentes, minus affligitur, quia præuisa iacula minus feriunt. Et rationem huius assignat Tullius in libro de Tusculanis quæstionibus. Bona enim & mala tẽporalia quanto magis cognoscuntur, tanto minora reputantur. Diuitiæ enim maiores reputantur a non habentibus eas, q̃ ab eisdem met, postquã habentur. Similiter etiam tribulationes antequam habeantur magis timentur, & contristatim creduntur antequam superueniant, quàm postquam superuenerunt, & præsentes sunt. Malum autem qñ præmeditatur efficitur quasi præsens, & ex ipsa præsentia minus reputatur. vnde dicit, q̃ sapiens ex præmeditatione potest accipere consolationem de tristitia superuentura, quã aliqui recipiunt assiduitate tristitiæ imminẽtis. Sic ergo duplici de causã eius tribulationes prænunciat ad spem eorũ sublenandam de eius adiutorio. Et ad tristitiam minuendam.

e Hic assignat causam, quare non ante eis prædixit hanc, scilicet {quia vobiscum eram.} Quod potest referri ad duo prædicta. Primo ad sublenãdam spem. Nam cum vobiscum erã, de meo adiutorio confisi non dubitabatis, modo autem qñ videbitis me mori, dubitare poteritis de mea potestate. Et ideo necessarium est vt pronunciem futura per quæ cognoscatis meam diuinitatem & potestatem. vel potest referri ad secundum. vt sit sensus. {Vobiscum eram, {protegẽs vos, & totum pondus super me suscipiens. infra 17. Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti mihi. Sed q̃ recessurus sum a vobis totum pondus tribulationis remanebit vobis. Et ideo oportet vt non sint vobis improuisę. Sed videtur, q̃ Dominus ante hanc horã prædixerat, quia alij tres Euangelistæ narrant Dñm ante hoc tempus prædixisse discipulis, q̃ tradendi essent ante Reges & præsides, & in synagogis Iudæorum flagellandi. Sed dicendum, q̃ hoc non contrariatur huic, quod Dominus dicit. {Hæc vobis ab initio non dixi.} quia illi dicunt Dominum hoc dixisse in monte Oliueti, quod fuit imminente passione tribus diebus antequam ventum est ad cœnam. vnde hoc quod dicit {ab initio,} non refertur ad tempus passionis, sed ad tempus quo primo fuit cum discipulis. Augu. dicit. Sed contra hoc est, quod Matthæi 10. dicitur, quòd Dominus prænunciauit discipulis tribulationes superuenturas, non solum imminente passione, sed ab initio electionis eorum. Ecce inquit, mitto vos sicut oues in medio luporum, &c. Et ideo dicendum, quòd hoc quod dicit {ab initio,} nõ est intelligendum solum de tribulationibus superuenturis, sed de aduentu spiritussancti, quem nõ prænunciauit eis ab initio, vt Augustinus dicit. Vel dicendum secundum Chrysosto. quòd intelligendum est de tribulationibus. Et tunc quod dicit {ab initio,} dicit propter duo, quæ hic eis de nouo prædixit. Vnum scilicet, q̃ essent passuri tribulationes a Iudæis, quod eis ante non dixerat. sed solum a Gentibus, vt patet Matt. 10. Aliud, quod supra prædixit eis, q̃ flagella passuri essent. Hic autem addit vnũ, q̃ maxime poterat eos accontistos facere, s. q̃ mors eorum reputaretur Iudæis obsequium.

LECTIO II.

Vpra explicauit Dominus rationes consolatorias cõtra tribulationes discipulis superuenturas, hic explicat rationes consolatorias de recessu suo. Consolatus est autem eos Dñs de recessu suo triplici rõne. Primo ratione accessus eorum ad patrem quem promittebat, vnde dicebat. Non turbetur cor vestrum. In domo patris mei, &c. Secundo ratione paraclti quem missurus erat. vnde dicebat. Et ego rogabo patrem, &c. Tertio ratione iteratæ suæ visionis, quã asserebat. Non relinquãm inquam, vos orphanos. Veniam ad vos. Has autẽ tres rationes explicat hic, sed ordine retrogrado. Et primo promissiones spiritus paraclti. Secundo iteratam sui visionẽ ibi. {Modicum & iam nõ videbitis me, &c.} Tertio introductionẽ ad patrem, ibi. {Et illo die me non interrogabitis.} Circa primũ duo facit. Primo præmittit necessitatẽ consolationis. Secundo ponit eã, ibi. {Sed ego vertatẽ dico, &c.} Circa primũ duo facit. Primo prænũciat suum recessum. Secũdo ostendit hui⁹ prænunciationis effectũ ibi. {Sed quia hæc locut⁹ sum vobis, &c.}

Recedit ergo ad patrem vadens. Et ideo dicit vobiscum eram vsque modo. {Sed nunc vado ad eum qui me misit, } idest, patrem. Quod quidem perfectionis est. Tunc enim vnaquæque res perficitur cum ad suum principium redit. Thob. 12. Tempus est vt reuertar, &c. Eccle. 5. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Ibat quidem secundum humanitatem ad eum, apud quẽ ab æterno erat secundum diuinitatem. Et hoc diffusius expositum est in præcedentibus. Sed addit. {Nemo ex vobis interrogat me quo vadis?} Sed quid est hoc, quod dicit. Nonne Petrus interrogauit supra 13. Domine quo vadis? Et Thomas supra 14. Nescimus quo vadis. & ideo huic quęstioni rñdet Chryso. & Augu. sed aliter & aliter Chryso. enim dicit, q̃ discipuli audientes, q̃ deberẽt interfici, & absque synagogis fieri, ita tristati & attoniti facti sunt, vt quasi obliti de recessu Christi, & locutionẽ amittentes, cum de suo recessu non interrogarent. Vnde subdit. Sed hæc locutus sum vobis, &c. Et sic Dominus dicens {& nunc vado, &c.} potius increpat secundum Chryso. Et hoc non interrogabant, Deut. 32. Interroga patrem tuum, &c. Eccl. 6 Inuestiga illam. Augu. autem vult quòd hoc quod dicit. {Nunc vado, &c.} non sit pro illo instanti quo loquebatur. sed pro tempore quo ascensurus erat in cœlum, quasi diceret. Superius interrogastis me quo iem: sed nunc ita vado, quòd non est necesse vt aliquis vestrum interroget me quo vadis? Quia vt dicitur Actuum primo. Videntibus illis eleuatus est.

b Hic ponitur tristitia quæ est effectus prænunciationis secundum Chrysost. Sed secundum Augu. tristantur de recessu. Gaudebant enim de præsentia Christi quodammodo carnali affecti ad humanam eius speciem. Sicut homo delectatur de præsentia amici. & ideo de recessu eius tristabantur. Psal. 29. Ad vesperam, scilicet passionis demorabitur fletus in Apostolis, & ad matutinum resurrectionis lætitia. Sed quia humanum est, quòd tristitia cor tangat. vitiosum autem quod cor impleat, quia per hoc ratio turbatur. ideo quasi arguens dicit {tristitia impleuit cor vestrum.} Ecclesiastic. 30. Non des tristitiam animæ tuæ, supra 14. Non turbetur cor vestrum.

c Hic ponitur ratio consolationis quæ est promissio spiritussancti. Et primo promittit spiritumsanctum. Secundo prænunciat eius effectum, ibi. {Et cum venerit ille, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit recessus sui necessitatem. Secundo recessus vtilitatem. Dicit ergo, tristitia impleuit cor vestrum scilicet de recessu meo: ideo est magis vobis gaudendum. quia {expedit vobis vt ego vadam.} desit, valde vobis est necessariũ. quia {si abiero, paraclitus non veniet ad vos.} Item est vobis fructuosum & vtile. Quia {si abiero mittam eum ad vos.} scilicet spiritũ sanctum. Sed nunquid non potuisset Christus dare spiritum viuens in carne? Dicendum quòd sic: quia etiam super eum baptizatum spiritussanctus in specie columbæ descendit, & nunquam ab eo recessit, quem ab instanti suæ conceptionis tenet, vt non ad mensuram. Sed noluit eum dare discipulis existens cum eis, quadruplici ratione. Primo propter eorum indispositionem. Nam spiritusancto cum sit amor spiritualis contrariatur amor carnalis. Discipuli autem quodam carnali amore afficiebãtur ad Christi humanitatem, nec dum eleuati erant spirituali amore ad eius diuinitatem. & ideo nondum capaces erant spiritussancti 1. Corinth. 5. Ex hoc iam neminem secundum carnẽ nouimus, idest, secundum carnis affectum, & si cognouimus secundum carnem Christum, scilicet ante passionem, sed nunc iam non nouimus. Secundo propter diuini auxilij conditionem quod maxime adest in necessitatibus. Psal. 9. Adiutor in opportunitatibus. Et rerum. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Quamdiu autem Christus erat cum eis, sufficiens adiutorium erat cum eis: sed eo recedẽte multis tribulationibus exponebantur, & ideo datus est eis statim alius consolator, & adiutor. Vnde signanter dicit. Et alium paraclitum dabit vobis. Isa. 39. Quem docebit scientiam, ablactatos

CAPVT XVI.

LECTIO PRIMA.

Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.

b Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

c Et hęc facient vobis, quia nõ nouerunt patrem, neque me.

d Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, q̃ ego dixi vobis, e Hęc autẽ vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.

LECTIO II.

Et nunc vado ad eũ, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? b Sed q̃ hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. c Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos.

a lacte, aulsos ab vberibus. Tertio ex dignitatis Christi consideratione. nam vt Augustinus dicit in ca. 9. de Trinitate. Christus inquantum homo non habet q̃ det spirtum sanctũ, sed inquantum Deus. Quando autem cum discipulis erat videbatur esse quasi homo vnus ex eis. Ne ergo videretur q̃ homo esset, quida ret spiritum sanctũ, ideo ipsum ante ascẽsionem suam nõ dedit. supra 9. cap. Non dum erat spiritus datus, quia nondũ, &c. Sap. 9. Emitte illam a sede magnitudinis tuę. Quarto propter vnitatem ecclesiæ cõseruandam. nam vt supra 4. habetur. Ioannes signum fecit nullum. quod ideo fuit ne populus diuideretur a Christo, & vt euidentior appareret eminentia ad Ioannem. Discipuli autem ipso spiritu replendi erant, vt etiam opera maiora facerent, quam Christus fecit. supra 14. Et maiora horum faciet. & ideo si ante passionem fuisset eis datus, potuisset verti in dubium apud populum quis esset Christus, & sic fuisset in eo diuisio. Psalm. 67. Ascendens in altum, dedit dona hominibus, &c. Sed secundum Chrysostomum potest hic sumi argumentum contra Macedonianos dicentes spiritum sanctum esse creaturam, & ministrum patris & filij. Si enim sic esset, non esset sufficiens consolatio de recessu Christi aduentus spiritus sancti. Sicut non esset sufficiens consolacio de recessu Regis, si daretur vnus de ministris suis loco eius. Quia ergo spiritus sanctus æqualis est filio, ideo dominus eos per promissionem spiritus sancti consolatur. Sed si æquales sunt filius & spiritus sanctus, quare expedit q̃ filius recedat vt veniat spiritus sanctus? Ideo scilicet, quia recedebat corporaliter, ac simul cum spiritu sancto veniebat inuisibiliter. Si enim filius habitasset inuisibiliter, & diceret, expedit vt recedam, quia veniet spiritus sanctus, vtique maior eo spiritus sanctus reputaretur, &c.

LECTIO III.

Vpra consolatus est Dñs Apostolos per promissionẽ spiritus sancti. hic ostendit vtilitatem quam spiritus sanctus aduenienS affert eis. Et ponit triplicem vtilitatem. Vnam ex parte mundi. Aliam ex parte discipulorum. Et tertiam ex parte Christi. Ex parte quidem mundi, quia spiritus sanctus aduenienS mundum arguet. Et ex parte discipulorum, quia eos instruet, ibi. } Adhuc multa habeo vobis dicere, &c. } Ex parte Christi, quia ipsum clarificabit, ibi. { Ille me clarificabit, &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit vtilitatem aduentus spiritus sancti quantum ad mundum. Secũdo exponit eam, ibi. { De peccato quidem, &c. } Dicit ergo, expedit vobis vt ego vadam, quia mittam spiritum sanctum ad vos. { Et cum venerit, ille arguet, &c. } Quod dupliciter legitur. Vno modo secundum Augustinum, alio modo ẽm Chrysostomum. Secundum Augustinum quidem hoc modo, { Cum venerit }. s. spiritus sanctus. { ille arguet }. i. reprehendet { mundum. } Prouer. 9. Argue sapientem & diliget te. Sed numquid nõ etiam Christus arguit mundum? Arguit quidẽ, supra 8. Ex parte diabolo estis, & Matt. 23. Multa contra Pharisęos, & Scribas dicens. Quare ergo dicit. Ille arguet: quasi ipse non arguerit. Sed forte diceret aliquis quòd Christus solos Iudęos arguit, spiritus autem sanctus in discipulis, & per discipulos arguit totum mundum. Sed huic contrariatur, q̃ Christus loquitur in Apostolis, & per Apostolos sicut spiritus sanctus. 2. Cor. vlt. Experimẽtum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et ideo dicendum quòd dixit { ille arguet mundum. } qui inuisibiliter penetrãs corda vestra diffundet in eis charitatem, qua timore depulso arguendi habebitis potestatem. Quamdiu enim discipuli carnaliter ad Christum affiebantur, spiritus sanctus non erat in eis, vt dictum est, eo modo quo postea fuit. Et ideo non erant ita audaces, sicut post eius aduentum fuerunt. Psal. 32. Spiritu oris eius omnis virtus eorum, scilicet Apostolorũ. 2. Philippen. 24. Spiritus dñi induit Zachariam. { ille } etiam { arguet mundum. } quia corda quæ ante mundana fuerant, replens fecit quòd ea se reprehenderent. Iob 13. Arguam vias meas coram illo, &c. Et hoc facit spiritus sanctus. Psal. 50. Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Sed de quo arguet? De tribus { De peccato } quod commiserunt. Isaiæ 58. Annuncia populo meo scelera eorum, &c. Et hoc Apostoli fecerunt. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ. Item { de iustitia } quam neglexerunt. Isaiæ 29. Iustitiam non fecerunt, &c. Et hoc fecerunt. Rom. 3. Non est iustus quisquam, &c. Item { de iudicio } quod contempserunt, vt enim dicitur Prouer. 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, cõtemnet. Ezec. 9. Contempsit iudicia mea, &c.

F

b Hic exponit. Et primo quod dicit de peccato. Et hoc { quia non crediderunt in me. } Solum de peccato infidelitatis arguit: quia per fidem omnia alia peccata dimittuntur. Mat. 25. Dominus damnatis solum defectũ misericordiæ imputat: quia p mi sericordiam omnia peccata purgantur. Pro. 15. Per misericordiã & fidem purgant peccata, &c. Sic ergo, & hic quia infidelitate manẽte peccata & cætera detinentur, & ea discedente cætera dimittuntur. Dicit autem { qa non crediderunt in me. } & nõ dicit mihi vel me: quia dęmones credunt Christum esse, & cõtremiscunt. Iac. 2. Sed { in me. } per fidem formatam sperando & diligendo. Secundo { de iustitia. } Et hoc { quia ad patrem vado, &c. } Quod quidem potest dupliciter exponi. qa vel de iustitia Christi, vel de iustitia Apostolorum. De iustitia quidem Apostolorum sic. de iustitia nostra q̃ non sunt imitati. Iustitia dico non ex lege. sed ex fide. Ro. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Fides autem de inuisibilibus est. Heb. 11. Discipuli aũt aliquid videbant. Christus humanitatẽ, & aliquid non videbant. Christus diuinitatem: sed hoc promittit eis in præmium. supr. 14. Manifestabo eis meipsum. Habebant ergo discipuli fidem de Christo quantum ad diuinitatẽ tantum: sed qñ subtracta fuit eis humanitas Christi, tunc eorum fides erat de vtroque, & ideo secũdum Aug. super Ioan. dicit. { qa vado ad patrem, &c. } quasi dicat. Vos creditis in me secundum diuinitatem, & etiam { quia vado ad patrem. } credetis in me etiam quantum ad humanitatem, quam quidem fidei iustitiam mundus non imitatur. Sed dicit { Ideo iam non videbitis me. } Non qa nunquam sint eum visuri, sed quia nõ visuri sunt eum in ista carne mortali. Viderunt eum in resurrectione, sed immortalem existentem. et videbunt eum in iudicio: sed in maiestate venientẽ. De iustitia quidẽ Christi exponit de verbis dñi. Iudæi enim noluerunt recognoscere, q̃ Christus iustus esset. sup. 9. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Arguet eos de hac iustitia dicens { qa ad patrem vado } quia hoc ipsum, quòd ad patrem vado, iustitiæ meæ est. Quòd enim Christus descendit misericordię fuit, sed q̃ ascendit eius iustitiæ debitum. Phil. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Tertio arguit mundum de iudicio. Et hoc { quia princeps huius mundi, } idest, diabolus qui est princeps mundi, idest, mundanorum, non creationę, ed suggestione & imitatiõe. Sap. 2. Imitantur eum qui sunt, &c. Iob. 41. Ipse est Rex sup omnes filios superbiæ. Hic ergo princeps { iam iudicatus est, } idest, expulsus foras. supr. 12. Nunc iudicium est mundi, idest, pro mundo. Et hoc dicit vt tollat excusationem hominum qui se de peccatis excusant p̃p tentationem diaboli. q. d. Excusari nõ possunt, quia expulsus est diabolus per gratiam & fidem Christi & spiritum sanctũ a cordibus fidelũ, ita vt iam non tentet interius sicut ante, sed solũ exterius per exercitationẽ permissus. & ideo resistere possunt ei qui volunt adhærere Christo. Et inde est, q̃ debilis fœminæ diabolũ vicerunt, à quo tñ fortissimi viri superati sunt. De hoc ergo iudicio mundus arguitur, quia à diabolo vincit̃ resistere nolens, & a se expulsum per consensum peccati reducens. Ro. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Vel aliter ẽm eundem in libro de Verbis Domini. Vt quod dicit { iã iudicatus est, } intelligatur de iudicio condẽnationis, idest, iam condemnatus est ipse. Et per consequẽs omnes qui adherẽt. Mat. 25. Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus est, &c. Arguit eriã mundus de iudicio: quia sciens mundi huius principem condemnatum esse, non euadit etiam ipse hoc iudicium, sed cũ suo principe iudicatur, quoniam superbum atque impium imitatur. Secundum Chryso. aliter a capite exponitur { cum venerit, ille arguet, &c. } scilicet spiritus sanctus { ille arguet, } idest, cõuincet { mũdum de peccato, } quasi diceret. Ipse spiritus sanctus erit argumentum quoddam contra mundum. Heb. 2. Contestante Deo signis & prodigijs, &c. Et de hoc peccato ostendet eos grauiter peccasse: { quia non crediderunt in me, } cum videbunt. quòd spiritus sanctus in nomine meo dabitur fidelibus. Act. 5. Nos testes huius rei sumus, quoniam spiritus sanctus dedit. { De iustitia, } quã scilicet ego habeo, quam tamen mundus non reputauit me habere. Et hoc quia vado ad patrem, & mittam vobis spiritum, scilicet qui ostendet me iustum, & irreprehensibilem duxisse vitam. supra 14. Quem ego mittam vobis à, &c. Quia hoc dicitur in Psalm. 67. Postquam ascendit Christus in altum, dedit dona hominibus, &c. { De iudicio; quia princeps, &c. } idest, ex hoc ipso, quòd per spiritum sanctum iudicatur, idest, expellitur a cordibus fidelium. Zacha. 13. Spiritum, immundum eliciam. 1. Corinthiorum secundo. Nos spiritum huius mundi non accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Et de hoc iudicio arguet: quia

G

H

I

K

quia ipsi male iudicauerunt, q̃ dęmonium haberet, & q̃ in Beelzebub eiiceret dæmonia, de quo conuincentur, quia spiritus sanctus quem ego mittam, ipsum dęmonẽ cõdemnabit & eiiciet.

A

Hic ponit vtilitatem aduentus spiritus sancti ex parte discipulorum quæ est ipsorum instructio. Et primo ponit instructionis necessitatem. Secũdo promittit instructionẽ, ibi. { Cum autem venerit, &c. } Tertio excludit dubitationẽ, ibi. { Non enim loquetur, &c. } Dicit ergo, vtilis erit aduentus spiritus sancti mũdo, quia arguet eum. Sed & vobis vtilis erit ad instruendũ, qua quidem instructione indigetis, quia multa habeo vobis dicere, &c. } q. d. Ego vos instruxi, sed non adimplemini. Iob 26. Ecce hæc ex parte dicta sunt verborum eius &c. Quærere autẽ quæ sunt ista multa, quæ portare non poterant est stultum, vt dicit August. Nam si ipsi portare non poterant, multo magis & nos non possumus. Ex hoc tamen, quod dicit { non potestis portare modo, } diuersi hæretici assumunt ad sui erroris velamentum dum his, qui eis adhærent quædam in occulto dicunt turpissima, quæ nõ auderent dicere in manifesto, quasi hæc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterãt, & ea docuerit spiritus sanctus, quæ palam docere atque prædicare spiritus hominis erubescit. Non est ergo intelligendum, quòd aliqua secreta doctrinæ taceantur fidelibus paruulis, seorsum docenda maioribus, sed omnibus fidelibus proponuntur ea quæ fidei sunt. Matt. 10. Quod in aure audistis, &c. Sed aliter proponẽda sunt rudibus, aliter peritis, sicut quæ subtilia sunt de mysterio incarnationis, & aliis huiusmodi, non sunt rudibus proponenda, quia cũ intelligere non possent, scandalizarentur. Omnia ergo quæ fidei erant. Dominus proposuit eis, sed non eo modo quo postea reuelauit, & præcipue in vita æterna. Sic ergo quæ portare non poterant sunt plena cognitio diuinorum, quam non habebant tunc, puta ęqualitatem filij ad patrem, & huiusmodi. Vnde Paulus 2. Cor. 13. Audiui arcana verba, &c. quæ non erant de alia veritate, quàm fidei, sed altiori modo. Item spiritualis intellectus omnium scripturarum, quem tunc non habebant, sed quando aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Lucæ vlt. Item passiones & pericula quæ passuri erant, quæ tunc non poterant, quia animi eorum imbecilles erant. Eccle. 6. Subiice humerum tuum, & porta, &c. Sic ergo necessaria erat eis instructio.

B

c Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

d Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

e Non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annunciabit vobis.

Hic promittit eis instructionem, quam consequentur in aduentu spiritus sancti, qui docebit eos omnem veritatem. Cum enim sit a veritate, eius est docere veritatem, & facere similes suo principio. Et dicit { omnem veritatem, } scilicet fidei, quã docebit post, per quãdam eleuatam intelligentiam in vita ista, & eandem plenarie in vita æterna. Vbi cognoscemus sicut & cogniti sumus. 1. Cor. 13. Et 1. Ioan. 3. Vnctio docebit vos, &c. vel { omnem veritatem } figurarum legis quam adepti sunt discipuli per spiritum sanctum, vnde Daniel. dicitur. Quod dedit Dominus pueris illis sapient iam & intelligenciam.

C

D

e Hic excludit dubitationem, quæ poterat esse. Si spiritus sanctus docebit eos, videtur scilicet, q̃ esset maior Christo. quod non est, quia docebit eos virtute patris, & filij { quia non loquetur a semetipso } sed a me, quia a me erit. Sicut enim filius non operatur a semetipso, sed a patre, ita spiritus sanctus quia est ab alio, scilicet a patre & filio, { non loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet } accipiendo scientiam, sicut & essentiam ab æterno { hæc loquetur, } nõ corporaliter, sed intrinsecus in mente illuminando. Oseæ. 3. Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me, &c. Sed cum audierit ab æterno quid est hoc, quod dicit { audiet, } in futuro. Sed dicendum, q̃ æternitas includit omne tempus. Et ideo potest spiritus sanctus, qui ab æterno audit dici audire in præsenti, in præterito, & futuro. Sed tamen aliquando dicitur audire in futuro propter hoc, quia illa quorum notitiam habet sunt futura. { Loquetur ergo quæcumque audiet, } quia non solum docebit æterna, sed futura. & ideo subdit { et quæ ventura sunt, annunciabit vobis, } quod est propriũ diuinitatis. Sap. 8. Signa & monstra, &c. Isaiæ 41. Quę ventura sunt annunciate nobis, &c. Hoc enim est propriũ spiritus sancti. Ioe. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Apostoli autem habuerunt spiritum Prophetiæ. vel { docebo omnem veritatem, } scilicet figurarum. Sed ne dubitarent quomodo scirent de futuris tribulationibus, quas eis prænunciauerat, ideo subdit. { Et quæ ventura sunt, } scilicet super vos { annunciabit vobis, &c. }

E

LECTIO IIII.

Vpra positus est duplex fructus aduentus spiritus sancti, scilicet mundi arguitio, & discipulorũ instructio. Hic ponitur tertius fructus, scilicet Christi clarificatio. Et primo proponit fructum clarificationis. Secũdo manifestat rationem ipsius, ibi { quia de meo accipiet. } Tertio subditur manifestatio rationis, ibi. { Omnia quæ habet pater. } Dicit ergo, docebit omnem veritatem, quia { ille me clarificabit, } in quo ẽ omnis veritas, supr. 14. Ego sum via veritas, & vita. Colloss. 2. In quo scilicet, Christo sunt omnes thesauri sapientię, &c. { clarificabit me, } idest, meam notitiam claram faciet. Primo quidem discipulos illuminando: quia adhuc carnales erant, & ad Christum afficiebantur secundum carnem, idest, secundum infirmitatem carnis, { non cognoscentes diuinitatis eius maiestatem, cuius postmodum per spiritum sanctum sunt capaces effecti. 1. Corinth. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suũ. Secundo fiduciam clare annunciandi præbendo. Nam discipuli ante timidi erant, ita vt non auderent Christum publice confiteri, sed spiritu sancto repleti, timore depulso, annunciauerunt hominibus Christum, ab ipso spiritu quodammodo impulsi. Isaiæ 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, &c. Vnde & Apostolus dicebat. Charitas Christi vrget nos. Tertio opera mirifica in Apostolis, & per Apostolos faciẽdo. 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus.

F

G

H

I

K

L

M



Vpra positus est duplex fructus aduentus spiritus sancti, scilicet mundi arguitio, & discipulorũ instructio. Hic ponitur tertius fructus, scilicet Christi clarificatio. Et primo proponit fructum clarificationis. Secũdo manifestat rationem ipsius, ibi { quia de meo accipiet. } Tertio subditur manifestatio rationis, ibi. { Omnia quæ habet pater. } Dicit ergo, docebit omnem veritatem, quia { ille me clarificabit, } in quo ẽ omnis veritas, supr. 14. Ego sum via veritas, & vita. Colloss. 2. In quo scilicet, Christo sunt omnes thesauri sapientię, &c. { clarificabit me, } idest, meam notitiam claram faciet. Primo quidem discipulos illuminando: quia adhuc carnales erant, & ad Christum afficiebantur secundum carnem, idest, secundum infirmitatem carnis, { non cognoscentes diuinitatis eius maiestatem, cuius postmodum per spiritum sanctum sunt capaces effecti. 1. Corinth. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suũ. Secundo fiduciam clare annunciandi præbendo. Nam discipuli ante timidi erant, ita vt non auderent Christum publice confiteri, sed spiritu sancto repleti, timore depulso, annunciauerunt hominibus Christum, ab ipso spiritu quodammodo impulsi. Isaiæ 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, &c. Vnde & Apostolus dicebat. Charitas Christi vrget nos. Tertio opera mirifica in Apostolis, & per Apostolos faciẽdo. 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus.

b Hic ponitur ratio clarificationis, quæ est, quia filius est principium spiritus sancti. Omne enim quod est ab alio manifestat id a quo est. Filius enim manifestat patrem. quia est ab ipso. Quia ergo spiritus sanctus est a filio, proprium est vt clarificet eum. Dicit ergo. Ideo me clarificabit { quia de meo accipiet. } Accipere autem hoc, non est intelligendum eo modo quo in creaturis. Tria enim sunt in acceptione creaturarum, quorum duo non sunt in diuinis, scilicet quia in creaturis aliud est quod accipit, & aliud quod accipitur, quod non est in diuinis cum personæ diuinę simplices sint, nec in eis sit aliud & aliud, imo a quocunque accipit spiritus sanctus, accipit totam substantiam suam. Similiter & filius. Aliud est, quòd in creaturis accipiens aliquando fuit non habens id quod accipit, sicut si materia accipiat formam vel subiectum accidens. Aliquando enim materia fuit sine tali forma, & subiectum sine tali accidente. Et hoc quidem non est in diuinis, quia filius ab æterno est habens quod accipit a patre, & spiritus sanctus quod a patre & filio accipit. ergo spiritus sanctus a filio, sicut filius accipit a patre. supra 10. Pater quod dedit mihi maius, &c. Sic ergo accipere in diuinis dicit ordinem originis. Sed nota, quòd cum dicit { de meo accipiet. } ly { de } non importat participationem: sed consubstantialitatem, quia totum accipit quod filius habet. Sic enim filius dicitur de substantia patris, quia accipit totam substantiam patris, ita & spiritus sanctus de substantia filij, quia accipit totam substantiam eius. Quia ergo de meo accipiet, & ego sum verbum Dei. Ideo { annunciabit vobis. } Spiritus enim animalis nullo modo potest esse, nisi secundum quòd procedit à verbo interius concepto.

c Hic ponitur rationis manifestatio, vbi Christus probat, q̃ spiritus sanctus accipiebat de suo propter vnitatem, & cõsubstantialitatem patris & filij. Secundo infert conclusionem intentã, ibi. { Propterea dixi, quia de meo, &c. } Dicit ergo. De meo accipiet, quia { omnia quæ habet pater, mea sunt. } quasi dicat. Licet a patre procedat spiritus veritatis, tñ quia { omnia quæ habet pater } mea sunt, & ipse patris spiritus est, & de meo accipiet. Sed notandum, q̃ habere dicimur aliquid dupliciter. Vno modo sicut possessionem. Alio modo sicut qd̃ in nobis est, puta, vel sicut forma, vel sicut pars. Pater ergo habet sicut possessionẽ & rem sibi subiectam totam creaturã. Psal. 23. Dñi est terra & plenitudo eius: habet etiam aliquid quod in ipso est immo quod est ipse: quia ipse est quicquid in ipso Christo est, cum ipse sit sua essentia, sua bonitas, sua veritas, & æternitas. De hoc ergo modo habẽdi loquiẽ. Et sic quicquid habet pater est filij, quia eandem sapientiam, eandem essentiam, eandem bonitatem habet filius quam habet, & pater. supr. 6. Sicut pater habet vitam in semetipso, &c. Mat. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, &c. Sed sicut Didimus dicit, obijciunt aliqui. Si omnia quęcumque habet pater & filius, ergo cum pater habeat paternitatem, sequitur quòd & filius. Ad quod respondet, quòd hæc quidem ratio haberet apparentiam

tiam si dominus diceret: Omnia quæ habet Deus mea sunt. Sed p dicens, omnia quæ habet pater, saluat distinctionem patris & filij, datis intelligere, q̃ omnia quæcumque habet pater sua sunt, præter id in quo distinguitur pater a filio. Nam patris nomine se filium declarauit, paternitatem qui filius erat, non sibi vsurpauit. Sed notãdum q̃ simpliciter concedimus hanc, scilicet: Quicquid habet pater, habet filius. Non tamen q̃ eo ordine habeat filius quo pater habet. Nam filius habet sicut ab alio accipiens. Pater vero sicut alij dans. Non ergo est distinctio in eo quod habetur: sed in ordine habendi: huiusmodi autem relationes, scilicet paternitas & filiatio huius ordinis distinctionem important. Paternitas enim importat hoc quod est dare alij, Filiatio vero accipere ab alio. Sed quæritur, vtrũ relatio in diuinis sit aliquid realiter. videtur q̃ sic. aliàs cum personæ diuinæ relationibus distinguantur, eorum distinctio non esset realis. Dicendum ergo, q̃ relatio in diuinis dupliciter consideratur. Vno modo per cõparationem ad essentiam, seu personã patris, & sic relatio patris non est alia res, q̃ essentia seu persona patris. Alio modo potest considerari per comparationem ad oppositam relationem, puta ad filiationẽ, & sic paternitas est relatio realis, quia ẽm hoc importat ordinem naturæ, quem pater dat filio per æternam generationem. Qui quidem ordo est in Deo secundum rei veritatẽ. Sic ergo si paternitas comparetur ad essentiã patris, omnia quæcumque habet pater, habet filius, quia paternitas non est alia res ab essentia patris: sed non eo ordine habet, vt dictum est.

d Hic infert intentam conclusionẽ, quòd spiritus sanctus accipiat a filio. Ex necessitate enim oportet quòd si omnia quæ habet pater sint filij, & filius sit cõsubstantialis patri; quòd spiritus sanctus procedat a filio sicut ꝓcedit a patre, vt Hilarius, & Didimus arguunt. Ad quod sciendum est, q̃ in qualibet processione seu origine rei creatæ dicimus, quòd idem sit quo agẽs agit, seu dat quod habet, & quod recipiẽs recipit. Sicut ignis generatus recipit formam ignis, quam ignis generans dat per formam suam. Sed hoc in origine diuinarum personarum est quodammodo simile, scilicet quòd idem est quo pater dat naturam suam filio, non voluntate: sed natura, idest, per naturã suam: sed in hoc est dissimile, quia in creaturis nõ est idem numero, quod communicatur & quo communicatur: sed specie solum: sed in diuinis est eadem natura numero quam pater dat filio, & qua eã dat seu communicat. Sed attende quod dicimus, quòd filius accipit de substantia patris. i. substantiam patris, & spiritus sanctus de substãtia patris & filij. Et quòd pater virtute naturæ suæ dat filio substantiam suam, & pater & filius spiritusanctõ. Sed tamẽ non dicimus, quòd pater de substantia sic filij, vel pater & filius de substantia spiritus sancti, quia ly {de} importat consubstantialitatem cum ordine originis. Sic ergo spiritusanctõ communicatur, quod commune est patri & filio, oportet autem quòd illud idem sit principium communicationis in diuinis, & quod communicatur. Si ergo essentia communicatur spiritusanctõ, oportet quòd communicans sit essentia. Essentia autem est cõmunis patri & filio, oportet quòd si pater dat essentiam spiritusanctõ, & q̃ filius similiter det. & ideo dicit, quia omnia quæcumque habet pater mea sunt, & spiritus sanctus accipit a patre, accipiet etiam a filio. & ideo dicit {Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis: } quia secundum q̃ a me accipit, ita annunciabit vobis, &c.

LECTIO V.

Supra explicauit dominus vnam rationem consolationis ex promissione spiritus sancti. hic explicat secundam, scilicet de iterata visione sua. Et primo ponitur visionis iterata promissio. Secundo inducitur discipulorum dubitatio, ibi. {Dixerunt ergo, &c.} Tertio subditur dubitationis satisfactio, ibi. {Cognouit autem Iesus, &c.} Iteratam autem visionem promittit eis dñs cum prænunciatione recessus sui, quod ideo eis frequenter inculcat, vt dum sæpe ipsum futurum præmeditantur, ipsum præsentem tolerabilius ferant. Tria autem ponit consolatoria. Brevem absentiam, iteratã sui præsentiam, & honorabilem discessum. Absentia quidẽ brevis est: quia {Modicum & iam non videbitis me. } vt ly {modicũ} referatur ad { non videbitis. } quasi dicat: futurum est vt tollar a vobis per mortem {& iam non videbitis me. } Sed non debetis cõtristari, quia tempus hoc, quo me non videbitis, modicum erit, quia exurgam diluculo, tertia scilicet die. Isa. 26. Abscondere modicũ, &c. Sed iterata præsentia mei erit, quia { iterum modicum, } idest, modico temporis post resurrectionem, spatio scilicet quadraginta dierum. Act. 1. Per dies quadraginta, &c. { & videbitis me. } Lucæ 24. Gauisi sunt discipuli viso domino. Et hoc quia honorabiliter recedo {qa vado ad patrẽ. } Act. 1. Videntibus illis elevatus est. Vel aliter, vt ly {Modicum. } referatur ad tempus ante eius mortem. Et sit sensus {Modicum } scilicet tempus existet quo subtrahar a vobis: quia scilicet in crastino, supra 13. Filioli adhuc modicum, &c. & non videbitis me, scilicet mortalem. Quia supra 14. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt: scilicet mortalem, quia videbit eum in iudicioin maiestate venientem. Discipuli vero post resurrectionem immortalem existentem, quia vt dicitur Act 10. Dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus prꝗordinatis. & ideo subdit. {Modicum. } scilicet durabit { & videbitis. } quia scilicet modicum tempus fuit quo mansurus erit in morte. Isa. 54 In momento indignationis abscondi, &c. Vel ly { Modicum. } potest referri ad tempus totius vitę nostræ vsque ad iudicium, & tunc videbimus eum in iudicio, & in gloria. Dicitur autem { Modicum, } in comparatione ad æternitatem. Psalm. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, &c. { Quia vado ad patrem. } per resurrectionem, & ascensionem. supr. 13. Sciens Iesus, quia venit hora eius, &c.

b Hic ponitur discipulorum dubitatio. Et primo ponitur eorum adinuicem collatio. *Secundo exprimitur dubitationis occasio.* Tertio describitur dubitantium animus & affectio. Conferebant quidem adinuicem discipuli ex verbis Domini, dicentes. {Quid est hoc, quod dicit nobis modicum. } In quo cõmendanda est eorum reuerentia ad Christum, quę tanta erat, vt non præsumerẽt eũ interrogare. Simile faciũt angeli. Isa. 63. Quis est ille qui venit de Edon, &c. Quibus tamen respõdet, dicens. Ego qui loquor, &c. Sed in hoc datur nobis intelligi: quia nondum perfectum sensum habuerunt de verbis Christi, aut ꝓpter tristitiam absorbentem, aut propter verborum obscuritatẽ. Mat. 15. Adhuc & vos sine intellectu estis? Occasio autem erat ipse verborum contextus, quæ videbantur contrarietatem quandã implicare. Satis enim intelligebant quod dicit. Nõ videbitis me. Et quòd vado ad patrem. Sed hoc dubium inferebat, quòd eundem existentem & morientem post modicum viturum erant. Non dum enim nota eis erat resurrectio, quia hoc dicitur in Psal. 88. Quis est homo qui non videbit mortem, eruet animam suã, &c. Sap. 2. Non est agnitus qui sit reuersus ab inferis, &c. & ideo dicunt. { Quid est hoc, quod dicit nobis, modicum } supple, quòd videbitis me. Sed ad hanc dubitationem modeste disposita erant { nescimus } inquiunt { quid loquitur. } Nam vt dicit Aug. aliqui non intelligentes verba scripturæ blasphemant, sensum propriũ auctoritati scripturæ præponentes, sed alij modesti dum non intelligunt, suam ignorantiam confitentur. Sap. 9. Infirmus homo & exigui temporis, &c. quod & hic discipuli faciunt. Non enim aiunt, male dicit, vel nihil, sed eorum ignorantiæ ascribunt, quod non intelligunt.

c Hic ponitur manifestatio dubitationis. Et primo ponit dubitationis cognitio. Secundo manifestatio eius de quo dubitatur, ibi. {Amen amen dico vobis, &c. } Tertio inducitur similitudo, ibi. {Mulier cum parit, &c. } Circa primũ duo facit. Primo ostendit quo dubitatio discipulorum a Christo cognoscitur, cũ dicit. {Cognouit aũt Iesus, } virtute diuinitatis suæ {quia volebãt eum interrogare, } scilicet de eo, quod dubitabant. *supra. 2. Ipse* enim sciebat quid esset in homine. 1. Regũ. 18. Homines vident quæ parent, Deus autem intuetur, &c. Secundo quomodo verbo manifestatur. Vnde dixit eis. { De hoc quæritis inter vos, &c. } Isa. 48. Audita feci ex tunc, &c.

d Hic exponit dictum suũ remouens dubitationẽ, non expresse ponens verba quæ dixerat, discipulis magis satisfaciens, quàm

d Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

LECTIO V.

Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem.

b Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad patrẽ? Dicebant ergo.

Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur.

c Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & nõ videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.

G d Amen amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Vos autẽ contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

e Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius.

f Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

g Et vos igitur nunc quidẽ tristitiam habetis. Iterum autem

H videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

I

K

quàm sibi. Vbi tria facit. Primo ostendit alterationem gaudij & tristitiæ. Secundo interiorem tristitiam. Tertio consequentem lætitiam. Dicit ergo quantum ad primum. {Amen amen dico vobis: } quia in hoc modico in quo non videbitis me {plorabitis, } exterius emittendo vocem dolorosam {& flebitis, } lachrymando. Trenor. 1. Plorans plorauit in nocte, quantũ ad primum. Et lachrymæ eius, quantum ad secundum. Isaiæ. 31. Quiescat vox tua a ploratu. Interior autem eorum tristitia erit per contrarietatem ad lætitiã mundi. vnde dicit. {Mundus autem gaudebit. } Quod potest intelligi particulariter quantum ad tempus passionis Christi. Et sic {mundus, } idest, Scribæ, & Pharisæi {gaudebit, } de occisione Christi. Tren. 2. Hæc dies quam expectabamus, &c. Vel {mundus, } idest, mali qui sunt in Ecclesia, {gaudebit, } in persecutione sanctorum. Apoc. 12. Inhabitantes super terram gaudebunt. vel vniuersaliter {mundus. } idest, homines carnaliter viuentes {gaudebit, } in rebus mundanis. Isa. 22. Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, &c. Subsequitur tristitia discipulorum. vnde dicit. {Vos autem contristabimini, } scilicet de passionibus quas in mundo sustinebitis. vel potius de occisione mea. Sic & sancti tristantur de passionibus sibi, illaris a mundo, & de peccatis. 2. Cor. 7. Quæ secundum Deũ est tristitia. Sed tristitiam consequetur lęcitia. quia {tristitia vestra, } quam scilicet habebitis in passione {vertetur in gaudiũ. } in resurrectione. Lucæ. 24. Gauisi sunt discipuli, viso Domino. Sed vniuersaliter omnium sanctorum tristitia vertetur in gaudium futuræ vitæ. Matt. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, &c. Psal. 125. Euntes ibant & flebant, venientes autem, &c. Flent enim sancti tempore meriti, seminando, sed gaudebunt tempore præmij, colligendo.

e Hic Dominus primo proponit similitudinẽ. Secundo {adaptat eam, ibi. {Vos igitur nunc, &c. } Similitudinem autẽ proponit de muliere parturiente. Vnde primo proponit eius tristitiam de partu. Secundo eius lęcitiam de prole, ibi. {Cum autem peperit. } Dicit ergo quantum ad primum. {Mulier cum parit tristitiam habet, } sensibilem, scilicet maximam {quia venit hora eius, } scilicet doloris. Psal. 47. Ibi dolores vt parturientis. Per hunc dolorem datur intelligi dolor passionis Christi, qui maximus fuit. Treno. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. Item sanctorum pœnitẽtium de peccatis. Isaiæ 26. Sicut quę cõcepit dolens, &c.

f Hic proponit gaudium de euasione. Ad partum enim sequitur duplex gaudium. Vnũ de euasione doloris. Aliud est matus de ortu prolis, quod quidem maximum est, si proles sit masculini sexus. Cum masculus sit quid perfectum, fœmina vero quid imperfectum & occasionatum. Hiere. 20. Maledictus vir qui annũciauit patri meo, natus est tibi puer masculus. Gen. 21. quando Sarra concepit, dixit: Risum fecit mihi Dominus, &c. & ideo dicit. {Cum autem peperit iam nõ meminit pressuræ, } gaudens de euasione doloris, sed magis {propter gaudium, quia natus est homo in mundum. } Hæc autem similitudo conuenit quidem quantũ ad Christum, quia patiendo soluit mortis pressuras, & nouum hominem regenerans esse fecit, idest, reddidit ad vitæ gloriæ nouitatem, quæ nondum hominibus nota erat. vnde non dicit. Natus est puer, sed {natus est homo in mundum, } quia ipse Christus existẽs homo, ex mortuis nouus resurgebat, vt puer. Item conuenit Ecclesiæ militanti, quæ in nouitate vitæ ambulat. Item ecclesiæ triumphanti, quæ ambulat in nouitate gloriæ. Et non dicit non erit pressura. Sed {quoniam non meminit pressuræ. } quia etsi sancti recordentur miseriarum quas passi sunt, cum in illa beatitudine gloriæ erunt, non tamen aliquid miseriarum ex hoc in affectu experientur.

g Hic adaptat similitudinem. Et primo quantum ad præsentem tristitiam, quam Apostoli tunc habebant dicens. {Et vos igitur quidem nunc, } idest, ex tempore passionis {tristitiam habetis, } de morte mea. Luc. vlt. Qui sunt hi sermones, &c. et estis tristes? vel {nunc, } idest, in tota vita præsenti tristitiã habetis. *supra eodem*, Plorabitis & flebitis vos. Secundo quantum ad futuram lęcitiam, dicens. {Iterum autem videbo, &c. } Vbi primo promittit eis futuram visionem dicens. {Iterum autem videbo vos, } quod idem est, ac si diceret, videbitis me, quia non possumus eum videre, nisi seipsum ostendat. Sed nõ dicit videbitis me, sed {videbo vos, } quia hoc ipsum q̃ seipsum ostendit est ex misericordia sua, quæ signatur per eius visionẽ. Dicit ergo. {Iterum autem videbo vos } in resurrectione, & in futura gloria.

A Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. Secundo promittit cordis gaudium & exultationem, dicẽs. { Et gaudebit cor vestrum, } scilicet ex mea visione in resurrectione. Vnde cantat Ecclesia. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, &c. Et gaudebit visiõe gloriæ. Psal. 15. Replebis me lętitia cum vultu tuo. Isa. 60. Tunc videbis, & afflues, &c. Naturale. n. est vnicuique, q̃ gaudeat in intuitu rei amatę. Diuinam autem essentiam nullus nisi eam diligens videre põt. Iob. 17. Annunciat de ea amico suo, &c. Et ideo necesse est, q̃ illam visionẽ sequatur gaudiũ. Isa. vlt. Vide

B bitis cognoscendo per intellectũ, & gaudebit cor vestrũ. Imo ipsũ gaudium vsque ad corpus redundabit, dũ glorificabitur. Vnde subdit. Et ossa vestra germinabũt. Matt. 21. Intra in gaudiũ Dñi tui. Tertio promittit eis perpetuam gaudij durationẽ dicens. { Et gaudium vestrum, } quem habebitis in resurrectione de me. Isa. 61. Gaudens gaudebo in Domino, { nemo tollet a vobis, } sicut Iudæi ante abstulerũt per passionẽ. quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. vel {gaudium vestrum, } de gloriæ fruitione {nemo tollet a vobis, } cũ sit inamissibile & ꝓpetũ. Isa. 36. Lætitia sempiterna super capita eorum. Nemo enim sibi merit ipsi hoc gaudium tollet per peccatum, cum vniuscuiusque voluntas sit ibi in bono confirmata. Nemo etiam alteri hoc gaudium tollet, cum ibi nulla sit violentia, nulla illatio nocumenti, &c.

LECTIO VI.

Supra prosecutus est Dominus duas rationes confortantes Apostolos, scilicet ex promissione paracliti, & reditu sui. Hic vero prosequitur tertiam rationem in qua confortauit eos ex promissione accessus eorum ad patrem. Et primo promittit eis familiarem accessum eorum ad patrem. Secundo assignat rationem dictorum, ibi. {Hæc in Prouerbiis, &c. } Circa primum duo facit. Primo dat fiduciæ securitatem. Secundo hortatur eos ad vsum fiduciæ, ibi. { Vsque modo non petistis quicquam, &c. } Circa primum duo facit. Primo excludit interpellationis necessitatem. Secundo promittit impetrandi oportunitatẽ, ibi. {Amen amen dico vobis, si quid petieritis, &c. } Dicit ergo {In illo die non interrogabitis me quicquam. } Vbi secundum quod Augustinus dicit. Vbi nos habemus {rogabitis. } græci habent quoddam verbum quod duo significat, scilicet petere & interrogare. & ideo potest dupliciter intelligi. {In illo die non me rogabitis quicquam, } idest nihil a me petetis, vel nihil me interrogabitis. } Dicit ergo { In illo die } Quis aũt hic iste dies patet ex supra dictis. Iterũ aũt videbo vos. Quod pôt intelligi de resurrectiõe, & de visione in gloria. De primo expositor ẽm Chryso. { In illo die. } scilicet quando a mortuis resurrexero. {me non interrogabitis quicquam } .i. non dicetis ostẽ de nobis patrẽ & huiusmodi. Sed contra hũc expositionem objicit Aug. Quia discipuli post resurrectionem dicunt. Act. 1. Si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et infr. vlti. Interrogat Petrus dicens. Hic autem quid? Sed sustinendo expositionẽ Chrysostomi, dicendũ, quòd dominus illum diem vocat non solum diem resurrectionis, sed etiam diem illum quo a spiritusanctõ docendi erant. Supra eodem. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, &c. Et sic confuse loquens de tempore illo. Includit etiam aduentum spiritussancti. quasi dicat. {In illo die. } dato scilicet spiritusanctõ {me non interrogabitis. } quoniam scietis omnia per spiritumsanctum. 1. Ioan. 3. Vnctio docet nos de omnibus. Item secundum eundem. {In illo die. } aduentus spiritussancti {non me interrogabitis quicquam, } idest, nulla erit vobis necessitas me rogandi. Sed nunquid post resurrectionem Apostoli non fecerunt aliquam orationem Christo? Videtur quòd sic, 2. Corinth. 12. dicit Apostolus. Propter quod ter dominum rogaui, idest. Christum. Responsio dicendum, quòd in Christo, erat duplex natura, scilicet humana per quam est mediator Dei & hominum. 1. Thimoth. 2. & diuina, per quam est Deus vnus cum patre. Christus autem secundum quòd homo, non erat talis mediator. vt nunquam nos Deo coniungeret, sicut aliqui mediatores qui nunquam extrema coniungunt. Cõiungit ergo nos patri. Eadem autem est coniunctio ad Deum patrem, & ad Christum secundum naturam. Vnde dicit. Non necesse habebitis vt vtamini mea meditatione in quantum homo. Sic ergo { In illo die non rogabitis me } quasi mediatorem, quia per vos habebitis accessum ad Deum: sed rogabitis me vt Deum. Et licet Christus interpellet pro nobis vt dicit Apostolus ad Rom. 8. Ecclesia tamen non rogat eum interpellãtem. Vnde non dicimus Chri-

C Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. Secundo promittit cordis gaudium & exultationem, dicẽs. { Et gaudebit cor vestrum, } scilicet ex mea visione in resurrectione. Vnde cantat Ecclesia. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, &c. Et gaudebit visiõe gloriæ. Psal. 15. Replebis me lętitia cum vultu tuo. Isa. 60. Tunc videbis, & afflues, &c. Naturale. n. est vnicuique, q̃ gaudeat in intuitu rei amatę. Diuinam autem essentiam nullus nisi eam diligens videre põt. Iob. 17. Annunciat de ea amico suo, &c. Et ideo necesse est, q̃ illam visionẽ sequatur gaudiũ. Isa. vlt. Vide

B bitis cognoscendo per intellectũ, & gaudebit cor vestrũ. Imo ipsũ gaudium vsque ad corpus redundabit, dũ glorificabitur. Vnde subdit. Et ossa vestra germinabũt. Matt. 21. Intra in gaudiũ Dñi tui. Tertio promittit eis perpetuam gaudij durationẽ dicens. { Et gaudium vestrum, } quem habebitis in resurrectione de me. Isa. 61. Gaudens gaudebo in Domino, { nemo tollet a vobis, } sicut Iudæi ante abstulerũt per passionẽ. quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. vel {gaudium vestrum, } de gloriæ fruitione {nemo tollet a vobis, } cũ sit inamissibile & ꝓpetũ. Isa. 36. Lætitia sempiterna super capita eorum. Nemo enim sibi merit ipsi hoc gaudium tollet per peccatum, cum vniuscuiusque voluntas sit ibi in bono confirmata. Nemo etiam alteri hoc gaudium tollet, cum ibi nulla sit violentia, nulla illatio nocumenti, &c.

LECTIO VI.

C Supra prosecutus est Dominus duas rationes confortantes Apostolos, scilicet ex promissione paracliti, & reditu sui. Hic vero prosequitur tertiam rationem in qua confortauit eos ex promissione accessus eorum ad patrem. Et primo promittit eis familiarem accessum eorum ad patrem. Secundo assignat rationem dictorum, ibi. {Hæc in Prouerbiis, &c. } Circa primum duo facit. Primo dat fiduciæ securitatem. Secundo hortatur eos ad vsum fiduciæ, ibi. { Vsque modo non petistis quicquam, &c. } Circa primum duo facit. Primo excludit interpellationis necessitatem. Secundo promittit impetrandi oportunitatẽ, ibi. {Amen amen dico vobis, si quid petieritis, &c. } Dicit ergo {In illo die non interrogabitis me quicquam. } Vbi secundum quod Augustinus dicit. Vbi nos habemus {rogabitis. } græci habent quoddam verbum quod duo significat, scilicet petere & interrogare. & ideo potest dupliciter intelligi. {In illo die non me rogabitis quicquam, } idest nihil a me petetis, vel nihil me interrogabitis. } Dicit ergo { In illo die } Quis aũt hic iste dies patet ex supra dictis. Iterũ aũt videbo vos. Quod pôt intelligi de resurrectiõe, & de visione in gloria. De primo expositor ẽm Chryso. { In illo die. } scilicet quando a mortuis resurrexero. {me non interrogabitis quicquam } .i. non dicetis ostẽ de nobis patrẽ & huiusmodi. Sed contra hũc expositionem objicit Aug. Quia discipuli post resurrectionem dicunt. Act. 1. Si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et infr. vlti. Interrogat Petrus dicens. Hic autem quid? Sed sustinendo expositionẽ Chrysostomi, dicendũ, quòd dominus illum diem vocat non solum diem resurrectionis, sed etiam diem illum quo a spiritusanctõ docendi erant. Supra eodem. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, &c. Et sic confuse loquens de tempore illo. Includit etiam aduentum spiritussancti. quasi dicat. {In illo die. } dato scilicet spiritusanctõ {me non interrogabitis. } quoniam scietis omnia per spiritumsanctum. 1. Ioan. 3. Vnctio docet nos de omnibus. Item secundum eundem. {In illo die. } aduentus spiritussancti {non me interrogabitis quicquam, } idest, nulla erit vobis necessitas me rogandi. Sed nunquid post resurrectionem Apostoli non fecerunt aliquam orationem Christo? Videtur quòd sic, 2. Corinth. 12. dicit Apostolus. Propter quod ter dominum rogaui, idest. Christum. Responsio dicendum, quòd in Christo, erat duplex natura, scilicet humana per quam est mediator Dei & hominum. 1. Thimoth. 2. & diuina, per quam est Deus vnus cum patre. Christus autem secundum quòd homo, non erat talis mediator. vt nunquam nos Deo coniungeret, sicut aliqui mediatores qui nunquam extrema coniungunt. Cõiungit ergo nos patri. Eadem autem est coniunctio ad Deum patrem, & ad Christum secundum naturam. Vnde dicit. Non necesse habebitis vt vtamini mea meditatione in quantum homo. Sic ergo { In illo die non rogabitis me } quasi mediatorem, quia per vos habebitis accessum ad Deum: sed rogabitis me vt Deum. Et licet Christus interpellet pro nobis vt dicit Apostolus ad Rom. 8. Ecclesia tamen non rogat eum interpellãtem. Vnde non dicimus Chri-

ste ora pro nobis: sed rogat ipsum vt Deum, inhærēs ei vt Deo, F
p amore & fidem. Secundum Augustinum exponitur de die visionis gloriæ hoc modo. {In illo die} quando videbo vos in gloria {me non rogabitis} in est, nil petetis, quia nil desiderandum remanebit, cum omnia bona superabundent nobis in patria. Psal. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et iterū. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Itē {nil interrogabitis:} quia pleni eritis cognitiōe Dei. Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed cōtra vtrumque obiciturquia sancti in patria orant. secundum illud Iob 6. Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum. Et 2. Mach. vlt. dicitur, quōd hic orabat pro populo suo. Nec potest dici, quōd pro aliis rogent non pro se, quia dicitur Apoc. 7. Vsquequo non iudicas sanguinem nostrum? Item sancti interrogant. Erunt enim æquales angelis, vt dicitur Matth. 22. Sed angeli interrogant dicētes. Quis est iste Rex gloriæ? Et in Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom? quæ est vox angelorum. Secundum Dionysium ergo & sancti interrogant. Sed quantum ad vtrumque est duplex responsio. Prima quia tempus gloriæ potest considerari dupliciter, secundum gloriæ inchoationem, & secundum plenariam consummationē. Tempus autem inchoationis gloriæ est vsque ad diem iudicij. Nam sancti quantum ad animam receperunt gloriam: sed aliquid adhuc expectant ad recipiendum, scilicet gloriam corporis in se, & quantum ad alios, vt implcatur numerus electorum. Et sic vsque ad iudicij diem & petere possunt & interrogare. Non tamen de his quæ pertinent ad H
essenciam beatitudinis. Tempus autem gloriæ consumatæ, plenarie est post diem iudicij, postquam nihil restat petendum, nisi cognoscendum. & de eo dicit. {In illo die.} scilicet gloriæ consumatæ nil petetis. {nil interrogabitis.} Quod autem dicitur de angelis, quōd interrogant, verum est de mysteriis humanitatis & incarnationis Christi, non autem diuinitatis.

b Hic promittit impetrandi opportunitatem. Quod quidem continuatur dupliciter. Vno modo secundum Chrysostomum, vt referatur ad tempus resurrectionis, & aduentum spiritus sancti: quasi dicat. Verum est, quōd in illo die resurrectionis & spiritus sancti non interrogabitis me, tamen habebitis meum auxilium, quia petetis {in nomine meo} a patre, ad quem habebitis accessum per me. Alio modo secundum Augustinum. In illo die gloriæ meæ, non rogabitis quicquam. Sed interim dum in peregrinatione huius miseriæ conuersamini. {Si quid petieritis patrem, dabit vobis.} Et secundum hoc {si quid petieritis, &c.} non refertur ad hoc, quod dicit in illo die: sed ad ea quæ præcedunt illum diem. Ponit autem dominus septem conditiones bonæ orationis. Prima est, vt petantur bona spiritualia, & hoc cum dicit. {Si quid} Quod enim est penitus terrenum, & si in se sit aliquid, comparatum tamen ad spiritualia, nihil est. Sapien. 7. Diuitias nihil esse dixi in comparatione, &c. Hieremiæ. 4. Aspexi terram, & vacua erat, &c. Sed contra Matthæi. 6. Docet dominus petere temporalia, ibi. Panem nostrum quotidianum. Sed dicendum, quōd temporale petitum relatum ad spirituale iam est aliquid. Secunda conditio est, vt fiat cum perseuerantia. Et quantum ad hoc dicit {petieritis.} quasi perseuerando. Lucę. 18. Oportet semper orare, & non deficere. Et 1. Thessalonicen. 5. Sine intermissione orate. Tertia, quōd fiat cum concordia cum dicit {petieritis} in plurali. Matthæi 18. Si duo ex vobis consenserint, &c. Vnde glosa Roma. vltimo. Dicit, quōd impossibile est multorum preces non exaudiri. Quarta, vt procedat ex filiali affectu cum dicit {patrem.} qui enim K
ex timore petit, non patrem: sed dominum petit, vel hostem. Matthæus. Si vos nostis bona data dare, &c. Quinta, vt fiat cum pietate, idest, cum humilitate. Psal. 101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum, cum fide impetrandi. Iac. 1. Postulet autem in fide, &c. & ordinate. Iac. 4. Petitis, & non accipitis, &c. Et quantum ad hoc dicit. {In nomine meo.} Quod est nomen Saluatoris, in quo nomine petit, qui pertinentia ad salutem petit, & eo modo quo potest salutem consequi. Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo datū hominibus, &c. Sexta, vt fiat tempore debito. & ideo dicit {dabit.} Non enim oportet statim decidere, si non accipiat: sed profecto dabitur, & si vt in tempore congruo detur, differatur, vt magis crescat desiderium. Psal. 144. Tu das escam illorum in tempore, &c. Septima, vt petat pro se. vnde dicit {vobis} quia aliquando pro aliis non exauditur contrariantibus eorum demeritis, pro quibus fit petitio. Hieremiæ 7. Tu ergo noli orare pro populo isto. Et 15. Si steterint Moyses, & Samuel, &c.

c Hic hortatur eos ad vsum datæ fiduciæ. Et primo cōmemorat defectum præteritum. Secundo hortatur ad profectū futurum, ibi. {Petite.} Defectus præteritus est in non petendo. Vnde dicit. {Vsque modo, &c.} Sed contra Matth. 10. & Lucæ 9. Dedit eis potestatem super oia demonia, &c. Hęc autem orando faciebant. Ergo aliquid petierunt in nomine Christi, & præcipue quia Lucæ 10. dicitur a discipulis. Domine in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis. Et ideo dicendum, quōd hoc potest dupliciter exponi. Vno modo sic. {Vsque modo non petistis quicquam. Et} quod scilicet esset aliquid magnum. {In nomine meo.} Nam petitiones curationum corporalium modicæ sunt in comparatione ad alia magna, quæ orando facturi erant, nec dum spiritum adoptionis acceperāt, quo ad spiritualia & cœlestia hanelarent, & si dicis, quōd petierunt aliquid magnum. supra quartodecimo. Domine ostende nobis patrem, &c. Dicendum, quōd hoc non petebant a patre de quo hic agit, sed solum de Christo homine confisi eum interpellabant. vt mediatorem patrem ostenderet. Alio modo quia dicit. Si quid petieritis patrem in nomine meo, in quo ante non petierant non habentes perfectam cognitionē nominis Christi. Consequenter cum dicit.

d Hortatur eos ad profectum futurum, vt scilicet petant. Matth. 7. Petite & dabitur vobis, &c. {petite} inquam {& accipietis} scilicet, quod petiritis. {vt impleatur gaudium vestrū.} Lucæ 10. Reuersi sunt discipuli cum gaudio dicentes, &c. Et hoc H
modo quod dicit {gaudium vestrum, &c.} ponitur vt finis exauditionis. Vel potest poni sicut res petita, vt sit sensus {petite & accipietis.} hoc inquam petatis {vt gaudium vestrum, &c.} Vbi sciendum, quōd obiectum gaudij est bonum concupitum. Cum enim desiderium sit motus appetitus in bonū, & gaudium quies eius in eo. tunc gaudet homo, quando quiescit in bono iam habito, ad quod desiderium mouebatur Sed gaudium proportionatur bono habito, & de bono creato non potest haberi gaudium plenum: quia non quietat plene desiderium & appetitum hominis. Tunc ergo gaudium nostrum erit plenum, quando habebimus bonum illud in quo superabundanter sunt omnia bona, quę desiderare possumus. Et hoc bonum est solum Deus, qui replet in bonis desiderium nostrum, vt dicitur in Psalm. 102. Ideo dicit petite illud {vt gaudium vestrum sit plenum.} scilicet frui Deo, & trinitate, vt Augustinus dicit, quo amplius non est. Psalm. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et quare, I
quia venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, idest, cum contemplatione diuinę sapientiæ. Prouerb. 8.

LECTIO III.

Supra promisit dominus discipulis familiaritatē & accessum eorum ad patrem. Hic rationem huius familiaritatis assignat. Duo autem sunt quę dant homini fiduciam petendi ab aliquo, & familiaritatem, scilicet notitia, & dilectio. Et ideo dominus hanc duplicem rationem assignat. Prima sumitur ex manifesta patris cognitione. Secundo ex speciali eius dilectione, ibi. {In illo die, &c.} Circa primum duo facit. Primo commemorat præteritam eorum de patre cognitionem imperfectam. Secundo promittit perfectam. ibi. {Venit hora, &c.} Imperfectam quidem cognitionem habebant. Vnde dicit. {Hęc in prouerbijs, & cætera.} Prouerbium proprie dicitur, quod communiter est in ore omnium. Sicut illud. Adolescens iuxta viam suam, &c. Sed quia hęc quandoque obscura sunt, & methaphorica, inde est, quōd prouerbium quandoque sumitur pro parabola, in qua aliud dicitur, aliud signatur. Et hoc modo accipitur hic prouerbium pro parabola, idest, pro parabolica locutione. Potest autem hoc habere quadruplicem sensum. Primus est talis secundum literam, vt referatur ad hoc quod immediate dixerat hoc modo. Dixi vobis vsque modo, &c. quōd in nomine meo petetis, & sum quasi obscure, & in prouerbijs loquutus. {Sed venit hora.} vt quæ obscure dixi vobis, dicam statim in manifesto. Vnde subditi ipse pater, &c. Et exiui a patre, &c. Et sic videntur Apostoli intellexisse. Vnde his auditis dicunt ei. {Ecce nunc palam loqueris, &c.} Secundus sensus est vt hoc quod dicit. {Hæc in prouerbijs loquutus sum vobis, &c.} referatur ad totum quod in hoc Euangelio legitur de doctrina Christi. Quod vero dicitur. {Venit hora, &c.} referatur ad tempus

tempus gloriæ, quia enim nunc videmus per speculū & in enig A
mate. Idcirco hæc quæ dicitur nobis de Deo in prouerbiis proponuntur. Sed quia in patria videbimus facie ad faciem, vt dicitur 1. Cor. 13. Ideo tunc non in prouerbiis, sed palam de patre annunciabitur nobis. dicit autem {de patre} quia nullus potest patrem videre in illa gloria, nisi filio manifestante. Matt. 10. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui filij, &c. Ipse enim est lux vera dans nobis lucē, qua patrē videamus.

b In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis.

c Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia a Deo exiui.

d Exiui a patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundū, & vado ad patrem.

supra 8. Ego sum lux mundi. Sed quia huic expositioni repugnat quod sequitur. In nomine meo petetis. In quo nil petituri sumus si de die gloriæ intelligatur, quando sanabitur in bonis desiderium nostrum. Ideo est alius sensus duplex. Vnus secundum Chrysost. sic {hæc,} scilicet quæ nunc dixi vobis {in Prouerbiis,} idest, in quadam intricatione verborum {locutus sum vobis,} non exprimens totaliter, quæ oportet vos cognoscere de me, & patre meo, quia multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo. supra 16. {Sed venit hora,} cum a mortuis, scilicet resurrexero, {cum iam non in Prouerbiis,} idest, obscure, & per enigmata. {Sed palam de patre, &c.} Nam per illos quadraginta dies quibus apparuit eis, multa mysteria eos docuit, & multa de se & patre annunciauit, & cum iam per fidem resurrectionis eum firmiter Deum verum esse credentes eleuati essent ad altiora. vnde & subditur Act. 1. Loquens eis de regno Dei. Luc. vlt. Aperuit eis sensum. &c. Alius sensus est secundum Augustinum. Vt per hoc, quod dicit {hæc in Prouerbiis, &c.} promittit Dominus se facturum eos spirituales. Differentia enim hęc est inter spiritualem & animalem virum. Quia animalis {homo verba spiritualia accipit vt Prouerbia, non quōd Prouerbialiter sint dicta, sed quia mens eius supra corporalia eleuari non valens, sunt ei obscura. 1. Corinth. 13. Animalis homo non percipit, &c. Spiritualis autem homo accipit spiritualia vt spiritualia. Discipuli autem a principio quasi animales erant, & quæ dicebantur eis obscura erant, & sicut Prouerbia, sed postmodū a Christo spirituales effecti, & per spiritum sanctum edocti, spiritualia a patre capiebant. & ideo dicit. {Hæc in prouerbiis locutus sum vobis.} idest, fuerunt vobis vt Prouerbia. {Sed venit hora, &c.} 2. Cor. 3. Nos autem reuelata facie, &c.

b Hic ponitur secunda ratio fiduciæ sumpta ex dilectione patris ad discipulos. Et primo ostēdit patris dilectionem ad eos. Secundo familiaritatem patris ad filium, ibi. {Exiui a patre, &c.} Circa primum duo facit. Primo resumit eis factam promissionem. Secundo assignat promissionis rationem, ibi. {Ipse enim pater, &c.} Circa primum duo facit. Primo resumit vnū, quod promiserat. Secundo promittit eis fiduciam petendi. vnde D
dicit. {In illo die,} scilicet quando annunciabo vobis palam de patre {petetis in nomine meo, quia manifeste eum cognoscentes, scietis me esse ei æqualem & coessentialem, & per me habere accessum ad eum. Hæc enim est petitio in nomine eius, sperare per Christum habere accessum ad patrē. Psal. 19. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine, &c. Tacet autem se rogaturum patrem pro eis. vnde dicit. {Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem, &c.} Sed numquid non ipse orat pro nobis? immo 1. Ioan. 1. Aduocatum habemus apud patrem, &c. Hebr. 7. Accedens per semetipsum, &c. Et ad hoc dicendum primo secundum August. quōd hoc dicit, ad remouendum se de cętero esse vt persona interpellans inquantum homo. Sic in illo die quando palam annunciabo, & petetis in nomine meo, & cognoscetis me esse vnum cum patre, & quōd non sim persona interpellans: sed inquantum Deus simul cum eo interpellans, exaudiā. Alio modo secundum Chrysost. Hoc forte dicit, ne forte credant discipuli, quōd ita sint per filium impetraturi, quōd ipsi non habeāt E
immediatum accessum ad patrem. q. d. Modo ad me recurritis, vt pro vobis interpellem, sed tunc tantam fiduciam habebitis apud eum, quōd etiam ipsi a patre petere poteritis in nomine meo, non indigentes alio introducente. Sed numquid Apostoli non indiguerunt Christo homine ad interpellandum? aliās cū ipse interpellet, superflua erit eius interpellatio. Sed dicendum, quōd nō interpellat pro eis tamquā pro absentibus, & accessum habere non valentibus: sed faciens preces eorū exaudibiliores.

c Hic rationem promissionis assignat, quæ est amor patris ad eos. Et primo ponit patris dilectionem. Secundo dilectionis probationem, ibi. {Quia vos, &c.} Dicit ergo: ideo non dico quia rogabo patrem pro vobis {per hoc enim videretur q̄ ipse non amaret eos. {Sed vtique ipse pater} qui amat omnia, volendo eis bonum naturæ. Sap. 2. Diligis omnia quæ sunt, &c. {amat vos} Apostolos & sanctos quodam priuilegiato amore, volendo vobis summum bonum, idest, seipsum. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu, &c. quia ad hoc dilexit. Sap. 3. Iustorū animæ in manu Dei sunt. Probationem huius ostendit ex duobus, scilicet ex amore discipulorum ad Christū & ex fide. Quantum ad primum dicit. {Quia vos me amastis} quæ quidem probatio non est per causam. quia {vt dicitur 1. Ioan. 4.} Non quasi dilexerimus eum: sed quoniam ipse prior dilexit nos: sed est p signum, quia hoc ipsū quōd nos Deum diligimus, est signum, quōd ipse amat nos. Quōd enim possum^ eum amare est ex dono Dei. {Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c. sup. 14. Qui diligit me, diligēt a patre meo. Quantū ad hoc dicit. {Et credidistis quia a Deo exiui.} Sine fide enim impossibile est placere Deo. Fides autē est nobis ex amore Dei. Donum enim Dei est, vt dicitur Ephes. 2. Donum autem non datur nisi ex amore dantis. Credere autem, & amare Christum inquantum a Deo exiuit, satis est euidens signum amoris Dei. Quia propter quod vnumquodque & illud magis. Qui ergo amat Christū qui a Deo exiuit, amor ei^ præcipue retorquetur in Deum patrē. Non autem si amat eum inquantū homo.

d Sed quia mentionem fecit de exitu suo a patre. Hic manifestius explicans dicit. {Exiui a patre, &c.} Vbi ostendit familiaritatem suam ad patrem. Et primo ponit eius a patre exitum. Secundo eius ad patrem reditum, ibi. {Iterum relinquo, &c.} Est autem duplex processio filij à patre. Vna scilicet æterna. Alia tēporalis. Eternam quidem designat cum dicit. {Exiui a patre.} ab eo æternaliter genitus. Sed notandum, q̄ omne quod exit ab alio quo suit prius in eo. Aliquid autem est in aliquo tripliciter. Vno modo sicut contentum in continente. Alio modo sicut pars in toto. Tertio modo sicut accidens in subiecto, & sicut effectus C
in causa. Et secundum hoc dicuntur aliqua ab eis exire. Sed primis duobus modis erit aliquid idem numero existens, puta idē numero vinum de dolio, & eadem pars a toto. Sed alijs duobus modis non exit idem numero. Hæc autem non sunt dicenda de Deo, quia cum Deus sit summe simplex. nec sit in loco nisi methaphorice non potest quōd filius sit in eo sicut pars vel sicut cōtentum: sed in eo erat per vnitatem essentię. supr. 8. Ego & pater vnum sumus. Tota enim essentia partis est tota essentia filij, & ecōuerso. & ideo non exit eo mō a pre quo prædicta. Nā qd exit a toto vt pars est distinctum ab eo per essentiā. Nam pars a toto exiēs fit ens actu, quæ in eo erat ens in potentia. Et similiter qd exit a toto continēre loco distinguitur. sed filius a patre nō exit localiter, quia oia implet ſm illud. Hie. 33. Cœlū & terrā ego im plebo. Nec diuisibiliter: quia pater in partibus est, sed exit ab eo per personalem distinctionem. sic ergo in exitu inquantum præ supponit inherentiam designat essentiæ vnitas, inquantum insinuat processum quēdam designat distinctio psonalis. Psal. 18. A summo cœlo scilicet Deo patre, egressio eius. Ex vtero ante luciferū genui te. Sed in rebus corporalibus res exiens ab aliquo iā non est in eo, cum exeat per separationem essentiæ vel loci. Hic aūt quia non est exitus talis, ideo sic ab ęterno a patre exijt q̄ tñ ab æterno sic in eo, & sic qñ est in eo exit, & quando exit est in eo, ita vt semper exeat, & semper sit in eo. Temporalem aūt processionem eius designat dicens {& veni in mundum.} Sicut autē exitus a patre ab æterno non est localiter, ita nec aduentus eius in mundum est localis; quia cum filius sit in patre, & econuerso: sicut pater oia implet, ita & filius, nec est quo localiter moueat. Dicitur ergo venisse in mundum inquantum naturam humanā assumpsit, quantum ad corpus, habentem originem ex mūdo nō mutando locum. supr. 1. In propria venit & sui, &c. Consequenter cum dicit. {Iterum relinquo mundum, &c.} Agit de reditu suo ad patrem. Et primo ponit recessum eius a mundo dicēs {Iterū relinquo mundum.} non subtrahendo suæ gubernationis providentiam, quia simul cum patre semper mundum gubernat, & semper cum fidelibus est per gratiæ opitulationem. Mat. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem, &c. Relinquit ergo mundum subtrahendo se a conspectu corporali mundanorū. Secundo ponit reditum suum ad patrem, cum dicit. {Vado ad patrem.} quem nunquam deseruerat. Vadit autem inquantum se obtulit patri in passione. Ephes. 5. Obtulit semetipsum. Itē inquantum per resurrectionem secundum quōd homo configuratus est patri in immortalitate. Rom. 6. Quod autem viuit, viuit Deo. Item inquantum in ascensione ascendit ad cœlos, in quo specialiter refulget diuina gloria. Matthæi. vltimo. Dominus quidem Iesus, & cætera. supra eodem. Vado ad eum, qui me misit, & nemo, &c.

LECTIO VIII.

Ostris rationibus, & verbis consolantibus Apostolos. hic ponitur effectus ipsorum in discipulos. Et primo ponitur discipulorum affectio. Secundo ostenditur ipsorum conditio, ibi. {Respondit eis Iesus.} Tertio insinuatur prædictorum intectio, ibi. {Hæc locutus sum vobis, &c.} Affectio discipulorum est confessionis & credulitatis, vnde dicunt. {Ecce nunc palam, &c.} Vbi tria consistentur de Christo, scilicet doctrinæ claritatem, scientiæ certitudinē, & diuinam originē. Primum cōficentur, cum dicunt. {Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.} Si enim diligenter aduertimus vix in aliquo loco sacræ scripturæ ita exprimitur Christi origo, sicut hic, cū dicit, Palam de patre meo annunciabo vobis, & exiui a patre, & veni in mundum. Et ideo credentes hanc promissionem, qua dixit palam de patre, &c. eis completam esse, ita vt non alia manifestatione indigeant, dicunt. {Ecce nunc palam loqueris.} Sed vt Augustinus dicit, ita adhuc ignorantes erant discipuli, vt se non intelligere ignorent. Non enim promiserat eis in illa hora se sine prouerbiis locuturum: sed in hora resurrectionis vel gloriæ, tamen quantum ad ipsos discipulos iam clarius eis fuit locutus tunc, quamuis alia claritas sermonum eius esset expectanda. infra 18. Ego palam locutus sum mundo. Secundum confitentur, cum dicunt. {Nunc scimus quia scis omnia.} Et quidem in superficie verborum satis euidens argumentum est certæ & perfectæ scientiæ, quando quis manifestat quæ dicit. Signum enim scientis est omnino posse docere. vnde dicitur Prouerb. 14. Quòd doctrina prudentium facilis est. Quæ enim nostrum superant intellectum, non plane verbis explicamus. Sed tamen hoc Apostoli dicunt propter aliam intentionem, quia scilicet dominus scit omnia cordis eorum secreta, & de his quæ dubitant satisfacit. Consolatur eos promittendo gaudium spiritus sancti, & iteratam sui visionem, & ideo dicunt. {Nunc scimus quia scis omnia.} scilicet secreta cordiū. infra vlt. Tu omnia nosti. Ecclesiast. 49. Domino Deo nostro nota sunt omnia, antequam fiant. vnde subdunt. {Et non est opus tibi, vt quis te interroget.} Quod videtur prædictis contradicere. Dicunt enim, quòd scit omnia. Scientis enim non est interrogare, sed interrogari. Quomodo ergo non est ei opus, vt quis eum interroget? Sed dicendum, quòd hoc dicunt, vt innuant, quòd etiā secreta cordium nouit, quia & ante interrogationem eis satisfecit supra cum dicerent inter se. Quid est, quod dicit nobis modicum. Nihilominus tamen Christus interrogat, & interrogatur, non quia opus sit ei, sed nobis. Tertium confitentur, cum dicunt. {In hoc credimus quia a Deo existi.} Et quidem cōueniente r. Scire enim omnia & etiam secreta cordium, est proprium diuinitatis. Hiere. 16. Prauum est cor hominis & inscrutabile, qs cognoscet illud? ego dominus, &c. & ideo dicunt {a Deo existi} consubstantiali patri & verus Deus.

H Hic ponitur discipulorum conditio, quæ est infirmitatis. Vbi primo exprobrat fidei eorum tarditatem. Secundo tribulationem futuram imminentem. Tertio ostendit se immunem ab omni eorum detrimento. Quantum ad primum dicit. {Modo creditis.} Quod si accipiatur interrogatiue, est exprobratio tarditatis eorum ad credendum, quasi diceret. Vsque modo distulistis credere? supra 14. Si vero accipiatur remissiue, exprobrat fidei ipsorum instabilitatem, quasi diceret. Verum est, quòd nunc creditis: sed statim quando tradar dimittetis me. Luc. 18. Ad tempus credunt & in tempore, &c. {Ecce venit hora, &c.} Hic ponitur eis imminens tribulatio & scandalum. vnde sciendum est, quòd imminente huiusmodi scandalo, quæ antea per Christum adepti fuerant amiserunt. Adepti enim fuerant Christi societatem, possessionem, & rerum exonerationē, & omnem communem modum viuendi. Vnde hæc tria enumerat Petrus. Matthæi 19. dicens: Ecce nos, scilicet omnes, quantum ad tertium, relinquimus omnia, quantum ad secundum, & secuti sumus te, quantum ad primum, & hæc amiserunt, & ideo hoc eis prædixit dominus dicens. {Ecce venit hora, & iam venit vt dispergamini.} quantum ad tertium propter timorem, qui vobis dominabitur, ita vt nec simul possitis fugere. Zach. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis, &c. {Vnusquisque in propria.} quantum ad secundum, idest, ad animum possidendi propria. vnde Petrus cum aliis reuersi sunt ad nauem & propria, infr. vlti. Exierunt & ascenderunt in nauim, &c. {Et me solum relinquatis.} quantum ad primum. Iob. 21. Fratres mei derelinquerunt me, &c. Isa. 63. Torcular calcaui solus. Sed discipulorū scandalo Christus nullum patitur detrimentum. Vñ dicit. {Et non sum solus: quia pater mecū est.} quasi diceret. Et si sum vnum cum patre per vnitatem essentiæ, non sum solus per distinctionem personalem. Vnde nō sic a patre exiui, vt, ab eo recederem.

c Hic ponit dominus suam intentionem de doctrina sua. Et primo ponit doctrinæ suę vtilitatem. Secundo necessitatem, ibi. {In mundo, &c.} Vtilitas doctrinæ est pax. Vnde dicit dico quòd ad hoc deducemini, vt me solum relinquatis. Et propter hoc propono vobis doctrinam meam ne in hac derelictione perfidiatis. Et propter hoc, scilicet omnia quę dixi vobis in sermone, vel omnia quæ in toto euangelio locutus sum vobis vt ad me redeūtes. {in me pacem habeatis.} Finis enim euangelij est pax in Christo. Psal. 118. Pax multa diligentibus nomen tuum. Cuius ratio est. quia pax cordis opponitur eius perturbationi, quæ oritur ex malis superuenientibus & crescentibus. Si quis autem habeat aliquando luctum, vel gaudium superexcedens ilia mala, patet q̃ perturbatio non manet. Et inde est, quòd homines mundani, qui Deo per amorem non sunt coniuncti, habent tribulationes absque pace. Sed sancti qui Deum per amorem habent in corde, & si ex mundo habeant tribulationes: in Christo habent pacem. Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Finis enim noster hic debet esse, vt pacem habeamus in Deo. Psal. 76. Renuit cōsolari anima mea, &c. scilicet in rebus mundi: sed vbi memor fui Dei, delectatus sum.

d Necessitas autem huius pacis est illata vexatio a mundo. Vnde dicit. {In mundo præssuram habebitis.} Et primo prænunciat futuram angustiam. Secundo dat contra eam fiduciam. Quantum ad primum dicit. {In mundo pressuram habebitis.} idest a mundanis. 1. Ioan. 3. Nolite mirari si odit vos mundus. supra 15. Quia ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, &c. Quantum ad secundum dicit {Confidite, &c.} Ipse enim liberat nos. Ecclesiast. 51. Liberauit me a pressura flammę, &c. quasi diceret. Recurratis ad me, & habebitis pacem. & hoc ideo {quia ego vici mundum.} qui vos præmit. Vicit Christus mundum. Primo quidem auferendo ei arma quibus impugnat. Hæc autem sunt eius concupiscibilia. 1. Ioan. 4. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, &c quia, scilicet diuitias vicit per paupertatem. Psalm. 24 Inops & pauper sum ego. Luc. 18. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Honores per humilitatem. Mat. 11. Discite a me quia mitis sum, &c. Voluptates per passiones & labores. Philippen. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. Itē supr. 4. Iesus autē fatigatus, &c. Psalm. 87. In laboribus sum ego a iuuentute mea. Qui ergo sic ista vincit, vincit mundum. Et hoc est quod facit fides. 1. Ioan. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundum, &c. Quia cum sit substantia sperandarum rerum, quę sunt bona spiritualia & æterna facit nos contemnere bona carnalia & transitoria. Secundo vicit mundum mundi principem excludendo. supr. 11. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Colloss. 2. Expolians principatus, &c. Ex quo præbuit nobis diabolum, vt a nobis vincendum. Iob 40. Nunquid illudes ei quasi aui aut ligabis eum ancillis, &c. Ad literam post passionē Christi. Iuuenculæ ancillæ Christi, & paruuli illudunt ei. Tertio homines mūdi ad se cōuertendo. Mūdus rebellabat mouendo seditiones per homines mundi, quos Christus ad se traxit. supra 11. Ego si exaltatus fuero a terra, &c. Vnde supra 11. dicunt. Ecce totus mundus post eum vadit, &c. Sic ergo non debemus timere pressuras. quia victus est. Primę Corinthiorum 15. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam, per Iesum Christum, &c.

Lectio

LECTIO PRIMA.

Vpra, Dominus confortauit discipulos exemplo, & exhortatione. In parte ista confortat eos oratione. In qua quidem oratione tria facit. Primo orat pro seipso. Secundo pro discipulorum collegio, ibi. {Manifestaui nomē tuū, &c.} Tertio pro vniuerso fideli populo, ibi. {Non pro eis rogo tantum, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit petitionem. Secūdo petitionis fructum, ibi. {Vt filius tuus clarificet te, &c. Tertio petitionis exaudiendæ meritum, ibi. {Ego clarificaui te, &c.} Circa primum primo ponitur orandi ordo. Secundo orandi modus. Tertio orationis verba. Ordo orandi est congruus: quia post ex hortationem. Vnde dicit. {Hæc locutus est Iesus.} In quo datur nobis exemplum vt quos instruimus verbo, iuuemus orationum suffragio: quia sermo diuinus maxime habet effectum in cordibus auditorum cum oratione fulcitur, per quam diuinum auxilium imploratur. 2. Thessal. vlti. Orantes simul etiam pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, &c. Vnde & finis sermonis nostri debet ad orationem terminari. Ecclesia. 47. Consumatio, &c. Modus decens. quia {sibleuatis oculis in cœlum, &c.} Differentia est: enim inter orationem Christi, & orationem nostrā. Nam oratio nostra est solum ad necessitatem, sed oratio Christi est magis ad instructionē. Nulla enim necessitas inerat sibi oran di, qui simul cum patre exaudit. Instruxit autem nos in hoc, & verbo & facto. Facto quidem subleuando oculos, vt & nos in oratione nostra oculos ad cœlum leuemus. Psalm. 122. Ad te leuaui oculos meos, &c. Et non tantum oculos nostros, sed etiam operationes nostras in Deo referendo. secundum illud. Tren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus, &c. Verbo autem, quia manifeste orationem protulit. Vnde dicit. {Et dixit} vt scilicet quos instruxerat docendo, instrueret orando. Non solum enim verbū Christi, sed & facta eius, nostra instructio est. Verba autem eius sunt efficacia. Vnde dicit. {Pater venit hora.} Quæ quidem efficacia causatur ex tribus, scilicet ex orantis affectu. Filius enim orat patrem, cuius est patrem ex amore quærere, & ex amore rogare. Vnde dicit {pater} vt per hoc det intelligere, vt filiali affectu oremus Deum. Hiere. 3. Patrem vocabis me, &c. Secundo ex orandi necessitate. Vnde dicit. {Venit hora} passionis. de qua supr. 2. Nondum venit hora mea. Hora inquam, non tempus, non dies, quia statim capiendus erat, &c. Nec hora fatalis necessitatis: sed suæ ordinationis & beneplaciti. Et conuenienter rogaturus interponit tribulationes, quia in eis maxime Deus exaudit. Psal. 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, &c. 2. Par. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos, &c. Tertio ex petitionis tenore. Vnde dicit {Clarifica filium tuum.} Sed cum filius Dei sit ipsa sapientia. 1. Corinth. 1. Hæc autem maximam claritatem habeat. Sap. 6. Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia, quomodo dicitur claritas clarificari, præsertim cum ipse sit splendor patris. Hebræ. 1. Sed dicendum, q̃ Christus tripliciter petebat clarificari a patre scilicet in passione. Et hoc per multa miracula quæ tunc ostensa sunt, cum Sol obscuratus est, scissum est velum templi, & monumenta aperta sunt. Et de hoc dicitur. supr. 11. Et clararificaui, scilicet miraculis ante passionem, & iterum clarificabo in passione: Vnde dicit secundum hoc, {clarifica,} in passione, me ostendendo esse filium tuū. Vnde Centurio visis miraculis dixit. Vere filius Dei erat iste. Secundo in resurrectione. Anima enim illa sancta semper Deo coniuncta fuit habens gloriam ex Dei visione. supr. 1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre, &c. Nam a principio conceptionis quantum ad animam habuit claritatem. Sed in resurrectione habuit claritatem corporis. de qua Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū, &c. Tertio in notitia omnium populorum. Sap. 8. Habeo per hanc claritatem ad turbas, &c. Et sic dicit. {Clarifica,} idest, manifesta toti mundo me esse filium tuum, scilicet proprium, & hoc natiuitate, non creatione. Contra Arrium dicentem filium Dei esse creaturam veritate, non nuncupatione. Contra Sabellium dicentem, quod idem est qui dicitur pater, & qui dicitur filius origine, non adoptione. Contra Nestorium, qui dixit Christum esse filium adoptiuum.

b Hic ponitur fructus clarificationis. Et primo proponit fructum. Secundo exponit, ibi. {Sicut dedisti ei, &c.} Fructus autem clarificationis filij est clarificatio patris. Vnde dicit. {Vt filius tuus clarificet te.} Et sciendum, quòd audiens Arrius Dominum dicentem. Clarifica filium tuum, opinatus est patrem majorem filio. quod quidem verum est secundum humanitatem. supr. 13. Pater maior me est. Et ideo vt ostendat æqualitatem eius ad patrem secundum diuinitatem subiungit. {Vt filius tuus clarificet te,} scilicet in notitia hominum. Gloria enim est clara cum laude notitia. Deus autem olim erat clarus apud Iudęos: quia notus in Iudæa Deus: sed postea per filium notus est per totum mundum: sed & sancti viri bonis operibus notitiā Dei clarificant. Matth. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem, &c. Vnde supra 8. Ego gloriam meam non quæro, &c.

CAPVT XVII.
LECTIO PRIMA.

Haec locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlum dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuum.

b Vt filius tuus clarificet te.

c Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternā. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

c Hic ponit beneficium a Christo collatum hominibus. Secundo ostendit hoc beneficium ad gloriam patris pertinere, ibi. {hæc autem est vita æterna.} Dicit ergo vt filius tuus clarificet te. Et hoc {sicut dedisti ei potestatem omnis, &c.} Sciendum est enim, quòd agēris cuiuslibet, quod agit ab alio intentio est reducere suum effectum in causæ manifestationem. Nam ex actione principij, quod est de principio manifestatur ipsum principium. Filius autem quicquid habet, à patre habet. Et ideo oportet, quòd per ea quæ facit patrem manifestet. & ideo dicit. {Dedisti ei potestatem} super omnes homines, sed & filius per hanc potestatem debet eos ad tui cognitionem, quæ est vita æterna, perducere. Et sic est sensus. Filius clarificet te {sicut dedisti potestatem omnis carnis, } idest, omnis hominis. Isa. 41. Videbit omnis caro salutare Dei. {Dedisti, inquam secundum Hylarium dando per æternam generationem naturam diuinam, per quam habet potestatem omnia continendi. Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et supra. 5. Pater diligit filium, &c. vel {dedisti ei} scilicet Christo homini propter consortium personale ad filium tuum, vt sic caro haberet potestatem super carnem. Matth. vltim. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Daniel. 7. Dedit ei, scilicet filio hominis potestatem, &c. Ad hoc inquit {dedisti} vt scilicet sicut tu habes potestatem vt non ab homine aliquid accipias: sed vt reipsum ei conferas, ita & Christo homini, vt {omne quod dedisti ei} per æternam prædestinationem {det eis} sibi datis {vitam æternam, &c.} supr. 10. Oues meę vocem meam audiunt, &c. Sed nunquid vita æterna data hominibus pertinet ad gloriā patris? imo quia {hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c.} idest, vt clarificetur pater in notitia hominum. Sed hic duo sunt exponenda. Primo quidem quid est hoc quod dicit. Hæc est vita æterna, vt cognoscant, &c.} Circa quod sciendum est, quòd illa proprie viuere dicimus quæ seipsa mouent ad operandum, quęcunque autē non nisi ab alijs mouentur, non dicuntur viuentia: sed mortua. & ideo omnes operationes ad quas operans mouet se, dicuntur opera vitę: sicut velle, intelligere: sentire, augeri, & moueri. Dicitur autem aliquid viuere dupliciter, aut quia habet opera vitæ in potentia, & sic dormiens dicitur viuere vita sensitiua: quia habet potestatem mouendi scilicet actu non moueatur, aut quia iā exercet opera vitæ in actu, & tunc perfecte dicitur aliquid viuere. Vnde somnus dicitur dimidium vitæ. Inter opera autem vitæ altius est opus intelligentiæ, quod est intelligere, & ideo operatio intellectus maxime est vita, sicut aūt idem est sensus actu, & sensibile in actu, ita intelligēs in actu & res intellecta in actu. Cum ergo intelligentia sit vita, & intelligere sit viuere, sequitur quòd intelligere rem æternam sit viuere vita æterna. Deus est autem res æterna, intelligere ergo & videre Deum est vita æterna & ideo dominus dicit, quòd in visione consistit vita æterna, scilicet principaliter secundum totam suam substantiam. Amor autem est mouens ad hanc, & quoddam eius complementum. Nam ex delectatione quæ est in fruitione diuina, quam facit charitas est complementum & decor beatitudinis, sed eius substantia in visione consistit. 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est. Secundo exponendum est hoc, quod dicit {te solum verum Deum.} Manifestum est enim, quòd Christus loquebatur ad patrem, cum ergo dicat {te solum verum Deum.} Videtur quòd solus Deus pater sit Deus verus. Quod quidem concedunt Arriani dicentes filiū differre a patre per essentiam cum sit substantia creata, magis tamen & perfectius inter omnes creaturas patris diuinitatem participans, in tantum quòd dicatur Deus, sed non verus, quia non est Deus per naturam: sed solus pater. Sed contra hoc arguit Hylarius. Constat enim, quòd cum volumus scire de re aliqua vtrū sit vera, ex duobus scire possumus, scilicet ex natura, & ex virtute eius, Verum enim aurum est quod habet veri auri speciem, quod quidem scimus, si facit veri auri operationem. Si ergo habemus de filio, quòd habeat veram Dei naturā, & hoc p veram

operationem

operationem diuinitatis, quam exercet, manifestum est, quòd est verus Deus. Quòd autem exerceat filius vera opera diuinitatis patet supra. 5. Quecumque pater facit, hæc & filius similiter facit. Et iterum dicit. Sicut pater habet vitam in semetipso, nõ qui dem participatam, ita & filio dedit vitam, &c. 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, &c. Dicit autem { te solum Deum } secundũ Hylarium non excludes aliquid. Vnde nõ dicit absolute { te solum, &c. } sed addit { & quem misisti Iesum Christum. } quasi diceret. { Vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum } esse vnum solum & verum Deum: secundum illum modum loquendi. Tu solus altissimus Iesu Christe cum sancto spiritu. Nec facit mentionem de spiritu sancto: quia vbicunque ponuntur pater & filius præcipue in his quæ ad maiestatem diuinitatis pertinent, cointelligitur spiritus sanctus, qui est nexus amborum. Vel secundum Aug. de Trinitate. Hoc dicit ad excludendum errorem quorundam dicentiũ quòd hæc est salta. Pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus est Deus. Sed hæc est vera pater, & filius. & spiritus sanctus sunt vnus Deus. Et ratio istorum erat: quia vt ab Apostolo dicitur, Christus est Dei virtus, & Dei sapientia. Manifestum est autem, quòd nullus potest dicere aliquem Deum, nisi habeat virtutem & sapientiam diuinam. Cum ergo isti vellent, quòd pater esset sapientia quæ est filius, dicebant vlterius, quòd pater sine filio consideratus non esset Deus, & etiam filius & spiritus sanctus. Et quia in missione designatur incarnatio filij Dei, ideo per hoc quòd dicit. { Et quem misisti Iesum Christum. } datur intelligi, quòd in vita æterna gaudebimus etiã de humanitate Christi. Isa. 33. Regem, idest, Christum in decore suo videbunt. supra. 10. Ingredietur & egredietur, &c.

d Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.

LECTIO II.

Manifestaui nomen tuũ hominibus, quos dedisti mihi de mũdo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem meũ seruauerunt. Nũc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt. Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere, qui a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.

Vpra orauit dominus pro seipso. Hic orat pro Apostolorum collegio. Et primo assignat rationes orandi. Secundo ponit orationis tenorem, ibi. { Pater sancte serua, &c. } Circa primum duo facit. Primo tangit rationes ex parte discipulorum. Secundo ex parte sui, ibi. { ego pro eis rogo, &c. } Ex parte autem discipulorum ponit tres rationes orandi pro eis. Prima, quia a deo instructi. Secunda, quia sibi dati. Tertia, quia ei obedientes, & deuoti. Primã ponit cum dicit. { Manifestaui } quasi dicat secundum Augustinum, vt filius tuus clarificet te, quæ quidem clarificatio iam in parte est impleta quia { manifestaui nomen tuum, &c. Vel secundum Chrysost. Dico, q̃ consummaui opus quod dedisti mihi vt facerẽ Quale autem opus sit, subdit cum dicit. { Manifestaui nomen, tuum, &c. } quod est proprium opus filij Dei, qui est verbum, cuius est proprium manifestare dicentem. Matth. 11. Neque patrẽ quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius, &c. supr. 1. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus, &c. Sed hic est dubium. Cum Deus pater fuerit notus hominibus ante aduentum Christi: secundum illud. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus. Quid est hoc, qd̃ dicit. { Manifestum nomen tuum, } Responsio, dicendum, quòd nomen Dei patris poterat tripliciter cognosci. Vno mõ inquan, tum est omnium creator. Et hoc modo notus erat a gentibus. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, &c. Et infr. Deus illis reuelauit. Alio modo, vt cui soli esset latriæ cultus exhibendus. Et hoc modo non erat notus a gentibus, quæ etiam latriæ, cultum alij Dijs exhibebant, sed a Iudæis tantum, quibus solis præceptum erat in lege, quòd non nisi domino immolarent. Exodi. 22. Qui immolat Dijs alienis, &c. Tertio modo vt pater vnigeniti filii sui Iesu Christi. Et hoc modo nulli erat notus, sed innotuit per filium quando Apostoli crediderunt eum esse filium Dei. Secundam rationem ponit cum dicit. { Quem dedisti mihi }. Et primo ponit dationem, ex qua sumitur ratio seu modus. Dicit ergo. { Quos dedisti mihi. } scilicet illis hominibus nomen, tuum manifestaui. Sed nunquid filius habuit eos sicut & pater habuit, vtique inquantum Deus. Sed dicit { dedisti mihi. } scilicet homini, vt me audirent, & mihi obedirent. supr. 6. Nemo potest venire ad me, &c. Quòd autem aliqui ad Christum veniãt est ex dono & gratia Dei. Ephes. 2. Gratia saluati estis, hoc enim Dei donum est. { dedisti } inquam { de mundo. } idest, a mundo electos. supr. 15. Quia ego elegi vos de mundo. Nam si totus mundus quantum ad Deum datus sit filio, Apostoli tamen dati sunt filio ad obediendum. Rationẽ dationis ponit, dicens. { Tui erãt } quasi ideo dati, quia { tui erant. } & mei, & secundum diuinitatem prædestinati ab æterno, vt per gratiam ad futuram gloriam peruenirent. Ephes. 2. Elegit vos in ipso, &c. { Et mihi eos dedisti }. i. quòd antea de eis mecum, & in me prædestinasti opere impletis faciendo, vt mihi adhærerent. Tertiam rationem ponit cum dicit. { Et sermonem tuum, &c. } quæ sumitur ex discipulorum deuotione. Et primo ponit deuotionem ipsorum ad filium. Secundo ostendit. quòd hæc deuotio redundat in gloriam patris, ibi. { Et cognouerunt, &c. } Tertio rationem huius assignat, ibi. { quia verba quæ, &c. } Dicit ergo quantum ad primum. { Mihi eos dedisti quia tui erant. } sed & ipsi deuote se habuerunt { quia sermonem tuum } seruauerunt in corde per fidem, & in opere per impletionem. Prouerbio. 8. Serua mandata mea vt viuas, &c. supr. 15. Si mandata mea seruaueris, &c. Sed & hoc quòd sic seruauerunt sermonem redundat in gloriam tuam, pater. Nam hic est sermo meus: quia omnia quæcunque habeo, a te habeo { & ipsi nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi. } scilicet homini filio tuo { abs te sunt. } supr. 1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti, idest, vidimus eum quasi omnia a patre habentem. Et per hoc quòd cognououerunt, clarificatur pater in mente ipsorum. Ratio autem huius clarificationis, quòd scilicet obedientia discipulorum redundet ad filium in gloriam patris, ponitur cũ dicitur. { Quia verba verba quæ dedisti mihi. } Vbi primo ponit ordinem processus cognitionis a patre ad discipulos. Secundo proponit ordinem reductionis mentium discipulorum in patrem. Primum ponit per dationem doctrinę a patre. Et ponitur duplex datio. Vna quam dedit pater filio. Vnde dicit { Verba quæ dedisti mihi. } secundum generationem æternam. In qua dedit pater verba filio, cum tamen ipse sit verbum patris. Huiusmodi verba nil aliud sunt quàm rationes omnium fiendorum, quas omnes ab æterno pater dedit filio generando ipsum. Vel { dedisti mihi. }

mihi. } scilicet Christo homini: quia anima sua sanctissima ab ipso instanti conceptionis repleta fuit omni cognitione veritatis. supr. 1. Plenum gratiæ & veritatis, idest, cognitione cuiuslibet veritatis. Col. 2. In ipso sunt oẽs thesauri. Alia datio est quã Christus dat discipulis. Vnde dicit. { Dedi eis. } interius & exterius docendo. supr. 14. Omnia quęcumque audiui a patre meo, &c. In quo se ostẽdit mediatorem Dei & hominum. 1. Thim. 1. quia, scilicet quod accepit a patre trãsfundit i discipulos. Deuter. 6. Ego sequester fui, &c. Reductio autem mentium discipulorum in Deum ponitur cum dicit { Et ipsi acceperunt } Vbi ponitur duplex acceptio correspondens duplici dationi prædictę. Vna respondet secundæ dationi cum dicit { & ipsi acceperunt } a me, non existentes rebelles. Isa. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. supr. 6. Omnis qui audiuit a patre & didicit, &c. Et accipientes { cognouerunt } quia tu omnia mihi dedisti. Quod responder primæ dationi. Et secundum Aug. hoc quod addit { Credíderunt, &c. } est expositiuum prædicentium. Duplex enim est cognitio diuinorum. Vna perfecta, quæ est gloriæ per apertam visionem. Alia imperfecta, quæ est viæ per fidem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate. quantum ad secundum. Tunc autem facie ad faciem. quantum ad primum, dicit ergo, { cognouerunt quia a te exiui. } Sed qua cognitione? nunquid patriæ? nõ: sed fidei. Vnde subdit { & crediderunt. } quasi hoc ipsum sit cognoscere quod credere. { Crediderunt } inquam vere, idest, firmiter & stabiliter. supr. 6. Modo creditis scilicet stabiliter, ecce venit hora, scilicet cum perfecte creditis. Et vtitur præterito pro futuro: tum propter certitudinem rei futuræ, tum propter infallibilitatem diuinæ prædestinationis. Vel secundum Chrysosto. loquitur de præterito. Et hoc dicit esse facta, quia iam inchoata erant. Dicendum ergo vt vtrumque sensum concordemus, quia hæc omnia inchoata erant: sed perficienda restabant. Ergo quantum pertinet ad inchoationem loquitur de præterito: sed quantum ad consummationem loquitur de futuro, quæ fienda erant per aduentum spiritus sancti. Sed quid crediderunt? { quia tu me misisti. } Galat. 4. Misit Deus filium suum, &c. Quod secundum Aug. idem est, quod est { a te exiui. } Sed hoc est contra Hyla. quia secundum eum, vt dictum est, exire pertinet ad æternam generationem, mitti vero ad incarnationem. Sed dicendum, quòd de Christo possumus loqui dupliciter, scilicet secundum diuinitatẽ, & sic quantum ad filium Dei, aliud est exire, & aliud mitti, vt Hylarius dicit. Vel secundum humanitatem, & sic quantum ad filiũ hominis idem est exire & mitti, vt dicit Aug.

b Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mũdo sũt, & ego ad te venio.

LECTIO III.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi vt sint vnum sicut & nos.

Hic ponuntur rationes orationis ex parte Christi. Et ponit ad hoc tres rationes. Vna sumitur ex dominio, quod super eos acceperat. Et ad hoc dicit. { Ego pro eis, } scilicet discipulis { rogo. } Vbi primo ponit rationem ipsam. Secundo manifestat eam, ibi. { Quia tui sunt. } Ratio autem, quare quis sit audiẽdus, & orare debeat pro alijs, est si illi specialiter pertineant ad ipsum. Orationes enim generales minus exaudiuntur. & ideo dicit. { Pro eis rogo, non pro mundo, } idest, mundi dilectoribus: { sed pro his, quos dedisti mihi } vt discipulos & obedientes specialiter, quamuis omnia sint mea potestate. Psalm. 2. Postula a me, &c. Sed contra, videtur quòd pro omnibus rogauerit. 1. Ioan. 1. Aduocatum habemus apud patrem, &c. Et ipse est propiciatio pro peccatis non solum autem nostris, sed, &c. 1. Thimoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, &c. Responsio, dicendum, quòd Christus quantum est de se pro omnibus orauit, quia oratio sua quantum est de se efficax est vt valeat toti mundo, sed tamen non in omnibus sortitur effectum, nisi in sanctis & electis Dei, & hoc propter impedimentum mundanorum. Et rationem manifestat dicens { tui erant, } scilicet per æternam prędestinationem. Sed non erant ita tui, vt filius eos non haberet, nec ita dantur filio, vt auferantur patri. Vnde dicit. { Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. } In quo ostenditur æqualitas filij ad patrem, qui secundum q̃ Deus ab æterno habet omnia quæ pater habet. Sed notandum, quòd pater habet quædam quæ pertinent ad essentiam suam, sicut est sapientia, bonitas, & huiusmodi, quæ nihil aliud sunt, quàm sua essentia, & hoc protestatur filius se habere. supr. 16. Vbi loquitur de processione spiritus sancti. De meo accipiet & annunciabit vobis. & hoc ideo: quia quęcumque habet pater mea sunt. Et dicit { omnia } quia licet vnum re sint, tamẽ multa ratione. Secundo habet quædam quæ pertinent ad possessionẽ sanctitatis, quæ sunt ei consecrata per fidem, sicut sunt omnes sancti & electi, de quibus dicit supra eod. Tui erant. Et etiam ista omnia protestatur filius se habere, cum dicit hic, de eis loquens. { Et tua mea sunt, &c. } quia scilicet ad hoc prædestinati sunt, vt fruantur filio, sicut & patre. Tertio modo habet pater quædam per modum possessionis communiter, sicut omnes res creatas. Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Et hæc etiam omnia sunt filij. Vnde in Parabola de filio prodigo. Luc. 15. Dicit pater filio maiori, omnia mea tua sunt. Secunda ratio sumit ex gloria quam Christus habebat in eis: quia gloriã eius iam partim cognoscebant, & adhuc magis cognoscituri erant. 1. Petr. 2. Non indoctas fabulas secuti, &c. Tertia ratio sumitur ex absentia, qua ab eis corporaliter recedebat. Vnde dicit. { Et iam non sum in mundo. } Vbi sciendum est, quòd dupliciter dicitur aliquid esse in mundo, scilicet adhærendo mundo per effectum 1. Ioan. 2. Omne quod in mundo, &c. Sed hoc modo non est dicendum, quòd Christus iam nõ sit in mundo, cum nunquam fuerit in mundo, ei per affectum inhærendo. Sed est alio modo intelligendum, scilicet quòd iam nõ sit in mundo præsentia corporali: quia mox futurum erat, vt qui in mundo corporaliter fuerat, corporaliter ipsum relinqueret. { Et hi } scilicet discipuli { in mundo sunt. } scilicet præsentia corporali. { Et ego ad te venio } secũdum quòd homo, scilicet ad participationem gloriæ tuę, & exaltationem vsque ad dexteram tuam, &c. Et ideo iustum est vt pro eis orem a quibus corporaliter recessurus sum.

LECTIO III.

Osticis rationibus orandi, pro Apostolis. Hic ponit petitiones quas pro eis porrigebat. Et primo petit eorum conseruationem. Secundo sanctificationem, ibi. { Sanctifica eos. } Sed conseruationem a malo, sanctificationem in bono. Circa primum duo facit. Primo petit eorum conseruationem. Secundo ponit conseruationis necessitatem, ibi. { Cum essem cum eis. } Circa primum consideranda sunt quatuor. Primo a quo petat. Secundo quid petat. Tertio pro quibus. Quarto ad quid petit. Petit quidem a patre. Vnde dicit. { Pater. } Et merito: quia ipse est principium omnis boni. Iacob. 1. Omne datum optimũ, &c. Sed addit { sancte, } quia etiam in ipso est principium & origo totius sanctitatis, & quia finaliter sanctificationem petebat. Leui. 19. Sancti eritis, &c. 1. Reg. 2. Non est sanctus vt est dominus, &c. Petit autem conseruationem eorum. Vnde dicit. { Serua eos. } quia vt dicitur in Psalm. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatem, &c. non enim bonum nostrum est vt in hoc solum, quòd habemus esse a Deo: sed oportet quòd conseruemur ab eo. Quia vt dicit Gregorius. Omnia in nihilum redigerentur, nisi manus omnipotentis contineret. Hebr. 1. Portans omnia verbo, &c. Et ideo Psalmista petebat. Conserua me domine, &c. Conseruatur autem homo a malo, & a peccato in nomine Dei. Vnde dicit. { In nomine tuo. } idest, per virtutem nominis tui & tuæ cognitionis. Quia in hoc est gloria & salus nostra. Psal. 19. Hi in curribus, & hi in equis, &c. Petit autem pro sibi datis. Vnde dicit. { Quos dedisti mihi. } Ecclesiast. 6. Inspice in omnia opera domini, quòd nemo, &c. Nullus enim potest conseruari a malo nisi per electionem diuinam quæ designatur, cum dicit. { Quos dedisti mihi. } idest dono tuæ gratiæ, vt mihi adhęrerẽt. Matth. 19. Non omnes capiunt verbum hoc: sed quibus datum est. Qui enim sic dantur Christo conseruantur a malo. Ad quid ergo petit eos conseruari, subdit dicens. { Vt sint vnũ, &c. } quod potest dupliciter continuari ad præcedentia. Vno modo, vt designet modum conseruationis. Vt sit sensus. Ita seruabuntur { vt sint } vnum. } Nam quælibet res conseruatur in esse quamdiu est vna, quę desinit esse per diuisionem. Matth. 13. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. & ideo ecclesia potest conseruari, & homines si sint vnum. Alio modo vt sit finis conseruationis. Vt sit sensus. Et ad hoc conseruentur { vt sint vnum. } Nam in vnitate spiritus consistit nostra perfectio tota. Ephes. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus, &c. Psal. 132. Ecce quam bonum, & q̃ iocundum. &c. Sed addit. { Sicut nos vnum sumus. } Sed cõtra, ipsi sunt vnum secundum essentiam. Ergo & nos erimus vnum per essentiam. Sed hoc non est verum. Responsio, dicendum, quòd vniuscuiusque perfectio nihil est aliud quàm participatio diuinæ similitudinis. In tantum enim sumus boni, inquantum Deo assimilamur. Vnitas ergo nostra in tantum est perfectiua inquãtum participat vnitatem diuinam. Est autem duplex vnitas in diuinis scilicet naturæ. supr. 10. Ego & pater vnum sumus. Et: vnitas amoris in patre & filio quæ est vnitas spiritus. Et vtraque est in nobis, non quidem per æquiparationem, sed per similitudinẽ quandam: pater enim & filius sunt eiusdem naturæ numero.

Nos autem ſumus vnum in natura ſecundum ſpeciem. Item ipſi ſunt vnum per amorem non participatum ex dono alicuius, ſed ab eis procedentē. Nam pater & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto. Nos autem per amorem participatum ex aliquo ſuperiori. Neceſſitatem autem huius conſeruationis ponit, dicens.

b QVæ cauſatur ex duobus. Primo quidem ex re ceſſu ſui. Secundo ex odio mūdi, ibi. {Ego dedi, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit conſeruationis ſtudium quod dominus cum eſſet preſens eis exhibuit. Secundo inſinuat diſceſſum, quo ad patrem redijt, ibi. {Nūc autem ad te venio.} Tertio aſſignat rationem, quare hæc verba protulit, ibi. {Et hæc loquor, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit conſeruandi modum. Secundo conſeruationis debitum. Tertio conſeruationis efficaciā ſiue effectum. Sed modus conſeruandi eſt congruus, quia virtute patris. Vnde dicit. {Cum eſſem cum eis.} ſcilicet præſentia corporali. Baruch. 4. Poſt hæc in terris viſus eſt, &c. {Ego ſcilicet} filius hominis {ſeruabam,} id eſt, cuſtodiebam {eos} à malo & peccato: ſed non virtute humana, ſimo diuina: quia {in nomine tuo} quod quidem nomen etiam cōmune eſt patri & filio & ſpiritui ſancto. Matth. vlti. Baptizantes eos in nomine patris, &c. Et hoc idem, tum quia pater & filius ſunt vnus Deus: tum quia in nomine patris intelligitur etiam nomen filij. Pater enim dicitur, qui habet filium. Sed attende quia ſupra cum negaſſet ſe habere dæmonium, non negauit ſe Samaritanum id eſt, cuſtodem eſſe, quia cuſtos eſt. Iſa. 21. Cuſtos quid de nocte, ſcilicet huius mundi. Ipſe enim ſicut paſtor cuſtodit gregem ſuum. Sed conſeruationis debitum ponit dicens. {Quos dediſti mihi.} Quibus enim tenetur cuſtodire ſuæ cuſtodiæ deputatos. 3. Reg. penult. Cuſtodi virum iſtum, &c. Aba. 2. Super cuſtodiam meam ſtabo. Sic ſtat prælatus quando diligenter inuigilat ſuper his qui ſibi ſunt deputati. Luc. 2. Paſtores erant in regione eadem, &c. Sed efficacia cuſtodiæ eſt perfecta. quia {nemo ex hijs perijt.} ſupr. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & non rapiet eas quiſquam, &c. ſupra 6. Omnis qui credit in eum, &c. Sed ab hac efficacia excipitur vnus ſcilicet {filius perditionis.} ſcilicet Iudas, qui dicitur filius perditionis, quaſi ad perpetuam perditionem preſcitus, & præordinatus. Sic enim aliqui deputati ad mortem dicuntur filij mortis. 1. Reg. 16. Omnes vos filij mortis eſtis. Matth. 23. Circuitis mare & aridam, &c. & facitis eum filium mortis duplo q̄ vos, &c. Sed nota, quòd Interlinearis habet, filij mortis id eſt, prædeſtinatus perditioni, cum tamen raro inueniatur, quòd prædeſtinatio ponatur in malum. Vnde hic ſumitur communiter pro ſcientia vel ordinatione. Ideo prædeſtinatio ſemper in bonum ponitur, quia habet duplicē effectū gratiæ & gloriæ. Et ad vtrumque Deus ordinat: ſed in reprobatione duo ſunt, culpa & pœna temporaliter. Et ad vnum eorum Deus tantum ordinat, ſcilicet ad pœnam, & non per ſe. {Vt ſcriptura} qua ſcilicet prædixiſti, ſcilicet in Pſal. 103. {Deus laudem meam ne tacueris, &c. quòd ſcilicet eſſet me proditurus {impleretur.}

c DEferens eos corporali præſentia. ſupr. 16. Iterum relinquo mundum, &c. Sed quia hæc verba in corde male intelligentium poſſent infidelitatis ſcandalum generare, quaſi non poſſet eos ſeruare ab eis recedens. Vel quòd pater eos ante non ſeruaſſet: ſed quidem & pater eos ante ſeruabat. Vnde dixit. Ego ſeruabam eos in nomine tuo: ſed & filius poſt ſuum receſſum eos ſeruare poturit. Et ideo rationem dictorum aſſignans, dicit.

d QVaſi dicat. Locutus ſum ſicut homo orans: ſed {hæc loquor} propter conſolationem diſcipulorum eſt mantiū me eſſe hominem, purum, vt ſaltem conſolētur in hoc, quòd eos tibi patri quem maiorem credunt recommendo, gaudentes ſe eſſe in protectione patris. Et hoc ſecundum Chryſoſtomum, vel ſecundum Auguſtinum. Vt referantur hæc verba ad hoc quod ſupra dixit. Vt ſint vnum, &c. Et ſic ponuntur vt fructus vnitatis, quaſi diceret {vt habeant gaudium} iam ſuperius expreſſum, quo ſcilicet in me gaudeant. Vel quod eis eſt a me plenum in ſemetipſis, quod quidem conſequentur per vnitatem ſpiritus, per quā peruenient ad gaudium vitæ æternæ quod eſt plenum. Ideo autem gaudium ad vnitatem ſequitur, quia vnitas & pax faciunt perfecte gaudere. Prouerbiorum 12. Qui ineunt pacis conſilia, ſequitur eos gaudium. Galath. 5. Fructus autem ſpiritus eſt gaudium, &c.

e HIc ponitur alia conſeruationis neceſſitas, quæ cauſatur ex odio mundi. Et primo proponit beneficium quod diſcipulis contulerat. Secundo odium mundi quod incurrerant, ibi. {Et mundus eos, &c.} Tertio petit auxilium patris, quòd eos protegat, ibi. {Non rogo, &c.} Dicit ergo primo. {Ego dedi eis ſermonem tuum.} id eſt, quem a te recepi.} ſupra eod. Verba quæ dediſti mihi, &c. Vel {dedi.} id eſt dabo p inſpirationem paraclit {ſermonem tuū} id eſt, de te, quod quidem eſt maximum, donum & beneficiū. Proue. 4. Donum bonum tribuam vobis. Legem meam ne derelinquatis, &c.

f SEd ex hoc ſecutū eſt odium mūdi, quia ſcilicet, ex hoc quòd ſuſceperunt ſermonem tuum. {Et mūdus eos odio, &c.} Luc. 6. Beati eritis cū vos oderint homines, &c. 1. Ioan. 4. Nolite mirari ſi odit vos mundus. Cauſa autem huius odij eſt, quia receſſerunt de mundo. Sermo enim Dei facit homines a mundo recedere. Nam Deo coniungit, cui nullus coniungi poteſt niſi à mundo recedat, qui enim diligit mundum, non eſt perfecta charitas Dei in illo. & ideo dicit. {Quia nō ſunt de hoc mundo. ſupr. 15. Quia ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mundus. Naturale enim eſt vnicuique, quòd ſibi ſimile eſt, diligere. Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, & odio habet diſſimile. Sap 2. Grauis eſt nobis etiam ad videndum. Et hoc, quia diſſimilis eſt, &c. Et ad hoc ponit exemplum qualiter ſcilicet nō ſunt de mundo dicens. {Sicut & ego non ſum de mundo.} quod intelligendum eſt quantum ad amorem. quia ſicut Chriſtus in mundo non erat per affectum, ſic nec iſti. Non autem quantum ad originem: quia aliquando de mundo fuerunt. Chriſtus autem nunquam: quia etiam quantum ad natiuitatem carnis natus eſt de ſpiritu ſancto. Mat. 1. ſupr. 8. Vos de hoc mundo non eſtis, &c. Auxilium autem contra odium petit, dicens.

g ET primo ponit ſuam petitionem. Secundo aſſignat petitionis rationem, ibi. {De mundo, &c.} Circa primum duo ponit quorum vnum dicit ſe non petere ſcilicet, non tollantur de mundo. Contra, quomodo tolli poſſunt de mundo, qui de mundo non ſunt? Sed dicendum, quòd de mundo quidem non erat per affectum, ſicut ſupra dixit: ſed de mundo per corporalem cōuerſationem. Et ſecundum hoc noluit vt tolleretur de mundo. Et hoc propter vtilitatem fidelū, qui per eos credituri erāt. Marc. vlti. Euntes in mundum vniuerſum, &c. Sed aliud petit, vt ſcilicet in mundo corporaliter conuerſantes {ſerues a malo.} ſcilicet mundi. Graue enim eſt, vt homo inter malos exiſtēs à malo immunis exiſtat, præcipue cum totus mundus in maligno poſitus ſit. Iſa. 8. Cum trāſieris per aquas, tecum ero, &c. Ratio autem petitionis ponitur cum dicit. {De mundo non ſunt.} Vbi videtur eſſe intricatio verborum & inutilis repetitio, cum dicat eadem verba ſupra. Sed quidem non eſt inutilis repetitio: quia ad aliud dicuntur ibi & ad aliud hic. Ibi enim dicuntur ad oſtendendam cauſam, quare odio habeantur a mundo. Hic vero dicuntur ad aſſignandam rationem, quare debeant conſeruari a Deo. Ex quo datur intelligi, quòd idem eſt propter quod ſancti odiūtur a mundo, & diliguntur a Deo, ſcilicet contemptus mundi. Iac. 2. Nonne vos elegit Deus, &c. Et ideo quodlibet bonum quod facit redit hominem mundo odibilem, ſed Deo dilectum. Exod. 8. Abhominātes Aegyptiorum immolabimus domino Deo noſtro.

LECTIO IIII.

SVpra, Dominus petiit diſcipulorum conſeruatiōnē. Hic petit eorum ſanctificationem. Et primo petit eorum ſanctificationem. Secundo ſanctificationis aſſignat neceſſitatem, ibi. {Sicut tu me, &c.} Tertio inſinuat huius ſanctificationis inchoationem, ibi. {Et ego pro eis ſanctifico, &c.} Dicit ergo. Sic petii, quòd ſeruentur a malo, ſed hoc non ſufficit niſi perficiantur in bono. Pſal. 36. Declina a malo & fac bonū. & ideo {Pater ſanctifica.} id eſt, perfice eos & ſanctos fac. Et hoc {in veritate,} id eſt, in me filio tuo, qui ſum veritas. ſupr. 13. quaſi diceret, fac eos perticipes meæ perfectionis, & ſanctitatis. Et ideo addit. {Sermo tuus, id eſt, verbum tuum veritas eſt. Vt ſit ſenſus {Sanctifica eos in me veritate,} quia ego verbum tuum, ſum veritas. Vel {ſanctifica eos.} immittendo eis ſpiritum ſanctum. Et hoc {in veritate, id eſt, in cognitione veritatis ſi dei, & tuorum mandatorum. ſupr. 8. Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Nam per fidē & cognitionē veritatis ſanctificamur.

camur. Roma. 3. Iuſtitia enim Dei per fidem Ieſu Chriſti, &c. & ideo ſubdit. {Sermo tuus veritas eſt,} quia ſcilicet. Veritas ſermonum Dei nullam habet falſitatem admixtā. Pro. 8 Recti ſunt ſermones mei, &c. Et quia ſermo eius docet veritatem intercatā. Vel aliter, in veteri teſtamento erat modus loquendi, quòd omne quod deputatur cultui diuino, dicitur ſanctificari. Exodi. 28. Applica ad me Aaron, &c. Dicit ergo. {Sanctifica,} id eſt deputa quaſi per modum ſanctificationis eos. {in veritate,} i. tuæ veritati prædicandē Quia {ſermo tuus.} quem debent prædicare. {veritas eſt.} Et neceſſitas ſanctificationis ſubditur, cum dicit.

b QVaſi dicat, ad hoc ego veni vt prædicarem veritatem: infra 19 In hoc natus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Ita & ego diſcipulos ad veritatem prædicandam. Mat. vlti. Euntes in mundum vniuerſum prædicate, &c. Neceſſe ergo habent, quòd in veritate teſtificentur. infra. 20. Sicut miſit me pater, &c. Sed debent ſanctificari, nō ſolum propter officium, ad qd deputantur: ſed quia iam inchoata eſt per me. Vnde dicit.

c SEcundum Aug. enim ſciendum eſt, quòd in Chriſto eſt duplex natura. Sed quantum ad diuinam Chriſtus eſt ſanctus per eſſentiam, quantum vero ad humanam Chriſtus eſt ſanctus per gratiam, quæ deriuatur a diuina natura. Dicit ergo ſecundū diuinitatem, {ſanctifico meipſum.} aſſumendo carnem pro eis. Et hoc, vt ſanctitas gratiæ quæ eſt a me Deo in me homine deriuetur a me eis: quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. Pſal. 132. Sicut vnguentum quod eſt in capite Chriſti, quod eſt Deus, quod deſcendit in barbam Aaron, id eſt, in humanitatē, & ab hac deſcendit in oram veſtimenti eius, id eſt, in nos. Vel aliter ſm Chryſoſt. Rogauit vt ſanctificarentur ſanctificatione ſpirituali. In veteri autem teſtamento erāt iuſtificationes carnales. Heb. 9. Iuſtitijs carnis, &c. Sed illę erant figuræ ſpiritualis ſanctificationis, quæ tamen fiebant per aliquod ſacrificium, & ideo ad ſanctificationem diſcipulorum competebat fieri aliquod ſacrificium. Et hoc eſt quod dicit, {vt ſanctificentur ipſi, ego iam ſanctifico me,} id eſt, offero me ſacrificium. Epheſ. 2. Obtulit ſemetipſum Deo, &c. Heb. 9. Propter q̄ Ieſus vt ſanctificaret, &c. & hoc in veritate non in figura, ſicut in veteri teſtamento, &c.

LECTIO V.

POſtquam dominus orauit pro ſuis diſcipulis. Hic rogat cōmuniter pro fidelibus omnibus. Et primo pro ponit orationem. Secundo ſubiungit exauditionis rationem, ibi. {Pater iuſte, &c.} In oratione autē duo petit a patre diſcipulis ſuis. Primo quidem vnitatis perfectionē. Secundo gloriæ viſionem, ibi. {Pater quos dediſti mihi, &c. Circa primum duo facit. Primo petit quaſi homo vnitatis perfectionem. Secundo oſtendit, quòd ipſe vt Deus fecerit eis ad hanc vnitatem conſequendam, ibi. {Et ego claritatem, quam dediſti mihi dedi, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit pro quibus petit. Secūdo ſubdit quid petat, ibi. {Vt oēs vnum ſint, &c.} Petit autem pro toto cœtu fidelium. Vnde dicit. Dixi, q̄ conſeruēs diſcipulos à malo, & quòd ſanctifices eos in veritate. {Sed nō pro eis rogo tantum, ſed etiam pro eis qui credituri.} id eſt, pro illis quorum fides confirmabitur. Et hoc {per verbum eorū,} id eſt Apoſtolorum. Et iuſte rogat: quia nullus ſaluatur, niſi per interceſſionem Chriſti. Ne autem ſolum Apoſtoli ſaluarentur, ſed etiā alij. Ideo etiā pro alijs orādum erat. Deut. 4. Dilexit patres tuos, & elegit, & ſemē, &c. Eccl. 44. Cū ſemine eorum permanebo, &c. Sed contra, videtur quòd non orauerit pro omnibus fidelibus ſuis. Nam pro his hic orat, qui conuertendi erant per verbū Apoſtolorū, ſed antiqui patres, & Ioan. Baptiſt. non fuerunt conuerſi per verba eorum. Ad quod dicendum, quòd ipſi iam peruenerāt ad conſummationem, & licet non fruentur Dei viſione, cum nō eſſet ſolutum pretium, tamen cum meritis ſuis hinc abierant, ita vt ſtatim aperta ianua introducendi eſſent. & ideo oratione non indigebant. Sed adhuc iterum quæritur de aliquibus, qui non p Apoſtolorum verba crediderunt, ſed immediate per Chriſtum ſicut Paul. Galat. 4. Non ab hominibus, neque per hominem, &c. Et latro in cruce. Luc. 26. Non videtur ergo, quòd pro eis orauerit. Sed ad hoc dicendum ſecundum Aug. quòd per verbū Apoſtolorum dicuntur credere, non ſolum qui ab ipſis audierunt, ſed quicunque credūt per verbum, quòd Apoſtoli prēdicauerunt, qd eſt verbum fidei. Rom. 10. Quod dicitur verbum Apoſtolorum, quia ipſis principaliter commiſſum & prædicatum. Quod etiam Paulo & latroni in cruce eſt reuelatum diuinitus. Vel dicendum quòd qui immediate à Chriſto, & per Chriſtum conuerſi ſunt, ſicut Paulus, & latro in cruce, et ſi qui alij computantur in parte orationis, quia Dominus pro diſcipulis orauit. Vnde Dominus dixit. Quos dediſti mihi, ſeu daturus es. Sed adhuc quæritur de nobis, qui non credimus per Apoſtolos. Sed ad hoc dicendū, quòd licet non credimus per Apoſtolos, credimus tamen per diſcipulos eorū. Petit autem vnitatis perfectionem. Vnde dicit.

b VBi primo proponit vnitatē, quam petit. Secundo vnitatis exemplum, & cauſam, ibi. {Sicut tu pater, &c.} Tertio vnitatis fructum, ibi. {vt mundus credat, &c.} Dicit ergo, hoc rogo {vt omnes vnū ſint.} Nam vt Platonici dicunt ab hoc quælibet res habet vnitatem, à quo habet bonitatē. Bonum enim eſt, quod eſt rei conſeruatiuum. Nulla autem res conſeruatur niſi per hoc, quòd eſt vna. & ideo Dominus petens diſcipulorum perfectionem in bonitate, petit q̄ ſint vnum, quod q̄ idem impletum eſt. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, &c. Pſal. 132. Ecce quam bonum, & quām iocundum, &c. Sed vnitatis exemplum, & cauſam ſubdit dicens. {Sicut tu pater in me, &c.} Aliqui enim fiūt vnum, ſed in malo. Vnde hanc vnitatem Deus non petit, ſed illam ſecundū quam homines vniuntur ad bonum, ſcilicet in Deum. & ideo dicit {ſicut tu pater, &c} id eſt, hoc modo vniantur, quòd credant in me, & in te. Rom. 12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Epheſ. 4. Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, qui eſt vnus Deus, vna fides, &c. Et quidem in patre, & filio qui ſunt vnum, ſumus vnum: quia ſi diuerſa quærimus credendo & deſiderando, affectus noſter diuerſificat ad mutata. Sed Arrius ex hoc arguit, quòd eodem modo filius eſt in patre, & pater in filio, quo nos ſumus in Deo, ſed nos non ſumus per vnitatem eſſentiæ, ſed per cōformitatē voluntatis & amoris. Ergo & ſimiliter pater non eſt in filio per vnitatem eſſentiæ. Sed dicendum, q̄ in patre & filio eſt duplex vnitas, ſ. eſſentię & amoris. Et ſm vtranque pater eſt in filio, & filius in patre. Quod ergo hic dicit, {Sicut tu pater in me, &c.} poteſt referri vno modo ad vnitatē amoris ſm Aug. vt ſit ſenſus. {Sicut tu pater es in me} per amorem: quia charitas facit vnum eſſe cum Deo. quaſi diceret. Sicut pater diligit filium, & e conuerſo, ita ipſi diligant patrē & filium. Et ſic ly {ſicut} non dicit æquiparantiam: ſed quandam remotam ſimilitudinem. Vel ſm Hyla. poteſt referri ad vnitatē naturæ, non quidem, quòd eadē natura numero ſit in nobis cū patre & filio ſicut eſt in eis: ſed quòd vnitas noſtra per hoc ſit, q̄ aſſumamur illi diuinæ naturæ, per quam pater & filius ſunt vnū. Hoc etiam modo ly {ſicut} dicit imitationem quandam. Et inde eſt, quòd inuitamur ad imitationem dilectionis diuinæ. Ephe. 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, &c. & perfectionis ſeu bonitatis. Mat. 7. Eſtote perfecti ſicut pater veſter perfectus eſt, &c. Fructus autem vnitatis ponitur cū dicit. {Vt mundus credat.} per nihil enim aliud ſic manifeſtatur veritas euangelij ſicut per charitatem fidelium. ſupr. 13. In hoc cognoſcent oēs quia mei eſtis, &c. Erit ergo hic vnitatis fructus: quia per hoc, q̄ ſint vnum. {Mundus credat} quòd doctrina quā dedi eis ſita re {& cognoſcat quia tu me miſiſti.} Non enim eſt Deus diſſenſionis cauſa, ſed pacis. Sed hic eſt quęſtio: quia vnum perfecte erimus in patria, vbi non erit tēpus credendi. Inconuenienter ergo poſt vnitatem ſubdit {vt mundus credat, &c.} Sed dicendum, q̄ hic non loquitur de vnitate conſummata; ſed inchoata. Item eſt alia quæſtio. Quia ipſe orat vt ſint vnū illi qui credunt in eum. ergo & mundus credens eſt vnum. Quomodo ergo dicit poſtquam ſunt vnum {mundus credat?} Ad quod pōt myſtice reſponderi, quòd vno modo dominus petit pro omnib⁹ credentibus, q̄ ſint vnum, qui tamen non ſimul credituri erant, ſed quidam prius per quos alij conuertendi erant. Quod ergo dicit. {Vt mundus credat.} Intelligitur quantum ad illos qui non a principio crediderunt, qui cum crediderunt, facti ſunt vnum. Et ſimiliter alii credentes poſt eos. Et ſic vſque ad finem mundi. Alio modo ſm Hyla. Vt ly {mundus credat} ſit finis vnitatis, & perfectiōis, quaſi diceret. Perfice eos, vt ſic ſint vnum ad hoc, {ſcilicet vt mundus credat, &c.} Vnde ly {vt} importat cauſam finalem. Tertio modo ſecundum Aug. vt ly {mundus credat} ſit alia petitio. Et tunc oportet repeti, quod dixit. Rogo, quaſi diceret. {Rogo, vt ſint vnum. Et rogo, vt mundus credat.} Quid autem Chriſtus ad hanc vnitatem operatus ſit ſubdit dicens.

c QVaſi hoc quod petat vt homo, facit vt Deus. Et primo, oſtendit quod ipſe operatus eſt, ad hoc quòd ſit vnum. Secundo

b Cum eſſem cum eis, ego ſeruabā eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleat.

c Nunc autem ad te venio.

d Et hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.

e Ego dedi eis ſermonē tuum.

f Et mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo.

g Nō rogo vt tollas eos de mūdo: ſed vt ſerues eos a malo, de mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo.

LECTIO IIII.

Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt.

b Sicut tu me miſiſti in mūdū, ita & ego miſi eos in mundum.

c Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

LECTIO V.

Non pro eis autem rogo tantū, ſed pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me.

b Vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus quia tu me miſiſti.

c Et ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum

cundo ponit vnitatis modum & ordinem, ibi. {Ego in eis, &c.} Tertio ostendit vnitatis finem, ibi. {vt cognoscat mundus, &c.} Dicit ergo. & si vt homo petam eorum perfectionem, nihilominus tamen simul recum hoc facio, quia {& ego claritatem,} idest, gloriam resurrectionis {quam tu} pater {dedisti mihi} æterna prędestinatione, & datu ras es statim ī re {ego dedi illis} scilicet discipulis. Et claritas est immortalitas, quam in resurrectione fideles accipient, etiam quantum ad corpus.

sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me. vt sint consummati in vnum, & cognoscat mũdus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.

Phili. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum, &c. 1. Corinth. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Et hoc {vt sint vnum,} quia per hoc quòd habebunt gloriam, efficientur vnum {sicut & nos vnum sumus.} Sed videtur distinguere operationem suam ab operatione patris, dicit quòd pater sibi claritatem dedit, & Christus eam dedit fidelibus. Sed si bene intelligatur non ponitur hoc ad distinguendum operationem, sed personas. Nam filius inquantum filius, simul cum patre claritatem dat Christo homini, & simul etiam cum eo fidelibus. Sed tamen inquantum hanc claritatem specialiter per humanitatem suam eis tribuit, ideo hanc attribuit sibi, illam patri. Et sic accipitur hic claritas secundum Aug. Vel secundum Chrysost. {Ego claritatem.} scilicet gratiæ {quam dedisti mihi} homini, & quantum ad excellentem cognitionem, perfectionem, & miraculorũ operationem {dedi eis} in parte, & adhuc perfectius dabo. 2. Corin. 3. Transformamur à claritate in claritatẽ. Psal. 67. Dedit dona hominibus. Et hoc {vt sint vnum, &c.} Hic enim est finis diuinorum donorum vt vniamur illa vnitate, quæ est conformis vnitati patris & filij. Ordo autem vnitatis subditur, cum dicit. {Ego in eis, & tu in me.} Nam per hunc ordinem peruenient ad vnitatem: quia vident, quòd ego sum in eis per gratiam, sicut in templo. 1. Cor. 3. Nescitis qa templum Dei, &c. quæ est quasi quædã similitudo eius essentiæ, qua tu es in me per vnitatem naturæ. supra. Ego in patre, & pater ī me est. Et hoc {vt ipsi sint cõsumati.} idest, perfecti {in vnũ.} Sed attende, quòd cum supra dixisset. Vt sint vnum, hic addit {cõsumati.} Quod ideo est: quia illud refertur ad vnitatem gratiæ, hoc autem ad eius complementum. Vel aliter secundum Hyla. {Ego in eis} supple sum per vnitatem naturę humanæ, quã eandem habeo cum illis, & quia etiam do eis corpus meum in cibũ sacramentalem. {Et tu in me.} per vnitatem essentiæ. Sed secundum primam expositionem: quia per gratiam non solum filij est in eis: sed & pater. supr. 14. Ad eum veniemus, &c. Quare dicit. Ego in eis {sine patre? Responsio, dicendum ꝓm Augũ. quòd hoc non dicit, vt ostendat filium in eis esse sine patre: sed quia per filium accessum habeant ad patrem. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide per Christum, &c. Vel secundum Chryso. supra dixit. Ad eũ veniemus, vt ostendat pluralitatem personarum diuinarum cõtra Sabellium. Hic autem dicit {ego in eis} vt ostendat æqualitatem patris ad filium contra Arrium. Per hoc enim datur intelligi, quòd sufficit fidelibus si solus filius inhabitet. Finis autem vnitatis ponitur, ibi. {Vt cognoscat mundus.} Et quidem si consumata vnio referatur ad perfectionem vię, tunc ly {cognoscat mũdus} idem est, quod supra dixit {vt mundus credat.} tunc dicitur propter inchoationem. Hic autẽ dicit {cognoscat.} quia imperfectam cognitionem non sequitur fides: sed plena cognitio. Et dicit {cognoscat mundus} non quòd nũc sit mundus: sed quòd fuit mundus. Vt sit sensus. {Mundus.} iam credens cognoscat. {Vel mundus.} idest amator mundi {cognoscat. quia tu me misisti} qa tunc mali per manifesta iudicia cognoscent Christum esse filium Dei. Apocalyp. 1. Videbit eum omnis oculus. Et infra. 19. Videbunt in quem transfixerunt. Luc. 21. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, &c. Et non {solum cognoscat hoc,} sed & sanctorum claritatem: quia dilexisti eos.} scilicet fideles. Nunc enim non possumus cognoscere dilectionem Dei ad nos quanta sit: quia bona quæ Deus daturus est nobis cum excedant appetitum & desiderium nostrum non possunt cadere in cor nostrum. 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, &c. & ideo mundus credens, idest sancti cognoscent per experientiam quantum diligat nos: sed mundi amatores, idest, mali cognoscent hoc videndo, & admirando gloriam sanctorum. Sapien. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &c. & infra Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &c. Sed dicit {sicut tu me dilexisti.} Quod non importat parilitatem dilectionis: sed rationem & similitudinem. q.d. Dilectio qua dilexisti me, est ratio & causa qua re eos dilexisti. Nam per hoc quòd me diligitis, diligentes me, & membra mea diligitis. supr. 14. Ipse pater amat vos: quia vos me amastis. Sciendum est autem, quòd Deus diligit omnia quæ fecit dando eis esse. Sap. 11. Nihil odisti eorum quæ fecisti, &c. Maxime autem diligit, vnigenitum filium suum, cui totam naturam suam per æternam generationem dedit. Medio autem modo diligit membra vnigeniti sui scilicet fideles Christi, dãdo eis gratiam qua Christus inhabitat nos. Deutero. 37. Dilexit populos omnes, sancti in manu illius sunt.

LECTIO VI.

Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam



Vpra, dominus petijt, pro discipulis perfectionis vnitatem. Hic petit ꝓ eis, visionis claritatem. Et primo tangit personas pro quibus petit. Secundo ponit petẽdi modum. Tertio subdit quod petit. Petit quidem pro sibi datis. vnde dicit {Pater quos dedisti mihi, &c.} Sciendum est, quòd illud dicitur alicui dari quod voluntati eius submittitur, vt ipse faciat de eo qd vult. Voluntas autẽ Christi duplex est, s. misericordiæ, & iustitię, sed misericordiæ quidẽ primo & per se, est ipsius. Quia miserationes eius sup oĩa opera eius. Psal. 144. Et 1. Thi. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Sed voluntas iustitię punientis est eius non primo: sed præsuppositio peccato. Deus enim nõ delectatur in perditione hominum. Sapien. 1. Ezechiel. 18. Nolo mortem peccatoris, verum secundum se: sed tamen ex consequẽti vult eam propter peccatum. Sunt ergo omnes homines dati filio. supr. 5. Dedisti ei potestatem omnis carnis, idest, omnis hominis, vt scilicet faciat de eis suam voluntatem. Vel misericordiæ ad saluandum, vel iustitiæ ad puniendum. Ipse enim est, qui constitutus est à Deo iudex, &c. vt dicitur Act. 10. Sed illi sunt sibi simpliciter dati qui ad hoc dati sunt eij, vt de eis faciat voluntatem misericordiæ ad saluandum. Vnde de his dicit {quos dedisti mihi} in tua scilicet prædestinatione ab æterno. Isa. 8. & Hebræ. 3. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. Modus autem petendi designatur, cum dicit {volo.} Quod potest designare auctoritatem vel meritum. Auctoritatem quidem si intelligamus de voluntate eius inquantum est Deus, quę est eadem cum voluntate patris. Nam sua voluntate homines iustificat, & saluat. Rom. 9. Cuius vult misereetur. Meritum autem designat, si intelligamus de voluntate eius inquantum est homo, quę est meritoria salutis nostræ. Si enim voluntates iustorũ quæ sunt membra Christi habent meritum impetrandi. supr. 15. Quodcunque voluerit petetis, & fiet vobis: multo magis hoc habet voluntas Christi hominis, qui est caput sanctorum omnium. Quid autem petat subdit, dicens {Vt vbi ego sum, &c.} Et primo petit coniunctionem membrorum ad caput. Secundo demonstrationem claritatis suæ ad membra, ibi. {Vt videant, &c.} Dicit ergo hic, volo scilicet {vt vbi ego sum, & illi sint mecum.} Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt referatur ad Christum hominem. Nam Christus secundum quòd homo statim futurus & ascensurus in cœlum erat. infra 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum. Et sic est sensus {volo.} vt in cœlo {vbi ego} mox futurus sum {& illi} scilicet fideles {sint mecũ} etiam loco. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ, idest, sancti. Hoc enim promiserat. Matth. 5. & Luc. 6. Gaudete & exultate quoniam merces, &c. Sed dubitatur, quia cum nondum esset in cœlo debuisset dicere, vbi ego ero. Non {vbi ego sum, &c.} Itẽ quia supr. 3. dixit. Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit. Responsio, dicendum ad primum, quòd Christus qui loquebatur & Deus erat & homo. & ideo licet secundum eius humanitatem non esset in cœlo, erat tamen ibi secundum diuinitatem vt sic in terra existens esset in cœlo. & ideo dicit. {Vbi ego sum.} Ad secundum dicendum, ꝙ id quod dicit supr. 3. quòd nemo descẽdit de cœlo nisi filius hominis, &c. intelligitur, quòd est in cœlo secundum diuinitatem, & descẽdit humanam naturam assumendo, & ascendit secundum humanam naturam iam glorificatam. Et sic dum nos cum illo vnum sumus iam facti, vnde solus venit in se scilicet, descendendo de cœlo, illuc etiam solus rediit in nobis ascendendo in cœlum. secundum Greg. 28. Moralium. Dicit autem {sum.} prę senti vtens pro futuro. Vel quia statim illic futurus erat. Vel vt referatur ad Christum Deum. Sed secundum hoc cum Deus vbique sit. Hiere. 23. Cœlum & terram ego impleo. videtur sequi, quòd etiam sancti erunt vbique. Ad quod dicendum, quòd Deus hoc modo se habet ad nos, vt lux ad homines. Lux autem vbique diffunditur Sole existẽte super terram. Et licet lux sit cum hominibus, non tamen omnes sunt in luce Solis: sed tantum eam videntes. Sic ergo cum Deus sit vbique est cum omnibus qui sunt vbicunque: sed tamen nõ omnes sunt cum Deo, nisi qui ei coniunguntur per fidem & dilectionem, & tandem coniungentur per perfectam fruitionem. Psal. 72. Et ego semper tecum. 1. Thess. 4. Sic semper cum domino erimus. Et sic est sensus {Vt vbi ego sum.} scilicet in diuinitate tua quam habeo per naturam {& illi sint mecum.} per participationem gratiæ. supr. 1. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, &c. Demonstrationem autem suæ claritatis ad membra subdit, dicens {vt videant claritatem.} Et primo ponit petitionem. Secundo ostendit claritatis originem, ibi. {quam dedisti mihi.} Tertio assignat claritatis rõnẽ ibi. {quia dilexisti me, &c.} Dicit ergo, volo vt non solũ me cum sint: sed {vt videant.} scilicet visione beatificante. 1. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eũ, &c. {Claritatem meam.} Quod potest intelligi de claritate eius secundum humanitatem, qua illustratus est in resurrectione. Philip. 3 Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę. Vel de claritate eius secundum diuinitatem. Est enim splendor gloriæ & figura paternæ substantiæ. Hebræ. 1. & Sap. 7. Candor est lucis æternæ. Et vtranque claritatem sancti existentes in gloria videbunt. Nam de prima dicitur Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. Sed hanc impij videbunt in iudicio tantum. Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magna, &c. Sed Marc. dicit, venientem in gloria, idest, in claritate. Sed visio huius claritatis subtraheretur eis post iudicium. Isa. 26. secũdum aliam literam. Tollatur impius ne videat gloriam. Sed secundum claritatem videbunt sancti perpetuo. Psal. 35. In lumine tuo, scilicet gratiæ videbimus lumen, scilicet gloriæ, quam nunquam videbunt mali. Iob. 39. In manibus, idest in superbis abscondit lucem, annunciat de ea, &c. Huius autem claritatis origo est à patre. Vnde dicit, {quam dedisti mihi.} gloriam, scilicet corporis, dedit ei in resurrectione. Sed quia hoc factum erat in diuina ordinatione, licet esset futurum in re, ideo dicit {dedisti.} Psal. 8. Gloria & honore coronasti eum, &c. Sed claritatem diuinam dedit ei ab æterno qa filius est a patre ab æterno sicut splendor à luce. Rationem autem claritatis datę ostendit dicens. {Quia dilexisti me ante mundi, &c.} Quod quidem si referatur ad Christum hominem, sic ly {quia,} denotat causam. Sicut enim dilectio & æterna prædestinatio est causa, quòd nos habeamus claritatẽ gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Ephesio. 1. Elegit nos, &c. Sic etiam est causa claritatis Christi secundum quòd homo. Rom. 1. Qui prædestinatus est filius Dei, &c. & sic est sensus. Dico, quòd dedisti mihi claritatem, & huius causa est {quia dilexisti me,} & hoc ante mundi cõstitutionem, vt scilicet homo ille vniretur filio Dei in persona. Psal. 64. Beatus quẽ elegisti & assumpsisti, &c. Si vero referatur ad Christum secundum quòd est Deus: sic ly {quia} denotat signum. Non enim dedit quia dilexit. nam in datione: qua pater dedit filio, designatur æterna eius generatio. In dilectione vero si sumatur essentialiter, importatur voluntas diuina. Si vero notionaliter, designatur notio spiritus sancti. Sed pater natura dedit filio claritatẽ, non voluntate: quia genuit eum per naturam. Nec ideo dedit filio, quia spirauit spiritum sanctum.

b Hic assignatur ratio exauditionis petitionis suę. Supra autẽ Dominus admisit ad suam petitionem etiam fideles cum dixit. {Nõ pro eis rogo tantũ, sed pro his qui crediturí sunt, &c.} & quosdam exclusit scilicet mundũ & infideles. Vnde dixit. Pro eis rogo non pro mundo. Horum ergo rationem assignans. Primo ponit defectum mundi. Secundo profectum discipulorũ, ibi. {Ego autem te.} Sed nota, quòd quando petijt eorum sanctificationem, vocauit patrem sanctum. Vnde dixit. Pater sancte. Hic vero petẽs retributionem, vocat eum iustum. Psal. 7. Deus iudex iustus. In quo excluditur error antiquorum ponentium alium esse Deum iustum, scilicet Deum veteris Testamenti. & aliũ Deũ bonum scilicet Deum noui Testamenti. Defectus autem mundi quantum ad cognitionem Dei est. Vnde dicit {mundus,} non reconciliatus, sed damnatus. {non te cognouit} supr. 1. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, &c. Sed contra Rom. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Inuisibilia enim Dei ꝑ ea quæ facta sunt, &c. Responsio, dicendũ ꝙ duplex est cognitio. Vna speculatiua, & alia effectiua, & neutra mũdus Deum cognouit perfecte. Licet enim aliquid Gentilis Deũ quantum ad aliqua quę per rationem cognoscibilia erant, cognouerunt, ipsum tamen secundum ꝙ est pater filij vnigeniti & consubstantialis, non cognouerunt. De qua cognitione loquitur Dominus. Et inde est, quòd Apostolus dicit. {Quod notũ est.} idest, cognoscibile Dei: sed etsi quid speculatiua cognitione de Deo cognoscebant, hoc erat cum admixtione multorum errorum, dum quidam subtraherent omnium rerum prouidentiam. Quidã dicerent esse animam mundi. Quidam simul cum eo multos alios Deos colerent. Vnde dicuntur Deum ignorare. Licet enim in compositis possit partim sciri & partim ignorari. In simplicibus tamen dum non attinguntur, totaliter ignorãt. Vnde etiam minimo aliqui errãt circa Dei cognitionẽ dicuntur eum totaliter ignorare. Isti ergo non cognoscẽtes singularem Dei excellentiam, ignorare dicuntur. Roma. 1. Cũ Deum cognouissent, &c. Sap. 13. Neq; operib⁹ attendẽtes, &c. Similiter etiam mũdus eum non cognouit, cognitione effectiua, quia eum non diligit. Ephes. 4. Sicut & Gentes quę ignorant Deũ, &c. Dicit ergo. {Mundus te nõ cognouit sine errore, & vt patrem per dilectionem.} Profectus autem discipulorum designatur cum dicit. {Ego autem te cognoui, &c.} Et primo quantum ad cognitionem Secundo quantum ad cognitionis fructum ibi. {Vt dilectio, &c.} Circa profectum discipulorum in cognitionem Dei tria facit. Primo ponit radicem & fontem cognitionis Dei. Secundo ramos & riuulos ex hoc procedentes. Tertio derivationem eorum a radice seu fonte. Radix autem & fons cognitionis Dei est verbum Dei, scilicet Christus. Eccl. 1. Fons sapientiæ verbum Dei, &c. Humana autem sapientia in Dei cognitiõe consistit. Hęc autem cognitio ad homines deriuatur a verbo, qz inquantum homines participant verbum Dei, in tantum Deum cognoscunt. Ideo dicit. Ita {mundus te non cognouit. Ego autẽ,} scilicet fons sapientiæ, verbum tuum {cognoui te,} cognitione comprehensionis æterna. supr. 8. Si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Ex hac autẽ cognitione verbi, quæ est fons & radix, deriuatur sicut & riuuli & rami, omnes cognitiones fidelium. & ideo dicit {& hi cognouerunt, quia tu me misisti,} vt li {quia} dicat rationem cognitiõis ꝓm Aug. Vt sit sensus. {Ego cognoui te,} per naturam. {Et hi cognouerunt} te per gratiam. Et quare? {quia tu me misisti,} supple ad hoc vt te cognoscerent. infra 19. In hoc natus sum & ad hoc veni, &c. supr. eod. Manifestaui nomen tuum hominibus. vel ly {quia} dicat rem cognitam. Vt sit sensus {hi cognouerũt,} & quid hoc, scilicet {quia tu me misisti,} quia qui videt filium videt patrem. supr. 13. Sed hoc non a seipsis habuerunt, sed deriuatum est eis à me. quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. & ideo dicit. {Notum feci eis nomẽ tuũ, &c.} Et designat duplicem cognitionem, quam per eum habent fideles, scilicet doctrinę. Et quantum ad hanc dicit. {Notum feci eis nomen tuum,} exterius instruendo per verba. supr. 1. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus, &c. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrandi per Dominum, &c. Alia cognitio est interior per spiritum sanctum. Et quantum ad hanc dicit. {Et notum faciam. &c.} dando scilicet eis spiritũ sanctũ. supr. 16. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. vel dicit. {Notum feci eis nomen tuum,} scilicet cognitione fidei. quia videmus nunc per speculum in enigmate. {Et notum faciam,} per speciem glorię in patria, vbi videbimus facie ad faciem. 1. Cor. 13. Fructus autem cognitionis huius est. {Vt dilectio qua dilexisti, &c.} Quod potest exponi dupliciter. Vno modo & melius. Quia dictum est, quòd pater diligit filium, vt ostenditur per claritatem, quam dedit ei. Consequens ergo est, vt diligat omnes in quibus est filius, qui est in eis inquantum habẽt veritatis cognitionem. Et sic est sensus. {Ego faciam eis notum nomen tuũ.} Et per hoc, ꝙ cognoscunt te, ego verbum tuum ero in eis. Et per hoc, ꝙ in eis tum {dilectio qua dilexisti me in ipsis sit,} idest ad eos deriuetur, & diligas eos sicut me dilexisti. vel alter. {Vt dilectio qua dilexisti me.} i. sicut tu me dilexisti, ita ipsi participando spiritum sanctũ diligant Et per hoc ego ero in ipsis, sicut Deus in templo. Et ipsi in me, sicut membra in capite. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, &c.

dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

b Pater iuste, mundus te nõ cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt. quia tu me misisti, & notum feci eis nomẽ tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti, in ipsis sit, & ego in ipsis.

LECTIO PRIMA.

Aec cum dixisset Iesus, egressus cum discipulis suis trans torrentẽ Cedron, vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locu ꝛu, quia frequen

LECTIO PRIMA.

Vpra, ante passionem Dominus præparauit discipulos suos multipliciter informando exemplis, confortando verbis, & promittendo suffragijs. Hic Euangelista accedit ad narrandum eius passionem. Et primo proponit mysterium passionis. Secundo gloriam resurrectionis. 20. c. ibi. {Vna autem sabbati, &c.} Passio autem Christi partim completa est per Iudæos, partim per Gentiles. Primo ergo describit passionem Christi quantum ad ea quæ passus est per Iudęos. Secundo quãtum ad ea quę passus est per Gẽtiles. 19. c. ibi.

Tuye

{Tunc apprehendit Pilatus,&c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo à discipulo Dominus traditur. Secundo quomodo a ministris principibus præsentatur, ibi. {Cohors ergo & tribunus.&c.} Tertio quomodo à principibus apud præsidem accusatur, ibi. {Adducunt ergo Iesum,&c.} Circa proditionem discipuli tria tãgit Euangelista. Primo quidem locum. Secundo apparatum ibi. {Iudas ergo cum accepisset,&c.} Tertio promptum Christi affectum ad proditionem sustinendam ibi. {Iesus,&c. Locus autem ostẽditur proditioni congruus ex tribus. Quia à ciuitate remotus, in se occultus, & conclusus, & proditori notus. Remotus quidẽ erat à ciuitate. vnde facilius Iudas poterat facere quod intendebat. Vnde dicit. {Hæc cum dixisset} scilicet quæ supra dicta sunt. Sed cum ea quæ dixit pertinerent ad Christi orationem conuenientius dixisset Euangelista. Sed hoc fecit Euangelista, vt ostendat hanc orationem non propter sui necessitatem fecisse: quia ipse erat qui orabat vt homo, & exaudiebat vt Deus, sed hoc propter nostram instructionem. Vnde erat quasi quædã dictio. {Egressus est cum discipulis suis,} non quidem continuo secundum Aug. post eius orationem, cum alia quædam interuenerunt narrata ab alijs Euangelistis, ab isto autem prætermissa scilicet quòd facta fuit contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Luc. 22. Interim etiam dixit Iesus Petro. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret, &c. vt Lucas narrat ibidem. Dixerunt etiam discipuli hymnũ cum domino, vt narrant. Matth. & Marc. Sic ergo non est intelligendum, ꝙ cum hoc dixisset, statim egrederetur, sed quia non ante egressus est, quam dixisset {Egressus est.} inquam {trans torrentem cedron.} Sed Matthæus & Marcus dicunt, quòd exierunt in montem oliueti, & tunc venit cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani. In quo nulla est contrarietas, quòd idem locus est quem Ioannes commemorat & Matthæus. Torrens enim Cedron est ad radices mõtis Olineti, vbi etiam est villa quæ dicitur Gethsemani. Cedron autem in Græco est genitiuus pluralis, quasi dicat trans torrentem cedrorum. Forte erant ibi multæ cedri plantatæ. Conuenit autem mysterio quòd torrentem transiuit: quia per eum eius passio designatur. Psal. 109. De torrente in via bibit, &c. Conuenit etiam quòd trans torrentẽ cedron. Cedron enim interpretatur obumbratio. Et Christus sua passione abstulit vmbram peccati, & legis, & expansis manibus in cruce protexit nos sub vmbra manus suæ. Psal. 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me, &c. Erat autem congruus locus proditioni. vnde dicit {Vbi erat hortus, in quem introiuit, &c.} Et hoc conuenienter: quia ipse satisfaciebat pro peccato primi hominis in horto commisso. Paradisus enim hortus delitiarum interpretatur. Gen. 3. Item, quia per passionẽ nos in hortum & paradisum coronandos introducit. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso. Erat enim congruus locus: quia proditori notus. Vnde dicit {Sciebat autẽ Iudas qui tradebat, &c.} Et huius ratio est {quia frequenter Iesus venerat illuc cum discipulis suis.} Inter quos Iudas fuerat sicut lupus inter oues. supr. 6. Nonne ego vos duodecim elegi, &c. Lupus ouina pelle cõtectus & inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus, didicit vbi ad tempus exiguum ouium dispergeret gregem. Sed cum Iudas diu ante exierit à cœna vt proditionem compleret, quæritur quomodo sciuit ꝙ Christus illa hora egrederetur illuc? Ad quod dicendum ſm Chryso. ꝙ consuetudo Christi erat & præcipue in magnis festis post cœnam discipulos seorsum ducere, & aliqua sublimia de festo docere, quæ non erat fas alios audire. & ideo qa tunc erat festum præcipuũ, extimauit Iudas ꝙ post cœnam illuc exisset. Fecit autem hoc vt in montibus & in hortis sublimia doceret discipulos, maxime purum a tumultibus inquirens locum ne eorũ mens impediat. Ose. 2. Ducã eã in solitudine & loquar, &c.

b Hic ponitur proditoris apparatus. Et nota quòd sicut dicit. Luc. 22. Iudas postquam tractauerat proditionem cũ principibus quærebat opportunitatem, quomodo sine turbarum tumultu traderet eum. & ideò voluit eum in secreto inuenire, & in nocte, quia in die semper circa turbarum instructionem occupatus erat. Sed quia in nocte poterat impediri vel propter subitũ concursum turbarum, vel propter tenebras, quibus posset eripi vel euadere de manibus eorũ. Ideo contra turbas muniuit se armis, contra tenebras lucernis & facibus. Sed quia de turba aliqui

F poterant sibi resistere per potentiam populi, ideo contra hos accepit cohortem, nõ Iudæorum, sed militum a præside, vt sic seruato ordine legitimæ potestatis, nullus ei auderet obsistere. Itẽ aliqui ex Iudęis zelo legis ducti, præsertim quia a gentilibus capiebantur, eis fortasse resistere voluissent. Et ideo accepit etiam {à Põtificibus & Pharisęis ministros, & venit illuc, &c.} Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Luc. 22. Tanquam ad latronem. &c.

c Hic ponit Euangelista prõptũ Christi affectum, ad proditionem voluntarie suscipiendam, dupliciter. Primo se voluntarie offerẽdo. Secundo discipulum resistentem comprimendo, ibi. { Simon

ter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.

b Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a Pontificibus, & Pharisęis ministros, venit illuc cũ laternis, & facibus, & armis.

c Iesus itaque sciẽs omnia quæ ventura erant super eũ, processit, & dixit eis. Quem quæritis? G Rnderunt ei. Iesum Nazarenũ.

d Dixit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat cum ipsis.

e Vt ergo dixit eis ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram,

f Iterũ ergo interrogauit eos Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Respõdit Iesus, Dixi vobis qa ego sum Si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt impleretur sermo quẽ dixit: quia quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quenquam.

ergo Petrus, &c.} Et circa primum duo facit Euangelista. Primo narrat quòd Christus ostendit se, ad ostendendum suam potentiam. Secundo ad demonstrandum suam patientiam, ibi. {Iterum ergo interrogauit, &c.} Circa primũ tria facit. Primo ponit Christi interrogationem. Secundo suipsius manifestationem, ibi. Dixit eis Iesus ego sum, &c.} Tertio manifestationis effectum, ibi. {Vt ergo dixit, &c.} Circa primum tria facit. Primo commẽdat Christi scientiam, & cognitionem. quia {Iesus sciens omnia quæ ventura erant super eũ, &c.} supra 13. Sciens Iesus quia venit hora eius, &c. Quod interposuit Euangelista propter duo. Primo ne videretur interrogationem quam facturus erat eis Christus, H ex ignorantia fecisse. Secundo ne videatur quòd seipsis inuitum & propter ignorantiam obtulisset, cum venirent ad eum occidẽdum. Vnde omnia quæ ventura erant super eum sciebat. Secundo ponit Christi interrogationem, qui cũ ista sciret, tamen {processit & dixit ad eos. Quem quæritis?} non ex ignorantia, vt dictum est. Tertio subdit ipsorum responsionem. quia {Iesum Nazarenum.} supple quærimus, non quidem ad imitandum: sed ad malignandum, & occidendum. Vade supra 8. Quęretis me, & in peccato vestro moriemini.

d Hic ponitur suipsius manifestatio qua se eis capiendum exhibuit. Vnde dicit {Ego sum.} scilicet Iesus nazarenus quẽ quæritis. Addit autem Euangelista Iudę præsentiam: ideo, quia supra dixit ꝙ Iudas ab eo exiuerat, posset autem credi, quòd nõ esset mirum, si Christus ab eis non cognosceretur facie propter tenebras. Sed quòd quis non cognoscatur voce, maxime a multũ sibi familiari, hoc non potest tenebris ascribi. Ostendit ergo per hoc quod dicit {Ego sum.} quòd etiam à Iuda familiari sibi, qui stabat cũ ipsis nõ est cognitus qd̃ est maxime diuinitatis Christi potẽtiæ ostensiuũ. {Stabat ergo Iudas cũ ipsis.} i. perseuerabat in malo, vt eum osculi signo monstraret. Isa. 33. Os eius erit, &c.

e Hic ponitur manifestationis effectus, quia {abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã.} Et vt Gregorius dicit: aliquando legitur de sanctis, ꝙ cadunt in terram. Daniel. 2. Cecidit in faciem suam & adorauit, &c. Ezech. 2. Cecidit in faciem meam. De iniquis autem legitur quòd cadunt. Isa. 4. Pulcherrimi viri tui cadent. Sed hæc est differentia: quia de iniquis dicitur, quòd cadunt retrorsum. 1. Reg. 4. Cecidit de sella retrorsum. De sanctis autem quòd cadunt in faciem suam. Cuius ratio assignatur Prouerb. 4. Quia iustorum semita quasi lux, &c. Et via impiorum tenebrosa, &c. Omnis enim qui post se cadit, ibi cadit vbi non videt. Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, retrorsum cadere dicuntur: quia ibi corruunt, vbi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt: sed qui ante se cadit, ibi cadit vbi videt. & ideo K sancti qui in istis visibilibus semetipsos sponte deijciunt, vt in inuisibilibus erigantur, in faciem suam cadere dicuntur, quia timore compuncti videntes humiliantur. Mystice autem per hoc, quòd ceciderũt retrorsum, datur intelligi, ꝙ populus Iudæorum qui erat populus peculiaris, vocem Christi in prædicatione non audiens, abijt retrorsum exclusus a regno.

f Hic ponitur secunda interrogatio. Et primo ponit iteratã interrogationem. Secundo Christi manifestationẽ. Et tertio eius oblationem. Interrogauit autem iterato secundũ Chrysopropter duo, vt dum scilicet indicauit suam potẽtiam, quòd inimici contra eum venientes coram eo retrorsum ceciderũt in terram. Instruantur fideles quòd sua volũtate captus sit. Isa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Secundo, vt etiam quantum in se est, daret Iudæis materiam conuersionis viso potentiæ suæ miraculo. Isa. 5. Quid vltra debui facere, & ideo cum statim ad ostensionẽ suæ potentiæ non fuerunt conuersi, eis capiendum se sponte obtulit.

tulit. Vnde {cum iterum interrogauit eos, quem quæritis? & illi A dixerunt. Iesum nazarenum.} ipse se iterũ manifestans {Respondit. Dixi vobis quia ego sum.} In quo patet quia cęci erant, vt eum non possent cognoscere. Oblatio sui ipsius ponitur cum dicit: {Si ergo me quæritis, &c.} scilicet comprehendere, faciatis quod intenditis, ita tamen quòd {sinite hos,} scilicet discipulos meos {abire.} qa nondum est tempus vt tollãtur de mũdo per passionẽ. sup. 17. Non rogo vt tollas eos de mũdo. In quo patẽt, quòd ipse dedit eis potestatem eũ capiendi. Nam sicut ex sua potentia discipulos suos seruauit, ita multo magis se seruare potuisset. supra 10. Nemo tollit animam meam: sed ego pono eam, &c. Et quòd non dimiserũt ministri Apostolos ex Christi persuasione, sed ex eius potestate, ostendit Euangelista, dicens: {Vt impleretur sermo quẽ dixit.} quasi ideo dimiserunt ministri Apostolos abire, quia eos tenere non poterant, cum ipse dixerit. supra 17. {Quos dedisti mihi non perdidi ex eis quẽquam.} Sed contra, supra dixit hoc dominus de perditione animæ. Quomodo Euangelista hoc adaptat ad perditionem corporis? Responsio. dicendum secundũ Chrysost. quòd dominus supra loquutus est de perditione animæ & corporis. Et si tantum de perditione animæ loquutus sit. Dicendum, quòd Euangelista hic per quãdam extensionem refert ad perditionem corporis. Vel secundũ C Augustinum dicendum, quòd hoc quod dicitur, est intelligendum etiam quantum ad perditionẽ animæ, quia Apostoli nondum sic credebant. Quomodo credunt qui nõ pereunt Et ideo si tunc exissent de hoc mundo, fuissent de illis qui pereunt.

LECTIO II.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram.

b Erat aũt nomẽ seruo, Malch°.

c Dixit ergo Iesus Petro. Mitte gladium tuum in vaginam.

d Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?

LECTIO II.

Postquam Euangelista ostendit promptitudinẽ Christi ad proditionem sustinẽdam, seipsum voluntarie proditori offerendo. hic ostendit eum esse promptũ ad idem, discipuli resistentiam prohibẽdo. Et primo ponitur resistentis discipuli manifestatio. Secundo eius cohibitio, ibi. {Dixit Iesus Petro, &c.} Circa primum duo facit: Primo ponit zelum discipuli in serui percussione. Secundo Euangelista inserit serui nuncupationẽ, ibi. {Erat autem nomen, &c.} Dicit ergo sic. Ministri comprehenderũt Iesum. Sed {Simon Petrus,} cęteris discipulis ardentior {habens gladium, eduxit eum & per D cussit Põtificis seruum, qui erat inter ministros, & abscidit eius auriculam dexteram.} Non ex sua principali intentione cũ eum intenderet occidere, sed ictus quem dirigebat ad caput, relapsus est ad aurem. Ideo enim ictum dirigebat ad caput, vt facilius moneat quòd id faciebat ex zelo Domini sui. 3. Reg. 19. Zelo zlearus sum. Sed hic incidit duplex quæstio, quia cũ Dominus mandauerit discipulis. Matt. 10. Quòd nec etiam duas tunicas habe rent, quomodo Petrus habebat etiam gladium? Respondeo, dicendum, ꝙ illud præceptũ dedit eis Christus quando misit eos ad prædicandum, & durabile erat vsque ad tempus passionis. vnde Christus in passione reuocauit ipsum. Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera, numquid aliquid defuit vobis? Et infra. Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium. Ex hac concessione Petrus intellexerat, ꝙ liceret ei portare gladium. Sed vnde tam cito potuisset gladium habere, cum prædicta verba dixisset Dominus pauloante, Dicendum secundum Chrysost. ꝙ Petrus iamdiu ante, audiens quòd Iudæi Christum tradere deberent principibus sacerdotum ad crucifigendum, timens præparauerat sibi gladium. Vel dicendum secundum Interlineare, ꝙ gladius accipitur hic pro cultello quẽ forte habuerat in mensa ad esum agni, & de cœna surgens tulerat secum. Secũdo quæritur, quòd cum Dominus dixisset eis, ꝙ non resisterent malo. Matt. 5. Quid est, ꝙ Petrus percussit seruum Principis? Ad quod dicendum, ꝙ Dominus prohibuit, ꝙ non resisterent alicui ad defendendum seipsos, non autem ad defendendum Dominum. Vel dicendum, ꝙ nondum confirmati erãt virtute superuenientẽ ex alto. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, &c. Ideo non erant adhuc perfecti, vt omnino malo non resisterent.

b Hic ponitur nomen serui. Et hoc ideo specialiter a Ioanne E describitur, ꝙ sicut infra dicitur. Ipse erat notus Põtifici, & ideo etiam notitiam ministrorum eius habebat. Vnde sciens nomen eius, non tacuit ipsum propter certitudinẽ facti. Sed Lucas addit, quòd Dominus sanauit auriculã eius. Luc. 22. Et hoc mysterio competit. Nam per hunc seruum significatur populus Iudæorum qui opprimebatur a Principibus sacerdotũ. Eze. 34. Quod crassum erat comedebatis. Illius ergo serui Petrus Princeps Apostolorum amputauit auditum: quia male audiebat verba legis, carnaliter. sed Dominus restituit nouum auditũ. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Et secundũ hoc congrue vocat Malchus, idest Rex. Quia per Christum in nouitate vitæ efficimur Reges. Apoca. 5. Fecisti nos Deo nostro, &c.

c Hic ponitur Petri cohibitio zeli. Et primo ponit Petri cohibitio. Secundo cohibitionis ratio, ibi.} Calicem quem dedit mihi, &c.} Dixit ergo, quòd Petrus ita eduxit gladium. Sed Dominus dixit ei. {Mitte gladium tuum in vaginam:} quasi nõ esset opus defensionis, sed patientiæ, nec ei licitus vlus gladij materialis. Hiere. 47 Vsquequo conciderisi mucro? Mystice autem signatur per hoc, ꝙ gladius verbi Dei mittendus erat in vagina, idest, in fide Gentium. Et ratio cohibitionis ponitur cum dicit.

d Non enim resistendum his quæ ex diuina prouidentia disponuntur. Iob. 9. Quis resistit ei, & pacem habuit? Dicit aũt passio calix, quia ex charitate patientis dulcedinem habet, sed ex natura sua amaritudinem, sicut & medicina sanatiua propter spẽm sanitatis dulcis est. sed amara propter saporem. Psalm. 114. Calicem salutaris accipiam, &c. Hunc ergo calicem dedit ei pater, quia passionem ex sua & patris voluntate spõte susceptit. infra 19. Nõ haberes in me potestatẽ, nisi datum esset, &c.

LECTIO III.

Cohors autem, & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderũt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eũ ad Annã primum,

b Erat enim socer Cayphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat B autem Cayphas, qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnũ hominẽ mori pro populo.

LECTIO III.

Ic ponitur quomodo Dominus a ministris captus, principibus præsentatur. Et primo quomodo ducitur ad vnum principem scilicet, Annam. Secũdo quomodo ducitur ad alium scilicet, Caypham, ibi. { Et misit eũ Annas, &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit quomodo Annę præsentatur. Secundo quomodo ab Anna examinatur, ibi. {Pontifex ergo interrogauit.} Circa primum duo facit. Primo ponit quomodo ducitur ad Annæ domum. Secundo quomodo discipuli sequuntur eũ, ibi. {Sequebatur autem. &c.} Circa primum ostenditur quid circa Iesum sit factum. Secundo describitur Pontifex ad quẽ ducitur, ibi. {Erat aũt, &c.} Circa Christum autem tria acta sunt. Primo enim comprehenditur. Vñ dicit. {Cohors ergo.} idest, militum {& tribunus} eorum {& ministri Iudęorũ cõprehenderunt Iesum,} qui incõprehensibilis est. Hie. 22. Magnus cõsilio & incõprehensibilis cogitatu, &c. Forte enim cogitabant illũ. Psal. 70. Deus dereliquit eũ, persequimini, & comprehendite eum, &c. Trẽ. 3. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, i. propter peccata nostra, vt scilicet nos liberaret. Isa. 49. Equidem captiuitas a forti tolletur. Secundo ligatur. Vñ dicit {& ligauerunt eum.} Qui soluere venit ligatos, & vincula eorum dissũpere. Psal. 115. Dirupisti vincula mea, &c. Tertio adducitur. {Vñ dicit {& adduxerunt eum ad Annam,} vt eum perderet qui venit oẽs ducere in viam salutis. Psal. 60. Deduxisti me, quia factus es spes mea. Põt autem duplex ratio assignari, quare primum ad Annã ducitur. {Vna. ſmandatũ Cayphæ Pontificis anni illius qui scilicet iõ Iesum ad Annã mi sit, vt excusabilior esset, si ab Anna cõdemnatũ ipse postmodũ cõdemnaret. Alia rõ ex propinquitate domus Annę quæ in via posita, propinquior erat: & ideo timentes ne si excitaret tumultus populi Iesus de manibus eorum eriperetur, declinauerunt illuc.

b Hic primo describitur Pontifex ex affinitate ad Cayham, {qui socer eius erat.} Secundo describitur ipse Cayphas {qa Pontifex erat anni illius.} Sciendum est enim, ꝙ secundum legẽ summus sacerdos per totam vitam officio fugebat, cui post mortem filius succedebat. Postmodũ vero inuidia & ambitione principũ crescente non solum patri non succedebat filius, sed nec vltra annũ Pontificatus fungebat officio, & hoc ipsum pecunia procurabat, vt Ioseph° dixit. Et ideo nõ est mirũ si in anno illius Põtificatus tã nequiter acquisiti, rẽ sic nephariã gessit. Describitur etiã ex cõsilio. Vñ dixit. { Erat aũt Cayphas qui consiliũ dederat Iudæis, &c.} sup. 11. hoc. {, quia expedit vnũ hominẽ mori pro populo.} Quod iõ Euãgelista cõmemorauit vt remoueret scandalũ de cordibus fidelium, ostendendo & per aduersariorũ Prophetias, ꝙ non propter infirmitatem aut impotentiã suam captus est

& mortuus:

& mortuus, sed propter populi salutem, vt scilicet non tota gens pereat. {Testimoniũ enim aduersarii efficacius est, & talis naturę est veritas, quòd etiam aduersarius eam tacere non potest.

c HIc ponitur quomodo discipuli associauerunt Christũ. Et primo ponitur quomodo Petrus cum alio discipulo sequebatur Christum. Secundo qũo introeũt ad locum vbi Christus erat. Tertio qũo negauit. Dicit ergo quantum ad primũ. {Sequebatur aũt Iesum Simon Petrus,} ex deuotione, q̃uis a longe propter timorem {& alius discipulus.} scilicet Ioãnes, cuius nomẽ ipsemet occultat humilitatis gratia. Datur aũt per hoc intelligi, quòd reliqui discipuli aufugerant relicto Iesu vt dicitur Mat. 26. Mystice aũt per hos duos discipulos duæ vitæ intelliguntur quæ Christum sequuntur, scilicet actiua quæ signat per Petrum, & contemplatiua quæ per Ioan. Et actiua quidẽ sequitur Christum obediendo. supra 10. Oues meæ vocem meam audiunt. Contemplatiua vero cognoscendo & contemplando. Ose. 6. Sciemus, sequimur te. Sequebantur aũt isti duo discipuli: quia plus præ cæteris diligebant Christum. Vnde primi venerũt ad monumentum. infra 20. & quia eos adinuicem maior vis dilectionis vniebat. Vnde sæpe in Euangelio simul iunguntur. & in Act. Apostol. dicitur, quòd miserunt ad illos Petrum & Ioannem. Et iterum, Petrus & Ioannes ascenderunt in templum, &c.

c Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus,
d Discipulus autẽ ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris.
e Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiarię, & introduxit Petrũ.
f Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Numquid & tu ex discipulis es hominis istius?
g Dicit ille. Non sum.
h Stabant autem serui & ministri ad prunas quia frigus erat,

d HIc ponitur quomodo Petrus introiuit quantum ad ordinem. Et primo quomodo Ioannes præcessit. Secundo qũo Petrum introduxit, ibi. {Exiuit ergo, &c.} Ordo autem fuit talis: quia Ioannes primo intrauit cum Iesu. Et huius ratio erat, quia {erat notus Pontifici, & Petrus stabat ad ostium atrij foris.} Et licet Ioannes piscator fuisset & iuuenis vocatus a Christo, erat tamen notus Pontifici: vel quia pater Ioannis ei seruus erat, vel aliquis ex consanguineis suis, nec hoc posuit Ioan. propter sui iactantiam, sed propter humilitatem. ne hoc ꝓ primo intrauit, q̃ Petrus cum Iesu in atrium Pontificis & non Petrus, magis virtuti suæ & maioritati q̃ notitiæ ascribatur. & ideo dicit {Discipulus aũt ille.} s. Ioannes {erat notus Pontifici.} Et ideo intrauit cum Iesu in atrium pontificis, vbi Christus erat ductus. {Petrus aũt stabat.} quasi præsagiens futuram negationem. Psal. 30. Qui videbant me, foras fugerunt a me. Mystice autem Ioannes intrat cum Iesu, quia vita contemplatiua est ei familiaris. Sap. 8. Intrãs in domum meam, conquiescam, &c. Sed Petrus stans foras. quia actiua vita circa exteriora occupatur. Luc. 10. Maria sedens secus pedes domini, &c. Martha autem satagebat, &c.

e HIc ostenditur quomodo Petrus Ioannis interuentu introductus est: quia ille alius discipulus. s. Ioannes {erat notus Põtifici. Et dixit ostiariæ.} vt eum introduceret {Et introduxit Petrum.} Per quod mystice datur intelligi, ꝓ per contemplatiuã introducitur ad Christum actiua vita, sicut enim ratio inferior dirigitur per superiorem: ita actiua per contemplatiuã. Psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c.

f HIc ponitur Petri negatio. Et primo ponitur motiuum negationis, seu occasio. Secũdo ponitur ipsa negatio, ibi. {Dicit ille, non sum, &c.} Tertio negationis confirmatio, ibi. {Stabãt autem, &c.} Occasio autem negationis & motiuum fuit Petro ancillæ interrogatio. Vnde dicit {Dixit Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Dicit autem {& tu} quia sciebat Ioannem Christi esse discipulum, & tamen propter familiaritatem nil dicit ei. Apparet autem in hoc infirmitas Petri pro tempore illo: quia ex debili occasione motus est ad negandum. Et hoc ex duobus. Primo, ex ipsa persona interrogante, quia nõ armatus miles, non admirandus pontifex; sed mulier & ancilla ostiaria interrogauit. Secundo ex forma interrogationis, quia non dicit. Nunquid ex discipulis es proditoris istius? per quod videbat magis ex compassione loqui. Vnde & ex hoc percipitur quòd Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, &c. Psalm. 32. Quia qui ad vocem ancillæ Christum negauit, postmodum nomen Christi coram principibus sacerdotum confiteretur & prædicat. Act. quarto. Negatio Petri ponitur cum dicit.

g IN quo debemus aduertere secũdum Aug. non solum ab eo negari Christum: qui dicit eum non esse Christum, sed ab eo etiam qui negat se esse Christianum. Nil aũt aliud isto modo negauit Petrus quàm se esse Christianum. Ideo autem dominus Petrum negare permisit: quia voluit vt ipse qui prꝗponendus erat toti ecclesiæ, infirmis & peccantibus magis compateretur expertus in seipso infirmitatẽ peccati Hebrę. 4. Non habemus pontificẽ qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, tentatũ per oĩa absque peccato, verũ est de Christo. Sed de Petro põt dici etiam cum peccato. Quidam tamẽ quandam inanẽ gratiam appropriantes Petro, dicunt, quòd non timore negauit: sed amore, volẽs semper esse cum Christo & sequi cõtinue. Nouerat enim quòd si fateretur se esse de Christi discipulis fuisset separatus a Christo & expulsus. Sed hoc non consonat dictis domini: quia non ideo negauit quia noluit a Christo separari: sed quia voluit pro Christo animam ponere. Supra enim cum dixisset. Animam meam pro te ponam. Respondit Iesus, animã tuã pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus anteq̃ ter me neges. Confirmatio negationis ponitur.

h QVasi vt magis videretur nõ esse eius discipulus. Nam Petrus ad hoc quòd non videretur ex discipulis, posuit se inter ministros & seruos stantes ad prunas, quia frigus erat, sicut quandoque in æquinoctio hiemali in Martio contingit, in quo Petrus non bene consideraui, quod dicitur in Psalm. 17. Cum sancto sanctus eris, &c. Ipsum etiam tempus congruit cõditioni mentis eius, in qua refriguerat charitas. Mat. 24. Refrigescet charitas multorum, &c.

i VBi primo ponitur examinatio. Secũdo Christi responsio, ibi. Respondit ei Iesus. Tertio respõsionis reprehẽsio, ibi. {Hæc autem cum dixisset.} Duo autem ꝓponebantur Christo a Iudæis. s. falsa doctrina & noua. Mat. 1. Quæ est hæc noua doctrina? Secundo seditio & attractio hominũ ad se. Luc. 23. Commouit populum per vniuersam Iudæã, incipiens a Galilęa vsq; huc. Et ideo de istis duobus eum examinat. Primo quidem {de discipulis eius.} quos videbat seduxisse. Secundo {de doctrina eius.} quasi notans eam falsitatis.

k HIc ponitur responsio domini. Et primo ponit suæ doctrinæ modum. Secundo requirit aliorum testimonium, ibi. Quid me interrogas? Circa primum duo facit. Primo doctrinæ manifestationem proponit. Secundo eam exponit. Dicit ergo {Ego palam locutus sum mundo.} Sed contra. supra 16. dicit. Venit hora quando nõ in prouerbiis: sed palam de patre annuntiabo vobis. Si ergo discipulis nondum palam locutus fuerat, quomodo palam loquutus est mundo? Responsio: dicendum ꝓ discipulis nondum loquebatur palam, quia excellentes sententias proponebat. Mundo autem locutus est palam, quia publice prædicabat. vnde hoc exponit dicens {Ego semper docui in tẽplo & in synagogis.} Sed contra Mat. 16. dicitur, quòd discipulis multa seorsum sine parabolis proponebat. Sed ad hoc est triplex responsio. Vna, quia quod duodecim discipulis dicebat, nõ reputabatur in occulto dici. Alia est, quia non proponebat ea discipulis intentione occultandi. Tertio si fiat vis in verbo, quia dominus hic loquitur de doctrina, quam populo tradidit, quã non proposuit eis in conuẽticulis: sed in locis publicis. Psal. 36. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Isaiæ 45. Non sui loquutus in abscondito, &c. Et ad hoc exigit aliorum testimonium dicens.

l ET primo remittit eos ad testimonium aliorum. Secundo ostendit quorum testimonium requirat. Tertio rationem eorum assignat. Quantum ad primum dicit {Quid me interrogas?} quasi dicat, per alios potes hoc scire. Et ideo quantum ad secundum subdit {Interroga eos qui audierunt.} Nam vt Matthæi 22, dicitur. Miserunt ad Iesum Pharisæi, vt caperent eum in sermone, qui tamen contra eum nihil inuenire potuerunt. Et ideo remittit eum ad eos. Et rationem huius subdit {Ecce hi sciunt quid dixerim ego.} de quibus possunt testimonium perhibere.

Lectio

LECTIO IIII.

Olita domini responsione. hic ponitur responsionis reprehensio. Et primo ponitur ministri reprehẽsio. Secũdo domini satisfactio, ibi. {Respondit ei Iesus, Si male, &c.} Minister autem reprehendit respõsionem domini. Primo quidẽ facto, quia dedit ei alapam ad improperium. vnde dicit {Hæc cum dixisset}. s. Iesus {vnus assistẽs ministrorũ.} scilicet pontificis {dedit ei alapã.} Quod quidem non casu cõtigit, sed longe ante & multipliciter fuerat ꝓpheratũ. Isa. 50. Dedi corpus meum percutientibus, & genas meas vellentib⁹. Tren. 3. Dabit percutientibus maxillam, saturabitur opprobriis, &c. Mich. 5. In virga percutient maxillam iudicis Israel. Secundo reprehendit verbo dicens {Sic respondes pontifici?} In quo datur intelligi, ꝓ Annas pontifex erat, & nondum missus erat ad Caypham. vnde Luc. 3. hos duos pontifices commemorat. Sub principibus inquit sacerdotum Anna & Caypha. Sed dicuntur duo pontifices: quia alternis vicibus pontificatum sibi vendicabant. Sed illo anno Annas erat princeps sacerdotum. Motus est autem minister ad percutiendũ Iesum, ex hoc. s. quia cum audientium eum interpellasset testimonium, supra 7. Cum pontifices misissent ministros vt caperent eum, ipsi capti ad verba Iesu redierunt dicẽtes. quia numquam sic loquutus est homo, &c. Volens ergo hic se excusare ꝓ non esset de illis, percussit eum. Sed Christum male respondisse pontifici ex hoc coniecit, quia per hoc quod dixit. quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, videbatur notasse pontificem de imprudenti interrogatione, cum tamen scriptum sit Exo. 22. Principem populi tui ne maledicas.

b COnsequenter Iesus rationabiliter excusat se, cum dicit {Si male loquutus sum.} respondens pontifici. {testimonium perhibe de malo} q.d. Si habes ex his quæ a me prolata sunt, vnde me possis reprehendere, ostende ꝓ male dixerim, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Deut. 17. {Si autem bene}. i. si nequis hoc ostendere {quid me cędis?} idest quid in me furis? Vel hoc potest referri ad hoc quod dixit supra. Interroga eos, &c. Vt sit sensus {Si male loquutus sum.} in synaga & in templo, quod non debui {testimoniũ perhibe de malo.} quod dixi coram principe sacerdotũ. Sed hoc non potuisset minister ostendere. {Si autem bene}. s. docui {quid me cędis?} q.d. iniustum est. Hiere. 18. Numquid redditur pro bono malũ, &c. Sed hic est quæstio, quia Matt. 5. Dominus præcipit discipulis suis. Si quis te percusserit in dexterã maxillam, præbe ei & alteram. De Christo autem dicitur Act. 1. Cœpit Iesus facere & docere. Debuit ergo facere, quod docuit. Sed hoc non fecit, immo quod contrarium videtur se excusauit. Respõsio, dicendum s̃m August. ꝓ dicta & præcepta sacræ scripturæ ex factis sanctorum interpretari possunt, eũ idem spiritus sanctus qui inspirauit Prophetis & aliis sacræ scripturæ authoribus, mouerit sanctos ad opus. Nam sicut 2. Pet. 1. dicitur, Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ita Rom. 8. dicitur. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Sic sacra scriptura intelligenda est s̃m ꝓ Christus & alij sancti seruauerunt. Christus autem non præbuit isti aliam maxillam. Nec Paulus Act. 9. Vnde non est intelligendum, ꝓ Christus mandasset, ꝓ præberent maxillam aliam corporalem ad literam ei qui percutit vnam. Sed hoc debet intelligi quantum ad præparationem animi, ꝓ si necesse fuerit, ita debet esse dispositus, vt non turbetur animo, contra percutientem, sed paratus sit simile, & etiam amplius sustinere. Et hoc Dominus seruauit, qui corpus suum præbuit occisioni. Sic ergo excusatio Domini vtilis fuit ad nostram instructionem.

c HIc ostenditur quomodo a Pontifice mittitur ad aliũ Pontificem. Et primo ponitur Iesu missio. Secũdo completur Petri negatio, ibi. {Erat autem Simon, &c.} Dixit ergo. {Et misit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem,} ad quem a principio ducebatur, sed causa quare prius declinauerat illuc, expressa est supra. Sed attende Annæ nequitiam, quia cum debuisset eum absoluere, vt pote sine culpa existẽtem, tamen eum ligatum misit.

LECTIO IIII.



Aec autẽ cum dixisset: vnus assistẽs ministrorum dedit alapam Iesu, dicẽs: Sic respõdes pontifici?
b Respondit ei Iesus. Si male loquutus sum, testimoniũ perhibe de malo, si autem bene, quid me cędis?
c Et misit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem.
d Erat aũt Simon Petrus stans, & calefaciens se.
e Dixerunt ergo ei. Numquid & tu ex discipulis eius es? Nega
d Hic agitur de secunda negatiõe Petri & tertia. Et primo ponitur negationis occasio. Secundo Petri duplex negatio, ibi. {Dixerunt ergo, &c.} Tertio ponitur signi verborum Christi adimpletio, ibi. {Et statim gallus cantauit, &c.} Occasio autem secundę negationis Petri fuit mora cum ministris Pontificis stantibus ad ignẽ. Nã vt Chry. dicit, recedẽte Christo ad Cayphã, Petrus adhuc cũ ministris remãsit. Sic. n. absortus erat a pecca to post negationem, vt qui prius feruidus erat, iã non videbat curare de Chro. Hiere. 8. Nullꝰ est q̃ agat pœnitẽtiã sup peccato suo, dicẽs, & ió dicit. {Erat aũt Simon Petrus adhuc stãs, & calefaciebat se} q̃uis Chrs recessit ide, immemor eius qd̃ dicit in Psal. 1. Beatus vir qui nõ abiit in concilio impiorum. Sed hęc expositio stare non potest: quia sic sequeretur, ꝓ secunda & tertia negatio facta fuisset in absentia Christi, qd̃ est cõtra illud quod dicitur Luc. 22. ꝓ post tertiã negationem Petri conuersus Dñs, respexit Petrũ. Et ideo Aug. aliter exponens, dicit, ꝓ Euangelista loquitur per recapitulationẽ more suo, vt ostendat continuationem & ordinẽ rei. Dixerat enim supra, ꝓ stabant serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebat se. Et Petrus erat cum eis stans & calefaciens se. Et postea interposuit de examinatione Christi a Pontifice. Et post modũ vt cõtinuet seriem, resumit quasi eadem verba dicens. {Erat autem Simõ Petrus stãs ante,} scilicet, quàm Christus mitteretur ad Caypham. Deinde ponitur duplex negatio Petri, cum dicit.

e ET circa verũque ponuntur duo. s. negationis occasio, idest, interrogatio, & ipsa negatio. Sed hic occurrit duplex quæstio literalis. Nam Mat. 26. loquens de secunda negatione dicit. Exeunte aũt illo ianuam vidit eum alia ancilla, & ait his qui erãt ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento. Et sic videtur hic duplex contrarietas, quia Ioan. dixit Petrum negasse, eo stante ad focum. Mat. aũt eo exeunte domũ. Alia contrarietas est: quia s̃m Mat. interrogatur ab alia ancilla, s̃m Ioan. ab aliis, s. multis. Vnde dicit. {Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu, &c.} Item etiam s̃m Luc. solum ab vna interrogatur. Vnde Luc. 22. dicitur. Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quida affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat. Responsio, dicendũ, ꝓ quando Petrus primo negauit, surrexit & exiuit ianuã, & eo exeunte alia ancilla interrogauit eum. Vel dixit aliis, quia de illis erat, sicut refert Mat. Et sic negauit secundo. Et postmodũ reditt Petrus vt excusaret se de hoc etiã, & sedit cũ aliis, quo sedẽte ibi, alij qui audierunt ab ancilla, iterũ interrogauerũt cũ, vt dicit Mat. Vel vnus primo, vt dicitur hic & postea alij multi. Et sic negauit tertio. Vnde subditur de tertia negatione. {Dixit vnus ex seruis Põtificis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam.} Iste tertius testimoniũ perhibuit, q̃a de visu, vnde dicit. {Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo Petrus facto interuallo horę vnius {negauit} tertio. Nec refert si alij Euangelistę dicunt tertiam interrogationem factam a pluribus. Ioannes vero factam ab vno. Potuit enim fieri vt iste qui magis certus erat interrogaret, & alios ad interrogandum incitaret. Multa enim circa hæc verba dicta sunt a circunstantibus, quorum vnum commemorat Euangelista vnus, & alius aliud, cũ nõ esset eorum principalis intentio ad hoc. Sed ad commemorandum verba Petri, & ostendendum veritatem eius, quod Dominus dixerat Petro. Vnde in verbis Petri omnes conueniunt. Num. 24. Quicquid Dominus dixerit hæc loquar, &c. Consequenter agit de signo commemorationis Christi, vnde dicit.

f MOtus virtute diuina, vt medici, esset completa prædictio, & ægroti conuicta præsumptio.

LECTIO V.

Ic agitur de assignatione Christi Gentilibus. Et primo dicit Euangelista quomodo assignatur Præsidi. Secundo causa eius a præside examinatur, ibi. {Et dixit. Quam accusationem.} Tertio quomodo eius innocẽtia declaratur, ibi. {Et hęc cum dixisset, iterum exiuit.} Circa primum tria facit. Primo describit assignationis locum. Secundo tempus. Tertio modum. Locus quidem, quia in prætorium,

E

B

A

D

C

I

K

H

G

F

vnde dicit.{Adducunt autem Iesum a Caypha in prætoriũ,}qđ est locus iudicij. Vnde & in exercitu vbi erat tabernaculũ principis,consueuit prætorium appellari. Vnde hic domus præsidis prætorium appellatur. Quomodo ducitur ad Caypham in prætorium? Ad quod dicendum, quòd potest dici, quòd Cayphas præuenerat in domũ Pilati, vt eum informaret de facto Iesu, sibi prætentandi. Vñ eo exeunte cum Pilato in prætorio,assignatus est ei Iesus. Vel potest dici,quòd cum Cayphas esset princeps sacerdotũ habebat spatiosas domos, ita quòd in aliqua parte earum etiam Præses hospitaretur.Et sic est sensus.{Adducunt Iesum ad Caypham,} scilicet ad domum eius.Et hoc{in prætorium.}Vel dicendum,quòd melius in Græco habetur. {Adducunt Iesum à Cayphain prætorium .} Et sic tollitur omnis dubitatio.Tempus describitur. {Erat aũt mane.} Nam tanta erat eorũ nequitia,vt nulla interponeret mora quin occidendum traderent Pilato . Mic.2.Veh qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris . In luce matutina faciunt illud,quoniam cõtra Deum est manus eorum. Iob.23.Mane primo surgit homicida , interficit egenum & pauperem . Sed ex hoc quæstio grauis insurgit , Nam tres alii Euangelistæ dicũt, quòd circa principium noctis Dominus fuit flagellatus in domo Cayphæ,& examinatus ab eo,cum dixit.Dic nobis si tu es Christus.Et sumimo mane ductus est ad Pilatum. Ioannes vero dicit, quòd ductus est ad Caypham.Ad quod dicendum, quòd si volumus saluare literã nostram , quòd Cayphas primo vidit eũ cum esset in domo Annæ de nocte, & tunc potuit examinari ab eo. Sed adhuc dubium remanet de hoc , quòd fuit flagellatus in domo Cayphæ. Quod totum soluitur secundum illud, quod habetur in Græco , scilicet quòd ducunt eum a Caypha in prætorio: quia secundum hoca domo Annæ fuit de nocte adductus ad domum Cayphæ.vbi flagellatus & examinatus fuit,& de mane fuit à Caypha ductus in prætoriũ { vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.}Vbi primo designatur eorum vana superstitio. Quia non introierunt in prætorium.Secũdo Pilati ad eos reuerentia,quia exiuit eis obuiam.Sed hoc quod dicit quantum ad primum,quòd nõ introierunt vt non cõtaminarentur , habet dubitationem.Dicunt enim alij Euangelistæ,quòd Christus captus fuit in sero in die cœnæ.Et tũc erat Pascha.Luc.22.Desiderio desideraui,hoc Pascha manducare vobiscum . Et de mane in crastino fuit ductus ad prætorium, Quomodo ergo{vt manducarent Pasc ha}cum esset in crastino Paschæ? Sed ad hoc quidã moderni Græci dicunt,quòd hoc factum fuit decimaquarta luna, & crucifixus eo die,quo Iudæi celebrabant Pascha, dicẽtes,quòd Christus vna die præuenit Pascha , sciens sibi imminere occisionem in Pascha Iudæorũ . Vnde celebrauit Pascha decimatertia luna ad vesperam . Et hoc dicunt : quia in lege præceptum est , quòd a quartadecima luna primi Mensis vsque ad vigesimum primum diem mensis,non inueniebatur fermentatum apud Iudæos.{Vnde dicunt , quòd Christus consecrauit de fermentato corpus suum.Sed hoc stare non potest propter duo. Primo,quia nunquam inuenitur in Veteri Testamento , quòd alicui liceret præuenire celebrationem Paschæ, sed si haberet impedimentum liceret differre vsque ad alium mensem Numeri 9. Homo, qui fuerit immundus super anima , aut in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino , mense secundo , quartadecima die mensis ad vesperam. Cum ergo Christus nil prętermiserit de obseruantiis legis, falsum dicunt,eum pascha præuenisse.Secundo,quia Mar.14.expresse habetur, quòd Christus venit die azimorum quando necesse erat occidi pascha,&c.Macth.dicit,quòd primo die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes , Vbi vis paremus tibi comedere pascha ? Non ergo dicendum est quòd Christus præuenit pascha. Et ideo Chrysost. aliter dicit, scilicet quòd Christus legem per omnia implens , suo tempore pascha celebrauit scilicet quartadecima luna ad vesperã : sed Iudęi sic intenti erant ad Christi occisionem, ꝙ non celebrauerunt pascha die suo , sed in sequenti die,{luna 15. Vnde de hoc dicit. {Vt non contaminarentur,sed vt manducarẽt pascha}quod præcedenti die omiserunt.Sed nec hoc stare potest. Quia Num.9.dicitur , ꝙ si quis propter impedimenta non potest celebrare Pascha 14.luna primi mensis celebret illud non sequenti die, sed luna 14.mensis secundi . & ideo dicendum est secundum Hiero. & Aug.& alios doctores latinos,quòd 14.luna est principiũ solemnitatis . Sed pascha non dicit solum vespera , sed totum tempus 7.dierum,per quod comedebant azima , quæ debebant manducari a mundis. Vnde quia Iudæi alieni iudicis prætorio immũdi

b Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit . Quam accusationem afferris aduersus hominẽ hunc? Responderũt,& dixerũt ei . Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.

e Dixit ergo eis Pilatus . Accipite eum vos , & secundum legem vestram iudicate eum.

d Dixerunt ergo ei Iudæi . Nobis nõ licet iterficere quẽquã.

e Vt sermo Iesu impleretur quẽ dixit : significans qua morte esset moriturus.

tiam contrahebant, ideo non introierunt in prætorium{vt non contaminarentur:sed vt manducarent Pascha.}idest , panes azimorum.Sed attende impiam cæcitatem,quia timebant contaminari de homine gentili : sed sanguinẽ Dei & hominis effundere non timebant,Isa.49.Venerunt structores tui destruentes te , & dissipãtes a te exibũt. Consequenter ponitur Pilati ad eos reuerentia,cum dicit .

b Et tunc Christũ ab eis oblatũ suscepit.{& dixit. Quã accusationem afferris &c.}Vbi ponit Christi examinatio.Et primo quomodo examinatur a Pilato coram accusatoribus. Secundo quomodo a se , ibi. {Introiuit ergo,&c.}Circa primum duo facit . Primo ponit Pilati examinationem. Secundo liberalem eius concessionem,ibi. {Accipite eum vos,&c. } Circa primum primo ponitur eius examinatio . Secundo malitiosa Iudæorum responsio . Pilatus ergo videns eum ligatum,& a tot ductum ad damnandum dicit.{Quã accusationem,&c.} Responderunt & dixerunt ei. { Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum . } quasi diceret,nos examinauimus eum , & iam condemnatum tradidimus eum tibi iam puniendum,quasi Pilato sufficeret eorum iudicium . Sed falsum dicunt,dicentes eum esse malefactorem. Quia vt dicitur Act.4.Pertransit benefaciendo, & sanãdo omnes oppressos a diabolo,sed faciunt secundum illud Psal.34.Retribuebant mihi mala pro bonis.Sed contra hoc est quod dicitur Luc.22.quòd imponebant Christo multa crimina , vnde dicebant, Commouit populum ꝙ vniuersam Iudæã , incipiens a Galilęa vsque huc, hic autem nullum. Respondeo dicendum , quòd multa verba dixerunt Iudæi tunc Pilato,vt Aug.dicit.Sed potuit esse quòd primo hoc quod hic ostendit Ioan.& postea fuit quod dicit Lucas. Consequenter ponitur liberalis concessio Pilati ,cum dicit.

c Et primo ponitur Pilati concessio.Secundo Iudæorum recusatio,ibi. {Dixerunt ergo ei Iudæi.} Tertio recusationis ratio,ibi.{vt sermo Iesu.}Dicit ergo{accipite eum vos.}Volens eis præstare gratiam.Sic & Felix dixit Paulo. Si velis iudicari apud Iudæos.Act.24. Vel hoc dixit arguens eos. Nam ipsi examinauerant & condemnauerant. Vnde volebant, quòd qui condemnauerant eum malefactorem, darent sententiam, quia vt dicitur Act.25. Non est consuetudo Romanis damnare aliquẽm hominem, priusquàm is qui accusatur præsentes habeat accusatores,locumq; defendendi accipiat ad abluendã peccata. Et sic est sensus.Nostrum iudicium petitis.{Sed vos eum accipite, & damnate secundum legem vestram . Ego autem nequaquam talis iudex efficiar.Sed Iudæorum recusatio ponitur consequenter ibi.

d Sed contra Exo.23.dicitur.Maleficos non patieris viuere.Ieium autem maleficum reputabant.Sed secundum Augu.dicunt{nobis non licet interficere quemquam.} in die festo , alio autem tempore sic.Vel secundũ Chryso.Iudæi amiserunt multum de potestate, quia iudicium de peccato contra rempu. non pertinebat ab eos,ipsi autem potissime intendebant condemnare eum de hoc quod erat contra rempub.infra 19. Omnis qui se Regem facit contradicit Cæsari. vnde dicunt { Nobis non licet interficere quemquam}.{.qui facit contra rempub. quamuis liceret pro aliquo peccato legis cuius iudiciũ reseruatũ eis erat. Vel aliter dicendum,ꝙ aliquid non licet alicui,vel quia est diuinalege prohibitum.Et hoc modo non erat eis prohibitum.Vel quia prohibitum erat eis lege humana . Et hoc modo,non licet eis interficere quemquam,quia iam residebat hæc potestas apud præsidem.Sed tunc remanet quæstio:quia lapidauerunt Stephanum.Act.7.Sed ad hoc respondet Chrysosto. ꝙ Iudæis concessum erat a Romanis ꝙ vtantur legitimis suis.vnde quia pœna lapidationis erat inflicta per legem, ideo concessa erat eis a Romanis.Sed mors crucis in lege exprobrabilis erat, Deut.21.Maledictus omnis qui pependit in ligno. Et ideo hoc genus mortis non erat eis seruatum, Iudæi autem ex sua malitia non erãt contenti si Christum lapidarent : sed volebant eum morte turpissima condemnare,vt dicitur Sap.2.Et ideo nunc dicunt{Nõ licet nobis interficere quemquam}.{.morte crucis.Vel dicendũ ꝙ Stephanus fuit lapidatus in magistratus mutatione, & tunc multa illicita vsurpantur,quæ non fierent in processu temporis. Ratio recusationis subditur,cum dicit.

e Vt lyt{vt}non referatur ad intentionem Iudæorum,sed ad dispositionẽ diuinæ ꝓuidentiæ.Iesus enim dixit Mat.20. Quòd occidendus erat a gentibus, & crucifigendus,traditus tamen a Iudæis.Et ideo vt illud impleretur ipsi noluerunt eum iudicare & occidere.

LECTIO VI.

Vpra posita est examinatio qua Pilatus examinauit Christum{coram accusatoribus.Hic autẽ ponit Euangelista quomodo Pilatus examinauit Christũ apud seipsum.Et primo Euangelista agit de interrogatione Pilati examinantis.Secũdo de responsione Christi examinati,ibi.{Respondit Iesus. Regnum meũ, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit Pilati interrogationẽ.Secundo interrogatiõis causam seu examinationem, ibi. {Respõdit Iesus, a temetipso hoc dicis. } Circa primum sciendum, ꝙ Pilatus vt iustꝰ iudex, & omnia exquisite pertractans,non statim acquieuit accusationi põtificis. Exo.23.Non sequeris turbã ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorũ acquiesces sententiæ,vt a vero deuies.Sed {introiuit iterum in prætorium , & vocauit Iesum}.{.seorsum eo ꝙ magnum de eo habebat suspitionẽ.Ideo autẽ Christum ad se vocauit,vt exquisitius omnia rimaretur, & Christus quietius respondeat,amoto strepitu Iudæorũ.Iob.39. Causam quã ignorabam diligentissime inuestigabã Et tũc dixit ei.{Tu es Rex Iudæorum? Ex quo patet vt Lucas refert 22.Iudæi hoc crimen ei imposuerunt. Licet Ioan.dicat tantum.Si non esset hic malefactor,&c.Et multa alia crimina ei obiecerunt.Sed hoc magis tetigit cor Pilati.Et ideo de hoc solo eũ interrogat.Mat.12.Ex abundantia cordis os loquitur. Consequenter cum dicit.

b Ponitur interrogationis examinatio.Et primo ponit Christi interrogatio.Secundo Pilati responsio, ibi.Nũquid ego Iudæus sum,&c.}Dixit ergo{Respondit Iesus}versa vice interrogando{A temetipso hoc dicis?} Vbi sciẽdum est,ꝙ duplici ex causã homo interrogat.Quãdoq; vt sciat rem quam prius ignorabat.Et sic discipulus interrogat magistrum. Quandoq; interrogat de re scita,vt sciat responsionem de quo interrogat. Et sic magister interrogat discipulũ.Sed dominus sciebat,& id de quo ipse interrogabat , & illud quod responsurus erat. Et ideo non interrogat quasi ignorans, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius.Hebr.4.Sed interrogat vt sciamus quam opinionem habebant Iudæi & Gentiles , ac simul de illo regno instruamur. Consequenter cum dicit.

c Ponitur responsio Pilati. Sed quare sic respondet ? Ideo.{.quia dñs quæsuit ab eo,an a semetipso hoc dixisset.Et ideo Pilatus ostendit,ꝙ non pertinebat ad eũ quærere , an esset Rex Iudæorum,sed potius ad Iudæos,quorum se Regẽ dicebat,dans per hoc intelligere ꝙ ab aliis hoc sibi dicebatur. Et ideo subdit. {Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi.}hanc.{.accusationem aduersum te dicentes. & dicit{Gens tua.}quia ex Iudęis secundum hominem natus erat. Hier.20. Audiui enim contumelias multorum,& terrores in circuitu , & persequimini eum ab omnibus viris qui erant pacifici mei. Michæ 7.Inimici hominis,domestici eius.& dicit{pontifices:}quia quanto maiores erant in potestate,tanto potiores in crimine. 1. Esdræ 9. Manus principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima. Hieremiæ 5.Ibo ad optimates & loquar eis,ipsi enim cognouerunt vias Domini & iudicium Dei sui,& ecce magis hi confregerunt iugum,tuperunt vincula. Si ergo ipsi tradiderunt te mihi. {Quid fecisti?} q.d.Non est credendum, ꝙ tradidissent te mihi nisi pro magna causa.

d Hic ponitur responsio Christi. Et primo remouet suspitionis de regno suo falsitatẽ. Secundo astruit veritatem, ibi. {Dixit itaq; ei Pilatus,ergo,&c.}Circa primũ duo facit. Primo excludit falsam suspitionẽ.Secundo adhibet signi probationem, ibi.{Si ex hoc mundo esset regnũ meũ,&c.} Falsam suspitionẽ remouet,dicens.{Regnũ meum non est de hoc mundo.} Quod male intelligentes.Manichæi,dicebant esse duos Deos,& duo regna.{.Deum bonũ,qui habet regnum suum in regione lucis. Et Deũ malum,qui habet regnum suũ in regione tenebrarum. Et hanc dicebant esse hunc mundũ,quia omnia corporalia dicebãt esse tenebras.Et secundũ hoc sensus est. { Regnũ meũ non est de hoc mundo}q.d. Dñs pater qui bonus est & ego, non habemus regnũ in regione tenebrarũ. Sed contra hoc est, quod dicitur in Psal.46. Quoniã Rex omnis terræ Deus.Et iterũ. Omnia quæcumque voluit Dñs fecit in cælo & in terra . Et ideo dicendũ,ꝙ

LECTIO VI.

Introiuit ergo iterũ in Prętorium Pilatus , & vocauit Iesum, & dixit ei. Tu es Rex Iudæorum?

b Respondit Iesus. A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me ?

c Respondit Pilatus. Numquid ego Iudæus sum ? Gens tua , & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti?

d Respondit Iesus. Regnũ meũ non est de hoc mundo.

e Si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis.

f Nunc autem regnum meum non est hinc.

g Dixit ei itaque Pilatus . Ergo Rex es tu?

h Respondit Iesus. Tu dicis qa Rex sum ego.

i Ego in hoc natus sum , & ad hoc veni in mundum , vt testimonium perhibeam veritati.

hoc dixit Christus propter Pilatum qui credebat Christum affectare regnum terrenum,quo corporaliter ficut & homines terreni regnarer,& per hoc esset morte plectendus, ꝙ illicitum affectauerit regnum.Sciendum est autem,ꝙ regnum cũque dicitur ille populus qui regnat,quandoque ipsa regia potestas. Primo ergo modo accipiẽdo regnũ exponit Aug. & dicit. { Regnum meũ. }.i.fideles mei. Apoca. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum {non est de hoc mundo } non dicit nõ est in hoc mũdo.sup.17. Et hi in mũdo sunt, sed{nõ est de hoc mũdo}per affectũ & imitationẽ,ereptus quidem per gratiæ electionẽ. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum charitatis suę . Chrysostomus autem exponit accipiendo regnũ secũdo modo,& dicit.{Regnum meum.} idest,potestas mea & auctoritas,qua Rex sum{non est de hoc mundo.}idest , non habet originem ex causis mundanis , & electione hominum . sed aliunde,scilicet ab ipso patre . Dan. 7. Potestas eius, potestas æterna quę non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

e Hic adhibet signa euidentia ad probandum, quòd regnũ eius non est de hoc mundo.Et primo ponit signum.Secundo cõcludit intentum,ibi{nunc autem,&c.}Circa primum sciendum est , quòd qui habet regnum terrenum siue iuste siue violenter , oportet quòd habeat socios & ministros , per quos in potestate fulciatur . Cuius ratio est,quia non est potens per seipsum , sed per ministros suos.2.Reg.3. Facta est longa concertatio inter domum Saul decrescens quotidie . Sed Rex supernus : quia potens est per seipsum , seruis suis potentiam tribuit , ideo non indiget ad regnum suum ministris.Et ideo dicit,quòd regnum suum nõ est de hoc mundo , quia { si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri vtique mei decertarent,vt non traderer Iudęis.} Vnde & Petrus volens decertare pro Christo, nõ aduertebat se de hoc mundo nõ esse , supra eod.Habebat tamen Dominus alios ministros.{.Angelos qui potuissent eũ eripere de manibus Iudæorũ, sed Dominus eripi noluit.Mat.26.An non possum rogare patrẽ meum,& exhibebit mihi plusquàm 12.legiones Angelorum?

f Scilicet,quia non quærit tales ministros,concludit,ꝙ{regnũ suum non est hinc }.i.nõ habet principium de hoc mundo . Et tñ hic quia vbique est. Attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Psal.2. Postula a me , & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.Dan.7.Dedit potestatem & honorem & regnũ,& omnes populi,tribus & linguæ seruient ei.

g Hic Dñs manifestat veritatem de regno suo quòd sit. Et primo ponitur manifestationis occasio. Secundo ipsa manifestatio,ibi.{Respondit ei Iesus,&c.} Tertio manifestationis effectus,ibi.{Dixit ei Pilatus,&c.}Circa primum sciendum,quòd Pilatus ex supradictis verbis Domini,intelligens quòd regnũ quasi carnale & longinquũ esset de partibus illis. 1.Cor.2.Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, anhelauit ad veritatem sciendam. Et ideo inquit dicens.{Ergo Rex es tu?} scilicet & Dominus. Consequenter respondens dicit.

h Vbi primo se esse confitetur Regem. Secundo sui regni ostẽdit rationem,ibi.{Ego in hoc natus sum,&c } Tertio insinuat super quos regnat,ibi.{Omnis qui est ex veritate,&c.} Circa primum sciendum est, quòd Dñs ad quæstionem respondens de regno, ita responsionem suam rẽperahit, vt nec manifeste confiteretur se esse Regem,cum Rex non esset,eo modo quo Pilatus intelligebat.Nec negaret , cũ spiritualiter esset Rex Regũ. Dicit ergo.{ Tu dicis quia Rex sum ego, } scilicet carnaliter , ꝓm quem modum Rex non sum , sed alio modo Rex sum ego . Isa.32.Ecce in iustitia regnabit Rex, principes in iudicio præerũt,&c.Modũ autem & rationem regni sui ostendit dicens.

i Quod dupliciter exponitur . Vno modo ꝓm Aug. vt regnũ Christi sint fideles, sicut dictũ est supra. Et sic Christus super fideles regnat.Et ad hoc venit in mundum,vt congregãs sibi fideles regnũ sibi acquirat . Luc.19.Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquam accipere sibi regnũ.Et sic est sensus. {Ego in hoc.}.i.ad hoc{natus sum}natiuitate,scilicet carnali.Et hoc exponit dicẽs.{Et ad hoc veni in mundũ}carnaliter nascendo.Sic.n.venit in mundum . Galath.4.Misit Deus filium suum in mundum{ vt testimonium perhibeam veritati.} scilicet mihi

qui sum veritas. supra. 7. Et si testimonium perhibeo de meipso, verum est testimoniũ meum. supra. 8. Et in quantũ manifesto me veritatem, in tantũ regnũ mihi paro. Hoc enim nõ pōt fieri nisi per manifestationẽ veritatis, quam manifestationẽ non decebat fieri nisi p me, qui sum lux. supra. 1. Vnigenitus q est in sinu patris, &c. Hebr. 2. Quẽ cũ initium accepissẽt enarrãdi p Dñm ab eis qui audierunt confirmata est, contestante Deo signis & portẽtis, & variis virtutibus, & spiritus sanctẽ distributionibus. Alio modo exponit Chryso. sic. Tu quæris si Rex ego sum. Et ego dico q̃ sic, sed potestate diuina, quia {in hoc natus sum} necessitate æterna a patre, sicut Deus ex Deo, ita Rex ex Rege. Psal. 2. Ego autem constitutus sum Rex. Et subdit. Ego hodie genui te. Sed quod addit. {Et ad hoc veni in mundum.} Non ponitur expositiue, sed intelligitur de nativitate temporali, quasi diceret. Etsi sum Rex æternus, tamẽ ad hoc veni in mundum {vt testimonium perhibeam veritati.} Hinc scilicet, quòd sum Rex a Deo patre,

k Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

l Dixit ei Pilat', Quid ẽ veritas? m Et cũ hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis. Ego nullã inuenio in eo causam. Est autẽ consuetudo vobis, vt vnũ dimittã vobis in Pascha. Vultis ergo dimittã vobis Regẽ Iudæorum? Clamauerunt rursum oẽs dicentes. Non hunc, sed Barrabam; erat autẽ Barrabas latro.

k Hic ostendit sup quos regnet. Vbi notandum, q̃ supra. 10. dixit se pastorẽ, & subditos dixit oues, quod idẽ est, qd hic dicit se Regẽ, & subditos regnũ, quia eadẽ est proportio Regis ad subditos, & pastoris ad oues, vt sicut pastor pascit oues. Ezech. 34. Nonne greges pascunt a pastoribus, ita & Rex sustentat subditos. Et specialiter intra alia dixit. Oues meæ vocẽ meã audiunt. vnde & hic dicit. {Qui est ex veritate, audit vocẽ meã. Nõ solũ exterius, sed credendo interius, & amãdo, ac opere implendo. supra. 10. Omnis q audit a patre & didicit, venit ad me. Sed vnde hoc homini, vt audiat vocẽ meã? Inde. s. quia {est ex veritate.} quæ est Deus. Sed cũ oẽs sint ex Deo, oẽs sunt ex veritate, & audiunt vocẽ eius. Respõdeo dicendum, q̃ aliqui sunt ex Deo p creationẽ, & sic oẽs sunt a Deo. Dicũtur etiã aliqui esse a Deo per affectũ & imitationem. vnde supra. 8. dicitur. Ex Deo non estis. s. secundũ affectum, sed per creationẽ estis. Ille ergo audit vocem credendo & amando {qui} scilicet {est ex veritate}. i. qui accepit hoc munus vt veritatẽ amet. Sed attẽde, q̃ nõ dicit. {Omnis qui audit vocẽ, est ex veritate,} quia sequeretur q̃ ideo essẽ mus ex veritate, quia credimus, cum tã ideo credamus, quia sumus ex veritate. in quantum. s. accepimus donum Dei, p quod credimus & amamus veritatẽ. Ephe. 2. Gratia saluati estis per fidem, & hoc nõ ex vobis. Dei enim donũ est. Phil, 1. Vobis datũ est non solũ vt in eum credatis, sed etiã vt pro illo patiamini.

l Ponit respõsionis effectũ, in quo dat intelligi, q̃ Pilatus propulsa suspitionẽ regni terreni, ac intelligẽs Christũ Regem esse in doctrina veritatis, cupit veritatem scire, ac effici de regno eius. vnde dicit. {Quid est veritas?} nõ quærens quæ sit diffinitio veritatis, sed quæ esset veritas, cuius virtute de regno eius efficerẽr, dans p hoc intelligere, q̃ veritas mũdo incognita erat, & ferè ab oibus enanuerat dũ increduli essent, Isa. 59. Corruit veritas in plateis, & æquitas nõ potuit ingredi. Psal 11. Diminutæ sunt veritates a filiis hominũ. Sed Pilatus responsionẽ non expectauit. Et ideo quantũ ad hanc quæstionẽ sciendũ est, q̃ duplicẽ veritatẽ inuenimus in Euangelio. Vnã increatã & facientem. Et hæc est, Christus. supra. 14. Ego sum via, veritas, & vita, Aliã factam. supra. 1. Gratia & veritas p Iesum Christum facta est. Veritas enim de sui rõne importat cõmensurationem rei ad intellectum. Intellectus autẽ dupliciter cõparatur ad res. Quia quidã vt mensura rerũ existens, ille. s. qui est causa rerũ. quidam autẽ mensuratus a re. ille. s. cuius cognitio causatur a re. Non igitur est veritas in intellectu diuino, quia ipse adæquatur rebus, sed quia res ipsi diuino intellectui adæquãtur. Sed in intellectu nostro ideo est veritas, quia ita intelligit res, vt res se habent. Et sic veritas increata & intellectus diuinus, est veritas põ mensurata, nec facta, sed veritas mensurans & faciens duplicem veritatem. Vna. Cin ipsis rebus inquantũ facit eas ſm q̃ sunt in intellectu diuino, & aliam quam facit in animabus nostris, quæ est veritas mensurata tantum, & non mensurans. Et indẽ est, q̃ veritas increata intellectus diuini, appropriatur filio, qui est ipsa conceptio diuini intellectus, & Dei verbum. Veritas enim cõceptionem intellectus consequitur. Deinde cum dicit.

l Agit de sententia Pilati in Christũ. Et primo declarat eius innocentiã. Secundo intentat impedire misericordiã, ibi. {Est autẽ consuetudo.} Sciẽdum est autẽ circa primũ, q̃ Pilatus, vt dicit Aug. volebat libenter Christũ liberare, & dum quæsuisset a Christo, Quid est veritas, subito venit illi in mentem quõ per quandam consuetudinem Christũ liberare poterat, qua solet eis dimitti vnus in Paschа. & ideo responsionẽ non expectans totaliter, cõtulit se ad hoc procurandũ. & ideo dicit, {Et cũ hoc dixisset.} audiebat Iudæorũ tumultũ & credens se illũ posse cõpescere. At postmodũ quieti' difficilis quæstionis respõsionẽ audire. {iterũ exiuit ad Iudæos} & proponẽs Christi innocentiã {dixit eis. Ego nullã inuenio i eo causã.}. s. mortis. 1. Pet. 2. Qui peccatũ non fecit. Et tũ si esset aliqua i eo, ego apud quem residet potestas, & præcipue iudicandi de his, quæ contra regem fiunt, volo eum liberare, & absoluere. Vnde dicit. {Est autem consuetudo vt vnum dimittã vobis in Paschа.} Vbi primo offert Christi absolutionem. Secũdo ponit Euangelista Iudæorum responsionem. Sciẽdum est autem. quòd hanc consuetudinem introduxit Pilatus vel alij præsides Romanorum, ob fauorem populi. Et ideo secundum hanc consuetudinem volens eum dimittere, dicit. {Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?} Non dicit hoc quasi inuenerit eũ culpabilem de regno Iudæorum, sed vt exaggeraret ipsorum malitiam, quasi etsi Rex Iudæorum, quod ad vos iudicare non pertinet: sed ad me, tamen si vultis dimittam eum vobis. Sed ipsi Iudæi {clamauerunt rursum omnes dicentes. Nõ hũc, sed Barrabã.} Et vt Iudæorũ malitiam ostendat, statim subdit eius, quem liberari petebant, crimen, dicens. {Erat autem Barrabas latro.} Isa. 1. Principes tui infideles, socij furum. In hoc impletur illud Hiere. 12. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua. Act. 3. Iustũ & sanctum negastis, & petistis virum homicidã donari vobis.

LECTIO PRIMA.

Vpra prosecutus est Euangelista de his quæ Christus passus est à Iudæis. Hic prosequitur de his quæ specialiter passus est a gentilibus, à quibus quidem tria passus est, secundum q̃ ipse prædixerat. Matth. 20. & Luc. 19. Tradetur enim gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum, &c. Primo ergo Euangelista agit de Christi flagellatione. Secundo de eius illusione, ibi. {Et milites plectentes, &c.} Tertio de eius crucifixione, ibi. {Exiuit iterum Pilatus, &c} {Dixit ergo.} {Tunc ergo.} idest, post clamorem omnium {apprehendit Pilatus. Ie & fla.} Non quidem proprijs manibus, sed per milites. Et hoc ideo, vt Iudæi saciati eius iniurijs mitigarentur, & vsque ad eius mortem sæuire desisterent. Naturale est enim vt ira quiescat, si videat eum contra quem irascitur humiliatum, & punitũ, vt dicit Philosophus in Reth. Quod quidem verum est in ira quæ quærit nocumentum proximi cum mensura, sed non in odio quod totaliter quærit exitium eius qui habetur odio. Eccle. 12. Inimicus si inuenerit tempus nõ satiabitur sanguine. Isti autem ex odio mouebant ad Christũ, & ideo flagellatio nõ sufficiebat. Psal. 7. Fui flagellatus tota die, Isa. 50. Dedi corpus meũ p cutientibus. Sed nunquid hæc intentio Pilatũ excusat a flagellatione? Non quidẽ, quia in omnibus quę sunt p se mala, nullũ eorum potest heri totaliter bonum per bonam intentionẽ. Affligere autem innocentem, & præcipue Dei filium, est maxime per se malum. Et ideo nulla intentione excusari potest.

b Hic agitur de illusione. Et primo quãtum ad falsos honores quos ei exhibuerunt. Secundo quantum ad vera opprobria quæ ei intulerunt, ibi {Et dabant ei alapas, &c.} Exhibebãt autem ei falsos honores vocantes eum regem, per quod alludebant accusationi Iudæorum, qui dicebant, quòd ipse faciebat se regem Iudæorum. Et ideo triplicem honorem regis sibi exhibebant, sed falsum. Primo quidem quantum ad illusoriam coronam, Secundo quantum ad illusoriam vestem. Tertio quantum ad illusoriam salutationem. Illudunt ergo ei quantum ad coronam, quia reges consueuerunt auro coronari. Eccl. 45. Corona aurea super caput eius. Vnde & de eo in Psal. 20. dicitur. Posuisti in capite eius coronã, &c. {Sed milites plectentes coram de spinis imposuerũt super caput eius.} Illius. s. qui suis est corona gloriæ. Isa. 28. In die illa erit domus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis & residuo populi suì. Et conuenitẽter de spinis: quia per eas remouit spinas peccatorum quæ pungunt remo sũ conscientiæ. Hiere. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas,

spinas, & spinas penalitatum quæ affligunt. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi, &c. Sed nunquid hoc factum est mandato præsidis? Chryso. dicit, q̃ nõ: sed milites pecunia corrupti hoc ad gratiã Iudaicã faciebant. Aug. autẽ dicit hoc esse factũ mandato vel promissione præsidis, vt scilicet magis Iudæorum odia saturarentur, & facilius eum eriperet. Secundo illudunt ei quantum ad vestem. Vnde sequitur. {Et veste purpurea circundederunt eum,} quæ erat indigium regiæ dignitatis apud Romanos. Vñ. 1. Mac. 8. dicit, quòd tempore illo quando Romani consules dominabantur, corona, aut purpura vtebantur. Per hoc aũt, q̃ purpura circundederũt eũ, impleẽ illud Isaiæ 63. Quare ergo rubrũ ẽ vestimẽtũ tuũ, & vestimẽta tua sicut calcantiũ in torculari? Simul aũt, & per hoc significãt passio martyrũ qua totũ corpus Christi, idest ecclesia rubricatur. Tertio illudunt ei quãtum ad salutationem. Vnde venientes ad eum dicebant. {Aue Rex Iudęorum. Consuetudo autem tunc erat sicut & modo est, vt homines eũtes ad regem, eum salutarent. 2. Reg. 16. Chusi vadens ad Absalonem, dixit. Salue Rex. Salue. Mystice autem illi illusorie Christum salutant, qui eum confitentur ore, factis autem negant. 1. Thi. 1. Mat. 22. Nõ omnis qui dicit mihi Domine domine intrabit, &c. Consequenter opprobria quæ ei intulerunt dicit.

c Et hoc ideo, vt ipso opere ostenderent illusorium esse, quòd ei talem honorem exhibebãt. Isa. 50. Genas meas dedi vel lentibus. Mich. 5. Percusserunt maxillam principis Israel, &c.

LECTIO II.

Hic agit Euangelista de Christi crucifixione. Et primo ponit ipsam crucifixionem. Secundo addit de eius morte, ibi. {Postea sciens Iesus, &c.} Tertio de sepultura, ibi. {Post hoc rogauit Pilatum, &c.} Circa crucifixionem primo ponit Pilati & Iudæorum disceptationem. Secundo Christi condemnationem, ibi. {Pilatus autem cum hoc audisset, &c.} Tertio ponit sententiæ executionem, ibi. {Susceperunt autem Iesum.} Disceptabat autem Pilatus cum Iudæis, volens liberare Christum. Et ideo primo ponit quomodo nititur eum liberare, ipsum Iudęis ostendendo. Secundo eius innocentiæ allegando, ibi {Dixit eis Pilatus, accipite, &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponit demonstrationem. Secundo demonstrationis effectum, ibi. {Cum ergo vidissent eum Pontifices} Circa primum tria ponuntur. Primo Pilati demonstrantis intentio, quæ erat eum liberare. Vnde dicit. {Exiuit ergo iterum Pilatus,} scilicet a prætorio {& dixit eis,} scilicet Iudæis expectantibus. {Ecce adduco eum vobis foras} hoc ideo {vt cognoscatis q̃ nullam inuenio in eo causam.} scilicet mortis. Quare ergo turpiter tractasti impie Pilate sine causa? scilicet ne Iudæi credant, quòd ob fauorem eũ dimittam. Qualis enim fauor præstatur ei cui tot inferuntur flagella? Vel ideo, vt hęc eius ludibria inimici libentissime viderent, & vlterius sanguinem non sitirent, quasi dicat. Si reus esset mortis, ita condenarem eum, sicut flagellaui. Fortassis tamen aliqua lenia fecit contra legem, propter quæ flagellationem tantum promeruit, non autem mortem. Secundo ponitur Chri manifestatio, & hoc facto. Vñ dicit. {Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, &c.} In illo habitu illum ostẽdit in quo a ministris illuditur, vt saltem quiescant dum ad eos exit, non clarus imperio, sed plenus opprobrio. Psal. 68. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. In quo instruimur, vt opprobria omnia propter nomen Iesu Christi parati simus sustinere. Isa. 51. Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne metuãtis. Tertio ponitur demonstrationis explicatio. Et hoc per verba Pilati. Vnde dixit eis. {Ecce homo.} quasi dispectiue loquendo, quòd aliquis sic despectus veller sibi vsurpare regnum. Ecce de quali homine creditis hæc, vt secundum hoc conueniat ei illud Psalm. 21. Ego sum vermis & non homo. Si ergo regi inuidetis, iam parcite: quia deiectum videtis, feruet ignominia, frigescat inuidia, vt dicit Aug.

b Hic ponitur demonstrationis Christi effectus in Iudæos, qa quantũcunque viderent eũ deiectum & desolatũ & flagellatum eorũ inuidia non frigescit. sed ardescit potius & crescit. Vñ Cum vidissent eum {adductum foras {Pontifices & ministri clamabant. Crucifige, Crucifige eũ} Ingeminant propter desiderij vehementiã. Nec sunt contenti quacũque morte: sed turpissimam expetunt, scilicet crucis. Sap. 2. Morte turpissima cõdemnemus eum. Et dicit. {Cũ vidissent eum.} quia ex aspectu eius, qui habebatur odio, magis commouetur & inflãmatur cor odientis contra eum. Sap. 2. Grauis est nobis, etiã ad videndum &c.

c Hic ostẽdit Euãgelista quomodo Pilatus nititur liberare Christum, ei innocentiam allegando. Ex quo orta est controuersia, quia primo Pilatus allegat Christi innocentiam. Secundo Iudęi replicãt culpam, ibi. {Nos legem habemus, &c.} Quantum ad primũ {Dixit eis Pilatus. Accipite, &c.}. q. d. Nolo esse iniquus iudex. Ego non crucifigã eũ. Vos crucifigatis eũ, si vultis. {Ego nõ inuenio in eo causam.} scilicet crucifigẽdi. supra 13. Venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam. Act. 4. Quem vos tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Sed Iudæi adhuc replicant Christi offensam. Vnde sequitur.

d Videntur intellexisse ex responsione Pilati, q̃ non erat motus contra Christum ex crimine affectati regni, ex quo credebãt eius animum maxime commoueri, vt eum occideret. Et ideo quasi hoc crimen non sufficeret ad eius mortem, credebant Pilatum per hoc quod dixerat. {Accipite eum vos, &c.} petiuisse, si haberent aliud crimen ſm legem de quo condemnatus esset, & de hoc condemnarent eum. & ideo dicunt {secundum legem debet mori.} Et primo proponunt crimen Christi contra legem Iudæorum. Secundo contra legem Romanorum, ibi. {Si hunc dimittis non es amicus, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponitur Iudæorum accusatio contra Christũ. Secundo accusationis effectus in animo Pilati, ibi. {Cum ergo audisset, &c.} Crimen quod imponebatur Christo contra legẽ Iudæorũ erat, quiã {filium Dei se fecit.} Ex quo reputabãt eum reum mortis. supra 5. Propterea quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et supra 10. dicit. De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Et vbique dicunt filium Dei se facit, quasi non sit. Sed hoc non est contra legẽ, vt probauit eis. supra 10. per illud. Psal. 81. Ego dixi dij estis. Si enim alij homines, q̃ sunt filij adoptiui absque blasphemia filios Dei se dicunt, quãto magis Christus, qui est filius Dei per naturam? Sed quia non intelligebant æternam generationem, ideo eum & falsum & blasphemum reputabant, pro quorum quolibet quis reatum mortis incurrebat. Consequenter cum dicit.

e Ponit accusationis effectum in animo Pilati. Et primo effectum timoris, vnde dicit. {Cum audisset hunc sermonẽ}. s. quod filium Dei se faceret {magis timuit} cogitans ne verum esset, & perperam ageret, si inique procederet contra eũ. Per quod datur intelligi, quòd gẽtiles audita proditione filij Dei, timuerunt. Abac. 3. Domine audiui auditum tuum, & timui. Secundo ponit effectum dubitationis & inquisitionis. vnde sequitur. {Et ingressus in prætorium iterum, &c.} Et primo ponitur Pilati inquisitio. Secundo taciturnitas Christi, Tertio taciturnitatis reprehensio. Quantum ad primum dicit. {Et ingressus est in prætorium iterum Pilatus}. timora cõcussus. {Et dixit ad Iesum} quem secum reduxerat. {Vnde es tu?} volens scire. Verum scilicet, esset Deus diuinam habens originem, vel homo terrenam. Ad quod respõderi potest, qd̃ habetur supra. 8. Vos de deorsum estis, ego de superius sum {Iesus autẽ.} quia noluit {responsum non dedit ei,} vt ostenderet q̃ nolebat per sermones vincere,

k Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

l Dixit ei Pilat', Quid ẽ veritas? m Et cũ hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis. Ego nullã inuenio in eo causam. Est autẽ consuetudo vobis, vt vnũ dimittã vobis in Pascha. Vultis ergo dimittã vobis Regẽ Iudæorum? Clamauerunt rursum oẽs dicentes. Non hunc, sed Barrabam; erat autẽ Barrabas latro.

CAPVT XIX.

LECTIO PRIMA.

Vnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit

b Et milites plectentes coronã de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum, & veniebant ad eũ & dicebant: Aue Rex Iudæorũ.

c Et dabant ei alapas.

LECTIO II.

Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis: quia nullã inuenio in eo causam, Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, & dixit eis. Ecce homo.

b Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eũ.

c Dixit eis Pilat', Accipite eũ vos, & crucifigite: ego enim nõ inuenio in eo causam.

d Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

e Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est Prætorium iterum, & dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datũ esset desup. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatũ habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.

& excusationes componere cum ad hoc venerit, vt pateretur, simul. Et per hoc dedit nobis exemplum patientiæ, & impletur, quod dicitur Isa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. Et dicit. Tamquam agnus, vt non credatur, quòd tacuerit sicut male sibi conscius; qui de peccatis suis convincebatur, sed sicut mansuetus, sicut qui pro peccatis alienis immolabatur. Consequenter cum dicit. {Dixit ergo ei Pilatus. Mihi non loquaris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?} Ponitur quomodo Pilatus reprehendit eius taciturnitatem. Et primo facit hoc Pilatus per iactantiam suæ potestatis. Secundo ponitur responsio Christi de potestate Pilati. quia ergo Christus, non dedit ei responsum, Pilatus hic reprehendens dicit. {Mihi non loquaris? &c.} In quo seipsum condemnauit. Si enim in potestate sua totum positum erat, quare nullam causam inuenens eum non absoluit? Matt. 22. Ex ore tuo te iudico serue nequã. 2. Mach. 7. Potestatem in homines habens, cum sis corruptibilis facis quod vis. Et quia sic gloriatur de potestate sua secundũ illud Psal. 48. In multitudine diuitiarũ suarum gloriatur, ideo dominus hoc infringit, dicens: {Respondit Iesus. Non haberes potestatem adversum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.} vnde sicut dicit August. Christus vbi tacet, sicut agnus tacet, vbi loquitur docet sicut pastor. Vnde primo docet de suę potestatis origine. Secundo de sui criminis quantitate. Quantum ad primum dicit. {Nõ haberes potestatem, &c.} quasi dicat, si aliqnam videaris habere H hanc non habes a te sed est tibi data desuper, idest a Deo, a quo est omnis potestas. Rom. 14. Et Prouer. 8. Per me reges regnãt. Et dicit {vllam,} idest quantulamcumq; habes, quia limitatã habebat sub alia maiori, scilicet Cęsaris. Matt. 8. Ego sum sub potestate constitutus. & ideo cõcludit. {Propterea qui tradidit me tibi,} scilicet Iudas, vel principes sacerdotum {maius peccatũ habent.} Et dicit {maius.} vt & illos qui tradiderunt, & ipsum Pilatum ostẽderet obnoxios esse peccato; sed illos maiori qui ex se, & ex inuidia eum tradiderunt Sed iste quod fecit, ex timore superioris potestatis fecit. Per hoc etiam confuratur error hæreticorum dicentium omnia peccata esse paria, alioquin non dixisset dominus {maius peccatum habet.} Matt. 23. Væ autẽ homini illi per quem scandalum venit. Effectus liberationis Christi ponitur cum dicit. {Et ex inde quærebat Pilatus dimittere eum.} Sed quia vt dictum est a principio, nitebatur eum dimittere, cõuenientius dicitur. {Ex inde,} idest ex hac causa, vt non haberet I peccatum. Vel supra tentabat eũ dimittere, sed {exinde,} idest, extunc omnino & constanti animo quærebat eum dimittere.

LECTIO III.

SVpra Iudæi posuerunt crimen Christi contra legẽ, quod quia Pilatus paruipẽdere videbatur, vt poterle gi non obnoxius, ideo adhuc imponunt ei crimen contra legem Romanorum, vt magis eum vrgerent ad Christum occidendum. Et primo proponunt periculum Pilato imminens si Christum dimittat. Secundo rationẽ assignãt, ibi. {Omnis qui se regem facit.} Dixit ergo, quòd postquam Pilatus quærebat dimittere Christum {Iudęi clamabant dicẽtes. Si hunc dimittis} qui se Regem facit {non es amicus Cęsaris,} idest amicitiam eius amittes. Sępe namque contingit, quòd homines de aliis ea existimant, quæ ipsi patiuntur. Et quia de eis dicitur supra. 12. Quod dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Deo, ideo & de Pilato existimabãt, q̃ amicitiam Cæsaris K præponeret amicitiæ iustitiæ, quamuis contrarium sit faciendũ. Psal. 107. Bonum est sperare in Domino, quàm in principibus. vnde & Philosophus veritatem censet præhonorari amicitiis, Rationem autem periculi imminentis subdunt.

b HAec enim est terrenæ potestatis natura, quòd vna sit impatiens consortij alterius. & ideo Cæsar non patiebatur alium dominari Eccle. 7. Noli quærere ab homine ducatum, neque a Rege cathedram honoris.

c HIc agit Euangelista de condemnatione Christi. Circa quã tria tangit, Primo quidem locum. Secundo tempus, ibi. {Erat autẽ parasceue, &c.} Tertio modum, ibi. {Et dixit Iudæis.} Quantum ad primum primo ponit cõdemnationis motiuum dicẽs. {Cum audisset Pilatus hos sermones.} Non enim sic potuit contemnere Cæsarem auctorem potestatis suæ, quemadmodum legẽ gentis alienæ. & ideo dixit: {Et adduxit foras Iesum.} Sed frustra propter eos mouetur, quia non erat talis. Non enim a purpura, non a diademate, non à sceptro, non à curru, non a militibus quos Christus haberet credere poterat, q̃ regnum affectaret. Ipse semper solus cum discipulis sedebat pauper in cibo, & habitatione. Sed vt dicitur Prouer. 6. Fugit impius nemine p sequente. Psal. 52. Trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. Ezech. 2. Tu ergo ne timeas eos, neque sermones eorũ metuas & vultus eorum ne formides. Secũdo ponit locum, dicens {& sedit pro tribunali.} Tribunal sedes est iudicis, sicut soliũ Regis, & cathedra magistri. Prouer. 20 Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. & ideo dicitur tribunal, G quia apud Romanos tribuni causas particulares decernebant, dicti a tribus quibus proponebantur. Et dicitur {pro tribunali.} idest, ante tribunal. nam apud Græcos hæc prępositio {pro}, idẽ est, quòd in Latino ante vel in. Et hoc tribunal erat in loco qui dicitur Lithostratos, idest straturalapidum. Lithos enim in Grẽco idem est, quod lapis. nam locus vbi Pilatus pro tribunali sedebat, pauimẽtatus erat lapidibus diuersis. Et idẽ locus hebraice dicitur gabatha. i. collis siue sublimitas ex coaceruatione lapidũ. d TEmpus autem condemnationis describit dicens. {Erat autem parasceue.} idest, præparatio paschæ {hora quasi sexta.} Sciendum est autem, quòd apud Iudęos dies sabbati quantũ ad aliquid solemnior erat qualibet alia festiuitate, inquantum scilicet ob reuerentiam illius diei non præparabant ipso die sibi cibaria; sed in sexta feria præcedenti. Vnde sexta feria huius tẽporis ex hoc parasceue dicebatur: & hoc ortum habere, ex hoc, H quòd Exod. 16. dicitur quòd in sabbato non colligerent manna; sed in sexta feria colligerent duplum, in quo nulli festiuitati deferebant. Vnde licet præsens sexta feria solennis esset apud eos, tamen in ea pro sequenti die sabbati cibaria præparabant. Sed addit. {Erat autem hora quasi sexta.} Contra quod est, quod dicitur Marc. 15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Sed constat, quòd ante sedit pro tribunali, quàm Christus fuerit crucifixus. Sed ad hoc duplex responsio secundum Augu. Prima & melior est, quòd Christus dupliciter fuit crucifixus. Primo linguis & vocibus Iudæorum dicentium. Crucifige crucifige eum. Secundo manibus militum qui eum crucifixerunt. Vnde Iudæi quia crucifixionem volebant imponere gentilibus. Marcus qui euangelium scripsit gentibus ipsam imposuit Iudæis dicens, q̃ tunc Christum crucifixerunt, quando Iudæi clamauerunt. Crucifige crucifige eum, quod fuit in hora tertia. Ioannes vero qui se I quitur ordinem temporis dicit. {Erat quasi hora sexta.} Nam quando Christus fuit in cruce, iam erat in fine horæ quintę, & in principio horę sextæ. in qua factę sunt tenebræ per tres horas, scilicet vsque ad horam nonam. Vnde quia hora sexta nondũ inchoata erat. ideo dicit {quasi hora sexta.} Secundo responsio est; quia parasceue dicitur præparatio paschæ. Pascha autem nostrũ Christus est immortalis. Vnde præparatio parasceue est præparatio immolationis Christi. Cuius erat hora sexta, & nõ diei, quia principium huius prępara tionis fuit hora noctis nona, qũ Christo capto dicebant. Reus est mortis. Vnde si tribus reliquis horis noctis addamus tres horas diei, quando Christus crucifixus fuit, manifestum est, quòd sexta hora parasceue, i. præparationis crucifixus fuit, licet hora diei esset tertia, vt dicit Mat. Et certe congruit, q̃ in sexta hora crucifigeretur: quia per crucẽ reparauit hominem sexta die conditum, & sexta ætate. Modum autem & ordinem condemnationis describit, dicens.

d VBi notandum, quòd adhuc Pilatus volebat liberare eum, quamuis eum Cæsaris timor vrgeret. & ideo primo ponitur Pilati conatus ad Christum liberandum. Secundo subditur eius consensus ad eũ crucifigendũ, ibi. {Tunc ergo tradidit, &c.} Circa primum primo ponitur Pilati conatus. Secundo malitia Iudæorum, ibi. {Illi autem clamabant.} Dicit ergo, quòd postquam sedit pro tribunali, {Dixit Iudæis.} quasi cum quadam indignatione. {Ecce Rex vester.} quasi dicat. Mirum est, quòd hunc formidatis habere regem, sic humiliatum & abiectum. Regnum non nisi diuites & fortes affectant, hic autem non est talis, quia vt dicitur in Psal. 87. Pauper sum ego & in laboribus. Sed hæc nec Iudęorum molliunt malitiam innumerabili odio affecti {clamabant.} & abundantiam malitiæ ingeminando {tolle tolle crucifige eum.} simul etiam per hoc insinuãtes, quòd nec eum videre poterant, Iob. 21. Dixerunt Deo, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, &c. Sap. 2. Grauis est etiam ad videndum. Et ideo subdunt, morte turpissima, &c. quod idem est, quod crucifige eum.

Hic

f HIc ostenditur quomodo Pilatus, nititur eum liberare per A Iudæorum opprobrium. Et primo ponitur Pilati conatus dicentis. {Regem vestrum crucifigam?} quasi dicat, si non mouemini ab eius humilitate, debet vos mouere vestrum opprobriũ, quòd eum crucifigam qui regnum vestrum affectauit, Quod vel de ignominiosum est si ab extraneis fiat. Secundo ponitur Iudæorum pertinacia. Vnde dicit. {Respondẽrunt põtifices. non habemus regem nisi Cæsarẽ.} In quo seipsos seruituti perpetuæ submiserunt renuentes Christi dominium. & ideo vsq; in hodiernum diem alieni à Christo, esse cti sunt serui Cæsaris, & potestatis terrenæ. 1. Reg. 8. Non te abiecerunt sed me, &c. Hiere. 2. Dereliquerunt me fontẽ aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, quę continere non valent aquas. Consequenter ponitur consensus Pilati ad occidendum Christum. Vnde dicit.

g TVnc ergo scilicet Iudæis, quòd sic subiecti erant potestati Romanorum {tradidit eis.} & voluntati eorum {illum, vt crucifigeretur.} Contra consilium Exod. 23. Ne sequeris turbam ad faciendum malũ. Iob. 9. Terra data est in manus impij. Hie. 2. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius.

h HIc agit Euangelista de crucifixione Christi. Et primo ponitur crucis ignominia. Secundo narrat crucifixionis consequentia, ibi. {Scripsit autem, &c.} Ignominiam autem crucis describit quantum ad crucifigentium conditionem, quantum ad deducendi modum, quantum ad locum, et quantum ad comitatum. Conditio quidem crucifigentium describitur: quia milites. Vnde dicit. {Susceperunt autem Iesum, &c.} Milites quidem facto, nam sequitur. Milites ergo cum crucifixissent eum. Iudæi vero voto, quia ipsi fecerunt, & quicquid factum est extorserint. Per quod signatur, q̃ Iudæi amittere debebant vtilitatem crucis Christi, & gentiles eam consequi. Matt. 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Modus autẽ ducendi ignominiosus fuit. Vnde dicit {& baiulans sibi crucem.} Nam mors crucis ignominiosa erat. Vnde Deut. 21. dicitur. Maledictus omnis qui pendit in ligno. & ideo crucis lignum tanquã prophanum vitantes, & nec tangere volentes, crucem Iesu condẽnato Iesu imponunt. Vnde dicit. {Et baiulans sibi crucem.} Sed contra Mat. 26. dicitur, quòd angariauerunt quẽdam Simonem venientem de villa, vt portaret crucem. Responsio: dicendum q̃ D Christus eam portauit à principio, sed dum incederet inuenerũt illum ad votum. Nec hoc vacat a mysterio, quia ipse primus passionem crucis sustinuit, & postmodum alij & maxime aduenæ gentiles eum imitando. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. Matth. 16. Si quis vult venire post me abneget se, &c. Sed hoc, q̃ Christus crucem sibi portauit: & si impijs & infidelibus sit grande ludibrium: fidelibus tamen & pijs est grande mysterium. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem est stultitia, his autem qui salui sunt, idest, nobis, virtus Dei est. Portat Christus crucem vt Rex sceptrum in signum gloriæ quæ est vniuersale rerum omnium dominium. Psal 95. Dominus regnabit a ligno. Isa. 9. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur admirabilis, &c. Portat eam vt victor tropheum suæ victorię. Col. 2. expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Item vt doctor portat candelabrum in quo ponenda erat lucerna suę doctrinę, quia verbũ crucis fidelibus est virtus Dei. Luc. 9. E Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, &c. Locus autem passionis ignominiosus quantum ad duo, & quia erat extra ciuitatem. Vnde dicit. {Exiuit in eum qui dicit calvariæ locus.} extra scilicet mœnia ciuitatis. Heb. pen. Propter quod Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Et hoc propter duo. Primo vt ostenderet virtutis passionis suæ non esse includenda inter terminos gentis Iudaicæ. Secũdo vt ostendat, q̃ quicunque cõsequi volunt passionis fructum, exire debent mundum, saltem affectu. Vnde ibidem statim subdit Apostolus. Exeamus igitur ad eum extra castra. Secundo q̃ erat infimus. Vñ dicit {in eum qui dicitur calvariæ locus.} Psalm. 87. Extimatus sum cum descendentibus, &c. Et quidem quidam secundum Chryso. dicunt, q̃ in illo loco qui calvariæ dicebat Adã mortuus fuit, & sepultus: Vnde calvariæ dicebant à calvaria primi hominis, vt sicut mors ibi regnauit, ita illic Christus tropheũ statueret. Sed vt Hiero. dicit. Fauorabilis est huiusmodi interpretatio & mulcens aures populi. Non tamen vera, quia Adam sepultus est in Ebron. Iosuæ. 14. Adam maximus inter enachim situs est. & ideo dicendum, q̃ e x Hierusalem foras portam, locus erat in quo truncabantur capita damnatorum. Vnde huius locus calvariæ nomen sumpsit propter damnatorum seu collatorũ decalvata capita, ibi iacentia. Comitatus autem & societas passionis ignominiam, indicant. quia {cum eo alios duos crucifixerunt, scilicet latrones, vt dicit Luc. 23. Et dicit {hinc & hinc.} idest, vnum ad dexteram, & alium ad sinistram. {Medium autem Iesum.} Sed attende, quòd Christus etiam in passione medius stat. Sed hoc quantum ad intentionem Iudęorum factum est ei ad ignominiam, vt scilicet causa mortis eius similis iudicaretur causę mortis latronum. Isa. 53. Et cũ iniquis deputatus. Sed si ad mysterium attendatur hoc ad claritatẽ Christi pertinet: nam per hoc ostenditur, quòd Christus p passionem merebatur iudiciariam potestatẽ. Iob. 23. Causa tua qua si impij iudicata est, sed iudicium causamque recipies. medium autem tenere proprium est iudicis. vnde & secundum Philosophum ire ad iudicem est ire ad medium. Et ideo medius ponitur & vnus a dexteris, & alius à sinistris, quia in iudicio statuet quidem oues à dextris, hædos autem à sinistris. Vñ latro a dextris C qui credidit liberatur, & alter a sinistris qui insultat est condẽnat.

LECTIO IIII.

POstquam Euangelista egit de Christi, crucifixione. hic agit de consequentibus ipsam. Et primo de his quæ sequuntur crucifixionem quantum ad Pilatum. Secundo quantum ad milites, ibi. {Milites ergo, &c.} Tertio quantum ad amicos astantes, ibi. {Stabant autem, &c.} Ponuntur autem tria pertinentia ad Pilatum, scilicet tituli inscriptio, tituli lectio, tituli cõseruatio. Quãtum ad primum duo ponuntur. Primo inscriptio tituli. Vnde dicit {Scripsit autem, & titulum Pilatus, & posuit super crucem.} Et hoc satis conueniẽter, vt salrem per hoc vindicaret se de Iudæis, ostendens ipsorum malitiam dum in Regem suum insurrexerunt. Sed tamen conuenit mysterio: quia sicut in triumphis in tropheo titulus ponebatur victoriam ostendens per hoc quòd homines memoriã sui celebrare volebant Gen. 2. Celebremus nomen nostrum antequã diuidamur in vniuersas terras, ita titulum cruci inscribi disposuit, vt passio eius in memoria haberetur. Tren 3. Recordare paupertatis meæ, & transgressionis meę absinthij & fellis. Secundo ponitur tenor tituli. {Erat autem scriptũ. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.} Quæ quidem tria verba satis conueniunt ad crucis mysterium. Nam hoc quod dicit Iesus qui saluator interpretatur, conuenit ad virtutem crucis per quam nobis facta est salus. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ. Hoc vero quod dicit {Nazarenus} qd interpretatur floridus, pertinet ad patientis innocentiã. Can. 2. Ego flos campi, &c. Isa. 11. Et flos de radice eius ascendet, hoc vero quod dicit {Rex Iudæorum} pertinet ad potestatem & dominium, qd ex passione promeruit. Phil. 2. Propter quod & Deus illum exaltauit. Hie. 23. Regnabit dominus, &c. Isa. 9. Super soliũ Dauid, & super regnum eius. Sed cum ipse sit per crucem non solum Rex Iudæorum: sed etiam gentium. Vnde in Psal. 2. cum dixisset. Ego autem cõstitutus sum Rex ab eo, subdit. Postula a me & dabo, &c. Quare ergo scripsit. Rex Iudæorum tantum? Responsio, dicendum, quòd gentiles intromissi sunt in pinguedine oliuæ sicut oleaster. Ro. 11. Et sicut oleaster particeps fit pingue dinis oliuæ, non autem oliua fit particeps amaritudinis oleastri. Ita ipsi gentiles ad fidem conuersi spiritualiter Iudæi confitentes dicuntur effecti, non circuncisione carnis sed spiritus. Et ideo per hoc quod dicitur {Rex Iudæorum.} intelliguntur etiam gentiles conuersi. Consequẽter cum dicit,

b AGitur de tituli lectione. Et primo ponit tituli lectio, quia {hunc titulũ multi legerũt Iudæorũ.} per quod signatur, quòd plures saluantur per fidem, passionẽ Christi legendo quàm eorum qui viderunt. infra vlti. Hęc autem scripta sunt vt credatis. secundo ponitur legendi facultas. Et hæc est duplex. Vna ex loci propinquitate {quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus,} ad quem multi confluebant. Alia ex scripturæ multiplicitate

multipliciteq; quia erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine.} vt nullus ignoraret. Et quia hæ tres linguæ præ cæteris eminebant. Hebræa quidem propter vnius Dei cultum. Græca propter sapientiam. Latina propter Romanorum potentiam. Vnde hæ tres gentes sibi dignitatem vendicant in cruce Christi vt dicit, August. in quo signatur, quòd per crucem Christi subiugari debant, & conuerti deuoti & religiosi, q; signãtur per hæbreã linguam. Sapientes, qui per sapientiam. Vel per hebrãã significabãtur, quòd Christus dominari, debebat theologice, philosophie, quæ significat per hebrẽã. Quia Iudæis est tradita diuinarum rerũ cognitio. Per græcã vero philosophiæ naturali & philosophice. Nam græci erga naturalium speculationẽ insudauerunt. Per latinam vero Philosophię practicæ: quia apud Romanos maxime viguit scientia moralis, vt sic in captiuitatem redigantur oẽs intellectus in obsequiũ Christi, vt dicitur 2. Cor. 10. Conseruatio autem tituli ponitur cum dicit.

c ET primo ponitur Iudæorum conatus ad titulum destruendum. Vnde. {Dicebant Pilato Pontifices Iudęorum.} Noli scribere Rex Iudæorum: sed quia ipse, &c.} Nam in hoc ostenditur Christi præconium, & Iudæorum opprobrium, quòd ponitur Rex Iudęorum. Nam contumeliosum est Iudęis quòd regẽ suum fecerunt crucifigi. Sed si poneretur {quia dixit Rex sum Iudæorum,} hoc redundasset in Christi improperium, & indicasset eius culpam, & hoc ipsi intendebant, vt scilicet crucifixo auferrẽt famãm, qui iam viuo abstulerunt vitam. Psal. 68. Aduersum me loquebantur, &c. Secundo ponitur Pilati constantia ad titulum conseruandum: quia Pilatus volens eis ignominiam facere noluit mutare sententiam. Vnde sequitur. {Respondit Pilatus, qd̃ scripsi, scripsi.} Quod non casu factum est: sed diu ante à Deo dispositum & prophetatum. Nam quidam Psal. 58. sic intitulant. Nec disperdas Dauid in tituli inscriptione. Qui quidẽ Psal. 56. maxime ptinet ad passionẽ. Sicut est Eripe me de inimicis meis, & duo præcedentes. Miserere mei Deus, miserere mei, & Seruetque iustitiam loquimini. Et ideo stulte clamabant pontifices. Quia sicut non potest corrumpi quod veritas dixit, ita non potest deleri quod Pilatus scripsit. Ideo enim Pilatus {quod scripsi, scripsi.} dixit.} quia dominus quod dixit, dixit, vt dicit Aug. Deinde cum dicit.

d PONit consequentia ad crucifixionem quantum ad milites. Et primo ponit aliarum vestium partitionem. Secundo tunicæ inconsutilis sortitionem, ibi. { Et tunicam.} tertio inducit Propheticam prænunciationem, ibi. { Vt scriptura, &c.} Dicit ergo {Milites, &c.} Ex quo duo colligere possumus, scilicet mortis Christi abiectionem, per hoc: q; denudauerunt eum, quod abiectis personis tantum fieri consueuit. Secundo militum rapacitatem, quia {acceperunt vestimenta, & fecerũt quatuor partes vnicuique militi partem.} Hoc enim genus hominum rapacissimũ est. Ideo Ioannes baptista dixit eis. Neminem concutiatis, & contenti estote stipendijs vestris. Luc. 3. & Iob. 24. Nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes. Quantum ad secundum dicit.

e ET primo ponitur tunicæ descriptio, secundo eius sortitio, ibi. {Et dixerunt, &c.} Dicit ergo. {Et tunicam.} scilicet acceperunt simul cum illis. {Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum.} Dicit autem, quòd erat inconsutilis, vt ostendat rationem indiuisignis. Ex quo vt quidam dicunt præciositas tunicę potest conuinci. Chryso. vero econtrario dicit, q; hoc dicens Euangelista, occulte vestis vilitatem insinuat. Nam in Palestina est quoddam genus vestium propter pauperes ex multis pannis contextum quasi vnus pannus super alium. 2. Cor. 8. Scimus enim gratiam domini nostri Iesu Christi: quia cum dives esset in omnibus, propter nos egenus factus. Mystice autem potest referri ad corpus Christi mysticum, & sic vestimenta diuiduntur in quatuor partes: quia ecclesia per quatuor partes mũdi diffusa est. Isa. 49. Viuo ego dicit Dominus: quia his omnibus velut ornamento vestieris & circundabis tibi eos quasi sponsa. *Tunica inconsutilis* quæ non diuiditur, significat charitatẽ, qa alię virtutes non sunt secundum se vnitæ, sed per aliud vniuntur in quantum oẽs conueniunt in fine vltimo, cui coniungitur sola charitas. Nam & fides finem vltimum demonstraret, spes in ipsum tendere faciat, tamen sola charitas coniungit. Col. 3. Super omnia autem charitatem habentes quę est vinculum perfectiõis, quæ dicitur esse desuper contexta, quòd charitas est super omnes alias virtutes. 1. Corin. 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Eph. 3. Scire etiam supereminentẽ charitatem sciẽtiæ Christi, &c. Vel quia charitas nõ est nobis à nobismetipsis, sed à spiritusancto. Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordib⁹ nostris. Potest etiam hoc referri ad corpus Christi verum. Et sic est desuper contexta: quia formatum est corpus Christi virtute superiori, s. spiritussancti. Matth. 1. Quod in ea natum est, de spiritusancto est. Sortitio tunicę ponit cum dicit.

f ET sors diuinatoria. Et hæc quia necessitatẽ non habet, est illicita. Est & alia diuisoria, & hæc in rebus mundanis est licita, sed nõ in spiritualibus, vt scilicet quæ homines arbitrio suo diuidere non valent, committunt arbitrio & cõsilio diuino. Pro. 16. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. Et eiusdem 18. Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat. Sed contra, videtur quod Matth. 27. dicitur, q; miserunt sortes super vestimenta sua. Responsio dicendum, q; Mat. non dicit, quòd super omnes mitterẽt sortes, sed dum diuiderent alias, miserunt sortem scilicet, tunicã. Præterea. Marc. adhuc magis vrget 15. dicens. Sortes miserunt quis quid tolleret. Ergo super omnes portiones. Responsio, dicẽdum secundum Aug. q; sic intelligenda sunt verba Marci, & exponenda. Miserunt sortes super eis, idest, super aliquo eorum qs quid, idest, quis eorum tolleret tunicam. Consequenter ponit scripturę vaticinium cum dicit.

g ET primo ponitur Prophetica prænunciatio, in quo notatur Propheræ diligentia, dum etiam ventura quędam accidentia quę super Christum fienda erant, prænunciauit. Deinde ponitur quòd non a casu prædicta contigerunt. Et ideo dixit {vt scriptura impleatur,} consecutiue scilicet quę dixit in Psalm. 21. Parti sunt vestimenta mea. Non dicit vestem: quia plures erant. { Et vestem meam.} idest, super tunicam {miserunt sortem.} Secũdo ponitur Propheræ adimplerio. quia {milites quidem hęc fecerũt.} Per quod datur intelligi, quòd scriptura diuina etiam in minimo impleretur. Mat. 5. Iota vnum aut vnus apex, &c. Luc. vlcimo. Oportet impleri omnia quę scripta sunt in lege, & Prophetis, & Psalmis de me. Deinde cum dicit.

h PONitur consequens tertium quantum ad amicos. Et primo ponitur astantium mulierum præsentia. Secundo Christi de matre sollicita diligentia, ibi. {Cum ergo vidisset, &c.} Tertio prompta discipuli obedientia, ibi. {Et ex illa hora, &c.} Mulieres autem astantes iuxta crucem describuntur tres, scilicet Mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Sed notandum, q; cum alij Euangelistæ mentionem faciant de multis mulieribus Christo astantibus, nullus facit mentionẽ de beata Virgine excepto Ioanne. Vnde ex vtrorumque narratione duplex incurrit dubitatio. Prima: quia Mat. & Mar. dicunt quòd mulieres stabant à longe. Ioannes vero, quòd iuxta crucẽ. Ad hoc dici posset, quòd aliæ erant mulieres quas commemorat Mat. & Marc. & aliæ quas commemorat Ioannes. Sed huic repugnat, quòd Maria Magdalena cõnumeratur inter mulieres quas Mat. & Marc. commemorant, & etiam Ioannes. Et ideo dicendũ, quòd eædem mulieres intelligendę sunt, illę & illę, nec est in hoc contradictio. Nam iuxta & longe relatiue dicuntur, & nihil prohibet aliquod quadammodo dici longe, & quodammodo dici iuxta. Iuxta quidem fuisse dicit: quia in conspectu eius erant: sed longe, qa inter ipsum & mulieres erant intermedij. Vel potest dici quòd a principio crucifixionis stabant iuxta eum, ita quòd eis loqui poterat: sed postmodum superueniente multitudine irridentium secedentes a longe steterunt. Vnde Ioãnes narrat quod primo fuit. Alij quod postea. Secunda quęstio est, quia Ioan. cõmemorat Mariam cleophæ: sed Mat. & Marc. loco eius Mariã Iacobi quæ dicebatur alphæi. Sed ad hoc dicendum est, quòd eadẽ est Maria Cleophæ quam nominat Ioannes, cum ea alphæi quã nominat Mat. Habuit enim duos viros, scilicet Alpheũ & Cleopham. Vel potest dici quòd Cleophas fuit pater eius. Quòd autem & mulieres stabant iuxta crucem, & discipuli eo relicto fugerant, mulierum commendat deuotam constantiam. Iob. 19. Pelli meæ consumptis carnibus, quasi scilicet discipuli qui per carnem significantur recesserant, & mulieres, quæ per pellem intelliguntur, adhæserunt. Consequenter ponitur sollicitudo eius ad matrem, ibi.

i ET primo ponitur sollicitudo quantum ad curam discipuli, quam matri imposuit. Secundo quantum ad curam matris, quam discipulo commisit, ibi. {Deinde dicit discipulo, &c.} Quantum ad primum dicit. {Cum vidisset ergo Iesus, &c.} quasi dicat. Vsq; modo curam tui habui, & memor tui, tibi, istum derelinquo. In quo dignitas Ioãnis ostenditur. Sed attẽde, quòd supra 2. qñ mater dixit. Vinum non habent, &c. dicit. Nondum venit hora mea, scilicet passionis quæ patiar secũdum illud quod a te suscepi. Cum autem venerit hora illa, tunc recognoscã. Vnde & modo eam recognoscit matrem. Facere autem miracula non cõuenit mihi, secundum quòd a te suscepi: sed secũdum quòd habeo à patre paternam generationem, scilicet secundum q; sum Deus. Et nota secundum Aug. quòd Christus in cruce pendens se habuit sicut magister in cathedra. Vnde & docet nos parentibus existentibus in necessitate subuenire, & de eis curam habere, vt dicitur Exod. 20. Honora patrem tuum & matrẽ tuam, Et 1. Thim. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, non habet fidem, & est infideli deterior. Sed contra est quod dicitur Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, vxorem & filios, adhuc autem & animã suam, non potest meus esse discipulus. Responsio, dicendum, q; si dominus præcipit parentes oditi, sic & animam nostram, in qua præcepit naturam diligere, & odire iniquitatem, & quod auertit à Deo. Et sicut parentes sustentare debemus, diligere & reuereri, quantum ad naturã; sed odire quãtum ad vitia, & adhũc quod nos auertunt à Deo. Quantum ad secundum dicit discipulo.

k VT scilicet, iste tantum seruiret vt filius matri. Ista illum diligeret vt filium mater. Consequenter cum dicit.

l PONitur discipuli obedientia. Et secundum Bedam oportet dici {in suam.} Et sic est sensus. {Accepit eam.} scilicet matrem Iesu {discipulus.} scilicet Ioannes. {in suam} matrem videlicet. Sed secundum Aug. etiam vt habetur in græco. debet dici in sua. Non quidem prædia, quia de illis erat qui dixerãt. Ecce nos reliquimus omnia. Nam Mat. 4. dicitur, quòd Iacobus & Ioannes relictis omnibus secuti sunt Iesum. Sed {in sua.} scilicet, officia, quibus ei diligenter & reuerenter obsequebatur.

[LECTIO V.

POstquam egit de crucifixione & consequentibus eã. Hic narrat venerandã Christi mortem. Et primo ponit moriendi opportunitatem. Secũdo describit mortẽ, ibi. {Et inclinato capite, &c.} Tertio exprimit mortui vulnerationem, ibi. {Iudęi ergo, &c.} Opportunitas autẽ moriendi ostendit in hoc, quòd iam {omnia consumata sunt.} Vnde circa consumationem primo præmittitur scientia Christi de ipsa consumatione. Secundo consumatur id, quod consumandũ restabat, ibi. {Cum ergo accepisset, &c.} Dicit ergo quantum ad primum. {Postea.} idest post omnia quæ præmissa sunt. { Sciens Iesus quia consumata sunt omnia.} quæ Prophetę & lex predixerant {de eo.} Luc. vlt. Oportet impleri oſa quæ scripta sũt, &c. Psal. 118. Omnis cõsumationis vidi finem. Sed quia adhuc aliud in scriptura prædicta consumandum erat, ideo subdit. { vt consumaretur scriptura dicit, Sitio.} Et primo ponitur verbũ Christi quod protulit. Secundo opportunitas implendi quod petijt. Tertio administratio eius, quod noluit. Dicit ergo {vt consumaretur scriptura.} Vbi sciendum est, q; ly {vt} non ponitur causatiue: sed consecutiue. Non enim ideo petijt {vt scriptura} veteris testamenti {consumaretur.} Sed ideo sunt dicta, quia consumanda erant per Christum. Si enim dicamus, q; Christus ideo hoc fecit: quia scripturæ hoc prædixerunt, sequeretur quòd nouum testamentum esset propter vetus, & eius impletionem, cum tamen sit econuerso. Sic ergo ideo prædicta sunt: quia implenda erant p Christum. Per hoc vero quod dicit. {Sitio.} Ostendit mortẽ suã

e Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus. Qd̃ scripsi, scripsi.

d Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem.

e Et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.

f Dixerunt ergo adinuicem, nõ scindamus eam, sed fortiamur de illa, cuius sit.

g Vt scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta, mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem, & milites quidẽ hæc fecerunt.

h Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalenę.

i Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quẽ diligebat, dixit matri suę. Mulier, ecce filius tuus.

k Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua.

l Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

LECTIO V.

Postea sciens Iesus, quia omnia cõsumata sunt, vt consumaretur scriptura dicit, Sitio. Vas autẽ erat positum aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto hysopo circumponentes, obtulerunt ori eius.

b Cũ ergo accepisset Iesus aceetum, dixit, Consummatum est.

c Et inclinato capite, tradidit spiritum.

d Iudæi ergo quoniam Parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat.n. magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerẽtur.

B Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderũt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua.

A esse veram non fantasticam. Item ostenditur eius ardens desiderium de salute generis humani. 1. Thi. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Luc. 19. Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Vehemens desiderium consueuimus exprimere q̃ sitim. Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Opportunitas implendi qd̃ petijt ostẽditur ex hoc, q; { vas positum erat aceto plenum, &c.} Per hoc igit̃ vas Iudæorum synagoga significatur, quæ a vino patriarcharum, & Prophetarum degenerauerat in acetũ, idest, in malitiam, & crudelitatem pontifi cum. Ministratio autem ponitur. quia { illi spongiam plenam aceto obtulerũt ori eius.} Ex quo oritur quæstio literalis. quomodo scilicet, obtulerunt spongiam ori Christi in altum pendentis. Sed hoc solutur Matthæi. 27. Quia imposuerunt eam arundini. Vel secundum quosdã imposuerunt hysopo quæ magna erat. Vñ & Mat. arundo vocãt. Mystice aũt per hæc tria signantur tria mala quæ in Iudæis erant. s. Inuidia per acetũ, dolositas p spongiæ cõcauitatẽ, malitia per amaritudinem hysopi. Vel hysopus significat humilitatem Chri quę est herba mundãs pectus, qd̃ præcipue per humilitatem mundatur. Psal. 50. Asperges me domine hysopo, & mundabor, &c.} Finalis consumatio ponitur cum dicit.

b QVod potest referri vel ad consumationẽ mortis. Heb. 2. Decebat in gloriã auctorem salutis eorum p passionem consummari. Itẽ ad consumationẽ sanctificationis, quæ est per passionem & crucem eius. Heb. 10. Vna enim oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos. Vel ad consumationem scripturarum. Luc. 18. Consumabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Consequenter cum dicit.

c DEscribit euangelista mortem Christi. Et primo ponit causa mortis. quia { Inclinato capice.} Non enim est intelligendum quia tradidit spiritum, ideo inclinauit caput: sed econuerso. Nam inclinatio capitis obedientiã designat, pro qua mortem sustinuit. Phil. 2. Factus est obediens vsque ad mortem. Secundo ponitur moriẽtis potestas. Quia tradidit spiritum. scilicet propria potestate. supra 10. Nemo tollit a me animam meã: sed ego pono eam à meipso. Nam vt Aug. dicit. Nullus sic habet in potestate dormire cum velit, sicut Christus mori cum voluit. Sed attendendum, quòd ex hoc quòd tradidit spiritum aliqui dicunt, in homine esse duas animas, scilicet intellectualem, quam vocãt spiritum, & aliam animalem, puta vegetatiuam & sensitiuã, quæ corpus animat, et præcipue anima dicitur. Vnde dicunt, q; Christus tradidit solum animam intellectualem. Sed hoc est falsum, tum quia duas esse animas in homine inter errores cõputatur in libro de Ecclesiasticis dogmatibus, tum quia si tradidisset spiritum remanente adhuc anima, non fuisset mortuus, Quia ergo nihil est aliud spiritus in homine, quãm anima, dicendum, quòd tradidit spiritum, idest animam. Per quod etiam excluditur error quorundam, dicentium animas hominum mortuorum non ire statim post mortem ad paradisum, vel infernum, seu purgatorium: sed in tumulis vsque ad diem iudicij remanere. Nam dominus statim tradidit spiritum patri, Per quod datur intelligi, quòd iustorum animæ in manu Dei sunt. Sap. 3.

d HIc ponitur vulneratio corporis Christi, Et primo ponitur narratio vulnerationis. Secundo narrationis certitudo, ibi { & qui vidit, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponitur conatus Iudæorum & intentio. Secundo impletio conatus quantum ad patrem. Tertio quomodo hoc impletur in Christo. Dicitur ergo quantum ad primũ, quòd { Iudęi quoniã Parasceue erat, &c.} Sciendum est enim, quòd sicut habetur Deut. 21. Præceptum est in lege, quòd cadauera suspensorum propter delicta, non dimitterentur suspẽsa vsque mane, ne polluerẽtur terra & etiam ad delendam ignominiam eorum qui suspendebantur. Nam huius mors turpissima reputabatur, Vnde dicitur ibidem. Maledictus omnis qui pendet in ligno, scilicet maledictione pœnæ. Licet autem huius pœnæ infligendæ iam non esset in Iudæorum potestate, tamen qd̃ in eis erat, facere nitebãtur. Et ideo qa parasceue

erat, vt corpus Christi, & etiam aliorum non remanerent in cruce in die sabbati, qui valde solemnis erat & propter ipsum sabbatum & festum azimorum {rogauerunt Pilatum, &c.} Hi quidem in paruis diligentes sunt ad seruandam legem: sed in magnis contempserunt. Matth. 23. Excolantes culicem, camelum autem gultientes. Quomodo autem hoc in parte impleat subdit { Venerunt ergo milites, & primi quidē. } scilicet latronis { fregerunt crura } ad quem primo venerunt { & alterius qui crucifixus est cum eo. } scilicet Iesu: in quo eorum crudelitas ostenditur, Mich. 3. Carnē populi mei comederunt. Sed quid est qd subdit { Ad Iesum autē cū venissent, &c. } Nonne in medio crucifixus erat, &c. Respondeo, dicendum, quōd duorum militum singuli ad singulum latronem confringendum venerunt, quibus confractis, vnus ab vno, & alius ab alio, ad Iesum venerunt. Vnde inde signatur occasio vulnerandi, quia cum vidissent eum iam mortuum {non fregerunt eius crura. } sed vt certificarentur de morte { vnus militum lancea latus eius aperuit. } Et signanter dicit { aperuit. } non vulnerauit: quia per hoc latus, aperitur nobis ostium vitæ æternę. Apo. 4. Post hoc vidi ostium apertū. Hoc est ostium in latere archę, per quod intrant animalia diluuio nō peritura. Gen. 7. Sed hoc ostium est causa salutis. Vnde { continuo exiuit sanguis & aqua. } Quod est valde miraculosum, vt de corpore mortui, in quo est congelatus sanguis: sanguis exeat. Sed si quis dicat, quōd hoc contingit propter calorem aliquem qui adhuc in corpore remanserat. Fluxus autem aquę inficiari non potest, quin miraculosus existat, cum aqua exiēs purissima fuerit. Quod quidem factum est vt Christus ostenderet id quod erat, scilicet verus homo. In homine enim est duplex cōpositio. Vna scilicet ex elementis, alia ex humoribus. Vnum elementorum est aqua, inter humores autem præcipuus est sanguis. Item hoc factū est ad ostendendum, quōd per passionem Christi plenam ablutionem consequimur à peccatis, scilicet & maculis. A peccatis qdem per sanguinem qui est pretium nostræ redēptionis. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi. A maculis vero per aquam quæ est la uacrum nostrę regenerationis. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris. Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitatoribus Hierusalem in ablutionem peccatoris & mēstruatę. Et ideo hæc duo specialiter pertinent ad duo sacramenta. Aqua ad sacramentum baptismi, ad eucharistiam sanguis. Vel verunque pertinet ad eucharistiam: quia in sacramento eucharistiæ miscetur aqua cum vino, quāmuis aqua non sit de substantia sacramenti. Competit etiam hoc figuræ: quia sicut de latere Christi dormientis in cruce fluxit sanguis & aqua quib⁹ cōsecrat ecclesiā. Ita de latere Adæ dormiētis formata est mulier, q ipsā ecclesiā præfigurabat.

e Hic ponitur certitudo narrationis. Et primo ex Apostolico testimonio. Secundo ex scripturæ vaticinio, ibi. { Facta sunt, &c. } Circa primum tria facit. Primo describit testis idoneitatem, quia { qui vidit testimonium perhibuit. } hoc est ipse Ioannes, 1. Ioan. 1. Quod vidimus & audiuimus, &c. Secundo astruit testimonij veritatem, quia { verum est testimoniū eius. } Ro. 9. Veritatem dico, non mentior, supr. 8. Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Tertio exposcit fidem. { Et ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. } infra 20. Hæc autem scripta sunt vt credatis, &c. Et nō solum ex testimonio Apostolico certificatur, sed additur vaticinium scripturę. Vnde dicit.

f VTly { vt } accipiatur consecutiue, sicut iam dictum est supra. Et ponit duas auctoritates veteris testamenti. Vnam quæ refertur ad hoc quod dicit. { Non fregerunt eius crura, &c. } Et habetur Exod. 12. { Os non comminuetis ex eo. } scilicet agno paschali qui præfigurabat Christū. Quia vt dicitur. 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ideo à Deo ordinatum est, vt non comminuerentur ossa agni Paschalis, vt daretur intelligi q fortitudo veri agni & incontaminati Iesu Christi nullo modo erat commouenda per passionem. Vnde Iudei putabant per passionem virtutem doctrinæ Christi destruere: sed potius corroborata est. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: sed nobis virtus Dei est. Ideo supra 8. dixit. Cum exaltaueris filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Secunda auctoritas refertur ad hoc quod dicit. Lancea latus eius aperuit, & habetur Zach. 12. { Videbunt in quem transfixerunt. } Vbi nostra litera habet. Aspiciēt ad me quē cōfixerūt. Vt si nos cōiungimus verbū Pro pheræ, manifestū est, q Christus crucifixus, est Deus. Nā qd Propheta dicit in p̄sona Dei: euāgelista attribuit Chro. { Videbūt } inquit ad iudicīū venientē. Apo. ca. 1. Vel aspiciēt cōuersi per fidem, &c.

e Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis.

f Facta sunt enim hęc vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo, & iterum alia Scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

LECTIO VI.

POst hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quōd esset discipulus Iesu, occultus autē propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu, & permisit Pilatus.

b Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nichodemus qui venerat ad Iesum nocte primum, ferēs mixturam myrrhę & aloes, quasi libras centum.

c Acceperunt autem corpus Iesu, & ligauerunt eum lintheis, cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.

d Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondū quisquam positus erat.

LECTIO VI.

POstquam Euangelista egit de crucifixione & morte. Hic agit de sepultura Christi. Et primo ponit facultas de licentia sepeliendi. Secundo studium corporis procurandi, ibi. { Venit ergo, &c. } Tertio ponitur locus sepulturæ, ibi. Erat autem in, &c. } Quarto ponitur ipsa sepultura, ibi. { Ibi ergo, &c. } Dicit ergo. { Post hæc. } scilicet passionē & mortem. { rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia. } Quod idem est, quod ramatha. vt habetur. 1. Reg. 1. eo q̃ esset discipulus Iesu. } Non de duodecim: sed de multis alijs credentibus: quia omnes credentes à principio discipuli vocabantur. { Erat autem occultus propter metum Iudęorū. } sicut & multi alij: sed ante passionē, supra 12. Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos, non confitebantur vt de synagoga nō eiecerent. Vnde patet, q̃ vbi discipuli amiserunt fiduciam post passionem latentes, hic assumpsit fiduciam publice obsequendo. Hic inquā, rogauit Pilatum, vt tolleret corpus Iesu, } de cruce scilicet, & sepeliret: quia secundum leges humanas corpora damnatorum nō debebant sine licentia sepeliri. { Et permisit Pilatus. } Quia Ioseph nobilis erat & sibi familiaris. Vnde Marc. penulti. dicitur, quōd erat decurio. Quantum ad secundum dicit.

b VBi agitur de studio corporis procurandi. Et primo ponit materia corporis procurandi. Secundo ponitur ipsa procuratio, ibi. { Acceperunt, &c. } Materia corporis procurandi fuit mixtura myrrhę & aloes, quam Nichodemus in magna quantitate procurauit. Et ideo de duobus mentionem facit. Primo de Ioseph, qui tulit corpus. Secundo de Nicodemo, qui tulit aroma. Hic autem Nicodemus fuit qui venit ad Iesum nocte, scilicet ante passionem, vt habetur supra 3. Et hoc ideo cōmemorat, quia de Ioseph dixerat, q̃ occultus erat propter metum Iudæorū, vt ostendat, quōd etiam hic qui occultus erat discipulus, nunc factus est publicus, sed nondum habens veram fidem de resurrectione: quia attulit myrrham & aloes quasi corpus eius muniri a corruptione indigeret. De quo scriptura dicit. Non dabis sanctū tuū videre corruptionem. Mystice autem datur per hoc intelligi, q̃ Christum crucifixum debemus in corde nostro recondere cum amaritudine pœnitentiæ & compassionis. Canti. 5. Manus meæ distillauerunt mirrham. Habita ergo præparationis materia ponitur ipsa præparatio. Vnde dicit.

c VBi oritur dubitatio, q̃ Ioannes dicit, quōd ligauerunt illud lintheis. Cum Mat. 57. dicatur, q̃ inuoluerūt illud sindone. Respondeo, dicendum ēm Aug. q̃ Mat. dicit vnam sindonē tantum: quia non facit mentionem nisi de Ioseph. Et hic vnam portauit. Sed quia solus Ioānes mentionem facit de Nicodemo, ideo dicit { lintheis. } quia Nicodemus aliam portauit. Vel dicendum, q̃ lintheum dicimus omnem pannum de lino factum. Corpus autem Christi inuolutum fuit fasciis. Sicut etiam de Lazaro legitur, quia sic erat Iudæis mos sepelire. Erat etiam positum sudarium ad caput, & ideo omnia complectens Ioannes, dicit { lintheis. } Per hoc vero, q̃ aromatibus eum conduint, admonemur in huius pietatis officiis, morem cuiuslibet Gentis esse seruandum. Locus sepulturæ designatur consequenter cum dicit.

d VBi notandum, quōd Christus in horto captus, & in horto passus, & in horto sepultus fuit. Ad designandum, quōd p suæ passionis virtutem liberamur a peccato, quod Adam in horto delitiarū commisit, & quod per eum Ecclesia cōsecrat quæ est sicut hortus conclusus. Et in hoc horto erat monumentum nouum. Est autē duplex rō, quare in sepulchro nouo voluit sepeliri.

Vna

Vna literalis, ne alia corpora quæ ibi fuissent, resurrexisse crederentur, & non Christus. Vel omnia æquali virtute. Alia ratio est, qa qui est de Virgine intacta natus, cōgrue fuit in sepulchro nouo sepultus, vt sicut in vtero Mariæ nemo ante eū, nemo post eū fuit, ita & in hoc monumento. Similiter etiam vt daretur intelligi, quōd recondit per fidem in animo innouato. Eph. 3. Habitare etiam Christū per fidem in cordibus nostris. Consequenter cum dicit.

e POnitur sepultura. { Ibi ergo. } idest in monumento nouo. { propter parasceuen Iudæorum. } quia iam vespere appropinquabant quādo propter sabbatum nihil operari licebat. Nam circa horā nonam expirauit, & p̄ procurationem sepulturæ & rerum quę necessaria erāt, fere dies vsque ad vesperam decursus erat { & quia monumentum erat iuxta locum. } vbi erat crucifixus, { posuerunt ibi Iesum, &c. }

e Ibi ergo propter Parasceuen Iudęorum: quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAPVT XX.

LECTIO PRIMA.

VNa autem sabbati Maria Magdalenæ venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & vidit lapidem sublatum a monumento.

b Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis. Tulerunt Dominū de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

c Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipul⁹ p̄cucurrit citius Petro⁹, & venit primus ad monumentum. Et cū se inclinasset, vidit posita lintheamina, nō tamē introiuit.

LECTIO PRIMA.

Narratis mysterijs passionis Christi. Hic euangelista manifestat eius resurrectionem. Et primo manifestat quomodo resurrectio Christi manifestata est mulieribus. Secundo quomodo manifestata est discipulis, ibi. { Cum ergo sero, &c. } Manifestata est resurrectio Christi mulieribus quodam ordine. Primo quantum ad monumenti apertionem. Secundo quantum ad angeli apparitionem, ibi. { Abierūt ergo iterum, &c. } Tertio quātum ad Christi visionem, ibi. { Hæc cum dixisset conuersa, &c. } Circa primum primo ponitur mulieris visio. Secundo rei visæ denunciatio, ibi. { Cucurrit ergo, &c. } Tertio rei denūciatæ inquisitio, ibi. { Exijt ergo Petrus, &c. } Circa primum quatuor considerāda occurrunt. Primo scilicet visionis tempus. quia { Vna sabbati. } scilicet prima feria. Nam apud Iudæos dies sabbati solēnior habebat, & ideo ab eo omnis alius dies denominabatur. Vnde dicebant prima sabbati, secunda sabba. &c. Vnde & Mat. 28. dicit prima sabba. Sed Ioannes dixit { vna sabba. } propter mysterium, quia in hac die in qua resurrectio facta est inchoauit quasi quēdam noua creatura. Psal. 103. Emitte spiritum tuum, &c. Gal. 6 In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed noua creatura. Moyses autē in principio Ge. de prima die nō dicit, factus est dies primus, sed dies vnus. Ideo euangelista ad ipsam renouationem insinuandā vtitur verbo Moysi. Item, quia in hac die inchoabatur dies æternitatis, quæ est vna non habens interpolationem noctis, quia sol qui eam facit non occidit. Apoc. 21. Ciuitas illa non eget Sole neque luna vt luceant in eam. Nam claritas Dei illuminabit illam, & lucerna ejus est agnus. Zach. vlti. Erit dies vna quæ nota est domino, non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Secundo ponit persona vidēs, ibi. Quia { Maria Magdalenę venit, &c. } Sed hic est dubium, quia in Marc. dicitur. Maria Magdalenę & Iacobi & Salomæ. Et Mat. vlti. connumeratur etiam alia Maria. Responsio, dicendum secundum Augu, quōd Maria Magdalena seruentior. & deuotior erat ad Christū alis mulieribus. Vñ Luc. 7. dicitur. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum Et ideo eam Euangelista specialius nominat. Et inde est, q̃ prius ei apparuit dominus. Marc. vlti. supra 6. Præoccupat eos qui se cōcupiscunt, vt illis se prior ostendat. Tertio ponitur hora seu qualitas temporis. quia { mane cum adhuc tenebræ essent. } Luc. 23. dicitur, quōd mulieres quæ cum Iesu venerunt de Galilæa viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus Iesu, & reuertētes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum, & ideo statim transacto sabbato ante lucem primę sabbati venit ad monumentum nam nimius ardor amoris eam sollicitabat. Can. 8. Lampades eius lampades ignis atque flammarum, scilicet charitatis. Sed hic est quęstio literalis. Quia vt dicitur Mar. vlt. Valde mane orto iā Sole. Quid igitur dicit Euangelista. { Cum adhuc tenebræ essent. } Respōdeo, dicendū, q̃ hoc quod dicit Marc. intelligitur de aurora. Vnde orto iam Sole. Non quōd supra terram appareret: sed appropinquaret ad nostras regiones. Quarto quid videt: quia { vidit reuolutū lapidem. Quod erat signum, vel quōd aliquis Christum abstulerit, vel quōd resurrexerit. Et sicut dicitur Mat. vlti. Angelus domini descendit de cœlo, quōd non est intelligendum, quōd ante lapis esset reuolutus, quām Christus resurgeret, sed post. nā Christus exiuit de clauso vtero virginis nondum gloriosum corpus habens. Non est mirum si cum corpore gloriosō exiuit de sepulchro. Nam lapis est reuolutus, vt videntes ibi Christū non esse, facilius crederēt eius resurrectionem. Consequenter cum dicit.

b POnitur rei visæ denunciatio. Ex nimio enim amore, non distulit nunciare discipulis, quod vidit: sed { currit & venit ad Simonem Petrum & alium discipulum quem diligebat Iesus. } 4. Reg. 7. Hæc dies boni nuncij est si tacuimus, & noluerimus nūciare vsque mane sceleris arguemur. Sic qui audit verba Dei debet festinus alijs dicere. Apoc. vlti. Qui audit dicat, veni. Sed ad illos venit qui p̄cipui erant & Christum feruentius diligebant, vt aut secum quærerent. aut secum dolerent. { Et dicit eis. Tulerunt dominum de monumento. } Visō enim sepulchro vacuo nōdum habens in corde quōd Christus resurrexerit, dicit. { & nescimus vbi posuerunt eum. } Vbi dat intelligere, quōd non tola iuerit ad monumentum, & quōd adhuc de resurrectione dubitaret. Et ideo Euangelista non sine causa dixit { cum adhuc tenebræ essent } per qualitatem temporis, qualitatem mentis in qua dubitationis tenebræ erant, designans. Psalm. 81. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris, &c. Sed attende, quōd in Gręcis codicibus habetur { dominum meum } ad designandum propensiorē charitatem: & famulatus affectus. Psalm. 72. Quid mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? Vsque: Pars mea Deus in æternum. Consequenter cum dicit.

c POnitur denunciatæ rei inquisitio. Et primo ponitur quærentium studium ad inquirendum. Et hoc per exitum, dum dicit. { Exijt ergo Petrus & alius discipulus. } Qui enim scrutari vult mysteria Chri debet exire quodāmodo a se, & a carnali cōsuetudine. Canti. 5. Egredimini & videte filiæ Syon Regem Salomonem. Secundo ponitur inquisitionis ordo seu modus. Et primo quantum ad cursum: quia { currebant duo simul. } qui præcæteris Christum diligebant. Psalm. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. 1. Corinthiorum 9. Sic currite vt comprehendatis, &c. Secundo quantum ad aduentum, quia { & ille alius discipulus, &c. } Vbi primo ponitur quomodo Ioannes præuenit. Secundo quomodo Petrus eum sequitur, ibi. { Venit ergo Simon, &c. } Sed nota, quōd non sine causa Euangelista etiam particularia diligenter enarrat. Nam in istis duobus discipulis, populus duplex, Iudæorum scilicet, & gentilium designatur. Quia licet Iudæi prius habuerint cognitionem vnius veri Dei, tamen quantum ad statum mundi populus gentium est antiquior: quia ex gentilibus processerunt etiam Iudæi. Gen. 12. Egredere de terra tua, & de cogitatione tua. Isti simul currebant vel decursum huius mundi. Iudæi per literam legis. Gentiles per legem naturæ. Vel simul currunt naturali desiderio ad beatitudinem, & veritatis cognitionem, quam omnes homines natura scire desiderant. { Sed ille alius discipulus. } scilicet minor, { præcucurrit citius Petro. } Quia gentiles ad cognitionem veritatis tardius venerunt, quām Iudæi: quia quondam Deus erat tantum in Iudæa notus. Vnde dicunt. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi { Et venit prior ad monumentum. } quia prius conspiciuit mysteria Christi, & prius Iudæis de Christo facta est promissio. Romanorum nono. Quorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, &c. { Et cum se inclinasset vidit lintheamina posita, non tamen introuit. Et cum se inclinasset. } scilicet sub iugo legis. Exod. vigesimoquarto. Omnia quæcumque præcepit dominus faciemus. { Vidit lintheamina posita. } scilicet figuras quasdam, omnium mysteriorum. secundo Corinthiorum tertio. Vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum. { Non tamen introuit. } quia non peruenit ad veritatis cognitionem dum in mortuum credere, noluit. Et hoc dicitur. Lucæ quintodecimo. De fratre maiore, qui audiens simphoniam & tripudia fratri reuertenti facta, noluit intrare, cum tamen introitum promittat Dauid, dicens. Psalm. 42. Introibo ad altare Dei.

Hic

HIc agitur de peruentione Petri. Et secundum literam, quòd simul currebant, signum erat feruentis deuotionis. Sed Ioannes citius peruenit: quia iunior erat sene Petro. Sed secundum mysterium, Petrus Ioanné sequitur: quia gentiles ad Christum conuersi non erant congregandi in aliam ecclesiam ab ecclesia Iudæorum: sed inserendi in præcedentē oliuā & ecclesiā. Ro. 11. Et ideo Apostolus. 1. Thes. 2. commendans eos dicit. Vos aūt fratres facti estis imitatores ecclesiarum, quæ sunt in Iudæa ī Chrō Iesu. Tertio ponitur ordo inquisitionis, quantum ad eorū ingressum, quia {introiuit in monumentū.} Et primo poniē quomodo Petrus intrauit primo. Secundo, quomodo Ioannes, ibi. {Tunc ergo introiuit in monumentum.} Dicit ergo, quòd Petrō introiuit in monumentum. Et quidem secundum literam, Ioannes qui primo peruenit non intrauit propter reuerentiam Petri cui priorem ingressum seruabat. Sed secundum mysterium, signatur quòd populus Iudæorum qui primo mysteria incarnatis audiuit, posterius ad fidem conuertitur, quàm populus gentium. Rom. 9. Gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam. Israel vero sectando legem iustitiæ in legem iustitię nō peruenit. } Et vidit. } scilicet Petrus { posita linteamina, } Ioannes vidit sola linteamina quæ Petrus similiter vidit. Quia non reprobamus vetus testamentum. Nam aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Sed adhuc vlterius vidit sudarium quod fuerat super caput eius. 1. Cor. 11. Caput Christi Deus. Videre ergo sudarium quod fuerat super caput { Iesu, est habere fidem diuinitatis Christi quam Iudæi acceptare noluerunt. Quod quidem sudarium describitur { & separatum } ab alijs { & inuolutum, & in vnum locum } quia diuinitas Christi occulta est, & separata ab omni creatura propter sui excellentiam. Rom. 9. Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula amen. Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus. Inuolutum vidit quasi in modum circuli, qa lintei quando inuoluuntur, nec initium, nec finis in eis aspicitur, ccelsitudo diuinitatis est quæ nec cœpit esse nec desinit. Hebr. vlti. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Psalm. 101. Tu autem idem ipse es, &c. Sed in vnum locum viderunt, quia Deus non habitat vbi est scissura mentium. Sed illi eius merentur gratiam, qui sunt vnum per charitatem. Psal. 75. In pace factus est locus eius. 1. Corin. 14. Non est Deus dissensionis sed pacis. Vel aliter per sudarium quo laborantium sudor detergi solet, intelligi potest labor Dei qui etsi quietus semper permaneat, tamen se laborare denunciat dum duras hominū prauitates portat. Isa. 1. Facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Et precipue hunc laborem pertulit Christus in humanitate assumpta. Tren. 3. Dabit percutiēti se maxillā, saturabitur opprobriis. Hoc igitur sudarium longe seorsum inuenitur: quia ipsa redemptoris nostri passio longe est a nostra passione disuncta. Nam per linteamina quæ ita se habent ad membra sicut sudarium ad caput, intelliguntur passiones sanctorum à quibus sudarium seorsum, scilicet passio Christi, quoniā ipse sine culpa pertulit, quod nos cum culpa toleramus. 1. Pet. 3. Christus mortuus est, iustus pro iniustis, ipse sponte morti succumbere voluit. supra 10. Nemo tollit a me animam: sed ego pono eam a meipso. Ephes. 5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Sed sancti ad mortem vadunt inuiti. infra vlti. Alius te cinget, & ducet quo tu nō vis. Sed quare Euangelista sic diligenter omnia narrat? Ad quod dicendū secundum Chrysost. vt excluderet falsam opinionem a Iudæis diuulgatam, quòd corpus Christi furtim sublatū esset, vt habetur Matth. vlti. Nam si hoc modo aliqui transtulissent illud, non vtique eum denudassent, præcipue cum oportuisset eos festinanter hoc facere propter præsentiam custodum, neque etiam fuissent ita solliciti, vt leuarent sudarium & inuoluerent, & seorsum in vnum locum ponerent, sed ea simpliciter vt contigisset suscepto corpore dimisissent. Huius etiam rei causa permisit, quòd sepultus fuit cum myrrha & aloe: quæ conglutinant corpori linteamina, ita quòd non potuissent tam cito a corpore separari. Consequenter cum dicit.

e AGit de introitu Ioannis. Nō enim foris remansit, sed post Petrum intrauit. quia in fine mundi ad receptionis fidem etiam Iudæi colligentur. Rom. 11. Ex parte cæcitas contingit in Israel donec plenitudo gentium subintraret. et sic omnis Israel saluus fieret. Isa. 10. Reliquiæ saluæ fient. Vel aliter secundū mysterium. Per istos duos discipulos duo genera hominū designantur scilicet vacantes contemplationi veritatis, & hi signantur per Ioannem, & insistentes obedientię mandatorum, qui signantur per Petrum. Vnde Simon obediens interpretatur. Contingit autem plerunque quòd prius perueniat ad cognitionem mysterium Christi contemplatiuus, sua docibilitate, sed non intrat, qa quandoque præcedit intellectus, & sequitur tardus, aut nullus affectus. Sed actiuus instantia feruoris, & sedulitate, & si tardus intelligat. Psal. 118. A mandatis tuis intellexi, tamen citius intrat, ita vt qui fuerunt posteriores in perueniēdo, fiāt priores in cognoscendo. Matth. 20. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Consequenter cum dicit.

d Venit ergo Simon Petrus sequēs eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positū: sed separatim in uolutum in vnum locum.

e Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum.

f Et vidit & credidit, nondum enim sciebāt scripturā, qa oporteret eum a mortuis resurgere.

LECTIO II.

Bierunt ergo literum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum, foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.

f POnitur effectus inquisitionis. Et in primo aspectu posset talem sensum habere, quòd { vidit } illa, scilicet { & credidit, } qꝰ Christus resurrexerit. Sed secundum Aug. hoc non potest stare. Quia sequitur. { Nondum enim sciebat, &c. } Ideo dicendum, qꝰ { vidit, } vacuum monumentum { & credidit } his quæ dixerat mulier, scilicet quòd aliqui Dominum asportassent. Et tunc sequitur { Nondum enim sciebāt scripturam, } quia nondum eis erat apertus sensus, vt intelligerent scripturas. Luc. vlti. Sed nonne Christus passionem & resurrectionem eius predixit? Matth. 20. Tertia die resurget. Respondeo, dicendum, quòd quadam consuetudine audiendi ab eo parabolas, multa quæ eis aperte dicebat non intelligebant, & aliquid eum significare credebant. Vel secundū Chryso. { vidit } linteamina posita sic ordinata, quod non fuisset factum si corpus furtim fuisset sublatum { & credidit, } scilicet vera fide, quòd Christus a morte resurrexerit. Et tunc hoc, quod sequitur. { Nondum enim sciebāt scripturam, } refertur ad hoc, qd dicit { vidit & credidit, } quasi diceret. Antequam videret non sciebat scripturam { quia oportebat eum a mortuis resurgere, } sed quando vidit, credidit, quòd a mortuis resurrexisset, &c.

LECTIO II.



ROsito, quomodo Maria Magdalena venit ad aspiciendam sepulchri apertionem. Hic Euangelista ostendit quomodo peruenit ad Angelorum visionem. Et primo ponitur deuotio. Secundo insinuatur Angelorū visio, ibi. { vidit duos Angelos, &c. } Tertio describitur Angelorū allocutio, ibi. { Dicunt ei illi, &c. } Deuotio autem mulieris quæ meruit Angelorum visionem commēdatur ex tribus. Primo quidem ex eius cōstantia, quam commēdabilem reddidit. Primo discipulorū recessus: quia { Abierunt ergo iterū discipuli, nōdū scientes scripturam: quia oporteret eum a mortuis resurgere. } ad semetipsos, } idest, vbi habitabant, & vnde ad monumentum cucurrerant. Adhuc enim ex timore dispersi non simul manebant. Zach. 13. Percutiam pastorem & dispergēturoues gregis. Trē. 4. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Secūdo cōstans eius mora: quia { Maria stabat ad monumentū, &c. } Nam discipulis recedentibus infirmiorem sexum fortior, & feruentior in eodem loco figebat affectus. Sed hic est quęstio, quia Marc. vlti. dicitur, quòd mulieres egressæ sunt de monumento, ergo fuerunt intus. Vt quid ergo tunc dicit Ioannes { stabat foris? } Responsio dicendum, quòd monumentum Christi erat excisum in lapide & circa ipsum erat clausura horti, sicut supra habitum est. Quandoque ergo monumentum vocant euangelistæ solum locum vbi corpus reconditum fuit, quandoque totum illud qd clausum erat. Cum ergo dicitur, quòd ingressæ sunt monumentum: intelligendum de tota clausura horti, sed hoc quod dicitur { stabat foris } intelligendum est de illo saxei sepulchri loco, sed tamen intra illud spacium quod iam ingressę fuerant, vbi stabat propter amoris constantiam, quæ mentem eius accēderat. 1. Cor. 15. Stabiles estote, & immobiles abundantes in opere domini, &c. Psalm. 121. Stantes erant pedes nostri. Secundo commendatur, eius deuotio ex lachrymarum affluētia: quia { plorans. } Tren. 1. Plorans plorauit in nocte. Est autem duplex lachrymarum gemitus scilicet, compunctionis ad peccata abluenda. Psalm. 6. Lachrymis meis stratum meum rigaui. Et deuotionis ad cœlestia desiderandа. Psal. 125. Euntes ibant & flebāt mittētes semina sua, idest, properātes ad cœlestia. Sed Maria Magdalena lachrymis quidem compunctionis abundauit tempore suæ conuersionis, quando quę fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem lauit lachrymis maculas criminis. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Abundauit etiam lachrymis deuotionis in Christi passione & resurrectione, vt habetur hic. Tertio cō mendatur eius deuotio ex inquisitionis diligentia. Vnde dicit. { Dum ergo fleret, inclinauit se, &c. } Fletus enim iste ex desiderio amoris proueniebat. Natura enim amoris est, quòd velit dilectum præsentem habere, et si hoc non potest in re, saltem eius præsentiam habet in cognitione. Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Amare ergo flebat Maria, qa oculi qui dominum quæ fierant & non inuenerant, lachrymis vacabant, amplius dolens, quòd ablatus fuit de monumento, quoniam magistri tanti cuius vita subtracta fuerat, memoria remanebat. & ideo quia eum habere non poterat, volens saltem videre locum vbi positus fuerat { inclinauit se & prospexit in monumentum. } in quo datur intelligi, quòd in morte Christi debemus prospicere cum humilitate cordis. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, &c. { & prospexit } vt daret exemplum cōtinue oculis mentis mortem Christi. prospicere, quia amanti semel aspexisse non sufficit, cuius vis amoris intentionem multiplicat in quisitionis. Heb. 11. Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. { Inclinauit autem se & prospexit } quia charitas Christi eam vrgebat. 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Vel potius secundum Augu. diuino instinctu in animo eius factū est vt perspiceret & altius aliquid videret, scilicet angelos. Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur. Consequenter cum dicit,

b AGit euangelista de angelorum visione. Circa quam quatuor tangit euangelista. Primo quid vidit: quia { duos angelos } vt ostendat, quòd omnes angelorum ordines tam assistentium, quàm ministrantium Christo obsequebantur. Heb. 1. Adorent eum omnes angeli eius. Sed circa hoc est quæstio, quia Mat. & Marc. vlti. dicitur, quòd Maria & alię mulieres viderunt vnum angelum existentem in latere monumenti. Hic autem dicitur quòd duos, & intus. Sed vtrunque verum est, quia illud præcessit, quod narrat Matth. & Marc. quando scilicet primo venerunt & credentes eum sublatum, redierunt ad discipulos. Et istud quod narrat Ioannes contingit in reditu, quando rediit cum discipulis, & eis recedentibus ipsa remansit. Secundo describit habitum, quia { in albis. } Per quod claritas resurrectionis, & gloria Christi resurgentis demonstrat, Apoc. 3. Ambulabunt mecum in albis. Et eiusdem 20. dicitur, quòd exercitus qui est in cœlo sequebatur eum in veste alba, idest. gloriosa. Tertio describit situm, quia { sedentes. } Per quod quies & potestas Christi designatur, qui iā ab omnibus tribulationibus requiescens regnat in carne immortali, sedens ad dexterā patris. Psal. 109. Sede a dextris meis. Isa. 9. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Quarto describit ordinem. { Vnum ad caput & vnum ad pedes. } Quod potest referri ad tria. Primo quidem ad duo testamenta. Angelus enim Græce, Latine dicitur nuncius. Christum autem annunciauerāt testamenta: quia dicitur Matth. 21. Turba quę preibat & quę sequebatur, clamabat. Osanna filio Dauid. Sic ergo angelus sedens ad caput, signat vetus testamentum, & qui ad pedes, nouum. Secundo ad prædicatores, In Christo enim est duplex natura, diuina scilicet & humana. Caput autem Christi est Deus, vt dicitur. 1. Corinth. 11. Pedes vero humanitatis. Psalm. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Qui ergo annunciat diuinitatē Christi, sicut est illud, In principio erat verbum, sedet ad caput. Qui vero humanitatem annunciat, sicut illud, Verbum caro factum est, sedet ad pedes. Tertio potest referri ad tempus annunciationis. Et sic sedet vnus ad caput, & vnus ad pedes: quia ab initio vsque ad finē mūdi mysteria Christi significabāt esse annunciandа. 1. Corinth. 11. Mortem domini annunciabitis donec veniat. Cosequenter cum dicit.

c AGitur de angelorum allocutione. Et primo ponit angelorum interrogationem. Secundo mulieris responsionē, Circa primum sciendum est, quòd angeli scientes mulierem adhuc dubitare, quasi a remotis incipientes, causam fletus exquirunt. Vnde dicit { Dicunt illi. } scilicet angeli. { Quid plorasꝰ } quasi diceret. Plorare noli, Superuacuum enim est, quia Ad vesperū scilicet passionis demorabitur fletus, & ad matutinum resurrectionis lætitia. Hiere. 31. Quiescat vox tua a ploratu, & oculi a lachrymis, quia est merces, &c. Vbi notandum secundum Grego. quòd ipsa sacra eloquia quæ in nobis lachrymas amoris excitāt, easdem lachrymas consolantur, dum nobis redemptoris nostri spem repromittunt. Psal. 1. Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuę lętificauerunt animam meā. Sed mulier quasi nesciēs eos interrogasse putans, non angelos: sed homines esse putat, & causam fletus sui exponit { & dicit eis: quia tulerunt dominum meum. } idest, corpus domini mei a toto parte significans. Sicut confitemur dominum Iesum Christum filium Dei sepultum, cum eius sola sepulta fit caro, quia diuinitas carnē non deseruit. { Et nescio vbi posuerunt, eū. } Hoc enim erat ei causa desolatiōis, quia nesciebat quo iret, & eum ad consolationem sui doloris inueniret. Sed numqd ad cōsolationem amātis est habere aliquid quod fuit amici? Et quidem secundum Aug. 4. Confessionum magis pertinet ad dolorem. Vnde ipse dicit, quod fugiebat omnia loca in quibus conuersatus fuerat, cum amico suo. Et tamen Chrysost. dicit quòd est ad consolationem. Sed vtrunque est verum. In omnibus enim quæ habent admixtionem gaudij & tristitiæ spes rei desideratæ & delectabilis. Rom. 12. Spe gaudentes, &c. Est etiā & tristabilis, quia spes quæ differtur affligit animam: sed non secundum eandem rationem. Nam inquantū per spem repræsentatur res amata, vt possibilis consequi, causat gaudium. Inquātum autem separat actu absens contristat. Et sic est in isto loco: quia res amici inquantum repræsentat amicum, amanti delectabilis est. Inquantum vero subtractionem amici ad memoriam reducit, tristitiam infert.

LECTIO III.

IC ponitur quomodo mulier ista peruenit ad Christi visionem. Et primo agitur de Christi visione. Secundo de eius a muliere cognitione, ibi. { dixit ei Iesus, Maria, &c. } Tertio de mulieris per Christum instructione, ibi. { dixit ei Iesus, &c. } Circa primum primo ponit Christi visionem. Secundo eius allocutionem, ibi. { dicit ei Iesus. Mulier, &c. } Dicit ergo quantum ad primum. { Hæc cum dixisset. } scilicet Maria Magdalena ad angelum { conuersa est retrorsum. } Sed quærit Chrysо. Mulier quæ loquebatur cum angelis quos saltem venerandos viros putabat, quare non expectabat eorum responsum de hoc quod dixit; sed retrorsum conuertitur? Responsio; dicendum, quòd cum mulier angelis respondisset, Christus aduenit, cui angeli reuerentiam exhibentes assurrexerunt, quod videns mulier admirans respexit retro, vt sciret ad quid assurrexissent. Vnde & Luc. vlti. angelos stantes visos esse commemorat, & sic retrorsum ad aspiciendum cōuersa { vidit Iesum stantem & non sciebat quia Iesus esset. } Videbat enim eum in specie non gloriosum, quem angeli gloriosum videntes honorabant. Ostenditur etiam per hoc, quòd si aliquis Christum videre deliderat, oportet, quòd ad eum conuertatur. Zach. 1. Conuertimini ad me, &c. illi ad eum videndum peruenit quia se totaliter in eū per amorem conuertunt. Sap. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Mystice autem per hoc signatur quòd hæc mulier per infidelitatem ad Christum verterat dorsum, sed quando animū eius ad cognoscendum conuertit, retrorsum conuersa est. Sed quare eum non agnoscebat, cum idem ipse esset? Dicendum, quòd hoc erat vel quia mortuum viderat, resurrexisse non credebat, vel qa tenebantur oculi eius ne eum agnosceret, vt dicitur de duobus discipulis euntibus in Emaus Luc. vltimo. Allocutio Christi ponitur cum dicit.

b ET primo ponitur Christi interrogatio. Secundo mulieris responsio. Circa primum sciendū est, quòd mulier ista paulatim proficit. Nam angeli causam ploratus exquirunt, sed Christus quid quærat, interrogat. Nam ploratus ex desiderio inquisitionis causabat, quē quærit enim interrogat, vt augeatur desiderium quatenus eum nominaret quem quæreret in amorem eius ardentius estuaret, & sic semper quærere. Psalm. 105. Quærite faciem eius semper. Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Consequenter cum dicit.

c POnitur responsio mulieris. Et ponitur primo opinio quam de interrogante habebat. Secundo ponuntur verba responsionis. Opinabatur autem illa quòd { hortulanus esset. } Sciebat enim, quòd exterriti custodes propter terræmotū & aspectum angelorum iam fugerāt, & nullum circa loca illa occupari, nisi eū qui eorum cultor esset. Et vt Greg. dicit. Hæc mulier errando nō errauit, dum Christum hortulanum credidit: quia in eius pectore per amoris sui vim semina virtutis plantabat. Eccl. 24. Dixi, rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo partus meifructum. { Et dixit ei. Domine si tu sustulisti eum. } Dominū enim vocat vt beniuolentiam capter. Sed cum iste de nouo venisset, nec

riec ei dixerat quem quærebat, quare dixit. {Si tu sustulisti eum.} Quem eum? Sed dicendum, quòd vis amoris hoc agere soleat in amato, vt quã ipse semper cogitat, nullum alium credat ignorare. Vnde Luc. vlti. cũ quæreret dominus. Qui sunt hi sermones, &c. Dixerũt. Tu solus peregrinus es, &c. Sed qd dicit {Si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eũ, & ego eũ tollã.} Mirabilis mulieris audacia, quam mortui non terret aspectus. Et cuius validitudo ad graue mortui funus tollendum plus intentat, quàm possit. Sed hoc est qd dicitur. 1. Corin. 13. Charitas omnia sperat. Ideo autem eum accipere volebat, ne Iudęi in corpus sæuirent exanime, & iõ volebat in alio loco incognito illud transportare. Consequenter cum dicit.

d AGit de recognitione Christi a muliere. Et primo ponitur vocatio cum dicit {Maria} quam supra alloquens, mulierẽ quasi noſe cõi vocauerat, Sed hic proprio noſe vocãt {Maria} vt designet specialẽ notitiã quã hẽt ad sanctos. Psal. 146. Qui numerat multitudinem stellarũ. Exo. 33. Noui te ex nomine. Et vt ostẽdat quòd licet quadã generali motione oẽs res moueãtur a Deo, specialiter tamen ad hominis iustificationem necessaria est gratia specialis. Effectus vocationis ponitur cum dicit. {Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister.} Sed nũquid non respiciebat ad Christum qui eam vocauerat? Respondẽo, dicẽdum secundum Aug. quòd hoc referendum est ad interiorem dispositionem mentis. Nam prius cum corpore conuersa fuit, putauit Christum esse quod non erat, scilicet hortulanum. Nunc autem corde conuertitur, dum quod erat agnouit. Vel dicendum, quòd vt dictum est, credebat eum esse aliquem alium hominem. Vnde dum sibi loqueretur sollicita de eo quod gerebat in cordẽ, non eũ respicit, sed circumquaque, si aliquod signum videret sepulti. Et ideo Christus reuocans eam, ex proprio nomine vocauit dicẽs {Maria,} quasi dicat, quo respicis? Recognosce eum a quo recognosceris. Et ideo statim vocata ex nomine recognouit auctorẽ, dicens {Rabboni, quod dicitur magister} Sic enim eum consueuerat vocare. In quo datur intelligi, quòd vocatio Christi est causa iustificationis nostrę & confessionis veræ. Consequenter cum dicit.

e OStendit Euãgelista quomodo Maria instruitur a Christo, & primo ponit vnam instructionem prohibitiuam. Secundo aliam affirmatiuam, ibi. {Vade autem} Circa primum duo facit. Primo ponit prohibitionem. Secundo assignat eius rationẽ. Admonet quidem Christus Mariam ne eum tangat, dicens. {Noli me tangere.} Et si non legatur hic quòd mulier vellet eum tangere, datur ex hoc intelligi ſm Greg. quòd Maria ad pedes prostrata amplecti voluit eius vestigia quem recognouit. Sed subditur pro ratione. {Nondum enim ascendi ad patrem meum.} Per quod videtur, quòd Dominus post resurrectionem noluit tangi ab hominibus antequam ascenderet. Cuius contrarium habetur Luc. vlti. Palpate & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet. Etsi dicas eum à discipulis se tangi voluisse, non autẽ a mulieribus. Hoc non potest stare. Quia Mat. vlti. dicitur de Magdalena & alijs mulieribus: quia accesserunt & tenuerunt pedes eiꝰ. Intelligendum est ergo secundum literam, quòd mulier hæc bis vidit Angelos in hoc itinere. Primo quidem simul cum alijs mulieribus vidit Angelũ sedentẽ super lapidẽ, vt dicitur Mat. 28. & Marc. 16. Secũdo vero in reditu vidit duos Angelos intus in monumento, sicut dicit Ioannes. Similiter etiam in hoc eodem itinere bis vidit Christum. Primo quidem in horto, quando æstimauit eum hortulanum, vt supra habitum est. Secundo in via, qñ currebat cum alijs annunciare discipulis quæ viderat, vt magis firmarentur in fide resurrectionis. Et tunc accesserunt & tenuerunt pedes eius, vt dicitur Mat. & Marc. Est autem duplex ratio mystica quare tangi voluit. Vna, quia hæc mulier significabat Ecclesiam gentium, quæ Christum non erat tactura per fidem, nisi cum ascendisset ad patrem. Psal. 7. Synagoga populorum circundabit te. propter hanc in altum regredere. Alia ratio est: quia secundum Aug. 1. de Trini. cap. 9. Tactus facit quasi finem cognitionis. Quando enim videmus rem, vtcũque eam cognoscimus, sed per tactum consumatam cognitionem de ea habemus. Mulier autem hæc aliquam fidem habebat de Christo sicut de sancto viro. Vnde & magistrum eum vocabat. Nondum ad hoc peruenerat vt cognosceret eum æqualem patri, & vnum cum Deo.

F Et ideo dicit. {Noli me tangere.} idest, non constituas finem tuæ notionis in id quod credis de me. {Nondum enim ascendi ad patrem meum.} scilicet in corde tuo, quia nõ credis me esse vnũ cum eo, quod tamen postea credidit. Nam in eius intimis sensibus quodammodo Christus ascendit ad patrem, qui sicin ea profecerat, vt patri cognoscat æqualẽ. Vel dicendum secundum Chrysost. quòd hæc mulier videns Christum surrexisse, credidit quòd esset in eadem qualitate in qua fuerat prius habens mortalem vitam. Vñ & volebat eum eo esse, sicut ante passionem, & præ gaudio nihil magnum exogitabat, quàmuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Et ideo ab hac intelligentia eam reuocare volens, dicit. {Noli me tangere.} q.d. Non putes me de cætero habere vitam mortalem, & vobiscum eo modo conuersari quo primo. 1. Cor. 15. Et si nouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. Et hoc est quod subdit. {Nondum enim ascendi, &c.} Et tunc non est monitionis ratio, sed tacitæ quæstionis responsio. q.d. Et si videas me hic manentem, nõ est propter hoc, quòd non habeam gloriosam carnem. Sed quia, {Nondum ascendi, &c.} Voluit enim priusquàm ascenderet fidẽ resurrectionis & suæ diuinitatis firmare in cordibus Apostolorum. Deinde ponit instructionem affirmatiuam, dicens.

f SCilicet, Apostolos qui sunt fratres per conformitatẽ naturę. Heb. 4. Debuit per oſa fratribus assimilari. Et per adoptionẽ gratiæ, quia eius patris sunt filii adoptiui, cuius ipse est filius naturalis. Vbi notandũ est triplex priuilegium, qd Magdalenæ est collatum. Primo quidem Prophetico, per hoc q̃ meruit Angelos videre. Propheta enim est medius inter Angelos & populum. Secundo Angelorũ fastigium, per hoc q̃ vidit Christum, in quẽ desiderant Angeli prospicere. Tertio officium Apostolicum, imo facta est Apostolorum Apostola, per hoc q̃ ei committitur vt resurrectionem Dñicam discipulis annuncier. Vt sicut mulier viro primo nunciauit verba mortis; ita & mulier primo nũciaret verba vitę. {Et dic eis. Ascendo ad patrem meum, &c.} supra 16. Vado ad eum qui me misit. Eph. 4. Qui descẽdit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. Sed ex hoc Arrius sumit sui erroris fulcimentum; quia per hoc quod dicit. {Patrẽ meum & patrẽ vestrũ,} concludere voluit q̃ eodem modo Deus sit pater filij, sicut est noster pater. & Deus filij sicut Deus noster. Sed contra hoc dicendum, q̃ hęc verba qua intentione dicanẽ, apparet ex circũstantijs loquẽdi. Dicit ei supra. {Vade ad fratres meos, &c.} Hos autem fratres habet Christus ſm quòd homo. Et secũdum hoc Christus est subiectus patri, sicut creatura creatori. Nam ipsum corpus Christi creatura quædam est. Vel aliter ſm Aug. Christꝰ hic loquitur de se ſm vtranque naturam, quia qd̃ dicit. {Ascẽdo ad patrem meũ & patrem vestrum} pertinet ad diuinam naturã ſm quam habet patrem Deũ connaturalem, cui est æqualis, & sic intelligẽdum est aliter {meũ} & aliter vestrũ {natura meũ} gratia, {vestrum} quasi hoc, q̃ estis filij adoptiui per gratiam, per me habetis. Gal. 4. Misit Deus filium suũ, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, &c. Quod addit {Deum meum & Deum vestrum} refertur ad humanam naturam, ſm quam habet Deum gubernatorem, & sic dicit. {Deum meum,} sub quo ego hõ sum {& Deum vestrũ} inter quos & ipsum mediator sum, quia per ipsum habemꝰ Deũ nobis placatum, & sic Deus noster. Ro. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus per Dñm nostrũ Iesum Christũ, per quẽ habemus accessũ in gratiã in qua stamus, &c. 2. Cor. 5. Deus erat Christo mundũ reconcilians sibi. Prõptitudo obediẽtiæ Mariæ poniẽ cum dicit. {Venit Maria Magdalenæ annuncians, quia vidi Dominũ, & hæc dixit mihi.} Venit de loco vbi erat horti spatiũ ante lapidẽ monumenti, {annuncians discipulis.} 2. Cor. 11. Ego. n. accepi à Domino qd̃ & tradidi, vobis, &c. Isa. 21. Quæ audiui à Domino Deo exercituum domus Israel, annunciaui vobis, &c.

LECTIO IIII.

ROsitis apparitionibus Christi factis mulieribus. In parte ista agit Euangelista de apparitionibus factis Apostolis. Et primo de apparitione qua simul omnibus in Hierusalem apparuit, excepto Thoma. Secũdo de ea quæ facta est, Thoma præsente, ibi. {Et post dies octo, &c.} Tertio de ea quæ facta ẽ quibusdã specialiter iuxta mare. 21. cap.

{Postea manifestauit se, &c.} Circa primũ duo ponunt. Prio Dñi apparitio. Secũdo discipulorũ dubitatio, ibi. {Thomas autẽ, &c.} Circa primũ tria ponunt. Primo Dñi apparitio, Sdo officij iniũctio, ibi. {Dixit eis. Pax vobis, &c.} Tertio spũalis muneris collatio, ibi {hæc cũ dixisset, &c.} Circa primũ tria facit. Primo ponit apparitionis circunstantiam. Secũdo apparitionis continentiam, ibi. {Venit Iesus, &c.} Tertio apparitionis consequẽtia, ibi. {Gauisi sunt, &c.} Describit ergo apparitionem Dñicã discipulis a quatuor circũstantijs. Primo quidẽ ex horæ descriptiõe. {Quia cũ sero esset.} Secũdo ex diei designatione: quia {die illa.} Tertio ex loci conditione, quia {cũ fores essent clausæ.} Quarto ex discipulorum dispositione, quia {erant congregati propter, &c.} Fuit ergo hora apparitionis serotina. Cuius duplex est ratio literalis. Vna quia voluit simul apparere omnibus. Et ideo præstolatus est vsque in sero, vt qui dispersi erant de die, simul conuenirent in sero. Nã de nocte simul erant. Alia rõ est: quia Dñs eis apparuit vt confortaret eos. Illam ergo elegit horã qua magis stupentes confortationẽ indigebant, hæc est sero. Psal. 45. Adiutor in tribulationibus, &c. Est etiã rõ mystica, quia. s. Dominus in fine mundi apparebit fidelibus, qñ media nocte clamor fiet. Ecce spõsus venit redditurus eis mercedem suam. Mat. 20. Cum sero factum esset, dixit Dñs vineæ procuratori suo. Voca operarios. & redde eis mercedẽ. Dies apparitionis fuit ipsamet dies resurrectionis, quia {die illa vna sabbatorum.} Ꝑdies Dominica, de qua dictũ est. Vna autem sabbati. supra eod. Quare aũt dicatur {vna sabbatorum,} iam dictũ est. Põt autem ex Euãgeliis colligi Dñm quinquies isto die apparuisse. Bis. s. mulieribus, semel Magdalenæ soli, de qua immediate. supr. & iterum simul cum aliis mulieribus reuertentibus. Et tunc accesserunt & tenuerunt pedes eius. Tertio vero apparuit duobus discipulis ipso die euntibus in Emaus. Luc vlt. Quarto aũt Simoni Petro. Sed qñ, & qũo, & vbi, nõ exprimitur, nisi tantũ, q̃ apparuit. Luc. vlti. Surrexit Dñs vere & apparuit Symoni. Quinto apparuit oĩbus simul congregatis de sero vt habetur hic. Et iõ̃ cantatur. Hæc dies quam fecit Dñs. Psal. 117. Per hoc aũt datur intelligi, q̃ in die cõmunis resurrectionis apparebit manifeste oĩbus mulieribus, peccatoribꝰ, peregrinis, Apostolis, & Apostolicis viris. quia videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerũt. Apocal. 1. Conditio autem loci describitur per clausuram dubia & timida. quia {fores essent clausæ.} Ad literã propter tarditatẽ, q̃ a nox erat & ꝓp metũ Iudęorũ sed ex parte Christi clausuræ causa fuit vt manifestaret eis virtutẽ suæ potestatis intrando ad eos ianuis clausis. Sciendũ est aũt circa hoc, q̃ secundum quosdã intrare ianuis clausis est de proprietate corporis gloriosi, q̃ dicunt per quandam conditionẽ sibi inhærentem, posse esse cũ alio corpore simul in eodem loco, inquantum est gloriosum. Et hoc factũ esse & fieri posse sine miraculo. Sed hoc non põt stare, quia quod corpus humanum non glorificatum, non possit simul cum alio corpore esse, inest sibi ex natura. Oportet ergo, q̃ si corpus glorificatum dicatur habere in se proprietatem aliquam inhærentem quòd possit simul cum alio corpore esse in eodem loco, quòd excludatur ab eo illa proprietas, qua nunc impeditur ne simul cũ alio possit esse. Hæc autem proprietas nullo modo est separabilis, vel destructibilis a corpore, cũ nõ sit mathematica corpulentia vt ipsi dicunt, sed ipsę dimensiones corporis quanti, quibus proprie accidit situs. Vnde Philosophus arguit contra ponentes ideas & q̃ dato etiam, q̃ vacuum esset totum, spatium super terram, adhuc corpus sensibile nõ posset esse simul cũ illis, propter dimensiones quãtitatis, per nullã autem proprietatem corporis gloriosi possent remoueri dimensiones a corpe, natura corporis remanẽte. Et iõ dicendũ est, q̃ hoc miraculose Christus fecit virtute suæ diuinitatis qñcunque in sanctis simile contingeret miraculosum esset. & ꝓp nouum miraculum fit. Et hoc expresse dicũt Aug. & Greg. Dicit enim Aug. Quæris qõ per oſtia clausa intrare potuit. Si comprehendis modum non est miraculũ. Vbi deficit rõ, ibi est fidei ædificatio. Et subdit. Ille quippe non eis aperis intrare potuit, quo nascẽre virginitas matris inuiolata permãsit. Sicut ergo ortꝰ eius ex virgine matre virtute suæ diuinitatis miraculosus fuit, sic introitus iste. Mystice aũt per hoc datur intelligi, q̃ Christus nobis apparet, qñ fores, idest, sensus exteriores sunt clausi in oſone. Mat. 6. Tu aũt cũ oraueris intra in cubiculũ, Et fine mũdi, qñ quæ paratæ erãt, intrabũt ad nuptias, & postea claudẽt ianua vt habet Mat. 25. Dispõ discipulorũ describi imitanda. q. a cõgregati erãt. Quod quidẽ nõ vacat a mysterio. Chrs enim ad cõgregatos venit. Spiritusſanctus ad cõgregatos descendit, quia Chrs & spiritusſanctus *non nisi in charitate cõgregatis* adsunt. Mat. 18. Vbicũque fuerint duo vel tres congregati, &c.

b HIc ponitur ipsa apparitio Christi quantum ad tria. Primo quantũ ad Christi præsentiã quam exhibuit. Secũdo quantum ad salutationẽ quam eis protulit. Tertio quantũ ad sui certam manifestationẽ, quã eis ostendit. Præsentiam autem suam exhibuit eis Christꝰ absque omni dubio. quia {Venit & stetit in medio discipulorum} Venit quidẽ personaliter ipse idẽ sicut eis promiserat. supra 14. Vado & venio ad vos. Sed {stetit in medio} vt omnes certitudinaliter agnoscerent. Vnde arguuntur Iudæi qui eum non cognouerunt. supra 1. Medius autem vestrum stetit, &c. Item {stetit in medio discipulorum,} vt ostendat conformitatem humanæ naturæ quam habet ad eos. Ecclesiast. 1. Circa illum corona fratrum, quasi plantatio cedri in mõte libano. Item {stetit in medio.} per condescensionem, quia inter eos conuersatus est sicut vnus ex eis. Ecclesiast. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Luc. 22. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Item ad designandum, quòd nos debemus esse in medio virtutis Isa. 30. hęc via ambulate in ea, neque ad dexterã neque ad sinistram. Qui enim excedit in plus, diuertit ad dexterã. qui autem deficit in minus, vadit ad sinistram. Salutationis autẽ verba eis protulit dicẽs {Pax vobis.} Sed hæc fuit necessaria. Erat enim eorum pax multipliciter perturbata, & quantum ad Deũ. Contra quem quidam peccauerunt negando, quidam fugiendo. Mat. 26. Omnes vos scãdalum patiemini in me, &c. Et cõtra hoc proposuit ejs pacem reconciliationis ad Deum. Ro. 8. Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Hanc enim per passionem fecit. Item quantum ad seipsos, quia tristes erant, & in fide dubii. Et hanc etiam pacẽ factã proposuit. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Item quantum ad exteriores: quia a Iudæis persecutiones persequebantur. Et contra hoc dicit eis. {Pax vobis} contra Iudæorum. s. persecutiones. supra 14. Pacem meam do vobis, pacem, &c. Certam aũt sui manifestationem ostendit eis per manus & latus. Vnde sequitur {Hæc cum dixisset ostendit eis manus & latus.} quia in eis specialiter remanserunt signa passionis suæ. Luc. vlti. Videte manus meas & pedes meos, q̃ ego ipse sum. Sic & in gloria se ostender. supra 14. Si quis diligit me sermonẽ meum seruabit. & infra. Manifestabo ei meipsum.

c HIc ponitur apparitionis effectus qui est gaudium in cordibus discipulorum de visione domini, quam promiserat eis supra 16. Iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrũ. Sed hoc gaudium implebitur in patria. s. bonis ex aperta visione Dei Isa. vlti. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa, &c.

d INtingit Apostolis officium. Et primo præmittit pacis vinculum: secundo iniungit officium, ibi. {Sicut misit me, &c.} Dixit ergo eis iterum. {Pax vobis.} Hoc dixit eis contra perturbationẽ duplicem. Nam contra perturbationem præsentem a Iudæis dixit eis primo. {Pax vobis.} Sed contra conturbationem, factam a gentibus {Dixit eis iterum pax vobis.} supra 16. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Nam ad gentes mittendi erant. Et ideo statim subditur iniunctio officij {Sicut misit me pater, &c.} In quo ostendit se mediatorem inter Deum & homines. 1. Thessalo. 3. Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, &c. Hoc erat ad consolationem discipulorum, qui cognoscentes auctoritatem Christi, sciebant eum mittere ipsos auctoritate diuina. Item considerantes dignitatem propriam, scilicet quòd habebant officium proprium Apostolicũ. Apostolus enim idẽ est, quòd missus. Dicit ergo {Sicut misit me pater, & ego mitto vos,} idest, sicut pater diligens me misit in mundum ad passionem tolerandam pro salute fidelium. supra 4. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mũdum: sed vt saluetur mundus per ipsum, ita ego diligens vos, mitto vos ad tribulationes sustinẽdas pro nomine meo. Mat. 11. Ecce ego mitto vos, &c. Secundo datur eis idoneitas officii per dationem spiritusſanctũ. 2. Corinth. 3. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ sed spiritu. Vnde sequitur.

e ET circa hanc dationem primo præmittit dationis signũ, q̃ est insufflatio. Vnde dicit {Insufflauit.} Simile habetur Genes. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quod primus homo deprauauit. s. vitæ naturalis. sed hoc Christus reparauit, dãdo spiritum sanctum. Nec est intelligendum q̃ huius status Christi fuerit spiritusſanctus, sed signum eius. Vnde August. dicit 4. de Trinita. status ille corporeus substantia spiritusſanctũ non fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tamen:

a patre: sed etiam a filio procedere spiritusanctum. Notandum autem quòd super Christũ spiritusanctus missus est. Primo quidem in columbę specie in baptismo. supra 3. Et in specie nubis in transfiguratione. Mat. 17. Cuius ratio est, quia gratia Christi, quę datur per spiritumsanctum deriuanda erat ad nos per propagationem gratiæ in sacramentis, & sic descendit in specie columbæ in baptismo, quæ est animal cœcundum. Et per doctrinam. Et sic descẽdit in nube lucida. Vnde & ibi ostenditur doctor. Vnde dicit. Ipsum audite. Super Apostolos autem primo descendit in flatu, ad designandam propagationem gratię in sacramentis cuius ipsi ministri erant. Vnde dicit. Quorum remiseritis peccata, &c. Mat. vlti. Euntes ergo baptizate eos in nomẽ patris, &c. Secũdo vero in igneis linguis ad significandam propagationem gratiæ per doctrinam. Vnde dicit Act. 1. Quòd postquam repleti sunt spiritusancto, statim cœperunt loqui. Secundo ponit dationis verba, dicens. {Accipite spiritumsanctum.} Sed numquid hic acceperũt spiritumsanctum? Videtur quòd non: quia cum nondum ascendisset in altum, non debuit dona dare hominibus. Et quidem secundum Chryso. quidam dicunt, ꝙ Christus non dedit eis hic spiritumsanctum: sed preparauit eos ad dationem futurã in Pentecoste. Et mouentur ad hoc, quia Daniel. 10. dicitur, quòd non potuit sustinere visionem angeli, vnde isti nisi præparati potuissent sustinere spiritussancti aduentum. Sed tamen ipse Chryso. dicit spiritussanctus datus fuit hic discipulis, non communiter ad omnia: sed ad aliquem effectum, scilicet ad dimittendum peccata. Sicut Mat. 10. ad faciendum miracula. Augustinus autem & Gregorius dicunt, quòd spiritussanctus habet duo præcepta dilectionis, scilicet Dei & proximi. & ideo primo datus fuit in terra ad designandum præceptum dilectionis proximi. Secũdo de cœlo ad designandum præceptum dilectionis Dei. Tertio ponitur dationis fructus. {Quorum remiseritis, &c.} quòd conueniens effectus est spiritussancti, scilicet remissio peccatorum. Nã ipse charitas est, & per eum nobis datur charitas. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nobis. Remissio autem peccatorum nõ fit nisi per charitatẽ. Quia Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. 1. Petri. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Hic ergo primo quæritur de hoc quod dicit {Quorũ remiseritis peccata.} cum solus Deus peccata remittat. Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ solus Deus culpam: sed sacerdos absoluit tantum a reatu pœnæ, & denunciat eum absolutum a macula culpę. Sed hoc non est verum. Nam sacramentum pœnitentiæ cum sit sacramentum nouæ legis confert gratiam: sicut & in baptismo confert: sed in baptismo sacerdos baptizat instrumentaliter, & tamen confert gratiam. Ergo similiter in sacramento pœnitentiæ sacramentaliter & ministerialiter absoluit a pœna & culpa, inquantum dat sacramentum in quo peccata dimittuntur. Quod autem dicitur, ꝙ solus Deus peccata dimittit, verum est auctoritate. Sic etiam solus Deus baptizat: sed sacerdos ministerio, vt dictum est. Item queritur de hoc quod dicit. {Accipite spiritumsanctum, &c. Videtur ergo quòd qui non habet spiritumsanctum non possit peccata dimittere. Ad quod dicendum quòd si remissio peccatorum esset proprium opus sacerdotis, id est, quòd ex sua virtute hoc faceret, non vtique posset sanctificare nisi sanctus. Remissio autem peccatorum est proprium opus Dei, qui propria virtute & auctoritate peccata dimittit. Sacerdotis autem non est nisi sicut instrumẽti. Sicut ergo dominus per seruum & ministrum suum siue sit bonus siue malus potest facere voluntatem suam ad exequendũ aliqua, ita & dominus per ministros, etiam si mali sint potest sacramenta conferre in quibus datur gratia. Item quæritur de hoc qd dicitur. {Quorum remiseritis peccata remittũtur eis.} Ad quod dicendum est, quòd sicut dictum est, Sacerdos in sacramentis agit sicut minister Dei. 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei. Eodem ergo modo, quo Deus remittit & retinet peccata, simul & sacerdos. Remittit autem Deus peccata largiendo gratiam. sed dicitur retinere non largiendo eam propter impedimentum ex parte recipientis: sic & minister remittit peccata inquantum impendit sacramentum Ecclesiæ. Et retinet inquantum aliquos indignos ostendit a sacramentorum receptione.

LECTIO V.

Posita Saluatoris apparitione. Hic agit Euangelista de discipuli dubitatione. Et primo ponitur discipuli absentia. Secundo ponitur sibi facta denunciatio, ibi. {Dixerunt ergo ei alij, &c.} Tertio obstinata eius dubitatio ibi. {Ille autem dixit, &c.} Absens autẽ discipulus describitur. Primo ex nomine: quia {Thomas} qui interpretatur abyssus siue geminus. In abysso autem duo sunt, scilicet profunditas & obscuritas. Abyssus ergo Thomas obscuritatem infidelitatis, quam habet ex se. Item abyssus ex profunditate miserationis, quã habet a Christo, vnde de hoc dicitur in Psalm. 41. Abyssus profunditatis, s. Christus Abyssum obscuritatis, scilicet Thomam inuocat miserando, & abyssus obstinationis, scilicet Thomas, abyssum profunditatis, scilicet Christum inuocat confitendo. Secundo ex dignitate, quia vnus ex duodecim, non quòd tunc 12. essent: quia iam Iudas interierat. Mat. 27. sed dicitur vnus de 12. quia erat electus ad eam dignitatem, quam Deus sacrauerat duodenario numero. Mat. 10. Elegit 12. quos Apostolos nominauit. Et hunc numerũ Deus voluit semper esse integrum. Tertio ex interpretatione. {Qui dicitur Didimus.} Thomas enim est nomẽ syrum, vel Hebræum, & habet duas interpretationes, scilicet geminus & abyssus. Geminus autem Latine, Græce dicitur Didimus. Et ideo qa Ioan. in Græco scripsit Euangelium posuit {Didimus.} Dicitur autem geminus, quia forte fuit de tribu Beniamin, in qua aliqui vocabantur gemini. Vel etiam omnes. Vel potest hoc referri ad eius dubitationem, quia qui certus est, firmatus est in vnam partem, sed qui dubitat accipit vnam partem cum formidine alterius. Iste ergo Thomas {non erat cum eis.} scilicet discipulis {qũ venit Iesus.} Tardius enim rediit, quàm alii qui de die dispersi erant. Et sic amisit solatium Dominicæ visionis, pacis eulogiũ, & sancti spiritus afflatum. Instruimur autem per hoc a societate separari non debere. Hebr. 10. Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam. Sed vt Greg. dicit. non hoc casu, sed diuina gestum est voluntate, vt electus discipulus tunc deesset, sed diuinæ pietatis dispensatione, vt scilicet discipulus dubitans dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret in fidelitatis. Vnde in hoc apparent potissima signa altissimæ pietatis Dei. Et primo in hoc, quòd intantum diligit genus humanum, quòd aliquando permittit aliquas tribulationes fieri electis suis, vt inde aliquod bonum humano generi proueniat. Propter hoc. n. Apostolos, Prophetas, & sanctos Martyres permisit affligi. Ose 6. Propter hoc dolaui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei. 2. Corin. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione quę operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur. Sed quod adhuc mirabilius est, permittit aliquem sanctũ labi in peccatum, propter instructionem, vt quid enim permisit aliquos sanctos & iustos viros grauiter peccasse? sicut ꝙ Dauid adulter fuit & homicida, nisi quòd ex hoc instructi cautiores simus & humiliores? Vt qui existimat stare videat ne cadat. Et qui cecidit, adiiciat vt resurgat. Vnde Ambr. dicit Theodos. Imperatori. Securus es errantem. sequi studeas pœnitentẽ. Et ideo dicit Greg. quòd plus profuit a nobis Thomæ infidelitas ad fidẽ, quàm fides credentium discipulorum. Consequenter cum dicit.

b PONit denunciationem: quia statim non venit Thomas. {Dixerunt autẽ ei alii discipuli. Vidimus Dominum.} Et hoc est ex ordinatione diuina, vt quod vnus accipit a Deo, communicet aliis. 1. Petr. 4. Vnusquisque gratiam, quam accepit, &c. Et: Isa. 22. Quæ audiui a Domino exercituum. &c. Genes. 23. Vidi Dominum & salua, &c. Consequenter cum dicit.

c PONitur obstinata Thomæ dubitatio. Et quidem satis fuisset excusabilis, quòd non statim credidit: quia vt dicit Ecclesiast. 18. Qui cito credit, leuis est corde. Sed multum inuestigare, præsertim vbi de secretis Dei agitur, grossities mẽtis est. Prouerb. 25. Sicut qui mel multum comedit non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Ecclesiast. 3. Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quę præcepit Deꝰ tibi, illa cogita semper, & in pluribus operibus eiꝰ ne fueris curiosus. Circa Thomam considerandum est, quòd durus fuit ad credendum & irrationabilis ad petẽdum. Durus quidem, quia noluit credere nisi sensibili argumento, & non tantũ vnius sensus, sed duorum scilicet visus {Quia nisi videro, &c.} & tactus {& mittam manum, &c.} Irrationabilis vero fuit, quia petebat vulnera videre ad comprobationem fidei. Cũ maius videret, scilicet totius hominis resuscitati reparationẽ. Et licet Thomas propter sui dubietatem diceret, tamen hoc diuinitus factum est propter nostram vtilitatem & ædificationem. Certũ est enim, quòd qui se totum hominem reparauit resurgendo, potuit etiam vulnerum cicatrices extergere, sed seruatę sunt propter nostram vtilitatem.

LECTIO VI.

Ec agitur de secunda apparitione Dñica, qua apparuit omnibus discipulis præsente Thoma. Et primo ponit Christi apparitionem. Secundo discipuli confirmationem, ibi. {Deinde dixit Thomę, &c.} Tertio eorũ quæ dicta sũt in Buãgelio recapitulationẽ ibi. {Multa quidẽ & alia signa, &c.} Circa primũ tria facit. Primo describit apparitionis tempus. Secundo manifestat pſonas quibus apparuit. Tertio modũ apparitionis ostendit. Tempus quidẽ, quia {post dies octo.} s. a die resurrectionis Dñicæ, in cuius sero facta fuit prima apparitio. Cuius quidẽ vna rõ literalis est, vt ostenderet etiam Euangelista, ꝙ licet Christus pluries apparuisset discipulis, non tũ continue conuersatus est cum eis, cũ non ad eundẽ viuendi modũ surrexerit, sicut nec nos ad eandẽ vitam resurgemus. Iob. 14. Cunctis diebus quibus nũc milito ex pecto, donec veniat immutatio mea. Secũdo vt Thomas interim audiens à discipulis apparitionem præcedentẽ, accendatur ad maius desiderium, & fidelior fieret ad credendum. Alia rõ mystica est: quia hmõi apparitio illã designat: qua nobis apparebit in gloria. 1. Ioan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, &c. Quæ quidẽ apparitio erit in octaua ætate resurgentium. Quibus aũt apparuit ostendit subdens. {Iterum erãt discipuli eius intus & Thomas cũ eis.} Vbi notandũ, ꝙ Thomas solus hac apparitione indigebat, non tñ ei singulariter Dñs apparuit sed in congregatione existenti, ad designandum ꝙ singularitates non sunt multũ Deo acceptæ, sed hi qui in cõmunitate charitatis existũt. Mat. 18. Vbi fuerint duo vel tres congregati, &c. Similiter etiã hi quibus nunc apparet non sunt collecti simul in vnũ, sic nec in ipsa apparitiõe simul oẽs fuerunt, sed in futura simul oẽs erunt, ita quòd nullus deerit. Mat. 24. Vbi fuerit corpus cõgregabunt & aquilę. & infr. Mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & cõgregabũt electos eius a quatuor vẽtis a summis cœlorũ, vsque ad terminos eorũ. Modũ aũt apparendi ostendit dicens. {Venit Iesus ianuis clausis & stetit in medio & dixit, &c.} Quod supra est expositũ. Nihilominus tñ ponit circa hoc tria. Nam primo ponit modũ venien di: quia ianuis clausis, quod miraculose factum est, vt dicit Augustinus. Et hoc virtute, qua sup mare siccis pedibus ambulauit. Secundo modum standi: quia in medio vt ab omnibus videretur, & decebat vt in medio staret. Tertio modum loquendi quia. {Pax vobis.} s. reconciliationis quam annunciauit facta ad Deũ. Ro. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Col. 1. Pacificans p sanguinem crucis eius, siue quę in cœlis, siue quæ in terris sunt. Itẽ æternitatis & immortalitatis futurã, quã promisit eis habiturã. Psal. 147. Qui posuit fines tuos, &c. Item charitatis & vnitatis, quam præcepit eis seruanda. Mat. 9. Pacem habete inter vos.

b HIc ponitur confirmatio & reuocatio discipuli dubitantis. In quo apparet scẽm signũ diuinæ pietatis, ꝙ electis suis in casu cito subuenit, licet cadãt. Cadunt. n. electi aliquando sicut & reprobi, sed differenter: quia reprobi franguntur. Electis vero cito Dñs supponit manũ suã, vt resurgant. Psal. 26. Cũ ceciderit iustus nõ collidetur, quia Dñs supponit manũ suã. Itẽ si dicebã motus est pes meus, misericordia tua, &c. Et iõ statim supponit Thomæ lapso manũ, ita vt cum diceret. Nisi videro nõ credã. Reuocat dicens. {Infer digitum tuũ huc.} Et circa hoc tria ponuntur. Primo cicatricum exibitio. Secũdo Thomæ cõfessio, ibi. {Respondit Thomas, &c.} Tertio tarditatis eius reprehẽsio, ibi. {Quia vidisti me, &c.} Notandũ aũt circa primũ, ꝙ Thomas petijt cõditiones vt crederet. s. videre & palpare cicatrices {vt dictũ est.} Vt si hoc sibi fieret, promisit se crediturũ. Et ideo Dñs cũ hæc diceret præsentia suæ diuinitatis assistens, seruatis illis conditionibus reuocat eũ. Vnde primo exhibet conditionẽ. Secundo petit promissi solutionẽ, ibi. {Noli esse incred. &c.} Cõditio fuit palpare cicatrices. & ideo dicit. {Infer digitũ tuũ.} Sed hic oritur dubitatio: qa in corporibus glorificatis nullus põt esse defectus. Cicatrices aũt sunt defectus quidã. Quo ergo fuerũt in corpore Christi? Ad hoc respõdet Aug. in lib. de symbolo, sic dicẽs. Posset aũt de corpore suscitato & glorificato omnẽ maculã cuiusliber cicatricis in suo corpore abstergere. Sed sciebat quare cicatrices in suo corpore seruaret. Primo quidẽ vt demõstraret Thomę nõ credẽti, nisi tãgeret & videret. Deinde vero ad exprobandũ infidelibus & peccatoribꝰ in iudicio. Nõ vt eis dicat sicut Thomæ. Quia vidisti me, credidisti. Sed vt cõuincens eos dicat. Ecce hominem quem crucifixistis; videte vulnera quæ infixistis, agnoscite latus, quod pupugistis: quoniam & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis. Iuxta hoc etiam quæritur: vtrum in corporibꝰ martyrũ remaneant vestigia vulnerũ? Sed ad hoc similiter respondet Aug. 22. de ciui. Dei. ꝙ remanebũt quidem, non ad turpitudinẽ, sed ad immensum decorẽ, sic dicens. Non hoc in eis deformitas: sed dignitas erit: & qdẽ in corpe, nõ corporis: sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tñ si aliqua martyribus amputata vel ablata sũt membra: sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: quibus dictum est. Capillus de capite vestro nõ peribit, sed vbi membra, vt præcindentur percussa sunt vel secta, ibi cicatrices: sed in eisdẽ membris redditis non perditis apparebunt. Sed secundum Gregor. Cum quod incorruptibile est palpari non possit, quomodo dominus corpus suum quod incorruptibile erat palpandum præbuit? Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Vnde hac ratione motus Euthices hæreticus dixit, quòd corpus Christi, & corpora omnium resurgẽtium non erunt palpabilia, sed subtilia & spiritualia ad modum venti, & spiritũ. Sed quia hoc est contra illud quod dominus dicit Luc. vlti. Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet. Incorruptibilem ergo & palpabilem se dominus demonstrauit: vt ostenderet corpꝰ suum esse post resurrectionem eiusdem naturæ, quòd fuerat corruptibile, & induerat incorruptionem. 1. Cor. 3. Et alterius gloriæ: quia quod crassum & ignobile fuerat surrexit in gloria, & subtile per effectum spiritualis potentiæ. Sed addit {Et vide manus} quæ pependerunt in cruce {Et mitte in latus} lancea perforatum, & cognosce me illum eundem esse: qui pependit in cruce. Mystice autem per digitum discretio designatur, per manus opꝰ nostrum. Moner ergo & digitum & manus in latus suum mittere, vt quicquid nobis est discretionis; & operis, in Christi seruitium expendamus. Galat. vlti. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini, &c. Et petit promissi solutionem, dicens. {Et noli esse incredulus sed fidelis.} Apocaly. 3. Esto fidelis vsque ad mortem. Consequenter cum dicit.

c PONitur Thomæ confessio. Vbi apparet quòd statim factus est Thomas bonus theologus, verã fidem confitendo. Quia humanitatis Christi, cum dicit {Dominus meus.} Sic enim vocabant eum ante passionem. sup. 14. Vos vocatis me magister & domine. Item diuinitatis: quia {Deus meus.} Ante enim non vocabant eum Deum: nisi quòd Petrus dixit Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. 1. Ioan. vlti. Hic est verus Deus & vita æterna. Psalm. 117. Deus meus, & confitebor, &c. Tarditatem autem Thomę dominus arguit dicens.

d ET primo reprehendit eius tarditatem: secundo commẽdat aliorum ad credendum facilitatem, ibi. {Beati qui non viderunt & crediderunt.} Dicit ergo {Quia vidisti me.} Vbi est vna dubitatio, quia cum fides sit substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, vt dicitur Heb. 11. quõ hic dominus dicit. {Quia vidisti me credidisti?} Sed dicẽdum, ꝙ aliud vidit, & aliud credidit. Vidit hominem & cicatrices, & ex hoc credidit diuinitatẽ resurgẽtis. Sed secũda dubitatio est, quia Thomæ petenti, Nisi videro & tetigero, Deus verũq; exibuit. s. tactũ & visum. ergo debuit dicere, quia vidisti, tetigisti, & credidisti. Respõdeo, dicendum ꝑm Augu. quòd sensu visus vtimur pro quolibet sensu, dicimꝰ enim, vide quõ caleat, quomodo sonat, quomodo sapit, quomodo redolet. Dicit ergo: infer digitum tuum huc & vide. non quòd in digito sit visus, sed dicitur quasi tange, & experire, ita & hic. {Quia vidisti me.} id est, quia expertus es etiam per tactum. Vel dicendum: ꝙ Thomas videns vulnera & cicatrices cõfusus est in seipso, & antequã poneret digitum credidit, & dixit {Dominus meus & Deus meus} Sed tamen Greg. dicit, ꝙ retigit & ad visum confessus est. Consequenter cum dicit.

e COmmendat facilitatem aliorum ad credendum. Et hoc specialiter ad nos pertinet. Vtitur autem præterito pro futuro propter certitudinem. Sed contra hoc Luc. 10. dicitur. Beati oculi qui viderunt quæ vos videtis. Ergo magis beati qui viderunt quàm qui non viderunt. Respondeo, ꝙ duplex est beatitudo, vna est rei quæ consistit in munere diuino, de quo quanto alicui plus conceditur tanto beatior est. Et sic quantum ad hoc beati sunt oculi qui vident, quia hoc est munus gratiæ. Alia est beatitudo spei quæ consistit in merito. Vnde secundum hanc tanto quis est beatior, quanto potest plus mereri. Plus autem meretur qui credit, & non vidit, quàm qui videns credit.

f HIc ponitur epilogus. Et primo ponitur insufficiētia huius scripturæ. Secundo eius vtilitas, ibi. {Hæc autē scripta sunt vt credatis, &c.} Insufficientia quidē apparet, quia multa & alia fecit Iesus signa, & facta q̄ non sunt scripta in libro hoc. Iob 26. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarū eius, &c. Ecclesiast. 43. Multa sunt abscōdita maiora his, pauca enim videmus eius. Sed ſm Chryſo. hoc ideo dicit, quia pauciora miracula narrat Ioannes, q̄ alij Euangelistæ. Et ideo ne videretur ea negare dicit hoc. et ideo specialiter subdit, { Quæ non sunt scripta in Libro hoc.} Vel hoc refertur ad passionē & resurrectionē, qua si multa ostēsiua suæ resurrectiōis post resurrectionē fecit in conspectu discipulorum, quæ nō ostēdit alijs. Act. 10. Dedit eū manifestum fieri nō omni populo, sed testibus præordinatis a Deo. Ponitur & huius vtilitas, quia effect⁹ fidei. quia {hæc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitā habeatis in nomine eius.} Ad hoc enim est tota scriptura noui & veteris testamenti. Psal. 39. In capite libri scriptū est de me. supra 5. Scrutamini scripturas, qm̄ ipse sunt quæ testimoniū perhibent de me. Itē fructus vitæ, quia {vt credentes vitā habeatis.} Hic vitā iustitiæ, quæ habetur p fidem. Abac. 1. Iustus autē meus ex fide viuit, & in futuro vitam spei, quæ habetur p̄ gloriā & { in noſe eius}. ſ. Christi. Act. 10. Nō est aliud nomē sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri.

f Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorū, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autē scripta sunt vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

CAPVT XXI.

LECTIO PRIMA.

G POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare tyberiadis.

LECTIO PRIMA.

POsitis duabus apparitionibus Christi ad discipulos⁹ hic ponit Euangelista tertiam apparitionē. Et si ordinem & finē harum apparitionū consideremus, patet q̄ in prima ostendit suæ diuinitatis auctoritatē spiritum sanctū ibi insufflando. In secunda personæ identitatē, cicatrices ostēdendo. In tertia naturæ resurgentis veritatē cum eis comedendo. Diuiditur autē hæc pars in duas. In prima ostēdit quid cōiter discipulis pluribus dñs exhibuit. In secūda quid specialiter duobus prædilectis, ibi. {cum ergo prandissent, &c.} Circa primū primo ponitur apparitionis titulus. Secūdo apparitionis modus, ibi. {Manifestauit autē sic, &c.} Tertio apparitionis epilogus, ibi. {Hoc iā tertio.} In titulo autē tria designātur ſ. tempus, modus, & locus. Tempus quidem, quia {postea}. i. post prædicta. Quod signanter dicit. quia vt dictū est, non continue erat cū eis, sed per vices eis apparebat. Cuius ratio est, quia non surrexerat ad eandem vitā, sed ad gloriosam, in qua sunt angeli & erunt beati. Dan. 2. Exceptis diis. i. angelis quorū conuersatio non est cū hominibus. Sed cū supra fecerit quādam conclusionem dicens: Hæc autē scripta sunt. Quare addit hic hanc narrationē? Ad hæc Augu. assignat rationē mysticam. Per hanc enim apparitionē significatur gloria futuræ vitæ, qm̄ nobis apparebit sicuti est. Et ideo post finē hanc posuit vt faceret euidentiorē locum quo illā daret intelligi. Modum vero ponit, quia {manifestauit se, &c.} In natura enim corporis gloriosi est, & virtute, vt possit videri, & non videri, sicut vult, a corpore nō glorioso, & ideo dicit {Manifestauit}. i. se visibilē præbuit. In hoc etiā modo dicit apparere, quod idē est qd̄ manifestari. Act. 1. Per dies quadraginta apparens eis. Nā vt Ambrosius dicit, Id apparet in cuius potestate est videri, & nō videri. Locus autē est {ad mare tyberiadis.} quod est mare galileæ: sed tyberiadis dr̄ a Tyberiade ciuitate ædificata in honorē Tyberij Cæsaris. Ponit autem hoc Euāgelista. Primo quidē vt ostendat completā esse promissionē factam discipulis. Mat. 27. Præcedet vos in Galileam. Secūdo vt ostendat qm̄ dñs plurimum timorem de cordibus discipulorum abstulerat, vt de reliquo iā non in domo manerent inclusi, sed longe procedunt vsque in Galilæam. Consequenter cum dicit,

b POnitur ipsa apparitio. Et primo ponūtur personæ quibus facta est. Secundo ipsarū personarum officium, ibi. {Dixit eis Simon Petrus, &c.} Tertio apparitionis modum, ibi. {Mane autem facto, &c.} Personæ autem quibus se manifestauit sunt septem. vnde dicit {Erant autem simul Simon Petrus} qui negauerat. {& Thomas qui dicitur Didymus} qui in prima apparitione non fuerat. {& Nathanael qui erat a cana Galilææ. qui vt ait frater Philippi erat, de quo supra. 2. {Et filij Zebedęi}. ſ. Iacobus & Ioannes. {& alij ex discipulis eius duo.} qui non expresse nominantur. Per hunc autem numerum mystice significatur futuræ gloriæ apparitio, quæ erat post septimā ætatem. ſ. in octaua quæ est resurgentiū. Isa. vlt. Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. Officiū autem quo occupati erāt est piscationis. Vnde dicit.

b Manifestauit autem sic. Erāt simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nataniel qui erat a Cana Galileæ, & filij Zebedęi, & alij ex discipulis eius duo.

c ET primo ponit Petri inuitatio ad hoc officium. Secundo aliorum assensus. Tertio officij executio. Inuitat quidē ad officium dicēs {vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.

c Dixit eis Simon Petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.

d Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, nō tamē cognouerunt discipuli quia Iesus est. Per quē quidem mystice significatur prædicationis officium. Mat. 4. Faciam vos fieri piscatores hominum. Sic ergo dixit Petr⁹ {vado piscari.} Per quod mystice significat, quòd alios assumit in partem suæ solicitudinis & prædicationis. Exo. 18. Lenius tibi sit partito in alios honore. Sed contra Luc. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum, &c. Constat autem, quòd Petrus dimiserat piscationem: quomodo ergo redit & respexerat retro? &c. Responsio secundum Aug. Si rediſſet ad officium piscationis ante resurrectionem Christi & vulnerū inspectionem, puta remus eum ex desperatione hoc fecisse. Nunc vero post eū sibi de sepulchro reditum viuum, post inspecta vulnerū loca, & acceptum eius insufflatione spiritum sanctum, facti sunt sicut fuerant piscium piscatores. Per quod datur intelligi, q̄ prædicator potest ex arte sua licita victum necessariū quærere, sui apostolatus integritate seruata, si aliunde non habeat. Et enim beatus Paulus vt alios non grauaret, artem quam non nouerat didicit: vt sibi necessarium acquireret victum, quanto magis Petrus de arte sua licita potuit hoc facere? Sed dicit, q̄ hoc est faciendum, quando non habet aliunde. Sed cōstat, quod semper habet & habuit, quia Dñs promisit dicens: Quærite primum regnū Dei & hæc omnia adijcientur vobis. ſ. necessaria. Ad quod dicendum est, q̄ verum est, quòd adijciūtur, sed nobis cooperātibus. Et ideo Dñs Petro cooperāte hoc impleuit. Nā quis alius pisces qui caperent appositnisi ipse Dñs? Sed notandum secundum Greg. quòd duplex est officium. Vnum quod occupat mentem & impedit spiritualia, & ad tale officium non est redeūdum, nec eo procurandū victum. Sicut est vectigal, & huiusmodi. Vnde Mat. non legimus rediſſe ad theloneū. Est autem & aliud, quod sine peccato & mēris occupatione exercerī pōt, sicut est officiū piscationis huiusmodi, & ideo hoc negotium post conuersionem repetere, culpa non fuit. Assensus autem aliorum ponitur, cū dicit. { Venimus & nos tecum.} In quo datur exemplum prædicatoribus & prælatis cohortandi se mutuo ad conuersionem. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Eccl. 50. Circa illū corona fratrum quasi plantatio cedri in Monte Libano. Executio vero officij ponitur cum dicit. {Exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderūt.} Et tangit tria quæ debent facere prædicatores. Primo quidem exire a peccatorum conuersatione. 2. Cor. 6. Exite de medio eorum, ſ. Caldæorum & separamini dicit Dñs, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, a carnalium affectione. Gen. 13. Egredere de terra tua, &c. et a quietis cōtemplatione. Can. 7. Egrediamur in agrū, cōmoremur in vineis, mane surgamus ad vineas, &c. Secundo debent ascendere in nauem. i. proficere in charitate vnitatis Ecclesiæ, quę dicitur nauis. 1. Pet. 3. In diebus Noe cū fabricaretur archa, in qua, pauci. i. octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Item in naui crucis assumendo carnis mortificationem. Gal. vlti. Mihi absit gloriari nisi in cruce, &c. Sap. 8. Bndictum signum per quod fit iustitia. Tertio tali de adiutorio Christi fiducia. Vnde {tota nocte illa nihil prēdiderunt,} quia quādiu deest auxilium diuinū, & interior prædicator, frustra laborat lingua prædicatoris, sed tunc capiunt, quando venit lux corda illuminans. Psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Vnde hoc modo nox dicitur carentia diuini auxilij. Io. 9. venit nox quando nemo potest operari. Vel {in nocte, idest,} in veteri Testamento, { nihil prendi.} quia non potuerunt gentes ad fidem adducere, Ro. 13. Nox præcessit. Secundum autem Aug. de nocte piscabantur: quia adhuc timidi erant. Modus autem apparitionis & ordo ponitur cum dicit.

d ET primo exhibet corporalem inspectionem. Secundo sui cognitionem ibi. {pueri nunquid, &c.} Tertio familiarem comestionem, ibi. Dixit eis Iesus, afferte, &c.} Dicit ergo. {Mane autē iam facto.} Mystice autem per mane intelligitur gloria resurrectionis. Psal. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. Item status vitæ æternæ. Psal. 5. Mane astabo, &c. Sed cum ante passionem in simili miraculo non steterit in littore, sed in naui, quare post passionem in littore stat? Cuius ratio est, quia mare commotionem pręsentis sęculi significat: Littus autē est terminus maris. Hiere. 5. Posuit arenam terminum mari præceptum sempiternū, quod nō præteribit. Christus autem ante passionē in mari stetit, quia corpus mortale habebat. Sed post resurrectionem iam corruptionem carnis excesserat, ideo in littore stetit. Ex ignorantia discipulorum est: {quia non cognouerunt eum, quia Iesus est.} Per quod datur intelligi, quòd in mari huius fluctuationis nō possumus Christi secreta cognoscere. Isa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Consequenter cum dicit.

e INducit eos ad cognitionem suā. Et primo ponitur reductio ad sui cognitionē. Secundo ordo, ibi. {Dixit ergo discipulus ille, &c.} Circa primū tria facit. Primo ponitur Dñi inquisitio de pulmēto: d. {Pueri: Nūquid pulmentariū habetis?} Credebāt enim discipuli q̄ non esset Christus, sed aliquis piscū emptor, & ideo loquitur eis vt emptor. Mystice autē a nobis pulmentū petit vnde, reficiatur, quod est obedientia mandatorū Dei. su. 6. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. {Responderunt ei}. ſ. discipuli, {Non}. ſ. a nobis ipsis. Rom. 7. Nā velle adiacet mihi, perficere autē bonum non inuenio. Secundo mandatū. {Mittite in dexteram nauigij, &c.} Sed Luc. 13. Simile habetur factum, non tū præcepit eis vt mitterent ad dexterā, sicut hic. Cuius ratio est, quia per hanc significatur piscatio, per quā prædestinati trahuntur ad vitā æternam, ad quā non introducūtur nisi filij dexteræ. Prouer. 4. Vias quæ a dextris sunt nouit Dñs, peruersæ aūt sunt quæ a sinistris sunt. Psal. 117. Dextera Dñi fecit virtutem. In alia autē piscatione significabatur vocatio ad præsentem Ecclesiā. Et ideo indifferēter ex omni parte mittitur rete, quia capiuntur & trahuntur ad ipsum de singulis. Luc. 14. Exi cito in plateas & vicos. Consequenter ponitur obedientia discipulorum, cum dicit. {Miserunt ergo rete,} & effectus obedientiæ. quia {iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium}. i. saluandorum. Gen. 22. Benedicentur in semine tuo oēs gentes, quia obediſti voci meæ. Apo. 4. Vidi turbā magnam, quā dinumerare nemo poterat. Differt aūt hæc piscatio ab illa, de Luca, quia in illa rumpitur rete. Sic Ecclesia scissuras patitur per dissensiones & hæreses. In ista autē non rumpitur rete, quia in futura vita nulla erit scissura. Item in illa pisces trahuntur ad nauem. In ista autē ad littus, quia sancti qui sunt in illa gloria, occulti sunt nobis. Psal. 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ a conturbatione hominum.

e Dixit ergo eis Iesus. Pueri: Numquid pulmentarium habetis? Responderūt ei: Non, Dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebāt illud trahere præ multitudine piscium.

LECTIO II.

B DIcit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro. Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

LECTIO II.

POsita inductione ad cognoscendum Christum, quæ fuit multitudo piscium captorum eis a Christo præstita. Hic consequenter ponitur ordo recognitionis. Et primo ponit quomodo in ea se habuit Ioannes. Secundo quo se habuit Petrus. Tertio quomodo se habuerunt alij discipuli. Ioannes autē vt perspicax in cognoscendo, statim Christum cognouit. Et ideo dixit Petro quem præ cęteris diligebat, & etiam quia prior erat inter alios. {Dñs est.} Motus ad hoc ex captura piscium. Psal. 88. Tu dominaris potestati maris. Et alibi. 134. Omnia quæcūq; voluit Dñs fecit in cælo & in terra. Dixit autē. {Dñs est.} quia isto nomine soliti erāt vocare eū. supra. 13. Vos vocatis me magister & Dñe. Petrus vero ponitur feruens ad consequendū, cuius feruor apparet. Primo quantū ad promptitudinē. vnde dixit. {Simon Petrus cū audisset quia Dñs est, succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij aūt discipuli, &c.} Simon Petrus cum audisset non distulit, sed statim præparat se ad eundū. Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad Dñm, neq; differas de die in diē. Secundo quantum ad reuerentiam eius ad Christū, quia noluit nudus præ pudore accedere {sed tunica succinxit se, erat enim nudus, & propter caliditatē terræ, & p̄p expeditionē operis. Et per hoc datur intelligi, q̄ veniētes ad Christum debent exuere veterē hominē, & induere nouum, qui ſm

A Deum creatus est in fide. Apo. 3. Qui vicerit, vestietur sic vestimētis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Tertio quantū ad eius securitatem, quia ex nimia dilectione noluit cū nauī ire: quia retardabatur: sed {misit se in mare,} vt citius peruenirret ad Christum. Mystice aūt per mare signatur tribulatio pręsentis sęculi. Vnde illi qui desiderant peuenire ad Christum in mare se miterūt, non refugiūt tribulationes huius mūdi. Act. 14. Per multas tribulatiōes oportet intrare nos in regnū Dei. Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutē Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationē. Petrus autem misit se in mare, & tū illęsus peruenit ad Christum: quia inter tribulationes securus & illęsus Christi seruus euadit. Sap. 14. Dedisti in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam. Et vt Chryso. dicit, ponitur hic optime cōditio Ioannis & Petri: quia Ioannes altior intellectu. Petrus feruentior affectu. Alij autem discipuli nauigauerūt, &c. Vnde primo ponit quid fecerunt, quia { nauigio venerunt:} quia minus feruentes Petro. Nauigium significat ecclesiam. Sapien. 14. Spes orbis terrarum ad ratem confugiens remisit sęculo semen nativitatis. Et per hanc signatur ecclesia, vt habetur 1. Petri 3. { Alij vero nauigio venerunt.} idest, protectū societate ecclesiæ, quæ est terribilis vt castrorum acies ordinata. Psal. 30. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Secundo assignat rationem prædictorum cum dicit. { Non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.} Quod potest esse ratio: quare Petrus se misit in mare scilicet, qa prope terram erat. vel quare isti cito peruenerunt. Et quidem non longe erant: quia ecclesia non longe est a terra viuentium. est enim domus Dei & porta cœli. Gen. 23. Et terram illam sancti quotidie contemplantur. 2. Cor. 14. Non contemplantibus nobis quæ videntur: sed quæ non videntur. Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Et dicit {cubitis ducentis.} Quod idem significant duæ naues. Luc. 5. scilicet duos populos: de quibus electi trahūtur ad vitam ęternam. Ephes. 2. Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem & reconcilians ambos in vno corpore Deo. Rete autem quo pisces trahuntur est doctrina fidei, qua quidem Deus trahit inspirando interius. Supra 7. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et Apostoli exhortando, vt hic.

b HIc ponitur quomodo Christus suis discipulis exhibet familiare conuiuium. Et primo conuiuij præparatio. Secundo Christi ad conuiuium inuitatio, ibi. { Dixit eis Iesus. Venite, &c.} Tertio ipsa conuiuij refectio, ibi. { venit Iesus & accepit, panem, &c.} Præparatio conuiuij describitur primo quantum ad ea quæ a Christo præparata sunt. Secundo quātum ad ea quæ a discipulis sunt allata, ibi. { Dixit eis Iesus. Afferte, &c.} A Christo autem sunt præparata tria. Primo pisces & panis. vnde dicit { vt ergo descenderunt de naui in terram, viderunt prunas} quas Christus sua potestate creauerat ex nihilo, vel ex aliqua præiacenti materia formauerat. Sed supra 6. Pauit turbam de panibus multiplicatis. Hic autem post passionem suam miraculose de nouo creat vel format: quia iam non est tempus infirmitatis ostēdendæ, sed potestatis manifestandæ. Nam id quod supra fecit ante passionem, fuit condescensionis, quia si voluisset potuisset de nouo creare vel formare. Per hoc autem datur intelligi, quòd in conuiuio spirituali præparatur à Christo aliquid. Et siquidem conuiuium hoc sumatur allegorice pro conuiuio ecclesiæ: sic Christus ista tria præparat, scilicet prunas charitatis. Prouerbiorum 25. Hæc autem faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Ezech. 10. Imple manum tuam prunis ignis. Has prunas Christus de cœlo portauit ad terras. supra 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicē. Itē Lucæ 12. Ignē veni mittere in terram. Item præparat piscem suppositis prunis: qui est Christus. Nam piscis assus, est Christus passus: qui super prunas ponitur, quando ex incendio charitatis ad nos immolatur in cruce. Ephesio. 5. Obtulit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Item idem. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectiōe sicut & Christus dilexit nos. Item præparat panes quibus reficitur, qui est ipse. Nam in quantum Christus latet per suam diminitatem dicitur piscis, cuius proprietas est latere sub aquis. Isaiæ 45. Vere tu es Deus absconditus. Sed inquantum nos reficit per doctrinā, &c.

etiam dat nobis corpus suum in cibum, vere panis est. supra 7. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Iaiæ 30. Panis frugum terræ tuæ erit vberrimus & pinguis. Sed ad hoc conuiuiũ oportet afferri aliquid ex parte ministrorum ecclesiæ, sed tamen nihil, nisi præexistat nobis a Deo. Quid autem afferatur, subdit.

c ET primo ponit mandatum dñi, Secundo executio discipuli. Præcipit autem vt afferant de piscibus ab eis captis, quasi diceret. Ego de di donum charitatis, assui corpus in cruce & proposui vobis panem doctrinæ, ex quo perficitur & roboratur ecclesia, vestrum est, vt vos alios capiatis, & isti; sunt qui conuertuntur ad prædicationem Apostolorũ. Psal. 28. Afferte domino filij Dei, Iaiæ vlt. Adducetis omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino. Si autem hoc conuiuium sumatur pro conuiuio morali. Sic Christus ad conuiuium animæ præparat primũ prunas charitatis. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus. Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram. Item piscem, idest, fidẽ absconditam, cum sit de non apparentibus. Hebr. 11. Item panẽ, idest, solidam doctrinam. Hebr. 6. Perfectorum autẽ est solidus cibus. Ad quod conuiuium ex parte nostra requiritur, vt bene vtamur gratia nobis cõcessa. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit. Vnde præcipit. {Afferte de piscibus, idest, portetis vestra bona opera, vobis data. Matthæi 5. Sic luceat lux vestra, &c. Et ideo consequenter ponitur executio discipuli, scilicet Petri qui feruentior erat. Vnde dicit {Ascendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenũ magnis piscibus, centum quinquagintatribus.} Ascendit in gubernaculum ecclesiæ. Cant. 7. Ascẽdam in statum perfectionis. Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit {& traxit rete in terram, quia ipsi sanctæ ecclesia est commissa, & ipsi specialiter dicitur; Pasce oues meas. infra eod. Quod ergo tunc Christus aperit in voce dicens, Pasce oues meas, hoc ipse nunc præfigurat in opere. Nam ipse pisces ad soliditatẽ littoris protrahit, quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendit. Sed dicit {rete plenũ magnis piscibus.} qa quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & magnificauit. Rom. 8. Et Eccle. 44. Homines magni virtute & prudentia sua præditi, annunciantes in Prophetis dignitatem & imperantes in præsenti populo & virtute prudentiæ sanctissima verba. In alia autem piscatione non additur numerus sicut hic. Fuerunt enim centum quinquagintatres. Quia in vocatione ad præsentem ecclesiam trahuntur boni & mali, vt dicitur Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. Vnde Gen. 28. dicitur Abrahæ de illa vocatione. Erit semen tuũ sicut arena quæ est in littore maris, quæ ponitur in mialam partem. Sed de ista dicit. Intpice stellas, & numera eas si potes. Hi enim numerantur a Deo quasi habiti in pretio. Psal. 146. Qui numerat multitudinem stellarũ. Sed numquid non plures saluabũtur q̃ centum quinquaginta tres? immo plures. Sed hic numerus aliquid mystice signat. Nullus enim potest ad patriam venire, nisi per obseruantiam Decalogi. nec hec obseruari potest nisi per se priformem gratiam spiritus sancti. De quo Isa. 11. Requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris dñi. Sanctificatio autem primo legitur facta in septimo die Gen. 1. Benedicens dici septimo, sanctificauit illũ, Decem autẽ & septem faciũt. 17. Si ergo numeretur tali ordine progressionis, vt primo accipiat vnũ & duo, quæ faciunt tria, & tria quæ faciunt sex, & quatuor quæ faciunt decem, & decem & quinque, quæ faciunt quindecim, & sic deinceps addendo numerum qui sequitur vsque ad decẽ, & septem: numero coniuncto, centũ quinquagintatres. Vel aliter. Hi discipuli q̃bus Christus apparuit erant septẽ. Multiplicando autem septẽ per septẽ; quæ sunt dona spiritus sancti, fiunt quadraginta nouem: quibus addas vnũ ad significandum vnitatis perfectionem, in qua esse debent filij Dei, qui spiritu Dei agũtur, fiunt quinquaginta: quibus triplicatis, & iterũ additis tribus ad significãdum fidem trinitatis; quæ in confessione cordis, & oris, & operis consistit; fiunt centũ quinquagintatres. Quia qui sunt perfectẽ septẽ donis spiritus sancti; & vniti in fide trinitatis peruenient ad patrem. Sed dicit {Et cũ tanti essent non est scissum rete.} In alia autẽ dicitur q̃ rumpebatur, quia in præsenti ecclesia, quæ per illã significatur, sunt multæ scissuræ scismatum, hereseum, seditionum, sed totaliter non rumpitur: Quia ergo vobiscũ sum vsque ad cõsummationem sæculi. Mat. vlt. Sed in futura patria quæ significatur per

c Dixit eis Iesus, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.
Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cum tãti essent, non est scissum rete.
d Dixit eis Iesus. Venite, prandete. Et nemo audebat dicum G bentium interrogare eum, tu quis es? scientes quia dñs est.
e Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter.
f Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.

F istam, idest, in illa pace sanctorum nulla erunt scismata. Psal. 47. Qui posuit fines tuos pacem. Consequenter cum dicit.

d PONitur inuitatio ad conuiuium præparatum. Et primo ponitur Christi inuitatio. Secundo discipulorum in cõuiuio dispositio, ibi. {Et nemo audebat, &c.} Inuitat autem ad conuiuium Christus interius inspirando p̃ seipsum dicens. {Venite, prandete. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Can. 5. Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi. Et exterius docendo, & exhortando per alios. Luc. 18. Homo quidam fecit cœnam magnam & misit seruum suum hora cœnæ dicere, &c. Dispositio discipulorum ponitur cum dicit {Et nemo audebat dicumbentium,} Quod secundum Aug. designat discipulorum de resurrectione Christi certitudinem: quia scilicet ita certi erant q̃ Christus esset, quòd nullus dicumbentium ausus est dubitare an ipse esset. Et quia interrogatio est signum dubitationis, nullus audebat eum interrogare {Tu quis es?} Iupra 16 In illo die me non interrogabitis quicquam. Secundum Chrysostomum significat maiorem solito reuerentiam discipulorum ad Christum. Libenter interrogassent eum. Sed Christus apparuit eis in quodam magnifico aspectu, & mirabili gloria, ita vt non auderent eum interrogare præ stupore, & reuerentia. Et hoc specialiter detinebat eos ab interrogando; quia sciebant {quoniam dominus est.} Consequenter cum dicit.

e PONitur ipsa refectio, quam habuerunt ipso manducante. H Psalm. 144. Aperis tu manum tuam, &c. Ipse {sit enim qui dat escam illorum in tempore oportuno. Sed nunquid Christus comedit cum eis? Dicendum quòd sic, licet hic non exprimatur. Luc. vlti. expresse dicitur, q̃ comedit cum eis. Et Act. 1. dicitur. Et conuescens præcepit eis, &c. Sed nunquid fuit vera comestio? Responsio, dicendum ad hoc, q̃ aliquis actus dicitur esse verus dupliciter. s. veritate significationis, & veritate speciei. Veritate quidẽ significationis verus est actus, qui configuratur rei significatæ, sicut si volo aliquid significare per orationem, & illud q̃d significo est versũ & concordat rei significatæ, sic oratio est vera veritate significationis, licet non speciei: sint hoc quod dixit Christus. Ego sum vitis vera: verum est, licet nõ sit vitis vera ſm speciem vitis, sed tũ ſm quod vitis significat. Secundum veritatem speciei dicitur aliquid verum, q̃d habet quæ pertinẽt ad speciei veritatem. Huiusmodi autem sunt principia speciei. Non autẽ effectus eius consequentes, sicut locutio hæc. Homo est animal, primo modo vera est: quia verum significat, sed veritate speciei non est vera, nisi formetur ab ore animalis loquentis organis debitis. Nec requiritur ad eius veritatẽ effectus locutionis, puta q̃ audiat & huiusmodi. Sic ergo dicendũ est de comestione, q̃ aliqua est veritate significationis tantum, sicut comestio Angelorũ; quia in Angelis non sunt membra ordinata ad comestionẽ, sed verum est illud, quod ipsi per hoc significabant. s. desiderium, quod habebant de salute hominum. Comestio autẽ Christi post resurrectionẽ vera fuit, & veritate significationis: quia ad hoc fiebat, vt offeret se habere naturam humanam, quam in veritate habebat, & veritate speciei, quia habebat instrumẽta propria ad comestionẽ. Sed tamen effectus cõsequentes comestionẽ non erant ibi: quia cibũ non fuit conuersus in comedentem cũ haberet corpus glorificatũ & incorruptibile, sed resolutus fuit virtute diuina in præiacẽtem materiam. Huiusmodi autem effectus nihil faciunt ad veritatem speciei, vt dictum est. Consequenter cum dicit.

f EPilogat apparitiones. Et secundum Aug. Si hoc quod dicit. {Iam tertio,} referatur ad vices, non est verum. Quia vt dictum est, primo die apparuit quinque vicibus. Postea quidem octauo die quando Thomas erat cum eis. supra 20. Secundo iuxta mare, vt hic. Tertio in Monte Galilææ, vt habetur. Matt. vlti. Quarto recumbentibus. Marc. vlti. Quinto ipso die Ascensiõis. K Quando videntibus illis eleuatus est. Act. 1. Quanquàm pluribus aliis vicibus apparuit eis p̃ dies quadraginta, licet nõ sit scriptum. Est ergo. {Hoc iam tertio} referendum ad dies quibus apparuit. Quia prima die apparuit ipso die resurrectionis. Secunda die, in octaua ipsius resurrectionis. supra 20. Et post dies octo. Et tertia die apparuit his. Vel dicendum, quòd etiam referendo ad vices saluatur veritas dicti, quia non legitur, quòd multis discipulis simul congregatis apparuit, nisi primo de sero, cum fores essent clausæ, &c. Et secundo post octo dies, quando erant discipuli congregati. Et tertio hic, vnde signanter dicit. {Manifestatus est Iesus discipulis suis, &c.}

Lectio

LECTIO III.

SVpra posuit Euãgelista quid Dominus discipulis cõmuniter exhibuit. Hic ostendit quid specialiter duobus prædilectis. Et primo ponit quid exhibuit Petro. Secundo quid exhibuit Ioanni, ibi. {Conuersus Petrus, &c.} Circa primum duo facit. Primo iniungit sibi pastorale officium. Secundo prenunciat sibi passionis martyrium, ibi. {Amen amen, &c.} Pastorale autem officium iniungit, examinatiõe premissa. Et ideo qui ad hoc officium assumuntur. Primo examinantur. 1. Thi. 5. Manus nemini cito imposueris. Sed ter examinat eum. & ideo secundum hoc, pars ista diuiditur in tres partes secundum tres examinationes. Partes patent. In prima autem primo ponitur quæstio Domini. Secundo responsio Petri, ibi {Dixit ei etiam, &c.} Tertio {iniunctio officii, ibi.} Dixit ei, pasce oues meas, &c. Circa primum tria consideranda occurrunt. Primo ordo examinationis. Secundo modus allocutionis. Tertio de quo est examinatio. Ordo quidem {quia {cum prandissent.} In quo signatur spirituale conuiuium. In quo etiam simul cum anima per spiritualia dona reficitur. Apoc. 3. Intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. Et iõ conueniens est vt qui ad hoc assumitur officium, primo sit isto fœlici conuiuio refectus aliàs enim ipsi famelici, quomodo alios reficere possent? Isa. 31. Inebriabo animas lacerdotum pinguedine. Illa inquã, de qua in Psal. 6. dicitur, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Modus autẽ allocutionis ponitur cum dicit. {Dixit Simoni Petro.} Vbi tria ponũtur quæ necessaria sunt prælato. Obedientia, cum dixit {Simoni} qui interpretatur obediens, quæ est prelatis necessaria. Nã qui nescit superioribus obedire, inferioribus nescit imperare. Prouerb. 21. Vir obediens loquetur victorias, &c. Item scientia, cum dixit {Petro,} qui interpretatur agnoscens. Quod necessarium est prælato: quia ponitur vt speculator. Qui autem cæcus est malus speculator est. Isa. 26. Speculatores eius omnes cæci. Ose. 4. Quia tu sciẽtiam repulisti, repellam te ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Item gratia cum dicit. {Ioannis, idest, filius Ioannis. Et hæc est, necessaria prælatis: quia sine ea nihil habẽt. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Gal. 2. Cum cognouissent gratiam Dei quę data est mihi, Petrus Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnę esse dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Examinatio autem est de dilectione. {Diligis me} inquit {plus his?} Et hoc quidem tãtis conuenitẽter. Petrus prius in peccatum ceciderat, vt patet supra. Nec idoneus erat vt præferretur, nisi prius ejus culpa abolereẽ. Quod non fit nisi per charitatem. 1. Petri 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. & ideo oportuit vt per examinationem manifestaretur eius charitas, non sibi qui scrutatur renes & corda, sed aliis. & ideo nõ quasi ignorans dicit {diligis me plus his?} Sed quia vt dicitur 1. Ioã. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Inde est, quòd Petrus qui cum Dominus moreretur, timuit, & negauit. Et resurgens Dominus amorem inseruit, & fugauit timorem. Ideo qui tunc negauit timens mori, resurgente Domino nil timuit. Quid enim timeret cum iam mortem mortuam reperiret? Congruit etiam hæc examinatio officio. Multi enim pastorale officium assumentes, vtuntur eo, sicut seipsos amantes. 1. Thim. 4. Instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes. Et qui non amat Dominum, non est idoneus prelatus, sed magis ille qui non quęrit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, & hoc amore eius. 2. Corinth. 5. Charitas Christi vrget nos. Congruit etiam officio quãtum ad vtilitatem proximorum. Ex abundantia enim charitatis est, quòd aliqui diligentes interdum quietem pręlatorum contemplationis intermittãt, vt procurent proximorum vtilitatem. Cũ enim Apostolus diceret. Rom. 8. Certus sum enim, quòd neque mors poterit nos separare à charitate Dei, subdit. Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis. Et ideo necessaria est examinatio de dilectione ad prælatum. Addit autẽ {plus his.} Quia vt etiam ex Philosopho habetur in Politica sua. Naturali ordine ille qui præsidet & gubernat, debet excellentior esse. Vnde dicit, quòd sicut anima se habet ad corpus quod regit, & ratio ad inferiores, similiter etiam homo ad animalia bruta, sic se debet habere prælatus ad subditos. Vel secundum Gregorium talis debet esse vita pastoris, quòd in cõparatione eius subditi sint, sicut sunt animalia ad comparationem sui pastoris. Et ideo dicit {plus his} quia quanto plus diligit, tanto maior est. 1. Reg. 10. Certę videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis ei, &c. Sed nũ quid necessarium est in electione semper eligere simpliciter meliorem, etsi iura determinent, quòd sufficit bonum eligere? Ad quod dicendum, quòd duplici distinctione opus est. Nam aliquid sufficit secundum iudicium humanum, quod tamen non sufficit secundum iudicium diuinum. Secundum iudicium humanum sufficit illud de quo homo non potest accusari nec eius electio improbatur. Cõstatasit difficile esse fieri electiones, si posset reprobari ex hoc quòd alius melior est quàm ille qui electus est. Vnde sufficit secũdum iudicium humanũ, vt habetur in Decretali, quòd electio sit recta, & eligatur idoneus. Secundum vero iudicium diuinum & conscientiam, necessarium est eligere meliorem. Sed tamen aliquis dicitur melior simpliciter, & sic ille dicitur melior qui est sanctior. Sanctitas n. facit bonum, sed non est melior quantum ad Ecclesiam. Et quo ad hoc aliquis est melior inquantum est literatior, competentior, & discretior, & magis concorditer eligitur. Sed si cæteris paribus quæ sunt ad vtilitatem Ecclesiæ & melioritatem quantum ad hoc, aliquis minus bonum simpliciter prælegat alicui peccat, quia de necessitate aliquid eum mouet ad hoc. Aut ergo hoc pertinet ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ, aut ad aliquid priuatum. Si quidem vtilitas Ecclesiæ & honor Dei mouet eum, hoc bonum intelligitur in conditione electi, & facit meliorem quantum ad hoc. Si vero aliquid priuatum puta, affectio carnalis, spes beneficij, & commodi temporalis, est fraudulenta electio, & acceptio personarum.

b HIc ponitur responsio Petri, ex qua euidens signum correctionis de sua negatiõe apparet, & quòd prædestinati semper corrigũtur in melius, si quando labantur. Nam antequã negaret Petrus superbiuit contra cæteros Apostolos, dicens: Etsi omnes scandalizati fuerint, ego nunquam in te scandalizabor. Item contra dominum, quia domino dicente. Ter me negabis; Ille subdit. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Sed modo de propris viribus victus, non audet confiteri suum amorem nisi iub testimonio & protectione domini humilians se Christo, dicens. {Domine, tu scis quia amo te.} Iob 16. Ecce in cœlo est testis meus, & conscius meus in excelsis. Item humilians se Apostolis, non dicit plus his, sed simpliciter. {Amo te.} In quo instruimur, quia non debemus nos aliis præponere: sed alios nobis. Phil. 2. Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrãtes. Notandum etiam secundum Aug. quòd domino quærente. {Diligis me.} Non respondit Petrus, diligo, sed {amo te} quasi idem sit amor & dilectio. Quod est verum secundum remised differũt secundum nomen. Amor enim est motus appetitus, & si quidem reguletur appetitus ratione, sic est amor voluntatis, qui proprie est dilectio: quia sequitur electionem. Et inde est, quòd bruta proprie non dicuntur diligere, si vero motus non reguletur ratione, dicitur amor.

c HIc iam examinato Petro, iniungit ei officium, dicens. {Pasce agnos meos.} idest, fideles meos a me Agno, agnos vocatos. supra 1. Ecce agnus Dei, &c. Vt sic non possit dici Christianus, qui dicit se non esse sub cura istius pastoris. s. Petri. Eze. 39. Pastor vnus erat omnium vestrum. Ose. 1. Ponent sibi caput vnũ, Congrue autem hoc officium omnibus intermissis Petro commisit, qui secundum Chrysost. eximius Apostolorum erat, & os discipulorum, & vertex collegij.

d HIc ponitur secunda examinatio, Vt autem non repetantur pluries eadem verba. Nota, q̃ ter dicit. {Pasce oues meas.} Quia ter debet pascere scilicet doctrinę verbo. Hie. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, qui pascent vos scientia & doctrina. Item vitæ exemplo. 1. Thi. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Hie. 34. In montibus Israel, idest, in sublimitate magnorum virorum, erunt pascua vestra. Item temporali subsidio. Ezech. 34. Veh pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Sed attende, quòd tertia vice dicit ei {pasce oues meas.} Cuius ratio est; quia in ecclesia sunt tria genera hominũ scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Et primi quidem duo sunt agni, quasi adhuc imperfecti. Alij autem, sicut perfecti dicuntur oues. Psal. 112. Montes, scilicet perfecti exultauerunt vt arietes, & colles, idest, alij, sicut agni omnium. Et inde est quòd omnes prælati debent custodire subditos, vt oues Christi, & non proprias. Sed heu, quia vt dicit Augustinus in sermone

Paschali,

Pastoall, exeterunt quidam serui infideles, qui dimiserũt gregẽ Christi, & furtis suis peculia gregẽ sibi fecerunt, & audis eos dicere, Oues meæ sunt illæ. Quid quæris oues meas? Non te inuenia ad oues meas. Sed si nos dicamus meas, & illi dicunt suas, perdidit Christus oues suas. Notandum etiam, quòd sicut ter intingit, ita ter examinat. Primo quidem quia ter eum negauerat, & iõ exigitur trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, q̃ timori, & plus vocis elicuisse videat mors imminens, quàm vita præsens, vt dicit Aug. Secũdo quia Petrus tenebat Christũ ex triplici causa diligere. Primo, ex peccato dimisso. Luc. 7. Cui plus dimittitur, plus diligit: secundo ex honore promisso: quia magnum .s. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. 16. Tertio ex officio commisso, vt hic, cum commisit sibi curam ecclesiæ. Vel cum dicit {pasce.} propter hoc, quòd dominus præcepit Deu. 7. Diliges dominum Deum tuum ex toto cor de tuo, vt scilicet totam intentionem tuam ad Deum dirigas, ex tota anima, scilicet vt tua voluntas tota in Deum per amorem quiescat, & ex fortitudine tua, vt tota executio operum tuorum Deo seruiat. Notandum etiam, quòd Petrus tertio interrogatus, contristatus est. Quia cum antepassionem prõpte assereret Christum diligere, reprehensus fuit a domino, vt dictum est. Videns ergo, quòd toties de dilectione interrogatur: timet ne reprehendatur a domino, & contristatur. Et ideo dicit. { Tu omnia nosti: tu scis quia amo te} quasi dicat. Ego diligo te, quantum mihi videtur. Sed tu omnia nosti, & forte scis, an aliquid aliud debeat contingere. Et ideo Petro sic humiliato fit finalis commissio ecclesiæ. Et secundum quendam doctorem græcum dicitur, quòd ideo ter interrogantur baptizandi in baptismo.

LECTIO IIII.

VPra commisit dominus Petro pastorale officiũ. Hic prænunciat sibi passionis martyrium. Et satis conuenienter. Nam ad bonum pastorem pertinet, vt pro ouibus suis animam ponat. supra 10. Petro autem nõ fuit datũ, vt pro Christo iuuenis animam poneret. Sed vt senex pro ouibus. Et hoc ei prænunciat. In hac autem prænunciatione dominus primo commemorat conditionem vitæ præteritæ. Secundo prænunciat perfectionem vitæ futuræ, ibi. { Cum autem senueris, &c.} Tertio Euãgelista exponit verba domini, ibi { hoc autem dixit, &c.} Conditio autem Petri præterita fuit cum defectu: quia in sua iuuẽtute nimis præsumptuosus fuit, [& propriæ voluntatis. Hoc est enim proprium iuuenum, vt dicit Philosophus in sua Rhetorica. Vnde Eccl. 11. quasi obiurgando dicitur. Lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuũ in diebus iuuẽtutis, & ambula in vijs cordis tui. Et ideo dominus hoc significans dicit. { Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi, &c.} Et dicit. {Cingebas te,} id est, ab aliquibus illicitis & sũ perfluis cohibebas te, quasi tuo arbitrio non passus, quòd ab aliquo cohibereris, & etiam inde est, quòd in processu bonorum operum semper vis esse pro me in periculis. Non tamen datum est tibi, quòd iuuenis pro me patiaris. {Sed cum senueris} impleb o tuum desiderium, vt quę nõ es passus iuuenis, patiaris senex: quia {extendes manus tuas, &c.} mirabilis prænunciatio. Totum tempus & passionem exponit. Nam post tempus quo ista sunt dicta vsque ad tempus mortis Petri, fluxerunt fere triginta septem anni. Vnde patet, quòd satis senex erat. Dicit autem secundum Chrysost. {Cum autem senueris } quia aliter in humanis, aliter in diuinis. In humanis enim negocijs iuuenes sunt vtiles, senes vero inutiles. Sed in diuinis virtus non tollitur propter senectutem: imo aliquando magis roboratur. Psalm. 91. Senectus mea in misericordia vberi. Deut. 33. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Sed hoc intelligendum est in his qui in iuuẽtute sua in bono exercitantur, vt Tullius dicit. Sed qui in iuuentute sua dant se inertiæ: non multum vel nihil valent senes. Intelligitur etiam per hoc, vt dicit Origenes super illud Matth. 21. Post multum vero temporis reuersus, quòd raro inueniuntur vtiles rectores, & doctores ecclesię paruo tempore viuere, & inducit exemplum de Paulo, qui vt legitur Act. 7. Erat adolescẽs, & postea scribit ad Philomonem Cum es talis vt Paulus senex. Et huiusmodi ratio est: quia cum pauci inueniantur ad hoc idonei, quando aliqui inueniuntur tales, conseruantur à domino vt diutius viuant. Item exponit passionis modũ: quia {extendes manus tuas.}

LECTIO IIII'.

Men amen dico tibi, cũ esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas? Cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis.

b Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

F Nam Petrus crucifixus fuit. Sed non cum clauis: sed cum funibus, vt diutius viueret. Et hoc Christus vocat cincturam. Sunt autẽ tria in passione sanctorum considerandã. Primo motus naturalis affectionis. Nam inter animã & corpus est adeo naturalis amor, quòd nunquam vellet anima a corpore separari, nec econuerso. 2. Corinth. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ideo dicit. { Quo tu non vis,} scilicet naturę instinctu, qui sic est naturalis, vt nec ipsa senectus potuerit eum auferre Petro. Sed desideriũ gratiæ hoc minuit. vnde ad Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. 2. Cor. 5. Audemus autem & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & prẽsentes esse ad Deũ. Secundo, diuersitas intentionis persecutorum ab intentione sanctorum. { Et ducet quo tu non vis.} Tertio, quòd debemus prompti esse ad patiendum, non tamen occidere nos. Vnde dicit, {Extendes manus tuas.} Et hoc patet de Petro. quia cũ populus vellet suscitare seditionem contra Neronem, & eruere Petrũ: ipse repressit. 1. Petri 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. Sed notandum, quòd hoc quod dicit {ducet} debet præcedere hoc, quod dicit {alius cinget te} quasi dicat {cinget} quia {ducet te quo non vis.} Sed ne credatur hoc quasi vane dictum, scriptum est post mortem Petri. Nam Petrus occisus fuit tẽpore Neronis. Sed Ioannes hoc Euangelium scripsit postq̃ reuocatus est ab exilio, ad quod relegatus fuerat tpe Domiciani inter quem & Neronem fuerũt plures alij Imperatores, & ideo exponit hoc quasi adhuc futurum, dicens.

b MOrs enim sanctorum via est ad gloriam Christi. Phil. 2. Magnificabitur Christus in corpore meo. 1. Petri. 4. Nemo vestrum patiatur quasi fur, aut homicida. Si autem vt Christianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Ex hoc enim ostenditur magnitudo domini, quòd pro eius veritate & fide sancti exponunt se morti.

LECTIO V.

EOstquam proposuit Euangelista quid dominus exhibuit Petro. Hic narrat quid exhibuit Ioanni, scilicet sibi ipsi. Et primo ponitur commendatio discipuli. Secundo commendatio sui Euangelij, ibi. {Sunt autem & alia.} Circa primum. Primo ponitur commendationis occasio. Secundo, subditur ipsius discipuli commendatio, ibi. { Conuersus Petrus.} Occasio autem commendationis Ioannis fuit in uitatio Christi inuitantis Petrum ad sequẽdum. Quia { cũ hæc dixisset.} scilicet de officio & martyrio {dixit} Iesus Petro {sequere me} secundum Aug. quantum ad martyrium patiendo, scilicet pro me: quia non sufficit qualitercunque pati, sed solum sequendo Christũ, id est, propter ipsum. Luc. 6. Beati eritis cũ vos oderint homines propter filium hominis. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum. Sed cum alij multi qui ibi aderant passi fuerunt propter Christum, & præcipue Iacobus, qui prius occisus fuit. Act. 12. Occidit autem Iacobũ fratrem Ioannis gladio. Quare specialiter Petro dicitur, sequere me? Ideo scilicet secundum Aug. quia non solum mortem passus est pro Christo: sed etiã in specie mortis, scilicet crucis, sequutus est Christum. Matth. 23. Si quis vult post me venire abneget semetipsum, &c. Vel secundum Chrysost. dicitur { sequere me } in prælationis officio, quasi dicat. Sicut habeo a Deo patre curã ecclesiæ. Psalm. 2. Postula a me & dabo tibi gentes, ita tu loco mei sis super totam ecclesiam. Sed quare post Christum Iacobus habuit primatũ in Hierusalem post ascẽsionem Christi? Ad quod dicendum quòd habuit quidem specialem loci illius. Petrus autẽ vniuersale dominium totius ecclesię fidelium.

b HIc ponitur commemoratio Ioannis. Et primo quãtum ad preterita. Secundo quantum ad futura, ibi. { Hunc ergo cũ vidisset, &c.} Commendatur Ioannes quantum ad præterita ex triplici priuilegio. Primo specialis dilectionis Christi. vnde dicit. { Conuersus Petrus} qui iam sequi etiam corporaliter inceperat Iesum {Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus.} In quo datur intelligi quòd Petrus iam pastor effectus, ad curã alio rum intendebat. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Diligebat autem Ioannem Iesus non exclusis aliis, qa supra 15. dixit. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Sed quia eum speciali dilectione prę ceteris dilexit, & hoc propter tria.

Primo

Primo, propter intellectus eius perspicacitatem. Magistri enim specialiter diligunt intelligentes discipulos. Prouerb. 14. Acceptus est Regi minister intelligens. Secundo, propter munditiæ puritatem: quia virgo fuit. Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum Regem. Tertio propter teneram ętatem. Pueris enim & deficientibus, magis compatimur, & sigua familiaritatis ostẽdimus. sic & Christus, Ioanni iuueni conuerso. Osee. 11. Puer Israel & dilexi eum. In quo datur intelligi, quòd Deus specialiter diligit illos, qui à iuuentute seruiunt ei. Mich. 7. Pręco quas ficus desideraui anima mea. Sed contra Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Sed Petrus diligebat plus Christum. supra. Diligis me plus his? Ergo Christus plus debuit Petrum diligere, quàm Ioannem. Responsio, posset dici, quòd Ioan. quia plus dilectus, fuit fœlicior, sed Petrus quia plus diligens, fuit melior. Sed hoc esset cõtra iustitiam. Et ideo hoc referitur ad mysterium. Nam per hos duos duplex vita significatur, scilicet actiua & contemplatiua. & vtriusque finis & obiectum est Christus. Sed vita actiua quæ signatur per Petrũ plus diligit Deum, quàm vita contemplatiua, quę significatur p Ioannem: quia magis sentit præsentis vitæ angustias, & æstuantius ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Cõtemplatiuam vero vitam Deus plus diligit: quia eam magis conseruat. Non enim simul finitur cum vita corporis, sicut vita actiua. Psal. 86. Diligit Dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob. Sed aliqui secũdum Iteram hoc solnere volentes distinguunt in Christo duplicem dilectionem, secundum duplicem voluntatem, diuinam scilicet, & humanam, & dicunt, quòd Christus dilexit plus Petrum dilectione diuina, Ioannem vero plus dilectione humana. Sed contra hoc est, quòd voluntas humana in Christo totaliter conformis erat voluntati diuinę. Vnde quem plus diligebat voluntate diuina, plus etiam dilexit voluntate humana. Dicendum ergo, quòd illum plus diligebat, cui magis bonum volebat. Petrum autem plus diligebat ad hoc, vt faceret eum magis suum dilectorem. Ioannem autem diligebat ad aliud, scilicet ad perspicacitatem intellectus. Eccl. 15. Impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus. Et secundum hoc Petrus est melior, quia charitas superemines scientię. 1. Cor. 13. Ioannes vero melior secundum perspicacitatem intellectus, sed merita ipsorum ponderare solius Dei est. Prouer. 16. Spirituum ponderator est Dominus. Et ideo alij dicunt, & melius, quòd Petrus plus dilexit Christum in membris, & sic etiam fuit plus à Christo dilectus. et iõ ei Ecclesiam commendauit. Ioannes vero plus Christum in seipso, et sic ab eo plus fuit dilectus. Vnde ei matrem cõmendauit. Vel dicendum, quòd Petrus plus dilexit Christum quantum ad promptitudinem & feruorem: Ioannes vero plus fuit dilectus quantum ad familiaritatis indicia, quæ ei Christus magis demõstrabat propter eius iuuentutem, & puritatem. Et ideo consequẽter cum subiungit. { Qui & recubuit, &c.} Commendatur ex secundo priuilegio, scilicet specialis familiaritatis ad Christum. Et hoc est supra expositum. Tertio commendatur ex priuilegio specialis fiduciæ, quam habebat de Christo, ita vt confidentius præ omnibus alijs eum interrogaret. Vnde dicit. { Et dixit ei. Domine quis est qui tradet te?} quod similiter expositum est. Causã autem quare Ioannes commemorat huiusmodi priuilegia sua, dixit Chrysost. esse ad commendationem Petri. Posset enim credi, quòd Petrus propter hoc, quòd Christum negauerat nõ fuisset admissus ad pristinam familiaritatem. Et ideo vt hoc excludat ostendit, quòd ad maiorem admissus est, qui in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem cõmisit, post passionem fratrum præpositura committitur, & non solum pro se interrogat, sed pro Ioãne. In quo datur intelligi, quòd lapsi in peccatum quandoque in maiorem gratiam resurgunt. Baruch. 4. Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Et ideo statim Euangelista primo subdit interrogationem, dicens.

c VBi ponitur commendatio Ioannis quantum ad futura. Et primo ponitur interrogatio Petri. Secundo responsio Christi, ibi. {Dixit ei Iesus. Sic eum volo, &c.} Tertio ponitur intellectus huius responsionis, ibi. {Exiit ergo, &c.} Sciendum est autẽ circa primum, quòd domino dicente Petro: sequere me Petrus gressu corporali cœpit eum sequi, & Ioannes etiam secum, quem videns Petrus sequentem interrogat pro eo Christum, dicens. {Hic autẽ quid?} quasi dicat. Ecce ego sequor te in passione. Sed hic, nunquid moriętur, de quo etiam Ioannes interogasset: sed nõ audebat. Secundum autem Chrysos. Petrus non intendebat quærere de passione: sed de prælatione. Petrus enim sup omnes alios condiscipulos diligebat Ioannem, & semper leguntur esse simul: & in euangelio, & Act. 3. Et ideo volebat eum habere socium in officio prædicationis per orbem. Vnde dicit. {Hic autem quid? } supple faciet? Veniat mecum. Consequenter ponitur responsio Christi cum dicit.

c Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu. Dñe, hic aũt q̃d?

d Dicit ei Iesus. Sic eum volo manere donec veniam: Quid ad te? Tu me sequere.

e Exiit ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille nõ moritur. Et non dixit ei Iesus, non moritur: sed sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?

d SEd sciendum, q̃ in Græco non habetur {sic} sed {si eum volo manere, &c.} Sed non multum refert, qualitercunque enim dicatur occurrit à principio sensus ille horum verborũ, qui ipsis Apostolis visus est, scilicet quòd non moritur. Dicit. n. {Sic eum volo manere donec veniam:} quasi dicat. Non morietur vsque ad aduentum meum. Sed hoc excluditur per hoc q̃d subditur. Et non dixit Iesus: quia non moritur: sed { sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?} Sed quidam hunc sensum sustinere volentes dicunt, quòd Ioannes hoc subdit, non vt excluderet prædictum intellectum: sed vt ostenderet quòd dominus hunc intellectum per hæc verba non expressit: sed per illa tantũ. {Sic eum volo manere.} Et propter hoc dicunt, quòd Ioannes nondum est mortuus. Sed diuersimode opinatum est de eius sepultura. Verum est enim secundum omnes, quòd sepulchrum intrauit, & adhuc illud apparet. Quidam autem dicunt, quòd sepulchrum viuens intrauit, & diuina virtute exiuit translatus ad locum Enoch & Heliæ: vbi reseruatur vsque ad finem mundi. Et secundum hoc exponitur sic. {Sic eum} viuum {volo manere.} vsque ad finem mundi, & tunc pro me patietur martyrium ab Antichristo cum illis duobus. nam inconueniens est, quòd non moriatur. quicquid enim oritur moritur. Heb. 7. Statutum est hominibus semel mori. Alij vero dicunt, quòd sepulchrum suum, quod est apud Ephesum viuẽs intrauit, & in eo adhuc viuit dormiens donec veniat Christus: habentes in argumẽtum huiusmodi, quòd illic terra sursum quasi ebulliens scaturit: quod eius anhelitu fieri dicunt. Sed hoc excludit Augustinus dicens, quòd minus est si dormiens viuit, quàm si vineret beatus. Cur ergo Christus discipulo quem præ cæteris diligebat pro magno munere lõgum donasset somnum, & priuasset eum tãto bono, pro quo Apostolus cupiebat dissolui, & cum Christo esse? Phil. 1. Et ideo non est hoc credendum, sed quòd mortuus fuit, & resurrexit etiã in corpore. Et huiusmodi signum est, quia corpus eius non inuenitur, & sic beatus manet cum Christo secundum quòd inuitauit eum. Apoc. vlti. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito. Est ergo exponendum mystice secundum August. Vt intelligatur per hoc, quod dicit {manere.} id est, permanere siue expectare secundum illud Act. 1. Manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Et sic dicit dominus de Ioanne, id est, de vita contemplatiua. {Sic eum volo manere.} id est, expectare {donec veniã.} vel in fine mundi, vel in morte cuiuslibet contemplatiui. quia contemplatiua hic inchoata nõ perficitur: sed inchoata manet, & expectat donec Christus veniat perficienda cum venerit. Apoc. 6. Dictũ est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum donec compleatur numerus cõseruorum eorum. Luc. 10. Mariã optimã partẽ elegit, &c. Prouer. 3. Longitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Sed actiua vita perfecta, & informata eius passionis exemplo interim sequit Christum, patiendo pro eo. Sed secundum Chryso. Legitur sic. {Sic eũ volo manere.} id est, remanere in Iudæa, & in hac terra ad prædicandum, & te volo me sequi habendo solicitudinem totius orbis & patiendo pro me. Et hoc { donec veniam } ad delendũ Iudæos. {Quid ad te? } quasi dicat meum est ordinare. Nam sicut habetur in historijs, Ioannes non recessit de Iudęa vsque ad tempus quo Vespesianus veniens in Iudæam cępit Hierusalem, & tunc inde discedens venit ad Asiam. Vel secundum Hieronymum {tu me sequere, id est, } per passionem, & {sic.} scilicet Ioannem { volo manere} absque passione martyrij & mortis { donec veniam. } ad vocandum eum ad me. supra 14 Iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum. { Quid ad te? } scilicet de hoc priuilegio? Vnde in legenda beati Ioannis dicitur, quòd cum nonaginta esset annorum apparuit Christus Iesus Christus, & illum secum ad cõuiuium. Consequenter cum dicit.

e POstquam quomodo discipuli prædicta verba domini intellexerunt, scilicet quòd non moreretur. Et hoc est quod dicit. {Exiit sermo,} id est, vulgatum est inter fratres. } id est, inter discipulos, Psalm. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum, &c. {quòd discipulus ille.} scilicet Ioannes {non moritur.} Sed hunc intellectum corrigit, dicens. { Et non dixit Iesus non moritur. } Matthæi decimo. Adhuc & vos sine intellectu estis? Alia omnia exposita sunt.

Lectio

LECTIO VI.

Hic ponitur vltima pars euangelij quæ est quasi epilogus. Et primo ponitur commendatio euãgelij. Secundo superexcessus rei quæ in euangelio narratur, ibi. {Sunt autem & alia, &c.} Euangelium autem commendatur dupliciter. Primo quidem ex auctore. Secto vero ex veritate. ibi. {Et scimus.} Circa auctorẽ tria ponit. Primo eiꝰ auctoritatis priuilegiũ, qa {hic ẽ discipulus ille.} supple repli cando prædilectus; familiaris, fideliter interrogans, & cui datum est vt sic maneat, donec veniam: quæ omnia ad auctoritatis priuilegium spectant. Dicitur Ioannes specialiter prædilectus propter specialitatem charitatis. supra 13. In hoc cognoscent omnes, quòd mei estis discipuli. De dilectione autem fraterna nullus Apostolorum tantum loquitur, quantum ipse in Epistolis suis. Legitur etiam de eo, quòd iam senex effectus portabatur ad ecclesiam a discipulis suis vt instrueret fideles: quibus dicebat hoc tantum. Filioli, dilligatis inuicem. Et in hoc est perfectio disciplinæ Christianæ. Secundo propter eius officium, quod est perhibere testimonium. Vnde dicit. {Et testimonium perhibet de his.} Hoc est proprium Apostolorum officium. Act. 1. Eritis mihi testes. Isa. 42. Vos testes mei dicit dominus. tertio subdit eius studium cum dicit. {Et scripsit hæc.} qui enim ex officio Apostolatus præsentibꝰ testificatus est de gestis Christi, ipsemet ex studio, prædicta gesta ad veritatem futurorum, & absentium scripsit. Isa. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. Velociter spolia: detrahe, cito prædare. Eccl. 48. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, &c. Datum est enim ipsi Ioanni vt viueret vsque ad tempus quo ecclesia in pace erat. Et tunc hæc omnia scripsit. Sed ideo addit hoc ne videatur hoc euangelium propter hoc, quòd scriptum fuerat post mortem omnium Apostolorum: & alia euangelia approbata fuerant ab eis, & specialiter illud Mat. minoris esse auctoritatis quàm alia tria euangelia.

b Hic ponitur veritas euangelij. Et loquitur in persona totius ecclesiæ a qua receptum est hoc euangelium. Prouerbio. 8. Veritatem meditabitur guttur, &c. Notãdum autem, qꝙ cũ multi scriberent de catholica veritate, hæc est differentia: quia illi, qui scripserunt canonicam scripturam, sicut Euangelistæ & Apostoli, & alij huiusmodi ita constanter eam asserunt, qꝙ nihil dubitandum relinquunt. Et ideo dicit {Et scimus quia verum est testimonium eius.} Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Cuius ratio est, quia sola canonica scriptura est regula fidei. Alij autem sic ediderunt de veritate, qꝙ nolunt sibi credi, nisi in his quæ vera dicunt.

c Hic ponitur insufficientia scripturę suæ quantum ad rem, quã scribit. Vt quasi remoueat, quòd hæc scripsit quasi volens prestare gratiã dilectori suo, quia non solum ista fecit: sed etiam {multa alia quæ non sunt scripta in libro hoc} Hoc autem quod sequitur. {Quę si scribantur singula, nec ipsum arbitror mundum posse capere eos qui scribendi sunt libros.} potest dupliciter exponi. Vno modo, vt {capere} referatur ad capacitatẽ intellectus, quasi dicat. Tot possent dici de Christo, quòd nec mundus caperet eos libros, qui de his scriberentur. supra 13. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, i. capere: Alio modo: vt sit locutio hiperbolica, & significat excessum operum Christi. Sed quid est hoc quod dicit? Præmisit enim. {Et scimus quia verum est testimonium eius?} Et statim subdit hiperbolicam locutionẽ. Sed ſm Aug. sacra scriptura vtitur quibusdam figuratis locutionibus. Sicut. Vidi dominum, &c. & tamen non sunt falsæ. ita qſi in sacra scriptura est aliqua locutio hiperbolica. Non enim est intentio dicentis, vt credatur, qd̃ dicit, sed quod intendit significare. I. excessum operum Christi. Hoc tamẽ non fit qſi aliquid qd̃ erat obscurum vel dubium exponitur. Sed quando id, quod est apertũ augetur vel attenuatur, puta cum quis volens copiam alicuius rei cõmendare dicit. Hoc sufficit centũ personis vel mille. Volens aũt vituperare dicit. Hoc vix sufficeret tribus, nec tamen falsum dicit, quia sic verba rem quæ indicatur excedunt, vt often datur, qꝙ non intendit mentiri: sed ostendere esse parum vel multum. Vel põt referri ad virtutẽ Christi qui signa faciebat, vt fiat vis in hoc, quod dicit {per singula.} Scribere enim per singula, signa, & dicta Iesu Christi, est dictorum singulorum, & factorum enucleare virtutem. Verba aũt & facta Christi sunt etiam Dei. Si quis autem vellet eorum rationem per singula scribere vel narrare, nullo modo posset: immo etiam nec totus mundus hoc potest. Infinita enim verba hominum non possunt attingere vnũ Dei verbum. A principio enim ecclesię semper scripta sunt de Christo nec tamen sufficienter, immo si duraret mũdus per centum milia annorum, possent libri fieri de Christo, nec ad perfectionem per singula facta, & dicta sua enuclearentur. Eccle. vlti. Faciendi plures libros nullus est finis. Psalm. 39. Annunciaui & locutus sum multiplicati super numerum.

LECTIO VI.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc.

b Et scimus, quia verum est testimonium eius.

c Sunt autẽ & alia multa quæ fecit Iesus, quę si scribantur ꝑ singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

Expositionis D. Thomæ Aquinatis, super Euangelium Ioannis euangelistæ, finis.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O

Omnes sunt Quaterniones præter O, qui est Ternio.

ROMAE
Apud hæredes Antonij Bladij, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios.
M D L X X.